



Y para
los Regidores.
siendo hem
que se quem
la q no era
permita q
ecet de gen
que clauiel
colideraci
La ropa
no para ser
y todo lo
ymas dias,
ta auer pal
de donde
en casas im
se seruan.
lima cas, y
ambien to
in calidad
das; donde
las casas q
ONA. a

REL
nian apare
de agrade
mar en mu
cubrir esta
lo han hec
tes al punt
era, lo auit
nos. Y de
los propie
do lo que
lor, metie
rados, y cu
ra que si ad
aquella cal
minar aqu
mente fue
servicio fo
pies como
na, o quem
Tuose
da do en la



Moni. Et. Juan. Bapt. de los Capuchinos de granada

IOAN. BAPTISTAE BERNARDI, R-10.149

Patricij Veneti,

SEMINARIUM TOTIVS PHILOSOPHIAE:


Opus sanè admirabile, & omni Eruditorum generi per quàm vtile: Quod Platonis, ac Aristotelis, eorundemq; interpretum tam Græcorum, quàm Latinorum, ac etiam Arabum Quæstiones, Conclusiones, Sententiasque omnes integras, & absolutas miro ordine digestas complectitur; vt quiuis vno intuitu, & sine vilo labore, quicquid vnquam à summis sapientiæ Magistris dictum fuit, perspicere, & eorum opera omnia in vnum velut locum collecta habere possit.

Nunc etiam noua APPENDICE, infinitisq; Theorematibus ex antiquorum Philosophorum, & vniuersa Auicenna Logica, ac Philosophia collectis, auctum, & locupletatum.

Denuo ab Authore recognitum, & ab erroribus expurgatum.

TOMVS PRIMVS.
CVM PRIVILEGIIIS.

*Segun dexpurga
fons de este año 1619.
notiene que corregeix
este libro.*



VENETIIS, MDCXC.

Apud Hæredes Melchioris Sessæ.

IOANNES BAPTISTA BERNARDVS,

Ioanni Aloyfio filio S. P. D.



VM in primis adolescentiæ meæ temporibus (Ioannes Aloyfi Fili suauissime) nullam operam, aut industriam præmitterem, quæ mihi ad perdiscendâ Philosophiam utilis esse videretur: Et cum viderem tam ingentem circumferri scriptorum numerum, vt ijs hominum ingenia potius obruantur, quam subleuetur, & item tam parum fidelem esse mortalium memoriam; vt quæ operoso, & molesto labore ediscimus, ea facillimè elabantur: idcirco ijs studijs, in quæ tum incumbere, optimè consultum iri existimaui, si quæ in Philosophorum libris, eorundemq; interpretibus notatu digna reperirem, ea omnia in vnum locum colligerem: quæ mihi, cū res postularer, tū in cognitione rerum, tū in pertractandis cuiusq; generis argumentis essent admodum fructuosa. Quod quidem consilium apud me tantum fuit; vt me impulerit, vt cum Aristotelis Peripateticorum principis, & eorum omnium, qui eum interpretati sunt, Græcorum, Arabum, & Latinorum, & quidem inter cæteros oēs præstantissimorum libros assiduè euoluerem; ab eis tanquam ex tenebris quibusdâ eruerem, quicquid ipsi, vel laudis, vel utilitatis monumentis literarum vnquam cõmendassent. Neq; profectò huiusce mei laboris, propter mirificos fructus, quos inde quotidie percipiebam, me vnquam pœnituit. Nam si qua mihi effata ad disputandum inuenienda essent; hic quamprimum, & sine vilo negotio præsto aderant, quæcumque in omnibus Gymnasijs, & in omnium Philosophorum Scholis vilo vnquam tempore fuissent disputata. Si verò argumentationum conclusiones desiderarem, hic ad manum repente sese offerebant quæcumq; à præstantissimis illis viris de qualibet re proposita scriptis explicata in lucem prodissent. Si testimonia veterum Philosophorum quauis in re adhibere constituerem, omnia mihi perfacile occurrebant. Quicquid denique optare mihi veniret in mentem; id omne sine vilo labore, & sine vlla difficultate reperiebatur: & veluti sua sponte mihi obuiam procedebat. Longe vero secus res habebat, antequam hoc opus mihi cõparassem. Nam sæpenumero de manibus mihi prius elabebatur his rebus fruendi occasio, quæ eas adhibere possem ad id, ad quod mihi opus erat: & ad quod eas mihi adhibendas esse constitueram. Atque his meis laboribus ego quidem solus fruebar; & in sinu gaudebam. Postea vero quàm cum maxima animi mei voluptate animaduerti te in literis Græcis, & Latinis maximos progressus fecisse sub optimo, ac præstantissimo dicendi magistro, eodemq; singulari liberalium artium, & Philosophiæ Doctore Vincentio Giliano nostro; cuius insigni doctrina, & industria cū summa religione, & integritate morum coniuncta scio Nobilem Reip. Veneræ iuuentutem multum virtutis, & rerum cognitionis esse consequutam; decreui, vt tibi prodesse possem, hæc eadem, quæ (vt dixi) obseruatu, & cognitu erant dignissima, & à sapientissimis quibusq; authoribus excerptam, in meliorem, & faciliorem ordinem redigere, & tibi muneri dare; vt in tuis grauioribus, & maioribus studijs, quibus iam incumbere cœpisses; eos, quos optabam fructus, ex his meis vigilijs multo facilius posses percipere. Sensi autem Dei Optimi Maximi benignitate me non frustra hanc de te spem concepisse, cum viderem te quam sæpissimè, & in

disputationibus, & in declamationibus, quas exercere consueueras in Academijs à vo-
bis Patricijs Venetis eloquentiæ exercendæ gratia institutis, ipsis mirum in modum iu-
uari: & in quotidianis commentationibus tuis, quibus & animum & genus dicendi ex-
coleres, plurimum laudis, & gloriæ esse consequutum. Accedit huc etiam, quòd hoc
tempore, quo fungeris eo Magistratu ab vniuerso Venetæ Nobilitatis ordine tibi man-
dato, quem Ordinum Sapientem appellamus; certo scio te harum nostrarum lucubra-
tionum præsidio instructum, haud parum decoris, & ornamenti in Sapientissimo Se-
nato nostro tibi comparasse. Porro autem has lucubrationes mea vnus causa primùm
institutas, deinde tecum etiam communicatas, vtrique nostrum, idest mihi, & tibi
duntaxat communes esse constitueram: cum tu re hac cum alijs quibusdam summa ne-
cessitudine tibi coniunctis communicata, ab iisdem quam sapientissimè rogatus fuisti, vt
me exorares; ne tantas opes, velut sub ima terra defossas, inuidorum, & sordidorum
hominum more, latere diutius paterer: sed eas potius instar regij, liberalis, & muni-
fici animi è latebris in lucem exire ad omnium vtilitatem quamprimùm permitterem.
Quid enim (vt ijs verbis vtar, quibus iisdem tecum vsi sunt) quid studiosis hominibus
hoc opere fructuosius? quid hinc vtilitatis, quid hinc emolumentum percipi non possit?
cum quicquid vnquam à summis ingenijs tam vasto voluminum pelago sparsim, &
obscure traditum est, id omne in hoc vno opere simul, & dilucide habeatur? Autho-
res, qui de his rebus egerunt, cum varij, & diuersi extiterint; varium, & diuersum or-
dinem, variam, ac diuersam methodum in ijs pertractandis sunt secuti. In hoc vero Ope-
re, cum vnum, & idem existat; vno atque eodem ordine, vna atque eadem methodo, &
ea quidem facillima res eadem omnes pertractantur. Et quod in tanta Scriptorum mo-
le vix, ac ne vix quidem per totam vnus hominis aetatem oculis lustrari potest, id om-
ne in his libris breuissimo temporis spatio, vel à mediocri ingenij homine summo cum
fructu, & voluptate perlegetur, & percipietur. Nec videre profecto possumus (sub-
debant illi) cui hominum generi hi labores non sint futuri charissimi: & cui ciuium
ordini non sint mirum in modum profuturi. Siue enim quis Patricij extiterit generis,
is ex his magnum capiet adiumentum ad Reipubl. recte gerendam, & ad Ciuitates, &
populorum animos in officio continendos: siue quis in foro causas egerit; ad opem suis
clientibus ferendam, & ad eorum iura, quam fieri potest optime tuenda: siue Theolo-
giam docuerit, publiceque in Templo concionaturus fuerit; ad id, quod dicturus est,
ornandum, & illustrandum: siue etiam in Academijs publicis quoduis scientiarum,
& literarum genus professus fuerit; ad id ipsum magna cum ingenij, & doctrinæ lau-
de, & magna cum dignitate præstandum. Atque (vt vno verbo dicam) nullum ge-
nus est hominum; cui si aliqua de re instituenda sit oratio; hoc opus materiam, & re-
rum argumenta à præclaris, & plane diuinis ingenijs acutissime excogitata, & lucu-
lentissime tractata non vberime suppeditet. Hic est, quicquid eloquendi artificibus
ad rapiendos in suam sententiam auditorum animos momentum afferre potest; quic-
quid Poetis opus est ad concitandam suis in operibus admirationem. Item qua ratione
Dialecticis tractanda sint argumenta, vt aduersarium in absurda compellant: & vt ipsi
in vtramque partem disputantes, nihil contrarium, nihil repugnans, nihil omnino di-
screpans effutiant; & quo pacto vti possint locis Dialecticis; vt in qualibet re proposita
non ieiunè, & exiliter, sed copiose, & abundanter differant. Non alibi quærendum est ei,
qui ad secretiores, & abstrusiores naturalis, & diuinæ Philosophiæ partes penetrare volue-
rit. Sed nec hic desunt res vberime tractatæ; quæ doceant, quo nã pacto animos nostros
omni

omni virtutum genere exornare, domos nostras priuatas regere, Ciuitatesque, & Re-
gna; & Respublicas administrare debeamus. Atque hæc quidem, & alia quampluri-
ma in medium afferbantur amici, & per necessarios tui; quos harum vigiliarum partici-
pes feceras: & quos nostræ dignitatis, atque existimationis studiosissimos esse semper
cognoueris. Quibus ego rebus omnibus permotus, quòd tibi diu multumque perne-
gaueram, id tandem aliquando, vt in manus hominum hoc opus exiret, concedendum
esse iudicavi. Quamquam in hoc edendo ea vna res me valde torquet; quòd id, quod
mirum in modum optabam, tuis & amicorum tuorum assiduis precibus nos nimis ad
materandam editionem vrgentibus, adhuc præstare non potui. Platonis enim (vt præ-
clare nosti) & Platoniorum, & aliorum etiam cuiusuis sectæ, & familiæ Philosophorum
omnium opera omnia, quæ sane quam accurate, & diligenter euoluimus, & expendi-
mus: & eodem ordine, eademque tractandi ratione, qua hosce damus Authores, in locos
communes digessimus, his quoque adiungere statueramus. Sed quoniam extremam ma-
num nondum eis imposuimus, ea temporis breuitate prætermittere coacti sumus. Spe-
ramus tamen fore, vt diuini numinis beneficio non diu à studiosis hominibus deside-
rentur: Sed primo quoque tempore cum magno omnium commodo à nobis in apertum
perferentur. Neque enim minus emolumentum tibi, & alijs afferent Platonis, & Platonico-
rum præclara inuenta (vt de reliquis nunc taceam) ad Reip. administrationem, & ad cæ-
teras humanas actiones, quam hæc, quæ nunc edimus, commentationes: cum vir ille in-
signis Plato apud omnes, qui vbique floruerant, sapientes; diuini cognomentum fuerit
consecutus. Verum quamuis (vt dixi) seclita res habeat; haud tamen diutius continere
me potui, quin tuis, & amicorum precibus exoratus has lucubrationes quamprimùm
diuulgarem. Cæterum, si quispiam tibi dixerit, nos actum agere (vt est in veteri pro-
uerbio) & nihil noui in medium afferre; cum ante nos alij quidam idem omnino præsti-
terint; eis tu audacter & libere respondeas, velim; eos sine vlla controuersia labi, curare,
& decipi qui putent inter nostros, & eorum labores nihil interesse. Hoc enim esset
alienos sudores sibi impudenter vindicare; & plagiarij crimen, quod peius canes, &
angue odimus, suo nomini impingere: & sibi, suoque generi nefariæ turpitudinis no-
tam ad ignominiam sempiternam inurere. Absit autem procul à nobis tantus furor.
At quòd tandem discrimen, quæ tandem inter nostras, & eorum vigiliis reperitur dis-
similitudo? Illi in vnum, aut in alterum duntaxat Scriptorem elaborarunt: Nos ita
omnes; qui vsquam extant, elaborauimus. Illi ab vno partem aliquam rerum desump-
serunt: Nos ab omnibus omnia, quæ ab eis haberi possunt, desumpsimus. Illi nu-
dam potius indicem confecerunt: Nos integra omnia, quæcunque ab Authoribus in
qualibet materia tradita fuerunt, in opus nostrum transtulimus: & ita quidem om-
nia integra transtulimus; vt etiam non perlectis, nec consultis ipsis Authoribus, in
his nostris libris quicquid in hac, vel in illa materia desiderari possit; id totum si-
ne vlla verborum, vel sententiarum diminutione Castissime excerptum reperiat.
Quæ quidem commoditas ab illis, qui indicem confecerunt, longe est aliena. Nam
quicumque indicis beneficio frui voluerit; & quisquis intelligere, quæ in eo annotan-
tur, optauerit; is profecto cogetur, vel inuitus magna cum animi tui molestia ad Scri-
ptorem ipsum, in quem index ille confectus est, sese conferre: & modo hoc, modo illud
volumen euoluere: & huc, & illuc sapius oculos conijcere: & quibus nam latebris fera
illa, quam venatur, lateat, diligenter perquirere, & inuestigare. Quod nisi fiat;
profecto quidnam index ille, & Scriptor ipse sibi velint, nunquam percipi poterit.

Nos vero (vt monuimus) integras propositiones ita excerpimus; vt vel sine vlllo alio librorum præsidio tota Authorum sententia in qualibet re proposita cumulatissime percipiatur. Præterea, cum illi non excerpant, neque recitent integras propositiones; facillime autem fieri possit (quod sæpenumero contingere videmus) vt paginarum, & locorum, ad quos rejicitur lector, numerus sit mendax, & fallax ad rem, de qua agitur, inueniendam; indexque corruptus sit, & deprauatus; sit profecto, vt res ipsa exitum sortiatur à voluntate alienum; nullumque inde emolumentum, sed potius temporis iactura, & animi perturbatio sequatur, & magna confusio. In nostris vero libris longe alia est rerum conditio. Quamuis enim vlti venire facile possit, vt aliquis in numeris subrepat error; tamen quia totam sententiam, & integram propositionem ab Authoribus desumptam in eis expressimus; facile, & sine cunctatione quodcunque propositum est inuenitur: & sua sponte ante oculos sese offert: nec res indiget longa illa, & permolesta inquisitione, & inuestigatione eorum, quæ nobis sunt opus, & ab Authoribus sunt tractata. Quid, quod etiam eam diligentiam adhibuimus, vt in vnaquaque propositione non solum librorum, sed etiam tractatum, & capitum; & contextuum, & paginarum; & item columnarum omnium omnes numeros notaremus? Quæ quidem vna diligentia ita negocium iuuat: ita distince, & dilucide rem totam demonstrat, vt fieri omnino non possit; quin primo quoque tempore id, quod in tenebris delitescerat, in lucem proficiat: cum necesse sit, vt e tot numeris vnus, & alter saltem integer, & incorruptus conseruetur. Vno verò, & altero numero incolumi, & saluo, quis (obsecro) nisi mentis, & cogitationis penitus expers, à scopo, ad quem suum dirigit cursum, vnquam aberrauerit? Haud equidem tamen negauerim, eam esse excudendorum librorum rationem, & librariorum iniuriam, vt offendere, & prolabi sæpe numero necesse sit: sed quia omni cura, ac diligentia in id incubuimus, vt huiusmodi monstra e nostris finibus procul arcerentur, & e medio penitus tollerentur; propterea speramus fore, vt aut nihil, aut admodum parum legentis animus his prodigiosis spectris perturbetur. Tot autem modis, & tot indicijs vnum, atque eundem locum citauimus, & designauimus: & item tam sigillatim suis vnâquamque sententiam notis expressimus: propterea quod hac ratione iudicamus eos, qui codicibus eiusdem exempli, & editionis vtuntur, quibus nos vsi sumus, omnia facillime inuenturos esse: quorum quidem signa, & notas hic à tergo collocanda curauimus. Alij quoque, qui alterius generis, & alterius formæ codices habent, sine labore idem commodum consequentur: cum & librorum, & capitum, & etiam contextuum partitiones apud omnes planè sint eadem. Cæterum quoniam (vt sæpe diximus) hoc continet in sinu suo quicquid opum ab Aristotele, Aristotelisq; Philosophis in suos thesauros congestum fuit; & quicquid boni ex eorum vberissimis fontibus vnquam emanauit; ideo par esse videbatur, vt potius à parte, quam à toto diceretur, & nomen potius Aristoteleæ Philosophiæ, quam totius Philosophiæ obtineret. Verum, quia nihil propius fit, quam vt extremam manum imponam monumentis aliorum omnium Philosophorum, quotquot vnquam floruerunt: & quia Imperatore mundi Deo nostris conatibus aspirante; ea quoque cuncta simul propediem hac eadem inscriptione, & hoc eodem titulo in medium sumus prolaturi; idcirco nobis magis rationi consentaneum visum est, si hoc ipsum opus, Seminarium totius Philosophiæ nuncuparetur. Ego enim instar optimi cuiusdam agricolæ, qui in vnum locum, quod Seminarium appellatur, vnus atque eiusdem generis arbutculas, in alium vero alterius generis stirpes conferte

confuevit:

confuevit: vt inde, cum opus fuerit, euulsas ad suum quemque locum, quem sibi proposuit, commodè transferre, & ex earum cultura fructum simul, & voluptatem percipere possit; conieci in hoc volumen omnes omnium rerum definitiones, omnes diuisiones, omnes distinctiones, & omnia denique scitu, & obseruatione digna, quæ à præclarissimis illis Scriptoribus fuerint vnquam elucubrata: vt hinc desumpta, & ad rerum occasiones accommodata, mihi & vniuersæ literatorum hominum rationi essent vtilitati, & ornamento. Quoniam vero sub vno, atque eodem vocabulo permultæ suberant propositiones; nos, ne in eam molestiam incideremus, quam in alijs sæpe experti fuimus; & vt multo commodius, & facilius omnia inueniremus, eas propositiones, multiplicibus adhibitis diuisionibus, diffinximus iuxta illud axioma, quod in scholis Philosophorum quam creberrime inculcatur, Omne æquiuocum prius distinguendum, postea definiendum. Non ita tamen minuta subtilitate in vnoquoque capite progrediendum nobis esse censuimus: Sed tanta duntaxat, quanta ad muniendam breuiorem, & planiorem viam ad rerum inuentionem satis esse videretur. Nam exempli gratia, cum mihi de anima agendum sit; & cum sub hoc vocabulum, Anima, multæ cadant propositiones; ego, vt aditum faciliorem pararem ad id, cuius opera indigeremus, primum eas omnes propositiones, quæ in vniuersum ad animam pertinent, collocaui: Mox animæ diuisionem: Deinde definitionem. Quarto loco Animæ ortum, seu generationem: Postremo paulo distinctius de Anima agens, primum egi de ea, vt intelligentia: mox de ea, vt rationis capace: Deinde vt de rationis experte: Deinceps vt de sentiente, vegetante, alente, & impellente: postremo quoniam pacto de ea habeatur cognitio: cui de anima veterum Philosophorum opiniones; & quid ei post mortem accidat, statim subieci. Atque hac eadem plane ratione pertractaui ea cuncta vocabula, quibus multiplices subsunt propositiones, prætermittis huiusmodi diuisionibus in eo vocabulorum genere, quæ numero admodum paucas suo ambitu propositiones complectuntur. Nam quemadmodum vbi magnus est propositionum numerus, ibi huiusmodi distinctiones lucem afferunt clarissimam; & omnem inuestigandi molestiam penitus auferunt: ita quoque vbi earundem numerus est exiguus, ibidem adhibitæ animum perturbant, & studiosis sæpenumero negocium facessunt.

AVTHORES

AVTHORES A QVIBVS HOC EXGERPSIMVS,
SVNT HI, QVI SEQVNTVR.

Aristotelis Prædicamenta.	De Anima.	De syllogismo hypothetico.
Perihermenias.	De memoria, & reminiscencia.	De diuisione.
Priora.	De somno, & vigilia.	De definitione.
Posteriora.	De insomnijs.	In Topica Ciceronis.
Topica.	In Metaphysica.	De differentijs Topicis.
Elenchi.	Sirianus In Metaphysica.	Alb. Mag. In Prædicabilia.
Physica.	Pfellus In Physica.	Prædicamenta.
De Cælo.	Simplicius In Prædicamenta.	Sex principia.
De Generatione, & corruptio.	In Physica.	Perihermenias.
Meteora.	De Cælo.	Priora.
De Plantis.	De Anima.	Posteriora.
De Animalium historia.	Io. Gram. In Priora.	Topica.
De Partibus animalium.	In Posteriora.	Flenchos.
De Incessu animalium.	In Physica.	In Physica.
De Anima.	De Generatione, & corruptio.	De Cælo.
De Sensu, & sensibili.	De Generatione animalium.	De Generatione, & corruptio.
De Memoria, & reminiscencia.	De Anima.	In meteora.
De Somno, & vigilia.	Mich. Eph. De memoria, & reminiscencia.	De sensu, & sensato.
De Insomnijs.	De somno, & vigilia.	De memoria, & reminiscencia.
De Diuinatione per somnium.	De insomnijs.	De somno, & vigilia.
De Animalium motu.	De diuinatione per somnium.	De motibus animalium.
De Animalium generatione.	De longitudine, & breuitate vitæ.	De iuuentute, & senectute.
De longitudine, & breuitate vitæ.	De iuuent. senect. mort. vitæ, & respiratione.	De spiritu, & respiratione.
De iuuentute, & senectute.	De motu animalium.	De morte, & vita.
De sanitate, & morbo.	De incessu animalium.	De nutrimento, & nutritibili.
Problemata.	De animalibus.	De natura, & origine animæ.
Quæstiones mechanicae.	Eustratius In Ethica.	De unitate intell. contra Aucr.
De Mundo.	Alpafius In Ethica.	De natura locorum.
De admirandis auditionibus.	Augroes In Porphyrium.	De proprietatib. elementorum.
Physiognomica.	In Prædicamenta.	De passionibus æt. & inæ.
De coloribus.	Perihermenias.	De vegetabilibus, & plantis.
De spiritu.	Priora.	De principijs motus prof.
De lineis infecabilibus.	Posteriora.	De causis, & processu vitæ, & a causa prima.
De causis proprietat. element.	Elenchos.	De anima.
De causis.	Topica.	De intellectu, & intelligibi.
De Xenophane, Zeno, & Gorg.	Epitome in logica.	De mineralibus.
Metaphysica.	Quæstiones logice.	De animalibus.
Ethica ad Nicomachum.	In Physica.	In Metaphysica.
Moralia magna.	In media expositione physica.	In Ethica.
Moralia eudæmia.	In Cælo.	In Politica.
De virtutibus.	Augroes Paraphras. de cælo.	In Perihermenias.
Politica.	Generatione, & corruptione.	Priora.
Oeconomica.	Meteora.	Physica.
Rhetorica.	De partibus animalium.	De Cælo.
Rhetorica ad Alexandrum.	De sensu, & sensibili.	De Generatione, & corruptio.
Poetica.	Memoria, & reminiscencia.	In meteora.
Theophrasti Metaphysica.	Somno, & vigilia.	De anima.
Alex. Aph. o. l. In Priora.	Insomnijs.	De sensu, & sensato.
In Topica.	Diuinatione per somnium.	De memoria, & reminiscencia.
In Elenchos.	Generatione animalium.	Somno, & vigilia.
Quæstiones naturales.	Longitudine, & breuitate vitæ.	Insomnijs.
De fato.	Substantia orbis.	Diuinatione per somnium.
De anima.	Destruccione destructionum.	Motu anim. lium.
De mixtione.	Animæ beatitudine.	Longitudine, & breuitate vitæ.
De sensu, & sensato.	Metaphysica.	Iuuent. senect. mort. vitæ, & respiratione.
In meteora.	Epitome in Metaphysica.	De motu cordis.
Problemata.	Ethica.	De natura hominis.
In Metaphysica.	Politica.	Metaphysica.
Alex. & Eustr. In Posteriora.	Rhetorica.	Ethica.
Porphyrius In Prædicamenta.	Poetica.	Politica.
Quinque voces.	In Prædicab. ex dialogis.	Alex. de Alex. Metaphysica.
Ammonius In Porphyrij quinque voces.	In Prædicab. ex secundis com.	Tho. de Vi. In Prædicabilia.
Prædicamenta.	In Prædicamenta.	Prædicamenta.
Perihermenias.	Lib. de interpret. pri. editione.	Perihermenias.
Dexippus In Prædicamenta.	Lib. de interpret. 2. editione.	Posteriora.
Magentinus In lib. de interpretatione.	De introd. ad syl. categoricos.	Dan. Barb. Rhetorica.
In Priora.	De syllogismo categorico.	Per. de Aluer. De Cælo.
Themistius In Posteriora.		
In Physica.		

F I N I S.

218011VA

AVTHORES

AVTHORES, QVI IN HOC
OPERE CITANTVR,
cuius impressionis sint.

Aristotelis opera Impressa Venetijs apud signum Seminantis in 16. 1572. Quibus simul iuncti sunt.	Michael Ephesius. De partibus animalium. Impr. Venetijs apud Scotum. 1552. De animalibus in 8. Impr. Basileæ. 1559.
Theophrasti, Metaphysic.	Eustratius. In ethica. Impr. Ven. apud Iunctas. 1541.
Alex. Aphro. Problemata.	Alpafius. In ethica. Imp. Venet. apud Iunctas. 1541.
Porphyrij, Quinque voces.	Auerrois Opera. Imp. Venetijs apud Iunctas. 1550.
Alex. Aphro. In priora. Impressum Venetijs apud Scotum. 1546.	Boetij Opera. Impressa Basileæ. 1546.
In topica. Impressum Venetijs apud Scotum. 1547.	Alberti Magni Opera. Impressa Venetijs apud Sco tum. 1532.
De memoria. Impressum Venetijs apud Scotum. 1561.	D. Tho. Periherm. Imp. Venet. apud Iunctas. 1553.
De sensibus. Impressum Venetijs apud Scotum. 1549.	Poster. Imp. Venetijs apud Iunctas. 1551.
Quæstiones nat. } Impress. Venetijs De facto. } apud Gryphium. De animal. } 1555.	Physic. Imp. Venetijs apud Iunctas. 1551.
De mixtione. } Metaphysica. Impressa Venetijs apud Scotum. 1561.	De cælo. Imp. Vene. apud Scotum. 1555.
In Elenchos. Impress. Venetijs apud Ludouicum Auancium. 1557.	De generatione & corruptio. Impressum Venetijs apud Scotum. 1555.
Alex. & Eustratius. In poster. Impressum Venetijs apud Scotum. 1568.	Meteor. Impr. Ven. apud Scotum. 1561.
Porphyrius. In prædicamen } Impressum Venetijs Dexippus. In prædicament. } apud Scotum. 1546.	Anima. Imp. Venetijs apud Iunctas. 1565.
In prædicab. } Impr. Venetijs apud Ammonius. Prædicament. } Gryphium. 1555.	Parua naturalia. Impressum Venet. apud Iunctas. 1566.
Magentinus. In perihermen. in 4. Impress. Venetijs apud Scotum. 1545.	Metaph. Imp. Venet. apud Scotum. 1562.
In priora. Impressum Venetijs apud Scotum. 1544.	Ethica. Imp. Venetijs apud Iunctas. 1563.
Themistij Opera Impressa Venetijs apud Scotum. 1549.	Politica. Impr. Venet. apud Iunctas. 1568.
Syrianus In metaphysic. in 4. Impressum Venetijs ad signum Famæ. 1558.	Alex. de Ales. Metaphysic. Impressum Venetijs apud Galignanum de Carara. 1572.
Pfellus In physica. Impressum Venetijs per Ia- cobum Rubeum. 1554.	Thomas de Vio. In prædicabil. Impressum Venetijs apud Scotum. 1565.
Simplicij In prædicamenta. Impressum Venetijs apud Scotum. 1543.	Prædicamenta. Impressa Venetijs apud Scotum. 1565.
In phy. Imp. Venetijs apud Scotum. 1566.	Perihermen. Impressum Venetijs apud Scotum. 1565.
In anima. Imp. Vene. apud Scotum. 1564.	Posteriora. Imp. Ven. apud Scotum. 1565.
De cælo. Imp. Vene. apud Scotum. 1555.	Daniel Barbarus Rhetor. in 4. Impressum Venetijs apud Paulum Gerardum. 1544.
Ioan. gram. Priora. Imp. Venet. apud Scotum. 1548.	Petrus de Aluernia. in 4. de cælo. Impress. Venetijs apud Scotum. 1555. vna cum D. Thoma.
Post. Impr. Venetijs apud Scotum. 1550.	
Physi. Imp. Venetijs apud Scotum. 1554.	
De generatio. & corrupt. Impr. Venetijs apud Scotum. 1543.	
De generatio. animalium. Impr. Venetijs apud Fratres de Sabio. 1526.	
De anima. Impressum Venetijs apud Sco tum. 1554.	

Ita tamen, & librorum diuisiones, &
capita, & textus, & paginas, & co-
lumnas, & omnes diuisiones adie-
cimur, vt & in omnibus impressio-
nibus facillè quibus accuratus Le-
ctor, si in fonte eadem videre vo-
luerit, quæcunque ei placuerit, fa-
cillimè inuenire poterit: cum libri,
ac librorum diuisiones, capita, &
textus, in omnibus impressionibus
sint eadem.

INDEX DIVISIONVM

materierum, quæ in primo volumi- ne continentur.

<i>Abstractionis diuisio.</i>	chart. 1	tura insunt.	15	diuisio.	27
natura.	1	quò mouent, & quæ mouent.	15	diffinitiones.	27
quæ possunt.	2	consequentia.	15	generatio.	28
necessitas.	2	<i>Affirmationis diuisio.</i>	15	ut intelligentia.	28
vt exempla.	2	diffinitio.	15	ut rationalis.	28
<i>Accidentis diuisio.</i>	2	proprietates.	15	ut irrationalis.	34
quid est, ut cognoscitur, eius pro-		ex quibus fit.	15	ut sensitiua.	34
prietates.	2	ut simplex.	15	ut uegetatiua.	35
ut separabile, & inseparabile.	4	ex transpositione.	16	ut nutritiua.	35
ut per se, & per accidens.	4	ut contradictio.	16	ut impulsiva.	35
utilitas.	4	ut uera, uel falsa.	16	ut de ea habetur scientia.	35
ut predicatur.	4	ut uniuersalis.	16	opiniones antiquorum.	35
ut problema.	5	ut una.	16	que post mortem ei accidunt.	36
ut fallacia.	5	ad quam anima potentiam per-		<i>Animalis in uniuersali.</i>	36
<i>Accipientis natura.</i>	5	tinet.	16	diuisio.	37
usus.	5	<i>Agentis diuisio.</i>	16	quid sunt.	39
remedia.	5	natura.	16	proprietates.	39
<i>Adtionis diuisiones, & differentia.</i>	6	ut primum agens.	16	ut cognoscunt.	39
quid est.	6	ut causa.	16	partes.	39
causa.	7	ut à generante procedit.	17	potentiæ.	40
finis, in quo est.	7	ut operans.	17	ut nutriuntur.	40
ut recipitur in materia.	7	ut predicamentum.	17	generatio.	40
ut predicamentum.	7	ut ad patiens refertur.	17	ut sentiunt.	42
ut corporis motus.	7	cognitio.	17	ut augentur.	43
ut ex uirtute mundi.	7	<i>Albi diuisio.</i>	18	ut mouentur.	43
<i>Actus diuisio.</i>	8	natura.	18	ut respirant.	44
natura.	8	definitio.	18	ut uident.	44
ut purus, et separatus à mater.	9	ex quo generatur.	18	ut dormiunt, & uigilant.	44
ut recipitur in materia.	9	ut pertinet ad robur.	18	uita.	44
ut se habet ad potentiam.	9	<i>Alimenti diuisio.</i>	19	ut masculus uel femina.	44
ut diuiditur à potentia.	9	quid est, & eius proprietates.	19	ut sunt media inter animal, &	
ut intelligens.	9	ut transmutatur.	19	plantas.	45
ut procedit ab agente.	9	ut nutrit.	19	ut aquaticæ.	45
ut reducitur sub predicamentis.	9	<i>Alterationis diuisio.</i>	20	ut reptile.	45
<i>Acutum ut tangibile.</i>	9	quid est.	20	<i>Apum genera.</i>	46
ut gustabile.	9	causa.	20	generatio.	46
<i>Aequalitatis diuisio.</i>	10	ut naturalis, & in quo sunt ab-		mores.	46
quid sit.	10	stractiones.	20	opera.	47
in quibus sit.	11	finis.	20	que eis nocent, & iuuant.	47
<i>Aequiuocorum diuisio.</i>	11	<i>Amicitie definitio.</i>	21	cibus.	47
quid sunt.	11	ut uera.	21	reges.	47
proprietates.	11	ut communitur dicitur amicitia.		uita.	47
fallacia.	11	chart.	22	<i>Appetitus diuisio, & species.</i>	48
an in scientijs uti debeant.	12	absentia, et presentia quid facit.		quid est.	48
<i>Aer ut elementum.</i>	12	chart.	22	in quibus est.	48
ut inseruit motui.	13	dissolutionis causa.	22	ut mouet, & mouetur.	48
ut respirabile.	13	<i>Anguillarum definitio.</i>	22	ut appetit.	49
ut inseruit uisui.	13	generatio.	23	<i>Aqua in uniuersali.</i>	49
ut inseruit auditui.	13	proprietates.	23	quid est.	50
ut alteratur à corporibus cele-		<i>Angulus ut in uniuersali.</i>	24	ut elementum.	50
stibus.	14	ut rebus.	24	ut transmutatur.	50
<i>Aeternitatis diuisio.</i>	14	ut acutus.	24	ut mouetur.	50
quid est.	14	ut obtusus.	24	ut calida, & frigida.	51
proprietates.	14	ut extrinsecus.	24	ut dulcis, uel salsa.	51
<i>Affectuum diuisio.</i>	15	ut pyramidalis.	24	ut pluuia.	52
quid sunt, & quot.	15	ut in circulo.	24	<i>Artis diuisio.</i>	55
ad quid pertinent, & quibus na-		<i>Anima in uniuersali.</i>	24	diffinitio.	55

princi-

INDEX.

principia unde habet.	56	ut ad sensum pertinet.	79	utrum in loco, ut mouetur, &	
ut imitatur naturam.	56	ut hominis.	79	motus principium, & eius co-	
quæ comprehenduntur arte.	56	ut conuenit esui.	79	gnitio.	92
operationes.	56	ut physiognomia inseruit.	79	in inferiora agit, & ut de eo co-	
ut liberales.	57	ut corrumpitur.	80	gnitionem habere possunt.	95
ut mechanicæ.	57	ob quid a natura fit.	80	ut à prima causa dependet, &	
ut coniecturales.	57	ut diuisibilis, uel indiuisibilis.		an genitum, uel incorrupti-	
differentiæ.	57	chart.	80	bile sit.	95
<i>Artifex, ut Deus opt. max.</i>	58	<i>Casus ut causa per accidens.</i>	80	ut materiam, principia, quan-	
ut differt à natura.	58	ut ad nomen, & uerbum perti-		titates, proprietates, & figu-	
operationes.	58	net.	81	ram habet.	96
cognitio.	58	ut fit denominatio.	81	ut à terra distat, & quæ pars sub	
proprietates.	58	<i>Causarum diuisio, & ad quem perti-</i>		ipso habitabilis est.	97
<i>Auditus definitio.</i>	61	net earum consideratio.	82	<i>Cognitionis diuisio.</i>	97
in quo inest.	61	quid est.	82	quid est, & ut fit.	97
quid corrumpit.	61	ut forma.	83	quæ nobilior, quæ prior, & ut à	
operatio.	61	ut efficiens.	83	ceteris differt.	98
<i>Argumenti definitio.</i>	61	ut finis.	83	cui consentanea est.	99
ut fit, & quo est.	61	ut materia.	83	<i>Colorum diuisio.</i>	100
terminus.	62	ut ad effectum refertur.	83	quid sunt.	100
ut differt à nutritione.	62	ut per se, & per accidens.	84	ut fiunt, & miscentur.	100
<i>Auis in uniuersali.</i>	62	ut prima, ut prior, posterior, re-		quid proprium, & cause.	100
differentiæ.	63	mota, propria, & communis.	84	ut uidentur, quid significant, &	
coitus, & quæ ad ipsarum genc-		ut actus, & potentia.	85	faciant, & eorum uirtus.	101
rationem pertinent.	63	ut inter seipsas relationem ha-		ut herbarum, plantarum, & Iri-	
uictus.	64	dent.	85	dis.	101
uolatus, & garritus.	64	ut ad argumenta, & predica-		<i>Comete differentie.</i>	101
ut rapaces.	64	menta pertinent.	85	quid est, & in quo loco fit.	102
ut aquaticæ.	65	<i>Cerebrum quid est, & ut ad sensum</i>		quid significat, & è quo fit.	102
ut agrestes.	65	pertinet.	86	quid habet in se, & quantum	
<i>Aurium definitio.</i>	65	locus, qualitas, & substantia.	86	durat.	102
partium nomen.	65	ut motus principium, & super		quæ circumdat stellam, & quo	
forma, & cur sit.	65	quo innititur.	86	motu mouetur.	102
quæ habent, & ut aliquibus ani-		operatoria, partes, & diuisio.	86	<i>Compositio quid est, et quotuplex.</i>	103
malibus mobiles sunt.	65	quæ habent, è quo compositum		ut differt ab ordine, & non re-	
locus, & cur eo in loco sitæ sunt.		est, & superfluitatum exitus.	87	pugnat simplicitati.	104
char.	65	ad corporis partes relatio.	87	è quibus fit, & in quid resolu-	
quid diuersa forma significat.	65	quæ maiorem habent, & ob quid		tur, & ut cognoscitur.	104
problemata.	66	datum est.	87	uires in quo sunt, & eius pro-	
<i>Bonorum diuisio.</i>	68	quæ sanant.	87	prietates.	104
quid est, & in quo est.	69	<i>Circulus quid est, & eius proprietates.</i>		ut naturalis.	105
quid accidit.	70	char.	90	ut logica.	105
ut à Deo dantur, à fortuna, &		ut mouetur.	90	ut artificialis.	105
casu.	70	ut ad syllogismum, & demon-		<i>Conclusio quid est.</i>	105
quæ appetunt.	70	strationem pertinet.	90	ut sequitur propositiones syllo-	
quid contrarium.	70	diuersæ considerationes.	91	gismi.	106
differentia.	70	ut ad quadraturam pertinet.	91	ut ad figuras pertinet syllogis-	
ut perfectum.	70	<i>Ciuilitatis diuisio.</i>	91	mi, & ut probatur.	106
proverbium.	71	quid est, & eius finis.	91	ut affirmatiua, uel negatiua.	106
<i>Caliditatis diuisio.</i>	72	ut fiebant Romani ciues.	91	ut uniuersalis, uel particularis,	
quid est.	73	inquit corrumpitur.	91	& indefinita.	106
proprietates.	73	antiquorum opiniones.	91	ut modalis.	106
unde fit.	73	ut ad rhetoricam pertinet.	91	ut uera, uel falsa.	106
ut qualitas.	74	<i>Ciuitas quot dicitur modis, & eius</i>		<i>Contingentis diuisio.</i>	110
cuius est causa.	74	partes.	92	quid est, & in quibus.	110
ut naturalis.	74	quid est.	92	ut raro, plerumque, & in pluri-	
ut extrinseca.	75	quid ei prodest, & nocet.	92	bis.	110
ut pertinet ad mores.	75	quæ magnitudo esse debet.	92	consequentia, & ut differt à mo-	
<i>Canes ut iuuenes, & senes.</i>	76	qui rectores esse debent.	92	dalibus ceteris, & quid signi-	
coitus tempus.	76	orbis terrarum quot sunt, & quæ		ficat.	110
morbi.	76	sit earum distantia sensibilis.	92	natura, & uis in propositioni-	
proprietates.	76	<i>Cælum quid est, an finitum, eius par-</i>		bis.	111
proverbia.	76	tes, ut appellatur, & cælestium		<i>Continuum quid est, eius proprietates.</i>	
<i>Caro quid est, & unde fit.</i>	79	vires.	93	chart.	111

quod

INDEX.

quod mouetur, & eius partes.	111
char.	111
natura.	111
in quibus reperitur, & de quibus est.	112
ad quem eius consideratio pertinet.	112
Contradictio quid est, & quid significat.	112
que requiruntur ut sit, & eius proprietates.	112
ut est in propositionibus.	112
que docetur in libro Periberemias, & quot sunt.	112
Contraria quot modis, & in quo sunt.	112
char.	112
que sunt, & que requiruntur, ut sint.	113
ut differunt inter se, & a ceteris oppositionum speciebus.	114
ad que reducuntur, ut permanent inuicem, ut cognoscuntur, ut fiunt, & quid faciunt.	114
char.	114
que suscipiunt contra magis, & minus.	114
proprietates.	114
ut habent medium, uel non, & sunt in medio.	115
ut sunt in predicamentis.	115
ut sunt in propositionibus.	115
ut sunt in opinionibus.	115
Cor quid est eius motus, & locus.	116
partes, figura, & eius proprietates.	116
ut corporis principium, & ut regit membra.	117
quibus inest, & ut prius creatur, & ut sentit.	117
ut calidus, & frigidus, & unde.	117
char.	117
diuersa qualitates, & ut diuersa in corpore gignit.	117
uirtutes, & uariæ philosophorum de eo opiniones.	118
Corpus quot dicitur modis, diff. uincula, & solutiones.	118
quid est, & que eius uires.	119
que causa propinqua, & de quibus componitur.	120
que sequuntur, & que ob etatem accidunt.	120
ut simplex, compositum, magnū, & paruum.	120
ut se habet ad animam, & ad partes corporis.	121
ut animatum, inanimatum, & uisibile.	121
ut se tangit, est in loco, tempore, & uacuo.	121
ut finitum, infinitum, diuisibile, & indiuisibile.	122
ut graue, leue, calidum, & frigidum.	122

ut mobile, ut agit, & patitur.	122
char.	122
ut bonum, sanum, & agrum.	124
char.	124
ut caeleste.	124
ut naturale.	126
ut brutorum.	127
ut artificiale.	127
ut mathematicum.	127
ut in predicamentis.	127
signa eius, ut ad mores pertinet.	127
char.	127
Corruptio quid est, & ut colligitur ab intellectu.	127
ut fit, ac que corrumpuntur, & que est corruptionis causa.	127
ut diuiditur a corruptiuo, & ab incorrupto.	128
ut naturalis.	128
ut uiolenta, & per accidens.	128
quo tempore max. fiat.	128
Definitio quot dicitur modis, & fit, & inuenitur.	132
quid est, & unde dicitur.	133
quis artifex tribuit eius essentiam, & effectus.	135
cuius est, & de quibus constat.	136
utilitas.	137
ut uera, uel falsa, & eius utilitas.	137
ut differt a descriptione, & demonstratione.	138
ut manifestatur, & an demonstrari possit.	138
ut formalis.	139
ut materialis.	139
ad quem pertinet, & in quo loco de ea agit Arist.	139
ut ad argumentandi loca pertinet.	139
Demonstratio quotplex, & quid est.	141
char.	141
de quibus est, et de quibus constat, & que sunt ei necessaria, & ut cognoscitur.	142
proprietates.	144
ut utilis, inutilis, & in quo loco de ea tractatur.	144
ut differt a scientia demonstratiua, et ut inter se differunt quid, & quia.	145
que prestantior, & ut ad syllogisticas figuras pertinet.	145
ut ad impossibile.	145
ut ad rhetoricam pertinet, & ut est unum e generibus rhetoricis.	145
Dentium diuisio, & nomina.	146
numerus, & materia.	146
proprietates, et ad quid utiles.	146
que eos habent, & quo tempore apparent, et eiciuntur.	146
ut albi, nigri, & ut stupefcunt.	146
char.	146

Deus quid est, & ut illi similes sumus.	147
char.	147
actio eius que est, & ut omnia sunt illi presentia.	147
ut inferiora regit, cognoscit, boni causa, & qui Deo carus est.	148
ut mundi causa, & ut ipse mundum preccedit.	148
locus eius, potentia, et ut illi conuenit honor.	148
ut mouetur, & ut est immobilis.	148
char.	148
nomina.	148
attributa.	149
uariæ de Deo antiquorum opinioniones.	149
qui Deum non esse opinati sunt.	149
char.	149
non esse subiectum metaphysicis.	149
Dialectica quot dicitur modis, et de ea uariæ antiquorum opinioniones.	149
char.	149
quid est, & eius finis, & cur sic dicitur.	149
quid ei necessarium, & quibus argumentis utitur.	149
quid ei proprium, utilitas, & in quo libro de ea tractat Aristoteles.	150
quid commune, & proprium habet cum oratore, demonstrante, rhetore, & pri. philosopho.	150
ut ad problemata pertinet.	150
Differentia diuisio, et cuius est, & cuius causa.	151
quid est, & que multū differunt.	152
char.	152
proprietates, utilitas, & quid eius loco sumitur.	152
ut propria, communis, maxime propria.	153
ut diuisiua, & constructiua generis.	153
ut actu, potentia, finita, & infinita.	153
ut substantia, uel accidens, ut contraria.	153
ut separabilis, inseparabilis, per se, & per accidens.	153
quot in definitione esse debent.	154
char.	154
ut ad argumentandi loca pertinet.	154
ut differt a ceteris quinque uocibus.	154
Dignitas ut principium demonstrationis.	155
Diuisio quot modis fit, ut fieri debet, & ut facilius.	158
quid est, et quis eius finis.	158
necessitas, et utilitas.	159
in quo est, et quid facit, ut per accidens.	159

ut mo=

INDEX.

ut modi eius inuicem differunt, & ut differt a compositione.	159
char.	159
Elementa quid sunt, & eius conditiones.	164
ut sunt rerum principia, & contraria.	165
quot sunt, et ad quam scientiam pertinent.	165
qualitates, & motus principia.	165
char.	165
ut agunt, mouentur, fiunt, & diuiduntur.	166
ut sunt in re, & de ipsa predicantur.	166
ut inferunt sensibus, & saporibus.	166
Elephas quid est.	167
ut coit, & que ad eius generationem pertinent.	167
partes corporis, et ei ⁹ situs.	167
que ei ad uitam pertinent.	167
ut pugnat, ut capitur, & obediunt homini.	167
Entis diuisio.	169
quid est, & quā latius patet.	170
de quibus dicitur, & fit, & ubi de ipso tractatur.	170
ut accidens, & substantia.	171
ut mobile, et ut contrarium.	171
ut uniuersale, & ut unum.	171
ut actu, & potentia.	171
ut primum, et ut separatum.	171
ut sensibile.	172
ut de ipso habetur scientia.	172
Enunciationis diuisio.	172
quid est.	173
ut affirmatiua, & negatiua.	173
partes eius, & in quo libro de ea tractatur.	173
ut uniuersalis, uel particularis.	173
char.	173
ut singularis, & indefinita.	173
ut modalis.	173
ut simplex, & composita.	173
eius oppositio, & aequipotentia.	173
char.	173
ut una, & ut plures.	173
ut uera.	173
Equus ut ad generationem pertinet.	174
eius uita, infirmitates, & que ad uitam pertinent.	174
partes corporis.	174
ferocitas.	174
ut uel fluminalis, uel marinus.	174
Essentiale quid dicitur modis.	175
Esse quid est, & ut se habet ad primam essentiam.	175
ut uerbum.	176
ut in aliquo.	176
pro esse rei.	176
essen di modi.	176
per essentiam, & accidens.	176
operatio.	176

Exemplum quid est, & ad quem pertinet, & quot sunt eius species.	177
ut fit, & ut se habet ad conclusionem.	178
ut comprehenditur sub inductione, & ut a syllogismo, & inductione differt.	178
ut sumuntur litera, & ut proipsis declarantur res.	178
Falconum genera.	180
proprietates.	180
regimen.	180
ut capiuntur.	182
ubi maxime inueniuntur.	182
Falsi diuisio.	182
quid est, & ut fit.	182
ut syllogismi uitium.	182
que soluenda, & cui accidit falsitas.	183
Ferrum ut metallum.	185
ut ad motum pertinet.	185
Figura ut qualitatibus species.	186
ut ad syllogismum spectat.	186
ut a passionibus alteratur.	187
Finis quot dicitur modis.	187
quid est.	188
ut causa.	188
actionum, artium, et ciuitatis.	188
proprietates.	189
ut figura terminus.	189
librorum philosophie Arist.	189
ut sumitur loco finiti.	189
Felicitatis pars, & diuisio.	191
quid est, & in quo libro de ea tractatur.	191
unde, & ut expetenda.	191
in quo consistit, que faciunt felicitatem, & eius opera.	191
Fœmina quid est, & cur sit.	192
ut ad generationem pertinet.	192
uita eius, & uox.	192
quid accidit eis, & earum excrementa.	192
uirtutes.	192
Forma quot dicitur modis, & ipsius uariæ conditiones.	193
quid est.	195
ut anime.	196
ut abstracte sunt, et celestes.	196
ut separabiles, & uniuersales.	196
ut substantiales, et naturales.	197
an fiant, moucantur, & earum finis.	199
ut sint causa, & habent esse.	199
ut forma est in materia, & de ipsa educitur, & in ipsa recipitur.	200
ut accidentalis, et artificialis.	200
ut differunt inter se, et sunt contrarie.	200
ut elementum.	200
ut mathematicæ.	201
a quo considerantur, et a quo primo ex antiquis forma cognita fuit.	201
ut reipublice conueniens.	201

Fortitudo quid est.	201
unde prouenit, & quid fortitudinem arguit.	201
effectus ueri, et similes.	201
Fortuna quid est.	201
in quo est, uersatur, et eius euentus.	201
ut causa.	202
ut bona, uel mala.	202
fortunatus, infortunatus.	202
ut describitur.	202
Frigus quid est, et quotplex.	202
eius uires.	203
qui magis illud sentiunt, quo tempore, et quis eius locus.	203
ut a corporibus celestibus agitur.	203
char.	203
Generatio an sit, et quot dicitur modis.	206
quid est, et ut sit.	206
e quibus constat, et in quo loco perficitur.	208
causa ipsius, et potentia.	209
in quo est, et eius necessitas.	209
modus, et similitudo, et cognitio.	209
char.	209
natura, et finis.	209
corruptio, et generatio, ut opponuntur.	210
ut a casu, et artificialis.	210
ut liber ab Arist. conditus.	210
Genus ut diuiditur, et differt, et quid significat.	210
quid est, & cur defini non potest.	211
ut prius, et notius.	211
an separatur ab eo cuius est genus, et per se subsistat.	211
quot sunt genera, et que diuersa.	211
char.	211
ut dicitur genus de speciebus, et differentijs, et quid continet.	212
char.	212
ut ad aliquid est.	212
ut cognoscitur, ad quid utilis eius cognitio, et quibus in usu fuit.	212
char.	212
ut generalissimum.	212
ut subalternum.	212
ut unum, et ut subiectum in scientia.	213
ut causarum genus.	213
ut ad questiones pertinet.	213
Græue quot sumatur modis.	215
quid est.	216
ad quod predicamentum pertinet, et eius proprietates.	216
ad quem pertinet de ipso tractare, et ut sumitur, et ut causa.	216
ut mouetur ad aliquem locū.	216
ut forma terre.	216
ut ad sonum pertinet.	216
ut ad mores spectat.	216
Habitus diuisio.	218

* * quid

INDEX.

quid est, et quæ eo priuari dicuntur.	218	negationis.	231	quid est, et quod obiectum habet.	
in quibus, & de quibus dicitur, & quæ necessaria sunt, ut sit, char.	219	prava dispositionis.	231	char.	244
ut se habet ad cæteras qualitatibus species, & ut se habet ad id, quod habitum induit.	219	quæ consequuntur.	232	ut prima cause.	245
ut se habet ad prædicamenta, char.	219	uris.	232	ut intellectus substantiæ.	246
Homo quid est, et ut consideratur.	220	Imaginationis diuisio.	232	ut agens.	248
natura eius quæ sit, & uiri, & mulieris proprietates, & differentie.	221	quid est.	232	ut possibilis.	248
ut differt a cæteris animantibus, char.	222	ut differt, & communicat cum sensu, & cæteris animæ potentibus.	232	ut separatus.	250
ut ad coitum, & ad generationem pertinet.	222	in qua facultate, & in quibus animalibus sita est, et quo tempore melior.	233	ut in habitu, et adeptus.	250
ut ad mores, uirtutes, & perfectionem pertinet.	223	qui bene utuntur, et ut sit bona imaginatio.	233	ut speculatiuus, et formalis.	250
ut ad membra, & motum pertinet.	224	Indiuidua quid sunt, cur sic dicuntur, de quo prædicantur, et quot modis.	236	ut actiuus, et practicus.	251
è quibus constat, & unde dicitur.	224	quæ sunt, an definiri possunt.	236	ut passiuus, et materialis.	251
ut ad sensum, et uitam pertinet, char.	224	ut fiunt, et proprietates.	236	nostræ è quibus est.	252
quæ habitatio ei magis congruit, & in qua magis uiuit.	225	ut infinita, et indiuisibilia.	236	ut corruptibilis, uel non.	252
ut somniat, & quæ ei ad sanitatem pertinent.	225	ut artificiale, uagum, et signatum.	137	ut mouetur, intelligit, decipitur, et perficitur.	252
ut finis omnium, quæ facta sunt, char.	225	Indiuisibile quot dicitur modis.	237	ut se habet ad sensum.	254
quæ post mortem ei accidit.	225	quid est.	237	ut se habet ad cæteras facultates.	255
ut liber, & seruus.	225	proprietates.	237	ut unus in omnibus, uel non.	255
Idea quod non sunt inducenda.	228	ut intelligitur.	237	char.	255
quid significant.	229	Inductio quid est, et cui magis competit.	237	ut se habet ad corpus.	255
ponentium casus opinio, & erroris causa.	229	utilitas, et ut fit.	237	à quo artifice consideratur.	255
Ignis ut opponitur, corrumpitur, & quotuplex.	230	quid concludit, et ut ad syllogismum reducitur.	237	Intentio quid est, et eius usus.	255
quid est, & ut probatur esse.	230	ut differt a cæteris argumentandi modis.	237	Aristotel. et aliorum auctorum in suis libris.	256
forma, & motus.	230	Infinitum ut sit, quot requiruntur, et quotuplex.	238	Interrogatio quotuplex.	257
uires.	230	quid est.	238	quid est, et è quibus.	257
ut elementum.	230	an sit, in quo est, et quid sequitur si ponitur.	239	finis eius, et ad quem pertinet.	257
ut est apud nos.	230	an cadat sub scientia, et in quo libro de eo perfectius tractatur.	239	char.	257
Ignorantia ut considerari debet, & quotuplex.	231	ut pertinet ad propositiones.	239	quomodo respondendum.	258
quid est.	231	ut ad numerum pertinet, et ut sumitur pro uiribus.	240	loci.	258
		ut ad tempus pertinet.	240	Iræ species.	260
		platoniorum de eo opinio.	240	quid est, et eius effectus.	260
		Intellectus in uniuersali diuisio.	243	in quo est, et cui magis irascitur homo.	260
			243	unde, et qui magis irascitur.	260
				ut passio.	260
				quæ eam indicant.	260
				ut se habet ad cupiditates.	260
				Iuris diuisio.	262
				quid est.	262
				ut naturale.	263
				ut ciuile.	263
				ut in commertijs, et consuetudine.	263
				ut operatio.	263
				ut iuris peritus.	263
				ut iniuriandum.	263

INDEX DIVISIONVM materierum, quæ in secundo volumine continentur.

Lac quid est.	char. 1	ab efficientibus.	15	magnificus ut differt à liberali.	24
qualitas, & partes.	1	à generatib. et corrumpentib.	15	opera eius, & sumptus.	24
ut aptum ad caseum, & nutritionem.	2	ab usu.	15	Magnitudinis diuisio.	24
in quibus est, & ut coagulatur.	2	Locus sophisticus.	16	quid est, & ut cognoscitur.	24
unde fit, et ut auget, & minuit.	2	ut extrinsecus sumitur.	16	è quibus constat, & à quibus, & quomodo consideratur.	25
ut uia lactea.	2	à rei iudicio.	16	proprietates, & differentie.	25
lactes, ut ab intestinis, & uentriculo alimentum attrahunt.	2	à similibus.	16	ut se habet ad motum, & potentiam.	25
Lapis quid est, & eius natura.	3	à maiori. 16 à minori. 16		ut ad corpus pertinet.	25
ut preciosus.	3	à proportione.	16	Malum quid est.	25
in quibus locis generatur, et eius proprietates.	3	ex oppositis.	16	in quo est, & unde pronenit.	26
ut cecidit ex aere.	4	ex contrarijs, & contradictione.	16	ut expetit, & cognoscitur.	26
qui in uisceribus terre generatur.	4	à coniugatis.	16	Manus quid est.	27
qui de lapidibus scripsere.	4	à differentia.	16	constitutio, & partes.	27
Legum diuisio.	5	à relatiuis.	17	differentia.	27
quid sunt, & unde dicuntur.	6	ex adiunctis.	17	ut mouetur.	27
ut scriptæ.	6	ex antecedenti.	17	quid significat.	27
ut ad ignorantes pertinent, & earum effectus.	6	à repugnantibus.	17	Mare quid est, & quod dicitur modis.	27
ut conduntur, & mutantur.	6	ab effectiuis.	17	è quibus constat, et quot sunt maria.	27
quæ meliores, & a quibus late.	6	à comparatione.	17	diuersæ qualitates.	27
ut particulares, & communes.	6	ab eo, quod dicitur quotuplic.	17	ut mutat locum, & eius motus.	28
Linea diuisio.	8	ex translatione.	17	ut nauigabile, & non nauig.	28
quid est.	8	ex illatione.	17	utilitas eius.	28
ut sit, & quid facit.	8	ex consequentibus.	17	Mas quid est.	28
ut recta, & curua.	8	ex erimologia.	17	eius partes, & qualitas.	28
ut circularis, & perfecta.	8	à multuocis.	17	quæ ad generationem pertinent.	28
ut finita.	8	à casibus.	17	Maris & fanning considerationes.	29
ut rationalis, & diuisibilis.	8	ut ad laudem pertinet.	18	Materie diuisio.	30
ut se habet ad lineam, et ut æqualis.	9	ex opinione.	18	quid est.	30
ut naturalis.	9	ex contingenti.	18	proprietates.	31
Loci diuisio.	10	ex electione.	18	ut se habet ad formam.	33
quid est, & ut difficilis sit eius tractatio.	10	ex hortantibus.	18	ut causa.	34
differentia, & proprietates.	11	ex uisimilibus.	18	ut inferiorum, et superiorum.	35
ut se habet ad corpus, & quid ad loci distantiam pertinet.	11	ex suspitione.	18	ut una uel plures.	35
ut corrumpitur, & ut est continuus.	12	ex meliore.	18	ut differt a subiecto.	35
ut ad habitationem pertinet, & siccitatem.	12	ex his, in quibus est peccatum accusare, uel deseruare.	18	ut se habet ad genus.	35
uariæ de ipso opinionones.	12	interrogantis.	18	ut sensibilis, & intelligibilis.	35
quæ ob imperij securitatem mutanda sunt.	12	respondentis.	18	ut artificialis.	36
ut ad prædicamenta pertinet.	12	petendi principium.	18	cuius rei causa est.	36
ut ad argumenta pertinet.	13	exercitationis dialecticæ.	19	Mathematicæ diuisio.	36
à genere.	13	qui loci utiliores.	19	quid est.	36
à proprio.	14	Luminis diuisio.	20	subiectum, & finis, ac considerandi modus.	36
ab accidente.	14	quid est, & ut fit.	20	probationis, et cognitionis modi, & quibus tradendæ sunt mathematicæ.	36
à definitione.	14	ut diuinum ex forma cælesti, & ut Solis.	21	ut ab inuicem, & ab alijs scientijs differunt.	37
à toto.	15	ut recipitur a stellis.	21	à quibus inuente.	37
à substantia.	15	ut penetrat utrum.	21	Mathematica interualla in naturalibus non dari.	37
à diuisione.	15	ut uiri, et ut maxime suscipiat.	21	Mathematicis.	38
à partibus.	15	ut contrarium habet, & ut se habet ad tenebras, & ut uicinum.	21	Medicina quid est.	38
à causis.	15	ut incidit in perspicuum.	21	principia, & eius consideratio ad quid tendit.	38
		Magnanimitas quid est, & circa quæ uersatur.	22	ut ad medicamenta pertinet.	38
		contrarietates eius, et quæ ei conueniunt.	24	an contemplatiua, uel pract. sit.	38
		Magnificentia quid, & quæ dicuntur magnifica.	24		

I N D E X.

Medium quid est. 39
ut in reb. naturalib. reperitur. 39
inuentio. 39
ut in uirtutibus. 39
diuersae considerationes. 39
ut ad syllogismi formationem pertinet. 39
ut lapis. 40
Membroꝝ diuisio, & operatio. 41
quid sunt. 41
ut similia, & dissimilia. 41
ut principale. 41
ut sanū, egrum, & nutribile. 41
ut ad motum pertinet. 41
ut sentiunt, a quo sustentantur, & corrumpuntur. 41
ut ad orationem pertinet. 42
Memoria quid est, eius uires, & officium. 42
in quo loco est, & quae animalia habent. 42
a quo proficiscitur, et quid facit. 42
char. 42
iuuantia, & nocētia, & quae animalia memoria praedita sunt. 42
ut eadem, uel differt a phantasia & reminiscētia. 42
Mensura diuisio. 43
quid est, & quae est mensura. 43
conditiones. 44
mensurari, & numerari differentie. 44
ad quem pertinet. 44
Metaphysicae diuisio, & quem locum inter scientias obtinet. 45
quid est, & cur sic dicitur. 45
subiectum, & quid considerat, et quomodo. 45
dignitas, et qui optimi ad ipsam capeſcendam. 45
libri consideratio. 46
Mistio quid est. 47
quomodo fit, et quae miscentur, & quae ad missionem requiruntur. 47
ut sunt in medio, et ut sunt in misto. 48
ut differt a compositione, et a generatione. 48
ut ad syllogismum pertinet. 48
ut ad amorem pertinet. 48
Mola ut utri uisum. 49
ut qualitas. 49
ut piscis. 49
Molle ut ad uirtutem pertinet. 49
Moralis philosophia quid est, et quot dicitur modis. 50
materia, & finis. 50
utilitas. 50
quae sint, et quot instrumenta. 50
ut ad reliquas philosophiae partes se habet. 50
Mors quid est, et quotuplex. 51
unde prouenit. 51
mortalis naturae proprietates. 51
accidentia. 51

Motoris diuisio. 52
ut primus. 52
ut caelestis, & sublunaris. 52
ut ad mobile refertur. 52
quod ei accidit in uniuersali. 52
ut extrinsecus mouet. 52
Motui quid accidit in uniuersali. 52
diuisio, species, et differentia. 53
quid est, in quibus, & e quibus. 55
ut ad mobile refertur. 56
ut primus. 57
ut naturalis. 58
ut extrinsecus. 58
ut localis. 58
ut unus, & diuersus. 60
ut continuus, finitus, & sempiternus. 61
ut regularis, et irregularis. 61
ut augmenti, et alterationis. 61
ut corporum caelestium. 61
ut ad tempus refertur. 61
quae sunt ei contraria, et cognata. 62
ut est in praedicamento. 62
ut ab animam spectat. 63
Mulier quid est. 63
quae ad coitum, et ad generationem pertinent. 63
menstrua, et sperma. 64
uita, uictus, et mores. 65
quae ad corpus pertinent. 65
Mundus quid est, et quot. 66
e quibus componitur, eius perfectio, et essentia. 66
figura et ut habitabilis, et inhabitabilis. 66
creatus, uel aeternus. 66
ut mouetur, quantitas eius, et ut est in loco. 67
ut gubernatur. 67
Mutatio quot dicitur modis. 68
a quo denominat, et eius species. 68
ut fit, et quid est. 68
ut subita, et ut in tempore. 69
ut in contrariis. 69
Natura quot dicitur modis. 70
quid est. 71
ut materia. 72
ut compositum. 72
ut ad motum pertinet. 72
quid facit, quae fiunt, a quo fiunt, et de quibus dicitur. 72
ut superior, et caelestis. 74
ut uitam tribuit, et eius finis. 74
quae sunt naturalia, quae eadem, quae diuersa. 74
quid sequitur, et quae naturam consequuntur. 75
ut ad cognitionem pertinet, et ut prius, et posterius. 75
ut ad sensum pertinet. 75
ut potentia, uel impotentia. 75
ut philosophus naturalis. 75
ut ad propositiōnes pertinet. 76
Necessarium quot dicitur modis. 76
quid est. 77
in quibus est, et quid sequitur. 77
propter aliud. 77
ex suppositione. 77
ut absolutum. 77
ut ad propositiones pertinet. 77
Negatio ut se habet ad affirmationem. 78
ut fit, et eius proprium. 78
ut in propositionibus. 78
ut indeterminata, et ex transpositione. 78
quid est. 78
ut differt a priuatione. 78
ut uniuersalis, uel particularis, et necessaria. 78
Neruus quid est, et eius principium unde. 78
utilitas, et ut consolidatur. 79
ut sensum habet, uel nou. 79
ut ad motum pertinet. 79
quae pars plures habet. 79
quae iuuant, nocent, et ut creſcunt, et decreſcunt. 80
ut ab antiquis appellabatur. 80
ut in concretibus. 80
Nomini diuisio. 81
quid est. 81
ut uerū, uel falsum significat. 81
cur rebus positum est, et an natura uel positione sit. 81
quid significat, et ut se habet ad uerbum, dictionem, et terminum. 81
figura, et uariet nominum species char. 82
ut commune, finitum, infinitum, et denominatiuum. 82
ut casus nominis. 82
ut exponitur a metaphysico, et quid parturit eius ignorantia. 82
Numerus quotuplex. 83
quid est, et unde dicitur. 84
proprietates. 84
ut par, impar, perfectus, et superfluus. 84
ut componitur. 84
ut diuisus, et ut inaequalitatis species. 84
ut se habet ad res. 85
ut primi, et compositi, et minimi. 85
char. 85
quae differunt numero. 85
ut multiplicatur. 85
ut angularis. 85
Nutrimentum quid est. 86
quid nutritur, e quibus, et ob quod. 86
ut se habet ad corpus. 86
ut potentia nutritiua. 86
quae membra sumunt. 87
quo tempore magis. 87
quo in loco de eo tractatur. 87
Oculorum diuisio. 87
essentia. 88
partes. 88
quae habent. 88
locus. 88
sanitas, infirmitas, & imbecillitas. 88
colores, & numerus. 89
quomodo apprehendunt formas. 89
quae accidunt eis. 89
eorum prouerbium. 89
physiognomia. 89
Odor quid est. 90
in quo est, & quae illū habent. 90
an nutriat, & cui inseruit. 92
quomodo ad nos peruenit. 92
ut suauis, & insuauis. 92
quomodo magis sentitur. 92
ut separatur ab eo in quo est. 92
Olei natura, & proprietates. 93
ut corona. 93
ex quo fit. 93
Opinio quid est, et circa quae uersatur. 94
ut uera. 94
ut contraria, & contradictoria. 95
ut ad nos peruenit, & ut corrumpitur. 95
Opposita quid sunt, & quae est eorum materia. 95
ut cognoscuntur, & quot sunt modis. 95
ut sibi aduersantur. 95
ut ad aliquid. 95
ut contradictoria. 95
ut contraria. 95
ut priuatio, & habitus. 96
Orationis diuisio, & eius partes. 96
quid est. 97
ut enūciatiua, & doctrinalis. 97
materia, ex quibus constat, & quae ea uiuuntur. 97
ut uocatiua, et interrogatiua. 97
ut perfecta, simplex, & una. 97
ut uera, & falsa, et cōtētiōsa. 97
ut ad exornationem pertinet. 98
ut ad syllogismum, & ut uniuersalis. 99
ut negatiua. 99
ut soluitur, et eius proprietates. 99
ut ridiculosa, obscena, & acuta. 99
ut morata, & manifesta. 99
Orbis pro circulis caelestibus. 99
pro orbe terrarum. 99
Ordinis diuisio. 100
causa, & natura. 100
in quibus consideratur. 100
Ossium causa. 101
natura. 101
coniunctio, & fundamentū. 101
quae habet, et eorū numerus. 101
accidentia. 101
an nutriantur, & sentiunt. 101
Ouorum natura, & accidentia. 101
quid sunt, quae pariunt, quibus constant. 101
cum sunt perfecta, & quomodo

I N D E X.

exit animal. 101
ut gallinarum. 101
corruptionis eorum causa, & nutrimenti. 102
color, & forma. 102
ut recentia. 102
ut alba. 103
ut lutea. 103
ut putamine constant. 103
ut uenti. 103
Pars quot dicitur modis. 105
quid est, & eius forma. 105
ut differunt inter se a speciebus, et ut compositi, & generis. 105
ut se habet ad totum. 105
ut differt ab instrumento, & termino. 106
ut finita, infinita, actu, & potentia. 106
ut similes, dissimiles. 106
ut superiores, & extremae. 106
ut quantitatiuae, qualitatiuae, subiectiuae, & integrales. 106
ut se habent in misto. 106
ut ad mathematicos spectat. 106
Particularia quae sunt, & ut fiunt. 106
ut se habent ad uniuersalia. 106
quae eis accidunt. 106
ut affirmatio, & negatio. 106
ut probant. 106
Passio quot dicitur modis. 107
quid est, & quae dicitur. 107
in quo est, a quo fit, & quid facit. 108
ut qualitas. 109
ut corporis. 109
ut animae. 109
ut se habet ad actionem. 109
ut ostenditur per syllogismū. 109
Pes unde dicitur, & eius proprietates. 110
eius forma, & compositio. 110
ut differt a manibus. 110
ut pertinet ad animalia. 110
ut dexter, & sinister. 110
ut significat mores. 110
morbi eius, & tirillationes. 111
Perfectum quot dicitur modis. 111
quid est, & in quo. 112
proprietates. 112
ut se habet ad imperfectum. 112
Philosophiae diuisio. 115
quid est, et quae sunt philosophi. 115
utilitas eius, & circa quae uersatur. 115
a quibus originem traxit, et eius finis. 115
ut metaphysica. 115
ut naturalis. 115
ut contemplatiua. 116
ut actiua. 116
quis ei aptus, & quas uoluptates tradit. 116
ut differt philosophus ab oratore. 116

INDEX.

Prædicata quot dicuntur modis, & eorum differentia. 131
quid sunt, & ut definita. 131
ut ad propositiones referuntur. 131
ut sunt secundum accidens, & præter naturam, et artificialia. 132
ut de omni, & de nullo. 132
ut substantia, & secundum naturam. 132
ut in quid, in quale, & in quale quid. 132
ut per se. 132
regula prædicandi. 132
Principia quot dicuntur modis, & quot sunt. 133
quid sunt, & quæ. 134
ut primum. 136
conditiones. 136
ut considerantur, & ut ad cognitionem pertinent. 136
ut scientiarum, & demonstrationis. 137
ut mediata, vel immediata. 137
ut ad dominium pertinent. 137
petere principium ut Sophisticus elenchus. 137
Privatio quot dicitur modis. 137
quid est. 137
eius conditiones. 138
ut cognoscitur, & sub quo genere ponitur. 138
quæ ei conveniunt, & quæ non. 138
ut se habet ad negationem, contrarium, & contradictionem. 138
ut nomen privativum. 138
Præter quod dicitur modis. 138
quid est. 139
natura. 139
tempore. 139
quo ad nos. 139
ut se habet ad motum, magnitudinem, & genera. 139
Problematum divisio. 140
quot, & quæ sunt. 140
ut univiale. 140
ut indefinitum, et particulare. 140
quæ eadem, & diversa, et eorum modi. 140
ut se habet ad propositiones. 140
ut substantia, & accidentis. 140
ut dialecticum. 140
ut inopinabile. 140
copiam ut habere possimus. 140
ut probatur, et destruitur. 140
eius peccata. 140
loci topici. 140
Propositionis divisio, et differentia. 142
quid est, et ut differt à questione, problemate, conclusione, et enunciatione. 143
ut quæ constat, et ei? nisi quo est. 144
ut se habet ad conclusionem. 144
ut mediata, et immediata. 144
ut prima, per se nota, et cões. 144

ut univialis, affirmativa, et negativa. 145
ut particularis, singularis, indefinita. 145
ut affirmativa, negativa, privativa. 145
ut simplex, et transposita. 145
ut vera, falsa, probabilis, et ambigua. 146
ut contradictoria, contraria, subcontraria, et subalterna. 146
quot sunt illa, quæ tractantur in lib. de interpretatione, et earum copia. 146
ut modalis, in necessaria, de inesse, cõtingens, et impossibilis. 146
ut futura. 147
ut categorica, vel hypothetica. 147
ut se consequuntur, vel conuertuntur. 147
ut ex tertio adiacente. 148
ut syllogistica, inductiva, et captilosa. 148
regula earum. 148
Proprium quot dicitur modis. 148
quid est. 148
quæ ei conveniunt. 148
ut est ad aliquid. 149
ut se hæt ad id, cui? est proprium. 149
an substantia, vel accidens sit. 149
ut ad argumenta pertinet. 149
Prudentia quod est, et eius effectus quod. 150
partes. 151
quibus animalibus inest. 151
unde acquiritur, et quod prudentiores. 151
circum quæ versatur. 151
ut differt à versutia, disciplina familiari, et civili. 151
Pueris quæ propria sunt. 152
ut humidis quid accidit. 152
ut feminas generant. 152
quibus artibus applicandi. 152
Pulmo quid est, et in quibus est, et eius partes. 152
quæ habent. 153
effectus, et quibus indiget. 153
ut in mari reperitur. 153
ut se hæt ad cor, et ei? locus. 153
Punctum quid est. 153
diverse considerationes. 154
ut se habet ad lineam, et an faciat lineam. 154
ut non est à aliquo predicamento. 154
ut differt à nullo, & unitate. 154
ut est in loco. 154
Questionis divisio. 156
quid est, & quæ eis conveniunt, & sunt diversa. 156
ut an est, quid est, propter quod, quæ, & quæ earum præcedunt. 156
ut affirmativa. 157
composita. 157
negativa. 157

ut comparativa, naturales, & mechanica. 157
ut probatur, & de quo est. 157
ut tormenta. 157
Qualitas quot dicitur modis, & eius species. 158
quid est, & qui prior hoc nomen posuit. 158
ut quale differt a qualitate. 158
activa, passiva, et passiones. 158
ut forma, & figura. 159
ut habitus, & dispositio. 159
ut naturalis. 159
ut adventitia. 159
ut prima, et elementis conveniant. 159
char. 159
proprietates. 159
circa quæ versantur, quod efficiunt, an substantia sunt, vel non. 159
ut se habet ad reliqua predicamenta. 159
Quantitatis divisio. 160
species. 160
quid est, & ut finita. 160
proprietates. 160
ut continua. 160
ut discreta. 160
ut habens positionem. 161
unde, & eius varia considerationes. 161
ut se hæt ad cetera predicamenta. 161
Quies quid est, & quæ quiescunt. 161
ut se hæt ad tempus, & motum. 162
ut violenta. 162
ut considerat, et ei? oppositio. 162
Ratio quot dicitur modis. 163
quid est, & cui inest. 163
ut animæ pars. 164
ut argumentum. 164
quæ sunt. 164
ut si habet ad opinionem. 164
ut descriptiva, vel definitiva. 164
Ratiocinationis divisio. 164
quid est, et quæ excellentior. 164
cuius est, quibus indiget, et quid facit, quæ apte. 164
ut pars animæ. 165
ut perfecta, et imperfecta, ut perhibetur. 165
ut ad impossibile. 165
ut ad figuras pertinet. 165
ut ad utilitatem pertinet. 165
Relativorum divisio. 167
quæ sunt, et quid sunt. 167
proprietates. 167
ut opponuntur, et differunt. 168
ut inuicem se habent. 168
ut predicamentum, et ut habent ad cetera predicamenta. 168
Reminiscentia quid est. 168
ut sit, et eius partes. 168
ut differt à ceteris animæ potentijs, et quæ eam conservant. 169
qui bonam habent, et qui bene remini-

remiscentur. 169
Rerum divisio. 170
sub quo comprehenduntur. 170
ut declarantur. 171
ut se habent, quid faciant, & ut utuntur. 171
Resolutionis divisio. 171
quid est. 171
proprietates. 171
ut se habet ad compositionem. 171
ut via, & ut liber ab Arist. conscriptus. 171
Respondentis manus. 172
ut latet, et quod dicit, et ponit. 172
loci. 172
Rerū publicarū divisio, & quod sunt. 172
finis, & institutio. 172
ut popularis. 172
ut paucorum. 173
ut bona, vel mala, quæ conveniunt præfidentibus reipublice. 173
finis, & institutiones, quæ faciles, & difficiles. 173
quæ magis durabilis. 173
in quæ mutatur, & quæ similis, & differens. 173
Rhetorices divisio, & quid est. 174
partes. 174
forma, & finis. 174
materia, & proprium. 174
opus, effectus, et instrumentum. 174
questiones. 174
ut se habet ad dialecticam. 174
quæ invenit, & auxit. 174
librorum divisio. 174
Sanguinis divisio. 177
quid est, & quid bonum facit sanguinem. 177
quo in loco sit, & ut purus, vel crassus, & eius color. 177
qualitas, & quantitas. 178
ut coagulatur, & post mortem ut est in membris. 178
ut ad generationem pertinet. 178
in quo sit, & quid facit. 178
quæ habet, & quæ non, et ob quod. 178
ut è naribus fluens, ut sistitur, & ut homo sanguinem sudat. 178
Sapor quid est, & quod organum ei inseruit. 179
species quæ sunt. 179
unde sit, & corrumpitur. 179
an nutriat. 180
Scientia quot dicitur modis. 180
quid est, & quæ est. 181
ut dicitur, ut inventa, & circa quæ versatur. 183
ut convenit, & differt a seipsa, & ab alijs. 184
utilitas, & quæ præstantior. 184
ut se hæt ad id, quod scire potest. 185
ut una, & ut subalterna. 185
ut mathematica. 186
ut acquiritur, & ammittitur. 186

INDEX.

Semini in univiale quod accidit. 187
quid est, ut sit, & quo in loco, & ut animatum. 188
ut ex quo animal gignitur. 188
color quis est. 188
ut nocet vitæ. 188
metaphorice dictum. 188
Sensus quot sunt, et quæ dicuntur modis. 189
quid sunt, & unde fiunt. 190
quæ sunt sensitiva, in quo est sensus, et cuius perceptivus. 191
obiectum ut sentit, quod excellentior. 192
ut differt a se, & cur est. 193
ut communis. 193
ut visus. 194
ut auditus. 194
ut gustus. 194
ut tactus. 194
ut olfactus. 194
ut per se, ut per accidens. 194
ut patitur, ut se hæt in somnis. 194
ut se habet ad sensum, & scientiam, & ut de illis tractatur. 194
quid notius. 195
Serpentum differentia. 196
proprietates. 196
ut venenosæ. 197
ut differunt à reptilibus. 197
quo in loco vivunt, et in quo loco non. 197
quæ fugant, & interficiunt. 197
Sol ut ad generationem, & vitam pertinet. 201
quantitas, & motus. 201
cur diversos facit effectus. 201
ut calidus, & spissus, & fons lucis. 201
genitus, vel ingenuus. 202
locus. 202
ut scintillat, & eclipsatur. 202
ut masculini generis. 202
Somni divisio. 202
quæ sunt, & quid sunt. 202
unde est cui inest, & quid significat. 203
Causa, & quo tempore magis dediti sumus. 203
ut inuuant, & nocent. 204
ut nervus, vel falsus. 204
quid sequitur, & ut ad vigiliam se habet. 204
Sonus quid est. 204
ut sit, & in quo. 204
ut differt à noce, et coloribus. 204
ut auditur. 204
quæ faciunt effectus. 205
Specierum divisio. 205
quid est. 205
proprietates. 206
unde sunt, & ut differunt. 206
ut se hæt ad cetera predicabilia. 206
ut intelligibiles. 207
ut destruitur. 207
ut sumitur ab Aristotele. 207

Sperma quid est. 207
ut procreatur, & ex quo fit. 207
qualitas. 207
ut ad generationem pertinet, & eius virtus. 207
ut viri, mulieris, & quo tempore emittere incipiunt. 208
ut nocet homini. 208
Spiritus divisio. 209
quid est, & quid de ipso antiqui opinati sunt. 209
uis, & effectus. 209
ut animalis. 210
unde oritur, in quo loco, ut evaporat et per corpus diffunditur. 210
quid significat. 210
ut naturalis. 210
ut vitalis. 210
ut in semine. 210
ut crassus, & qua in hieme magis videtur. 210
ut differt ab inspiratione, & expiratione. 210
spiratio ut sit, eius necessitas, & effectus. 210
Stella quid est. 211
motus, lumen, proprietates, et quid operantur. 211
ut fixa. 212
ut planeta. 212
ut de die videtur, & ut radij univuntur. 212
ut differunt inter se. 212
ortus, & occasus. 212
ut vapores. 212
ut animal. 212
Subiectum quot dicitur modis. 214
quid est. 214
ut sit, & ut se hæt ad formam. 214
quid ei accidit, & ut ingreditur diffinitionem. 214
ut ad motum, & eius species pertinet. 214
ut ad scientiam, & artem pertinet. 215
ut differt à fundamento, & materia. 215
ut est in propositionibus. 215
ut dicitur ei inesse aliquid. 215
Substantia divisio. 215
quid est, & ut cognoscitur, & ut necesse est inesse. 216
proprietates, & locus. 217
partes, species, & genera. 218
ut sensibilis, & composita. 218
ut forma sempiterna simplex, & intelligibilis. 219
ut predicatur, & differunt. 220
à quo consideratur, & ut eas appellat Aristoteles. 220
ut se habet ad accidens. 220
Syllogismus quot dicitur modis. 223
quid est. 224
ut simplex, perfectus, & imperfectus. 224
ut


ut hypotheticus.	224	ut causa omnium, quæ in alia gi-	243
ut ad impossibile.	225	gnuntur.	243
ut circularis.	226	ut pruina, uentos, & niuem	243
ut ex oppositis.	226	generat.	243
ut diuisus.	226	ut ignis portionem maiorem in	243
ut sophisticus.	226	se habet.	243
ut in mixtionibus.	226	ut aeris portionem maiorem in	244
ut se habet ad propositiones.	226	se habet.	244
ut figura quot, & ut se habet ad si-	227	ut terra portionem maiorem in	244
guras.	227	se habet.	244
copiam ut habere possumus.	227	Vena quot sunt, & ut sunt in corpore,	247
ut differt ab inductione.	227	& ut cognoscuntur.	247
Tactus de quibus dicitur, & quot mo-	228	vide originem trahunt, & in	245
dis consideratur.	228	quod terminantur, & ut di-	245
ut est, & ut fit.	228	uidantur.	245
ut animali conuenit, & eius or-	228	ut arterie, & ut dicuntur de	246
ganum.	228	plantarum uenis.	246
quæ meliorem habent.	228	ut differunt ab arterijs, & quæ	246
Temporis diuisio.	229	subtiliores.	246
quod est, & a quo apprehendit.	229	ut frigescent, et somnū pariūt.	246
ut cōtinuum, ut se habet ad mo-	230	ingularum effectus.	246
tū, locū, & magnitudinē.	230	ut physonomia signa.	246
partes, & ut positionē hēt.	231	Ventorum nomina, & situs.	247
ut nūc, & ut habet principium,	231	quid sunt, unde sūt, quo tempo-	247
& finem.	231	re, & eorū uarij effectus.	247
cuius rei cā, & quo constat.	231	unde stat, quousq; et ut cessat.	248
ut se hēt ad predicamenta.	231	duodecim principales.	248
ut breue, ut longū, uelox, taratū.	232	ut contrarij, & ut inuicem diffi-	249
ut cōuenit generib; rhetoricis.	232	runt.	249
ut pars faciei.	232	ut aquam mouēt, & imbres ces-	249
Terminus ut se habet ad id quod ter-	232	sare faciunt.	249
minat.	232	ut frigidi, uel calidi.	249
ut pars propositionis.	232	ut erratici, apogij, et etcia.	249
Terra quid est, eius quantitas, figura,	232	Veritas quot modis est.	249
& ut generationi apta.	232	quid est.	250
ut elementum, eius locus, ut mo-	232	in quo cōsistit, et unde dicit.	251
uetur, & ut se habet ad cate-	233	ut si habet ad falsum.	251
ra elementa.	233	ut homini propria, & eius ex-	251
quantitas, & ut habitabilis, &	234	cellens est.	251
inhabitabilis.	234	ut cōsideratur ab Aristotele, &	252
ut patitur a siccitate, & tēpore	234	ut cōcludit in syllogismo.	252
etiam corruptibilis est.	234	ut facile, et difficile speculat.	252
quid eam existimauerunt antiqui	235	ut inum quid est.	253
esse, & ut appellatur.	235	quid facit, & ut est aquæ.	253
ut recipit uirtutem a corporibus	235	ut nouū, ut nutrit, ut nocet.	254
cælestibus.	235	ut fit clarū, & ut fit melius.	254
Terræmotus signa que præcedūt.	235	ut fit ex melle, & non potest fie-	254
ut fit, & a quo fit.	235	ri ex aceto.	254
quo in loco, tempore, raro, uel se-	235	ut corrumpit.	254
pe, & quantum durat.	235	Virtutis diuisio.	255
quid sequitur, & ut considerari	235	quid est, in quo, et ut ad felici-	256
potest.	235	tatem se habet.	256
qui magni fuere.	236	ut naturalis, et elementorū.	257
Transmutatio quot fit modis.	240	ut moralis.	257
quid est.	240	ut in formatiua.	258
ut habet principium, in quo est,	241	principia quæ sunt, ut acquirun-	258
& ut fit.	241	tur, et inter se differunt.	258
ut secundū substantiā, et accidēs	241	ut se hēt ad uitū, et aerem.	258
fit, & ut differūt inter se.	241	Visus ut uidere facit, et quot dicitur	259
ut per se, ut per accidens.	241	modis.	259
utilitas.	241	quid est, et ut fit.	259
ut cōsiderat, et ut nomē sumit.	241	de quo dicitur, et ut est in parte	260
Vapor quid est, ut fit, & a quo.	243	anteriori.	260
uarij effectus.	243	ut se hēt ad reliquos sensus.	260

ut prope, longe, et nocte usus in-	260
seruit.	260
que corrumpūt, et recreant.	260
Vita quot dicitur modis.	261
quid est, et eius principia.	261
in quo est.	261
quæ hnt, et ut longā, uel breuis.	262
ut uitalis uirtus.	262
quorum est proprium, et ut se ha-	262
bet ad sensum.	262
Vnitās ut ad numerum pertinet.	264
ut sumitur pro re indiuisa.	264
Vniuersale quot dicitur modis, et ut	264
consideratur, et circa illud	264
contingit error.	264
quid est, et quid sequitur.	265
diuersæ considerationes.	265
ut contraponitur particulari, et	266
differt à toto.	266
ut pertinet ad quinque uoces, et	267
demonstrationem.	267
ut ad cælos, et mundi machinam	267
pertinet.	267
Vnum quot dicitur modis, et quot con-	267
sideratur.	267
quid est, et quid facit.	268
ut numerus.	268
ut p se, et uniuersaliter dicit.	269
ad quid refertur, et ut opponitur	269
duobus, et multis.	269
Voluntas quid est.	269
ut se habet ad cæteras animæ po-	270
tentias.	270
quæ eligenda.	270
Voluptatum diuisio.	270
quid sunt, et inter se differunt.	270
ut sūt, quæ sūt, et in quo.	270
ut difficile repugnatur, memoria	270
rerum quid facit.	270
ut bona, mala, turpes, et hone-	270
sta.	270
ut corporis.	271
Vocis diuisio.	271
quid est, et ut fit.	271
ut significatiua, et articulata.	271
ut breuis, longa, et ut melius au-	272
ditur.	272
ut ambigua, uel æquiuoca.	272
ut differt à sono, ab oratione, et	272
quæ natura sit.	272
instrumenta.	272
ut cognoscitur.	272
ut magis docent quam libri.	272
quæ habent.	272
ut numerus, armonia, dictio.	272
ut ad mores hoīum pertinet.	272
diuersitas uide.	272
sonorā quid conseruat, et quid	273
corrumpit.	273
ut ad oratorem pertinet.	273
ut maris, et femina.	273
ut facit echo.	273
quis considerare debet.	273



IOANNIS BAPTISTAE
BERNARDI,
PATRICII VENETI

Seminarium totius Philosophiæ.



A B A R M O N est piscis mul-
tis ouis fecundus, sed nō
eijcit oua, nisi confricat
ventrem ad arenam con-
tactu asperam, & in illa
pulos educat, & cōplet.
Albert. Magn. de animal.
lib. 24. cap. 1. char. 196.
col. 1.
Abductio est cū primū
medio inexistens manife-
stum est, vltimo verò me-
dium, obscurum quidem,
sed similiter credibile, aut
magis q̄ cōclusio. Arist. prior.
secundo, cap. 25. c. 288.
Abductio est qñ maior terminus
liquidō infit, & minor
occultus est. Io. Gram. 2. priorum.
cap. 25. c. 82. col. 3.
Abductio dicitur, quia nos
abducit à conclusionē in
demonstrationem occulte, &
non significatē propositionis.
Io. Gram. 2. priorum. cap. 25.
c. 82. col. 3.
Ahedysymon est de genere
draconum, & est tertij ordi-
nis, & habet dentes vehemētes,
& ideo comminuit corium
mordendo, & profunde infigendo
dentes effodit, ideo fit maior
tumor in vulnere, non tam ex
caliditate veni, quā ex magnitudine,
& profunditate vulneris.
Efficitur igitur vulnus malum
valde. Albert. Magn. de animalib.
lib. 25. c. 201. col. 2.
Abeston lapis est coloris ferrei,
qui secundum plurimum in
Arabia inuenitur, cuius uirtus
mirabilis narratur, & in
templis Deorum est manifesta,
eō quod semel accēsus
vix vnquam poterit extinguī,
quia habet naturam lanuginis,
quæ vocatur pluma Salamandre,
cum modico humido, vinctuoso,
pingui, inseparabili ab ipso,
& illud fouet ignem accensum
in ipso. Albert. Magn. 2. de
miner. tract. 2. cap. 1. c. 139.
col. 1.
Abides est animal marinū,
cuius conuersatio primo est
in aquis & cibis: & postea
mutatur figura eius, & efficit
terrestre, & egredit de aqua
quærens victū in terra, & tūc
cū figura mutatur & nomē
eius, & vocat Astoyz. Albert.
Magn. de animalib. lib. 24. cap.
1. c. 196. col. 2.
Abies dicitur, quia longissimo
incremento abit in excessum
super alias arbores: semper enim
in omni anno quinque rami
excresecunt, & eius lignum
est scissibile, dolabile, &
inflammabile. Albert. Magn.
de veget. lib. 6. tract. 1. cap. 1.
char. 151. col. 2.
Ablatio est, cū secundum
latitudinem deficiat aliquid,
cū non omnes differentias
exposuerit, ut si diuidat

animal in volatile, & natatile
prætermittens gressibile.
Alex. & Euftrat. in 2. postero.
c. 28. col. 2.
Ablatio, vel subtractio, qua in
demonstrationibus vtitur
Aristo. non semper debet
intelligi continuitatis solutio,
quam impossibile est intelligi
in corpore cœlesti, sed designatio
cuiuscunque partis, ut in
ligno continuo manente, possum
designare vel tactu, vel cogitatione
aliquod punctum quasi diuidens
totum, & sic auferre aliquam
partem à toto, & sic dici potest,
quod virtus ad mouendum in
parte corporis cœlestis per
designationem ablata, minor est,
quā in toto. D. Tho. 8. physico.
lec. 21. tex. 78. c. 146. col. 2.
Abortiones vocantur, quæ
intra quadagesimum diem
conceptus corruptiones fiunt,
& quidem plurimi fetus
intra tot numero dies deprauantur.
Aristot. de histo. animalib. 7. cap.
3. c. 254.
Abortus fit sæpe in tempore
40. dierum, & si est mas, formata
iam sunt membra: si foemina,
non, nec formantur ante tres
menses. Albert. Magn. de anima.
lib. 9. tract. 1. cap. 3. char. 86.
col. 4.
Abortus causæ concepti fetus
sunt valde multiformes: aliquando
enim abortus fit ex percussione,
aut ex casu ab alto, aut per
exercitium corporale laboriosum,
aut ex vehemēti saltu, maxime
quando mulier pluries salit
retrosum, quia si saliat antè,
forte ex hoc confirmat partum.
Passiones animæ aliquando
faciūt abortum, sicut ira
vehemens, aut tristitia, & timor.
Similiter autem faciunt
aliquando frigus aeris superfluum,
& superflua caliditas. Aliquando
prouenit ex debilitate matris,
cū resouitur corpus, vel ex
ægritudine, vel fame, vel siti
longa, vel ex phlebotomia, aut
ex plurimo fluxu menstruorum,
& maxime si conceptus est
maior in matrice. Fit etiam
ex opposito repletionē vehementi.
Fit etiam cū conceptus moritur,
vel putrefcit aliquando ex vitio
matricis, vel ex vlceribus.
Alber. Mag. de anim. lib. 10.
tract. 2. cap. 2. c. 94. col. 4.
Abortus, qui fit secundo &
tertio mēse impregnationis,
ut plurimum fit ex ventositate,
& humore lubricante. Qui
fit circa principium conceptus,
ut plurimum fit ex subtilitate
spermatis. Et qui fit post
quintum & sextū mensem,
fit ex humiditatibus dispersis
in matrice. Alber. Mag. de
anim. lib. 10. tract. 2. cap. 2.
c. 95. c. 1.
Abortum facit mulier multum
macra, & tenuis; quia totum
nutrimentum attrahit sibi.
Albert. Magn. de anim. lib. 10.
tract. 2. cap. 2. chart. 95. col. 1.
Abortiūtur facile mulieres,
cū præcedit hyems austrina,

& calida, & humida, & sequitur ver nimium boreale & frigidum: & si pariunt, foetus est valde debilis. Alber. Magn. de animal. lib. 10. tract. 2. cap. 2. c. 95. col. 1. Abortientes maiorem dolorem sepe sentiunt, quam parientes, quia abortus est innaturalis; partus autem naturalis. Alber. Mag. de ani. l. 10. trac. 2. c. 2. c. 95. col. 1. Abortum significat, si post soliditatem sanam mamillæ, ipsa mamilla incipit detumescere eadē die, vt frequētius mulier abortiva patietur, quia significat debilitatem infantis preparantis, se ad exitum. Hoc idem lassitudo, rigor, dolor capitis, & dolor in profundo oculi. Alber. Magn. de anim. lib. 10. trac. 2. c. 2. c. 95. col. 1. Abraham in electis sepulcris elegit sepeliri se, & suos, quia omnes antiqui de quacunque lege essent, solennia voluerunt habere sepulcrā, & cum gloria sepulcro commendari. Alber. Mag. Ethic. 1. tract. 7. c. 9. c. 21. col. 4. Abcessus semper absūmū aliquid nutrimenti etiā si post geniti sint, & pter naturā. Arist. de gen. ani. 4. c. 4. c. 216. Abcessum iam purulentum esse constat hoc argumēto: si aqua perfusus calida immutatur, iam purulētus est: sin minus, nondū est. Ari. prob. sect. 1. prob. 31. c. 341.

Abfynthus lapis.

Abfynthus de genere gēmarū est coloris nigri, rubeis virgulis, & aliqn guttulis, & imitat Abestū in virtute; permanet. n. calidus per septē dies, vel amplius. Alb. Mag. in 2. de mineral. ex tract. 2. cap. 1. c. 139. c. 2.

Abstractionis diuisio.

Abstractio est duplex: prima vniuersalis à particulari, quæ est cuiusvis scientiæ: omnis enim scientia abstrahit vniuersale à particulari; secunda est illa, quæ est diffinitio per ea, quæ non concernunt materiā aliquā sensibilem, à qua secundū esse dependeant, sed equaliter habēt esse in omni materia, q̄ est Mathematicæ. Alb. Mag. in primū de gene. & corru. tract. 1. cap. 1. c. 59. col. 3. Idem Alb. Mag. primo phyc. tract. 1. cap. 2. c. 1. c. 4. Idem D. Thom. in primo de anima. lec. 4. tex. 26. c. 6. c. 1. Idem Alex. de Ales. 11. Metaph. c. 315. c. 4. Abstractio est duplex: alia, in qua abstrahitur quidditas ab eo, cuius est quidditas, vt homo ab hoc homine: & huic modo abstractionis ponebant respondere substantiam separatā, quam vocabant speciē: alia est, qua abstrahitur forma quātitiua ab eo, cuius est quantitas; eo modo, quo intelligo quātitates præter materiā: & huic modo abstractionis respondebant intermedia illa, quæ ideo intermedia dicebantur, quia partim cum speciebus, partim cum sensibilibus conueniebant. Alexan. de Ales in 3. Metaph. tex. 7. c. 57. col. 4. Abstractio est triplex: prima vniuersalis à particulari, quæ est in omni scientia: secunda formæ à materia secundum rationem, & est mathematica: tertia formæ à materia secundum rem, & est metaphysica. Alex. de Ales in 6. Metaph. tex. 2. c. 171. col. 1.

Abstrahentium natura.

Abstrahentium non est mendacium. Arist. phyc. 2. sum. 2. cap. 1. tex. 18. c. 34. Abstracta, quæ non sunt, intelligit mathematicus, vt abstracta. Arist. 3. de anima. sum. 1. cap. 5. tex. 35. c. 66. 2. Abstractam nullam rem Naturalis contempletur. Arist. de partibus animal. 1. cap. 1. c. 406. Abstrahens, quod non est abstractum, si quis considerat, vt abstractum, optimè considerabit. Aristot. 13. Metaph. sum. 1. cap. 3. c. 270. Abstrahere nil aliud est, quam facere intentiones imaginatas in actu, postquam erant in potentia. Auer. 3. de anima, tex. 18. char. 170. col. 1.

Abstractarum rerum intellectio fit per copulationem intellectus agentis in nobis. Auer. 3. de anima, tex. 36. chart. 180. col. 2. Abstractum omne moueri non potest. Auer. 3. metaph. tex. com. 7. c. 22. Abstractum aliquid esse, impossibile est declarare, nisi per motum: & omnes aliæ viæ insufficientes sunt. Auer. 12. metaph. tex. com. 5. c. 138. Abstracta a materia, sunt substantiæ de natura relationis, vnde in his vniuntur causa, & causatum. Auer. ex destructione destruc. disputatione 3. c. 28. col. 3. Abstracta multa sunt fm definitionē, q̄ non sunt abstracta fm esse. Alexan. de Ales. 1. metaph. c. 21. c. 4. Abstractum à proprio, licet dicat rem substantiæ, tamen non dicit eam per modum substantiæ, quia de ratione substantiæ est, vt fit propriè vnius. Alex. de Ales. 7. metaph. tex. 45. c. 231. col. 4. Abstrahi idē est, qd̄ ab alio trahi, & non pōt trahi nisi ab eo, in quo est. Alex. de Ales. 11. metaph. c. 315. c. 4. Abstractū ab oī proprio, & ab oī inferiori, nō plus se dicit esse substantiā vnius, q̄ alterius, ex quo abstrahit ab oī illo. Alex. de Ales 7. metaph. tex. 45. c. 231. col. 4. Abstracta non suscipiunt magis & minus, quoniam imitantur substantiam in modo significandi; & non suscipere magis, & minus ita est substantiæ propriū, vt nō solum ipsa his careat, sed etiā omne illud, quod modū substantiæ sapit. Tho. de Vio in prædicam. c. 75. col. 1.

Abstrahi quæ possunt.

Abstrahi intelligentia possunt, quæcunque definientes nō complectimur in definitione res illas à quibus abstrahuntur, nec intelligentia simul eas res concipimus, sed illas p se concipimus, & definimus, vt corpus mathematicū, si dicitur esse quod trinā dimensionē possidet, ideo potest abstrahi, quia in definitione nō sumit substantia corporis. At cū definientibus nobis ea, quæ separantur, prorsus vna apparent illa, a quibus separantur, nec animo sine illis concipi possunt, tunc talia intelligentia inseparabilia esse dicimus. Simpl. in 2. phyc. tex. 20. chart. 103. col. 2. Abstrahit intellectus formas mathematicas in imaginatione à materia facile, naturales verò difficile, quia nō potest abstrahere eas in imaginatione à materia. Auer. in 7. Metaph. text. com. 37. char. 89. Abstrahi potest vniuersale à particulari, quia priora possunt intelligi sine posterioribus, vt animal potest intelligi sine homine, & homo absque Socrate. D. Th. in phyc. 2. lec. 3. tex. 18. c. 18. col. 3. Abstrahi pōt à materia linea, & superficie, & hmōi, quæ fm intellectū sunt abstracta à motu. D. Tho. eod. in loco. Abstrahi possunt quātitates à materia sensibili, & à motu, non tamen à materia intelligibili, quia sic sunt abstracta à motu secundum intellectam, quia non claudūt in suo intellectu materiā sensibilem subiectā motui. D. Thom. in 2. phyc. lec. 3. text. 18. c. 18. col. 4. Abstrahit forma à materia duobus modis, vel secundum rem, vel secundum rationē. primo modo sunt substantiæ separatæ, quæ quia possibiles non sunt, non habēt materiā. secundo modo sunt illæ, quæ fm rem, sunt immerse materiæ, tamē propter vim intellectus, & rationis concipiuntur præter materiā, quia ratio est apta nata diuidere multa conceptiue, quæ sunt adunata in esse. Alex. de Ales in 6. Metaph. tex. 2. c. 171. col. 4. Abstractio prohibet in Metaphysicis, quia sunt in eis res per se subsistentes, & nō sunt in materia, ideo res ipsas abstrahi superflū est; in Naturalibus quoque prohibetur, sed ob aliā rationē, quia in sui essentia est natura sensibilis. In Mathematicis est abstractio, quia fm esse sunt in materia, & si non concipiunt in sui definitione materiā, Alex. de Ales 11. metaph. c. 315. c. 4.

Abstrah

Abstractionis necessitas.

Abstractio necessaria est, quia res multæ sunt coniunctæ secundum rem, quarum vna non est de intellectu alterius; vt album, & musicum, coniunguntur in aliquo subiecto, & tamen vnum non est de intellectu alterius: & ideo vnum potest separatim intelligi sine alio. D. Thom. in 2. phyc. lect. 3. tex. 18. c. 18. col. 3.

Abstracta vt exempla.

Abstracta hic appellantur nomina, quæ sunt principalia exempla. Auer. in topic. 2. cap. 3. char. 273. col. 4. Absurdum est simpliciter falsum, falsi autem intentio est impossibilis. Simp. 1. phyc. c. 23. col. 2. Absurdum augetur ab impossibili, vnde opponitur ei consentaneum. Io. gram. 1. phyc. tex. 14. c. 7. col. 3. Absurdo opponitur consentaneum, impossibili necessarium. Io. gram. 1. phyc. tex. 14. c. 7. col. 3.

Abfynthium herba.

Abfynthium est multarum specierum: est autem generaliter ex duabus substantijs compositū. est ex terrestri frigida, quæ cōtrahit: & ex subtili calida, quæ soluit. & naturaliter est calidū, & siccū, & aperitiuū & stipticū. Seruat pannos à tineis; & chartas librorū à corruptione. Alb. mag. de veg. & plāt. lib. 6. trac. 2. c. 2. c. 162. c. 4. Abundantiā in ciuitatibus diuturnā adesse conandū est, nā id prodest etiam diuitibus. Arist. politi. 6. cap. 5. c. 703. Abundantia est in multitudine, siue multiplicatione mediōrum, vel ad omnia, vel ad singula problemata. Alb. mag. in topic. cap. 1. c. 222. col. 1. Abydi quendam mente alienatam inesse fertur, ac ad theatrum plurimum dierum spatio accessisse, vt histriōnum acta respiceret, adnotaretque, qui ab infania absolutus: fatuitatis tempore vitam iucundissimè degisse asseuerauit. Arist. de admir. audit. c. 844. c. 3. Abydeni, cum propter seditionem agrum incultum atque inertem haberent, nec iniqui quidquam ipsis concederent, propterea quod etiam tum ipsis deberent, sciuerunt, vt cuique volenti liceret, rusticis foenerari, quō suum opus facerent, primi que ipsi ex eo fructu emolumentum perciperent: ceteri verò ex ijs, quæ reliqua essent. Arist. œcono. 2. c. 812. Academici existimantur primū domesticum esse vacationem à lapsu, & erroribus: ad hanc primam enim aiunt nos accomodari, ne labamur, aut erremus. Alex. aphrod. 2. de anima. cap. 40. char. 51. col. 3. Acabo, est animal multū valēs medicinis, in desertis Arabiæ cōuersans, cuius caro, quæ calida & humida est, cōcta cū aceto, valet podagrosi, & dolori iuncturarū, qd̄ est ex frigiditate. Fugit ab eo, qui fert secū radicē colloquintidæ. Fel ipsius ad viciæ pondus potatum cum aqua picæ nardi, valet cōtra hydrophim ex ventositate. Sanguis eius calidus valet cōtra leprā si inungantur loca male affecta. dens, pes sinister, & vnghes super brachiū dextrū alicuius posite, valēt contra obliuionē. Fel masculi ligatū sup femur alicuius sinistrū, adiuvat coitū. Alb. mag. de animal. lib. 2. 2. trac. 2. cap. 1. c. 174. col. 3. Acanes animal, est ad magnitudinē cerui, cuius fel contra cōsuetudinē aliorū animalium est in auriculis, per quas cholera purgatur. Est similē feli hominis, & amarum, valdē concitatiuū vehemētis iræ & ferocitatis. Albert. magn. de animalibus. lib. 22. trac. 2. cap. 1. c. 174. col. 3. Acanthis est auis parua ad instar passeris, herbas, & herbarū femina depascens, in spinis nidificās: quæ equis, & afinis infesta est, cum illi depascendo herbas, spinas, in quibus nidificat, mouent: de dorso eorum insidens mordet quantum potest, & hinnitum equorū imitans irridet. Alber. mag. de animalibus. lib. 23. cap. 1. c. 185. col. 4.

Acarus oritur in ligno, quod animal omnium parvissimum esse existimatur: & creatur, vel siccis humescētibus, vel humidis siccescētibus. Arist. de hist. animal. 5. c. 32. c. 191. Accentus fallaciæ duo sunt modi: primò pōt variari vnus in plures, vel è cōuerso, vt quod fecit Deus inuitē, fecit inuitus: sed vinū fecit in vite, ergo fecit vinum inuitus. Et cū differētia accentus in aliā differentiā variatur, fit secundus modus: & vnitas vocis fm materiā, quā aliq̄s credit vnitatē debere esse accentus, est causa apparentiæ. diuersitas autem significationis sub accentu causa est non existentia. Alb. Magn. in elench. c. 281. col. 3. Acceptio per modum habitus est. datio verò per modum actionis, quia acceptio facultatem ministrat, cuius facultatis propria operatio datio est. Alber. mag. ethi. 4. tract. 1. cap. 2. c. 48. col. 2. Accessio, & decessio in quantitate spectantur, in qualitate commutatio. Amo. in Porph. char. 12. col. 4.

Accidentis diuisio.

Accidentia animæ quædam sunt passiones ipsius propriæ, & quædam cōmunes, quæ animalibus ppter ipsam accidunt. Arist. 1. de aia sum. 1. cap. 1. tex. 3. c. 587. Accidentis aliud separabile, aliud inseparabile. Porphyri. in 5. voces. cap. 6. c. 46. Accidentia duobus modis sumunt, vno simpliciter accidentia, q̄ aduenire, & nō aduenire pōt; alio cū in eorū rōne subiectū est, vt sinū in naso. Pfellus 1. phyc. c. 7. Accidentis differt à secundum accidens, nam illud dicitur secundum accidēs habere aliquid, quod alteri accidit: per accidens autem illud, quod per se inest illi, cui illud accidit. Io. gram. 4. phyc. tex. 26. char. 80. col. 2. Accidentia, quæ dicuntur positione substantiæ, quædam sunt necessaria, quædam non necessaria. i. separabilia. Auer. 5. metaph. tex. co. 35. c. 67. col. 4. Accidentia sunt duobus modis, aut accidentaliter, aut essentialiter. Auer. 7. metaph. tex. co. 18. char. 79. col. 1. Accidentis, id est eius, quod dicitur per accidens, duo sunt modi: attribuere scilicet accidenti, quod rei attribuitur, & attribuere toti id, quod attribuitur parti. Auer. phyc. 4. tex. 45. c. 67. col. 2. Accidentia in subiecto existētia, alia existūt in suo subiecto primo essentialiter, vt par, & impar in numero; alia existunt secundum similitudinem ad accidentia existētia in subiecto alterius scientiæ naturaliter, vt Arithmeticus de numeris superflucibus, & solidis cōsiderat. Auer. 3. de cœlo. tex. co. 7. c. 83. col. 1. Accidentia quædam sunt existentia in indiuiduis substantiarum simplicium, & quædam in indiuiduis compositorum, aut in habentibus animam, aut in carentibus ea, & vterque istorum modorum aut est per naturam, aut per voluntatem. Auer. de form. c. 202. col. 2. Accidentia principaliter dicuntur de his, in quibus sunt, indiuiduis, secundo loco ad vniuersalia indiuiduorum referuntur. Boet. in Por. c. 94. Accidens commune, vel proprium tribus modis consideratur. Primo si in se consideratur, est proprium, vel accidens, quæ sunt duo de quinque vniuersalibus. Secundo in cōparatione ad subiectū, in quo sunt, & sic sunt cōparata ad sua singularia, de quibus prædicatur, & est similis cōparatio, vt speciei ad indiuidua. Tertio cōsiderantur, vt per ea est cōuenientia, vel differentia ad illa cōparata, & sic ab ipsis sumunt duo modi differētiæ, q̄ sunt cōis, & p̄pria differētia. Alb. mag. in p̄dic. c. 19. c. 1. Accidens duobus modis causatur à subiecto. Primo est forma absoluta, quæ non per aliud est accidens, & sic est quantitas, qualitas, & huiuscemodi: aliud est, non quod sequitur esse rei perfectum, sed ex aliquo, quod est extrinsecus, & se habens ad substantialia rei, & sic est ad aliquid. Alb. Mag. in prædicam. c. 48. col. 2. Accidentia alia insunt, alia assistunt plus quam insunt, A 2 quæ

quæ non simpliciter sunt, nec causantur ab extrinsecis subiectis, sed causata ab intrinseco secundum ea subiecta comparantur ad alia, ut relatio, quando, ubi, positio, & habitus. Alb. Mag. in sex prin. cap. 5. c. 76. c. 1. **Accidens rei subiectæ duobus modis potest comparari.** Vno modo, ut res subiecta accipitur, ut substantia substantans se, firmans in se, & occasionis modo dās causam, ut alud sit in potentia, & sic accidēs est verē accidēs, & vnū ex prædicabilibus, & vnū de quatuor prædicatis, quæ ponit Arist. in topicis. Alio modo est rei subiectæ, ut est substantia, & est oē illud, quod extraneum est subiecto, ut stat sub forma talis prædicati, ut homo est species. Alb. Mag. in elenc. cap. 3. c. 283. c. 1. **Accidens, cum definitur, dupliciter potest accipi:** aut ut species subiecta, aut ut passio: si ut species subiecta, intelligitur substantia in eius definitione, sed non accipitur: at si ut passio, substantia & accipitur, & intelligitur in eius definitione. Primo modo definitio dicitur à quibusdam principium demonstrationis extra demonstrationem. Secundo modo est demonstratio positione differens: in tali enim definitione accipit subiectum, quod est substantia, & causa accidentis, quæ est medium: & accidens, quod est prædicatum. Alb. Mag. 7. Metaph. tract. 1. cap. 12. char. 123. col. 2. **Accidentia quædam dicuntur entia, quia sunt actiua, vel generatiua substantiæ, vel eorū q̄ secundū aliquā habitudinē prædictam ad substantiā dicuntur, vel secundū quamcunque aliā.** D. Tho. 4. Metaph. lec. 1. c. 186. **Accidens esse medium inter subiectum, & accidens potest intelligi duobus modis.** Primo, quod cadat mediū quantum ad rationē subiiciendi, ita quod vnū accidēs sit subiectum alterius: & sic proprie nō est mediū, quia subiectum debet habere rationem fixi. Alio modo accidens potest cadere medium quantum ad rationē causandi, ita ut subiectum sit subiectum vnus accidentis, quia est subiectum alterius: ut corpus mediante superficie recipit album: & sic accidens potest cadere mediū in ratione causæ, non in ratione subiecti. Alex. de ales. 4. metaphys. tex. 14. char. 87. col. 3. **Accidentia duo vnum subiectum respicere duob. modis intelligi potest.** Vel quod illa accidentia aspiciunt illud subiectum secundum quendam ordinem essentialem, & secundum rationē prioris, & posterioris, ut dicimus, quod quantitas prius corpus quam color, & sic accidēs aspiciunt: primum cadit medium inter subiectum, & accidens quantum ad rationem causæ, non subiecti. Secundo modo, quod duo accidentia respiciant vnum subiectum accidentaliter, & hoc quia vnum non aspiciunt subiectum mediante alio, nec e conuerso: & sic accidens vnum non habet rationem prioris respectu alterius, nec in ratione causæ, nec subiecti. Alex. de ales. 4. metaph. tex. 14. char. 87. col. 4. **Accidentia per se, & accidentia per accidēs differunt, quia accidentia per se sequuntur naturam specificam pro toto ambitu suo eo modo, quo risibile sequitur naturam hominis totam: & ideo in talibus accidentibus. ratione materiæ, licet non ratione formæ, ex indefinita licet inferre vniuersalem, vniuersaliter sumptam; quia non sequitur solum naturam vniuersalem, sed vniuersalem vniuersaliter sumpti; ita ut non differant ratione materiæ hæc duæ, homo est risibilis, & omnis homo est risibilis. Ita tamen ut accidens per se primo aspiciat naturam specificam, secundario principia indiuiduantia: accidens autem per accidēs sequitur principia indiuiduantia magis, quam naturam specificam. Ideo non oportet, ut si aliquid sequatur aliquid infra naturā specificam, quod sequatur vniuersaliter totam naturā: & in hoc proprie indefinita, & vniuersalis vniuersaliter sumpta differt, & rōne materiæ, & rōne formæ. Alex. de ales. 5. metaph. tex. 16. char. 123. col. 3. **Accidere vnū alteri dupliciter contingit: vel pp̄ rē tantū;****

vel pp̄ rem, & modum, & si propter vtrumque, maior est accidentalitas. sic autem est in tertio modo. Alex. de ales. 5. metaph. tex. 16. char. 124. col. 2. **Accidentia communia, & propria in hoc differunt, quod cōmunia nō dāt intelligere aliquod subiectū propriū: ut albedo non dat plus intelligere hominē, q̄ lignum: propria vero dant intelligere suū subiectum, ut risibile hominē, ideo copulata appellantur, cōmunia verō simplicia.** Alex. de ales. 7. metaph. tex. 17. char. 196. col. 2. **Accidentia alia educuntur de potentia materiæ, quæ sequuntur formā generabilē, & corruptibilē: & ista hnt materiā, ex qua alia non educuntur de potentia materiæ: & horū nōnulla sunt intēriionalia, ut lumē receptū in luna; & non habent materiā, ex qua: sed habent materiā in qua, quā vocat Arist. subiectum.** Alex. de ales. 8. metaphys. tex. 12. char. 255. col. 1. **Accidens duobus modis sumit, Primo ut diuiditur cōtra substantiā, Alio mō, ut distinguit cōtra cetera quatuor prædicabilia.** Thom. de Vio in prædicab. c. 27. col. 1. **Accidens triplex: separabile, inseparabile, & propria passio.** Thom. de Vio in prædicab. char. 27. colum. 1.
Accidens quid est, ut cognoscitur, & eius proprietates.
Accidentia non sunt necessaria. Arist. post. 1. cap. 6. tex. 15. c. 306. **Accidens est, quod nec definitio, nec genus, nec propriū est, inest autem rei.** Et quod contingit inesse cuius vnī, & eidem, & non inesse. & hæc definitio melior est quam prima. Arist. top. 1. cap. 4. char. 394. **Accidens dicitur hoc, quod contingit esse, & non esse, aut cuius est in ratione hoc, cui accidit.** Arist. phys. 1. l. 2. cap. 4. tex. 28. char. 10. **Accidentia tūc maxime seire putamus, cū scimus de illis quid est.** Arist. 3. metaph. sum. 2. cap. 1. tex. 3. c. 43. **Accidens est, q̄ inest alicui, & verē dicit de eo, non tñ necessariō, nec ut plurimū, & nō tātū quoad esse, sed quo ad locū, & in aliquo, & in hoc tempore, & huius causa non est determinata, sed contingens, & indeterminata.** Arist. 5. metaph. su. 1. cap. 30. tex. 35. c. 117. **Accidens dī illud, quod inest alicui fm̄ se, nō tamē est de essentia rei.** Arist. 5. metaph. su. 1. cap. 30. tex. 35. c. 117. **Accidens dicimus esse, quod nec semper, nec quasi secundū magis est.** Arist. 6. metaph. su. 2. cap. 1. tex. 5. c. 122. **Accidens non habet causam determinatam.** Arist. 6. metaph. su. 2. cap. 1. tex. 5. c. 123. **Accidentis non est scientia, quia scientia omnis est, aut eius, quod est semper, aut ut plurimū: accidens verō nec eius, quod semper, nec ut plurimū est.** Aristot. 6. metaph. su. 2. cap. 1. tex. 6. c. 123. **Accidentia concreta magis entia videntur, quam abstracta, quia concernunt subiectum determinatum.** Arist. 7. metaph. su. 1. cap. 1. tex. 3. c. 127. **Accidentū definitio est ex additione, & nō pp̄rie, & etiā nō est pp̄ria definitio accidentiū copulorum, ut numeri imparis.** Arist. 7. metaph. cap. 4. tex. 19. c. 134. **Accidēs est, quod fit quidē, nō autē semper, nec ex necessitate, nec ut in plus.** Arist. 11. metaph. f. 3. c. 2. c. 230. **Accidentia non cadunt sub demonstrationem, ut subiectum per se.** Alex. aphro. in 2 metaph. uel apud lati. 3. co. 56. char. 78. col. 1. **Accidēs nullū syllogistice cōcludi pōt p̄ mediū terminū, q̄ sit accidēs, nisi accidēs, quod in cōclusionē demonstratur, sit ex ijs, q̄ p̄ se adfunt accidētī, quod sumptū est p̄ medio termino; ut Socrates deābulat, oē autē deābulās mouet, nā moueri in substantia inest deābulāti.** Alex. aphro. 3. metaph. vel secundū latin. 4. co. 38. c. 104. col. 1. **Accidentia entia dicunt, quia proprie entis aliquid sunt; ut bicubitum idcirco ens appellatur, quia proprie entis quantitas est quædam, & album qualitas.** Alex. Aphr. 6. metaph. uel 7. co. 1. char. 181. col. 1. **Acci-**

Accidens vniuscuiusque rei est; quod non est in substantia eius. Alex. aphrod. primo naturali. quæst. cap. 11. c. 3. **Accidens est, quod adest, & abest præter subiecti corruptionem.** Porphy. in 5. voces. cap. 6. c. 46. **Accidens est, quod contingit inesse, & non inesse.** Porphy. in 5. voces. cap. 6. char. 46. **Accidens est, quod nec genus, nec species, nec differentia, nec proprium est: semper autem in subiecto est.** Porphy. in 5. voces. cap. 6. char. 46. **Accidens, & esse in subiecto, conuertuntur.** Porphy. in prædic. char. 6. **Accidens seorsum per se sine aliquo subiecto esse non potest.** Porphy. in prædic. char. 8. **Accidens essentialis magis, & minus suscipit: differentia non.** Dixipus in prædica. cap. 20. char. 39. **Accidens, & existens, tollitur sublata essentia, & contingenti.** Amo. in Por. c. 1. col. 4. **Accidens est vox significans, quæ essentiam consequitur, quæ de pluribus specie differentibus, ac in quale prædicatur.** Amo. in Por. c. 5. col. 4. **Accidentia non sunt corpora, quia si essent corpora, auergerent.** Amo. in Por. c. 12. col. 3. **Accidentia omnia à Philosophis considerantur.** Amo. in Porphy. char. 12. col. 3. **Accidentia suum esse in particularibus substantijs obtinent.** Amo. in prædic. char. 35. **Accidentia, etiam quæ sine subiecti sui substantia definirī nō possunt, sui natura omni indiuiduo alicuius speciei inesse nō possunt.** Them. in post. cap. 11. c. 3. col. 1. **Accidentibus sumptis his, quibus sua cōtraria respondēt, ut paritati imparitas, alterū contrariorū necessariō de subiecto prædicabitur.** Them. in post. cap. 11. c. 3. c. 1. **Accidentia, & affectiones quamuis nō sint a subiectis abiuncta, tamen eadem subiectis non sunt.** Themist. 4. Phy. tex. 99. char. 42. col. 1. **Accidentia oriuntur non ex omnino non ente, quoniam ex Callia sic affecto: at substantia ex non ente fit, & non ita, ut sit nihil, sed ut sit mera potentia.** Themist. 5. Phy. tex. 7. char. 46. col. 2. **Accidens subsistere non potest per se, sed alio indiget ad subsistendum; ideo est in subiecto.** Sim. in prædic. 11. **Accidentia non solum sunt ex subiecto, & priuatione, sed etiam substantiæ.** Simp. 1. Phy. tex. 58. c. 74. col. 1. **Accidentia quodam modo sunt formæ eorum, quibus accidentunt.** Simp. 2. Phy. tex. 15. char. 98. col. 2. **Accidentia egent tempore, non modo ob corpus, sed etiam per se; quia sunt subdita ortui, & interitui.** Sim. 4. Phy. tex. 49. char. 231. col. 1. **Accidentis species est id, quod alicui potentia inest.** Sim. 8. Phy. char. 460. col. 2. **Accidens quasi cum alio cadens appellatur.** Sim. 1. de anima. tex. 5. char. 2. col. 1. **Accidentia sunt omnia, circa quæ Mathematici suam faciunt considerationem.** Simp. 3. de anima sect. 2. tex. 36. char. 72. col. 3. **Accidentia, ijs quæ natura constarent, sunt substantiarum extremitates.** Sim. 3. de anima sect. 2. tex. 36. char. 72. colum. 3. **Accidentia nec ex substantijs, nec substantiæ ex eis, nec ex se inuicem fiunt.** Ioan. Gramat. 1. de gen. & cor. tex. 17. com. 60. char. 28. **Accidens, & secundum accidens differunt: quia accidens est, quod ex opposito diuisum est à substantia, ac extrinsecus rebus adest: secundum accidens, quod ex necessitate substantijs adest, ipsasque consequitur, ex quo formantur propria, quæ primò, & per se in sunt.** Io. Gram. 1. de anima. tex. 4. c. 6. col. 4. **Accidentium non est demonstratio.** Ioan. Gram. 1. de anima. tex. 4. char. 7. col. 1. **Accidentia sepe manifestiora sunt definitione.** Io. Gram. 1. de anima. tex. 19. char. 12. col. 2.

Accidentaliter quod alicui inuenitur, raro inuenitur. Auer. in 1. Metaph. tex. com. 8. char. 5. **Accidentia, nec cogitatione quidem a substantia separari posse impossibile est, & minus re ipsa, ut substantia ab vniuersitate ceterorum generum separari potest; non quod prorsus sensibilis substantia accidentibus nudetur, nam substantia vna, & eadem numero manet accidentibus iisdem numero minime manentibus, imò permutatur, & modo hoc aduertat, modo illud.** Them. 12. Metaph. char. 1. **Accidentia determinant sua subiecta accidentaliter.** Auer. 1. Metaph. tex. co. 30. char. 10. **Accidentis ad accidens attributio non est essentialis.** Auer. 4. Metaph. tex. co. 14. char. 38. **Accidens impossibile est ut sit sine suo subiecto.** Auer. 4. Metaph. tex. co. 25. Idem Auer. 7. Metaph. tex. co. 2. char. 72. Idem Auer. 1. Phy. tex. co. 14. char. 7. **Accidentium causæ per accidens sunt, & infinitæ.** Auer. 6. Metaph. sum. 2. tex. co. 5. char. 70. Idem Auer. 2. Phy. tex. co. 50. char. 32. **Accidentium non sunt definitiones, quia subiecta accidentium sunt alia à natura eorum, & ideo non sunt genera illorum.** Auer. 7. Metaph. tex. co. 13. char. 77. **Accidentia definitiones habere qui dicit, dicit ea habere magis quam habent: & similiter qui dicit, quod de eis non dicitur hoc nomen ens, & definitio, dicit ea non habere illud, quod debent habere.** Auer. 7. Metaph. tex. co. 15. char. 77. **Accidentia non habent definitiones, quia in eorum definitionibus accipiuntur definitiones suorum subiectorum, quæ non sunt eorum genera, sed aliæ nature.** Auer. 7. Metaph. tex. co. 18. char. 79. **Accidentia separari a substantia impossibile est: ipsa autē substantia præcedit ipsa prioritate causæ ad causatum suum.** Auer. in epitom. Metaphys. trac. 2. c. 172. col. 3. **Accidens aliquid faciens non necessariō disponitur per illud, nam non omne quod mouet, debet moueri, nec quod nigricat, debet esse nigrum.** Auer. de substantia orbis. cap. 2. char. 5. col. 1. **Accidens tam vniuersale, quam particulare in subiecto existit.** Auer. in prædicam. tract. 1. cap. 2. ch. 13. col. 1. **Accidentia non naturalia signant forte animā, non autē corpus, ut q̄ didicit artē musicā, signauit utiq; animā suā, non autē corpus.** Auer. 2. priorū. cap. 35. c. 126. c. 3. **Accidentia sunt, quorum existentiam querimus in arte, & ipsa ea sunt, de quibus adducitur demonstratio existētiæ, & causarū.** Auer. post. lib. j. tex. co. 57. c. 147. c. 1. **Accidentium, quæ sunt in corporibus naturalibus, magna pars est notæ existentia, sed queritur causa existentie ipsorum, & maior pars demonstrationum Philosophiæ naturalis est huiusmodi.** Auer. post. 2. cap. 5. tex. 41. char. 214. col. 3. **Accidentū, q̄ naturalibus rebus insunt, causa est ipsa cōpositio.** Auer. ex paraph. 2. de celo. tex. 37. c. 138. c. 3. **Accidentis subiectū est corpus compositum ex materia, & forma: & est aliud existens in actu, & nō indiget in suo esse accidenti.** Auer. 2. de ani. su. 1. tex. 4. c. 127. c. 2. **Accidentaliter q̄ alicui inuenit, debet alicui alij inueniri essentialiter.** Auer. 2. de anima. tex. 133. c. 153. col. 1. **Accidentia futura determinatarū causarū necessariō habent naturā vniuersalē intellectā, quæ est prima causa in esse eorū: habēt enim causas existentes essentialiter, quæ apud naturam vniuersalem sunt intellectæ, siue à nobis fuerint intellectæ, siue non: ista autem indiuidua futura non possunt sciri à nobis per argumentationem, scilicet in eis, quæ ventura sunt à remoto, in tempore, & loco; quia causæ illæ apud nos nō sunt determinati esse, licet sint in se determinati esse. De eis autē, quæ sunt voluntariè, illa, q̄ sunt essentialiter determinata apud nos, aut fm̄ mores naturales, aut secundū mores positos à lege, necesse est etiā, ut sint de-**

terminata apud naturam, licet sint ignota apud nos, & Astronomi non dantur ad iudicandum res futuras, nisi quia existimant scire de corporibus celestibus causas proprias generationi cuiuslibet individui modorum specierum; & sic non est inopinabile, ut intelligentia abstracta det animæ imaginatiue naturam vniuersalem istius individui facti, in intellectum sue causæ. & anima imaginatiua recipit ipsum particulare, ut est in materia. Auer. de somn. char. 202. col. 2.

Accidens id esse dicimus, quod in substantiam non conuertitur. Boet. in Por. chart. 36.

Accidens sine re, cui accidit, esse nequit. Boet. in Por. ex dia. chart. 45.

Accidens pluribus semper inest speciebus. Boet. in Por. ex dia. chart. 45.

Accidens esse nequit, nisi sit subiectum; quod ipsum recipiat. Boet. in Por. chart. 102.

Accidens sine subiecto esse nequit. Boet. in Por. ex dia. c. 1.

Accidens omne in individuis principaliter subsistit. Boet. in Por. char. 102.

Accidens omne in subiecto est. Boet. in præd. c. 120.

Accidens locum mutare non potest. Boet. in præd. c. 122.

Accidens solum in comparatione venit, suscipit. n. magis, & minus. Boet. de diff. top. lib. 1. char. 860.

Accidentia sunt, quibus positus aliud necessario sequitur. Boet. in top. Cic. char. 775.

Accidens, quod vni individuo proprium est, accidens vocat individuum. & hoc, quia soli conuenit, de vno solo prædicatur. Alb. Mag. in prædicab. cap. 4. c. 11. col. 4.

Accidens non indiuiduatur, nisi per substantiam; ideo indiuiduum accidentis demonstratur per rem stantem sub accidente, ut hoc albi. Alb. Mag. in præd. ca. 7. c. 18. c. 1.

Accidens, quoquomodo sit, nullo modo potest esse perfectum, vel constitutum substantiæ: ideo per se non potest facere aliud, quia aliud non est, nisi, quod est substantia est aliud. Alb. Mag. in prædicab. tract. 5. ca. 1. c. 18. c. 4.

Accidens commune est qualitas individui accidentalis, non ex substantialibus fluens. Alb. Magn. in prædicab. tract. 5. cap. 1. char. 19. col. 1.

Accidens est qualitas individui. Alber. Magn. in prædicab. tract. 5. cap. 4. char. 21. col. 2.

Accidens dicitur commune, quia talis habitudo principiorum communiter in diuersis generibus, & speciebus particularium inuenitur. Alber. Magn. in prædicab. tract. 7. cap. 1. char. 26. col. 4.

Accidens dicitur infinitum, quia principia stantia non sunt, sed mobilia motu per accidens, qui in omnibus est, & infinitus. Alb. Mag. in prædicab. char. 26. col. 4.

Accidens in solo genere accidentis signatum, ut color, vel albedo, non potest esse vniuersale sic prædicabile, ut accidens, quamuis possit esse vniuersale ut genus, species, differentia, & proprium. Alber. Magn. in prædicab. tract. 7. cap. 1. c. 27. col. 1.

Accidens solum per contingentem causam dicitur inesse, & non inesse. Alb. Mag. in præd. tract. 7. ca. 2. c. 27. c. 4.

Accidens, ut hoc accidens, vel illud, in hac materia vel illa acceptum est corruptibile, & fluxibile dicitur: sed ut abstractum, & in vniuersali acceptum per rationem incorruptibile est, ut & alia vniuersalia. Alber. Mag. in prædicab. tract. 7. cap. 2. char. 27. col. 4.

Accidens per negationem describitur, ut est priuatio per negationem habitus, non quod penitus sit priuatio, sed quia priuationi simile, & propinquum, quia priuat in hærentiæ certa causa. Alb. Mag. in prædicab. c. 28. c. 1.

Accidentia dicuntur, quasi ad cadentia, quia cadunt ad subiectum, quia sunt aduentitiæ naturæ, ideo non de intrinsecis adueniunt, & effluunt. Alber. Magn. in prædicab. tract. 7. cap. 12. c. 31. col. 4.

Accidentis intellectus est absolutus, quamuis eius esse sit dependens. Alb. mag. in predicam. 1. c. 4. char. 35. col. 1.

Accidentis definitio sumitur ex principijs subiecti, quæ sunt

causa accidentis. Alb. mag. in præd. tract. 2. c. 4. c. 37. c. 4.

Accidens non est in toto, ut constituens subiectum secundum substantiam, sed ut constitutum inesse quomodocumque per subiectum. Alb. mag. in prædic. tract. 2. c. 6. char. 39. c. 1.

Accidens omne non efficitur numero vnum per aliud quod sit suæ essentia, sed per hoc quod est in subiecto. Alb. mag. in prædicam. tracta. 3. cap. 13. char. 47. col. 4.

Accidens vnum non potest esse in duobus subiectis, sed esse potest in vno, ut in subiecto, & in alio, ut in termino. Alb. mag. in prædic. tract. 4. cap. 10. char. 52. col. 2.

Accidentia sunt in loco per accidens, secundum magis, & minus. Alb. mag. in sex princ. tract. 5. cap. 2. char. 73. c. 4.

Accidentia per se non possunt esse in tertio modo per se, & tamen possunt esse per se aliquando secundum primum modum per se, & aliquando secundum secundum. Alber. magn. in post. cap. 9. char. 179. col. 3.

Accidens & si non habet materiam, ex qua fiat, habet tamen materiam, in qua fiat. Alb. mag. in top. tract. 3. c. 3. c. 226. c. 3.

Accidentia propter formam magis naturalia sunt, quam propter materiam; & si aliqua accidit composito propter vtrūque, erit illud accidens magis naturale, quod plus accedit ad formam, quam id, quod plus accedit ad materiam. Alb. mag. 2. phy. tract. 1. cap. 7. char. 18. col. 2.

Accidentia, quæ sunt propter materiam in se consideratam, minus sunt naturalia; & ideo non æquiuocantur in ipsa, cum est cum forma, & quædo separatur ab ipsa. Talia sunt, quæ accidunt quantitati materiam; ut statura corporis, & figura, ut in mortuo, & in viuo cicatrices, & huiuscemodi alia. Alb. Mag. 2. phy. tract. 1. c. 7. c. 18. c. 2.

Accidentalis forma multipliciter dicitur. Aliquando, quæ est eadem cum figura subiecto differens secundum rationem. Aliquando omnis affectio subiecti dicitur forma, & abusu dicitur forma, ordinatio multorum ad vnum. Alber. mag. 2. phy. tract. 2. cap. 2. char. 20. col. 3.

Accidens naturale omne habet duplex esse: formale, & materiale. Alb. mag. in 1. de gen. & cor. tract. 1. c. 28. c. 63. col. 2.

Accidens est in substantia, non sicut quædam pars suæ essentia, sed ut dispositio, quæ esse, & non esse potest. Alb. mag. in 1. de anima tracta. 2. cap. 11. char. 9. col. 4.

Accidentis esse ex subiecto pendet: ideo in definitione accidentis subiectum ponitur, eo quod causa definitiua accidentis est subiectum, & quæ loco differentia constitutiua ponitur in definitione. Alber. magn. de caus. & proces. vniuersitat. a causa prima. lib. 1. tract. 1. cap. 10. char. 189. col. 2.

Accidens potius est esse, quam essentia: ideo perfectam esse non habet definitionem. Alb. mag. 4. met. tract. 2. c. 4. c. 92. col. 2. Idem Alb. in prædicab. tract. 5. cap. 9. char. 24. c. 1.

Accidens ratione sui nihil vnit, sed tantum vnit quod perficit: sed quod est vnum per accidens, non est vnum per vniorem accidentis, sed per vniorem, quam facit subiectum. Alb. mag. 5. metaph. tract. 1. cap. 7. char. 101. col. 1.

Idem. Alex. de ales. in 5. metaph. tex. 7. char. 113. col. 4.

Accidentis quid accipere in omnibus accidentibus licet, secundum principia sui generis. Alber. magn. 5. metaph. tract. 3. cap. 2. char. 108. col. 4.

Accidens non perficit in esse id, cuius est accidens: sed differentia & si non perficit genus in esse generis, perficit tamen ipsum in esse. Alb. mag. 5. met. tract. 6. cap. 2. char. 115. c. 1.

Accidentia, si considerantur secundum esse, & non secundum quod sunt essentia quædam, sunt substantia passionis: & oportet eas defini per substantias, ut omnis passio definitur per subiectum. Alber. Mag. 5. metaph. tract. 6. cap. 14. char. 116. col. 1.

Accidens, quod accidit substantia per accidens, non habet principia suæ essentialitatis, ideo de ipso non est aliqua speculatio. Alb. mag. 6. met. tract. 2. cap. 1. char. 117. c. 3.

Accidens nulli eorum, quibus conuenit per accidens, est intrinsecum, & essentialiter: ideo secundum primum modum dicendi per se non potest esse de ratione definitiua eius, cui contingit per accidens. Alb. mag. 7. met. tract. 1. cap. 7. char. 121. col. 2.

Accidens

Accidens propriam definitionem non habet, nec propriam differentiam: sed subiectum constituens illud in esse est loco differentia in notificatione accidentis. Alber. magn. 7. metaph. tract. 1. cap. 7. char. 121. col. 3.

Accidens omne sensibile est accidens materiam, ut a forma substantiali sic, vel sic perfecta est. Alber. Magn. 11. metaph. tract. 1. cap. 12. char. 150. col. 3.

Accidens non est subiectum in aliqua scientia, sed est passio subiecti. Alb. Mag. Ethic. 1. trac. 1. cap. 5. char. 3. c. 1.

Accidentia in abstracto si definiuntur, necesse est, ut in eorum definitione ponatur accidens in recto, ut genus; subiectum autem in obliquo, ut differentia, ut similitudo est curuitas nasi: at in concreto contra ponitur subiectum, ut genus, & accidens, ut differentia, ut similitudo est nasus curuus. D. Thom. in Periherm. char. 3. col. 2. Idem de sensu, & sensato. l. 6. char. 7. col. 4. Idem Alex. de ales. in 7. metaph. tex. 17. c. 198. col. 1.

Accidens quod in vno est, in alio forma substantialis esse non potest. D. Th. in 1. de gener. & cor. l. 8. tex. 18. c. 8. c. 4.

Accidens omne, quod proficitur, & causatur ex principijs subiecti, si debet defini, oportet, ut subiectum ponatur in sua definitione. D. Th. in 1. post. l. 14. c. 47. col. 3.

Accidens non prædicatur de accidente, nisi quia ambo prædicantur de subiecto. D. Tho. in 5. Met. l. 2. tex. 2. char. 266.

Accidentia pro tanto videntur in abstracto non entia, quia nihil ipsorum est natura aptum secundum se esse, immo ipsorum esse est alteri esse, & non est possibile aliquid eorum separari a substantia. D. Tho. 7. Metaph. l. 1. tex. 4. c. 428.

Accidentia abstracta significant entia, quæ in hærent, licet non significant ea per modum in hærentium. D. Thom. 7. Metaph. l. 1. tex. 4. c. 428.

Accidentia non habent materiam, ex qua sunt, sed substantia est eis subiectum. D. Th. 8. Met. l. 4. tex. 12. c. 619.

Accidentia omnia habent rationem substantia, quia in ratione cuiuslibet accidentis oportet ponere proprium subiectum; ut in definitione simi ponitur nasus. D. Thom. 9. Metaph. l. 1. tex. 1. c. 628.

Accidens definitur per subiectum, & materia per id, quod est in potentia. D. Th. in 9. Metaph. l. 6. tex. 12. c. 651.

Accidentia dicuntur entia, non quia sunt, sed quia ipsis magis aliquid est; ut albedo dicitur esse, quia subiectum est album. D. Tho. 12. Metaph. l. 1. tex. 2. c. 836.

Accidentia non sunt entia, nisi quia sunt dispositiones entis primi, quod est substantia. Alexan. de Ales. prim. Metaph. c. 10. col. 3.

Accidens cum alicui accidit, oportet quod illud cui accidit, habeat rationem subiecti, & illud, quod accidit, habeat rationem accidentis. Alex. de ales. 5. met. tex. 7. c. 114. c. 1.

Accidentis implicatio in prædicato impedit propositionem, ut non sit per se, quod non facit si in subiecto implicatur. Alex. de ales. 5. metaph. tex. 23. c. 152. col. 3.

Accidens est, cum aliquid aspicit aliquid, non per sui naturam. Alexan. de ales. 5. metaph. tex. 35. c. 167. col. 3.

Accidens, ut accidens scire non facit. Alex. de ales. 6. metaph. tex. 1. c. 169. col. 2.

Accidentalitatis intentio scibilis est per priuationem, quia scitur ex priuatione perfectitatis. Alexan. de ales. 6. metaph. tex. 6. c. 177. col. 2.

Accidentaliter suæ per accidens multa sunt respectu causæ inferioris, quæ non sunt per accidens respectu causæ superioris. Alex. de ales. 6. met. tex. 7. c. 178. col. 4.

Accidentaliter & per accidens in effectibus vocatur, quod

fugit aspectum causæ. Alex. de ales. 6. metaph. tex. 7. char. 178. col. 4.

Accidentalis effectus omnis non potest reduci in causam celestem, tamquam in causam per se, tamen propter in dispositionem materiam, tamen propter concursum contrarij agentis, & hoc impediri potest per liberum arbitrium: sapiens enim (ut ait) Ptolomeus, dominatur astris. Alex. de ales. 6. metaph. tex. 7. c. 179. col. 2.

Accidentia sunt instrumenta formarum substantialium. Alex. de ales. 7. metaph. tex. 5. char. 184. col. 2.

Accidentia habent entitatem diminutam, & secundum quod. Alex. de ales. 7. metaph. text. 5. c. 184. col. 2.

Accidens suam entitatem in alio habet. Alex. de ales. 7. metaph. tex. 5. c. 184. col. 4.

Accidens in abstracto significatum est aliqua entitas, id est entis principium, & ista entitas non auferitur sibi propter modum significandi. Alex. de ales. 7. metaph. text. 5. c. 184. col. 4.

Accidens de essentia sua est aptum ad subiectum. Alex. de ales. 7. metaph. tex. 5. c. 185. col. 2.

Accidentis nature repugnat separari, & reperiri sine substantia: nisi ista separatio fiat per potentia diuinam. Alex. de ales. 7. metaph. tex. 5. char. 186. col. 2.

Accidentium omnium causa est materia cum forma, non ut efficiens, sed quia agens non trahit materiam ad naturam accidentis, nisi trahat ad naturam formæ, quia esse accidentis presupponit esse formæ. Alex. de ales. 7. metaph. tex. 8. c. 190. col. 2.

Accidentia non declarant esse quidditatum subiecti, sed declarant potius de subiecto aliquam quidditatem extrinsecam. Alex. de ales. 7. Metaph. tex. 11. c. 192. col. 4.

Accidens est ens in additione ad naturam, quia in natura accidentis semper intelligitur substantia. Alex. de ales. 7. Metaph. tex. 11. c. 193. col. 3.

Accidens propter diminutum eius esse, magis debet dici alicuius, quam aliquid: quia entitas accidentis non est entitas sibi, sed alij. Alexan. de ales. 7. Metaph. tex. 11. char. 193. col. 3.

Accidens non potest dici ens simpliciter, ut simpliciter dicitur sine adunctione. Alexan. de ales. 7. Metaph. tex. 14. char. 195. col. 2.

Accidentium definitio est per additamentum, substantia vero non. Alex. de ales. 7. Metaph. tex. 17. c. 196. c. 4.

Accidentia propria, & essentialia definiuntur: & si definiuntur, definiuntur per additionem. Alexan. de ales. 7. Metaph. tex. 17. char. 196. col. 4.

Accidentis essentia est, ut dicat habitudinem ad subiectum. Alexan. de ales. 7. Metaph. tex. 17. c. 198. col. 1.

Accidentia, si proprie definiuntur, an possit vitari negatio? Alexan. de ales. 7. metaph. tex. 17. c. 199. col. 1.

Accidentalitatis intentio omnino est ex quidditate substantia. Alex. de ales. 7. metaph. tex. 20. c. 201. col. 1.

Accidentia non proprie definiuntur, quia sua natura non est terminabilis per se, sed resolvable ad substantiam. Alex. de ales. 7. Metaph. tex. 33. c. 218. col. 2.

Accidens duobus modis definitur in commune recto, & in abstracto, in commune recto subiectum ponitur in recto, in abstracto subiectum ponitur in obliquo. Tho. de Vio in post. char. 105. col. 1.

Accidens, ut separabile, & inseparabile.

Accidens inseparabile est, ut cecitas oculorum, nasi curuitas, cicatrix cum ex vulnere occalluerit. Porphyrius in 5. voces. cap. 4. c. 41.

Accidens inseparabile, & si non separatur a subiecto sine subiecti corruptione, intentionem tamen, & remissionem accipit. Sim. in prædicab. c. 24.

Accidentia inseparabilia, quæ definite insunt vni, & eadem naturæ, & nulli alij, hæc per se insunt illi: quæcunque autem non definite insunt alicui naturæ, sed possunt

possunt pluribus inesse, hæc quamuis inseparabilia sint, non dicuntur per se subiectis inesse. Ioan. gram. prim. post. cap. 4. char. 11. col. 4.

Accidentia tã separabilia, quã inseparabilia simul cū re, cui insunt, mouētur. Io. gram. 4. phy. tex. 17. c. 78. c. 3.

Accidentia inseparabilia definiuntur per subiectum, non autē subiectū per illa. Auer. phy. prim. tex. 29. c. 10. c. 2.

Accidentia, & vniuersaliter omnia, quæ sunt in substantia, non possunt separari: & omnia, quæ sunt in subiecto, impossibile est, vt moueantur per se. Auer. Phys. 4. tex. 32. c. 63. col. 1.

Accidentium separabilium dispositio est, quod quandoque inueniuntur in qualibet specie, & quandoque non inueniuntur in quibusdam. Auer. in Phys. 5. tex. com. 44. char. 108. col. 1.

Accidens inseparabile, & si actu separari nequit, potentia tamen potest. Boet. in Por. ex. dial. char. 35. Idem Boet. in Por. chart. 92.

Accidentia inseparabilia non sunt vt causa, sed vt signū. Alber. Magn. in post. cap. 16. char. 183. col. 1.

Accidens inseparabile proficitur ex essentialibus sui subiecti: & quorum essentialia eadem sunt, horum accidens inseparabile est idem. Alber. Magn. 3. de anima. tract. 10. cap. 4. char. 34. col. 4.

Accidens inseparabile duobus modis consideratur: primo in ordine ad speciem, & est quintum prædicabile a Porphyrio traditum, secundo in ordine ad indiuiduū, & est proprium. Tho. de Vio in post. c. 119. col. 1.

Accidens inseparabile non fuit a principijs formalibus speciei, quia eius est propria passio: nec a principijs materialibus indiuidui, sed a principijs materialibus, quæ extra illam speciem absoluta inueniuntur. Tho. de Vio in post. c. 119. col. 2.

Accidens vt per se, & per accidens.

Accidentium non per se, vt determinata sunt per se, non est scientia demonstratiua: nō enim est ex necessitate monstrare conclusionem: accidens enim contingit non inesse. de tali enim dico accidente. Arist. post. prim. cap. 6. tex. 18. char. 308. Idem Them. in post. cap. 15. char. 4. col. 1.

Accidenti per se aliud accidens non inheret per se, alioquin accidens erit quædam substantia. Quomodo Mathematicæ scientiæ erunt, quæ demonstrant accidentia per se. Them. in prim. post. cap. 39. c. 7. col. 3.

Accidens per se illud dicitur, quod etiam si subiectū non esse poneremus, in nullo vnquam alio passio illa consisteret. Pfellus 2. Phy. char. 13.

Accidentia quædam per se sunt, in quibus est quædam mediocritas, vt in ipsis consideretur excessus, & defectus; vt in cūritate nasi. Ioan. gram. prim. post. cap. 4. chart. 12. colum. 2.

Accidentia per accidens nullo modo definiuntur. Auer. 7. metaph. tex. com. 18. char. 79.

Accidens, cum sit in indiuiduo per se, prius prædicatur de indiuiduo, & per indiuiduum venit ad speciem. Alb. Mag. in prædicab. tract. 8. cap. 1. char. 28. col. 2.

Accidens non contingit nisi composito, & per se non variatur, sed potius subiectum recipit variationem per ipsum. Alb. Mag. 2. Phy. tract. 2. cap. 2. c. 20. col. 3.

Accidens nullum per se est subiectum alicuius accidentis, quia substantiæ propriè conuenit ratio subiecti. D. Thom. in post. c. 65. col. 4.

Accidens per se primò aspicit naturam specificā, secundariò principia indiuiduantia: accidens per accidens contra. Alex. de ales. 5. Metaph. tex. 16. c. 123. col. 3.

Accidens per se differt ab accidente per accidens, quia quod accidit per accidens, accidit esse in hoc subiecto, vel in illo quod accidit per se, essentialè est, & sit in hoc subiecto terminato. Alex. de ales. 7. Metaph. tex. 17. c. 197. c. 1.

Accidentium vtilitas.

Accidentia conferunt secundum magnam partem ad cognoscendum ipsum quid est. Arist. de anima. pri. sum. pri. cap. 1. tex. 11. char. 586.

Accidentia, quibus tãtum rem esse docemur, nihil afferunt ad naturam rei, & definitionem cognoscendam. Them. 2. post. cap. 10. c. 10. col. 2.

Accidentia, quæ propria sunt, & à rei natura dependēt, talia sunt, vt ex ijs ad definitionem, & rei naturā veniatur. Them. 2. post. cap. 10. c. 10. col. 2.

Accidentia remota, & translata, quæ naturā rei de lōginq̄ conueant, nec attingant, ad rationē definiendi non conferunt. Them. in primū de anima cap. 7. tex. 11. c. 61. col. 3.

Accidentium essentialium dispositio est, quod cognitio eorum sequitur cognitionem substantiæ. Auer. 2. de celo tex. 40. char. 58. col. 2.

Accidentium in definitionibus nullus vsus est. Boet. in Por. ex. dia. c. 13.

Accidentia magnam partem conferunt ad cognoscendū quod quid est. hoc nō est intelligendum nisi de sciētia quia est, & non de scientia quid est. Alb. Magn. 7. metaph. tract. 2. cap. 2. c. 124. col. 2.

Accidens vt prædicatur.

Accidens nil prohibet, & quando, & ad aliquid proprium fieri; vt sedere, cum sit accidens, solo aliquo sedente proprio erit, simpliciter autem propriū nō erit. Arist. topic. prim. cap. 4. char. 394.

Accidentalis prædicatio non est nisi duobus modis: vno modo, cum accidens prædicatur de accidente per accidens, quia ambo vni accidunt, vt album de musico, quia ambo homini accidunt: alio modo, quo accidens prædicatur de subiecto. Arist. 4. metaph. cap. 2. tex. 14. char. 70.

Accidens accidenti non accidit, nisi quia ambo vni, & eidem accidunt. Arist. 4. metaph. cap. 2. tex. 14. c. 70.

Accidens, cum non sit vnus nature, sed diuersa, definitū nō potest, sed eius propriū esse in subiecto, vt substantiæ non esse in subiecto. Alex. aphro. prim. top. cap. 4. char. 8. colum. 4.

Accidentia in vna propositione non solum in infinitum congeri non possunt, sed omnino nē duo quidem accipi possunt; vt Socrates est musico albus, nō amplius est vnum; nec vna propositio. Alexan. aphrodisien. 3. Metaph. vel 4. com. 38. c. 103. colum. 2.

Accidentis essentialis subiecti verificatio ex parte causæ ipsi appropriatæ est magis perfectæ, quam verificatio, quæ fit de accidente essentiali, quod inest subiecto ex parte naturæ subiecti. Auer. prim. post. cap. 13. text. com. 95. c. 159. col. 1.

Accidens non ponitur in prædicatis demonstratiuis, nisi cum fuerit substantiale. Auer. in 2. post. cap. 1. tex. co. 6. c. 200. col. 1.

Accidente vtimur vt plurimum in separatione speciei a specie, & singularis a singulari: & magis perfectè accidente inseparabili, post hoc vniuersali inseparabili. Auer. epito. in logic. c. 341. col. 4.

Accidentium, in quorum definitione est genus subiecti, subiectum non est absolutum ab aliquo attributo, quæ prædicatur de eo prædicatio prima. Auer. in quæst. logic. q. 10. char. 372. columna 4.

Accidentia non possunt sumi in definitione entis. Auer. phy. pri. tex. 29. c. 10. col. 2.

Accidens dicitur de eo, quod non notificat de indiuiduo, quod non est in subiecto, quidditatem suam. Et est duplex. Primum quod non notificat de aliqua re essentiali suam, & est indiuiduum suum. Secundum est, quod notificat de indiuiduo essentiali suam

suam, & est suum vniuersale, & diuiditur in 9. prædicamenta. Auer. in epitom. Metaph. trac. 1. c. 169. col. 3.

Accidens de substantia, in eo quod quid est prædicari non potest. Boet. in præd. char. 124.

Accidentia, quæ absolutum habent esse, prædicantur in eo quod aliquid est quale. Quæ autem habent esse comparationis, vel comparationi admistum, vt ad aliquid, prædicantur in eo quod quomodo se habet vnumquodque eorum, de quibus prædicatur. Alber. Magn. in prædicab. cap. 7. char. 30. col. 2.

Accidentibus non est attribuenda prædicatio vniuersa, quia vniuersa prædicatio sequitur substantiam, & quia propriè non habent perfectam rationem. Alber. Magn. in prædicam. cap. 11. ch. 46. col. 2.

Accidentia, vt consequens substantiale esse cadit ad substantiam, vel ad subiectum, sic æqualiter participant accidentis prædicationem: sed vt accidentia primorum generum significant quasdam species, vel entis partes primas, quæ non sunt substantiæ, sic non participant. Alber. Magn. in præd. ch. 48. col. 4.

Accidens non prædicatur de accidente, nisi quia ambo prædicatur de subiecto. D. Tho. in 5. Metaph. l. 2. c. 266.

Accidentis omnis natura potest responderi per interrogationem factam per quid, quia in omni prædicamento est genus, & per consequens species, & omnis species est quid indiuidui. Alexan. de ales. 7. metaph. tex. 14. char. 195. col. 1.

Accidens vt problema.

Accidentis quæstionibus annectantur comparationes quous modo ab accidente dictæ. Arist. topic. Prin. cap. 4. char. 394.

Accidens vniuersale difficilius est constituere, quam destruere. Arist. top. 7. cap. 3. c. 544. Idem Alexan. aphro. top. 7. cap. 3. char. 88. col. 3.

Accidens particulare facilius est construere, quam destruere. Arist. topic. 7. cap. 3. c. 545. Idem Alex. aphro. top. 7. cap. 3. char. 88. col. 3.

Accidens, vt alicui insit, probare, satis est probare quod insit: nam accidens est, quod nec genus, nec species, nec differentia, nec proprium est; rei tamē inest, & qui genus probare vult, quod inest, non solum probare debet, sed quod inest vt genus. Alex. & Eust. 2. post. chart. 88. colum. 1.

Accidentia non sunt quæ sita per se, sed secundum quod sunt dispositiones substantiæ demonstratæ. Auer. 7. Metaph. su. pri. tex. com. 4. ch. 73.

Accidens facillimè construitur, difficillimè interimitur. Quod intelligendum est de particulari, alioqui vniuersale difficilius construitur, quàm interimitur. Alb. Magn. in topic. 7. cap. 3. char. 268. col. 4.

Accidens vt fallacia.

Accidentium captiones omnes vna solutio diluit, dicendo quod non est necessarium. Aristot. elenc. 2. cap. 4. char. 620.

Accidentis fallacia duplex continet accidens, vnum quod accidit rei subiectæ: alterum, quod assignatur rei subiectæ, & accidenti inesse. Alb. Mag. in elenc. pri. tract. 3. cap. 2. char. 283. col. 1.

Accipere est piscis, qui solus inter pisces squamas habet ad os anterius per totum corpus, dulcis, & esui conueniens, & ab antiquis multum desideratus. Alb. Magn. de anima. l. 24. cap. 1. char. 196. col. 1.

Accipere aliena aliqui nolunt ob probitatem quandam, turpiumque rerum euitationem: & obseruant aliquid, nē aliquando agere turpē aliquid cogantur. Alij ob timorem ab alienis abstinent, quia facile non est, vt si aliquis aliena acceperit, alij ab eo quicquam

non accipiant: & ideo nec accipere, nec dare illis placet. Nonnulli in accipiendo excedunt. Arist. et. luc. 4. ad Nicom. cap. 1. chart. 85.

Accipitris natura.

Accipiter, & miluus vicienis diebus perficiunt incubationem. Aristot. de histor. animal. 6. cap. 6. chart. 205.

Accipitrum pulli suaues valde, & pingues efficiuntur. Arist. de hist. anim. 6. cap. 7. char. 206.

Accipiter circi vulpi est inimicus, quia vnguibus aduncis vulpem inquadit, & vulnerat. Aristot. de hist. anim. 9. cap. 1. char. 317.

Accipiter locis saxosis, & arduis nidulatur, & auium quas ceperit, nunquam cor edit. Arist. de hist. anim. 9. cap. 11. char. 331.

Accipitrum genus præcipuum Buteo est, secundum Aesalo, tertium Circus: Stellaris, palumbarius, & pernix differunt. Appellatur subbutones qui sunt latiores: alij perca, & fringillarij: alij leues, & rubetarij, qui abunde viuunt, & humiuole sunt. Genera enim non pauciora decem esse aliqui prodiderunt. Arist. de hist. anim. 9. cap. 36. char. 346.

Accipitres modo venandi differunt; nam alij columbam humi confidentem rapiunt, volantem non appetunt; alij super arborem, vel supra tale quid conscendentem venantur: sin humi est, vel volat, non inuadunt. alij nec humi, nec in sublimi stantem venantur, sed volantem tantum. Aristot. de hist. anim. 9. cap. 36. char. 346.

Accipiter fere eiusdem est consuetudinis, & rapacitatis vt aquila, & est totus varius; sed in primo anno fuluas, & nigras habet maculas. Deinceps maculis albis, & nigris variatur, & quo pluribus vicibus mutatus fuerit, sunt albiores, & nigriores. pedes crocei sunt, & vngues magni. acutiores alas habet, quàm aquila, & minus acutas quam falcones. Est iracunda auis, ideo solitarie volat, nisi tempore pullificationis. Alber. Magn. de anima. li. 23. cap. 1. char. 185. col. 1.

Accipitres, & omnes aliz aues rapaces habent pennas, pedes, & anhelitum venenosum. Alb. Mag. de anima. li. 23. cap. 22. char. 192. col. 1.

Accipitris, & aliarum auium rapacium quædam pinguedo exit ex cauda, quæ venenosa est: ideo cauendum est multum ab afflatu, morfu, & laceratione vnguium, & maxime cum balneatæ fuerint, & pennas rostro composuerint. Albert. Magn. de anima. l. 23. cap. 22. char. 192. col. 1.

Accipitris vsus.

Accipiter, cum primò dimitti debet ad capiēdas aues siluestres, cibandus est cum carne teneræ vaccæ, vel lingua porcina, quæ in aceto, vel vrina prius steterit: & mane sequenti valdè diluculo eatur ad aucupium. Albert. Magn. de anima. lib. 23. cap. 22. char. 192. col. 1.

Accipiter iactandus est, si potest contra faciem auis, & quod auem videat, & auis parum ab eo distet. Alber. Magn. de anima. l. 23. cap. 22. ch. 192. col. 1.

Accipiter, cum venationem videt, sed non appetit, scias nimis pinguem esse, & ideo auferre oportet portionem pastus. Alb. Mag. de ani. l. 23. cap. 22. c. 192. col. 1.

Accipiter ab Augusto ad Nouembrem debet teneri mediocriter pinguis, & mediocriter macer, non multum ad pinguedinem, vel maciem declinans. A Nouembre in antea pinguis, & fortis tenendus est: etiam in die super manum detur ei hora tertia coxa vna de carne pulli, postea per horam permittatur in aqua balnari, & postea dimittatur ad solem donec pennas com-

componat se perungendo: & postea ponatur in obscuro vsque ad vesperum, & superponatur pannus lineus super perticam, super quam stat, ne vngues lardat, & ab hora vesperarum teneatur in manu vsque ad primum fornium, deinde pone super perticam, & accende lucernam per totam noctem, & circa diluculum asperge cum vino, & postea pone eum ad ignem clarum, & orto die vade ad aucupandum. Alber. mag. de ani. l. 23. cap. 22. c. 192. col. 1.

Accipiter siluester citius mansuescit, si multum ieiunare permittatur: & si iuuenis sit auis, non custodiatur in loco nimis calido, nec nimis frigido: & in loco, in quo stat, habeat semper mentham herbam, & saluiam: & in folijs salicis in primis, demum in ligno salicis super sedeat, aut abietis: & si saepe sanguinem auium biberit, vires sumit & audaciam, & affectum capiendi: nec negetur ei balneum aquæ frigidæ, quando nutritur; nec multum coniungantur alæ eius, nisi pendeant. Alber. Mag. de anim. l. 23. cap. 23. char. 192. col. 3.

Accipitris remedia.

Accipiter si in pennis varia signa defectus producit, pro certo morbus hic procedit ab interioribus corruptis, & est corruptio maxime in radice pennis. Fiat igitur compositio de stercore hominis, quod vim theriacæ habet, & de sale, & in illa intingantur plumæ accipitris, & ponatur de ea in fundamento pennarum, vbi carni infiguntur, & sanabitur: deinde aquam bibat, & caro, qua cibandus est, intingatur in iure Barbæ Louis. Item accipe maluam, & saturigiam, & cum adipe porcino coque multum, & in os accipitris immitte, donec inde tria coclearia consumas: postea ei dabis integrum fel porci, vel pulli, cum calido porci pulmone, & hunc, donec sanetur, quotidie in mane potabis aqua, & ad vesperum ciba cum butyro. Alber. Magn. de anima. l. 23. cap. 20. char. 191. col. 1.

Accipiter, si indiget vt pectus curetur, da ei puluerem ex mentha cum melle mixtam: item radicem sinapis, & trifolium equali pondere cum lacte trita, & oleo hypopino: item nasturtium cum melle mixtum in carne porcina. Alb. Mag. de ani. l. 23. cap. 20. char. 161. col. 1.

Accipiter si frigore tactus in pectore læsus sit ex illo frigore; accipe grana saxifragiæ, & tere in mortario, & adde pisani, & mel quantum sufficit, & frica palatum accipitris, & pone ad solem. item accipe semen herbæ, quæ radix appellatur, cum rura agresti, & pipere equali pondere, & tere, & cum melle pone commiscendo, & fac inde pillulas ad modum piperis, & da ei per triduum. item succum marubij, & puluerem piperis, & modicum mellis, & semen apij cribellatum commisce, sic vt duæ partes sint de succo, & vna de melle, & da ei cum famefcit, & feruenter escam desiderat. Alb. Mag. de anim. l. 2. cap. 20. char. 191. col. 1.

Accipiter si afinaticus fuerit, tegulam coctam contritam dabis ei cum carne calida, & sanguine hirci per tres dies; tolleque succum absinthij, & infundes eum inter pellem, & carnem in coxa gallinæ, & misce lac asini, & da ei comedere. Alber. Magn. de anim. l. 23. cap. 20. char. 191. col. 1.

Accipiter si cibum per tres dies sine digestionem in gula retinuerit, fac lixiuam de cinere sarmenti vinearum, & bene colata da ei cum carne calida per duos dies, & alijs tribus diebus da ei carnem caprinam cum butyro, & puluere mastice. Alber. Mag. de anim. l. 23. cap. 20. char. 191. col. 1.

Accipiter quando cibum oblatum non vult sumere, da ei carnem de grue, & granum vnum saxifragiæ sub eius lingua pone, & statim euomet carnes sumptas. si verò vis omnino soluere, & laxare, fume illa, quæ radix vocatur, in qua nõ sit aliquid pullulans, & scinde eam in

tres partes ad quantitatem digiti auricularis, & acue vtrinque ad modum grani hordei, & cum butyro da sibi comedere. demum pone eum ad solem, & laxabitur. Alb. Magn. de anima. l. 23. cap. 20. ch. 191. col. 1.

Accipiter vt sit sanus semper, nec eius viscera restringantur, coque brachia, & ramos maluauri in aqua, donec tota aqua consumatur, & siccatos tere fortiter, & pone in aliquo vase butyro pleno, & in illo coquã fortiter, & coletur hoc, vt cera colat; & de pinguedine relicta in colatura ciba accipitrem sigillatim per vices. si hanc pinguedinem refutat, detur ei cum carne de catto. Ad idem accipe rutam, maluam, sepillum, & de rore marino plus quàm de alijs: aut de farina; si ros marinus non habetur; & adipem porci, qui nunquam comederit glandes: & omnia trita, & confusa fac bullire in vino: postea comprime, & quasi ceram exprime, & da in sero in cibum accipitri, & non infirmabitur. Alber. Mag. de animalibus. lib. 23. cap. 20. char. 191. col. 2.

Accipiter, si est de pluribus mutis, ponatur in mutam calendis Ianuarij: sed si pullus eiusdem anni fuerit, calendis Iulij; & cibetur de auibus viuis si poterunt inueniri; & caryophyllos, & semen feniculi cum carne comedat. Alber. Magn. de animalibus. lib. 23. cap. 20. char. 191. col. 2.

Accipiter si in muta pennas non citò proiecerit, serpentem varium, qui inter alios minus habet veneni, & Germanicè hutur vocatur, cum tritico coque: ex quo tritico, & viro serpentis gallinam ciba, & pota; & illius gallinæ carnibus refectus accipiter pennis deponet, & morbum, si quem habet, expellet. Alber. Magn. de anim. l. 23. cap. 20. ch. 191. col. 2.

Accipiter citò mutabitur, si pisciculi minuti fluuiales puluerizentur, & super carnes puluis imponatur, & cum carnibus muris ei dentur. item lumbi porci sanguine agni intinti, & incisi idem faciunt. item puluis lacertæ viridis combustæ idem facit. Alb. Mag. de ani. l. 23. cap. 20. ch. 191. col. 2.

Accipiter vt cito mutetur fume in Septembri grana sambuci, & sub terra fodias: postea hordeum in eis madefactum gallinis tribuas, & illarum carnes: & etiam alias in succo prædictorum granorum intinge, & plurimum confert. Item sanguifugas incisas per se, vel cum carnibus offer, & si noluerit comburendo fac inde puluerem, & offer ei cum carnibus. Item mures viui sibi dati, seu minutatim fracti, & in gula sibi positi iuuant. Alb. Mag. de anima. l. 23. cap. 20. ch. 191. col. 2.

Accipiter si pennas fregerit, incide aliam pennam illi similem, & fractæ pennæ inferas. Si fregerit pennam in concaua harundinis pone aliam accipitris pennam, vel si habere non potes pennam cornu illam infere cum acu ferro quatuor angulos habente, ita vt ex ambabus partibus acuti sint. Alber. Magn. de animalibus lib. 23. cap. 20. char. 191. col. 2.

Accipitrem si macrum facere volueris, da ei allium tritum cum pulegio, vel carnem macram de bacone falso sumptam, quæ per noctem in aqua steterit, & postea quater aquam bibat. Alb. Mag. de anima. lib. 23. cap. 20. char. 191. col. 2.

Accipitrem si impinguare volueris, dimitte eum per plures dies ociosum, & da ei lumbum porci, & carnem gallinæ pinguem: & semper ab vno homine pascatur: & qui portat eum ferat equo ambulante, & ei det sæpius cerebrum veruicis, vel arietis. Alber. Mag. de animalibus, lib. 23. cap. 20. char. 191. col. 2.

Accipiter si a sole læsus sit, aquam rosaceam in naribus eius immittas, & mel cum carne caprina comedat, & expue vinum quasi exsuffando in faciem eius. Albertus Magnus de animalibus, lib. 23. cap. 20. char. 191. columna 2.

Accipiter si post prædã cum vadit læsus fuerit a tæpestate, aquam tepidam super scapulas eius proiciat ita tamẽ,

vt prius pennas eius aperias, & tantum profundas, vt per renes vsque ad pedes eius perueniens distillet. Alber. Magn. de ani. l. 24. cap. 20. char. 191. col. 2.

Accipiter, si in interioribus pro venatione infirmetur, noctuas calentes adhuc, & vespertiones per triduum comedat: & si accipere voluerit tres ossas carnis porcine intinctas in aceto, comedat. hoc enim etiam sibi fastidium tollit, & contra morbum capitis, & pectoris plurimum confert. Alber. Magn. de animalibus 23. cap. 20. char. 191. col. 2.

Accipiter si digiti articulum læserit, scinde murem & in viscera calida eius pedem immitte, & cum fasciola apte confringe: & si per hoc non sanabitur, dextram vngulam porci frange, & cum medulla pedem accipitris vnge per triduum, & sanabitur. Albert. Magn. de animalibus. l. 23. cap. 20. char. 191. col. 2.

Accipiter si in capite æger sit, accipe raphanum, Saurinam, rorem marinum, sambucum, satiregiã, mentham, rutam, saluiam, betonicã, & misce, & tere multum hæc omnia, & immitte mel, & da ei quantum est vna auellana. Alb. Mag. de ani. l. 23. cap. 21. c. 191. col. 3.

Accipitrem si vis impinguare, ciba eum frequenter carne anseris, & palumbarum. Alber. Magn. de ani. l. 23. cap. 21. char. 191. col. 3.

Accipiter si pediculos habet, mentham Romanam tere, & distempera cum vino acri, & iunge saxifragiam; & si tempus clarum est, & calidum, balnea cum isto; si autem humidum, & frigidum, tolle axungiam gallinæ, & impone in illa, & mitte super finum nocte vna, & die sequenti vnge axtrem in alis, & dorso, & super caudam. Si nascentias habet, accipe sanguifugas, & pone in nascentijs, & die sequenti accipe lac ficis fatuæ, & vnge nascentias, & tere radices herbæ, quæ dicitur bracha lupi, & misce cum lacte celsæ, & super pone nascentijs per tres dies, & noctes: & postea accipe radicem caudæ porci, & fac bullire, & da ei bibere mane, & sero nouem diebus ad tres fabas. Alber. Mag. de animalibus. l. 23. cap. 21. char. 191. col. 3.

Accipiter si sit scabiosus, accipe axungiam veterem, sulphur, argentum viuum, & tere simul cum aliquot Caryophyllis, & cinnamomo, & ex eo vnge scabiem ad ignem, vel in balneo. Alb. Mag. de ani. l. 23. cap. 21. c. 191. c. 3.

Accipiter si oculorum habet dolorem, accipe zinziber, aloë, olibanum, æqualiter de omnibus, & tere fortiter simul, & misce in vino albo in bacinum, vbi stet per noctem vnam, & postea mitte in oculos. Item accipe aloë, & cerusam æqualiter, & de lardo veteri rade de medio loco aliquantum, & misce omnia hæc, & mitte in oculis eius sero cum eundem est dormitum. Albert. Magn. de animalibus l. 23. cap. 21. c. 191. col. 4.

Accipiter si crus fractum habuerit, mastica olibanum, bolium, serpentinam, & consolidam & fortiter tere, & misce cum albumine oui, & distende totum super pannum lineum, & dirige crus fractum, & inuolue in dicto panno, & accipe pennam de ala vulturis, & scinde illam, & incanna in ea crus fractum, & sic remaneat quinque diebus & noctibus. Alber. Magn. de ani. l. 23. cap. 21. char. 191. colum. 4.

Accipiter si plus debito clamorosus est, cibetur vespertione pleno pipere trito. Alber. Magn. de ani. l. 23. cap. 22. char. 192. colum. 1.

Accipiter si valde stitit, accipe puluerem caulis ligustici, & carnem de anetho, & foeniculo, & coque cum vino, & commisce cum hoc coclear vnum mellis, & hanc colaturam da ei bibere, vel inice in os eius: si bibere noluerit, vna die da ei carnem linitam melle, secunda die da carnem linitam oleo rosaceo frigido. Alb. Mag. de ani. l. 23. cap. 23. char. 192. col. 2.

Accumbens est positio composita ex adiacere, & federe, vt reclinatio a dorso facta, cum tñ adhuc inferioribus superiora infideant. Alb. Mag. in 6. prin. ca. 2. c. 75. c. 2.

Accusatori videndum est quot, & quæ insunt in aduersario, quibus appetendis omnes alteris iniuriam faciant: defensori verò, quæ non insunt. Arist. rhet. 1. c. 43.

Accusans melior eo esse vult, qui accusatur. Arist. rhet. 2. char. 120.

Accusans in peroratione defendens, in principio dicere debet; quæ ad auferendam, & depellendam criminationem attinent: nam qui defendit, quæ obstant remouere debet, & primo loco criminationem diluenda est: qui accusat in peroratione criminari debet, vt firmitus memoria teneant. Arist. rhet. 3. c. 164.

Accusatio est iniuriarum delictorumque expositio. Arist. rhet. ad Alexand. cap. 4. char. 195.

Accusator si accusat de facinoribus, eorum facinora, & iniusta & iniqua esse, ac cuius multitudini perniciosam esse dicere debet. Si stultitiæ, & ipsi agenti, & inuitilia, & turpia, & iniucunda, quæ perfici nullo modo queant: & ostendere sponte, & de industria, nec forte quadam, sed dedita opera iniuriam intulisse: & eam augere, & veniæ aditum intercludere. nam & si imprudens id gessisse asserat, & imprudentes a legislatore iudicio obnoxios iudicari, ne omnibus errando noceant. & dicendum si admiserint talia, alios ad errandum plures futuros promptissimos veniam sperantes. Arist. rhet. ad Alex. cap. 4. char. 195.

Accusatio propriè vocatur ea, quæ in iudicijs criminalibus versatur. Porphyri. in præd. char. 1.

Accusatio est quædam vehemens res ad politiam humanam. Auer. 1. rhet. tract. 2. cap. 3. char. 38. col. 3.

Accusare inaniter opinionem alterius ille dicitur, qui non potest pertinere ad improbationem illius. Pet. de alu. de iu. & sen. vit. & mor. l. 6. char. 68. col. 2.

Accusatio est vehementissima res in republica, quia sæpe innocentes a malis accusari solent, maxime verò necessaria; quia cum non accusantur iniqui, maximum, & illis, & bonis damnum inferitur. Dan. Barbar. in prim. rhetor. cap. 7. char. 64.

Acetbi sunt, qui difficulter recoculantur, & longo tempore irascuntur; continent enim iram, & nõ nisi vbi reddiderint, cessant: vltio enim his ira sedat, dum voluptatẽ loco doloris inducit: & ij tum sibi ipsis, tum amicis molestissimi sunt. Arist. 4. ethic. ad Nicom. cap. 5. ch. 99.

Acetum vuluæ conspersum cur dolorem inuehat vehementem? quia vulua neruosa est, & acetum sua acredine mordet, vt & pectus aceto offenditur, quoniam membranæ, & musculis numerosis constat. Alexan. aphrod. prob. 2. char. 750. 65.

Acetum non reuertitur in vinum, donec resoluatur in elementa. Auer. 8. Metaph. tex. com. 14. c. 104. col. 4.

Acetum, & si sit hebes ob suam frigiditatem, est tamen in actione acutum, quia in eo sunt reliquæ cuiusdam ignis, qui euolauit, vt in cinere sunt ignis reliquæ. Alb. Magn. in 4. de miner. tract. 2. cap. 3. c. 147. col. 4.

Acetum differt a vino, quia ex ipso ignis partes euolauerunt: & si sit acutum in actione propter præcedentem calorem naturalem, qui fuit in ipso, tamen frigidus est vino, & plus aquæ naturæ, quàm vinum. Alber. Magn. 4. Meteorol. tract. 2. cap. 13. c. 127. c. 1.

Acetosus sapor subiectum est substantia subtilis frigida, vt acetum, & agresta. Alber. Magn. de veget. l. 3. tract. 2. cap. 3. char. 139. col. 2.

Acetosus sapor & si sit minus frigidus stiptico, tamen propter frigiditatem materiæ magis infrigidat in compositione, quam stipticus. Alber. Magn. de veg. l. 3. tract. 2. cap. 3. char. 139. col. 2.

Acetosus sapor infrigidat, & incidit. Alb. Mag. de veg. l. 3. tract. 2. cap. 4. char. 139. col. 3.

Acetum, licet fiat ex vino, quoniam euolant partes igneæ vini, est frigidum, & humidum; sed acetum forte calidius est alio aceto, & est partium subtilium: & vt non est regressus ex mortuo ad viuum, sic non est

est ex aceto ad vinum. Albert. Magn. de veget. l. 6. tract. 1. cap. 35. char. 161. col. 4.
 Acetum de vua agresti factum, quæ labrusca vocatur, cū sale sumptum confert contra morsum canum rabidorum. Alb. Mag. de veget. l. 6. tract. 1. cap. 35. c. 161. c. 4.
 Acetum est vini corruptio, & non fit ex vino; vt ex materia, vt mortuum non fit ex viuo; sed secundum accidens dicitur ex eo fieri, in quantum fit ex materia eius. D. Thom. 8. Metaph. l. 4. tex. 14. char. 621.
 Acquisitio duplex est: alia pecuniaria, alia disciplina rei familiaris; & hæc laudabilis, & necessaria, illa translata, & improbanda, quia non secundum naturam, sed ab hominibus acquirit.
 Acquirendi partes sunt vtilis scire, quæ optima sunt, & vbi, & quomodo: deinde agricultura, & eius specierum, & quæ per translationem dicitur, potissima pars est mercatura: secunda, sceneratio: tertia, mercenaria; alia inter hæc mediâ ab vtilibus terræ, vt metallica, & sylua cædua.
 Acquisitum oportet esse separatum à substantia illius, quod habetur, sed non esse corpus, sed corporale. Simp. in. præd. char. 97.

Actiois diuisiones, & differentiæ.

Actio, & affectio differunt, vt habitus actiuus cum ratione ab effectiuo habitu cum ratione diuersus est. Arist. 6. ethicorum ad Nicom. cap. 4. char. 142.
 Actionum alia voluntaria, alia inuoluntaria, & consultatiua sunt. Arist. mora. Eudem. 2. cap. 10. char. 405.
 Actionis disputatio, vel est vniuersalis, vel particularis: si vniuersalis, communior: si particularis, verior. Arist. 2. ethic. Eud. cap. 7. char. 42.
 Actionum alia ad possessionem spectant, & in his nõ est finis: alia ad possidentium vsum referuntur, & in ijs est finis. Alex. aphro. 2. de ani. cap. 43. c. 53. col. 4.
 Actio, & speculatio inuicem differunt: nam actio à principio initium sumit, & tendit in finem: speculatio verò à fine in principium tendit. Simp. in præd. c. 4.
 Actionum alia sunt opposita passionibus, vt calefacere: alia absolutæ, vt actio dicendi. Simp. in præd. c. 78.
 Actio duobus dicitur modis: primo factio, secundo effectus actionis. Simp. in præd. char. 79.
 Actio alia consistit in speculatione, vt contemplari sydera: alia in agendo, vt sanare: alia in tractando vt militare: vel sine intellectione, vt in animalibus irrationalibus. Simp. in præd. char. 83.
 Actio, alia est actio deorum, alia est actio cælorum, alia est actio artium. Simp. in præd. char. 83.
 Actiones, alia sunt naturales, vt calefacere: alia artificiales, vt ædificare: alia infinitæ, & incessabiles vt actiones diuinorum: alia finitæ, vt quæ continentur in actibus. Simp. in præd. char. 85.
 Actiones, & habitus secundum Aristotelem circa nos sunt: secundum Academicos autem extra nos; Stoici autem aiunt habitus circa nos esse, actus autem extra. Simp. in præd. char. 56.
 Actio, & passio triplex est. prima per alterationem, & mutationem recipientis. Secunda per translationem formalis actionis ipsius agentis, scilicet per translationem recipientis in se, quæ & ipsa passio dicitur ob perfectionem extrinsecis acceptam. Tertia est, quæ iuxta receptionem ab exterioribus tacta, per propria quæque determinatur actione, quæ met passio quoque est ob receptionem illam extrinsecis acceptam, in qua solum sensus est collocatus: ideo non omnis passio est sensitua. Simp. de anima. tex. 124. ch. 45. col. 4.
 Actio prior est speculatio, nihil enim ageremus, nisi prius fuisset speculatio. Eustr. pri. ethic. cap. 4. c. 21.
 Actio agentis, & patientis est vna in subiecto, & duo in definitione; & sic in moto, & motore, & vniuers-

saliter in omnibus relatiuè oppositis. Auer. phy. 3. cap. 6. tex. 18. char. 43. col. 4.
 Actio manifestior est habitu, cum sensu apprehendatur, & habitus intellectu mediante actione. Auer. 4. de cælo. tex. 2. char. 108. col. 4.
 Actiones aliquæ, quæ toti animali sunt communes, aliquando fiunt per membra superaddita, siue id fiat melioris notæ gratia, siue propter necessitatem aduenientem huic animali propter aliquod accidens. Auer. de partib. anima. 2. cap. 1. char. 68.
 Actio, & factio differunt: quia actio est virtutis naturalis secundum seipsam actio sine materia exteriori: factio est operatio in subiectam materiam exteriorem. Alber. Magn. ethic. pri. tract. 3. cap. 4. char. 6. col. 4.
 Actio omnis, quæ per intellectum est, aut est actio virtutis moralis; aut factio artis; aut speculatio intellectus contemplatione perfecti, & adepti. Alber. Magn. ethic. 10. tract. 2. cap. 4. char. 113. col. 1.
 Actiones nostræ quandoque addunt in necessario, quandoque in bono. operatio felicitatis contemplatiuæ addit in bono, & operatio actiuæ addit in necessario. Alber. Mag. ethic. 10. tract. 2. cap. 6. ch. 113. col. 4.
 Actionis primæ, & formales differentiæ sunt actio anime, & actio corporis. Alber. Mag. in 6. prin. ch. 69. col. 1.
 Actiones aliter sunt dirigibiles, quam passionem actiones, quantum est de se, non habent aliquam resistentiam ad rationem: sed passionem important inclinationem quandam, quæ rectitudini repugnare potest duobus modis, vno modo, quia ad aliud trahit rationem. alio modo, quia passio retrahit ab eo, quod est secundum rationem. D. Tho. 2. ethic. l. 8. ch. 30. col. 2.
 Actiones aliorum magis speculari possumus, quam nostras. D. Tho. ethic. 9. l. ch. 163. col. 4.
 Actio tribus modis potest significari. Primo per se in abstracto: & sic per nomen significatur, vt actio, passio, &c. Secundo per modum actionis egreditur à substantia, & inhæret ei, vt in subiecto: & sic significatur per verba aliorum modorum, quæ attribuuntur prædicatis. Tertio modo per inheretiam actionis ad subiectum: & sic verba infinita possunt accipi vt verba ratione conuentionis, & vt nomina prout significant res quasdã. D. Thom. in periherm. char. 4. col. 2.
 Actiones imaginationis, & memoriæ iuuant ad vitam animalium: sed actiones artis, & scientiæ iuuant ad hominum vitam. Alex. de ales. 1. Metaph. ch. 4. col. 3.
 Actio, & factio differunt: quia actio est perfectio agentis, factio perfectio facti, & sic duplex est habitus practicus: alius, qui regulat actionem, vt dicimus prudentiam esse regulam actionum nostrarum: alius, qui regulat factionem, vt ars est regula ædificationis. Alex. de ales. 6. Metaph. tex. 1. char. 170. col. 4.
 Actio duplex: alia manens in agente, vt intelligere & velle: alia, quæ transit in operatis. Alex. de ales. 12. Metaph. tex. 30. char. 340. col. 1.

Actio quid est.

Actio est rationalis quædam functio, cuius expertia sunt animalia ratione carentia. Alex. aphr. de sensu, & sen. sect. 1. com. 1. char. 4. col. 3.
 Actio est operatio ex electione hominis. Eustr. pri. ethic. cap. 1. char. 5.
 Actio est, quod moueatur agens ad singulas partes illius, quod innouabitur in patiente, quod ipsum agit, & eius tot sunt species, quot passionis species. Auer. epitom. in log. char. 343. col. 1.
 Actio naturalis est necessaria in se, tamen non est necessaria de substantia volentis, sed est perfectio eius. Auer. ex destruc. destruc. disput. 3. ch. 10. col. 3.
 Actio rei diuinæ est æternitas, & suum esse, cum non sit per aliud. Auer. 2. de cælo. tex. 17. ch. 50. col. 3.

Actio

Actio rei diuinæ est æternitas, & suum esse, cum non sit per aliud. Auer. 2. de cælo. tex. 17. char. 50. col. 3.
 Actionem puram quod habet, non habet potentiam. Auer. in 2. metaph. tex. co. 30. char. 148. col. 2.
 Actio agentis nil aliud est, quam extrahere illud quod est in potentia, ad actum. Auer. 7. metaphys. tex. co. 28. char. 84. col. 1.
 Actiones non sunt diuersæ, nisi per diuersas essentias. Auer. 9. metaph. tex. co. 7. char. 109.
 Actio nil aliud est, nisi comparatio agentis ad patientem. Alb. mag. in prædicam. char. 36. col. 2.
 Actio, & passio idem materia sunt, diuersa secundum formam. Alb. mag. in 6. prin. cap. 1. char. 68. col. 2.
 Actio physica proprie est contrariorum inter contraria, sed large sumpta substantiæ etiam competit, quia nulla substantia est, quæ propria priuatur operatione. Alb. mag. 6. princ. char. 69. col. 2.
 Actio semper est perfecti, vt est in agente, vt in causa & subiecto. Passio semper est imperfecti, vt est in patiente, vt in subiecto, & mobili. Alber. mag. in 6. princ. cap. 1. char. 68. col. 3.
 Actio est, in quam in id, quod subiicitur, agere dicimus. Alb. mag. in 6. prin. cap. 2. char. 68. col. 4.
 Actio, vt agentis actus, non exigit quid agat ad formam agentis, sed potius in quid agat. Alber. mag. in 6. prin. cap. 5. char. 69. col. 4.
 Actio omnis est passionis alicuius effectiua. Alb. mag. in 6. prin. cap. 6. char. 70. col. 1.
 Actio per accidens est factiua actionis, per se vero est factiua passionis. Alb. mag. in 6. prin. tex. 70. col. 1.
 Actio primæ causæ, quæ est creatio, nõ proprie est actio, sed potius demonstratio rei in esse. Alb. mag. 8. phys. trac. 1. cap. 13. char. 93. col. 3.
 Actio naturalis non est, nisi fiat aliquo principio naturali, & intrinseco operante, & cooperante. Alber. mag. 4. met. trac. 1. cap. 6. char. 110. col. 1.
 Actus est secundum electionem hominis energia. Alber. mag. ethic. 1. trac. 3. cap. 5. c. 6. col. 4.
 Actus est, secundum quem in id, quod subiicitur, vel intenditur, agere dicitur. Alber. mag. ethic. 1. trac. 3. cap. 4. char. 6. col. 4.
 Actio eadem semper erit, si manet actionis principium. D. Thom. 2. ethic. l. 1. char. 22. col. 2.
 Actiones diuersificantur secundum diuersitatem agentium, vt agentia sunt. D. Thom. 7. politic. l. 2. c. 104. c. 2.
 Actiones sunt suppositorum. 2. de anim. tex. 33. Alexan. de ales. 7. metaph. tex. 28. c. 212. col. 1.
 Actio transiens non est perfectio agentis, sed patientis. Alex. de ales. 9. metaph. tex. 19. char. 372. col. 3.
 Actus intellectus est actus vitalis. Alex. de ales. 12. metaph. tex. 39. char. 344. col. 2.

Actiois causæ.

Actiois causæ septem sunt: Fortuna, Vis, Natura, Consuetudo, Ratiocinatio, Ira, Cupiditas. Aristot. retho. pri. char. 44.
 Actionis, & veritatis tria sunt, quæ in anima dominium habent: Sensus, Intellectus, & Appetitus. sed ex his Sensus nullius principium actionis est, nam bestia cū sensum habeant, nullius actionis participes sunt. Arist. 6. ethic. ad Nicom. cap. 2. char. 140.
 Actionis nullius principium est sensus. Aristot. 6. ethic. ad Nicom. cap. 2. char. 140.
 Actio bona, & quod contrarium in actione est, sine intellectu, & cogitatione, & moribus non accidit. Arist. 6. ethic. ad nicom. cap. 2. char. 146.
 Actionis principium homo est. Aristot. 3. ethic. c. 3. c. 58.
 Actionum domini sumus à principio in finem, cum singula quæque cognoscimus: at habitu principij tantū facultas in nobis est. Arist. 3. ethic. cap. 5. char. 64.

Actionum homo est progenitor, nec enim eadem semper operamur, & eius est principium propositum, & voluntas, & quidquid ad rationem tendit. Aristot. mag. mora. pri. cap. 10. char. 286.
 Actio efficiens potest & sui ipsius esse causa, & à seipsa incipere; passio autem cū sit omnino imperfecta, nõ est nata apta facere sui generationem. Simp. in præd. ch. 86.
 Actiones quædam, & incorporeæ vires ex alijs in alia proficiscuntur, vt in quibusdam coloribus videre licet, cum solis radius per coloratum vitrum transit. Iogram. 4. phy. tex. 67. char. 96. col. 4.
 Agendi potentiam habemus, vbi operamur: nam actio sensus, nec corporis seorsum, nec animæ est, sed potius coniuncti. Mich. ephes. de som. & vig. char. 10. col. 2.
 Actio tria in se considerata habet voluntatem, electionem, & consultationem. Eustr. 6. ethic. cap. 2. char. 76.
 Actiones suas quod reddere potest fm naturam, id in sua perfectione continetur. Simp. 3. phys. tex. 6. c. 146. c. 4.
 Actiones aliquæ cognoscitiuæ ex propria perficiuntur substantia, quæ à seipsis cognoscibilis rei formam exprimunt. Simp. 2. de anim. tex. 121. c. 45. col. 4.
 Actio nulla prouenit à contingenti æqualiter, vt æqualiter, quoniam natura eius est natura materiæ, nõ formæ. Auer. phy. 2. tex. 48. char. 31. col. 4.
 Actionem nouam fieri à voluntate antiqua, nisi sit actio antiqua mediâ, impossibile est. Auer. phy. 8. su. pri. tex. 15. char. 159. col. 1.
 Actio eadem ab eadem forma prouenit. Auer. pri. de cælo. tex. 19. char. 7. col. 4.
 Actionem in se habens omne est spirituale, & non corporeum. Auer. 2. de cælo. tex. 17. col. 2.
 Actio alicuius non communicantis corpori, possibile est vt sit non existens in aliquo illorum, quæ sunt in corpore. Auer. pri. de ani. tex. 22. char. 110. col. 3.
 Actio omnis attributa alicui enti propter aliquam duo existentia in eo, necesse est vt vnum eorum sit materia, aliud forma. Auer. 2. de ani. tex. 24. char. 131. col. 2.
 Actio nulla fit, nisi per suam formam. Auer. 3. de anim. cap. 3. tex. 18. char. 170. col. 1.
 Actiones hæc duæ, id est abstrahere intellecta, & intelligere ea, reductæ sunt ad nostram voluntatem. Auer. 3. de ani. cap. 3. tex. 18. char. 170. col. 1.
 Actio debet describere rem potius quam passio. Auer. 3. de ani. cap. 3. tex. 18. char. 170. col. 1.
 Actio omnis ex aggregato duarum rerum diuersarum resultans, oportet vt vna illarum duarum se habeat vt materia, & instrumentum, alia vt forma, & agens. Auer. in 3. de ani. tex. 36. char. 173. col. 2.
 Actio, & passio omnis fit per contactum. Auer. de sens. & sensib. c. 193. col. 2.
 Actionem nouam emanare ab æterno qui ponit, ponit quod actio eius aliquo modo sit violenta, & quod nulla sit ei electio in actione sua illo modo. Auer. ex destruc. destruc. disput. pri. char. 15. col. 4.
 Actionis æternitas ex eo prouenit, quod motor facit semper actionem. Auer. 12. metaph. tex. co. 33. char. 148.
 Actio infinita non fit à potentia finita. Auer. 12. metaph. tex. co. 41. char. 152. col. 4.
 Actio omnis æqualis infinita semper æterna necessario fit à substantia, cuius actio est infinita, cui nulla transmutatio accidit, propter quam deficiat actio. Auer. 12. metaph. tex. co. 41. char. 153.
 Actio prouenit à forma, vel qualitate substantiali, vel accidentali comparata ad id, quod actioni subiicitur. Alber. mag. in prædicam. char. 58. col. 1.
 Actio procedit à naturali potentia, quæ radicatur in ipsa rei substantia. Alb. mag. in 6. prin. char. 68. col. 2.
 Actio manat ab intrinseco formali, passio ab intrinseco materiali. Alb. mag. in 6. prin. char. 68. col. 2.
 Actio licet ab agente sit, tamen est in patiente, vt in subiecto, & est eius passio, vt motus est a mouente in motum,

B

motum,

motum, siue id quod mouetur, & est actus mouentis; & tamen est in eo, quod mouetur, sicut in subiectis. Alber. Magn. 5. Metaph. trac. 5. cap. 3. c. 1. 2. c. 3. Actum suorum, & operationum suarum homo solus dominus est. Alb. Magn. ethic. pri. tract. 3. cap. 4. c. 6. c. 4. Actio omnis agentis ad aliquid determinatum tendit, vt ab aliquo determinato principio procedit; omne enim agens agit, quod sibi conueniens est. D. Tho. 2. phy. 1. 10. tex. 69. ch. 26. col. 2. Actionis, passionis, & motus eadem realitas est. Alex. de ales. 5. Metaph. tex. 26. ch. 155. col. 3. Actiones inferiorum agentium respectu primi sunt, vt actiones superiorum respectu domini. Alex. de ales. 12. Metaph. tex. 36. ch. 348. col. 4.

Actionis finis, & in quo est.

Actiones, scientiæ, & artes cum multæ sint, multi quæ fines esse necesse est; vt medicinæ, sanitas: rei domesticæ, ac familiaris, diuitiæ. Arist. ethic. pri. ca. 1. c. 3. Actiones secundum virtutem per se iucundæ sunt: bonæ etiam, & honestæ. Arist. pri. ethic. cap. 8. char. 18. Actionibus non parum conducit, bene, vel male gaudeamus, aut doleamus. Arist. 2. ethic. Nicom. cap. 3. c. 35. Actio omnis, & omnis affectus non admittit mediocritatem; nonnulli enim sunt affectus, qui statim, vel ipso nomine cum prauitate implicantur; vt malevolentia, impudentia, & inuidia: item actiones, vt adulterium, furtum, homicidium; quia non excessus, aut defectus appellantur, sed mala; vt in ipsis nullus recte agere possit, sed peccare semper necesse est. Arist. 2. ethic. Nicom. cap. 6. char. 41. Actiones circa particularia versantur. Arist. 2. ethic. Nicom. cap. 7. ch. 42. Idem Arist. 6. ethic. Nicom. cap. 7. ch. 147. Idem D. Thom. ethic. 3. l. 1. ch. 35. col. 3. Idem Alex. de ales. 12. Metaph. tex. 27. ch. 338. col. 3. Actio melior est habitu. Aristot. Mag. moral. pri. cap. 18. char. 295. Actio, & passio fit secundum qualitatem. Sim. in præd. c. 78. Actiones, & passionis, quæ sunt in rebus naturalibus per se, sunt secundum naturam. Arist. phy. 2. cap. 3. tex. 5. c. 30. Actionem agentis in alio esse non est inconueniens; doctrina enim est actio docentis, & est in addiscente, & est in quodam non deciso ab agente, sed huius in hoc. Neque enim vnum duobus quicquam prohibet eundem esse, non vt est idem, vt vestis, & indumentum, sed vt quod potentia est ad id, quod est actu. Arist. phys. 3. su. 2. cap. 6. text. 20. char. 59. Agere aut multa, aut sæpe recte difficile est. Arist. 2. de coelo. su. 3. cap. 1. tex. 63. ch. 314. Actio semper est in duobus, & cuius gratia fit, & huius gratia. Arist. 2. de coelo. su. 3. cap. 5. tex. 64. char. 315. Actio, & passio secundum Antiquos non fiunt in rebus, nisi secundum quosdam meatus ingrediente faciente ultimo, & principalissimo: & sic nos inquit videre, & audire, & sentire secundum alios sensus. Aristot. 1. de gen. & cor. cap. 5. tex. 56. char. 410. Actiones in animantibus per dissimilaria administrantur: Arist. de par. ani. cap. 1. ch. 424. Actio omnis, quæ prouenit ab agente, si non inuenitur nisi in patiente, & motus à mouente est motus, & sensus patientium a sensibilibus, & sensibilia agunt in eos, ergo actio sensibilis est in sentiente, & non necessariū est mouens moueri. Arist. 2. de ani. su. 6. c. 1. tex. 139. c. 649. Actionis principium est vltimum in intentione. Arist. 3. de ani. su. 2. cap. 2. tex. 49. ch. 666. Actio omnis non est factio, nec factio omnis est actio. Sim. in præd. char. 80. Actiones non fiunt sine loco. Sim. in præd. char. 89. Actio, status, & forma sunt cognata motui. Sim. 4. phy. su. pri. cap. 3. com. 23. ch. 311. col. 2.

Actiones propriæ, & peculiare in ipsis sunt substantijs, vitales in viuentibus, rationales in rationalibus. Simp. pri. de ani. tex. 12. ch. 3. col. 1. Actio, & passio non fiunt vt plurimum sine corpore. Ioan. gram. pri. de anima. tex. 12. ch. 9. col. 2. Actio omnis in his versatur, quæ fieri alio modo possunt, nec fines certos habent, qui ex positis principijs necessariò consequantur. Eust. primo ethicorum. ch. 2. Actio in his est, in quibus est consultatio. Eust. prim. ethic. cap. 2. char. 276. Actionis finis est bona operatio. Eust. 6. ethic. c. 4. c. 290. Actio caloris naturalis in corporibus aialium nunquam cessat, & cum cessat, est mors. Auer. phy. 8. su. pri. tex. 20. c. 161. c. 3. Actio omnis actionum propriarum cuiuslibet entis habet qualitatem propriam, & quantitatem propriam. Auer. phy. 8. su. 4. cap. 2. tex. 62. ch. 183. col. 1. Actione pauca quod attingit perfectionem suam, melius est in corporibus celestibus: in corporibus verò subluaribus contra. Auer. 2. de coelo. tex. 63. ch. 66. col. 3. Actiones plures debiles faciunt per quantitatem illud, quod facit vna actio fortis per qualitatem. Auer. 2. de coelo. tex. 64. ch. 66. col. 4. Actio animato attribuitur per animam primitus. Auer. 2. de ani. tex. 24. ch. 131. col. 2. Actio enti primo propter formam attribuitur. Auer. 2. de ani. tex. 24. ch. 131. col. 2.

Actio, vt recipitur in materia.

Actio omnis agentis recipitur in materia secundum potentiam materiam, & non secundum potentiam efficientem, & formam, quæ est in materia educit de ipsa, quæ non est in materia ex principijs materie, vel qualitibus eius, sed ex principijs primis intellectuales agentibus, quæ per totam transeunt materiam, vt cordis virtus transit per omnes corporis partes. Alber. Magn. ethic. 6. tract. 2. cap. 16. c. 74. c. 3. Idem D. Tho. 4. Metaph. l. 12. tex. 21. c. 230.

Actio, vt predicamentum.

Actio, & passio sese inuicem sequuntur, & vbi alterum est, & reliquum erit. Simp. in prædicamen. char. 78. Actionis proprium, quod omni, soli, & semper accidit, est id, quod actionis est, passionem ex se in id, quod sibi subiicit, vt patiens inferre. Alb. Mag. in 6. prin. cap. 6. c. 70. c. 1. Actionis proprium est in motu esse, vt motus est continuus processus formæ mouentis in id, quod mouetur. Alber. Magn. in 6. princ. cap. 5. ch. 69. col. 4.

Actio, vt corporis motus.

Actio corporalis fit per contactum, vt ex loco dicitur. Alber. Magn. in 6. princ. cap. 3. char. 60. col. 1. Actio corporis differt ab actione animæ, quia non agit corpus nisi moueatur: anima immobilis manens agit. Alber. Magn. in 6. princ. char. 69. col. 1. Actio est quædam corporis eloquentia. Dā. bar. 3. rhet. ca. 1. c. 151. Actio, & in gestu, & in voce posita est: vocis moderatione perficitur, vt secundum rationem rerum de quibus dicimus, animamque habitus loquamur. Dan. bar. 3. rhet. ca. 1. c. 151.

Actiones vt ex virtute morali.

Actiones omnes ex virtute, & honestate sunt, & honestatis causa fiunt. Arist. 4. ethic. Nico. cap. 1. c. 81. Actio vnaquæque, in qua est plus, & minus, habet quoque æquale. Arist. 5. ethic. nicom. cap. 3. char. 114. Actiua veritas est, si electio proba sit, vt & ratio sit vera, & appetitus rectus, & eadem & illa dicat, & hic perfequitur. Arist. 6. ethic. nicom. cap. 2. char. 140. Actio ex prudentia, & morali virtute perficitur. virtus enim propositum scopum: prudentia, quæ ad ipsum tendit, recta

recta efficit. At in quarta animæ parte, id est altrice, nulla talis virtus inest, cum in ea agere, vel non agere situm minime sit. Arist. 6. ethic. ad nicom. cap. 1. 2. c. 154. Actio præstantissima a præstantissimis virtutibus producitur. Arist. mor. eud. 2. cap. 3. c. 385. Actio eligibilior est: electio laudabilior. Arist. mor. eud. 2. cap. 1. 2. char. 409. Actio nulla bona est, nec viri, nec ciuitatis, quæ sit sine virtute, & prudentia. Arist. pol. 7. cap. 1. char. 715. Actiua sunt, in quibus de bono, & malo scrutatur. Ammon. in præd. c. 3. Actiones turpes non solum in voluptatibus sunt fugiendæ, sed etiam præter hoc, quod nullam ipsi afferant voluptatem, ipsis etiam doloris sunt causæ. Alexan. aphrod. in 4. natur. q. cap. 13. c. 19. Actiones non solum voluptatis causa experimur, sed etiam laboris, & doloris causa; vt in actionibus secundum fortitudinem accidit. Alex. aphrod. 4. natur. q. c. 23. c. 20. Actionum omnium, quæ ex virtute proficiuntur, finis est felicitas. Eust. pri. ethic. c. 21. Actio omni, in qua versatur virtus, tempus adiunctum est, quatenus ergo est in tempore, & tempus continuū est, & diuisibile, eatenus etiam ipsa diuisionem admittit. Eust. 2. ethic. cap. 6. char. 67. Actus, qui fit secundum exigentiam virtutis, virtus est. Auer. pri. ethic. cap. 8. c. 6. col. 1. Actio est proprie in humanis voluntatibus: facere autem, quia virtus efficientis, per effectum procedit in patiens, sicut materiam extrinsecam. sed hoc in loco actio pro agere, & facere sumitur. Alb. mag. in præd. c. 58. col. 1. Actio voluntaria, vt voluntaria, non recipit laudem, vel vituperationem, nisi vt est remota à contrario. Alber. mag. in 3. ethic. trac. 1. cap. 2. c. 35. col. 11. Actiones viri virtute præditi, nec laboriosæ, nec molestæ sunt: sed summam faciunt delectationem, & facillime fiunt. Dan. bar. pri. rhet. cap. 14. char. 37. Actio nulla, vel virtutis commendationem, vel vitij delectationem habet, nisi fit in potestate eius, quæ agit, id est a voluntate prouenit. Dan. bar. pri. rhetor. c. 21. char. 55.

Actus diuisio.

Actus alij sunt, qui separantur a potentia, ita vt res cum in illo actu sunt, non sunt in potentia, vt videre; alij, qui non separantur a potentia, ita vt habito vno actu, adhuc est in potentia; Arist. 9. metaph. su. 2. c. 1. tex. 1. ch. 182. Actus in vnaquæque re duplex est: vt in statuam ex ære facta, alter actus est, quando in statuam: obiter æs mutatur: & alter quando iam in statuam mutatum est, & hic posterior nullam amplius ad statuam seruat potentiam. Them. 3. phys. tex. 6. char. 27. col. 1. Actus, alius perfectus, idemque semper est vt cunque prout alius inchoatus, & inabsolutus; & huic actu vltimo motus refertur. Them. 2. de ani. c. 19. tex. 54. c. 74. c. 1. Actus alij separabiles sunt, vt qui sunt vnius speciei: alij inseparabiles, vt qui sunt motuum perfectiui, eosque procedunt, ac ad actum deducunt. Simp. in præd. c. 80. Actuarum potentiarum alij in aliqua alia extrinsecus agunt, vt caliditas in calidum: alij in participantia ipsis talia facientes, secundum immobile participationem: & harum alij totæ per tota participantia penetrant, vt albedo per totum lac: alij per superficiem, vt forma, & figura. Simp. in præd. c. 60. Actus dupliciter dicitur vel vt subsistens totum quod est, vt homo; vel dum fit, vt certamen. Simp. in 3. phy. tex. 57. ch. 176. c. 1. Actus duo sunt, qui in alio, & alio tempore geruntur. Psel. in 5. phy. char. 45. Actus esse, & esse in actu differunt. Io. gram. in pri. de anim. tex. 6. char. 7. col. 3. Actum medium inter potentiam, & actum non cognouerunt Antiqui, qui est perfectio potentie, secundum quod est potentia. Auer. phy. 3. tex. 14. char. 43. col. 2.

Actiua, & passiuua virtus dupliciter reperitur in animalibus: vel separata in omnibus operationibus suis, aut distincta in vltima perfectione actus. Auer. de gen. anim. 2. cap. 4. char. 226. col. 3. Actus duplex est, primus, qui est esse: & secundus, qui est actio essentialis secundum illud esse; vt lux lucentis est esse, & actus primus: lucere autem est actus essentialis eius secundus. Alber. mag. 1. de anima trac. 1. cap. 1. c. 13. col. 1. Actus quod est, vel est forma subsistens, vt substantia separata: vel habet formam in alio, quod se habet ad formam, vt materia, & vt potentia ad actum. D. Thom. 8. phys. l. 21. tex. 79. char. 147. col. 4. Actus, & potentia non reddunt diuersam speciem: ideo si vna tantum esset potentia, esset vna tantum species. quod intelligendum est de potentia propinqua ad formas contrarias, quæ non est vna numero, sed diuersa: est enim alia potentia remota, quæ est vna, & eadem contrarium, quod est materia prima, quæ secundum se est in potentia, & ipsa est sua potentia. D. Them. 1. de ge. & cor. l. 22. tex. 74. c. 20. c. 3. Actuum gradus in hominibus triplex esse videtur. primus est actus memorandi: secundus est actus experimenti: tertius scientiæ; in quibus extremis duobus homo vltra excedit animalia. Alexan. de ales. in 1. metaphys. tex. 4. char. 4. col. 3. Actus est in duplici differentia: quidam enim est actus, qui actuatur puram potentiam, quod trahit ipsam ad esse simpliciter. secundus est actus, qui actuatur aliquo modo ipsum ens in actu. Alexan. de ales. 7. metaphys. tex. 8. char. 189. col. 4. Actus duplex: primus, qui est esse; & secundus, qui est agere; & secundum hunc duplicem actum sumitur duplex potentia: actiua, & passiuua. potentia passiuua est ad actum primum, qui est forma actiua ad secundum, qui est agere. Alex. de ales. 9. metaph. tex. 11. c. 267. col. 2. Actus duplex: vnus, qui manet in agente: alius, qui pertrahit in passum; & primus est agens, secundus perfectio acti, & moti; & primus non terminatur ad aliquod operatum, & est finis simpliciter; secundus terminatur ad aliquod operatum, & ideo non est simpliciter finis, sed finis sub fine. Alex. de ales. 9. metaph. tex. 16. char. 271. colum. 4.

Actus natura.

Actu idem & potentia aliquid est, sed non simul, & secundum idem. Arist. phys. 3. su. 2. cap. 4. tex. 8. char. 55. Actus in vnaquæque re est, cum vnumquodque ens, & actio ne sibi propria, & in quibusdam est, vt faciat aliquid proprium. Arist. 7. metaph. su. 2. cap. 4. tex. 16. ch. 186. Actus quod non est, & est in potentia, est sine termino, id est, non ens. Arist. 4. Metaph. su. 2. cap. 2. tex. 15. c. 21. Actus est quædam dispositio alia ab illa, in qua erat in potentia. Arist. 9. Metaph. su. 2. cap. 1. tex. 11. char. 181. Actus quæ dicitur, non simpliciter dicitur, quia secundum diuersas proportionem dicitur, aut hoc in hoc, aut ad hoc. Primo modo se habet motus, id est, actus ad potentiam actiuam. Secundo modo se habet forma substantialis ad materiam. Arist. 9. Metaph. su. 2. cap. 1. tex. 11. char. 182. Actus nihil esse oportet, quod omnia apprehendere debet, alioqui non apprehenderet contrarium eius, quod actu in se haberet. Alex. aphrod. 2. de ani. cap. 13. ch. 44. col. 2. Actus noster, qui continetur in sensibus versat, impedimento est actionibus à sensu separatis. Alex. aphr. ex primo minore, & secundum Latinos in 2. metaph. co. 3. ch. 45. col. 2. Actus, & potestate quæ sunt, sunt omnia naturalia. Actus sunt, quia habent aliquam formam, vel actum. Potentia, quia aliam formam per successionem possunt inducere. Io. gram. in 3. phys. tex. 1. ch. 52. col. 1. Actus apud Aristotelem significat actum, & perfectionem. constat enim his tribus, Vno, Perfecto, & Habere, cum enim vnumquodque habuerit suam perfectionem in actu esse fertur. Io. gram. 3. phy. ch. 52. col. 1.

Actus motu est vniuersalior : Motus autem quam pati, nam motus est actus quidam. Io. gram. 2. de anima. tex. 54. char. 49. col. 3.
Actus, vel operatio est coaceruata ab habitu productio. Ioan. gram. in 2. de anim. text. 54. char. 49. col. 3.
Actus, & operatio potentiâ auget, vt contra quies lædit. Io. gram. 3. de anima tex. 150. char. 78. col. 3.
Actu quod est, semper esse oportet, vt id, quod est potētia, in illud reducat. Io. gram. in 3. de anima, tex. 26. char. 89. col. 3.
Actu est id, quod agere iam potest secundum illud secundum quod dicitur. Simp. 3. phy. char. 41. col. 2.
Actus omnis eius, quod est in potentia, non est ignotus. Simp. in 3. phy. tex. 17. char. 155. col. 1.
Actus vnus numero est vnus habitus numero, & vnus habitus numero est vnus subiectum: sed contra nō est verum, non enim vno existente subiecto vnus est habitus, nec vno habitu existente necesse est esse vnus actionem, vel vnum actum. Simp. 5. physic. tex. 38. char. 318. c. 1.
Actu quod non est ens, moueri non potest. Simp. 5. phy. char. 302. col. 1.
Actus est vnus numero vnus agentis, siue habitus, siue facultas, siue subiectum sit. Simp. 5. phy. tex. 38. col. 2.
Actu auditus est actu vox: vox actu est consonantia: consonantia autem est ratio. ergo actu auditus est ratio. Simp. in 3. de anima. ex sect. pri. tex. 145. ch. 51. col. 3.
Actu id dicitur, quod reuera est. Amo. in Por. char. 11. col. 2.
Actum, & potentiam quidquid habet, compositum est ex materia, & forma. Auer. 3. physic. exposit. media. cap. 4. char. 204. col. 4.
Actu existens oē est in tēpore demonstrato, alioqui natura ageret ociose. Auer. phy. 8. text. 63. ch. 183. col. 3.
Actu quod est, nō recipit aliquod, quod sit in actu, vt est in actu. Auer. de sub. orbis. cap. 1. char. 3. col. 2.
Actus, & potentia sunt contraria. Auer. 3. metaph. text. co. 19. char. 30.
Actiua, vt diuersantur in potentia, & actu per diuersitatem formarum, & materierum eorum, ita etiam actiua differunt a passiuis in potētia, & actu per diuersitatem materierum, & formarum eorum. Auer. 12. metaph. tex. co. 26. char. 146. col. 2.
Actus vltimus in vnoquoque ente est in causa, vt inueniantur in eo plures actus, quam vnus. Auer. in epitom. metaph. trac. 2. char. 177. col. 3.
Actus in transmutationibus inuenitur secundum quandam dispositionem. Auer. in epitom. metaphysic. trac. 3. char. 177. col. 3.
Actus est consequens formæ, & umbra cōsequens ipsam, licet dicatur secundum prius, & posterius. Auer. in epitom. metaph. trac. 3. char. 177. col. 3.
Actu quod est, in omnibus suauius est eo, quod potestate est, magis naturæ est cordi. Them. 12. metaph. char. 14.
Actus est perfectio quædam, potentia imperfectio. Boet. in lib. de interp. char. 452.
Actiuum pprie nihil est, nisi passiōes, vel passibiles qualitates, si actio proprie sumatur. Alber. mag. in 6. prin. cap. 6. char. 70. col. 2.
Actu est id, quod simpliciter est; & cū materia in se cōsiderata sit potentia tm, non mensuratur affirmatione; nec in ipsa potest esse subiectum ad prædicatum, licet sit aliquis modus illius, non tamen seruetur habitu-do. Alb. Mag. in 5. phy. trac. 1. cap. 2. c. 60. col. 3.
Actus tantum res distinguit inter se. Albert. mag. in 5. physic. trac. 2. cap. 2. char. 65. col. 3.
Actus secundus alicuius nihil est secundum agere, nisi quod secundum esse substantiale est actus primus eiusdem. Albert. Mag. contra Auer. de vnit. intellec. cap. 5. cha. 80. col. 4.
Actus formæ vltimæ est esse vniuersiusque. Alber.

Mag. contra Auer. de vnit. intellec. cap. 1. chart. 80. col. 4.
Actu effici non potest, quod de potentia venit ad actum, nisi per id, quod est in actu, nisi fiat ab agente per accidens æquiuoce, vt per motum fit calor: qua actione æquiuoca non agitur esse in viuum, & viuum in sensibile. Alb. mag. de cau. & proces. vniuer. a causa pri. l. 2. trac. 1. cap. 20. char. 205.
Actus nullus imperfectus est, vt est actus agentis, sed potius vt est actus patientis. Alb. mag. de caus. & proces. vniuersi, a caus. pri. l. 2. trac. 1. cap. 13. char. 203. col. 3.
Actus nullus potentia est, nisi per hoc, quod etiam imperfectus est, imperfectus autem est non ex se, sed eo, quod est imperfecti, comparatus autem ad efficientē, & formalem causam, omnis actus est perfectus, quia est actus perfecti. Alb. mag. de caus. & proces. vniuersi. a causa pri. l. 2. trac. 1. cap. 5. char. 201. col. 1.
Actiuum principium in omnibus potissimum, & perfectissimum est. Alber. mag. de caus. & proces. vniuersi. a causa pri. l. 2. trac. 4. cap. 9. char. 225. col. 4.
Actiuum principium nullum finem actionis suæ consequitur, nisi per instrumenta sibi determinata. Alber. mag. de caus. & proces. vniuersi. a causa pri. l. 2. trac. 3. cap. 7. char. 221. col. 4.
Actiua potentia semper sibi similis est eo quod ipsa est actus, & semper completa ad agendum: & si aliquando non agit, est propter defectum eius in quod agit, & nō propter hoc, quod ipsa indigeat acquirere aliquid, per quod ad agendum perficiatur. Alb. mag. 3. de ani. trac. 1. cap. 1. char. 33. col. 2.
Actus cuius est, & operatio illius, est potentia illius actus, & operationis. Alber. mag. de anim. l. 8. trac. 6. cap. 2. char. 84. col. 4.
Actus est potentia perfectio, & eius bonum, & per consequens a potentia appetitur. D. Thom. pri. phys. l. 15. tex. 81. char. 15. col. 2.
Actus esse non potest sine eo, cuius est actus. D. Thom. 7. phys. l. 2. tex. 4. char. 119. col. 2.
Actu, & potentia nihil est secundum idem. D. Thom. 8. phys. l. 8. tex. 31. char. 128. col. 1.
Actus omnis laudatur ex duobus: ex obiecto, & qualitate, seu modo. D. Thom. pri. de anima l. 1. tex. 1. char. 1. col. 2.
Actu tantum quod est, cognoscimus. D. Thom. 2. de anima l. 6. tex. 33. char. 27. col. 1.
Actu quod est, non est contrarium ei, quod est in potentia, vt huiusmodi, sed magis simile: nam potentia nil aliud est, quam quidam ordo ad actum. nisi autem esset aliqua similitudo inter potentiam, & actum, non esset accessorium, sed pro prius actus fieret in propria potentia. D. Thom. 2. de anima l. 11. tex. 57. char. 32. col. 1.
Actu quod est, ab alijs distinctum esse debet, quia res diuiditur ad alia per suum actum, & per formam. D. Thom. 7. metaphys. l. 16. char. 564. tex. 56.
Actus perfecti non sunt, qui potentia existunt, sed qui existunt actu. D. Thom. 11. metaphys. l. 9. char. 799.
Actu vnumquodque fit, vt consequitur suam perfectionem. D. Thom. 12. metaphys. l. 8. tex. 39. char. 875.
Actus differt à potentia, quia actus diuidit, potentia non diuidit. Alexan. de ales. 4. metaphys. tex. 2. char. 76. col. 3.
Actus, & potentia non semper dicunt duas res in rebus creatis, sed sufficit, quod dicant eandem rem secundum diuersas rationes. Alexan. de ales. 4. metaphys. tex. 4. char. 79. col. 1.
Actuali de significato alicuius quādo aliquid est, siue ponatur, siue non, semper intelligitur in eo, quia per nullius additionem potest separari à sua actuali essentia, quan-

quando autem aliquid est de possibili significato alicuius, si addatur subiectum, non bis intelligitur, quia propter additionem istius terminata est illa potentia, & reducta ad actum, vt simitas, & nasus simus. Alex. de ales. 7. Metaphys. tex. 18. ch. 199. col. 1.
Actus entis in potentia, vt in potentia, est omne quod fit. Alex. de ales. 7. Metaphys. tex. 21. ch. 206. col. 2.
Actus omnis, & omnis corruptio aspicit indiuiduum. Alex. de ales. 7. Metaph. tex. 23. c. 220. col. 2.
Actus, quoad materialitatem, idem est quod forma, vel idem quod esse, quod oritur à forma. sed quia notitia nostra prius fertur super operationem, quam super formam, vel super esse; ideo quo ad notitiam nostram actus prius dicitur de operationibus, quam de esse, & forma: quia notitia nostra ex operationibus deuenit in formas. Alex. de ales. 9. Metaph. tex. 7. ch. 264. col. 3.
Actus, quoad notitiam nostram, prius dicitur de operationibus, & motibus, quam de esse, & forma. Alex. de ales. 9. Metaph. tex. 7. char. 264. col. 3.
Actus, & potentia sunt de primis intelligibilibus: ideo nō possunt manifestari per priora, & per consequens nec definiri. Alex. de ales. 9. Metaph. tex. 11. c. 266. col. 4.
Actus, & potentia sunt duo primi modi entis: ideo magis debent vocari dispositiones entis, quam entia. Alex. de ales. 9. Metaph. tex. 11. ch. 266. col. 4.

Actus vt purus, & separatus à materia.

Actus separatus materiam non habet. Arist. 12. Metaph. su. 2. cap. 4. tex. 49. ch. 258.
Actus separatus à se ipso potest perpetuari in infinitum cum temporis continuatione; actus vero proueniens ab eo quod est in potentia, supplementum rei in potentia est, nec animo comprehendere licet hunc actum infinito tempore durare, iam enim præcessisset eum potentia. Them. 12. Metaph. ch. 17.
Actus purus sine motu est, ac ab ipso omnes actus proueniunt, qui sine motu esse non possunt. Simp. in præd. char. 80.
Actus primus est ab omni infinita, & indeterminata cōmixtione separatus, & excedit alia. Sim. in præd. c. 81.
Actus primus, & potentia prima non sunt materia, & forma, sed potius si accipiamus omnia entia, vt fluunt a prima causa, prima potentia est ens possibile in se ipso, & primus actus est ens necesse: & id, quod est ens secundum primum modum consideratum, pendet in entitate ad ens necesse. Alber. Magn. contra Auer. de vnit. intel. cap. 3. ch. 84. col. 2.
Actus primus nihil potentia admixtum habet: si enim haberet, non esset necesse esse: est autem omnimode necesse esse, igitur actus est purus: nihil habens potentia admixtum. Alber. Magn. 11. Metaph. trac. 2. cap. 3. ch. 152. col. 2.

Actus, vt recipitur in materia.

Actiua, quæ in materia non habent formam, impassibilia sunt: quæ in materia, passibilia. Aristot. prim. de generat. & cor. capit. 4. text. 54. chart. 409.
Actu esse oportet, quod vt in subiecto alicui inest. Alex. aphrod. pri. natural. q. cap. 17. ch. 4.
Actus omnis suum subiectum conseruare debet. Them. 3. Phys. tex. 57. char. 31. col. 3. Idem Sim. 3. Phys. char. 176. col. 2.
Actu quod est aliquid, non est natum recipere illud, quod est in eo in actu, vt est in actu. Auer. 2. de anim. tex. 104. ch. 147. col. 4.
Actus actiuorum sunt in patientibus bene dispositis, secundum possibilitatem recipientium actus illos, & non secundum potentiam agentis. Alber. Magn. in

præd. ch. 32. col. 4.
Actum alicui nihil suscipit, nisi per formas præparatum sit ad susceptionem ipsius. Albert. Magn. de caus. & proces. vniuersi. a causa l. 1. 2. tracta. 1. cap. 15. char. 204. col. 1.
Actus potentiam diuersimode determinat: perfecte, & imperfecte. Alber. Magn. de caus. & proces. vniuersi. a causa l. 1. 2. tract. 1. cap. 18. ch. 205. col. 2.
Actiua potentia particularis supponit materiam, quam agens vniuersale operatur; vt artifex vtitur materia, quam natura facit. nec, quia agens particulare præsupponit materiam, quam non agit, ideo opinandum est primum agens vniuersale, quod est actiuum totius entis, aliquid præsupponere, quod ab ipso creatum non sit. D. Thom. 8. Phys. l. 2. text. 4. ch. 119. col. 3.
Actus actiui, & motiui fit in patiente, & non in agente mouente. D. Thom. 3. de anim. lib. 2. text. 139. char. 49. col. 2.
Actiua potentia fundatur in esse formæ, & respicit actum, qui est agere. Alex. de ales. 9. Metaph. tex. 7. ch. 264. col. 1.
Actiuum omne suum proprium habere debet, quod est vt materia propria. Albert. Magn. 2. de gen. & cor. tract. 1. cap. 9. ch. 72. col. 4.

Actus, vt se habet ad potentiam.

Actus prior est ratione, & substantia potentia non solum determinata, quæ dicitur principium permutatum in alio, in quantum aliud: sed omni motiuo, & statorio principio. tempore verò est vt sic, & est vt non. Aristot. 9. Metaph. su. 2. capit. 3. tex. 13. char. 185.
Actus est prior potentia, quia possibile ideo est possibile, quia potest habere actum. Aristot. 9. Metaph. su. 2. cap. 3. tex. 13. char. 185.
Actus est prior potentia tempore, quod idem specie agit prius, numero vero non. nam & homine, qui actu iam est, prior est, qui potentia: at semper quod potentia est, fit actu ens ab eo, qui actu existit. Arist. 9. Metaph. su. 2. cap. 3. tex. 13. ch. 185.
Actus est prior potentia substantia, quia id, quod generatione posterius est, specie, & substantia prius est, vt vir puero: & potentia finis est actus. Arist. 9. Metaph. su. 2. cap. 4. tex. 15. ch. 186.
Actus est prior substantia, & tempore potentia, & semper præaccipitur actus alius ante actum, vsque ad eū, qui est semper mouentis erincipium. Arist. 9. Metaph. su. 2. cap. 4. tex. 17. ch. 187.
Actus est melior, nobilior, & honorabilior potentia ad bonum, quia potentia aspicit contraria, actus verò nō. Arist. 9. Metaph. su. 2. cap. 5. tex. 19. ch. 188.
Actum potentia deteriorem esse in malis palam est, quia potentia est ad vtrumlibet, actus ad malum solum. Aristot. 9. metaphys. su. 2. cap. 5. tex. 19. char. 189.
Actus, & potentia differunt in diuersis: quia, quorum non est eadem materia, & quorum non est eadem forma, sed diuersa, non est eadem potentia, & actus. Aristot. 12. metaph. su. 1. cap. 4. tex. 426. char. 248.
Actus prior est potentia, ergo non fuit infinitum Chaos, vel nox. Aristot. 12. metaph. su. 2. cap. 1. tex. 32. c. 252. Idem Sirianus. 13. metaph. vel 14. secundum latin. char. 116.
Actu cum aliquid est, magis dicitur, quam cum est potentia. Arist. phy. 2. su. 1. cap. 6. tex. 12. char. 32.
Actus sunt priores potentijs, & operationes secundum rationem, & his priora sunt obiecta. Arist. 2. de anim. su. 3. cap. 1. tex. 33. char. 623.

Actus in eo est, in quo antè fuerat potentia. Them. 2. phy. tex. 18. char. 28. col. 4.

Actum, & potentiam quod simul habet, priorem potentiam esse fatendum est: simpliciter tamen actus præcedit potentiam, vt homo prior est semine hominis; Them. 6. metaph. c. 16.

Actu quod est, necesse est in proxima causa præexistere ante illud, quod ab ea potestate fit, in eo quod fit. Sim. 3. de anim. ex sec. 2. tex. 20. char. 64. col. 3.

Actus, qui sunt reuera actus tantum, ea quæ sunt potestate, præcedere debent, & cum necessarium sit, quod reuera est actus, debet præcedere contingens, & possibile, quæ sunt potentia. Mag. in l. de interp. c. 36. 1.

Actus præcedit potentiam causa, & tempore, quia est causa efficiens, & finalis. Auer. epitom. metaph. trac. 13. char. 177. col. 3.

Actum præcedere potentiam in rebus æternis patet, in quibus nulla admiscetur potentia. Auer. epitom. metaph. trac. 13. char. 178. col. 1.

Actus prior est potentia secundum omnes modos prioritatis. Auer. epitom. metaph. trac. 13. char. 178. col. 1.

Actu quæ sunt, priora sunt illis, quæ sunt potentia Boet. in l. de interp. char. 282.

Actus est ante potentiam, non secundum rationem tantum, siue in modo intelligendi, sed ipsa substantia, & definitione, vt causa est ante causatum, & habet esse causæ, & essentia, licet non habeat esse, nisi in particulari natura: & sic est vna essentia, non vnitatem numeri, sed vnitatem essentia. Alb. Mag. ex pri. de intell. & intellig. trac. 2. cap. 3. char. 52. col. 3.

Actus est simpliciter prior potentia. D. Tho. 3. metaph. l. 15. tex. 19. char. 182. Idem D. Tho. 9. metaph. l. 7. tex. 13. char. 652.

Actus, vt diuellitur à potentia.

Actus in aliquibus à potentia per solam rationem diuellitur, vt in intellectibus, in alijs tpe diiungitur, vt prius sol fuit in Ariete, deinde in Tauro, in alijs potest feungi, vt in generabilibus; vt prius embrio consideratur, nec necesse est, vt fiat homo. Amo. in lib. de inter. char. 140.

Actus, vt intelligens.

Actus intelligens potior est actu syllogistico. Io. gram. pri. post. cap. 2. char. 48. col. 1.

Actus, vt proficitur ab agente.

Actus actiuorum in esse videtur in patiente, & disposito. Arist. 2. de anima. su. 1. cap. 2. tex. 24. c. 620. Actus perfectus ex perfecta substantia procedens non indiget aliqua alia causa producente. Simp. 8. phy. tex. 34. char. 31. col. 2.

Actum in omnibus partibus non augetur in eo, quod est quantum, sed in eo quod est quantum habens formam. Auer. prim. de gen. & cor. tex. 38. char. 168. colum. 1.

Actum agentis actione eius non retardatur. Auer. ex destruc. destruc. disp. 1. char. 9. col. 1.

Actus, vt reducitur sub predicamentis.

Actio, & passio sub vno, & eodem predicamento ordinantur. Simp. in præd. c. 65. Actus, & potentia sunt differentie, quæ omnibus predicamentis contingunt. Auer. pri. de ani. tex. 6. c. 109. col. 3. Actus, & potentia sunt principia omnium predicamentorum, quia quodlibet aliquando est in actu, aliquando in potentia. Auer. 12. metaph. tex. co. 26. c. 146. col. 1. Actus, & potentia licet sint opposita, sunt tamè relatiua.

Auer. in epitom. metaphysi. trac. 3. char. 177. col. 1. Actus, & potentia diuidunt quodlibet genus entium.

D. Thom. pri. phy. lec. 15. tex. 79. char. 15. colum. 1. Aculeo apibus subtracto, non renasci alius denuo potest, sed vt moriantur breui necesse est. Aristot. de hist. anim. 3. cap. 12. char. 94.

Aculeis armantur nonnulla insecta contra animalia noxia: alia parte priore, alia posteriore: aut enim ore, aut alio extrema parte. Arist. de par. ani. 4. cap. 6. ch. 522.

Aculeus nulli est in aluo, cui pennæ binæ. Aristot. de part. ani. 4. cap. 6. c. 522.

Aculei, pili, & reliqua generis eiusdem excremento nascuntur. Arist. de gen. ani. 5. cap. 5. c. 275.

Acumen, & grauitas sunt contraria, quæ versantur circa vocem magnam, & paruam. Alber. Magn. de anima. l. 19. cap. 9. char. 162. col. 1.

Acutum, vt tangibile.

Acutum, & graue non percipiuntur sine sono, vt colores sine lumine. hæc autem a tangibilibus secundum translationem dicuntur. Aristot. 2. de ani. su. 4. cap. 4. tex. 86. char. 636.

Acutum mouet sensum in paucis tēpore multū, graue in multo paucū. Arist. 2. de ani. su. 4. c. 4. tex. 76. ch. 636.

Acutum, & graue inter qualitates tangibiles collocatur. D. Thom. 2. de anima. l. 17. tex. 86. char. 38. col. 4.

Acutum, vt gustabile.

Acutus sapor subiectum habet substantiam subtilem, calidam, vt sinapis. Alb. Mag. de veget. l. 3. trac. 2. cap. 3. char. 133. col. 2.

Acutus sapor est calidioris substantia, quam amarus; & salus infimum caliditatis gradum obtinet. Alb. Mag. de veget. l. 3. trac. 2. cap. 3. char. 139. colum. 2.

Acutus sapor fortioris est virtutis ad resoluendum, incidendum, astringendum, quam alij. Alb. Mag. de veget. l. 3. trac. 2. cap. 3. char. 139. col. 2.

Acutum, & amarum radunt linguam: sed amarum non radit, nisi exterius acutum penetrat, & radit in profundum. Alb. Mag. de veget. l. 3. trac. 2. c. 3. c. 139. c. 2.

Acutus sapor resoluit, incidit, ita vt aliquando putrefaciat, & iterficiat. Alb. mag. de veg. l. 3. trac. 2. c. 4. c. 139. c. 3.

Acutus sapor significat excessum caloris non consummentis, sed super digerentis humidum. D. Thom. de sen. & sen. l. 11. col. 1. char. 13.

Adæquatio vno modo intelligitur secundum æqualitatem quantitatis, alio modo secundum quandam proportionem. D. Tho. de anima. motu. l. 2. ch. 48. col. 4.

Adæquatio subiectiuè est in intellectu, causaliter in rebus. Alexan. de ales. 6. metaph. tex. 8. char. 180. col. 3.

Adamus lapis est durissimus parum obscurior crystallo, fulgens, ita solidus, vt nec igne, nec ferro mollescat: soluitur tū sanguine, & carne hirci, maxime si hircus ante biberit vinum, vel petrosillum, vel filer montanum comederit. Soluitur etiam adamus plumbo p. multū argentū viuum, quod est in ipso, penetrat ferrū, & omnes gemas præter chabbe, in quo retinetur. magnitudine auellanæ maior est, quam adhuc inuentus sit; & nascitur in Arabia, & Cypro vt plurimum. Alb. mag. 2. de miner. trac. 2. cap. 1. char. 139. col. 1.

Adamus magneti superpositus nõ permittit trahere ferrum. Alb. mag. 2. de min. trac. 2. cap. 1. char. 139. col. 2.

Adamus lacerto sinistro alligatus valet contra hostes, & insaniam, indomitas bestias, feros, homines, iurgia, rixas, venena, phantasmatum incursum, & incuborum. Alb. mag. de miner. trac. 2. cap. 1. char. 139. col. 2.

Addiscere, quod in parte scimus, & in parte ignoramus non est incoueniens: sed incoueniens esset, si addiceremus vt scimus. Arist. post. 1. cap. 1. tex. 4. char. 296.

Ad-

Addiscit nihil, nec intelligit, qui nihil sentit. Aristot. 3. de anim. su. 1. cap. 5. tex. 30. c. 663.

Addiscere omnibus hominibus iucundissimum est. Arist. poetica. cap. 1. c. 260.

Addiscere est quidam motus: & cum omnis motus terminetur ad aliquid, ideo terminatur ad aliquem terminum, in quo incipit addiscere: nam addiscens in principio dubitat, & quærit: in fine autem apud eum cessat omnis quæstio, & dubitatio. Alexand. de ales. pri. metaph. c. 10. col. 4.

Addiscens ex eo dicitur addiscens, quod quærit determinatum scibile. Alex. de ales. 3. metaph. tex. 1. c. 49. c. 1.

Addiscens potest aliquo modo agere actum scientia, quia non est omnino ignorans respectu rei addiscenda: at si haberet ignorantiam negationis respectu rei discenda, non posset agere actum scientia. Alexan. de ales. 9. metaph. tex. 14. char. 270. col. 3.

Additio est diuisioni adæquata, & æquæ vicibus eius respondens. Simp. 3. phys. tex. 17. c. 177. col. 1.

Additio, in qua non cessat infinitum esse, & non sequitur, si ponatur ipsam exire in actum, quod est impossibile, est additio cuiuslibet partis generata, cuius possibilitas est alia à possibilitate alterius partis, & non sunt omnes partes vnius possibilitatis demonstrata; & hoc est vt est dispositio in motu, & tempore. in additione autem cuiuslibet partis, cuius possibilitas est pars vnius possibilitatis demonstrata, ista possibilitas, quomocunque ponatur in potentia, sequitur ex ea vt inueniatur in actu in illa dispositione: & si non, contingeret vt potentia esset frustra. & additio, quæ est in magnitudine demonstrata, est de genere istius additionis. & additio, quæ est in numero, est de genere primæ additionis. & causa est in hoc, quia potentia, quæ sunt in additione vniuersi cuiusque partis partium mensura, omnes sunt partes vnius potentia. & non est ita in numero, quia, sicut mensura est vna, & continua, & numerus non, Auer. in phys. 3. tex. 69. char. 55. col. 3.

Adductio ad absurdum est, cum sumpto opposito rei demonstrande aliquod absurdum consequi ostendimus. Amo. in præd. c. 79.

Adenes corpora sunt parua, rotunda, laxa, inter amplas venas, & arterias posita modo cunecolorum, ne conceptacula ipsa humida ex copia sanguinis mutuo putrescerent adesus: & ipso venarum humore nutriuntur, & inflammatum inguina faciunt, concallescunt scrofulas committunt. Alex. aphr. probl. l. 2. 12. c. 729.

Adeps, & sebum differunt, quia sebum visque quaque frangibile est, & cum refrigit concresecat; adeps liquidus est, & non aptus durari. Arist. de hist. anim. 3. cap. 17. c. 96.

Adipe pinguium liquida resistunt frigori, vt equi, & suis. Arist. de hist. animalium. 3. cap. 17. char. 96.

Adeps inter carnem, & cutem sistere solet: sebum in fine carnis semper est. Arist. de hist. anim. 3. cap. 17. c. 96.

Adipe pinguescunt, quæ parte vtraque dentata sunt: sebo, quæ vna. Arist. de hist. anim. 3. cap. 17. char. 96.

Adipis mediocritas ostendit nutritionem optimam animalium, & validissimam sanitatem. Auer. de par. anim. 2. cap. 5. c. 71.

Adipe animalia, quæ abundant, citò senescunt, & facilius læsionibus parantur; quia frigescent, cum multum sanguinis in hoc excremento absumatur. Auer. de par. animal. 2. cap. 5. char. 71.

Adiacta est vermis in figura locustarum, retro crura longa habens ad saltandum; locusta tamen non est. ouat in autumno, & in vere exit. Alber. mag. de anim. l. 26. c. 204. col. 1.

Adiectiuum, licet primo intellectu dicat accidens, & secundario subiectum, accidens dicitur attributum alicuius alteri, non secundum ipsum, sed per alterum: ideo quod sic accidit alteri, non necessario est accidens. Alb. mag. 5. metaph. tract. 2. cap. 6. c. 105. col. 2.

Adiuncta sunt, quæ finitimum tenent locum, ita vt vel antecedant, vel hæreant, vel subsequantur: quæ non sunt necessaria, sed frequenter eueniunt. Boet. de diff. topic. l. 2. c. 874.

Administratio priuata inæqualis est, quia non vnū quiddam spectat; prouetus scilicet a terra: tū ex rebus asportatis: tum etiam ex argento: & præter hæc, ne sumptus maiores prouentibus fiant. Arist. œcon. 2. c. 803.

Administratio Satrapica est, cuius generis partes sūt sex, quæ penes prouentus considerantur, nã aut capiuntur à terra, aut à regionibus proprijs, aut à mercatoribus, aut à tributis aut ex re pecuniaria, aut à reliquis rebus: quorum Primus & optimus est, qui à terra, quod alij fructuarium, alij decimam vocant. Secundus à rebus proprijs: nam alibi aurum, alibi argentum gignitur, Tertius, qui ex mercatibus. Quartus ex tributis. Quintus ex decimã. Sextus ex alijs rebus, quæ operarios attingit. Arist. œcon. 2. chaf. 802.

Admirans dubitat, quia ex dubitatione surgit admiratio. Arist. pri. metaph. su. 1. cap. 2. c. 8.

Admirabilia iucunda sunt. Arist. rhetor. 3. c. 137.

Admiratio est agonia, & suspensio in stuporem prodigij magni in sensum apparentis, ita quod cor systolem patitur: ideo admiratio habet aliquid simile in motu cordis timori, qui est ex suspensione. Alb. mag. pri. metaph. tract. 2. cap. 6. c. 60. col. 3. Idem Alber. magn. in post. c. 175. col. 1. Idem Alber. magn. ethic. 4. tract. 2. cap. 6. c. 53. col. 4.

Admiratio est motus ignorantis procedens ad inquirendum, vt sciat causam eius, de quo miratur. Alber. mag. pri. metaph. tract. 2. cap. 6. c. 60. col. 3.

Admiratio est maxime rerum præcipuarum, & insolitarum. D. Thom. de mem. & rem. l. 3. char. 26. col. 4.

Admiratio omnis confurgit ex eo, quod scitur quia, & ignoratur propter quod. Alex. de ales. 1. metaph. c. 9. c. 3.

Adolescentibus iucundum non est toleranter viuere, & à pueritia instrui ad virtutem difficile est. Aristot. 10. ethic. nicom. cap. 9. c. 263.

Adolescentes mares, & puellæ si coniungantur, inutilia, & pusilla hominum corpora gignunt, & in partu laborant magis puellæ, ac pereunt plures. Aristot. polit. 7. cap. 16. c. 750.

Adolescentes à libris veterum tria reijciunt: operis prolixitas, obscuritas dictionis, & quæstionum altitudo. Amo. in por. c. 2. 2. col. 4.

Adonis fluuius nascitur prope Tyberiadem, & currit miliaria 883. & late diffusum ad mare Adapticum, excipitur contra insulam Cretam. Alber. mag. de natur. locorum, distin. 3. cap. 1. c. 101. col. 3.

Adorationem alij ad Orientem fieri statuebant, vt Pythagoras, quia ibi incipit motus: quod etiam Christianæ legi consonat, quantum ad hoc. Alij ad Meridiem, vt Trismegistus, & lex Maumethi, quia cum Sol in meridie est, lumen est magis viuificum. Alij ad Occidentem, vt est lex Moysis, & Iudæorum, quia planetæ, qui secundum Ptolomei traditionem sunt quasi animæ signorum celi, voluntur ab Occidente. Alber. mag. pri. de celo. tract. 1. cap. 2. c. 1. col. 4.

Adorationis ratio, reuerentia est: & thuris, distributio est suauissimæ cognitionis diuinæ in virtutibus discretiuis, tam cœlestium, quam hominum terrestrium. Hymnorum ratio est suaue sonantium concentus cœli, vt dixit Pythagoras: vel secundum Peripateticos, harmonia separatarum substantiarum in laude intellectuali, & iucunditate. Alb. mag. 1. de celo. tract. 1. cap. 2. c. 1. c. 4.

Adrastus Aphrodiseus, post librum prædicamentorum ordinavit librum topicorum, quod verisimiliter quidem non autem necessario probat. Simp. in præd. c. 4.

Aduersarij corripiedi sunt in his rebus, in quibus putes aduersarios

aduersarios iudices esse correpturos: & si rem in aduersario maxime: sin id minus, in alios transferas; ea vsus cauillatione, quod non ex sententia tua, sed ab aduersarijs coactus in certamen descenderis. Aristot. rhetor. ad Alex. cap. 35. char. 242.

Adulatores omnes familiarij sunt, & humiles homines. Arist. 4. ethicor. nicom. cap. 3. char. 95.

Adulator est, qui obsequitur ob emolumentum aliquod, quod sit ex pecunijs, vel ex ijs rebus, quæ pecunijs comparantur. Aristotel. 4. ethicorum. nicom. cap. 6. char. 102.

Adulator amicus est, qui magis amare, quam amari se simulat. Arist. 8. ethic. nicom. cap. 8. char. 200.

Adulator est res iucunda, quia factus est admirator & fectus amicus. Arist. rhet. 1. c. 49.

Adulatio est species particularis iniustitiæ. D. Th. ethic. 5. l. 17. c. 98. col. 4.

Adulteri multa ob libidinem audacia perpetrant, non tamen fortes sunt. Arist. 3. ethic. cap. 8. char. 70.

Adulter, qui lucri causa adulterium committit, iniustus est, & non intemperans, lucri enim causa id facit. Arist. 5. ethic. nicom. cap. 2. char. 112.

Adusta ferè omnia aliquid habent caliditatis, vt calx, cinis, sedimenta animalium, & inter excrementa fel. Arist. de partib. animal. 2. cap. 2. c. 130.

Aedes sacræ idoneum locum in ciuitate habere debent: & esset talis locus, quisquis supereminentiam haberet, & sub hunc locum debet fieri constructio fori, quod debet esse purum ab omni mercatu, & nec opifices, nec agricolas appropinquare, nisi à magistratibus vocarentur. Et gratior esset locus, si gymnasia seniorum in eo constituta sint, & circa aedes sacræ decet commensationes sacerdotibus institutas esse. Arist. politic. 7. cap. 12. char. 739.

Aedes ita parandæ sunt, vt & rerum possessarum, & salubritatis, & commoditatis rationem habeamus. Arist. œcono. 1. cap. 6. c. 781.

Aedificatio est actus rei ædificabilis. Them. 3. phys. tex. 11. c. 27. col. 4.

Aedificatores, lapides quos firmos esse volunt, dulcibus aquis diu madefactos, operibus imponunt. Io. gram. 2. de ani. tex. 121. c. 71. col. 3.

Aegrotantibus omnia amara videntur, quia linguam ple nam huiusmodi humiditate sentiunt. Aristot. 2. de anima su. 4. char. 642. cap. 6. t. 104.

Aeger immotus quoad fieri potest, iacere debet, quia ignem quoque marcescere certum est, vbi à nullo mouetur; nec aduersus flatui cubet, quoniam flatu excitat ignem, sollicitusque per aerem ignis ex paruo fit magnus. Arist. probl. sect. 1. c. 350. q. 57.

Aeger obuelandus, cooperiendusque est, quia si nullum igni cõcedatur spiraculum; extinguitur; nec veste exui debet, donec sudare ceperit; vt enim subiectum hunc ignem visui, sic, & delitescentem illum naturæ humor extinguit. Arist. probl. sec. 1. c. 350. q. 57.

Aegrotant à morbis nonnullis, qui appropinquant, à sanitate nemo sanari potest; quoniam morbus motio est sanitas autem quies, ergo ille mouere potest, hæc non potest. Vel quia alterum non voluntarie, alterum voluntarie accidit: res autem non voluntariæ à voluntarijs, consultisque multum distant. Arist. probl. sect. 7. c. 411. q. 1.

Aegrotant cur aliqui, qui vitam luxuriosam viuere affecti agere luxuriosè cessarunt; quia consuetudo res magna cuique est, iam enim in naturæ habitum ferme absoluitur, & redundat materia illa, quæ indigesta est. Arist. probl. sect. 28. c. 604. q. 1.

Aegritudo est in commensuratione caliditatis, frigiditatis, siccitatis, & humiditatis. Alex. aphrod. in 1. vniuersalium quæstionum. c. 3. cap. 9.

Aegritudo est læsio actionis membri sensibilis, aut eius

passio, sanitas illæsiõ. Auer. in epitomè metaph. tract. 3. c. 179. col. 4.

Aegyptus semper videtur sicciõ fieri, & tota regio fluuij Nili adaggeratio est, Nili enim ora omnia excepto Canobio manufacta videntur, & non fluuij existentia. Arist. meteor. pri. su. 4. cap. 2. c. 487.

Aegyptus ab antiquis vocabatur Thebæ, Aristot. meteo. pri. su. 4. cap. 2. c. 487.

Aemulatio, & bona est, & bonorum virorum; inuidia, & mala, & malorum. Arist. rhetor. 2. c. 96.

Aemulatio est molestia quædam suscepta ex eo, quod in ijs, qui natura similes sunt, honorata in esse bona videntur, quæ & ipsi consequi possunt, non quod alij, sed quod & ipsi non potiuntur. Arist. rhetor. 2. c. 96.

Aemulationi propensi sunt, qui se bonis dignos censent, quæ non habent; & idè iuuenes, & magnanimi tales sunt, & quibus talia bona suppetunt, quæ honoratis viris digna sunt, vt diuitiæ; & ij, quos alij dignos censent, & quorum maiores, aut cognati, aut propinqui, aut natio, aut ciuitas honore excellunt, quia ea sibi propria esse, & dignos se arbitrantur. Aristot. rhetoric. 2. c. 96.

Aemulabilia sunt, quæ alijs vtilitatem afferant, & virtutes, & quæ beneficium afferre possunt, & bona, quibus frui proximi possunt. Arist. rhetor. 1. char. 96.

Aemulandi sunt, qui bona æmulabilia possident, vt fortitudinem, sapientiam, magistratum. Arist. rhet. 2. c. 96.

Aenigmatis ea est forma, oratio scilicet, quæ ex minimè congregantibus inter se constat, quod per nomen compositionem fieri non potest, per translationem potest. Arist. de poetica. cap. 21. char. 289.

Aeolidarum insularum vna extat, in qua quandam phœnicon. i. palmularum copiam innasci affirmant: qua de causa phœnicoda appellatur. Haud igitur verum dixit Calisthenes, cum hanc arborem à Phœnicibus Syrum littoralem incolentibus cognomen accepisse enarrat: immo, & ipsos Phœnices à Græcis vocatos esse tradunt nonnulli, quia primos mares nautas, si illac transibât, interficiebant. vnde idiomate Perçbeorû cruentate phœnicæ appellât. Arist. de admir. aud. 128. c. 869.

Aequalitatis diuisio.

A Equalitas duplex, vna secundum continentiam, et sic locus, & locatum sunt æqualia; alia, quæ communi mensura mensuratur. Alb. mag. 4. phys. trac. 1. cap. 13. c. 45. col. 2.

Aequalitas duplex; rei secundum qualitatem, & virtutis similitudinem in intentione; & æqualitas proportionis ad quoddam alterum. Rei æqualitas in nullo potest esse commixta; Proportionis autem æqualitas, mixtionem ingreditur. Alber. mag. 1. de gener. & cor. tract. 6. cap. 9. c. 71. col. 2.

Aequale quid est.

A Equalitas, quæ in populari statu appellatur, ea in similibus non solum iusta est, sed etiam vtilis. Aristot. politic. 5. cap. 8. c. 665.

Aequale in iustis, & in amicitiis non similiter se habet; nã in iustis primò est quod est ex dignitate; secundò quod in quantitate est. at in amicitiis contrã. Aristot. 8. ethic. nicom. cap. 7. char. 199.

Aequus & bonus vir est, qui talia eligit, & agit, in quæ non est exactus iuris executor, in peiorem partem, sed imminuit etiam potius si legem ad id adiutricem habet. Aristot. 3. ethicor. cap. 10. char. 135.

Aequale dicitur album albo improprie, qui simile est, & homo homini per accidens, quia dicitur quatenus magnitudinem habet, non vt est substantia. Por. in præd. c. 17.

Aequalia ab æqualibus detracta æqualia sunt. Alexand. aphrod. pri. prior. cap. 24. c. 47. col. 1.

Aequalia ætate sunt, quæ in eodem nunc existunt. Sim. 4. phys. tex. 92. c. 255. col. 2.

Aequalia ea sunt, quæ eadem mensura æqualiter mensurantur. Sim. in præd. tex. c. 39.

Aequalitas, quæ est secundum proportionem, non est vera æqualitas, sed similitudo. Auer. 2. de gener. & cor. tex. 37. c. 171. col. 3.

Aequale est, quod habet quantitates mensuratas æquales. Alber. mag. 3. phys. tract. 2. cap. 5. c. 36. col. 3.

Aequalitas est vltimum in iustitia, & principium in amicitia. D. Th. ethic. 8. l. 7. cap. 1. c. 42. col. 1.

Aequalitas in quo est.

A Equale, vel inæquale esse necesse est quicquid magnitudine vel multitudine constat. Aristot. de Xenophan. Xenone, & Gorgia. c. 928.

Aequalia & omnino indifferentia sunt in numeris. Arist. in 3. Metaph. ex su. 3. cap. 2. c. 282.

Aequale non opponitur contrarie magno, & paruo, quia contraria non sunt media, sed habet medium, sed priuatiuè opponuntur, vt medium extremis opponitur. Arist. 10. metaphys. cap. 4. tex. 19. c. 204.

Aequalibus ab æqualibus ablatis, quæ relinquuntur æqualia sunt, principium est commune omnibus quãtis; & hoc principium aliter sumit Geometer, vt de lineis; aliter Arithmeticus, vt de numeris; idem autem à Metaphysico consideratur. Aristot. 11. metaphys. ex sum. 2. cap. 7. char. 221.

Aequale est, id quod neque plus neque minus, quodque omni soli conuenit, ac conuertitur. Arist. post. l. 2. cap. 4. tex. 3. char. 359.

Aequalitas est in minimis duobus. Arist. ethi. 4. cap. 3. char. 114.

Aequalitas in ciuitate erit, si diuitibus addatur pauperes, & pauperibus diuites; vt si alij decem alij viginti, videatur autem diuitum sex, pauperum verò quinque accedant pauperibus quatuor diuitum, & diuitibus quinque pauperum, quorumcunque census exuperat, connumeratis ambabus vtrisque id ratum sit. Aristot. politic. 6. cap. 3. c. 697.

Aequalia sunt illa, quæ alicui ita accommodantur, vt neque excedant, nec deficiant. Eust. 5. ethic. cap. 2. c. 213.

Aequales omnes sunt numero in potestate populari, qui publicæ administrationis participes sunt. Eust. 5. ethi. cap. 6. c. 237.

Aequalia de æqualibus, & maiora de minoribus prædicantur, non autem è conuerso minora de maioribus. Porphy. 5. voc. cap. 3. c. 40.

Aequale, vel inæquale non solum in latatione inest, sed in alteratione, & corruptione. Psellus in 5. phys. c. 45.

Aequale est in quãtis, & in ijs, quæ sunt eiusdem generis. Simp. 4. phys. c. 223. col. 1. Idem Boe. in prædic. c. 155.

Aequalitas duobus modis dicitur: vel secundum continentiam, vel vt habet communem mensuram. Auer. in phys. 4. tex. 43. c. 66. col. 3.

Aequalitas loci actu est secundum continentiam. Auer. in phys. 4. tex. 43. c. 66. col. 3.

Aequalitas loci, non est æqualitas dimensionis. sed æqualitas continentis. Auer. in phys. 4. tex. 77. c. 77. col. 2.

Aequalitas propria est quantitati, non qualitati. Auer. phys. 7. tex. 32. c. 151. col. 7.

Aequalitas non est aliquod genus. Auer. in 5. metaphys. tex. 9. c. 54. co. 12.

Aequalitas non est aliquod genus. Auer. 5. metaph. tex. 12. c. 54.

Aequale opponitur magno, & paucò per inæquale, & talis oppositio est, quæ est inter priuationem, & habitum. Auer. in epitom. metaph. tract. 3. c. 180. col. 2.

Aequalitate existente, stat iustitiæ opus. D. Tho. ethic. 8. l. 7. c. 142. col. 1.

Aequalitas est vnitas in quãtitate, Alex. de ales. in 4. metaph. tex. 3. c. 78. col. 1.

Aequalitatis fundamentum nõ est tantum quantitas secundum rem, sed secundum modum. Alex. de ales. in 5. metaph. tex. 20. c. 143. col. 4.

Aequinoctialis pars terræ nõ est habitabilis, propter dominium caliditatis, quod est verum. Auer. meteor. 1. 2. cap. 2. char. 197. col. 2.

Aequum medium est pluris, & paucioris arithmetica proportione: ac propterea appellatur ius *δυνατον*. eo quod *δυνα*, id est bifariam diuisum est, quasi *δυνατον*, id est bipartitum dixeris, & iudex *δυνασις*. quasi *δυνασις*. id est bipartitus dicitur. Arist. 4. ethic. nicom. cap. 4. c. 118.

Aequum, & bonum ius est, & non secundum legem, sed legitimi iuris correctio. Aristot. 5. ethic. ad nicom. cap. 10. char. 134.

Aequus est, qui descripta legibus iusta dimittit, & moderatur; namque legislator ad vnguem definire nõ potest, sed in vniuersum loquitur; hic in eisdem intercedens deligit, quæ legislator particulariter quidem definire volebat, verum ei facere non licuit. Arist. mag. mora. cap. 1. c. 321.

Aequum duplex; vnum numero, alterum dignitate; numero cõ multitudine, & magnitudine idem & equum: dignitate, id quod est secundum rationem, vt 4. ad 2. sic 2. ad 1. ambo enim medietates sunt. Arist. politic. 5. cap. 1. c. 644.

Aequum, & iustum est extra leges scriptas, & accedit partim inuitis legislatoribus, quoties latet, partim volentibus, quoties distinguere non possunt. Aristotel. rhetor. pri. c. 58.

Aequum est rebus humanis ignoscere, nec legem, sed legislatorem spectare; non verba, sed sententiam; nec actionem, sed præelectionem; nec partem, sed totum; nec qualis nunc, sed qualis semper, aut plerumque extitit, & memoria tenere potius commoda, quam incommoda; & quæ accepit commoda, quam quæ attulit; & ad arbitrum, quam ad iudicem accedere malit: æquum enim arbiter iniquetur, iudex legem. & ideo arbiter inuentus est, vt æquum valeat. Aristot. rhetor. pri. c. 58.

Aequitas est, quod naturalis ratio persuasit. Boet. in topic. c. 796.

Aequum, & bonum melius est quodam iusto legali. Alber. mag. ethic. 5. tract. 4. cap. 2. char. 67. col. 3.

Aequitas est directio iusti legalis. D. Thom. ethic. 5. l. 16. c. 97. col. 2.

Aequiuocorum diuisio.

A Equiuocationum aliæ sunt multum distantes; aliæ habent quandam similitudinem; aliæ propinquæ sunt, aut genere, aut similitudine rationis: quapropter non videntur æquiuocationes esse cum sint. Aristotel. phys. 7. sec. 4. cap. 1. c. 189. tex. 31.

Aequiuoca alia à fortuna, alia à cogitatione nostra: quæ diuiduntur in ea, quæ sunt à similitudine, à proportione, ab vno ad vnum. Por. in præd. char. 4.

Aequiuoca alia à fortuna, vt in diuersis locis; idem nomen; alia à consilio, vt eodem nomine aliquos appellare, & hoc esse potest à memoria, vt si filium maiorum nomine appellant à spe, vt si Platonem, quia sperat ipsum futurum philosophum, nuncupabit; ab analogia, vt pedes montis, & lecti; ab vno, vt medicum volumè, medicum pharmacum, ad vnum, vt salubris potio, salubris exercitatio, ab vno vel ab exèplari causa, vt homo pictus à vero, ab aliqua efficiente vt medicum scapellum. Amo. in præd. c. 10. Idem Sim. in præd. c. 8. Idem Boet. in præd. c. 117.

Aequiuoca à memoria, & æquiuoca à spe concurrunt. Ammo. in præd. c. 10.
Aequiuocorum alia sunt, quorū definitiones sunt diuerse voce, & rōne; alia, quorū definitiones sunt æquocæ, vt nomina eorum. Auer. phys. 7. tex. 26. c. 149. col. 4.
Aequiuoca alia secundū rem, alia à casu, & fortuna. Alb. mag. in præd. c. 33. col. 4.

Aequiuoca quid sunt.

A Equiuoca dicuntur, quorum nomen solum commune est, & secundum nomen substantiæ ratio diuersa. Arist. prædic. trac. 1. cap. 1. char. 56. Idem Ammo. in porph. c. 8. col. 3.
Aequiuocum à fortuna est, cum forte fortuna, & sine vlla animaduersione nostra, nec cōsilio res diuersæ idem consequuntur nomen, vt Alexander Priami: Alexander Philippi filius. Por. in præd. c. 4.
Aequiuoca sunt res ipsæ. Ammo. in prædicam. chart. 10.
Aequiuocatio est respectus is, secundum quem res nomine communicantur. Ammo. in prædicam. char. 10.
Aequiuoca secundum declinationem sunt sicut declinatio pluralis, & non plurificatur, vt Venetiæ, & vnus declinatio videtur foemina, & sophista. Auer. epit. in logicam. c. 316. col. 4.
Aequiuoca sunt, quæ cum nomine vna sint, longe diuersæ substantiæ ratione, & diffinitionis discreta sunt. Boet. in por. c. 10.
Aequiuoca sunt, cum vnum nomen diuersis, secundum diuersam rationem impositum est, eo quod vna aliqua proprietas inuenta in diuersis, afficit instituētem, quæ tamen proprietas non per vnam rationem est in illis. Alber. mag. de præd. c. 3. col. 2.
Aequiuoca dicuntur quasi nomen, quod secundū vocem est ex æquo, quo ad imponentem habentia. Alb. Mag. in prædic. char. 33. col. 3.

Aequiuocorum proprietates.

A Equiuocationes magis latent in vniuersalibus, quam in differentibus. Arist. post. 1. 2. c. 13. tex. 22. c. 379.
Aequiuoci distinctio utilis est, quia hinc diluciditas oritur, manifestio factio, quodupliciter dicitur: & ad fieri secundum rem eandem, & non ad nomen syllabificum, & vt non falsa ratione decipiamur. Arist. topic. pri. cap. 14. c. 410.
Aequiuocationes, & amphibologie tres sunt loci, vnus, cum oratio, vel nomen plura significat principaliter; alius, cum soliti sumus sic dicere, tertius, cum compositum plura significat separatim, simpliciter. Aristot. elenc. pri. cap. 3. c. 578.
Aequiuoca definiri non possunt. Alex. aphrod. 1. pri. cap. 11. c. 26. col. 3.
Aequiuocorum non est natura vna, nec ars vna, vnave sciētia; neque principia eadem sunt. Alex. aphrod. in 3. metaph. vel secundum Latinos. 4. com. 2. c. 83. col. 1.
Aequiuocis secundum nomen, quod de ipsi communitur dicitur, nil aliud inter ipsa est cōmune. Alex. aphr. in 3. metaph. vel secundum lat. 4. co. 2. c. 83. col. 1.
Aequiuoca solum non dicuntur multipliciter, sed ea etiam, quæ ab vno, & ad vnum referuntur, vt ens, & vnum est habent. Alex. aphrod. in 3. metaphys. vel secundum latin. 4. co. 2. c. 83. col. 2.
Aequiuocum omne prius distinguendum, mox definendum est. Ammo. in Por. c. 4. col. 2.
Aequiuoca alia ratione vniuoca esse possunt. Ammo. in prædicam. c. 11.
Aequiuocum vt aliquid sit, hæc requiruntur: identitas nominis, & toni; generis, casus, spiritus terminationis. Ammo. in prædic. 9. & Io. gra. de gener. & cor. tex. 44. c. 66. c. 105.

Aequiuoca in diuersa significata, genera autem in diuersas species diuidi consueuerunt. Por. in præd. c. 22.
Aequiuoca vniuoca esse possunt, alia tamen atque alia ratione. Dix. in præd. c. 31. Idem Ammo. in præd. c. 11.
Aequiuoca à similibus, & indifferentibus accipientes aliqua à singularibus eiusdem speciei inter se confessa, speculantes quid commune inter se habeant, facile cognoscimus. Alex. & Eust. 2. post. c. 95. col. 1.
Aequiuocorum significatio illa dici debet prima, quando aliquid primum positum fuerit, & aliena ab illo proficiscitur. Sim. in præd. c. 108.
Aequiuocorum, & vniuocorum media sunt, quæ ab vno ad vnum media dicuntur. Io. gram. de gener. & cor. tex. 44. co. 105. c. 67.
Aequiuoca nō habent subiectū essentiale, neque vnā definitionem. Auer. in epito. metaph. trac. 3. c. 179. col. 1.
Aequiuocum omne per se positum nihil designat, nisi ad quasque res pro voluntate significantis aptetur. Boet. in l. de inter. c. 317.
Aequiuocatio non tantum in nominibus, sed etiam in verbis fit, & in præpositionibus, & in coniunctionibus. Boe. in l. de inter. c. 115.
Aequiuocum omne aliqd habet, per quod æquiuocū reducitur ad vniuocum. Alb. mag. in præd. c. 34. col. 2.
Aequiuocum est ante vniuocum, quia per æquiuocum prædicabile reducitur ad ens, & vnum quod est ante omne genus; per vniuocum reducitur ad omne, quod est commune, vt genus: per denominatiuum, vel per eius rationem omnia accidentis prædicata respiciunt substantiam. Alb. mag. in præd. c. 33. col. 3.
Aequiuocorum & si sint multi modi, primus tamen est propinquior vniuoco, q dicitur multipliciter per analogiam ad vnu, & ab vno. Alb. mag. in præd. c. 34. c. 1.
Aequiuocum omne ad aliquod vniuocum reducitur, quod est ante ipsum. Alb. mag. de intellec. l. 1. tract. 1. cap. 2. c. 50. col. 3.
Aequiuoca multa sunt, secundum concretam rationem naturalis ad materiam applicantis, quæ à logico, & mathematico non considerantur, vt æquiuoca secundum considerationem abstractam. D. Thom. 7. physic. l. 7. tex. 26. c. 111. col. 2.
Aequiuocorum purè æquiuocorum ratio vnus non respicit rationem alterius. Alex. de ales. in 1. metaphys. c. 29. col. 2.
Aequiuocorum ratio hæc est, quod vnu non habeat attributionē ad aliud. Alex. de ales. in 2. metaph. c. 37. c. 4.
Aequiuocum, & analogum in hoc conueniunt, quod vtrunque concernit diuersas rationes: tamen in hoc differunt, quod æquiuocum concernit diuersas rationes simpliciter, & absolute; analogum autem cōcernit diuersas rationes in aspectu ad vnum primum, ita vt in omni analogia, est diuersitas rationum contentū vnu primū. Alex. de ales. in 4. metaph. tex. 4. c. 79. c. 4.
Aequiuoca comprehendunt sub se analogia. Tho. de Vio in præd. c. 35. col. 1.

Aequiuocum, vt fallacia.

A Equiuocationes magis latent in vniuersalibus quam indifferentibus. Arist. post. 2. cap. 15. tex. 22. c. 379. Idem Alb. mag. in post. c. 245. col. 3.
Aequiuocationes magis deprehenduntur in generibus, & vniuersalibus, quam in speciebus, & particularibus. Alex. & Eust. 2. post. char. 92. col. 1.
Aequiuoca primò tractantur in libro prædicamentorum, quia prædicamenta æquiuocè prædicamenta dicitur, & ad sophisticas importunitates nihil potius est, quam nomina distinguere. Sim. in præd. c. 6.
Aequiuocatio & amphibologia licet conueniant, tamen non sunt vna fallacia specie, tum quia vna est in dictione, alia in oratione; tum etiam quia vna est in diuersa senten-

sententia, alia in diuersa significatione. Alber. magn. in elenchos. char. 579. col. 3.
Aequiuocationem proficisci posse à diuerso numero, vel casu, sed à diuerso accentu non posse, facile cognoscitur. Alb. mag. in elenchos. char. 581. columna 2.
Aequiuoca secundum analogiam, nō est facile diuidere, & maximè in iis quæ sunt aliorū principia. Alb. mag. in elenchos. c. 584. col. 3.
Aequiuoca, quæ sunt à casu, facile est diuidere. Alb. mag. in elenchos. c. 294. col. 3.

Aequiuocis an vtiliceat in scientijs.

A Equiuocè dictum est nomen, si est nomen, speciei, & indiuidui, vt Coruus; & aliquid quod est sub cōmuni specie, æquiuocum & illud, & proprium esset, Alexan. aphrod. in topic. cap. 13. c. 18. col. 4.
Aequiuocationes definitionibus maximè sunt impedimento. Alex. & Eust. 2. post. char. 92. columna 1.
Aequiuoca non conferunt ad demonstrationē. Io. gram. pri. post. cap. 2. c. 7. col. 1.
Aequiuocis verbis non est rectum vt in doctrina, nisi in eis, quæ licet sint diuersa, tamen conueniunt in omnibus intentionibus, de quibus possunt dici. Auer. de anima. tex. 20. char. 171. col. 2.

Aer, vt elementum.

A Er se habet ad aquā, ita vt aqua est materia aëria, & aer forma aquæ. Arist. phys. 4. cap. 10. tex. 49. c. 91.
Aer aliquid est, non videtur autem; & tactu fit iudicium eius, quod tangitur. Arist. phys. 4. cap. 4. tex. 78. c. 102.
Aer si fit ex aqua, eadem materia nō recipiens aliqd aliud facta est, sed quod erat potentia, factum est actus, & sic, si aqua fit ex aere. Arist. phys. 4. cap. 6. tex. 84. c. 104.
Aer est grauis, & leuis. Arist. 3. de celo. tex. 28. char. 341.
Aer maior semper sursum magis fertur. Arist. 4. de celo. cap. 3. tex. 10. c. 362.
Aer cum fit ex aqua, & ex graui, leue venit ad ipsum sursum, simul autem est leue, & nō amplius fit, sed ibi est: & sic manifestum est, quod potentia ens in actum veniens proficiscitur illuc, & ad tantum: tale vbi est actus, & quanti, & qualis, & sic de alijs elementis. Aristot. 4. de celo. su. 2. cap. 1. tex. 25. c. 368.
Aer magis diuisibilis est quam aqua, & aqua quam terra. Arist. 4. de celo. su. 3. cap. 7. tex. 45. char. 376.
Aer mediocriter insensibilis est. Arist. pri. de gen. & cor. su. 1. cap. 4. tex. 24. c. 394.
Aer est calidus & humidus. Arist. 2. de generat. & cor. su. 1. cap. 3. tex. 16. c. 427.
Aeri contraria est terra, vt igni aqua: ex contrarijs enim passionibus constituta sunt. Arist. 2. de gen. & cor. su. 1. cap. 3. tex. 22. c. 427.
Aer magis humidus quam calidus, Ignis magis calidus quam siccus, Aqua magis frigida quam humida, Terra magis siccā quam frigida. Arist. 2. de gen. & cor. su. 1. cap. 3. tex. 23. c. 428. Idem D. Tho. 2. de gener. & cor. l. 2. tex. 23. char. 27. col. 2.
Aeris extremū ignis est. Arist. meteor. pri. su. 2. c. 6. c. 471.
Aer australis magis permutatur in aquam, quam borealis. Arist. meteor. 3. cap. 5. c. 555.
Aer circulariter fertur, quia simul trahitur, cū totius circulatione, quia cōtinuus est igni, & ignis corpori cęlesti cōtinuus est. Arist. meteor. pri. su. 1. cap. 4. c. 458.
Aer propter motum prohibetur congregari in aquam, sed semper quacunque particula ipsius grauescit, extruso in superiorem locum calido deorsum fertur: alia autē in parte simul sursum fertur cum exhalato igne. Arist. meteo. pri. su. 1. cap. 4. tex. 1. c. 458.
Aeris locus est maior loco terræ. Aristotel. de plant. 2. cap. 1. c. 382.

Aer calidus est, & incongelabilis. Aristot. de generat. animal. 2. cap. 2. c. 150.
Aer per se insonus est, quia facile dissipabilis est, cum autem prohibetur dissipari, huius motus sonus est. Arist. 2. de anima. su. 4. cap. 4. tex. 83. char. 635.
Aer madere nequit, aqua potest, quia non omnibus est data vis madendi, sed ijs tantum, quæ lenta sunt, & humida. Arist. problem. sec. 25. q. 12. char. 576.
Aere sudo, & aperto cur frigus fit acrius, quam nubilo, cum stellæ, & cœlum sint calida? quia nihil tunc est, quod calorem arcere valeat, sed diffundatur necesse est; at cœlo nubilo arcetur, & Aquilone magis quam Austro. Arist. problem. sec. 25. q. 18. c. 577.
Aeris minus, calidius est, quam plus; cum angusta sint calidiora, quia magis mouetur, qui plurius est; motus autem frigorem acciere potest. cuius indicium, quod calida cum mouetur, refrigerantur. Arist. problem. sec. 25. quæst. 19. char. 577.
Aer altis ædibus solet ventilari, & reciprocari, præsertim cum tempus quietum est, an quod aer prælaxo quodam contextu, & hiatu lento est, ergo cum hic extrinsecus introire inceperit cedit, & cōtrahitur aer, quem domus cōtinet, quo eo lapsō inanior redditur qui foris est, & spatia multo laxiora capeffit, quæ in spatia, aer domesticus relabitur, ferturque expedite eodem, quoniam & ipse pendeat, & natura inanis reniti nequeat, quod cum per multa eius membra eueniat, proximis hunc aer sectatur adductus propulsione primoris, tum eo large foras iam profluente locus internus inanis redditur, & vacuus, externus contra repletur spiffescitque, ac deinde in hunc modum reciproco fluxu actatur. Arist. probl. sec. 25. q. 22. c. 578.
Aer, & aqua pari ratione in nonnullis se habent: nam aqua per prona ocys fluit, quam in planis, atque æqualibus, in quibus stagnat: hoc & spiritus facit, nam locis editis atque excelsis aer assidue mouetur, cauis ex contrario sæpe quiescit, & consilescit. Arist. problem. sec. 26. quæst. 38. char. 590.
Aer cum aquam tangit cur non humescit? nihil enim de cæteris est, quod si tetigerit, humidum non reddatur, quia ita eorum extrema cocunt, vt simul sine villo interstitio sint, nec plano diuerso distinguantur: igitur cætera, quia grauiora sunt, subsidunt, & sibi humorem admittunt: aer vt leuior, nihilo inferius vergit, quam extremum limitet: tangit ergo, quia nihil interiacet: remanet expers humoris, quæ semper super aquā extat, Vide si melior solutio esset, quia aer primum humidum est. Arist. problem. sec. 25. q. 3. c. 573.
Aer cur per aquæ tactionem frigidus reddi potest, humidus non potest? quia natura sua calidus, & frigidus esse potest, at quia leuior est, humidus esse non potest, & summa semper petit. Arist. proble. sec. 25. q. 10. c. 575.
Aer cur bullis contentus, aut de imis aquæ ascendens haud vnquam madidus ascendit: quia humor non insidet sed dilabitur, qui tamen continet bullas, vel minor est quam humefacere valeat. Arist. problem. sec. 25. q. 11. c. 576.
Aer est igni substratus suoptē ingenio, caligine & gelu permixtus, cæterum illustratus agitatione, at que lucens: vnde calorē concipit, & claritatē. In hoc aut ipso vim patibile sortito omnifariamque in aliam & aliā naturā cōmeare natura cōparato, nubes concrefcunt, imbres cum strepitu decidunt, nubes, pruinæ, & grandines; flatus ventorū & tempestatū cientur: simul tonitrua & fulgetra existunt: fulmina inde casitant: sexcentæ denique ibidem conflictationes aeris opacitatis fiunt. Arist. de mundo. cap. 2. c. 810.
Aer, & aqua per se sunt natura alba: ignis autē, & Sol, flauus: terra verò natura alba est, at propter tincturā multicolor apparet, vt in cinere apparet; nam exusto colore, qui tincturam faciebat, albus euadit; non tamen omni

omni ex parte: quod fumo qui niger est, tingatur. Aristot. de color. capit. 1. char. 876.

Aer cominus inspectus nullum videtur habere colorem, nam propter raritatem à radijs vincitur, ab ijs separatur cum densiores sint, & per eum appareat; at cum in profundo cernitur, colore cyaneus apparet, propter raritatem; ubi enim deficit lumen, ibi tenebra interceptus apparet cyaneus: condensatus autem, ut & aqua omnium albidissimus est. Aristot. de coloribus. cap. 3. char. 883.

Aeris suprema pars, quæ super ipsum supernatat, potentia est ignis, id est calida, & sicca ad ignitionem apta. Alexan. aphrod. pri. meteor. cap. 10. co. 33. c. 20. col. 2. Idem Alb. mag. de passio. aeris. c. 117. col. 3.

Aer non est de ijs, quæ exsiccantur. Alex. aphrod. 4. meteor. cap. 6. co. 27. c. 105. col. 2.

Aer quia ignis maximè propinquus est, ideo lumine cito refert. Alex. aphrod. de sen. & sen. ex sec. 2. co. 13. c. 11.

Aer, quæ aialia aspirant, & hauriunt, dum olfaciunt, non nutrit. Alex. aphrod. de sen. & sen. sec. 4. co. 51. c. 21. col. 1.

Aer cur agitatus sit frigidior, cum contra omne motu calidius euadat? quia, quod qualitate superat ita vincit alium, ut aliquantulum mutuo afficiatur, & sic aqua dum calefacit refrigeratur: aer verò cum à nostro calefactus est corpore, si per ventilationem mouetur, alius accedit, qui non est calefactus, & merito is sentitur frigidior. Alex. aphrod. probl. pri. 113. c. 707.

Aer duplex: vnus, qui inter corpora constatum incussa dispellitur: alter, qui ab hoc primùm profectus, mox successu motus continenter ad auditum perfertur. Them. pri. de anim. cap. 29. tex. 85. c. 77. col. 1.

Aer est rarus, non quod partes ipsius inuicem distent, sed quia leuis, & facile diuisibilis: ideo est rarus secundum qualitatem, non secundum positionem. Sim. in præd. c. 71.

Aer humidus ab Aristotele appellatur, eo quod magis proprietatem humiditatis habeat, quæ est, ut proprio termino difficile terminetur, facile alieno. Sim. 3. physic. tex. 47. c. 171. col. 2.

Aeris virtus dicitur leuitas, aeris vitium crassities. Sim. 4. phy. c. 217. col. 1.

Aer humidum non permanet in ipsa mutatione in aqua, nisi secundum cognationem: quia aliud est humidum formæ aeris, aliud formæ aquæ. Sim. 5. phy. c. 300. c. 1.

Aer particeps ponderis, & leuitatis est: ideo initium ac momentum internum, originem ferendi sumit ab ipso projiciente ad idem latus; & donec seruauerit inchoationem, & momentum mouendi, quod obtinuit ab eo, quod vim mouendi dederat, mouebit, & feret id, quod prius, velut si eest ipsi traditum. Sim. 8. phy. c. 482. col. 1.

Aer molem maiorem & magnitudinem obtinet terra, quæ in minori ambitu magnitudinis existit. Io. gram. pri. phys. tex. 32. c. 15. col. 2.

Aer est substantia humida, & calida. Magent. in pri. c. 10. col. 3.

Aer & aqua talem habent naturam, quod cum accipiunt principium ab alio mouendi, mouentur per se. Auer. phys. 8. tex. 82. c. 195. col. 4.

Aer, si poneretur in loco ignis, descenderet inferius: & aqua, si poneretur in loco terræ, ascenderet. Auer. pri. de celo. tex. 8. c. 4. col. 4.

Aeris natura est similis medio inter duo extrema, non quia sit admista duobus extremis. Auer. 3. de celo, tex. 28. c. 92. col. 1.

Aer de mente Arist. habet grauitatem in loco suo, non leuitatem. Auer. 3. de celo, tex. 56. c. 101. col. 3.

Aer videtur fortior omnibus elementis. Auer. 3. de celo. tex. 56. c. 102. col. 1.

Aer & aqua facile terminantur ab alienis. Auer. 3. de celo, tex. 67. c. 104. col. 4.

Aeris & aquæ grauitas, maior est leuitate, quam habent in suis locis; ideo cum aliquis expellit aerem ad inferius, facilior est eius motus, quam ad superius: & simi-

liter de aqua. Auer. 4. de celo. tex. 29. c. 118. col. 4.

Aerem habere in se grauitatem & leuitatem aliquam, est manifestum, quia est medium inter extrema. Auer. 4. de celo. tex. 29. c. 118. col. 4.

Aeris grauitas si non esset maior quam leuitas, sed essent æquales, res compositæ ex igne, & aere, ut assub, & fulmina non descenderent inferius. Auer. 4. de celo. tex. 39. c. 121. col. 3.

Aerem maiorem grauitatem habere quam leuitatem signum est, quod in causa leuitatis est calor, & grauitatis humiditas, quæ in aere maior est quam calor. Auer. 4. de celo, tex. 39. c. 122. col. 3.

Aer, & aqua cum accipiunt principium motus superius, aut inferius, mouentur aliquandiu illo motu, postquam motor qui euerit, quia habent leuitatem, & grauitatem. Auer. 4. de celo, text. 39. c. 122. col. 4.

Aeris duo sunt loca: vnus superior, in quo fiunt cometae, & flammæ; alius est, in quo fit pluuia, nix, pruina, & grando. Auer. meteor. pri. cap. 4. c. 187. col. 4.

Aeris grossitudo est, cum appropinquatur naturæ aquæ, & aquæ grossitudo, cum appropinquatur naturæ terræ. Auer. meteor. 4. c. 210. col. 4.

Aer prædominatur ei, quod habet grossitiem ex admisione aeris, & aquæ, ut oleum, & ideo natat super aquam, & ei quod coagulatur ab aeris partibus, vel a calido. Auer. meteor. 4. char. 212. col. 4.

Aer potentia est calidus, & humidus, licet actu nullum habeat contrarium in excellentia, sed variatur secundum actum, suscipiens omnes differentias contrariorum. Alb. mag. pri. phys. tract. 3. cap. 6. c. 10. col. 3.

Aer iuxta ignem magis igneus est, iuxta terram magis conaturalis terræ. Alb. mag. 4. phys. tract. 2. cap. 7. c. 49. c. 2.

Aer est grauis & leuis per naturam, non ut mistus ex vitroque, non enim esset corpus simplex, sed ut habens qualitatem simpliciter, quæ est per modum mediæ qualitatis, inter simpliciter grauem, & simpliciter leuem. Alb. mag. 3. de celo. tract. 1. cap. 7. c. 47. col. 2.

Aeris motus sunt diuersi, quia frigus ex sphaera Saturni, calor ex Martis, temperies in frigido ex sphaera Veneris, miscibilitas, & facilis passibilitas ex sphaera Mercurij, temperies ex calido ex sphaera Iouis. Alb. mag. pri. de gen. & cor. tract. 6. cap. 4. c. 70. col. 3.

Aer, qui immediate tangit terram, est humidus accidentali humido, super humidum naturale ex multo vapore terræ, & aquæ. Alb. mag. pri. meteor. tract. 1. c. 79. col. 7.

Aeris subtilitas est ultra speciem vaporis. Alber. mag. pri. meteor. tract. 1. cap. 9. c. 79. col. 4.

Aer per naturam vbique est calidus, sed in superiore regione, est per accidens calidus magis, quam per naturam, & per accidens siccus: in inferiori per naturam, & per accidens calidus, & humidus: in intermedio vero per accidens est frigidus, & per naturam calidus. Alber. mag. pri. meteor. tract. 1. cap. 9. c. 79. col. 4.

Aer non lucet, quia non est spiritum. Alb. mag. pri. meteor. tract. 2. cap. 6. c. 81. col. 2.

Aeris tres sunt regiones: superior, media, infima. Inter has autem sunt duæ: vna inter infimam, & mediam; alia inter mediam, & extremam. Infima est calida, per percussionem luminis cælestis, & humida per vapores, qui fiunt ex terra, & aqua. Media est frigida ex priuatione duplicis causæ. i. vicinitatis ignis, motus orbis, & radiorum reflexionis; & est excellenter frigida, & humida. Media autem inter infimam, & mediam est temperate calida, & humida. Suprema est excellenter calida & sicca. Media autem inter mediam, & supremam, est temperate frigida, & temperate sicca. Alber. mag. 2. meteor. tract. 1. cap. 3. c. 85. col. 2.

Aeris superior pars, quæ est iuxta illam, quæ æstus appellatur, in tres partes diuiditur; in supremam, mediam, & infimam. Suprema calidior, infima frigidior, media temperata, in qua res generantur. Alber. magn. 2. meteor.

teor. tract. 1. cap. 3. char. 86. col. 2.

Aer & vapor solum intus, & extra subiectum fiunt violentiæ. Alb. mag. 3. meteor. tract. 3. cap. 23. c. 109. c. 2.

Aer respectu inferiorum in motu suo est ignis. Alb. mag. de mor. & vita. tract. 2. cap. 8. c. 62. col. 1.

Aer verus non est, qui attingit ignem, nec, qui attingit aquam, sed, qui in medio est. Alber. magn. de nat. loc. dist. 1. cap. 3. c. 93. col. 4.

Aer superius est æstuosus, calidus; inferius vaporosus, & calidus, propter percussionem: in medio est frigidus, propter priuationem vtriusque caliditatis. Alb. mag. de nat. loc. dist. 1. cap. 3. c. 93. col. 4.

Aer ille optimus, qui cito recipit temporis qualitatem. Alb. mag. de nat. loc. dist. 2. cap. 13. c. 98. col. 4.

Aer, qui sui commissione facit spiritualitatem in generatis, & spiritus, est materia, & suo motu ducit sursum aquam & terram sibi comistam, & velut generatorum virtutes, ex loco innumerabiles recipit proprietates, & naturas. Alb. mag. de nat. loc. tract. 2. cap. 1. c. 99. col. 3.

Aere dempto, non est, nec nutritur spiritus in corpore animalis. Alber. magn. de propriet. elem. l. 1. tract. 1. cap. c. 2105. col. 3.

Aer purus occidit; qua de causa montes altissimos ascendentes Philosophi spongas aquis intinctas ante nares secum portarunt, ut per has grossior esset aer spiritus. Alb. mag. de propriet. elem. l. 1. tract. 1. cap. 2. c. 105. c. 4.

Aeris quatuor Antiqui proprietates dixerunt; primo, quod medium sit inter coelum, & terram: secundo, quod sit fortissimus omnium elementorum, quia cum spiritu ripas, & turres deijcit: tertio, quod omnibus, quæ augentur, præbet incrementum: quarto, quod esset spiritus Deorum. Alber. mag. de propriet. elem. l. 1. tract. 2. cap. 10. c. 111. col. 3.

Aer corruptus plus inficit, quam cibus, vel potus. Alber. mag. de propriet. elem. l. 2. tract. 2. cap. 1. c. 115. col. 3.

Aer non est vaporabilis, aut sit rarior ultra sui naturam, & tunc est ignis; aut densior, & non est vapor, quia vapor generatur per sublimationem, vel rarefactionem; sed tunc efficitur aqua vel terra. Alb. magn. de passion. aeris, char. 117. col. 3.

Aeris inferior pars, cum sit circa terram, habet ex aqua, & terra frigus, caliditatem vero ex radiorum repercussione. Alb. mag. de passio. aeris, char. 117. col. 3.

Aeris media pars est frigida, tum quia desituta est ab ignis calore, & stellarum radijs: tum etiam, quia ad illam reperculli radij non perueniunt. Alb. mag. de passion. aeris, char. 117. col. 3.

Aer est elementum obediens facile impressioni, cuius motus fit ad omnem partem natura sui. Alber. mag. de passion. aeris, char. 119. col. 3.

Aerei humoris consuetudo, est adhærere partibus aquæ, propter symbolum, quod habet cum aqua. Alb. mag. de veget. l. 4. tract. 1. cap. 2. char. 141. col. 1.

Aeris substantia & qualitates, participantur diuersimode ab animalium corporibus in spiritu discurrere in corporibus, & feminibus eorum; sed substantia aeris simplex, non potest esse de alicuius animalis constitutione, quia non est aer corporearum figurarum retentiuus. Alber. mag. de ani. l. 2. tract. 1. cap. 3. c. 163. col. 1.

Aerem participant corpora, ut est mobilis ordinate perspicuus, & non intemperatè calidus, & ut ingreditur per poros; & sic venenosus corrumpit corpora, & ut refractè est in mixtis. Alber. mag. de ani. l. 20. tract. 1. cap. 3. char. 163. col. 1.

Aer & ignis simplicem generationem habet; in istis enim non generatur pars ante partem, sed simul generantur, & alterantur totum, & partes. D. Thom. in physic. l. 8. tex. 59. c. 99. col. 1.

Aer cum ex aqua generatur, est corruptio secundum quid, & generatio simpliciter, quia perfectior forma inducitur, & imperfectior abiicitur. D. Thom. 4. physic.

l. 8. tex. 49. c. 54. col. 2.

Aer non est naturaliter frigidus, sed per accidens. D. Tho. 1. de gen. & cor. l. 10. tex. 23. c. 10. col. 2.

Aer habet frigus congelatum ex Saturni sphaera; temperies in calido est ex sphaera Iouis; temperies in frigido ex sphaera Veneris; æstus ex sphaera Martis, commiscibilis siccitas, & facilis passibilitas ex sphaera Mercurij. D. Tho. 1. de gen. & cor. l. 24. tex. 84. c. 22. col. 3.

Aer necessario recipitur in pulmone, quia animalia gressiva, in hac parte maiorem calorem habent, quam in alia. D. Tho. 2. de ani. l. 18. tex. 89. c. 39. col. 3.

Aer calidus est ex affinitate ad ignem, secundum se autem humidus; quæ humiditas est prima inter qualitates passiuas, quasi calore humidum resoluente, & non consumente, propter maiorem distantiam à corpore cælesti. D. Tho. de sens. & sensato, lec. 10. c. 11. col. 4.

Aer & aqua, sunt minus formalia quæ ignis, ideo sunt tantum diaphana. D. Tho. de nat. lumin. opusc. 51. c. 84. col. 2.

Aeris dispositio non est iudicanda secundum se simpliciter, propter dispositionem eius, qui circa terram, vel aquam vniuersaliter, sed tantum quoad illam partem, de qua agitur. Pet. de aluer. 4. de celo. l. 3. tex. 3. c. 76. col. 2.

Aerem duobus modis intelligere possumus; secundum se, & secundum dispositionem eius naturalem; & sic nullam habet grauitatem, quia à loco suo moueatur; alio modo secundum accidens cum cõtingat propinquum terræ in frigidari & igni caleferi; & leuem, & grauem esse posse non est inconueniens. Pet. de aluer. 4. de celo. l. 3. tex. 39. c. 78. col. 2.

Aer diuisibilior est quam aqua, quia humidior, & magis terminabilis, quam ipsa. Pet. de aluer. 4. de celo. l. 3. tex. 41. c. 79. col. 2.

Aer, ut inseruit motui.

Aer & aqua, si perduri, & resistentes, ac non cedentes fuissent, non fuisset mutatio localis. Mich. eph. de ani. incess. c. 60. col. 4.

Aer adiuvat graui grauitate, leui leuitate. Auer. 3. de celo, tex. 28. c. 91. col. 4.

Aer & aqua sunt necessaria in motu lapidis. Auer. 3. de celo, tex. 28. c. 92. col. 2.

Aer est vt instrumentum necessarium motui violento. Alb. mag. 3. de celo, tract. 1. cap. 7. c. 47. col. 2.

Aer deseruit motui naturali locali, vt instrumentum. Alb. mag. 3. de celo, tract. 1. cap. 7. c. 47. col. 2.

Aer non requiritur ex necessitate ad motum naturalem, vt in violento; quia id, quod mouetur secundum naturam, habet sibi instam virtutem, quæ est motus principium, contra Auerroem. D. Thom. 3. de celo. l. 7. tex. 28. c. 61. col. 3.

Aer, vt respirabile.

Aer, qui respiratur, vtitur natura ad duo opera; vt lingua ad gustum, & locutionem; scilicet ad refrigerationem caloris interioris, & ad vocem. Arist. 2. de ani. fu. 4. cap. 4. tex. 88. c. 637.

Aerem quæcumque animalia accipiunt, & reddunt, habent pulmonem, arteriam, gulam, & situm gulæ, ac arteriæ similem, quamquam eas partes dissimiles, pulmonem autem ne situ quidem simili continent. Arist. de hist. anim. 2. cap. 15. char. 59.

Aer, vt inseruit visui.

Aer cum sit apparens incorporeus, apparere facit, quod intermedium sit vacuū. Arist. phys. cap. 8. tex. 40. c. 88.

Aer perspicuus transparent, minus lumen, & refractionem suscipiens omnimodos colores facit, maxime purpureum, & purpureum; quia hi colores maxime ex igneo

igneo & albo fiunt permittis, secundum superappositiones. Arist. meteor. pri. su. 2. cap. 1. tex. 1. c. 462.

Aer cur cum luce, sit crassior, solida permeat, lux non permeat; quia lux per directum tantum fertur; at aer nullo impedimento arceatur, quoniam qua transit, tendere est directo non solet. Arist. proble. sect. 2. q. 9. c. 575.

Aer est colorum traiciens, ipsorum est expers: quod si proprium haberet colorem, color ille ad alios traiciendos colores ei impedimento esset. Ioan. gram. 2. de ani. tex. 69. c. 54. col. 3.

Aer, vel quoduis aliud perspicuum, cum est in propria natura purum, nec aliquo colore inspersum, tunc habet solam medij rationem obiecti. D. Thom. 3. meteor. l. 5. c. 186.

Aer, ut auditui inservit.

Aer, si haberet sonos, non reciperet sonos: & diaphanum, si haberet colores, non reciperet colores. Arist. 2. de anima, tex. 83. char. 143. col. 4.

Aeris, qui est in auribus, motus proprius est, & motus soni est extraneus: quapropter iste motus non impedit motum soni. Arist. 2. de ani. tex. 84. c. 143. col. 4.

Aer, qui est in auribus, inædificatus est, ut immobilis sit, ut sentiat omnes motus differentias. Arist. 2. de anima. sum. 4. cap. 4. tex. 83. char. 636.

Aer quanto magis refrangitur, tanto plures ictus reddet. Alex. aphrod. pri. de anim. cap. 14. c. 36. col. 2.

Aer noctis liberior est ab omni turba, quia tempus conticescitur est. Them. de diuin. p. somn. cap. 8. c. 101. c. 3.

Aer est in aurium concavitatibus contentus, qui est membranae, & pelliculae congenitus: qui sonos ab externo aere suscipiens, & habens in se facultatem transuettricem sonorum, per se ipsum ad membranam sonos transehit, qui per partes corrumpitur: si autem totus corrumpitur, simul perit & auditui facultas. Io. gram. 2. de ani. tex. 81. c. 60. col. 1.

Aer in auribus inclusus, & inædificatus non cohæret congenitus, sed est inseparabilis. Ioan. gram. 2. de ani. tex. 111. c. 69. col. 4.

Aer si haberet sonos, non reciperet sonos, & diaphanum si haberet colores, non eos reciperet. Auer. in 2. de ani. tex. 83. c. 143.

Aeris, qui est in auribus, motus proprius est, & motus soni est extraneus: ideo iste motus non impedit motum soni. Auer. 2. de ani. tex. 84. char. 143. col. 4.

Aer sic immutatur, cum sit sonus, ut aqua, cum aliquod in eam projicitur. D. Tho. 2. de ani. l. 16. tex. 80. c. 37. c. 3.

Aer, ut alteratur à corporibus caelestibus.

Aer calidior est post remotionem Solis ab isto loco propinquo, magis quam sit in tempore, in quo est in illo loco propinquo, cum hoc quod calefactio non est intensior, propter minorem reflexionem, seu maiorem oppositionem: & causa est, quia aer dispositus est. Auer. meteor. 2. cap. 2. c. 193. col. 2.

Aer alteratus à qualitatibus corporum caelestium mouet appetitum in animalibus, & intellectum practicum in hominibus. Alber. mag. 8. phys. trac. 1. cap. 10. c. 92. c. 1.

Aeriflon auis est rapax, & inter rapaces nobilissima, & est de consuetudine falconum; aues obuiantes interfectas deiecit, ruffas pennas habet, caudam longam, vngues, & crura maxima, parum maior quam Aquila: capit capreolos, & infidet eis, & cerebrum capite perforato excutit, & sic interficit. Nidum in altissimis montibus fruit. Iuuenis si accipitur, ita domesticatur, ut sine ligatura stet in domibus, & omnem prædam capit, & domino reponit. Alber. mag. de animal. lib. 23. cap. 1. c. 186. col. 1.

Aer non est inflammabile; quia habet vnamquamque partem

non continuam, & minus quam ut flammam emittat. Arist. meteor. 4. su. 3. cap. 2. tex. 48. c. 583.

Aes in Cypro circa Tirthyam fieri aiunt, quod ruricola minutatim contusum, ut constat, seminatur, posthacque in id eruptis aquis augetur, & redditur, & hoc modo colligitur. Arist. de admir. aud. c. 846. 41.

Aes adeo lucidum, & purum rubigineque carens apud Indos reperiri aiunt, ut neque colore distet ab auro, sed in Darij poculis cados nonnullos pluresque inueniri, qui nec alio pacto quam odore, ænei sint, an aurei, cognosci nequeunt. Aristotel. de admir. aud. c. 847. 47.

Aes Mosynicon, non commitione flammæ, sed ex terra, que cum eo nascitur, decoquitur ut lucidissimum candidissimumque existere; authoremque huius temperamenti neminem docuisse asseuerant. qua de causa res æneæ, quæ superiori tempore molitæ, ea in regione fuerunt, recentiores longè excellere videntur. Arist. de admir. aud. char. 850. 61.

Aere incisus facilius sanatur, quam ferro; quia æs medicamento vim obtinet, & principium vnumquodque est pars potissima rei. Aristot. problem. sect. 1. q. 35. c. 342.

Aes, & argentum, ideo forsitan sonora sunt; quia multum aerem in se habent. Io. gra. in 2. de ani. tex. 77. c. 58. c. 4.

Aes conglutinatur ferrum, & argentum; quia in eis argentum viuum est subtile, & purum. Alber. mag. in 3. de miner. ex tract. 2. cap. 1. c. 146. col. 2.

Aes fit ex argento viuo plusquam oportet, habens aliquantum adurentis sulfuris ad formam ruboris deductum. Alber. mag. in 4. de miner. ex tract. 2. cap. 6. c. 148. col. 3.

Aeri liquefacto si tuchia alba miscetur, vel rubea, conuertit ipsum in colorem auri. Alber. mag. in 4. de miner. ex tract. 2. cap. 6. char. 148. col. 4.

Aesalo cum vulture pugnatur. Aristotel. de histor. animal. 9. cap. 1. char. 317.

Aesalo Vulpi est inimicus: ferit enim, & pilos eius euellit, occiditque catulos, vncis nanque vnguibus est. Arist. de hist. anim. 9. cap. 1. char. 318.

Aesopi fabulæ de Caribdi simile est dicere mare tandem deficere. Arist. meteor. 3. su. 1. cap. 3. c. 500.

Aestas si est sicca, & aquilonia, autumnus humidus, & austrinus, hyeme proxima, dolor capitis, raucitas, tussisque oriuntur, atque in tabem demum euadunt: quia hiems multum materiam excipit, itaque humorem cogere, atque pituitam conficere, magnum ei negocium est. Quod si in capite humor confiterit, grauitatem committit: & si nimius frigidusque est, crudorem mouet: & si ob nimiam sui copiam cocrescere non potuit, in locum defluit proximum, & ita tussim, raucitatem, & tabem contrahit. Arist. probl. sec. 1. q. 10. c. 334.

Aestas si sicca, siccusque autumnus aquilones habuerint, mulieribus, & omnibus pituita abundantibus secunda valetudo contingit: quia natura vitrorumque in alteram exuberat partem, & tempus trahendo in contrariam partem, ad medium habitum, bonumque perducit. Arist. problem. sec. 1. q. 11. c. 334.

Aestas sicca, & aquilonia, & autumnus siccus iisdem aquilonibus perflatus morbos biliosos infestat, quoniam ad idem corpus eorum, ac temporis habitus vergunt: itaque velut ignis igni adjicitur. Cum enim corpora exiccantur quantumque in his dulcedinis erat, euaporatum sit, vehementerque incalescant, necesse est, ut dum humor consumitur, aridæ lippitudines orientur; residuoque, quod biliosum remanserit, recalescente, febres acutæ, ut ex bili sincera, inuadant: & nonnullos insania rapit, quorum natura atra bile abundat. Arist. problem. sect. 1. q. 12. c. 334.

Aestas cum calida, & hiems frigidissima sit, cur corpora tactu frigidiora per æstatem sint, quam per hyemem? quia in contrarium tempore, & rigor, & calor circumobstitit, intusque per æstatem calor refugit: itaque sub-

rem exprimere potest; per hyemem verò vis frigoris arcet, & corpus quasi terra euaporat. Aristot. probl. sec. 35. nu. 4. char. 654.

Æstata magis aduersa valetudine laboratur, hyeme magis qui laborant moriuntur; quia calor, qui per hyemem intus propter corporum densitatem coercetur, parum adiuuat, nec labor operum, qui per id tempus suscipitur, excrementa humorum potest concoquere, ideo validam esse mali originem necesse est. Contra in æstate quoniam corpus rarum, refrigeratum, atque laborum impatiens est, ideo ob lassitudinem, & crudelitatem ciborum (nouum fructus adsunt) morbos plures oriri necessario videtur: quos tamen non ita validos esse naturæ ratio patitur, ideo facultas huiusce datur facilius succurrendi. Arist. problem. sec. 1. q. 25. ch. 339.

Æstimatio est vniuersaliter iudicium de vniuersitate solum sensu. Auer. epitom. in legic. ch. 360. col. 1.

Æstimatiua est in prima parte cellæ cerebri, quæ calida est ex motu multi spiritus ad ipsum. Alber. magn. in 2. de ani. tract. 4. cap. 7. ch. 31. col. 4.

Æstimatiua differt ab imaginatiua in ipsa specie, quæ comprehenditur, quia elicit intentiones, quæ in sensu non sunt scriptæ, quod imaginatio non facit; igitur non substantia, sed secundum esse differt. Alber. mag. in 3. de ani. tract. 1. cap. 2. ch. 33. col. 3.

Æstimatiuam sequitur motus, vel affectus, mixtus, vel tristitia; imaginatiuam autem hæc non sequuntur. Alber. magn. in 3. de anim. tract. 1. cap. 2. ch. 33. col. 3.

Æstimatiua ad imaginationem sic se habet, ut intellectus practicus ad speculatiuum; ideo non penitus apprehensua est virtus hæc, sed motiua; quia determinat ad quid mouere debet animal. Alber. mag. in 3. de anima. tract. 1. cap. 2. char. 33. col. 3.

Æstinatio in duobus optima fit, & tertium in præcedenti phantasia præsupponit. Primum est, quod vult habere subtile valde, & clarissimum spiritum, in quo per modum cuiusdam abstractionis resuldet aliquid, quod non in sensu, sed cum sensibili perceptum est: & hoc est conferens, vel nociuum in operabilibus per nos in arte, vel moribus, vel etiam de conferentibus ad effectum naturalis conseruationem. Secundum est organi bonitas, in quo tales intentiones formarum depinguntur: hæc enim sua opacitate, aut frigiditate, aut caliditate, aut humiditate, aut nimia siccitate, aut obscuritate, aut contraheret, aut commiseret, alia in ipsas intentiones eleuando, aut sua superfluitate distrahendo, aut duritia immobilitaret intentiones formarum. Tertium autem, quod suppositum est, est bona, & optima compositio, & diuisio formarum, à qua tempore intentiones eliciuntur: aut de mala, & falsa, aut etiam absurda compositione, vel diuisione non conuenientes eliciuntur intentiones. Alber. mag. de animalibus. lib. 8. tract. 6. cap. 1. char. 84. col. 3.

Æstimatiua naturalis dat animalibus, ut per ea ordinentur in actiones proprias, vel passionem prosequendas, vel fugiendas. Diuus Thomas in secundo de anima. lect. 13. tex. 65. char. 34. col. 1.

Ætas omnis labitur in frigiditatem, cum iam corpus inclinatur, & confenescit. Arist. de genera. ani. cap. 4. c. 278.

Ætates sunt iuuetus, vigor, senectus. Arist. rhetor. 2. c. 98.

Ætate media constituti, mores quoque medios inter iuuenes, & senes habent. Arist. rhetor. 2. char. 101.

Ætates effectuum formas commutant. Io. gram. in 1. de ani. t. 14. ch. 10. col. 3.

Ætatem proprie non habent non viua. Alber. mag. de iuuen. & senect. tract. 1. cap. 1. ch. 48. col. 2.

Ætas in omnibus ætate participantibus in quatuor ætates diuiditur: in ætatem congruentem tam in substantiam, quam virtutem, quæ est puerilis: in ætatem standi tam in substantia, quam in virtute, quæ est virilis; in ætatem sine diminutione substantiæ, quæ est se-

nectus: & in ætatem dimittendi virtutem, & substantiam, & est ætas decrepita. Alber. mag. de iuuen. & senect. tract. 1. cap. 2. ch. 48. col. 3.

Ætas prima est ætas augens virtutem, & substantiam; in viuus enim virtutes sunt vegetabiles, alia sunt animales, & vitales, aliæ sunt alentes, augentes, & generantes; alætes autem in principio huius ætatis sunt diminutæ tribus de causis, quia organa sunt incopleta, & quia humiditas est multa, & ob defectum quantitatatis: quia omnis virtus crescit proprio subiecto crescente, & decrescit decrescete. Alber. mag. de iuuen. & senect. tract. 1. cap. 3. c. 48. col. 4.

Ætas prima diuiditur in quinque partes. Prima est fluens vapore humido multo. Secunda est quasi plantatio quorundam organorum, ex humido exiccato, & paulatim terminato. Tertia est, que concutit, & quasi subijcit, & domat humorem vniuersaliter ab inordinato motu eius, ut stet ad facturam substantiæ, & quantitatis. Quarta est cum calor iam præualere incipit, ita ut rescindat, & reijciat superfluum. Quinta est, cum iam calor plene conualuit, & conuertit humidum ad principium siccitatis, & hoc est, cum est in statu fortitudinis in ultimo suæ quantitatis perfectæ. Alber. mag. de iuuen. & senect. tr. 1. cap. 3. ch. 48. col. 4.

Ætas pueri, & iuuenis æqualiter sunt calidæ ambo, ut ait Galenus, sed prima ætas excedit in quantitate caloris; secunda in qualitate. Alber. mag. de iuuen. & senect. trac. 1. cap. 4. ch. 49. col. 3.

Ætatum duarum primarum, pueritiæ scilicet, & virilitatis medietates accedunt ad temperantiam complexionis; duarum autem extremarum, senectutis scilicet, & decrepitiæ accedunt ad intemperantiam; vna secundum siccitatem, alia secundum frigiditatem: quæ duæ sunt causa mortis. Alber. mag. de iuuen. & senect. trac. 1. cap. 6. ch. 50. col. 2.

Ætates sunt quatuor: puerilis, vel incrementi vsque ad triginta annos; status vsque ad 35. vel 40. diminutionis vsque ad 50. vltima senilis cum notabili destitutione vigoris, & substantiæ. Albertus Magnus, lib. 12. trac. de animalibus. cap. 5. char. 103. col. 4.

Ætatibus diuersis eadem non conueniunt. Alber. mag. ethic. 8. tract. primo. cap. 5. char. 92. col. 2.

Ætates non diuersificantur semper in septennio, sed aliquando prius. D. Thom. politic. lib. 12. ch. 124. col. 1.

Æternitatis diuisiones.

Æternitas multis dicitur modis, quorum primus & proprius est, quod est spatium principio & fine carens, non habens in se prius, & posterius, nec aliquid successione; eo quod non mensurat id, quod fit, vel immutatur, sed potius quod stat vno modo, nihil amittens in præterito, nec acquirens in futuro. Alio modo dicitur spatium rei incommutabilis, secundum omnem speciem mutationis, licet habeat principium in esse, & hoc modo sunt necessaria, & impossibilia. Tertio modo dicitur spatium variatum, quod non habet principium nec finem sub quo modo dicitur spatium habens principium, & non finem. Alio modo dicitur æternitas delectatio, & possessio vitæ intellectualis, quæ est in tali substantia eterna. Alber. mag. 4. phys. trac. 4. cap. 1. ch. 58. col. 3.

Æterna sunt aliqua per participationem veri æterni, ut angeli, & intelligentiæ. Alber. mag. 4. phys. trac. 4. cap. 3. ch. 59. col. 1.

Æterna ut æterna non sunt in tempore, non enim mensurantur, nec continentur à tempore, nec aliquod patiuntur. Arist. phys. 4. cap. 6. tex. 117. char. 115.

Æternis in rebus ex agente sequitur actum necessario; sed in generabilibus, & corruptibilibus sequitur actum in maiori parte; & hinc sequitur in æternis esse agens. Auer. in phys. 2. tex. 74. ch. 35. col. 4.

Æterna non continentur à tempore. Auer. in phys. 3. t. 32. c. 47. c. 2.

Aeternum impossibile esse probat Aristoteles, cui in-
sit potentia ad corruptionem. 1. cœli. text. 124. Auer.
phys. 8. t. 78. c. 194. col. 1.
Aeterni locus est æternus. Auer. 2. de cœlo. tex. 2. c. 45. c. 3.
Aeternum aliquid in tempore præterito, & corruptibi-
le in futuro esse impossibile est. Auer. ex paraphra-
si 2. de gene. & cor. c. 179. col. 2.
Aeternitas est mensura existentium temporalium, &
æternorum; non per extensionem, sed per indefic-
tiam. Alber. mag. in 6. princ. char. 71. col. 3.

Aeternitatis definitio.

Aeternitas est mora siue spatium continuum non in-
tersectum, quia suum esse totum simul habet, &
perfecte. Alb. mag. 4. phy. tract. 4. cap. 2. c. 58. col. 4.
Aeternitas est interminabilis vitæ possessio, tota simul &
perfecta. Alb. mag. 4. phy. tract. 4. cap. 2. c. 58. col. 4.
Aeternitas est duratio quædam indeficiens, & omnino
immutabilis. Alb. mag. 8. phy. trac. 1. cap. 1. c. 88. col. 2.
Aeternum vel dicitur, quod nec initium, nec finem ha-
bet per generationem, quæ est materia, & est ens sim-
plex, & immobile: sic intellectus, & agens, & passibilis
est æternus. Si autem dicitur æternum, quod nullo
modo per potentiam, & actum exiuit in esse, nec cum
tempore, nec post tempus, sic sola prima causa est
æterna. Alber. magn. contra Auer. de vniv. intel. cap. 7.
char. 84. col. 4.
Aeternum idem est, quod terminos esse non habens. Al-
ber. magn. de caus. & process. vniuersita. à prima causa.
lib. 2. tract. 1. cap. 8. c. 206. col. 2.
Aeternitas est mensura durationis æternorum à nunc stan-
te, & non se mouente causato. Alber. mag. de caus. & p-
cess. vniuersita. à prima causa. l. 2. cap. 2. trac. 1. c. 202. c. 1.
Aeternitas (vt ait Boetius, 5. de consolatione) est inter-
minabilis vitæ possessio, tota simul existens, & perfe-
cta. Alber. mag. de caus. & process. vniuersita. à prima
causa. lib. 2. tract. 1. cap. 8. char. 202. col. 2.
Aeternitas omnis est esse quidem, non tamen omne esse
est æternitas. Alber. magn. de caus. & process. vni-
uersita. à prima causa. l. 2. tract. 1. c. 202. cap. 10. col. 4.
Aeternitatis temporis rationes ab Aristotele adductæ
non sunt demonstratiuæ; nam si ponimus tempus
quoque incepisse, oportet ponere prius nisi quid ima-
ginatum. D. Thom. in 2. metaphysic. c. 860. l. 6. t. 30.

Aeternitatis proprietates.

Aeterna nullum tempus habent, nec finitum, nec
infinite, in quo possibile sit, vt non sint, etenim
finito tempore potest esse, si & infinito. impossibile
est ergo semper aliquid esse, & corruptibile esse.
Arist. pri. de cœlo. tex. 121. c. 284.
Aeternum est quicquid est; si quidem fieri non potest, vt
ex nihilo quippiam existat: nam siue omnia, siue non
omnia facta sunt, vtroque modo efficietur, vt ex nihilo
fiant. Arist. de Xenoph. & Zen. c. 913.
Aeterna dum agunt, non afficiuntur labore. Sim. 8. phys.
tex. 49. c. 445. col. 2.
Aeternitatem omnia appetunt, non solum essentiam.
Io. gra. 2. de ani. tex. 37. c. 45. col. 4.
Aeterna sunt, quæ primo principio proxima sunt, quo-
niam omnia esse appetunt, & ipsum melius, cum di-
minutione tamen à primo principio, quia sunt cum
dimensione, & mutant locum; remota autem cum
non possint esse æterna numero, specie æternitatem
sortita sunt. Ioan. gram. 2. de gener. & cor. tex. 59.
co. 48. c. 147.
Aeterna non sunt in tempore, sed in æternitate, vel indi-
uidua, & momentanea, quæ in vno momento consi-
stunt. Pselus. 4. phys. c. 39.

Aeternum nisi aliquid sit, sui natura, nec generatio sub-
sistet. Sirian. 2. metaph. vel 3. secundum Latin. c. 29.
Aeternitatis priuatio rebus inest, quia eis accidit priua-
tionis possibilitas. Auer. prim. phys. ex med. ex po-
sit. c. 200. col. 3.
Aeternitas est in continuo essentialiter, & in successiuo
accidentaliter. Auer. phys. 8. tex. 56. c. 181. col. 1.
Aeternitas motus cœli causa, non est causa completa;
quia si ita esset, in corpore finito inueniretur virtus
infinite, sed est causa secundum necessitatem mate-
riæ istius corporis. Auer. pri. de cœlo. text. 100. c.
32. col. 4.
Aeternitatem quod recipit, non recipit eam in futuro,
nisi recipiat in præterito; nec in præterito absque futu-
ro. Auer. pri. de cœlo. tex. 124. c. 40. col. 1.
Aeternum ponens corruptibile, aut generatum, ponit
potentiam infinitam, non comprehendens duo tem-
pora. Auer. pri. de cœlo. tex. 128. c. 41. col. 4.
Aeternorum actio non est nisi propter se; aliorum verò
propter aliud. Auer. 2. de cœlo. tex. 17. c. 50. col. 3.
Aeterna non habent agens, nisi secundum similitudinem,
nec de quatuor causis nisi formalem, & finalem; & si
habuerint aliquid quasi agens, non erit nisi inquan-
tum est forma illi, & conseruans ipsum. Auer. 4. de
cœlo. tex. 1. c. 108. col. 3.
Aeternum nihil est, cui inest potentia corruptionis. Auer.
ex paraphra. pri. de cœlo. tex. 140. c. 135. col. 2. Idem
Auer. pri. de cœlo. tex. 120. c. 78. col. 4.
Aeternum non indiget pro sua actione aliquo genera-
bili, & corruptibili. Auer. 3. de ani. tex. 36. c. 177. co. 4.
Aeternitas existens mensura indiuisibilis, excedit tem-
pus de se in ante, & in post. Alex. de ales. 12. meta-
phys. c. 29. char. 339. col. 3.
Aether appellat locum superiorem à currendo; semper
sempiterno tempore. Aristotel. primo de cœlo. text.
22. c. 252.
Aether dicitur esse quasi currat, Aristot. meteor. 2. sum. 1.
cap. 3. tex. 1. char. 454.
Aether est siderum, ac cœli substantia, non quod ardeat,
sed quod semper currat. Aristotel. de mundo. cap. 2.
char. 809.
Aethiopiæ montes, fluuios, habent Aegon, Nysem, Cre-
metem, Nilum ex Argenteo monte. Aristotel. me-
teor. 1. su. 4. cap. 1. c. 484.
Aethiopsis speciem non filia, sed filius filia retulit, vt in Si-
cilia euenit. Arist. de par. ani. 7. cap. 6. c. 261.
Aethiopum dentes candidiores quam aliorum; vngues
autem non respondent dentibus in candore, quia cu-
tis nigra est & nigrior quam cæterorum, vngues
autem ex cute proueniunt. Aristotel. problem. sect.
10. q. 65. c. 448.
Aethiopum dentes cur candidi sunt? quia albescere ea so-
lent, quibus vis solis humorem detrahit dummodo
nihil superinficiatur, vt ceram quoque albescere no-
uimus; at cutem super inficit calor, dentes non: sed
totus eorum humor in vaporem à calore conuertitur
atque exhalatur. Aristotel. problem. sect. 10. q. 66.
char. 448.
Aethiopes cur magna ex parte cum febricitant intereunt,
& cum lippuerint exulcerantur? quia nimium calidi, &
sicci sunt, per febrem humor exiguus absumitur, &
quia sanguis bilem ex inflammatione excipit, oculi
exulcerantur præ nimia acritudine. Alexan. aphrod.
problem. 1. char. 690. 79.
Aethiops est niger, quia semen in matrice decoquitur de-
coctione forti, & ideo resolutum humido fit nigrum, &
terrestre. Alb. mag. in prædica. c. 27. col. 1.
Aethiopes nigri sunt propter ipsorum caliditatem, quo-
rum primum semen generationis calidum est, &
matrix mulierum calida, & sicca, & decoquit semen
conceptum decoctione fortissima. & propter adu-
sionem

tionem nigrescunt corpora eorum, calor enim edu-
cit humidum subtile, adurit terrestre grossum, quod
permanet, & generat nigredinem; & terrestria mem-
bra, quæ sunt in eis, vt ossa sunt albilissima, vt appa-
ret in dentibus; Et caro eorum sanguine infusa est;
vt carbones accensi, vt apparet in linguis, & fauci-
bus eorum, cum ora aperiunt; Et habent ora pro-
minetia propter calidum acuens os eorum, & oculo-
s ex calore, & venas & panniculos rubentes: Et
corpora eorum sunt leuia, & agilia, quia sunt multum
porosa, & sicca, vt quæ sunt circumdata aere
calidissimo; & timidi sunt, quia cum humore edu-
citur etiam spiritus, ideo nec febrem multum timent,
Citissime senescunt propter naturalis virtutis defe-
ctum, quæ cum spiritu euaporat, ita vt sint senes an-
norum triginta, & deficientes; & abundant colera
rubea, & nigra; & mulieres facile parturiant, quia
corpora eorum sunt laxa, & rara, licet propter sic-
citatem, & debilitatem non facile concipiant. Ope-
rationibus animalibus, qui sunt sub æquinoctiali vi-
gent propter subtilitatem spirituum, & maxime in
inueniendo propter calidum mouens, & acumen spi-
rituum eorum: ideo in India fuerunt præcipui Phi-
losophi, maxime Mathematici propter fortitudinem
stellarum super illa climata, super quæ perpendicu-
lares radios projiciunt Planetæ; Hoc tamen est in
primo climate sub æquinoctiali, quia in secundo pro-
pter distemperiem siccitatis leues sunt corpore, & fa-
tui mente, & propter euaporationem spiritus ani-
malis; & propter siccitatem, & caliditatem etiam pi-
li eorum sunt pauci, & crispi. Alber. mag. de natura
loc. distinct. 2. c. 100. cap. 3. col. 1.
Aetne exhalatione, nec flammæ, nec continuæ esse, sed plu-
ribus annis fieri asseuerat. Arist. de admir. aud. c. 846. 36
Aetna Siciliæ mons est, in quo antrum inesse traditur, in
cuius circuitu cæterorum florū ingentem copiā omnibus
anni temporibus innatam esse asseuerant, sed multo
maxime locum aliquem immensum violarum repletū
fuisse, quæ regionem proximam suam olentia replent.
Quamobrem venatores cum canes ab odore deuicti
fuerint, leporum vestigia insectari nequeunt. In hoc
autem hiatu occultus est ingressus, quod Plutonē Pro-
serpinam rapuisse fabulantur; triticumque hoc in loco
reperiri affirmant dissimile illi, quo accole vtuntur;
nec non cætero aduentio; quandam tamen peculia-
rissimam magnitudinem fortitur: hoc enim adnota-
runt primo triticum fructum apud ipsos apparuisse.
Quocirca Cererem sibi vendicant, enarrantes Deam
hanc apud se natam, & educatam fuisse. Aristot. de
admir. aud. c. 853. 80.
Aetne montis Vulcani causa est, sulphuris minera. Arist.
de caus. propriet. elem. cap. 3. c. 968.
Aeterna dicuntur ea, quorum mensura est æuum. Alb.
mag. in 6. princ. c. 71. col. 2.
Æuum vniuscuiusque est finis, qui continet vitæ vniuf-
cuiusque tempus, cuius nihil est extra secundum natu-
ram, & secundum eandem rationem, & totius cœli fi-
nis, & finis omne tempus, & infinitatem continens;
æuum est ab eo quod fit semper, sumpta denomina-
tione, immortale, & diuinum, vnde & alijs pendet,
his quidem exactius, his autem obscurius & esse, &
viuere. Arist. pri. de cœlo, su. 9. tex. 100. c. 275.
Æuum colligit essentia extensionem, in immobilem
mansionem in id, quod semper est. Sim. 4. phys. tex.
154. c. 282. col. 1. & digres.
Æuū, vel æternitas, est mediū inter id, quod est, & discre-
tam mentis submissionem. Sim. 4. phys. c. 286. col. 1.
Æuum est spatium eorum, quorum esse stabile est, sed
tamen vires habet in potentijs, vt intelligere, & velle.
Alb. mag. 4. phy. tract. 4. cap. 4. c. 59. col. 2.
Affectio quatuor dicitur modis; arte vt discipuli ad ma-

gistrum; forte vt domini ad seruum; delectu vt ami-
ci ad amicum; natura vt patris ad filium. Ammo.
in Por. c. 4. col. 1.
Affectiones vt diuisibiles sunt, sunt quantæ. Simplic.
in prædic. c. 106.
Affectiones aliquando pro accidentibus accipiuntur, quæ
à substantia separari non possunt, nec simul esse queunt.
Sim. in pri. phys. tex. 39. c. 58. col. 2.
Affectio est aliqua dispositio eius, quod est per se. Simp.
5. phys. c. 300. col. 1.
Affectio excellens offuscatur iudicatoriam actionem. Sim.
3. de ani. sec. 2. tex. c. 85. col. 1.
Affectio non attingit substantiam intellectus, sed eius
operationem. Io. gram. 3. de ani. tex. 9. c. 85. col. 2.
Affectu sunt, quæ quodammodo ad aliqd referri possunt,
ad id, ad quod referuntur. Boe. in topic. li. 2. char. 775.
Affectu sunt, quæ cum à se inuicem diuersa sint, ad se in-
uicem tamen referuntur. Boe. in topic. li. 2. c. 775.

Affectuum diuisio.

Affectus duobus dicitur modis; nam vel in corru-
ptionem, vt ligna igne afficiuntur; vel in perfe-
ctionem ducit, vt sensus sensibilibus afficitur. Ioan.
gram. pri. de ani. tex. 2. c. 6. col. 1.
Affectus alij ratione separabiles sunt, vt omnia mathe-
matica; alij nullo modo, vt affectus materiæ. Ioan.
gram. pri. de ani. tex. 17. c. 11. col. 3.

Affectus quid sint, & quot.

Affectus est cupiditas, ira, excaudescencia, timor, fidu-
cia, inuidia, gaudium, amicitia, odium, desiderium,
æmulatio, misericordia, & tandem ea omnia, quæ vo-
luptas, & dolor consequitur. Arist. 2. ethic. nicom. cap.
5. c. 37. Idem Arist. 1. mag. mora. cap. 8. c. 282.
Affectus, nec virtutes, nec vitia sunt; non enim ex illis bo-
ni, vel mali dicimur, vel laudamur, aut vituperamur.
Arist. 2. ethic. nicom. cap. 5. char. 38.
Affectus sunt, propter quos immutati in iudicationibus,
dissent, quos voluptas & molestia sequuntur; vt ira,
misericordia, merus, & huiuscemodi, & his contrarij.
Arist. rhetor. 2. char. 69.
Affectus humani omnino rationis expertes non sunt.
Themist. 3. de anima. cap. 38. tex. 19. c. 87. col. 1.
Affectus non fiunt sine complexione, vt musica non fit
sine chordis. Io. gram. pri. de anim. tex. 14. c. 10. col. 2.
Affectum Stoici vehementem incitationem, vel appeti-
tionem irrationalem opinati sunt, & irrationalis hæc
pars est ea, quæ opponitur rationali. Eust. 2. ethic. cap.
1. c. 91. Idem Eust. eodem loco, cap. 11.
Affectum veteres Peripatetici non diffiniuerunt, An-
dronicus ait, eum esse animæ irrationalem motio-
nem ex opinione, vel mali, vel boni; & irrationale
sumit, non quod recte rationi contrarium est, vt
Stoici, sed quod ex irrationali parte animæ existit.
Eust. 2. ethic. cap. 1. c. 91.
Affectum Boetius ait esse animæ motionem irrationalem,
quæ magnitudinē quādā hæt. Eust. 2. ethic. cap. 1. c. 91.
Affectus maxime generales sunt voluptas, & dolor.
Eust. 2. ethic. cap. 1. c. 91.
Affectus quatuor Stoici statuebant generales, Volupta-
tem, Dolorem, Timorem, & Cupiditatem: & hoc
sic colligebant, quia omnes affectus, ex opinione, vel
boni, vel mali esse affirmabant; cum opinio præsen-
tium bonorum erat, voluptas; cum præsentium ma-
lorum, dolor efficiebatur; cum bona futura expecta-
bantur, cupiditas existebat; cum mala, timor. Eust.
2. ethic. cap. 1. char. 91.
Affectus multi ex sola imaginatione, sine vlllo assensu, &
opinionem existunt. Eust. 2. ethicorum, cap. 1. char. 91.

Affectus est irrationalis animæ pars, motio à voluptate, vel dolore inducta. Eust. 2. ethicor. cap. 1. c. 91.

Affectus sex numerat Plato; Voluptatem, Dolorem, Timorem, Fiduciam, Cupiditatem, & Iram. Eust. 2. ethic. cap. 1. c. 92.

Affectibus annumerare solent amicitiam, & odium; amicitiam quidem non illam, quæ ex mutuorum beneficiorum benevolentia cõflatur, quæ dispositio quædam est; sed eam, qua anima amando moueri consuevit, cui odio prosequendi motio opposita est. Eust. 2. ethic. c. 1.

Affectus etiam sunt indignatio, misericordia, inuidia, æmulatio, obrectatio, quæ ex æmulando, & imitando oritur. Eust. 2. ethic. cap. 1. c. 92.

Affectus sunt ira, & cupiditas, utque animæ appetitus rationis expertes. Eust. 6. ethic. cap. 1. c. 264.

Affectus temporariæ motiones sunt, quæ in corpore, vel animo existunt. Aspaf. 8. ethic. nicom. cap. 5. c. 415.

Affectus ad quid pertinent, & quibus natura insunt.

Affectus animi non de re sunt, sed ad iudicem pertinent. Arist. rhetoric. 1. c. 4.

Affectibus natura obnoxij fumus. Alex. aphrod. pri. metaph. co. 1. c. 3. col. 1.

Affectuum consideratio est oratoris, & dialectici; oratoris quidem, quia eorum definitio est tanquam lignum, quo dirigere orationem debeat, & omnia efficere, ut res huiusmodi inducatur in animum, cuiusmodi acceperit definitionem; dialecticus verò obseruabit, posita rerum definitione, posse nos maximam venari propositionum copiam. Dan. barb. 2. rhetor. cap. 3. c. 109.

Affectus quomodo mouentur, & quæ mouent.

Affectus, qui mouere vult, tria in vnoquoque considerare debet; quemadmodum affecti sunt, & quibus, & ob quas res. Arist. rhetor. 2. char. 69.

Affectum cum excitas, non sunt proferenda enthymemata; quia aut affectum eicient, aut enthymema frustra probatum erit. Arist. rhetor. 3. char. 171.

Affectus nos mouent, virtutes non mouent, sed disponunt quodammodo. Arist. 2. ethic. nicom. cap. 5. char. 39.

Affectus mouendos esse principalem oratoris partem Ciceronem dicere, & nihil de ipsa docere mirum est; Aristot. verò eos ab oratoria facultate fere coercere, & tñ accuratè de ijs pertractare. Dan. barb. 2. rhet. c. 1. c. 87.

Affectuum consequentia.

Affectum omnem semper sequitur, ac omnem actionem, voluptas, vel dolor. Arist. 2. ethico. nicom. cap. 3. c. 34.

Affirmationis diuisio.

Affirmatio omnis, vel vera, vel falsa est. Arist. prædicam. tract. 1. cap. 5. c. 60.

Affirmatio tribus dicitur modis. Primò affirmationis forma, & qualitas in partem, per assertionem compositionis, & sic est qualitas propositionis. Secundo oratio enunciativa dicens vnum de altero, & sic est species propositionis. Tertio pars negationis, cum id negatur in negatiua, quod affirmatur in affirmatiua; & sic sunt opposita circa idem. idem de negatione dicendum. Alb. mag. in prædicam. c. 60. col. 3.

Affirmatio duplex, alia constat ex nomine & verbo, alia ex infinito nomine, & verbo. D. Thom. in Periherm. c. 16. col. 3.

Affirmatio, & negatione uti simul cõtingit dupliciter; primo uti affirmatione alicuius, & negatione oppositi contradictoriè; alio modo uti affirmatione alicuius, & negatione eiusdem. Thom. de Vio in post. c. 138. c. 2.

Affirmationis definitio.

Affirmatio est enunciatio alicuius de aliquo. Aristot. Periherm. cap. 4. c. 122.

Affirmatio omnis vel negatio, est ex nomine & verbo, vel ex infinito nomine & verbo; sine verbo autem nulla est affirmatio, vel negatio. Arist. Periherm. 2. cap. 4. c. 131.

Affirmatio est, quæ aliam rem de alia re prædicat, eique coniungit. Boet. in li. de inter. c. 332.

Affirmatio est, quæ aliquam rem alicui, quædam participatione, coniungit. Boet. in prædicam. char. 197.

Affirmationis proprietates.

Affirmatio, & negatio non est, quod sub affirmatione, & negatione est; quia sub affirmatione est res, & affirmatio est oratio affirmatiua. Arist. prædicam. tract. 3. cap. 1. c. 88.

Affirmatio nostra, vel nostra negatio non est in causa, ut res sit, vel non sit. Arist. periherm. lib. 1. cap. 7. c. 127.

Affirmationis, & negationis natura ad qualitatem pertinet. Boet. in li. de inter. c. 338.

Affirmatio & negatio non sunt formaliter, & actualiter in rebus, sed in anima, siue intellectu componente, vel diuidente. Alb. mag. in prædicam. c. 36. col. 2.

Affirmatio ex quibus fit.

Affirmatio fit ex prædicamentorum connexionem: est enim illa, quæ essentialiam suam habet in voce significatiua, & oratione enunciativa. Por. in præd. c. 1.

Affirmatio omnis, & negatio ex termino, qui enunciat, & ex subiecto est constata. Mag. in pri. c. 2. col. 1.

Affirmatio in oratione consistit, non autem in rebus. Boet. in præd. c. 114.

Affirmatio ut simplex.

Affirmatio omnis opposita est negationi, & negatio affirmationi. Arist. periherm. cap. 4. char. 122.

Affirmatiuum particulare per primam figuram vno modo, & tribus per vltimam monstratur. Arist. pri. prior. sec. 1. cap. 27. c. 205.

Affirmatio prior est negatione, ut esse ipso non esse. Aristot. post. pri. cap. 21. tex. 40. c. 344.

Affirmatio prior est priuatione, ut calidum frigidum. Arist. 2. de celo, su. 2. cap. 2. tex. 18. char. 297.

Affirmatio firmior est, & notior negatione. Aristot. 4. metaph. cap. 1. tex. 16. c. 71.

Affirmationem simplicem negatio ex transpositione sequitur, & ad simplicem negationem affirmatio, ex transpositione ordinata est. Alex. aphrod. pri. pri. cap. 42. c. 71. col. 3.

Affirmatiua demonstratio superior est negatiua, cum non indigeat negatiuæ præsidio. Them. pri. post. cap. 41. c. 7. col. 4.

Affirmatio simplicitate dictionis prior est negatione. Ammo. in li. de inter. c. 77. Idem Dix. in prædica. c. 44.

Idem Boet. de diuisio. c. 642. Idem D. Thom. in periherm. c. 6. col. 4.

Affirmationes habitibus respondent, negationes priuationibus. Ammo. in li. de inter. c. 53.

Affirmatio a negatione cõtinetur. Ammo. in li. de inter. c. 33.

Affirmatione non cognita, non cognoscitur negatio. Sim. in præd. c. 10.

Affirmatio non solum dignitate, sed etiam tempore prior est negatione. Io. gram. pri. prior. cap. 1. c. 6. col. 1.

Affirmatio non est simplicior negatione, cum simplicium composita significationem retineant, & negatio affirmationis vim non sustineat. Ioan. gram. pri. prior. cap. 1. c. 4. col. 3.

Affirma-

Affirmatione compositior est negatio, sed significatione nequaquam. Io. gra. pri. cap. 1. ch. 4. col. 3.

Affirmatio subiecto necit, & copulat enuntiatum; negatio disiungit, & separat. Io. gra. pri. prior. cap. 1. ch. 4. col. 3.

Affirmatio est prior negatione dignitate, non autem materia. Mag. in li. de inter. ch. 5.

Affirmatio prior est negatione, quia priusquam aliquid infirmetur, necesse est, ut aliquid sit, affirmatio ostendit, quæ per se sunt; negatio, quæ accidunt. Mag. in li. de inter. char. 11.

Affirmationi omni contraria est negatio. Mag. in li. de inter. c. 12. Idem loc. in li. de inter. ch. 336.

Affirmatio prior est negatione, nam id tollit negatio, quod affirmatio constituit. Boet. in præd. ch. 128.

Affirmatio, & negatio contrarietatibus discernuntur. Boet. de inter. ch. 279.

Affirmatio negationem non sequitur, nisi in contrarijs medio carentibus, quorum alterum semper inesse necesse est. Boet. de diff. topic. char. 861.

Affirmatio, & negatio et si se habent ex æquo ad genus, quod est enunciatum; tamen ut affirmatio, est pars negationis, & ipsius causa, ideo prior est negatione. Alb. Mag. in periherm. ch. 85. col. 4.

Affirmatio est causa negationis, sed non contra. Alber. Mag. in post. ch. 189. col. 4.

Affirmatio, ut ex transpositione.

Affirmatiuum figuram habet, cõtingere nulli, aut alicui non inesse. Arist. pri. resol. 1. 1. c. 1. ca. 4. c. 152.

Affirmationes ex transpositione, non sunt negationes. Ioan. gram. prim. priorum. cap. 42. ch. 64. col. 2.

Affirmationis simplicis non est negatio affirmatio ex transpositione, sed simplex negatio. Io. gram. prim. prior. cap. 42. ch. 66. col. 1.

Affirmatio, ut contradictio.

Affirmationes, & negationes oppositas de eodẽ veras esse impossibile est. Arist. periherm. 2. cap. 3. ch. 138.

Affirmatio, & negatio omnia dirimunt entia: reliquæ oppositionis species non ita. Ammo. in præd. th. 105.

Affirmatio, ut vera, vel falsa.

Affirmatio alia sumitur a rebus, alia a nostro de rebus iudicio, si quod affirmamus ex nostro iudicio, est idem cum re ipsa, affirmatio vera est; sin aliter, est falsa. Ammo. in lib. de inter. ch. 45.

Affirmatio, ut vniuersalis.

Affirmatiuum vniuersale per solam primam figuram, & vno tantum modo demonstratur. Aristot. prim. prior. sec. 1. cap. 27. ch. 205.

Affirmatiuum vniuersale destruere facile est, construere difficile. Arist. pri. sec. 1. c. 27. c. 205.

Affirmatio vniuersalis reciprocatur in affirmationem particularem. Alex. aphrod. pri. prior. cap. 1. ch. 6. col. 4.

Affirmatio vniuersalis est, in qua vniuersale vniuersaliter prædicatur affirmatiue. Boet. in li. de inter. ch. 234.

Affirmationi contraria est illa negatio, quæ est circa idem vniuersale vniuersaliter acceptum. Alber. Magni. in periherm. ch. 95. col. 2.

Affirmatio, ut vna.

Affirmatio est vna vnius negationis; in hoc enim oportet affirmare affirmatio, quod negat negatio. Arist. periherm. 1. 1. cap. 6. ch. 125.

Affirmatio, vel negatio vna est, quæ vnum de vno significat;

vel cum sit vniuersale, vniuersaliter, vel non similiter. At si duobus vnum nomen positum est, ex quibus non est vnum, non est vna affirmatio, nec vna negatio. Arist. periherm. 1. 1. cap. 6. ch. 124.

Affirmatio, vel negatio vna non est, si vnum de pluribus, vel plura de vno affirmantur, vel negantur. Arist. periherm. 1. 2. cap. 2. ch. 134.

Affirmatio vna est, si aut duo termini singulares significant; aut si plura ita de vno prædicentur, vel vni subijciuntur, ut ex his vnum aliquid fieri possit; aut si vnum nomen, quod vel prædicatur, vel subijcitur, talia significet plura, quæ omnia vnam quodammodo speciem valeant congregare. Boet. in li. de inter. ch. 417.

Affirmatio vna non est, si pluribus rebus vnum nomen sit positum, ex quibus coniunctis non sit vna natura, & de illo vno nomine, vnum quodlibet aliud prædicetur. Boet. in li. inter. ch. 261.

Affirmatio ad quam partem anime pertinet.

Affirmare, & negare sunt rationalis contemplationis opera, intelligere intellectus proprium. Simp. 3. de anim. sec. 2. tex. 28. ch. 67. col. 3.

Afforus piscis est, qui propter exiguitatem hamo capi nequit. Alb. Mag. de ani. 24. cap. 1. ch. 196. col. 2.

Agathes est lapis niger, qui capiti dormientis appositus, multa somniorum simulachra ostendit; cum albis venis, est & alius similis corallo, & qui habet in nigro venas croceas, qui inuenit ut plurimum in Creta, facit vincere periculum, gratum reddit, & persuasorem, & facundum, & munit eum contra aduersa, & quartum iudicium variu sanguineis guttis inspersum visum fouet, & valet contra sitim, & venena, & si accenditur, odoratur. Alb. Mag. 2. de min. tract. 1. cap. 1. c. 139. col. 2.

Agatho tragicus fuit poeta, qui ait, re sola hac Deus priuatur, ut facta minime infecta possit reddere. Eust. 6. ethic. cap. 2. ch. 281.

Agentis diuisio.

Agenti bene omnis commendatio in duo consistit; vnum, quod propositum ac finis agendi recte subiaceat; aliud ut eas, quæ ad illum finem ferant, actiones inueniamus. Arist. poli. 3. cap. 13. ch. 740.

Agentes aliquid, alij per seipos agunt, alij non per seipos; & quæ non per seipos, alia per fortunam, alia necessitate; & quæ necessitate, alia vi, alia natura; quæ per seipos, alia propter consuetudinem, alia propter appetitionem; & hæc vel per appetitionem rationalem, vel per irrationalem. Arist. rhetor. pri. ch. 44.

Agens duplex; alterum potentia, alteru actu; sic & sensus, & actu, & potentia est. Sim. 2. de ani. tex. 51. c. 33. c. 1.

Agens aliud est prius tempore acto, & omne, quod fit in sphaera huius mundi, est huius agentis, & istius acti, quodam est prius natura, ut est dispositio corporis cum orbe, & agentis cum hoc orbe, id est, facientis ipsum in dispositionibus necessarijs in inueniendo finem ob quæ fuit. Auer. de sub. orbis. cap. 2. ch. 4. col. 3.

Agens aliquod agit voluntariè, aliquod naturaliter. Auer. ex destruc. destr. disput. 1. ch. 8. col. 2.

Agentia alia non agunt nisi vnum, & hoc per se, ut calidum agit calidum; alia vna hora agunt aliquid, & eius contrarium agunt in alia hora, & hæc appellantur volentia; & eligentia, quæ agunt ex scientia, & consilio. Auer. destruc. destr. disput. 3. ch. 20. col. 3.

Agens, aliud agit naturaliter, aliud electiue; nam extrahens aliud a potentia ad actum, diuiditur in has duas partes. Auer. destr. destr. disput. 3. ch. 21. col. 2.

Agens est duplex; aliquod, a quo prouenit actum, in quo pendet operatio eius hora, qua reperitur. & hoc, cum perficitur esse eius, non indiget agente, ut esse do-

mus

rius ab edificatore. Aliud est ex quo provenit actio tantum, nisi cum dependentia agentis in eo, & hoc agens est rei proprium: & hoc agens est nobilissimum, quia agens primum producit opus suum, & indiget alio agente, quod illud conferuet. Auer. destru. disput. 4. char. 30. col. 4.

Agentium differentium in genere, diuersæ sunt potentia passivæ assimilatae actiuis; & propriæ, quibus illa actiua suas inferunt actiones. Alber. Magn. ethic. 6. trac. 1. cap. 3. ch. 69. col. 2.

Agentia, vt sunt genere altera, non specie tantum, (eodem enim genere causæ, non est necessarium, & contingens) ita necesse est potentias passivas, genere passiones esse alteras, non specie tantum; causa enim stans, & non stans causa, genere alteræ sunt, non specie tantum. Alb. Mag. ethic. 6. trac. 1. cap. 3. ch. 69. col. 2.

Agens per intellectum, & agens materiale differunt; quia actio agentis materialis proportionatur naturæ agentis: actio autem agentis per intellectum non proportionatur naturæ ipsius, sed formæ apprehensæ. D. Thom. 8. phys. l. 2. r. tex. 79. ch. 147. col. 3.

Agens, vel faciens dupliciter potest sumi: primo communiter, vt virtus alicuius procedit quouis modo in id, quod subijcitur sibi, & sic superius est ad mouens: alio modo secundum naturam, & sic est minus quam mouens, & opponitur secundum suam speciem patienti. D. Thom. pri. de gen. & cor. l. 18. tex. 45. ch. 16. col. 3.

Agentis natura.

Agens, & mouens vniuersaliter est illud, ex quo provenit mouere, & actio proueniens ex eo dicitur motus; & mouens, quod est huiusmodi, est duobus modis mouens, eo quod mouet absque eo, quod præcedat ipsum appetitus, aut voluntas; & hoc mouere dicitur naturale, & mouens in quo præcedit appetitus, & voluntas ad mouendum, & dicitur actio voluntaria. Auer. 8. phy. tex. 15. ch. 159. col. 2.

Agens vnum non habet naturam largiendi, nisi vnum tantum. Auer. 8. phy. tex. 31. ch. 167. col. 4.

Agens est ille, qui habet in seipso principaliter, & primam causam actionis in seipso. Simp. in præd. tex. ch. 82.

Agens, vt primum agens.

Agens primum impassibile est, vt in motu mouens primum immobile est. Arist. pri. de gen. & cor. cap. 4. tex. 54. char. 409.

Agens, inter quod, & factum suum non est continuatio penitus, est agens verum, & regens, faciens res per finem decoris, post quod non est possibile, vt sit decus aliquod, & regit factum suum per vltimum regiminis, quod est, quia regit res per modum, per quem agit, & non nisi per ens suum, ergo ens eius iterum erit regimen eius. Arist. de causis. propr. 20. ch. 992.

Agens, & factum non dicitur in æternis, nisi secundum similitudinem. Auer. 3. de ani. tex. 5. ch. 161. col. 2.

Agentis primi proprium est per se, & per essentiam suam agere absque omni eo, quod determinet ipsum ad actionem, quod si per medium agit, iam non erit primum. Alber. Magn. de caus. & proces. vniuersi. à causa l. 1. tract. 1. cap. 6. ch. 186. col. 1.

Agens primum, non dicitur primum principium, antequam nihil, vel quod post ipsum nihil sit, sed secundum priuationem ordinis; quod si dicat ordinem prioris, nihil penitus habet ante se, quod ad ipsum se habeat priuatiue, vel negatiue, vel secundum potentiam; priuatiue quidem, quia ex priuatione sui esse non processit; negatiue vero, quia esse eius nunquam negari potuit; secundum potentiam autem, quia esse eius in nullo ante se radicari potuit, hinc sequitur, quod à seipso

tantum habet esse. Alber. Mag. de caus. & proces. vniuersi. à causa l. 1. tract. 1. cap. 8. ch. 189. col. 1.

Agens per essentiam totum est agens, & nihil patiens est in ipso. Alb. Magn. 5. metaph. trac. 1. cap. 3. c. 99. col. 3.

Agens primum in se verius habet esse, quam reseruetur in quolibet agente secundario creato. Alex. de ales. 7. Metaph. tex. 5. ch. 185. col. 4.

Agens secundarium respectu primi, est instrumentum. Alex. de ales. 7. Metaph. tex. 5. ch. 185. col. 4.

Agentia secunda se habent ad primum mouens, vt agentia instrumentalia. Alex. de ales. 12. metaph. tex. 24. ch. 337. col. 3.

Agens, vt causa.

Agens causa, vt agens, alia est ab eo, cuius gratia. Arist. pri. de gen. & cor. tex. 55. char. 409.

Agens quale ipsum actu huiusmodi illud facit, cum sit potentia, vnde non sentimus simile calidum, frigidum, durum, & molle, sed exuperantias, tanquam sensu, velut medietate quadam existente eius, quæ in sensibilibus, contrarietatis. Et propter hoc discernit, & iudicat sensibilia, medium enim iudicatum est, sit enim ad vtrumque ipsorum alterum vltimorum. Arist. 2. de anima. l. 4. cap. 7. tex. 118. ch. 645.

Agens in aliud per modum causæ, non est in ea nisi per modum, qui est causa eius, vt sensus in animali per modum animalis. Arist. de caus. prop. 12. ch. 986.

Agendarum rerum principia sunt id cuius causa res agitur; at dolore, vel voluptate corruptus, suum principium non videt, nec id cuius causa, & ob id principium corrumpit. Arist. 6. ethic. Nicom. cap. 5. ch. 144.

Agens causa, aut finis, in immobilibus esse nequit. Arist. 2. Metaph. l. 2. cap. 1. tex. 3. ch. 42.

Agens omne præstantius est sua materia. Tho. 3. de ani. cap. 25. ch. 85. col. 2.

Agens dans formam, dat etiam consequentia formam, mediante forma. Auer. 3. de celo, tex. 28. ch. 92. col. 2.

Agens est valde nobile. Auer. pri. de ani. tex. 82. char. 124. col. 1.

Agentem causam qui concedit, & causam finalem concedere debet; quia agens nisi propter finem agit. Auer. pri. Metaph. tex. 10. ch. 13. col. 4.

Agens in causis materialibus, est causa ipsius finis. Auer. epit. Metaph. l. 1. tract. 3. ch. 181. col. 1.

Agens vniuersè dat formam, secundum quod de potentia formali exit ad actum. Alber. Magn. in præd. c. 4. col. 1.

Agens quantum dat de forma ei, in quod agit, tantum ei dat de consequentibus formam. Alb. Magn. ethic. pri. tract. 3. cap. 7. char. 7. col. 2.

Agere vt causæ mouenti attribuitur, sic pati attribuitur materiæ. D. Tho. 2. Metaph. l. 2. tex. 7. ch. 107.

Agens est causa in rebus generabilibus, & corruptibilibus, quare quod quid erat esse, fit vna definitio. D. Thom. 8. Metaph. l. 5. tex. 15. ch. 624.

Agens sola causa est, quæ facit vnum, & quæ sunt composita ex materia & forma. D. Tho. 8. metaph. l. 5. tex. 16. char. 627.

Agentes per se ordinati, nunquam agunt ita, vt causa proxima excludat remotam. Alex. de ales. pri. Metaph. c. 29. c. 4.

Agentia duo impossibile est ad vnum effectum, vel actum ex equo concurrere. Alex. de ales. 2. Metaph. c. 34. c. 4.

Agens causa, licet sit separata à suo effectu realiter, quia nihil efficit seipsum, tamen causa quidditatiua, & formalis, non potest separari ab eo, cuius est quidditas realiter. Alex. de ales. 3. Metaph. tex. 7. ch. 58. col. 2.

Agens omne debet præcedere suum effectum, ita vt id, quod est in effectu, necessariò sit aliquo modo in agente. Alex. de ales. 5. Metaph. tex. 22. ch. 150. col. 14.

Agenti assimilari potest, quod cadit sub intentione agentis. Alex. de ales. 12. Metaph. tex. 12. ch. 333. col. 1.

Agens, vt à generante dependet.

Agentes potentia partibus dissimilabilibus tributæ sunt, vt ori ciborum confectio; pedibus, aut alis, aut quibusuis proportionem accommodatis, officium incendi. Arist. de hist. ani. pri. c. 4. c. 128.

Agens omne quod generat, primo secundum speciem disponitur. Simp. pri. de celo, tex. 22. co. 28. c. 20. col. 1.

Agens, & actum non intelliguntur, nisi cum generatione, & tempore. Auer. 3. de ani. tex. 5. c. 161. col. 2.

Agens si generaret spheram vniuersalem, tunc generatio esset ex nihilo. Auer. 7. metaph. tex. co. 27. c. 83.

Agens omne, actionem alimenti prius agere oportet secundum naturam operationum vitæ. Albert. mag. de spir. & resp. l. 1. tract. 2. cap. 5. c. 56. col. 2.

Agentia omnia in generatione, aliquid suæ similitudinis in generato consequuntur. Alb. mag. de natur. & orig. ani. tracta. 2. cap. 5. c. 72. col. 4.

Agens omne agit simile sibi. D. Th. in post. c. 49. col. 2.

Agens vt operans.

Agere non valenti, nihil à fortuna ei contingit face- re. Arist. phys. 2. l. 3. cap. 1. tex. 58. c. 44.

Agere recte multa, & sæpe difficile est. Aristot. 2. de celo, cap. 5. tex. 63. char. 314.

Agente nullo, nec patiente, impossibile est alterari, nec se gregari, nec congregari. Aristot. pri. de gen. & cor. l. 4. cap. 1. tex. 43. char. 403.

Agere, & pati in quibus est necessarium, est horum vnam esse subiectam naturam. Aristot. pri. de gen. & cor. l. 4. cap. 1. tex. 43. char. 404.

Agunt omnia, & patiunt non qua substantiæ sunt, sed qua contrarietate habent. Arist. de sens. & sensib. cap. 4. c. 16.

Agentes bonum ex honestis, & probis hominibus composites sunt felicitatis, quemadmodum in olympijs non pulcherrimi, & robustissimi coronantur, sed qui decerant, & vincunt. Arist. 1. ethic. cap. 8. c. 18.

Agere secundum rectam rationem, commune est actionibus, & operationibus, quibus est assuescendum, & hoc corrumpi solet à defectu, & ab excessu. Aristot. 2. ethic. Nicom. cap. 2. char. 32.

Agere ex virtute, ex mediocribus rebus, vnusquisque potest. Arist. 10. ethic. Nicom. cap. 8. char. 261.

Agendarum rerum finis, non est contemplari singula, & cognoscere, sed agere. Arist. 10. eth. Nic. c. 9. char. 262.

Agere & facere non sunt idem: nam factibile finis superest alius, vt domificatiue præter ædificationem, domus est: at in ijs, quæ sub actione cadunt, nihil præter actionem cadit. Aristot. mag. mor. 1. cap. 33. char. 315.

Agentia omnia, & patientia, vt sunt corpora, vt hoc vel illud agunt, vel patiuntur à forma possident. Alexan. aphrod. pri. de ani. cap. 3. c. 30. col. 4.

Agere nunc ea, quæ prius, & nunc eadem sunt, & ante non agere, fieri sine causa non potest. Them. 8. phys. tex. 8. char. 54. col. 1.

Agere, & moueri differunt, vt genus distat a specie. Them. 2. de ani. cap. 19. tex. 54. c. 74. col. 1.

Agere est actus eiusdem speciei, cum essentia, cuius est actus. Simp. in præd. char. 87.

Agens aliquod cum fuerit, cuius esse non habet initium, contingit, vt actiones eius non habeant initium; vnde accidit, vt ante aliquam eius actionem sit aliqua actio, & actiones infinitæ, sed per accidens non, quia quædam sint necessaria inesse quorundam. Auer. 8. phys. tex. 15. char. 159. col. 2.

Agens nullum agit in suum simile, sed in contrarium. Auer. 1. de celo, tex. 20. char. 87. col. 2.

Agens debile, potest facere in vno loco actionem maiorem actione agentis fortis, & hoc propter diuersitatem

subiecti in dispositione, seu præparatione. Auer. meth. 2. cap. 2. c. 197. col. 2.

Agens permutatio ex non agendo ad agendum, existimatur in pluribus eius, quod non sit mutatio indigens mutante. Auer. destr. destr. disp. 1. char. 8. col. 2.

Agens operatio, non dependet à priuatione necessariò primo & per se, & priuatio sequitur actionem agentis inesse. Auer. de struc. destr. disput. 2. c. 20. col. 1.

Agens natura liter non prohibetur in operatione sua, & operatur continue; agens voluntarie non est sic. Auer. destr. destr. disputat. 3. char. 21. col. 3.

Agens, non agit priuationem. Auer. destruc. destruc. disputa. 3. char. 21. col. 3.

Agens in generabilibus, & corruptibilibus, non facit nec formam, nec materiam, sed ex vtraque facit compositum. Auer. destr. destruc. disput. 3. c. 28. col. 4.

Agens habet omne, quod exit de potentia in actum, quod est de genere illius rei, quæ exit de potentia in actum. Auer. de som. c. 202. col. 1.

Agentis actio non pendet a forma, neque a subiecto sine forma, id pendet actio agentis ex subiecto per hoc, & per det a forma. Auer. 3. metaph. tex. co. 31. c. 85. col. 3.

Agens facit ex alio aliud, non aliud in alio: facit enim ex materia formatum, non in materia formam. Auer. 7. metaph. tex. co. 26. c. 83.

Agens si faceret formam ipsam, faceret ex forma & materia, & sic in infinitum. Auer. 7. metaph. tex. co. 26. c. 83.

Agens, & actum sunt idem in forma. Auer. 9. metaph. tex. co. 14. char. 113.

Agens nil aliud agit, quam trahere illud, quod est in potentia ad actum. Auer. 12. metaph. tex. co. 44. c. 134. col. 1.

Agens vnum, habere alium finem præter seipsum, impossibile est. Auer. epit. meta. c. 181. col. 1.

Agens differt ab actione, quia actio dicit actionem, vt concepta; agere actionem dicit vt exercita, quo secundo modo est prædicamentum. Alber. mag. sex principi. c. 68. col. 3.

Agens omne per voluntatem, & scientiam, liberum est ad agendum si vult, & ad dimittendum actionem, si vult, & hoc modo, vel quo alio modo voluerit. Alber. mag. 8. phys. tract. 1. cap. 13. c. 93. col. 3.

Agens omne incorporeum, quod imprimi speciem suam in rem corpoream, & per corporeum instrumentum, oportet quod agat aliquando sic, quod species, quam imprimi, sequat magis substantiam, cui imprimitur, & aliquando magis assimilatur speciei agentis, & aliquando assimilatur secundum quid vtrique; & hoc fit propter diuersitatem eius, quod suscipit suam impressionem, siue formam, in quam inducit. Alber. magn. pri. de anima. tract. 2. cap. 13. c. 11. col. 1.

Agens vnum specie & forma, non potest duobus genere passiuus per se inferre propriam passionem. Alber. mag. de Veg. l. 1. tract. 1. cap. 2. c. 22. col. 3.

Agens omne agit propter aliquid, & ex illo pendet esse eius, quod fit. Alb. mag. 5. metaph. trac. 1. c. 3. c. 99. col. 1.

Agens per intentionem acquisitam aliquo indiget, & est imperfectum. Alb. mag. 5. metaph. trac. 1. c. 3. c. 99. c. 2.

Agens a proposito agit per suam scientiam, quæ consiliu sibi tradit. D. Tho. 2. phys. l. 5. tex. 8. c. 20. col. 4.

Agens omne agit, quod est sibi conueniens. D. Tho. 2. phys. l. 10. tex. 69. c. 26. col. 3.

Agens omne agit vt est actu. D. Thom. 3. phys. l. 4. tex. 17. char. 34. col. 2.

Agentia naturalia omnia determinatam habent virtutem, quæ si ultra suæ virtutis proportionem elongatur a patientibus, nullum effectum efficere poterunt. D. Tho. pri. de gen. & cor. l. 23. tex. 78. c. 21. col. 2.

Agens omne in virtute alterius, simile ei facit, in cuius virtute agit. D. Th. de sen. & sen. l. 10. c. 12. col. 1.

Agens nullum agit propter aliquid, intendens malum. D. Thom. 5. metaph. lec. 2. tex. 2. cha. 263.

Agere & facere differunt: nam agere est circa operationem

nem permanentem in ipso agente, ut intelligere; facere est propter operationem pertransientem exterius ad materiam transmutationem, ut currere & huiusmodi. *D. Th. 6. metaphysic. l. 1. tex. 6. c. 405. Idem D. Th. 11. metaphysic. l. 7. tex. 1. char. 783.*
 Agens per materiam, agit per motum. *Alexan. de ales. pri. metaph. char. 14. col. 4.*
 Agens in omni sua actione per intellectum facta, concurrere facit intellectum, & appetitum, sed appetitus videtur determinare intellectum. *Alexan. de ales. pri. metaphysic. char. 15. colum. 2.*
 Agens omne per intellectum, & artem; habet apud se ideam, & exemplar rei artificialis. *Alexan. de ales. pri. metaph. char. 29. col. 9.*
 Agere differt à facere, quia agere est actio immanens, factio est actio transiens. *Alex. de ales. 2. met. c. 36. c. 1.*
 Agens, quod agit suppositione materie, necessario supponit materiam, finem, formam, & agens; atque agit non supponendo materiam, non est necesse, ut ad omnia sua opera quatuor causæ concurrant. *Alex. de ales. 5. metaph. tex. 2. c. 105. colum. 1.*
 Agens omnis assimilatur sibi passum, quia passum trahitur ad terminos agentis. *Alexan. de ales. 9. metaphysic. tex. 4. char. 262. colum. 4.*

Agere, ut predicamentum.

Agere, & pati recipit contrarietatem, & magis, & minus. *Aristot. predicamen. tract. 2. cap. 5. char. 85.*
 Agere ut commune ad agere, & facere, est genus generalissimum. *Alber. mag. in 6. princ. char. 68. colum. 3.*
 Agere habet genera subalterna, ut actio, quæ est operatio electionis, & facere in extrinseca materia per arte operari. Species sunt, secare ligna, ir. diuidua, sectio facta ab hoc in illo. *Alb. mag. 6. princ. c. 68. col. 3.*

Agens ad patiens respectum.

Agēte nullo, neq; patiēte, neq; alterari possibile est, neq; segregari. *Ari. 1. de gen. & cor. l. 4. t. 43. c. 403.*
 Agere, & pati non possunt proprie, quæ non est possibile se inuicem tangere. *Arist. pri. de gen. & cor. su. 4. tex. 43. char. 404. cap. 1.*
 Agens & patiens quia genere quidem eadem, & similia sunt, specie vero dissimilia, & talia contraria sunt, manifestum est, quod actiua, & passiva ad inuicem sunt contraria & media. etenim generatio, & corruptio in his. *Arist. pri. de gen. & cor. su. 4. cap. 4. tex. 50. char. 407.*
 Agēs, & patiēs aliquo modo altera & dissimilia sunt, aliquo modo eadē: genere, scilicet eadē: specie dissimile, & contrarium. *Arist. 1. de gen. & cor. su. 4. cap. 4. tex. 51. c. 407.*
 Agunt impossibilia existentia, quæ eandem materiam non habent, quæ eandem habent, & agunt, & patiuntur. *Arist. 1. de gen. & cor. su. 4. cap. 4. tex. 53. char. 408.*
 Agens, & patiens loco, & subiecto distincta esse hinc sumit. *Arist. pri. de gen. & cor. su. 4. c. 6. tex. 76. char. 416.*
 Agens agit duabus virtutibus, & patiens patitur duabus; agit quidem calido, & frigido, patitur autem, vel presentia, vel absentia calidi, & frigidi. *Arist. meteor. 4. su. 2. cap. 2. tex. 30. char. 569.*
 Agens semper est honorabilius patiente, & principium materia. *Arist. 3. de ani. su. pri. cap. 3. tex. 19. char. 659.*
 Agens omne patitur a patiente, & interdum magis patitur quam agit. *Arist. de gen. anima. 4. cap. 3. char. 235.*
 Agens patiente, & immateriale materiali præstantius est. *Alex. aphro. pri. de anima. cap. 29. char. 41. col. 4.*
 Agens quod agit, id patiens patitur. *Sim. in præd. char. 78.*
 Agens, potius dicitur tangere, quam patiens. *Simp. 8. phy. tex. 43. char. 440.*
 Agens naturaliter vult in se transmutare patiens. *Simp. pri. de celo, tex. 20. c. 2. char. 16. col. 2.*

Agens semper patienti nobilius est. *Simp. q. 3. de anim. ex su. 1. tex. 11. ch. 61. col. 3.*
 Agentia similis materia omnino repatiuntur sibi pdominans, tñ interdum plus agunt quam patiuntur, interdum contra. *Io. gram. pri. de gen. & cor. tex. 34. c. 53. col. 3.*
 Agentia, & patientia, immediate in materia comunicantia omnino contraria sunt, non autem omnino, quæ sunt contraria agunt, & patiuntur; sed quæ actiuam habent vim, ut calidum & frigidum. *Ioan. gram. pri. de gen. & cor. tex. 52. co. 111. char. 77.*
 Agentia & patientia contrarietatem habentia, humida existentia, & quodammodo æquata potētis, hæc sunt, quæ agunt, & patiuntur, & miscentur. *Io. gram. pri. de gen. & cor. tex. 89. co. 135. char. 99.*
 Agens non posse agere impossibile non dicitur diminutio, sed dicere ipsum facere aliquod impossibile est deceptio. *Auer. phy. 8. su. 1. tex. 4. c. 155. col. 3.*
 Agentia & patientia in temporibus æqualibus sunt, proportionabilia. *Auer. pri. de celo. tex. 64. c. 21. col. 4.*
 Agens, ut agēs, agit in passum, ita ut faciat illud simile ei in specie, & forma. *Auer. meteor. c. 211. col. 3.*
 Agens non est necesse, ut ab omni patiente patitur, eodem modo, quo patiens patitur ab eo. *Auer. 2. de ani. tex. 45. char. 135. col. 4.*
 Agentis actus in patiente est. *Ioan. gra. de gen. ani. 1. cap. 20. c. 26. col. 2.*
 Agens nihil agere potest, donec sit in eodem loco cum patiente. *Auer. 9. metaphysic. tex. co. 2. char. 107.*
 Agens cum præter passo, quod sibi simile, & oporteat passum esse quid aliud, & secundum numero, necessario sequitur vnum de duobus; vel quod sit diuersum ab ipso in materia, quod necessario est cum passum est eiusdem speciei, cum agente, absque hoc quod sit inter ipsa excessus dignitatis in forma: vel quod illa diuersitas, quæ est inter ipsa, sit in excessu dignitatis in eadem specie, & hoc cum agens in eadē specie sit nobilior passo. *Auer. epitom. metaph. trac. 4. ch. 183. col. 3.*
 Agens & passum in principiis immaterialibus, excessu nobilitatis in eadē specie, non in diuersitate speciei diuersificantur. *Auer. epitom. metaph. trac. 4. ch. 183. col. 3.*
 Agunt & patiuntur ad inuicem, quæ habent communem materiam. *Alb. Mag. in 6. princ. c. 70. col. 4.*
 Agere & pati non conuenit, nisi secundum aliquam qualitatem sensus. *Alb. Mag. in pri. phy. trac. 1. c. 1. ch. 1. col. 2.*
 Agēs, & patiēs sp. sūt in eadē natura, & in qua est agēs, & patiens reperit. *Alb. mag. de ani. trac. 2. c. 18. c. 41. col. 1.*
 Agens si tangit patiens, tunc patiens patitur ab ipso. *Alb. mag. de sen. & sensa. trac. 1. cap. 8. col. 4.*
 Agit proprie ille, qui habet dominium sui actus: qui autem non habet dominium sui actus, magis agit quam agit; & ideo actus non est in potestate eius, quod agit, sed magis eius, qui agit ipsum. *D. Thom. 2. phys. l. 10. tex. 58. char. 25. col. 2.*
 Agens comunicans in materia cum passo, in agendo reperitur. *D. Tho. 3. phys. l. 2. tex. 8. c. 33. col. 1.*
 Agens & patiens si sunt continua, non sunt passibilia, quia nihil a seipso patitur. *D. Thom. prim. de gen. & cor. l. 23. tex. 78. c. 21. col. 2.*
 Agētia, & patientia inuicem necesse est ut habeant vnam subiectam materiam, quæ sit susceptiua contrariorum. *D. Tho. pri. de gen. & cor. l. 18. t. ex. 43. c. 15. col. 4.*
 Agens omne naturale, de sui natura formalitatem suæ actualitatis inducit in passum, quia ad hoc agit, ut suam actualitatem multiplicet, ut saluetur in specie, quod in indiuiduo saluari non potest. *Alex. de ales. 7. metaph. tex. 28. char. 212. col. 2.*

Agentis cognitio.

Agens omne per intellectum cognoscit, & se agentem, & actionem suam. *Alb. mag. de caus. & proces. vniuer. a cau. 1. l. 2. trac. 2. cap. 10. c. 210. colum. 2.*

Agro-

Agorum cultores, si secundum votum optandum est, serui esse debent, non animo elati, neque omnes vnius generis: secundo loco barbari ministri natura similes supradictis. *Arist. politic. 7. cap. 10. char. 735.*
 Agrum mensuris geometricis Ægyptij primo diuiserunt in quatuor agrorum genera: satiuum, consitum, pascuum, & noualem; duos arando, & fodiendo coluerunt, satiuum, & pascuum; satiuus enim appellatur, qui seritur singulis annis, vel in eodem anno pluries: noualis, qui intermissis annis serebatur: pascuum autem qui prata ferebat, & consitum qui arbores, quod non arabat, nec fodiebatur, nisi forte parum circa radices. *Alb. mag. de veg. & plant. l. 7. trac. 1. cap. 4. c. 173. col. 3.*
 Ager satiuus optimus, est qui vapore pertingente, & non consumpto superius est calidus, & humidus, porosam habens superficiem mollem, quæ cultu facilis est, & ferax seminibus iam iactis. *Alb. mag. de veg. & plant. l. 7. trac. 1. cap. 5. char. 173. col. 4.*
 Ager magis rarus & pinguis, vineis magis congruit; melancholicus, macer, & solidus, nec frugibus, nec vineis bonus est. *Alb. mag. de veg. & plant. l. 7. trac. 1. cap. 5. c. 173. col. 4.*
 Ager frigidus, ex argilla sibi immixta accipit caliditatem, quia argilla calida est, & sicca. *Alb. magn. de veg. & plant. l. 7. trac. 1. cap. 6. c. 174. col. 1.*
 Ager multo humore abundans, foditur per transuersum fossatis, ad quæ primo descendit aqua, & postea defluit ab agro. *Alb. mag. de veg. & plant. l. 7. trac. 1. cap. 6. c. 174. col. 1.*
 Agri in conuexitate montium siti, sicci & macri sunt, quia pingue ipsorum ad valles descendit; ideo valles pingues sunt, & loca ista per transuersum aranda sunt, ne pinguedo facilius in valles descendat, & letamē non æqualiter ponitur, sed in alto loco maior copia, & ut declinat, minor copia letaminis ponitur. *Alber. magn. de veg. & plant. l. 7. trac. 1. cap. 7. c. 174. col. 3.*
 Ager noualis ab antiquis duobus modis appellatur, vel qui tunc primum ad cultum redactus est, vel qui quibusdam annis quietis ad suam reddit nouitatem. *Alb. mag. de veg. & plant. l. 7. trac. 1. cap. 8. c. 174. col. 4.*
 Agibilia quædam sunt necessaria, & vtilia; quædam honesta, quibus necesse est eadem esse optionem, & partibus amare, & actionibus ipsarum; bellum gratia pacis, negotium ocij, & necessaria, & vtilia, gratia honestorum. *Arist. politic. 7. cap. 14. char. 745.*
 Agibile, & eugibile idem est. *D. Tho. 6. metaph. l. 1. c. 403.*
 Agnitio est ex ignoratione in notitiam, ad amicitiam, vel inimicitiam, illorum in mutatio, qui foelices, vel infelices determinantur. pulcherrima est si cum Peripetia fuerit. *Arist. de poetic. cap. 9. char. 271.*
 Agnitio multæ sunt species; prima fit per dubitationem, aut per signa, & hoc aut ingenua, aut aduentitia, vel in corpore, vel extra. Tertia fit per reminisceniam. Quarta per syllogismum, & per paralogismum: sed omnium optima est agnitio, à qua ex verisimilibus admiratio ipsa paritur. *Aristotel. de poetic. cap. 13. char. 278.*
 Agnus castus æstiuo, & sicco tempore erumpit in folijs, & floribus: & flores, & folia castitatem inducunt, ideo lectis substernuntur. *Alb. mag. de veget. l. 6. trac. 1. ca. 5. c. 152. col. 1.*
 Agothylem græcè, latinè capriiulgus vocat: est auis magna, lato rostro, in Orientis partibus abundans, capras quærēs, quibus se supponit, & saggit lac earum, & consequitur exsiccatio lactis, vel visus caprarum. *Alb. mag. de ani. l. 23. trac. 1. cap. 1. c. 185.*
 Agricultura iusta est, non enim ab hominibus, nec volentibus, ut cauponarij, & mercenarij, nec iniustis quærūt ut bellicæ artes, & est earum rerum, quæ sunt secundum naturam; natura enim omnis educatio est a matre, quæque, & hominibus a terra. Prodest plurimum ad forti-

tudinem; corpora enim non enervat, sed talia facit, ut sub dio consistere, & tolerare laborem valeant, & aduersus hostes pericula capescere: soli enim hi res suas extra munitiones habent. *Arist. œcon. pri. cap. 2. c. 776.*
 Agrimonia est frigida & sicca. *Alb. mag. de veg. & plant. l. 6. trac. 2. cap. 2. c. 163. col. 1.*
 Alabandina est lapis clarus, ut Sardinus, qui oritur in Epheso. *Alber. magn. 2. de miner. cap. 1. c. 139. col. 2.*
 Alabastrum fit ex multo perspicuo, quod est alteratum, & passum vehementer à terrestri subtili, & sic resultat in eo color nobilissimus micans. *Alber. magn. pri. de miner. tract. 2. cap. 3. c. 137. col. 2.*
 Alauda, Gallinago, & Coturnix nunquam in arbore consistunt, sed humi. *Arist. de hist. anim. cap. 8. c. 330.*
 Alaudarum duo sunt genera; alterum terrenum cristatum galeata à crista appellatum; alterum gregale galero carēs, & cibo idoneum. *Aristot. de hist. ani. 9. cap. 25. c. 339.*
 Alauda est auis a laude vocata, quia musica gaudet tempore sereno; duplex est, capite plano vna, alia cristato, coloris cinerei, maior passere: accipitrem ita timet, quod in hominis sinum fugit, & permittit se capi. *Alb. mag. de ani. 3. tract. 2. cap. 1. c. 185. col. 4.*
 Alcedo nidum facit tam fortem, ut ferro acuto vix possit scindi, & creditur factus esse ex spinis Acus piscis. *Arist. de hist. animali. 9. cap. 14. c. 334.*

Albi diuisio.

Albium significat albedinem, & id, quod recipit albedinem. *Arist. physic. pri. tex. 25. char. 9. col. 1.*
 Albi diuisio per accidens duobus modis est, vel secundum partes quantitativas, vel secundum intensionem, & remissionem. *D. Thom. 6. phys. l. 7. tex. 49. c. 96. col. 4.*

Albi natura.

Albium dicimus aliquid, quod non totum sit album, sed plurimæ partes, aut maxime præcipue sunt albæ. *Arist. phy. 6. su. 5. tex. 76. c. 170. col. 1.*
 Album disgregandi vim obtinet, quod pyramidum vertices cum feriant oculos, talem coloris imaginationem efficiunt. *Io. gram. pri. phys. tex. 6. c. 5. col. 4.*
 Albedo non est motus alterationis, sed albatio. *Alber. mag. 5. phys. tract. 1. cap. 1. char. 60. col. 2.*
 Album in nigro multas facit varietates apparentes in aere, ut flamma in fumo. *Aristotel. meteor. pri. sum. 2. cap. 2. tex. 1. c. 463.*
 Albedinem omnibus aer vaporosus præbet inclusus. *Aristot. de generat. animalium 5. cap. 6. c. 282.*
 Alba omnia animalia calidiora sunt, & suauiora: concoctione. n. dulce efficitur. *Arist. de gen. ani. 5. c. 6. c. 282.*
 Album & diaphanum si rarum valde fuerit, apparet colore aereum; si densum, & caligo, ut in aqua, & vino, & aere cum est crassior. *Arist. de color. cap. 3. c. 883.*
 Alba quæ sunt, quæque inuicem comparantur cum coloribus, efficiunt, ut omnes flores appareant splendidiore: nigra contra, ut umbrosi, & caliginosi. *Arist. de color. cap. 4. c. 884.*

Albi definitio.

Albium est color maximè visibilis, & maxime color, & causa, ut corpora sint magis colorata, & videri magis possint. *Alex. aphrod. in 1. natural. quest. cap. 2. c. 1.*
 Album est color disgregatiuus visus. *Ioan. gram. 2. post. cap. 3. c. 58. col. 2.*

Album ex quo generatur.

Albium si fit ex nigro, ex contrario in contrarium simpliciter fit motus; si ex albo fit albius, non de contrario

trario simplici fit motus, sed de contrario utcumque fit motus; quia in albo remisso pars aliqua nigritiæ confusa est. Them. 5. phys. tex. 19. c. 47. col. 1.
 Album per se non fit nisi ex nigro, ex non albo verò per accidens. Auer. phys. 5. tex. 8. char. 98. col. 1.
 Albedo & nigredo, non quòd sensibus passiones important, sed quòd ex alijs quibusdam passionib. innascantur, passibiles dicuntur qualitates. Boer. in præd. c. 1. 78.
 Album fit ex multis perspicuis, in alterare determinatis. Alb. mag. pri. de miner. tract. 2. cap. 2. c. 136. col. 4.
 Albedo calcis, & gipsi procedit ex aduisione. Alb. magn. de sen. & senf. tract. 2. cap. 2. char. 11. col. 1.
 Alba sunt omnia perfecte decocta, ut sperma, sanies, brodij. Alb. mag. de ani. 9. tract. 2. cap. 23. c. 20. col. 3.

Album ut pertinet ad robur.

Albi valde timidi sunt, referuntur ad mulieres. Arist. physiognom. cap. 10. c. 332.
 Alba animalia plura, infirmiora sunt nigris. Arist. de coloribus. cap. 6. c. 892.
 Albertus de prophetia, & huiusmodi plus secundum Peripateticorum sententiam, quam ex sua in hoc libro de somno & vigilia scribit; nam si quid secundum propriam opinionem scribere de hoc vult, in libris theologis potius, quam in physicis verba facit. Alb. mag. de som. & vig. 1. 3. tract. 1. cap. 12. c. 38. col. 4.
 Albertus quod scripsit de terræ parte habitabili in meteoris, aliorum philosophorum opinione scripsit; hoc autem in loco ex sua quicquid scribit, scribit. Alb. mag. de nat. loc. dist. cap. 7. c. 96. col. 1.
 Albius est piscis fortissimæ pellis, ita ut pelles aptentur à militibus sub galeis ad ictus quoslibet gladiatorum sine læsione capiendos. Alb. mag. de ani. l. 24. c. 1. & 196. c. 1.
 Albugines cur magis digitis manuum, quam pedum, & puerili ætate magis, quam firma enascantur? quia pituitæ excrementa oriuntur, quæ in pueris magis, ut edacioribus, & ociosioribus superat: at vnguibus pedum minus hoc vitium accidit, quia per agitationem pedes magis exercentur, & vacantem materiam absorbunt. Alex. aphrod. problem. 1. c. 721. 146.
 Albugines & vitiligenes, cur acu adacta nullum sanguinem emittunt? quia calor omnis summus ex meatibus, vel recessit vel diffusus, & exactus est. Alexan. aphrod. problem. 2. c. 771. 114.
 Albertras, & Haudion sunt de genere draconum, & in ordine tertio, & sunt magni usque ad 5. cubitos: & accidit eis morsu eorum dolor vehemens, & frigiditas plurima, & per consequens stupor, & mors forte usque ad plures dies; quia veneni frigiditas tardius occidit, & aliquando curatur. Alber. magn. de animal. 25. char. 201. col. 2.
 Alceo, quæ bis malua vocatur, est calida cum æqualitate; est lenitiua, maturatiua, mollificatiua, & resolutiua. Alb. mag. de veg. & plant. li. 6. tract. 2. cap. 2. c. 163. c. 2.
 Alchacodem ponunt Mathematici in natiuitatibus, quod vitam sonat & intellectus, quod vitam & intellectum conferre debet; quia sequuntur Platonem, qui dicebat ad sinus orbium transire animas Dijs conformes. Alb. mag. de nat. & orig. ani. tract. 2. cap. 7. c. 74. col. 2.
 Alchimia est ars, in qua est dubium, an reperitur; & si reperitur, impossibile est, ut quod fit, sit ipsummet naturale: ars enim diminuitur in assimilando naturæ, nec in rei veritate peruenit ad illam; & si fecerit aliquid simile, quoad sensum rei naturalis, non est apud nos aliquid, quod necessiter falsitatem nec possibilitatem eius, & quod possibile est, ut perueniamus ex eo ad hoc ex longa experientia cum longitudine temporis. Auer. contra Alga. in phy. disput. 1. c. 55. col. 3.
 Alchimidæ operationes deficiunt in liquandis lapidibus, sine alterius materiei humidæ oppositione. Alb. mag. 1.

de miner. tract. 1. cap. 5. char. 135. col. 3.
 Alchimidæ operationes difficiles, & imperfectæ magis sunt in lapidum operatione, quam in metallorum, quia virtutem formatiuam non dant materiæ, & ars eis est incerta pro formatiua, & calidum vstium est pro instrumento, quod incertissimè operatur; at virtus à coelo data certa est. Alb. mag. 1. de miner. tract. 1. cap. 4. c. 144. col. 4.
 Alchimia inter omnes artes maxime naturam imitatur. Alb. mag. de miner. tract. 1. cap. 2. c. 144. col. 1.
 Alchimia cognitio quamuis sit difficilis, & dispendiosa, tamen non est impossibilis, cui maxime confert quartus meteorologicorum liber. D. Thom. 4. met. ex digress. de coloribus. l. 1. c. 215.
 Alchos est animal figura, colore, & quantitate muli, labrum superius habens ita prorensum, ut nisi retrograde incedens herbas à terra capere nequeat. Alb. Mag. de ani. l. 22. tract. 2. cap. 1. ch. 174. col. 2.
 Alcisthenes sybarita miro sumptu chlamydem confecisse, ac exornasse legitur, ac eam in Crotonis promontorio ad Iunonis nundinas præposuisse, ad quas vniuersæ Italiæ indigenæ confluunt, & quod maxima afficit admiratione, Dionysius senior eam vendidit Carthaginensibus 125. talentis. Colore purpurea erat, amplitudine vlnarum quindecim, vndique minutis animalibus velabatur intextis: desuper Susæ, deorsum Persæ opida inserta, in medio Iupiter, Iuno, Diana, Minerua, Apollo, Venus inaderant, in vtroque extremo Antisthenes inerat, vtrinque verò Sybaris ipsa eminebat. Arist. de admir. audit. 4. 92. ch. 857.
 Alcyon circa brumam parere solita est; quamobrem, quoties bruma serena est, dies alcionij dicuntur: septem ante brumam & septem à bruma, & fit hoc tempus tranquillum, si ita euenerit, ut bruma austrina Vergilij aquilonij fiat. Septem primis diebus nidum construunt, alijs pariunt & educant: at non seroper in nostris regionibus, sunt dies alcionij, in siculo mari pene semper id euenit. Parit Alcyon circiter quinque oua. Aristotel. de histor. animalium 2. capit. 8. char. 154.
 Alcyones sunt aues parua, colore uuaç purpureis pennis, quibus aliqua sunt intermixta, collo longo, brumali tempore nidificantes; & aiunt per 14. dies mare tranquillum esse, quibus diebus fouent oua, & pullos ad perfectionem nutriunt. Alb. Mag. de ani. l. 23. tract. 1. cap. 1. char. 185. col. 4.
 Alec est piscis similis ferè Raie, sed corpus acuitur in caudam vnam longam, & in fine pennulata & bifurcata, ut cauda aliorum piscum, & super dorsum est pinnula magna, non ad natandum, sed ad dirigendum. Habet in humeris duas maximas pinnas formatas articularibus coniunctionibus, per omnia ut algæ, & duas alias inferius similes habet. Habet duos pedes cartilagineos non habentes articulos, vnum ad vnum, & alterum ad aliud, & in planta sunt quedam diuisiones digitorum confusæ, & est maxime multitudinis in Oceano, quod partes Gallia, Angliæ, & Dacia, & Teutonice attingit. Est squamosus, & sapidus, saltem ieiunum intestinum habens. Alb. Mag. de ani. l. 24. cap. 1. ch. 195. col. 4.
 Alectorius est lapis Galli, albus, nitens, cristallo obscuro similis; extrahitur a gallo gallinaceo decrepito ex ventriculo; est quantitatis fabæ, excitat venerem, discretum facit, oratoriam facultatem tribuit, amicos conciliat, & sub lingua positus sitim extinguit, & reprimat, & hoc vltimum expertum est. Alber. Magn. 2. de miner. tract. 2. cap. 1. ch. 139. col. 2.
 Alexander Aphrodisiensis, præter interpretationem circa prædicamenta mediocres attingit quæstiones, quod & Herminus, & Maximus Iamblicus discipulus fecit. Sim. in præd. char. 1.

Alexan-

Alexander Aphrodisiensis in hoc errauit, quia non existimauit animam ut instrumentum uti, non distinguens vitam utentem instrumento, ab illa quæ organum, ut organum est, informat. Sim. pri. de ani. tex. 54. c. 14. c. 1.
 Alexander aphrod. errat hic, accipiens oculum, ut corpus solum, sine visu; intelligit enim Arist. oculum loco totius animalis, loco totius animæ accipit animalis visum: hæc enim est substantia oculi, quæ secundum rationem est, hoc est secundum formam, oculus autem est materia visus. Simp. 2. de anim. tex. 9. ch. 26. col. 1.
 Alexander aphrod. est vir magnæ excellentiæ, & grandis nimium. Auer. in q. logic. q. 9. ch. 371. col. 1.
 Alexander est magis dignus, quam putetur de eo sermo falsus. Auer. meteor. pri. cap. 3. c. 185. col. 4.
 Alexandri expositio de anima aliena est à verbis Arist. & ab eius demonstratione; a verbis, quia dicit intellectum materialem esse separabilem, nullum habere corporeum instrumentum, esse simplicem, impassibilem, & laudat Anaxagoram dicentem non esse mixtum cum corpore. Auer. 3. de ani. tex. 5. ch. 162. col. 4.
 Alexandri maius est inconueniens, quod dixit primas aptitudines ad ipsa intelligibilia; & ad vltimos actus ipsius animæ esse res õitas à temperatura, & non vires factas ab ipso motore extrinseco. Auer. 3. de ani. tex. 3. char. 163. col. 2.
 Alexander aphrod. iuxta suum de anima dogma, non potest assignare causam motus localis in homine, quia nulla forma corporalis (ut in octauo physicorum probatum est) mouere potest motu locali; & cum anima (iuxta suam opinionem) non sit nisi forma harmoniæ consequens, corporis nulla est causa motus; namque, si dicat esse æqualitatem istam compositionis, à quo mobili si mouebitur secundum locum, cum ab immobili omnem motum procedere necesse sit. Præterea æquale in complexione potest moueri processive, & æquale etiã mouetur; ergo idem mouens erit, & motum, quod absurdum est, & multa alia sequuntur absurda. Alber. Mag. de nat. & orig. anim. tract. 2. cap. 5. ch. 72. col. 4.
 Alforas piscis est ex putredine luti generatus, qui in luto sine aqua procreatur, ad modum vermiculi, qui aqua descendente concreuit in piscem; & dicunt nauaræ; si consumetur putrefactus vsque ad caput, & oculos, adueniente aqua iterum nascitur, & diu vivit, quia ante parue est vitæ. Alb. Magn. de ani. l. 24. cap. 1. ch. 196. col. 1.
 Alfordius est serpens primi ordinis, & est similis alij serpenti, qui vocatur cabri. Est quantitatis ab vno vsque ad duos cubitos; habet corpus arenosum, punctatū totū punctis nigris, & albis, & est minor vipera; caput & caudam habet valde parua, & etiam huius speciei alæ nigrae, & rubei coloris; habet sup caput squamas albas quali incisas, & fixas, & cum incedit facit strepitum, ut foliorum siccorum, propter siccitatem corticis ventris sui. Est valde malus, & cum mordet, rumpuntur morfi omnes pori manifeste, & omnes eorum meatus, & manat sanguinem saniatum, & spuit, & vomit sanguinem, & locus morsus denigratur, & ex eo fluit paucus humor aquosus, soluitur venter, constringitur anhelitus, difficultas incurritur vrinandi, vox intercipitur, & resoluuntur membra, & incidit in sui obliuionem, & spasmodum, & decidunt dentes, & in tali tormento moritur. Alb. Magn. de anim. l. 25. ch. 201. col. 1.
 Alga fucaria provenit ex purgamento Ponti, quæ in Hellespontum deferitur, quod algæ nomine phycos appellant, colore pallidum florem algæ aliqui esse volunt, & fit æstatis initio, eoque tum ostrea, tum pisciculi eius loci aluntur, & hic purpuram quoque suam trahere florem existimant. Arist. de hist. ani. 6. cap. 13. ch. 216.
 Alibetra fluuius nascitur ex monte Listo, & currit miliaria 727. & mergitur in Orientalem Oceanum. Alb. Mag. de natu. loc. dist. 3. cap. 2. ch. 101. col. 3.
 Alica plus aquæ recipit, quam triticum, vnde cõfecta est,

quia Alica est quodammodo farina, farina verò plus aquæ imbibit; moles enim eius amplior est quam triticum: sed etiam, quia color, quem continet intra se farina, & alica, efficit ut bibatius hauriant; quod enim calidum est, humorem efficacius in se trahit, & expeditius in vaporem consumit. Arist. problem. sec. 21. q. 21. char. 547.

Alimenti diuisio.

Alimentum duplex est; aliud, quod mouet, & mouetur, aliud, quod mouet solum. Arist. 2. de ani. su. 3. cap. 2. tex. 50. ch. 627.
 Alimenti ratio duplex: augendi, & nutriendi. Nutriens est, quod esse, & toti, & partibus præbet, augens autem quod accessionem ad magnitudinem facit. Arist. de gen. an. imalium. 2. cap. 4. ch. 174.
 Alimento duo sunt genera; alterum, quod inconcoctum, & indigestum, extrinsecus admouetur; alterum quod concoctione conficitur, & corpori adiudicatur; hæcque; alimentorum distincta natura in causa est, ut interdum contrariū cõtrario, interdum simile simili dicamus. Alex. aphrod. 1. de ani. cap. 10. ch. 34. col. 2.

Alimentum quid, & eius proprietates.

Alimentum omnibus est ex humido, & sicco. Arist. de part. ani. 2. cap. 3. ch. 432. Idem A. spaf. ethico. 7. cap. 5. ch. 371.
 Alimentum vltimum sanguineis animalibus est sanguis, exanguibus autem id, quod vice sanguinis habent proportionale. Aristot. de part. anim. 2. cap. 3. char. 432.
 Alimentum videtur esse contrariū contrario, & non omne omni, sed quæcunque contrariorum non solum generationem habent ex se inuicem, sed & augmentum: multa enim ex se inuicem fiunt, sed non omnia. Arist. 2. de ani. su. 3. cap. 1. tex. 43. ch. 626.
 Alimento alio est contrarium, si sumitur alimentum indigestum; est etiam simile, si sumitur digestum. Aristot. 2. de ani. su. 3. cap. 2. tex. 45. char. 626.
 Alimento est aliud esse, & augmentatiuo; ut enim est quatum quoddam, est augmentatiuum; vt autem hoc aliquid, & substantia, est alimentum; conseruat enim substantiam quousque alitur, & generationis est factiuum, non eius, quod alitur; sed talis, quale id, quod alitur. Arist. 2. de ani. su. 3. cap. 2. tex. 47. ch. 626.
 Alimento est corpus tangibile. Arist. 3. de ani. su. 3. cap. 1. tex. 63. ch. 670.
 Alimento omnium animalium est mistum ex humido & sicco, nec non plantarum. Arist. de sen. & sen. cap. 4. char. 16.
 Alimento vltimum animalis sanguis est, aut quod sanguini proportionatur, quorum causa sunt venæ, quorum principium est cor. Arist. de gen. ani. 2. capit. 4. char. 161.
 Alimento omne in prima cordis generatione non est extrinsecus, sed vt plantarum feminibus inest aliquid tale primum, quod lacteum vocatur, sic in animalium materia excrementum constitutionis alimentum est. Arist. de gen. ani. 2. cap. 4. ch. 162.
 Alimento omnibus est, quod dulcissimum, & cõctissimū est Arist. de gen. anima. 4. cap. 8. ch. 256.
 Alimento facit refrigerationem, ieiunia calefaciunt, & sitim faciunt; immotus enim existens aer calefit, alimento autem ingrediente refrigeratur motus, donec assumpserit concoctionem. Arist. de iuuent. senec. vit. & mor. & respir. cap. 3. char. 306.
 Alimento appellatur, quod corporibus adhærescit, cõcoctumque a natura illis accessit. Arist. problem. sec. 1. q. 43. char. 346.

D

Ali-

Alimentum est corpus. Io. gram. 4. phy. char. 93. col. 3.
Alimentum omne humidum potius est. Io. gram. de gen. anim. 1. cap. 18. ch. 19. col. 1.
Alimentum siccum, nisi humidum prius fiat, non suggerit alimentum. Io. gra. de gen. ani. 4. cap. 2. c. 76. col. 1.
Alimenti facultas in animali vltima est, quæ moritur. Aspaf. 7. ethic. cap. 14. ch. 401.

Alimentum vt transmutatur.

Alimenti qualitatibus duabus solum opus habent quæ aluntur, caliditate, frigiditateque; ideo alimēto indigent humido, & sicco; caliditas, n. & frigiditas inueniunt in cibis siccis, & humidis, & neutra ex his naturis à pari suo se iungitur. Arist. pri. de plan. ca. 1. c. 362.
Alimentum patitur aliquid ab eo, quod alitur, sed non hoc ab alimento, vt nec faber à materia. Arist. de ani. 2. sum. 3. cap. 1. tex. 45. ch. 626.
Alimentum omne concoqui posse necessarium est, operatur autem concoctionem calidum, vnde oē animatū habet calorē. Arist. 2. de ani. su. 3. cap. 2. tex. 50. c. 627.
Alimentum primò fit phlegma, deinde sanguis, postea sanguis in phlegma transmutatur. Michael. Ephes. de som. & vig. char. 14. col. 4.
Alimentum nō fit sine calore ignis, sed calor ille est cum causa, quia instrumentalis est. Alb. Mag. 2. de ani. trac. 2. cap. 4. ch. 17. col. 3.

Alimentum vt nutrit.

Alimentum trahere à principio naturali, est & commune animal & plantæ. Arist. de plāt. 1. cap. 1. c. 362.
Alimentum continuum est vsque ad ipsam corruptionis horam, debentque; eo vti animalia, & plātæ tali quali est ipsorum vtrorunque. Arist. pri. de plant. cap. 1. c. 362.
Alimento necessitatem ascribimus, quia sine eo fieri nequit, vt res sit, quod quasi ex suppositione est. Aristot. pri. de partib. animal. cap. 1. ch. 408.
Alimentum capere omnia quæ augentur necesse est. Arist. de partib. ani. 2. cap. 3. ch. 432.
Aluntur viuētia omnia siccis humidis calidis, & frigidis. Arist. 1. de ani. sum. 2. cap. 1. tex. 28. ch. 621.
Alimento nihil prodest, sonus, color, & odor, sapor autē est, vt condimentum quoddam. Arist. de ani. su. 2. trac. 8. cap. 1. ch. 621.
Alimento nihil confert, sonus, odor, & color. Arist. de ani. 2. su. 2. cap. 1. tex. 28. ch. 621.
Alendi facultas vt eadem per vniuersum corpus animalis tota est sibi ipsi respondens, & similis. Aristot. de spirit. cap. 3. char. 901.
Alitio est, & priusquam animal perfectum est, & postquā perfectum est. Arist. de spir. cap. 3. char. 902.
Alimenti concretio fit per trāsmutationē, ipso assimilato rei nutritæ, nō quæ idē sit primo cū re nutrita, dehinc cū ipsa concernat, id enim esset carnis generatio, non alimentū; sed vltimū alimentū, quod in sanguine p̄ditus sanguis est, in alijs aliqd, quod cū eo proportionē habet in singulis nutritis, per vasa cōuenientia delatū in ipsa, & influēs, à potestate, q̄ in vno quoq; est transmutatur, & assimilatur nutrito. Alex. aphr. de mist. c. 60. c. 4.
Alendi functio fit per nutritionem altrice anima, extrinsecus admotum alimentum, per concoctionē immutante, atque adiudicante corpori, cuius forma, & potestas est. Alex. aphrod. de ani. cap. 5. ch. 34. col. 4.
Almur contrario, & simili; contrario, cum sub crudo alimento alimur, quia omnis immutatio in contrariū tendit, vt album in nigrum; simili, cum concocto alimur. Alex. aph. pri. de ani. cap. 10. ch. 34. col. 2.
Alimentum & generatio saluant substantiam; alimentum secundum materiam, & indiuiduum; generatio s̄m speciē. Alb. Mag. 2. de ani. trac. 2. cap. 1. c. 16. col. 2.

Alens vt alit, dēt esse actu humidum, susceptibile formæ eius, qd̄ alitur. Alb. Mag. 2. de ani. trac. 2. ca. 5. c. 17. c. 4.
Alimentum non sic transit in id, quod augetur quasi fit aliud corpus ab ipso; sed quia conuertitur in substantiam eius, vt ligna igni apposita conuertuntur in ignē. D. Tho. 4. phy. l. 10. tex. 57. ch. 56. col. 3.
Alimentum est in potentia ad id, quod alitur, conuertitur enim in ipsum. D. Thom. 2. de ani. l. 8. tex. 41. char. 29. col. 1.
Aliquando est tempus determinatum ad prius, & posterius nunc. Arist. phy. 4. cap. 7. tex. 125. ch. 117.
Aliquid esse, & quid erat esse sunt idem re, sed differunt ratione. Alex. de ales. 7. metaph. tex. 12. ch. 193. col. 2.
Aliud esse in alio multis dicitur modis; vno modo, vt pars in toto, alio vt totum in partibus, alio vt species in genere, alio vt genus in specie, alio vt forma in materia, alio vt in primo mouente, alio vt in fine. Omnium autem maxime proprium est, quod est in vase, & omnino, quod est in loco. Arist. phys. 4. su. 1. cap. 3. tex. 23. c. 82. Idem Boet. in præd. ch. 121.
Aliud esse in se potest intelligi, aut secundum se, aut secundum alterum; per alterum dici potest, quia corpus dicitur album, quia superficies alba. Arist. phys. 4. su. 1. cap. 4. tex. 24. char. 83.
Aliud in se ipso esse non potest aliquo eorum modorū, quos enumerauimus esse in. Arist. phys. 4. su. 1. cap. 4. tex. 25. char. 83.
Aliud in se ipso esse non potest, nec secundum accidens: duo enim corpora in se ipso essent. Arist. phys. 4. su. 1. cap. 4. tex. 27. char. 84.
Allia, & cepa, cur quō sicciora erunt, eo meliora enadere possunt, cætera deteriora? Quia omnia eiusmodi maxime plena humoris conficiuntur: itaque terræ cōmissa sicciora temperamēto commodo germinare incipient. Adde, quod minus putrent, cum sicciora feruntur. Arist. probl. sec. 20. q. 27. ch. 537.
Allia, cum excaulescunt, plenius quam recens edita olent, quia recentia multum humoris adhuc extranei continent, quo fit, vt vim suam integram habere nequeant. At cum decocta iam sunt, secreto humore illo inutili, tunc suum odorem sincere adipiscuntur, qui scilicet, acer est. Arist. probl. sec. 20. q. 30. ch. 538.
Allium mense Martio, aut Nouembri bene feritur, terrā argillosam quarit, bene fossam, mollē, & raram. Alb. Mag. de vege. & plant. l. 7. tract. 2. cap. 2. ch. 177. col. 3.
Alnus aquolis locis nascit, & ei⁹ folia recēter sparfa in lectis, & thalamis occidit pulices, & in aqua positus iputrescibilis est. Alb. Mag. de veg. l. 6. trac. 1. ca. 6. c. 152.
Aloes lignum est, cuius originem nemo hominum apud 7. clima habitantium adhuc nouit. Inuenitur in magno flumine superioris Babylonis, & retibus vt corall⁹ expiscatur. Alb. Mag. de veg. 6. trac. 1. cap. 2. c. 151. c. 3.
Aloes calida & sicca est, non vitra temperamentum. Alb. Mag. de vege. 6. tract. 1. cap. 2. ch. 151. col. 4.
Aloes est succus herbæ eodem nomine appellatæ, & lignum. Alb. Magn. de veg. 6. tract. 1. cap. 2. c. 151. col. 4.
Aloes lignum ardet vermes, est contra pediculos, & siccat humores putridos. Alb. Magn. de veg. 6. tract. 1. cap. 2. char. 151. col. 4.
Aloy est animal mulo propemodū simile, carens flexu politum in anterioribus cruribus, in quo conuenit cum Elephante. Alb. Mag. de anim. 2. trac. 2. cap. 1. c. 174.
Alphes alij Leunzā vocant, animal est natū ex Leone, & Leopardo, ferox, & nociuū, & aliquando domesticaf, & ducitur ad venandū, & nisi blādiatur ei venator, retrocedit, & occidit homines, & canes, & libenter interficit Lupos. Alb. Mag. de ani. 2. trac. 2. ca. 1. c. 174. c. 1.
Alterana herba sic dicta est, quia vinctum ex ea corpus multum alterat, & aceto mixta in rubrum conuertit colorem, & est frigida & sicca. Alber. Magn. de veg. & plant. l. 6. tract. 2. cap. 2. ch. 16. col. 4.

Alia

Alterationis diuisio.

Alterationis æqualitas, si est secundum subiectum tantum, est per accidens; & si sit secundum solam passionem, non erit æqualitas perfecta, sed sola similitudo; ergo in consideratione æqualitatis perfectæ consideranda est similitudo passionis, & æqualitas subiecti. Auer. Phy. 7. tex. 33. ch. 15. col. 4.
Alteratio, alia commuiter, alia proprie dicitur. Auer. 4. de coelo, tex. 24. ch. 116. col. 3.
Alteratum dupliciter dicitur; vel qualitate substantiāli, vel accidentali. Alb. Mag. in prædicab. ch. 18. col. 1.
Alteratio alia naturalis, & sic cælum non alteratur; alia quæ non est motus, sed finis motus, quæ fit subito per illuminationem, & per lumen, quod est forma prima corporis luminosi; & sic cælū alteratur, vt in Luna videmus. Alb. Magn. pri. de cælo, tract. 1. cap. 11. c. 7. col. 2.
Alteratio duplex; vna passiuā secundum quam ita aliquid abijcitur, vt aliquid addatur, vt cum aliquid de frigiditate fit calidum, quæ debet à corpore cælesti excludi; altera est perfectiuā, quæ fit cum aliquid ab alio perficitur absque alterius abiectione, quæ est etiam in potentia sensitiua; & nihil prohibet esse in corporibus cælestibus. D. Tho. pri. de cælo l. 7. tex. 55. c. 7. col. 2.
Alteratio duplex; alia realis, quæ via est in generationem; alia intentionalis, vt dicimus, quod aliquid alteratur de non lucido in lucidum. Alex. de ales. 8. Metaphy. tex. 4. ch. 247. col. 1.

Alteratio quid est.

Alteratio est actus alterabilis, vt alterabile. Arist. phy. 3. su. 2. cap. 6. tex. 23. ch. 60.
Alteratio omnis est ex quibusdam contrarijs, & sic augmentū, & diminutio. Arist. phy. 6. su. 5. c. 3. tex. 6. c. 175.
Alteratio est illa, quæ est mutatio in contrarium. Aristot. phy. 8. su. 3. cap. 1. tex. 55. ch. 555.
Alterari dicimus, cum semper subiectum manet vnum. Arist. 1. de gen. & cor. cap. 1. tex. 1. ch. 379.
Alteratio est, qn̄ manēte subiecto, sensibili existēte, trāsmutat in eius passionibus, aut cōtrarijs, aut medijs existentibus. Arist. 1. de gen. & cor. cap. 4. tex. 23. ch. 394.
Alteratio est secundum ipsius tactus passiones. Arist. 2. de gen. & cor. su. 2. cap. 1. tex. 24. ch. 429.
Alteratio est actus rei alterabilis, in eo quod alterabilis. Them. 3. phy. tex. 23. ch. 29. col. 1.
Alteratio est quædam generatio, quæ tamen, & si principium temporis habet, non tamen principium rei obtinet. Simp. pri. phy. ch. 34. col. 2.
Alteratio est nomen commune, positum in qualitate, deficientibus nominibus; & sic latio in vbi. Simp. 3. phy. tex. 5. char. 147. col. 1.
Alteratio est mutatio circa aliquod formatum, secundum aliquod accidentium. Io. gram. pri. de gen. & cor. tex. 1. com. 4. char. 5.
Alteratio est mutatio à formato ad formatū, eodē manēte subiecto. Io. gram. 2. de anim. tex. 56. ch. 50. col. 1.
Alteratio est affectio, vel passio; nam id, quod ab eo, quod est potentia, in id, quod est actu, agit, alteratur. Io. gra. 3. de anim. tex. 9. ch. 84. col. 4.
Alteratio est permutatio à qualitate in qualitātē. Auer. epitom. in logic. ch. 343. col. 1.
Alteratio est, quando eodem subiecto manente, mutatio fit in suis passionibus, vel qualitatibus. Alber. Magn. in prædicam. ch. 56. col. 4.
Alteratio proprie est secundum prima sensibilia, eo quod verissime illa, & per se sunt contraria: quæ sunt calidum, frigidum, humidum, & siccum; in alijs fit horum contrariorum medio. Alber. Magn. 7. phy. tract. 1. cap. 5. char. 84. col. 1.
Alteratio vel est æqualitas imperfecta, vel (vt melius) est,

formaliter tendentia ad qualitatem perfectam; quia omnis tendentia est in genere illius, ad quod tendit, vt via in genere termini. Alex. de ales. Metaphy. tex. 18. char. 136. col. 1.
Alteratio duplex; alia realis, quæ via est in generationem; alia intentionalis, vt dicimus, quod aliquid alteratur de non lucido in lucidum. Alex. de ales. in 8. metaphy. tex. 4. char. 247. col. 1.

Alterationis causa.

Alteratur omne quale, ex eo quod sensibile est. Arist. phy. 7. su. 3. cap. 1. tex. 11. ch. 182.
Alterantur omnia, quæ alterantur, à sensibilibus, & solū horum est alteratio, quæ secundum se dicuntur pati ab ijs. Arist. phy. 7. su. 3. cap. 2. tex. 34. ch. 184.
Alterationis principium, quæ est in compositis, potest inueniri in ipso alterato, scilicet principium mouens. Auer. phy. 2. tex. 3. ch. 23. col. 3.
Alterationis principia sunt, caliditas, & frigiditas. Auer. phy. 7. tex. 11. ch. 145. col. 4.
Alterari in pluribus non existimatur illud, quod alterat primum alterans. Auer. phy. 8. tex. 37. ch. 171. col. 3.
Alterans cibum propinquum, debet esse corpus. Auer. pri. de ani. tex. 50. ch. 136. col. 4.
Alterata ad inuicem, habent eandem materiam; & quæ alterantur ad aliquid idem, habent illud idem pro materia. Auer. 5. metaphy. tex. com. 33. ch. 66.
Alteratio omnis fit, agente actiuo aliquo; & cum nullum mobile naturale agat, nisi medio qualitate actiuorum, ergo ab illis solis fit alteratio. Alb. Mag. pri. de gener. & cor. tract. 2. cap. 2. ch. 64. col. 1.
Alteratio naturalis vt fiat, quinque requiruntur; agens extra mobile, per qualitates actiuas: qualitas addens super essentiam materiæ: quod per excellentiam ipsa corrumpat subiectum: quod sit præter essentialia variatio secundum eam; & quod habeat contrarium actu pugnans. Alb. magn. de gener. & cor. tract. 2. cap. 4. char. 64. col. 1.
Alteratio omnis fit per virtutem agentis, quod alterat, cuius virtus quanto fuerit maior, tanto maius corpus alterare potest. D. Tho. 6. phy. l. 5. tex. 32. ch. 92. col. 2.
Alteratio fit per contactum alterantis. D. Tho. 6. phy. l. 5. tex. 32. ch. 92. col. 2.
Alteratio, quæ fit in materia, ex qua generatur embrio, non est à principio intrinseco, sed à principio extrinseco. D. Tho. de ani. mot. l. 3. ch. 50. col. 3.
Alterandi corpus ad caliditatem, & frigiditatem, principia sunt sensus, phantasia, & intellectus in actu. D. Tho. de animalium mot. l. 6. ch. 53. col. 2.

Alterationes vt Naturales, & in quo sunt.

Alterationes subitæ non habent principium temporis. Arist. phy. 1. su. 2. cap. 4. tex. 23. ch. 8.
Alteratio non est in parte animæ intellectiua. Arist. phy. 7. su. 3. cap. 2. tex. 20. ch. 176.
Alterans & alteratum nihil medium intra se habent. Arist. phy. 7. su. 3. cap. 1. tex. 11. char. 182.
Alteratio non est in ijs, quæ fiunt, neque in habitibus. Arist. phy. 7. su. 3. cap. 2. tex. 17. char. 185.
Alteratio in sensibilibus est, & in sensibili parte animæ, in alia autem nulla nisi per accidens. Aristot. phy. 7. su. 3. cap. 2. tex. 20. char. 187.
Alterationes duas si sunt æquales, si cognoscere volumus, aspiciendum est ad id, quod alteratur, & ad passionem. Arist. phy. 7. su. 4. cap. 1. tex. 32. char. 190.
Alteratio si est agens ex potentia calida, in actu calido, oportet esse mouens, quod aliquando propinquius est, aliquando longius ab eo, quod alteratur: & hæc mouentis operatio sine ratione non contingit esse. D. 2. Arist.

Arist. phy. 8. su. 3. capit. 1. tex. 55. char. 222.
 Alterabilia oia alterantur ad illud, quod maxime conveniunt eis, & non ad aliud. Arist. 4. de celo. su. 2. tex. 24. c. 367.
 Alteratio & generatio, sunt altere transmutationes ab invicem. Arist. pri. de gen. & cor. cap. 4. tex. 23. c. 394.
 Alteratio, & augmentum, est per animam, sensus enim quidam esse videtur alteratio, & nihil sentit, quod non habet animam. Arist. 2. de ani. su. 3. cap. 1. tex. 37. c. 624.
 Alteratio ut fiat, non opus est loco. Them. 4. phy. tex. 62. c. 38. col. 2. Idem Io. gram. phy. 4. tex. 62. ch. 93. col. 1.
 Alteratio omnis contrariis quasi calculis quibusdam arceatur, nec in infinitum dividi potest, quia indivisibilia sunt, quæ alterantur. Them. 8. phy. tex. 23. c. 55. col. 2.
 Alterans id est, quod in aliud mutandi, qua ratione aliud est, in seipso principium obtinet. Ammo. in præd. c. 14.
 Alteratio omnis simul habet primum alteratum, & ultimum alterans. Sim. 7. phy. tex. 13. c. 375. col. 1.
 Alteratum non semper corruptibile est; sed quæcumque secundum substantiam sunt, possibilia transmutari, talia sunt, quorum substantiæ, & speciei est aliquid contrarium. Simp. pri. de celo. tex. 2. co. 24. ch. 18. col. 1.
 Alterantia generabilia, & quæ augentur, nondum sunt absoluta ad eam, quæ secundum seipsa est substantiæ. Sim. 4. de celo. tex. 24. co. 12. c. 105. col. 4.
 Alterata non habent principium rei, at, quæ ut substantia sunt, habent rei principium. Io. gram. 3. phy. tex. 30. char. 60. col. 2.
 Alterationes omnes, & si non secundum tangibiles passionem spectantur, saltem ad tangibilem qualitatum mutationem referuntur; qualitates enim omnes sensibiles sequuntur temperaturas calidi, frigidi, humidi, & siccii. Io. gra. 2. de gen. & cor. tex. 24. co. 15. c. 114.
 Alteratio est in passivis qualitatis facta mutatio. Io. gra. pri. de ani. tex. 37. c. 18. col. 1.
 Alteratio reperitur in omnibus generibus quatuor qualitatum, vel in maiori parte eorum. Auer. in præd. trac. 3. cap. 4. ch. 30. col. 2.
 Alteratio non invenitur in prædicamento qualitatis, nisi in genere qualitatis passivæ secundum tactum, gustum, & visum, nam istæ qualitates recipiunt magis, & minus, & non est ita de qualitibus, quæ sunt in anima, & in animato, & in qualitate quæ est secundum quantitatem. Illa autem, quæ est secundum potentiam, & impotentiam naturalem est propinqua passivæ, & videtur quod in ea non est motus. Auer. phy. 5. tex. 18. char. 101. col. 3.
 Alterationis contraria, sunt contraria principaliter, & proprie. Auer. phy. 6. tex. 91. ch. 138. col. 4.
 Alteratio primo, & principaliter est in primis qualitibus, in secundis autem est mediantibus primis; in sonis autem videtur, quod alteratio de gravi in leucum, est equivoce cum istis. Auer. phy. 7. tex. 14. ch. 145. col. 1.
 Alterationis subiectum est quantum. Auer. phy. 7. tex. 33. char. 151. col. 4.
 Alteratio non est nisi in habente subiectum, Auer. pri. de celo. tex. 21. ch. 8. col. 3.
 Alterationis motum faciens in re alterabili, est extra alterabile. Auer. 2. de celo. tex. 24. ch. 116. col. 3.
 Alteratum omne corpus est. Auer. pri. de anima. tex. 50. char. 236. col. 4.
 Alteratum esse dicitur, quicquid aliqua ratione diversum est, non tamen specifica differentia; nam tunc non alteratum, sed aliud esset. Boet. in por. ch. 81.
 Alterationes, quæ sunt ex principiis extrinsecis, nihil prohibet esse circa idem subiectum, quævis sint contraria. D. Tho. pri. de celo. l. 6. tex. 20. ch. 6. col. 4.
 Alteratio ordinatur ad generationem, ut ad finem. D. Tho. pri. de gen. & cor. ex prog. ch. 1. col. 1.
 Alteratio primo, & per se est in tertia specie qualitatis, secundo in alijs. D. Thom. 1. de gen. & cor. l. 10. tex. 23. char. 10. col. 2.

Alteratio est in loco, quæ oportet ut sit appropinquatio alteri ad alteratum. D. Tho. 1. de ani. l. 6. tex. 39. c. 9. c. 1.
 Alterationi, quæ est de contrario in contrarium, competit, ut sit à contrario in contrarium. D. Tho. 2. de ani. l. 11. tex. 58. ch. 32. col. 3.
 Alteratio naturalis non est, nisi inter agētia, & patientia invicem. Alb. Magn. in præd. ch. 56. col. 1.
 Alteratio naturalis non est in prima specie qualitatis. Alb. Mag. in prædicam. ch. 56. col. 2.

Alterationis finis.

Alterationis finis est generatio, vel corruptio: aut sicut effectiva substantiæ, sicut virtutes informantes qualitates activas, & passivas, ut actum inducant substantiæ. Alb. Mag. 4. Metaph. trac. 1. cap. 3. ch. 89. col. 1.
 Alty nanyty serpentes dñr, sicut, & caezati parvi, breves, & minuti: sed valde astuti, calidi, & malitiosi, qui quandoque occultant se sub folijs arborum, ut iniiciant se transeuntibus sub arboribus, & interficiant eos, declinant ad rubedinem, & ex morfu istorum accidit dolor vehemens, qui ex morfu in totum corpus serpit, & moritur ille, quem momorderint: ideo sunt ordinis primi. Alb. Mag. de ani. 25. ch. 201. col. 1.
 Alumen est terrestris compositionis, & tale terreum grossum est, & humido concretum, quia a complemento deficit argenti vni; tamen aliquando accedit ad illud. Alb. Mag. 5. de miner. trac. 2. cap. 4. c. 149. col. 4.
 Alumen aliud est album; & si affatur optheli, distillat aqua ab eo fere ut phlegma aliud est siccum, rotundum, ut mollis lapis in splendore argenti, & albedine declinat; tertium est siccum, porosum, declinans ad citrinitatem, & facile pulverizatur. Alb. Mag. 5. de miner. trac. 2. cap. 4. ch. 149. col. 4.
 Alvus est receptaculum siccii nutrimenti. Aristot. de hist. ani. 1. cap. 2. char. 11.
 Alvus ipsa hominis suillæ similis est, quippe quæ, & ampla sit, & quod vsque in sedem porrigitur, brevis id, corpulentumque; transmittat. Arist. de hist. ani. 1. ca. 16. c. 31.
 Alvus, cum nihil suppressa reddat, papyrus prodest convoluta in longum intrusaque in sedem; quia musculos sedis collapsos deducit humefacta, & excitat, quod idem in vlcibus facit, quorum ora importune contrahuntur, & conuient, deductis autem musculis feces excedunt, & quidquid affligit, rejicitur. Alex. aphrod. problem. 1. 93. c. 700.
 Amandinus, gemma est coloris varij; venenum, vel extinguit, vel reprimit; superare facit aduersarios: prophetiam somniorum, ac enigmatum interpretatione docet. Alb. Mag. 2. de miner. trac. 2. cap. 1. ch. 139. col. 2.
 Amandus nemo est ita, ut propter eius amorem veritas deferatur. Alb. 4. Metaph. trac. 3. cap. 2. c. 93. col. 4.
 Amare est magis amicitie causa, quam coitus. Arist. 2. prior. cap. 22. char. 288.
 Amare Philosophum decet, & illos Philosophos, quorum opiniones sequimur, & quorum opiniones non sequimur: à certioribus vero persuaderi debemus. Aristot. 12. Metaph. cap. 4. tex. 45. ch. 256.
 Amabile tripliciter distinguitur; aut ut bonum, aut ut iucundum, aut ut utile. Arist. 8. ethic. ad Nicom. cap. 2. char. 190.
 Amari plerique ob ambitionem magis videntur velle, quam amare. Aristot. 8. ethicor. ad Nicom. capit. 8. char. 200.
 Amare, & curam habere duo faciunt, proprium, & affectio. Arist. pol. 2. cap. 2. ch. 520.
 Amare sit velle alicui, quæ bona arbitramur, illius causa, non autem sui, & ea pro viribus efficere. Aristot. rhetor. 2. char. 76.
 Amare est bonum alicui velle propter seipsum. D. Tho. 7. pol. l. 5. char. 108. col. 4.

Amare

Amare hoc, quia est factitium delectationis in futurum iam accedit ad rationem utilis. D. Thom. ethic. 8. l. 3. char. 137. col. 3.
 Amatoris signa: facie remissus, nigri coloris, macer; quæ sunt circa faciem quasi abrasa, facies rugosa, non carnosus, recti crinis, & nigri. Arist. Physiogno. c. 6. c. 342.
 Amatores munerum, quibus superius labium est elevatum, & forma prona, & rubicunda. Arist. Physiogno. cap. 6. char. 342.
 Amatio triplex est: alia est simplex transpositio cordis in amatum: alia cum discretione amati, quæ proprie dicitur dilectio: tertia est cum exultatione amati, quæ vocatur proprie charitas. Alber. Magn. ethico. 8. tract. 1. cap. 1. char. 91. col. 1.
 Amaritudo quandoque invenitur cum frigiditate, ut quæ in fructibus reperitur, in primo cremamento demonstrat frigus, & quæ reperitur in rebus combustis, demonstrat calorem. Auer. 2. de ani. tex. 105. c. 148. c. 1.
 Amarum, & dulce sunt in fine contrarietatis, in quantum sunt saporis; ideo necesse est, ut alij saporis sint medij inter hos duos, & compositi ex extremis. Auer. 2. de ani. tex. 105. ch. 148. col. 1.
 Amaritudo, & dulcedo, non quod ipsæ extrinsecus patientur, passibilis qualitas appellat, sed in nobis passiones faciunt, contra albedo, & nigredo. Boet. in pd. c. 178.
 Amari saporis subiectum est substantia grossa, spissa, terrea, calida. Alb. mag. de veg. l. 3. tract. 2. cap. 3. c. 139. col. 2.
 Amarum & ponticum contrariantur per qualitates activas primas, & non per substantiam eorum. Alb. Mag. de veget. l. 3. tract. 2. cap. 3. ch. 139. col. 2.
 Amarum parum nutrit, non per se, sed per naturam alicuius mixti. Alb. Mag. de veg. l. 3. tract. 2. cap. 3. c. 139. col. 2.
 Amari operationes sunt, absterfio, exasperatio, & fugit ipsum natura, ne nutriatur, nisi per aliquas partes, quæ in ipso dulces esse possunt. Alb. Mag. de veg. l. 3. tract. 2. cap. 4. ch. 139. col. 3.
 Amasus propter filium, qui ducebatur ad mortem, non fleuit; sed lacrimavit ob amicum, qui mendicabat, quia hoc miserabile, illud atrox: & atrox eiciendæ misericordie vim habet, & sæpe etiam in contrarium valet. Arist. rhetor. 2. char. 90.
 Ambiguum est, quod ambobus vtranque partem per rationes æquipollentes. Alb. Mag. 2. Metaph. trac. 2. cap. 1. ch. 77. col. 2. Idem Alb. in topic. c. 226. col. 2. & ethic. 6. tract. 1. cap. 2. ch. 81. col. 2.
 Ambiguitas est, quæ vnumquodque contradictoriorum æqualibus ambobus rationibus. Alb. Mag. ethic. 7. tract. 1. cap. 1. ch. 81. col. 1.
 Ambiguum si aliquid sit, ab eius definitione est incipiendum, alioqui distinguendum prius est æquiucum. Dan. barb. pri. rhetor. char. 14.
 Ambitiosus est, qui magis se oportet, & unde non oportet, honorem affectat. Arist. 4. ethic. ad Nico. c. 4. c. 97.
 Ambulantia omnia pedes pares habent. Arist. de hist. ani. 1. cap. 5. char. 13.
 Ambulationes minus laboriosæ sunt, quæ inæquales, quæ quæ recte aguntur; quia elatio recta, secundum naturam est corporis vniuersi, ideo ambulationes, quas loca æqualia præstant, sunt inæqualibus laboriosiores, quam inæquales sunt, quod in easdem partes labores admouet, quæ non faciunt inæquales; dispersiunt enim magis in oēs corporis partes. Arist. prob. sec. 5. q. 37. c. 407.
 Ambulationes arctæ plus valent calidis temporibus, quæ frigidis, ut quæ partibus externis plus laboris afferant, & sudorem ob eam rem euocando, extenuent, frigidis contra carnem reddunt constantiorē, & stomachum excitat, ciborumque faciunt avidiorē. Partibus enim internis calore auget, mēbrisque ad frigoris appulsam torpentibus, locum intimum calore amplificato efficacius burgant, carnem vero solidiorem efficiunt; ut quæ per eam vniuersam nequeant superare. Arist. probl. sec. 5. q. 37. c. 407.

Ambulationes acclius laboriosiores sunt, quam decliues, magisque extenuant, & in acclibus lumbi, in decliuis femora magis laborant. Arist. probl. sec. 5. q. 37. char. 408.
 Ambulandi genus arduum sudores mouet, spiritum suspendendo attenuat, lumbis dolorem infligit, crura enim magna difficultate in sublime recipiunt, lumbos inflectunt, frangunt, euellunt, quibus rebus sequitur labor. Arist. probl. sec. 5. q. 37. ch. 408.
 Ambulationes in locis duris, ac renitentibus habite, musculos & tendines crurum fatigant; quippeque contiones ambobus moueant, cum enixu agantur violento. Arist. problem. sec. 5. q. 37. char. 408.
 Ambulationes factæ locis mollibus, & cedentibus articulis fatigantur; fluxus enim articularum percrebescit, cum solum succumbat, dilabatur, & cedat. Aristot. probl. sec. 5. q. 37. char. 408.
 Ambulationes locis arduis difficilium sunt, quia attollentia ingressus omnis, & positioe conficitur; attollitur enim præter naturam; ponere secundum naturam est: proponere medium tenet. In ambulando autem locis arduis multum fortis illius auersæ à natura proculdubio est. Arist. probl. sec. 5. q. 38. ch. 408.
 Ambulatio sine inflexione fieri nequit. Aristot. de spiri. cap. 4. char. 906.
 Ambulatio fit in terra, in qua quies est animalium: & ideo in illa oportet altero pede sustentari, & sufficit ambulationi, quia totum corpus sustentatur super vnum quod non accidit volantibus, quia ala non est basis corporis grauis, sed potius est impellens, & trahens, ut remus nauem, & similis ratio est de natantibus. Albert. mag. de mot. ani. 2. tract. 2. cap. 1. ch. 47. col. 1.
 Ambulatio bipedum perficitur, quod alter pes figitur, alter expellitur ad accipiendum spacium. Alb. Magn. de mot. ani. 2. tract. 2. cap. 2. ch. 47. col. 1.
 Ambulatio quadrupedum perficitur eleuando vnum pedem de prioribus in dextrum, & vnum de posterioribus in sinistrum, & econuerso. Alb. Mag. de mot. ani. 2. tract. 2. cap. 2. ch. 47. col. 1.
 Ambulare abusu dicitur id, quod serpit super ventrem. Alb. Mag. de ani. 1. tract. 1. cap. 8. ch. 5. col. 2.
 Ambusta ex ære sanantur celeriter, quia à laxioribus, & minus corpulentis effecta sunt, plus enim calor solidiori corpori inest. Arist. probl. sec. 1. q. 36. ch. 342.
 Amentia multæ signum est, aut multæ promptitudinis, de quibusdam enunciare aliquid tentare, & de omnibus, & prætermittere nihil, non tamen iustum est omnes increpare, sed videre oportet causam dicendi quænam sit. Certiores igitur necessitates cum quis fuerit affectus, gratiam habere oportet inuenientibus. Arist. 2. de celo. su. 2. cap. 4. tex. 34. ch. 302.
 Amentis signum est, aggredi velle, quod assequi non possit. Simp. in pri. phy. tex. 39. ch. 58. col. 2.
 Amentia, quantum ad vitam humanam, habenda est ut mors. D. Thom. ethic. pri. l. 16. ch. 17. col. 2.
 Ametistus est gemma, coloris quasi purpurei, & transparentis, aliquantulum obscura; nascitur in India; apta ad suspensum, est bona contra ebrietatem, reddit vigilem, reprimit malas cogitationes, & confert bonum intellectum in scilibus. Alber. Mag. 2. de miner. trac. 2. cap. 1. ch. 139. col. 2.

Amicitia definitiones.

Amicitia est mediocritas circa iucundam, & qui excidit, si nullius rei causa, obsequiosus: si ob utilitatem suam, adulator. at qui deficit, in omnibusque iniucundæ se gerit, litigiosus, & morosus appellatur. Arist. 2. ethic. ad Nicom. cap. 7. ch. 44.
 Amicitia maxime similis est virtuti, quæ inter placidum, & litigiosum versatur; quæ scilicet, quæ oportet & ut

oportet admittat, vel grauatè ferat: sed in hoc differt ab amicitia, quòd nò diligit, nam idem est, & cum notis, & cum ignotis. Arist. 4. ethic. ad Nico. ca. 6. c. 100.

Amicitia vel est virtus quædam, vel cum virtute est, refque ad vitam maximè necessaria. Arist. 8. ethic. Nico. cap. 1. char. 188.

Amicitia est res maximè necessaria: absque amicis enim viuere, licet cætera bona omnia suppetent, eligeret nemo. Arist. 8. ethic. ad Nicom. cap. 1. char. 188.

Amicitia est beneuolentia in mutua affectione erga non latentem, & eius causa, cui bonum quis vult. Arist. 8. ethic. ad Nicom. cap. 2. ch. 191.

Amicus est alter ipse. Aristot. 9. ethic. ad Nicom. cap. 4. char. 222.

Amicus est, qui nec plura præsentibus cuiquam astruit, nec quæ minimè conueniunt, laudauerit, nec imminet, neque aduersabitur, præterquam existimet tribuendum. Arist. mag. mor. pri. cap. 29. char. 304.

Amicitia est, ubi amor reciprocus est. Arist. mag. mora. 2. cap. 12. char. 350.

Amicitia est actio quædam, nec finis alius est in amando præter actionem. Arist. mag. mor. 2. cap. 14. c. 359.

Amicitia est constantium bonorum, vt felicitas sufficientium. Arist. mor. Eudem. 7. cap. 4. ch. 440.

Amicus est qui amat, & redamatur. Aristot. rhetor. 1. char. 76.

Amici sunt qui simul lætantur commodis, & condolēt incommodis propter amicum nò ob aliam causam; & quibus eadem bona, & mala sunt: & qui sunt iisdem amici, & inimici, & eos qui sibi vel suis beneficium dederunt, amant: aut si magnum vel prompto animo. Arist. rhetor. 2. ch. 76.

Amici sunt qui amant eos, quos ipsi amant; & qui amant ab eis, qui se amant; & qui sunt eorundem inimici; & qui oderunt illos, quos ipsi oderunt; & qui odio habentur ab ijs, qui à se odio habentur; beneficos quoque in pecunias, & salutem, & liberales, & fortes, & iustos, & temperatos, & ab agendo remotos, & quibus nolumus amici esse si videantur velle; & qui virtute, & bona estimatione præditi sunt. Arist. rhetor. 2. char. 77.

Amici sunt, qui in vita communi, & quotidiana sunt iucundij; & qui dextri sunt tum in cludendo, tum in perferendo; & qui laudant bona, quæ adfunt; & ex his ea maximè, quæ sibi vt adfunt verentur: & mundos in aspectu, in vestitu, & tota vita, & qui exprobrant, nec peccata, nec beneficia, & qui non recordantur iniurias, nec crimina obseruant, & qui maledici non sunt, nec mala propinquorum, nec ipsorum, sed bona norunt, & qui serio agentibus, vel irascentibus non aduersantur. Arist. rhet. 2. char. 77.

Amici sunt, qui erga seipso aliquo modo studij se gerunt, vt qui ipsos admirantur, aut virtute præditos arbitrantur, & qui maximè affecti sunt in his rebus, in quibus volunt inspici, & egregios existimari, & patres, & eadem profitentes; modo impedimentum non afferant, nec inde victum ambo quærant, & qui illa appetunt, vt quantum fieri potest, simul participes sint. Arist. rhetor. 2. char. 78.

Amici sunt, qui absentes æque ac præsentis amant, & amicos amice diligunt, & qui nihil secum fingunt, & quibus confidimus. Arist. rhetor. 2. char. 78.

Amicitia est vnionis causa. Io. gram. pri. de ani. tex. 25. char. 13. col. 4.

Amicitia est mediocritas adulationis, & rusticitatis. Aspas. 8. ethic. ad Nicom. cap. 1. ch. 403.

Amicitia est æqualitas, quæ nullo pacto esse potest nisi similiter vtrique se mutuo ament. Aspas. 8. ethic. ad Nicom. cap. 3. ch. 411.

Amicitia est pars, non solum vniuersalis iustitiæ, quæ est quasi legalitas quædam, verum etiam particularis æqui est distributiva. Eust. siue Michael. Ephes. 9. ethi-

cor. char. 432.

Amicitia vera, est in magna passione amoris. Alber. mag. ethic. 4. tract. 3. cap. 1. ch. 55. col. 3.

Amicitia est quædam vnio, vel societas amicorū, quæ nò potest esse inter multum distantes, sed oportet, vt ad æqualitatem accedat. D. Tho. ethic. 8. l. 7. ch. 142. c. 1.

Amicitia est æqualitate iam constituta æqualiter vti, iustitiæ uerò inæqualia ad æqualitatem inducere. D. Tho. ethic. 8. l. 7. ch. 142. col. 1.

Amicitia, vt vera amicitia.

Amicorum opera quod fit, per nos fieri videtur cum principium in nobis sit. Arist. 3. ethicor. cap. 3. c. 58.

Amicis maxime indigere videntur, & diuites, & principatus, & potestates habentes. Arist. 8. ethicor. ad Nicom. cap. 1. char. 188.

Amicus in paupertate, & infortunijs, est maximum refugium. Arist. 8. ethic. ad Nicom. cap. 1. char. 188.

Amicitia prodest iuuenibus ad id, quod non peccant; senioribus ad obsequium, & ad defectum actionum. ad quas ob imbecillitatem auxilio indigent; & ijs, qui in statu sunt constituti, ad honestas res capescendas; nam si bini simul ire parent, & ad agendum, & intelligendum magis idonei sunt. Arist. 8. ethicor. ad Nicom. cap. 1. char. 188.

Amici si sint ciues, iustitia non est opus, iusti si sint amicitia indigent. Arist. 8. ethic. ad Nicom. cap. 1. c. 189.

Amicitia perfecta est bonorum, & eorum, qui in virtute similes sunt, & hæc permanet. Arist. 8. ethic. ad Nicom. cap. 3. ch. 193.

Amici maxime sunt, qui amicis bona volunt ipsorum causa. Arist. 8. ethic. ad Nicom. cap. 3. char. 193.

Amicitia vera par est, vt raræ sint, cum pauci sint boni, & tempore, & consuetudine indigent. Arist. 8. ethic. ad Nicom. cap. 3. char. 193.

Amicitia idonei esse non videntur senes, nec austeri. Arist. 8. ethic. ad Nicom. cap. 5. ch. 196.

Amicorum nihil est ita proprium, quam simul viuere, boni enim simul diem traducere appetunt. Arist. 8. ethic. ad Nicom. cap. 5. ch. 196.

Amicitia est similis habitui, & dilectio affectui. Aristot. 8. ethic. ad Nicom. cap. 5. ch. 196.

Amicus bonus vir effectus bonum ei fit cui est amicus, vterque igitur & quod sibi bonum est, amat, & æqualem vicem voluntati, & iucunditati refert. Aristot. 8. ethicor. ad Nicom. cap. 5. char. 197.

Amicitia perfecta, vt amicus multo quispiam sit, fieri nequit. Arist. 8. ethicor. ad Nicom. cap. 6. char. 197.

Amicum amico velle bona eius ipsius causa, recte dictum est. Arist. 8. ethicor. ad Nicom. cap. 2. char. 200.

Amicitia magis in amando consistit. Arist. 8. ethic. ad Nicom. cap. 8. ch. 201.

Amicitia, quæ ex virtute existunt, nullas criminationes habent. Arist. 8. ethicor. ad Nicom. cap. 13. ch. 212.

Amicitia æqualitas est, vna anima, Amicorum communia omnia, Tibiæ genu. propinquius. Arist. 9. ethicor. ad Nicom. cap. 8. ch. 229.

Amicitia, ex bonis externis esse maximum videtur. Arist. 9. ethic. ad Nicom. cap. 9. ch. 232.

Amicus probus, probo experendus natura est. Arist. 9. ethic. ad Nicom. cap. 9. ch. 233.

Amicus probus, vt erga seipsum, sic erga amicum affectus est, alter enim ipse est. Arist. 9. ethicor. ad Nicom. cap. 9. char. 234.

Amicos nec multos sibi conciliare, nec amicis profus carere oportet. Arist. 9. ethic. ad Nicom. cap. 10. ch. 235.

Amici probi multi esse non possunt, non enim simul viuere cum multis possumus. Aristot. 9. ethicor. ad Nicom. cap. 10. char. 235.

Amicos nunquã plurimos habere oportet, sed tot, quot ad

ad conuiuendum sunt idonei. Arist. 9. ethic. ad Nico. cap. 10. c. 236.

Amicitia erga vnum est, & vehementer erga paucos erit. Arist. 9. ethic. ad Nicom. capit. 10. char. 236.

Amicos & in aduersa, & in prospera fortuna habere debemus; in prospera quidem honestius est, in aduersa vtilius. Arist. 9. ethic. ad Nico. cap. 11. c. 236. Idem Arist. 9. ethicor. Nicom. capit. 9. char. 232.

Amici ad prosperam fortunam promptè inuitandi sunt, beneficium enim esse honestum est: ad aduersas vero tarde: quippe cum malorum participes, quamminimū facere amicos deceat. Aristot. 9. ethic. ad Nicom. capit. 11. char. 238.

Amici tunc maxime vocandi sunt, cum parua molestia suscepta prodesse multum possunt. Aristot. 9. ethicor. ad Nico. cap. 11. c. 238.

Amicis maxime est expetendum, simul viuere. Aristot. 9. ethic. ad Nico. cap. 12. c. 238.

Amicitia non est erga Deum, nec erga inanimata, sed erga ea animata, in quibus est amare mutuo. Arist. mag. mor. 2. cap. 12. c. 350.

Amicitia, quæ inest probis, est constantissima, stabilissima, & honestissima, quippe quod propter virtutem, ac per se bonum. Arist. mag. mor. 2. cap. 2. char. 352.

Amicitia proborum, est maximè iucunda. Aristot. mag. mora. 2. cap. 12. c. 354.

Amicos, nec multos, nec paucos habere oportet: nec multos amare potes, nec morore vnquã vacare, sed vnum vel duos habere debes. Aristot. mag. mor. 2. cap. 19. char. 364.

Amici veri, nunquam mutuo sese iniuria afficiunt. Arist. mor. eud. 7. cap. 1. char. 430.

Amicitia constantiam quandam habere videtur, nec citra fidem consistit. Arist. mor. eud. 7. cap. 4. char. 439.

Amicorum omnia communia esse debent, nam amicus rebus ipsis præferendus est, non amicis res. Arist. mor. eud. 7. cap. 4. c. 440. Idem 9. ethicor. Nico. c. 8. ch. 229.

Amicitia peculiare est, vt amare potius quã amari cupiãt amici. Arist. mora. eud. 7. capit. 5. char. 444.

Amicus est, qui, quæ bona esse alteri arbitrat, eorū est efficiens propter amicum. Arist. rhetor. pri. c. 24.

Amicitia diuinum bonum est, & clarum, quæ iustitiam, vt Plato ait, transcendit. Io. gra. pri. post. c. 27. c. 56. c. 2.

Amicitia circa affectus, & actiones versatur. Aspas. 8. ethic. Nico. cap. 1. c. 493.

Amicitia non fundatur nisi super honestum, vt in omnibus non nisi honestum, & propter honestum diligamus. Albert. Magn. de nat. & orig. anim. trac. 2. cap. 14. c. 76. col. 4.

Amicitia vera non statim fit, sed per multa virtutū experimeta. Alb. mag. ethic. 4. trac. 1. cap. 3. ch. 92. col. 3.

Amicitia vera, non est inter matres & filios, sed potius naturalis pietas. Alber. Magn. ethicor. 9. trac. 1. cap. 1. char. 100. colum. 3.

Amicum contristatum sentire infortunijs, triste est omni bono. Alb. mag. ethic. 9. trac. 3. cap. 3. c. 104. col. 4.

Amicitia esse non potest, si nulla esset communicatio. D. Thom. ethic. 8. l. 9. c. 144. col. 2.

Amicitia, vt communiter dicitur amicitia.

Amicitia natura inesse videtur ei, quod genuit erga genitum, & genito erga id, quod genuit; & id non tam in hominibus, quam in auibus, & plerisque alijs animalibus. Arist. 8. ethic. ad Nico. cap. 1. c. 189.

Amicitia ciuitates continet, & legislatores magis ipsi, quã iustitiæ student. Arist. 8. ethic. ad Nico. c. 1. c. 189.

Amicitia non dicitur de amore inanimatorum, cum nec redamatio, nec voluntas boni illorum vlla sit. Aristot. ethic. ad Nico. cap. 1. c. 191.

Amicitia species sunt tres numero æquales amabilibus.

Aristot. 8. ethic. Nicom. cap. 3. char. 191.

Amicitia vtilis inter senes maxime existit, iucundum enim non sequuntur senes, sed vtile. Aristot. 8. ethicor. ad Nicom. cap. 3. c. 192.

Amicitia iuuenum, est ob voluptatem, ex affectu enim vitam traducunt: vnde cito amici fiunt, & dirimuntur, quia amicitia vna cum iucunditate mutatur. Arist. 8. ethic. ad Nicom. cap. 3. c. 192.

Amicitia, quæ ob iucunditatem est, similis est veræ amicitia; nã boni iucundi mutuo sunt, quæ amicitia tunc maxime perdurat, cū æqualitas mutuo ab vtrisque exhibetur, vt voluptas, sed nò vt amatori, & amato: hi n. nò iisdem oblectantur, sed alter amore illius, alter obsequijs amatoris gaudet, quo fit, vt desinente ætatis flore, & facies, nò sit amplius iucunda, vel alteri obsequiū nò præstetur, amicitia desinat: & multi permanent si pares moribus sint, at qui in amatorijs, non iucunditatem, sed vtilitatem compensant, hi minus, & amant, & perseuerant. Arist. 8. ethic. ad Nicom. cap. 4. c. 194.

Amicitia, quæ ob vtilitatem est, multis placere potest, & magis id in liberalibus conspicitur. Arist. 8. ethicor. ad Nicom. cap. 6. c. 197.

Amicis distinctis vti videntur, qui in potestate constituti sunt; alij enim ipsis vtilis sunt, alij iucundi, vt autem vtraque ijdem exhibeant, non admodum contingit: cum nec iucundos cum virtute, nec vtilis ad honestas res quærant: sed alios vrbanos voluptatis causa, alios idoneos ad agenda mandata: sed ei, qui excellit amicus probus fieri non solet, nisi etiam virtute excellatur: si minus, non adequatur ex rata portione superatus. Arist. 8. ethic. ad Nicom. c. 6. c. 198.

Amicitia altera est species ex supereminencia vt patri erga filium, seniori erga iuniorem, & viro erga vxorem, & principi erga subditos: sed hæc inter se differunt. Aristot. 8. ethic. ad Nicom. cap. 7. c. 199.

Amicitia, quæ ex vtilitate consistit, videt maximè fieri ex cõtrarijs, vt pauper diuiti. Arist. 8. ethic. ad Nicom. c. 8. c. 202.

Amicitia in vnaquaque ciuitate eatenus apparet, quatenus, & ius. Arist. 8. ethic. ad Nicom. cap. 11. c. 206.

Amicitia in tyrannide, & subdito nulla est, aut parum. Arist. 8. ethic. ad Nicom. cap. 11. char. 207.

Amicitia, nec ius vllum erga inanimata est, vt erga bouē, vel seruum, vt seruus est, sed vt homo esse potest. Arist. 8. ethic. ad Nicom. cap. 11. char. 207.

Amicitia omnis, & in communiōe, & in societate est. Aristot. 8. ethicor. ad Nicom. cap. 12. char. 207.

Amicitia consanguinea multiformis est, totaque ex paterna dependet. Arist. 8. ethic. ad Nicom. cap. 12. ch. 208.

Amicitia multum prodest, & coeducatio, & ætas. Arist. 8. ethic. ad Nicom. cap. 12. c. 208.

Amicitia natura esse videtur inter virum, & vxorem. Arist. 8. ethicor. ad Nicom. cap. 12. char. 209.

Amicitia, quæ ex vtilitate est, querelas habet, vel sola, vel maxime. Arist. 8. ethic. ad Nicom. cap. 13. ch. 210.

Amicitia, & virtutis proprium est, beneficia sibi mutuo conferre. Arist. 8. ethic. ad Nicom. cap. 13. char. 210.

Amicitia, ex supereminencia querelas habent. Aristot. 8. ethicor. ad Nicom. cap. 14. char. 213.

Amicitiam conseruat in omnibus amicitijs, quæ dissimiles specie sunt, id, quod proportionè respondet, & hic communis mensura numus comparatus est. Aristot. 9. ethicor. ad Nicom. cap. 1. char. 213.

Amicitias cum ijs, qui ob vtilitatem aut iucunditatem sunt amici, cum non amplius habent ea, quorum sunt amici, dissoluere non est absurdum. Aristot. 9. ethicor. ad Nicom. cap. 3. char. 220.

Amici voluptatis causa pauci sufficiunt, vt in edulio condimētū. Arist. 9. ethic. ad Nicom. cap. 10. char. 235.

Amici nemini sunt, q multorū sunt amici, & cū omnibus familiariter versantur, nisi ciuilitate, quos obsequiosos vocant. Arist. 9. ethic. ad Nicom. cap. 10. c. 236.

Amicos infortunatos adire debemus non inuitati, & propter. Arist. 9. ethic. ad Nicom. capit. 11. char. 238.

Amici benefacere est, & maxime ijs, qui in indigentia constituti sunt, & qui non petierunt. Aristot. 9. ethicorū, ad Nicomacum. capit. 11. char. 238.

Amicos fortunatos adire oportet, ut cum illis cooperemur prompte, at ut beneficijs afficiamur tarde; nam studere utilitatem consequi honestum non est. Arist. 9. ethic. ad Nicom. capit. 11. char. 237.

Amicitia inter assentionem, & inimicitiam medietas est, in actioneque, ac sermone versatur. Aristot. magn. moral. pri. cap. 29. c. 304.

Amicitiarum omnium in primis cognatus est amor, qui in affinitate est, eaque ex patre in filium. Aristot. magn. mora. 2. capit. 14. char. 358.

Amicus fit, cum amatus redamat, nec id ignoratur ab ipsis. Arist. mora. Eudem. 7. cap. 3. char. 434.

Amicitia alia ob virtutem, alia ob iucunditatem, alia ob utilitatem est, & sola ob virtutem vera est. Arist. mora. eud. 7. cap. 2. c. 435. Idem mag. mor. 2. cap. 12. ch. 351.

Amicitia, gaudium in amante, non in amato est. Aristot. mora. eudem. 7. cap. 4. c. 438.

Amicitia principium est benevolentia. Arist. mora. eud. 7. cap. 8. c. 450.

Amicitia utilis alia est moralis, alia legalis. Aristot. moral. eud. 7. cap. 13. c. 455.

Amicitiam conciliat gratia, & si non rogatus quis quid fecerit, & postquam fecerit, non idicari. Ari. rhet. 2. c. 78.

Amicitia multorum æquiuoce sunt, nihil vere amicitia afferentis. Io. gra. in pri. post. cap. 27. c. 56. col. 2.

Amici visus sensu magis frui eligunt, quam alio sensu. Alber. mag. ethic. 9. trac. 3. capit. 6. c. 106. col. 1.

Amicos obuiantes in via, cum aliquid alta mente cogitamus, non aduertimus, quia maior motus minorē depellit. Alb. mag. de sen. & sen. trac. 3. c. 3. ch. 18. col. 3.

Amicitia presentia, & absentia quæ conferat.

Amicorum presentia, tam in prosperis, quam in iucundis rebus iucunda est, eiusque presentia cum iucunda sit, dolorem minorem reddit. Aristot. 9. ethic. ad Nicomac. capit. 11. c. 237.

Amicitia absentia maximam operationem tollit, quæ est conuictus, & mutæ consuetudinis fruitio. Aspas. 8. ethicorum, ad Nicomac. capit. 5. char. 414.

Amicitia dissolutionis cause.

Amici ob utilitatem, vna cum utilitate dissoluuntur: nam non sui mutuo erant amici, sed utilitatis. Arist. 8. ethicorum, ad Nicom. cap. 4. char. 194.

Amicitias multas dissoluit ineffabilitas, ut aiunt. Arist. 8. ethicor. ad Nicomac. cap. 5. c. 196.

Amicitia cum prauis dissolutio faciendâ esse statim, non tamen cum omnibus, sed cum ijs, qui ob prauitatem incurabiles sunt. Aristot. 9. ethicor. ad Nicomac. cap. 3. char. 220.

Amicitia maxime per hoc transmutatur, quod vnus amicorum inuenit in alio, id, quod amicitia contrariatur. D. Thom. ethicor. 8. l. 4. char. 139. colum. 1.

Amnem ligures mirabilem fortiuntur, cuius vnda in sublimi tantum attollitur fluitve, ut ij, qui trans fluuium, sunt, conspici nequeant. Aristot. de admiran. aud. q. 88. char. 856.

Amnem Cumæ reperitur, in quo si quid proiectum est, primo nasci deinde lapidescere aiunt. Aristot. de admiran. aud. q. 91. char. 856.

Amonium uiti similis arbor est: bibitum sedat podagram, & curat vulgæ dolores, & menstrua prouocat. Albert. Magn. de veget. 6. tractat. 1. capit. 7. char. 152. colum. 4.

Amore inter se mutuo detenti ob utilitatem, non per se amant, sed quærentes bonum aliquod a se mutuo percipiunt; & similiter, qui amant ob voluptatem, & hæc amicitia facile dissoluuntur. Aristot. 8. ethic. ad Nicomac. cap. 3. char. 191.

Amore prosequuntur omnes, quod sibi bonum apparet, amabile enim apparet est. Aristot. 8. ethicorum, ad Nicomac. cap. 2. c. 191.

Amor in omnibus amicitijs, quæ per supereminentiam existunt, proportionem esse debet, ut pro dignitate amor existat. Arist. 8. ethic. ad Nicom. cap. 7. char. 199.

Amore capti interdum ridiculi videntur; nam sicut amant, ita se esse amandos censent; si autem simili modo essent amabiles, fortasse censere ista deberent; at cum nihil huiusmodi habeant, ridiculi sunt. Aristot. 8. ethic. ad Nicom. capit. 8. char. 202.

Amore nemo capitur, nisi prius specie fuerit delectatus. Aristot. 9. ethicorum, ad Nicom. capit. 5. c. 224.

Amatio affectioni: amari autem affectioni simile est. Arist. 9. ethicorum, ad Nicom. capit. 7. c. 228.

Amore prosequuntur magis omnes ea, quæ laboriose facta sunt, ut qui pecunias acquisierunt, magis quam quæ ab alijs acceperunt. Arist. 9. ethi. ad Nic. c. 7. c. 228.

Amore sui ipsius detineri maxime oportet, cum semper sibi honestum vendicat, & sui præstantissimæ parti obtemperat. Arist. 9. ethic. ad Nico. cap. 8. c. 229.

Amore sui ipsius qui detinentur in honoribus, pecunijs, voluptatibus corporis, & ijs omni studio incumbunt, opprobrio dantur. Arist. 9. ethic. ad Nic. cap. 8. c. 229.

Amore proprio detineri bonus vir debet; nam honeste agendo, & sibi, & alijs proderit, prauus non debet, eo quod prauos affectus sequens, & sibi, & alijs nocebit. Aristot. 9. ethic. ad Nicom. cap. 8. c. 239.

Amor veneris, exuperatio quedam amicitia esse constituit. Aristot. 9. ethicorum, ad Nico. cap. 10. c. 236.

Amabile aliud est, & aliud amandum; amabile enim non idem, quod amandum, amandum idem cum amabile. Arist. magn. mora. 2. cap. 12. c. 351.

Amore aliorum detineri melius est, quam amari: nam amare est quedam voluptatis actio, & bonum Arist. magn. mora. 2. capit. 12. c. 255.

Amore detenti hominis partes postremæ alias frigidæ, alias calidæ efficiuntur; quia cum anguntur, calor in profundum se contrahit, & sic extrema refrigerantur, & pallent, at contra cum spem obtinent. Alexan. aphrod. probl. pri. c. 65. 87.

Amor inhonestus parum durat, & ut plurimum inrer externos, & parum cognitos oritur. Alex. aphrod. problem. pri. c. 695. 87.

Amor parte dextra sagittâ in manu tenet, in sinistra pharetram; quoniam a principio per radium vnum oculorum ingreditur; post frequētes ad rem amatam radios mittit. Est alatus, quia amantium animi mutari sæpe solent. Sagittæ abditæ in pharetra sunt, quia qui amat, occulte: radios oculorum mittit nudus fingitur, quia fit palam amantis animus. Plures Cupidines facimus, vel quia varia est libido, vel quia idem pluribus se cupiditatibus dedit. Eius mater est vna Venus, quæ libido, Ferunt Cupidinem furam arsisse infernam, quia multi in amores turpes, & detestandos, illicitosque ruunt. Alex. aphrod. problem. pri. c. 606. 87.

Amor fit per meditationem amicitia, & signum prælectionis omnis coniunctio. Io. gra. 2. pri. c. 22. c. 82. c. 1.

Amor immodicus ponitur in illis causis, quæ vel non habent voluntatem, vel ita debilem, ut nullo modo validioribus passionibus obnitatur. Boet. in topic. l. 6. char. 841.

Amor eorū, quæ sunt naturaliter bona, non est vituperandus, nisi sit inordinatus. D. Thom. ethicorum 7. l. 4. chart. 120. colum. 3.

Amphibologia, et si proprie prouenit ex diuersa habitudine

dine, tamen etiam prouenit ex ambiguitate sententiæ, quæ prouenit ex proprio, & transumptione sumpto. Albert. Magn. in elenc. c. 279. col. 3.

Amphiscila est serpens, quem Arabes & Auiçena Aucksimen vocant, salit in vtranque partem ante, & retro, propter costarum mobilitatem: est serpens, quem græci amphym vocat, propter extremitatum debilitatem, & cum mordet, accidit dolor vehemens, & morsus eius serpendo in modico tempore rotum occupat corpus, & est ordinis primi. Alber. mag. de animal. 25. chart. 200. colum. 4.

Amplificationis loci sunt, ut si solus, si primus, si cum paucis, aut ille præcipue fecit, & tempore, & occasione, si sæpe idem recte administravit, & si quæ honestant, propter hunc inuenta sunt, & in quem primum encomium factum est, & ex ijs qui contraria facere; & si copia dicendi non suppetat, cum alijs compara, qui sint illustres; amplificas enim si bonis meliorem ostendis. Arist. rhetor. pri. c. 41.

Amplificatio formarum communium omnibus orationibus demonstratiuis amplissima est, quia confessas actiones sumunt, ita ut reliquum sit magnitudinem, & ornamentum adiungere. Arist. rhetor. pri. c. 42.

Amplificatione omnes oratores, & imminutione vtuntur. Arist. rhetor. 2. c. 15.

Amplificatio ex communibus ostentatiuis aptissima est, factum autem iudiciali: possibile autem, & futurum deliberatiuis. Aristot. rhet. 2. c. 106.

Amplificans oportet, ut consequenti continuatione vtat, & rem alteram tanquam in alteram properando amplificare, & rem suis partibus diuidendo, sigillatim narrare. Arist. rhetoric. ad Alexan. cap. 3. c. 194.

Amplificationum causæ in alijs quoque generibus vtilis sunt; sed plurima ipsarum vis in laudationibus, & viruperationibus constat. Arist. rhet. ad Alex. c. 3. c. 194.

Amplificatio, quam faciebat Epicarmus, de qua Aristoteles in rhetoricis meminit, hoc in loco tum ipse Aristotum Ioan. gram. declarat quid sit, de qua in eo loco nihil interpretes aiunt: namque ipse quandam congeriem amplificabat, quam fabricam appellabat, ut ex calumnijs maledicta, ex maledictis pugnam, ex pugna vulnus, ex vulnere interitus. Io. gram. de gen. anim. 1. cap. 18. char. 15. col. 2.

Amplificatio quedam est multitudo attributorum. Auer. 3. rhet. cap. 6. c. 62. col. 2.

Amygdalus clauis confixa, gummi per multum tempus stillantes, meliores redduntur. Aristot. 1. de plan. cap. 3. char. 375.

Amygdalus habet fructus dulces, & alios amaros: clauis in arbore infixi multum iuuant, & maxime si sunt aurei, sed valent, & ferrei, & si cauetur super radices in stipite, ita ut humor fluere possit. Alb. Mag. de veg. 7. trac. 1. cap. 3. c. 151. col. 4.

Amygdala mense Februario, & melius sata quam insita. Alb. Mag. de veget. 7. trac. 1. cap. 3. c. 178. col. 3.

Ana est animal ferum, diligens animalia sui generis, odio habens alia generis alterius. Alb. magn. de anim. l. 2. 1. trac. 2. cap. 1. c. 174. col. 1.

Anabula est animal capite cameli, collo equi, vnguibus, & pedibus ouis, intensæ rubedinis, albis maculis immixtum per totum corpus habens; longo collo, altis anterioribus pedibus, & eius pellis caro venditur pretio. Alb. mag. de ani. 22. tract. 2. cap. 1. c. 114. col. 1.

Analysis est resolutio contraria compositioni. Auer. post. pri. procem. c. 127. col. 1.

Analogum non significare naturam vnam ex hoc textu elicitur. Aristotel. physior. 3. capit. 7. text. 70. ch. 74.

Analogum diuidendum est in singula, & sic reducendum ad primum in singulis prædicatis, quomodo ad illud dicitur, & alia ad illud reducuntur, quia habent primum, alia quia faciunt illud, alia secundum alios modos.

Aristot. 4. metaphys. su. 1. cap. 2. tex. 4. char. 62.

Analogum est, quod prius de vno, mox de alio dicitur. Simp. in præd. tex. c. 58.

Analogica, si alia diuersa sunt, & reliqua diuersa sunt. Magen. in prior. c. 45. col. 1.

Analogia sunt media inter æquiuoca, & vniuoca. Auer. 4. metaph. tex. co. 2. c. 30. Idem D. Thom. 1. 1. metaph. l. 3. tex. 1. c. 763.

Analogia diuersi sunt gradus. Auer. pri. ethi. c. 6. c. 4. c. 1.

Analogia tribus fit modis; proportionem ad vnum subiectum ut ens; proportionem ad vnum efficiens actum, ut medicus secundum medicinam, quæ in se est, & idiota medicus per experientiam; & proportionem eiusdem, ut sanum, quod in cibo ac vrina consistit. Albert. Mag. de prædicab. char. 5. colum. 2.

Analogia sunt proportionaliter dicta, & sunt media inter vniuoca, & æquiuoca, quæ sunt imposta diuersis, sicut esse, & substantiam, per respectum ad vnum, cui proportionantur. Alb. mag. de præd. c. 3. col. 2.

Analogia vna est Dei, & intellectuū supernorum, & hominis ad optimū secundum naturam. Albert. Magn. de natur. & orig. ani. tract. 2. cap. 6. c. 74. col. 4.

Analogia duplex; alia, in qua omnia entia, quæ sunt in prædicamento, & omnia entia causata, attributionem habent ad causas altissimas; alia, in qua nouem prædicamenta accidentium attributionem habent ad substantiam tanquam ad ens fixum, & quasi ad se ipsum reflexum. Alex. de ales. in 4. metaph. tex. 2. c. 76. col. 4.

Analogum diuidendum est in singula, & sic reducendum ad primum in singulis prædicatis, quomodo ad illud dicitur. Alex. de ales. 4. metaph. tex. 4. c. 80. col. 1.

Analogia vbi est, ibi non est æquiuocatio. Alexand. de ales. 6. metaph. tex. 3. c. 173. col. 2.

Analogia duplex; vna est inter aliqua duo, quæ habent vnam formalitatem, sed vnum formaliter aliud causaliter tantum. Alia est analogia, quæ est inter plura, quæ habent vnam formalitatem formaliter, sed in vno est sub esse diminuto, & attributo ad aliud; in alio, sub esse completo; & hæc est analogia, quæ est inter substantiam, & accidens. Alexan. de ales. 7. metaph. text. 5. char. 184. colum. 3.

Analogia proprie vna diuisua tractantur. Thom. de Vio, in prædic. c. 78. col. 1.

Analogis vt in scientijs non est inconueniens. Thom. de Vio in post. c. 137. col. 1.

Analopos animal est acutis cornibus, ita ut ipsis refecet arbores, & cum arbustis secare vult, cadunt. & ab ipsis inuoluntur, & ligatur, & sic prodit se ipsum, & a venatoribus interficitur. Albert. Magn. de anima. l. 22. tract. 2. cap. 1. c. 174. col. 1.

Anas, Gavia & Harpa inuicem dissident. Aristot. de historia anim. 9. cap. 1. c. 317.

Anas est auis nota, lata in dorso, minor, quam Anser, & maioris quantitatis, quam pullus aquaticus, & est silue stris, & domestica. Caro eius est minus dura, quam Anseris, frigida melancholica. Alb. mag. de ani. 23. tract. 1. cap. 1. c. 185. col. 4.

Anatomia corporis humani perfectior fuit tempore Galeni. Auer. de partib. ani. 1. cap. 2. c. 66.

Anatomia non ostendit principium esse venarum, quia per rationem tantum percipi potest. Alb. mag. de animalib. 3. tract. 1. cap. 6. char. 39. colum. 1.

Anaxagoras Clazomenius infinita dixit principia. Arist. pri. metaph. su. 2. cap. 1. c. 11.

Anaxagoras infinita similia, in vnoquoque inesse asseruit. Io. gram. pri. phys. c. 2. col. 2.

Anaxagoras, Democritus, Epicurus, Leucippus, plura principia infinita, & mobilia ponunt. Ioan. gram. pri. phys. char. 5. colum. 4.

Anaxagoras similia principia posuit, id est cuius partes sunt toti similes. Ioan. grammat. pri. phys. ch. 4. col. 4.

Ana-

Anaximandrus, & Plato terram manere dixerunt ob similitudinem æquilibræ. Simp. 2. de celo, co. 53. c. 78. c. 4. Anaximander primus inuenit rationem de magnitudinibus celestibus, & de ipsarum distantijs; Mercurij autem, & Veneris maiori diligentia inuenit sunt distantiarum post Aristot. ab Hipparco, Aristarco, & Ptolomæo. Simp. 2. de celo, text. 58. co. 38. c. 21. colum. 4. Anaximander medium inter aquam, & aerem, vel inter aerem, & ignem principium esse dixit. Ioan. gram. physicor. 1. char. 5. colum. 3. Anaximenes & Diogenes aerem priorem aqua, & maxime rerum principium posuerunt. Aristotel. 1. metaphysic. sum. 2. cap. 1. char. 1. Anaximenes, Anaxagoras, & Democritus, terram manere dixerunt, quia a supposito retinetur aere: cum enim sit lata figura tympanoidalis superfidet aeri, & aer illi non cedit. Sim. 2. de celo, tex. 78. co. 53. char. 78. col. 4. Anaximenes fuit discipulus Anaximandri, qui fuit discipulus Thaletis. Alex. de ales. pri. metaphy. c. 13. col. 3. Anchiæ sunt, quæ sunt posterius post iugina. Alb. mag. de animalib. 1. tract. 2. cap. 24. char. 20. colum. 4. Andrius est serpens ordinis primi, qui; cum est in aqua, à græcis vocatur Andris, cum est in terra vocatur Kedusidurus, est minor aspide, & latioris capitis, deterior, & nocibilior. Incidit morsus eius cum dolore vehemēti, & inflatur locus valde, deinde fit viridis, & corroditur locus, & qui morsus est, patitur vertiginem, & vomitum cholerae foetidæ, & motus inordinatos, & debilitatem virtutis, & ut plurimum in hora moritur: & cum transit tertiam, est, quod serpens est aquosus, vel complexio eius, qui morsus est, est valde fortis: & si tunc euadit, comitabuntur cum ægrotudines, à quibus nunquam liberabitur. Albert. Magn. de ani. chart. 201. colum. 1. Androdamas regius fuit legum conditor Chalcidensibus, qui sunt in Thracia, de homicidio, & hæreditatibus. Aristot. polit. 2. cap. 10. c. 556. Andromachæ insculpta figura lapidi, conciliat amorem inter virum, & uxorem, & etiam adulteros reconciliat. Alber. magn. 2. de miner. tract. 3. cap. 5. char. 142. col. 1. Andromanta lapis est coloris argentei; vt plurimum in Mari rubro nascitur, habet virtutem contra furorem, & facilem animi concitationem, tristitiam, & grauitatem. Alb. Magn. 2. de min. tract. 2. cap. 1. c. 139. col. 2. *Andropogon* dicitur *Andropogon*, quod est excolligere quæ videt, & multa in vnum colligere. Simp. in pri. de celo. co. 93. tex. 43. c. 97. colum. 1. Anetum semiculo simile est in folijs, & flore, est calidum, & siccum. Albert. Magn. de Veget. & plan. 1. 6. tract. 2. cap. 2. char. 163. colum. 1. Anetum loco frigido seni desiderat, & auram tepidam querit, & sæpe rigandum, si deest pluuia. Albert. mag. de Veget. & plan. 1. 7. tract. 2. cap. 2. c. 177. col. 4. Angelus nullo modo proprie est animal, sed dicitur animal aliquando propter viuere secundum intellectum. Alb. magn. in præd. c. 15. col. 3. Angeli secundum Moysis, & Christi legem, non sunt intelligentia, vt Philosophi de intelligentijs locuti sunt. Alber. Magn. in prædicam. char. 62. colum. 4. Angelorum ordines distinguuntur secundum differentias illuminationum, & theophoniarum; quæ reuelatione accipiuntur, & fide creduntur, ad perfectionem regni celestis ordinantur in gratia, & beatitudine, de quibus nihil per rationem philosophicam philosophia determinare potest. Albert. mag. de caus. & proces. vniuer. à caus. 1. l. 1. tract. 4. cap. 8. c. 199. colum. 1. Angeli malum est furor irrationalis, demens concupiscentia, phantasia proterua; qui furor fit ex indignatione boni. Albert. magn. ethicorum pri. tractat. 2. cap. 5. char. 5. colum. 1.

Anguillarum definitio.

Anguilla est piscis ab angue dicta, eo quod anguis habet figuram; est longus, ita vt in Gange fluuio . 30. pedum effici perhibetur; est non squamosus, sed viscosæ pellis, & spissæ, quæ excoriatus, cum assatur, melior efficitur, in hoc non est nec masculus, nec femina: in Danubio non est, nec posita viuunt, sed moritur, timet in tonitru, ideo ad superficiem aquæ natat; alij de luoa alij de lumbricis terræ, alij de superfuitatibus piscium dicunt generari. Albert. magn. de animalib. l. 24. capit. 1. chart. 196. colum. 1.

Anguillarum generatio.

Anguilla ex putredine generantur in aquis lutosis. Albert. mag. de animalib. 6. tract. 2. cap. 2. ch. 60. col. 4. Anguilla generantur in aquis limosis. Albert. magn. de animalibus. l. 21. capit. 9. char. 172. col. 4.

Anguillarum proprietates.

Anguilla nullum ouum generat. Arist. de histor. animal. 3. capit. 10. c. 89. Anguilla paucum sebum habent in omento. Aristot. de histor. animalium 3. capit. 17. char. 96. Anguilla, nec masculus, nec femina est, nec prolem ex se procreare potest. Arist. de hist. animal. 4. cap. 1. ch. 142. Anguilla excepta, omnes mares habent semen genitale, quæ neque ouum, nec semen sortita est. Aristotel. de hist. animal. 6. c. 218. cap. 14. Anguilla sola inter sanguinea sine coitu, & sine ouo procreatur; imbre viuunt, & alitur. Aristot. de histor. anim. 6. capit. 16. char. 220. Anguilla paucis quidem, certisque locis limo vescuntur, & edulij; alij & plurimæ humido humore dulci viuunt. Arist. de hist. animal. 8. capit. 2. char. 275. Anguilla non superfuitant mortuæ, vt ceteri pisces. Arist. de histor. animalium 8. capit. 2. char. 276. Angularum vita protrahitur vsque ad 7. vel 8. annos. Aristot. de histor. animalium 8. capit. 2. char. 276. Anguillarum feminae meliores sunt, quamquam remere feminae appellantur; non sunt enim feminae, tamen appellantur, quia aspectu à ceteris discrepant, ideo feminae. Arist. de hist. animal. 8. cap. 30. c. 313. Anguilla adhuc non cognoscitur, an masculus, vel femina sit. Alber. mag. de ani. 1. tract. 1. cap. 5. c. 3. colum. 4. Anguilla diuersitatem sexus non habent. Alb. Magn. de anim. 4. tract. 2. cap. 4. c. 51. col. 3. Anguilla habet hoc proprium, quod cum moritur non natat super aquam, vt ceteri pisces, quia venter eius est valde paruus, & parua ventositas est in eo, & in excellenti frigore fere omnes anguillae moriuntur. Alb. mag. de ani. 7. tract. 1. cap. 3. c. 64. col. 3. Anguis circa Aethiopiam volare narratur. Aristotel. de hist. ani. 1. cap. 5. c. 14. Anguium magnitudo mira in Aphrica, ita vt non nulli trirremem euertant. Arist. de hist. animal. 8. c. 28. c. 309. Anguculos in Mesopotamia Syriae, & in Isthonte oriri aiunt, qui indigenas non mordent, aduenas vero mirum in modum iniuria afficiunt. Aristotel. de admir. aud. c. 874. 145. Angues circa Euphratem sunt, qui in meridie iuxta vtraque amnis ripas visuntur; cum vero lux deficit, in altera solum riparum parte reperiuntur, & Syrios dormientes minime morsu defigunt; aduenas vero Græcos auide, & cum cruciatu exanimant. Aristot. de admirat. audit. c. 874. 146.

Angulus in vniuersali.

Angulus alius rectus, alius acutus, alius obtusus. Io. gram. 2. post. cap. 14. c. 68. col. 4. Angulis constantia, contraria sunt his, quæ non constant ex angulis, vel potius diuersa sunt, & non contraria. Ioan. gram. in pri. physic. tex. 41. char. 19. col. 2. Angulus icoedron, est ex tribus rectis, & tertia vnus ex tribus rectis. Auer. 3. de celo, tex. 66. ch. 104. colum. 3. Angulorum acumen, est causa combustionis per accides, in corporibus comburentibus. Auer. 3. de celo, tex. 72. c. 107. col. 1. Angulus est pars figuræ quantitate, & qualitate. Auer. 5. metaph. tex. co. 30. c. 65. Angulus non est specialis modus quantitatis, sed potius qualitatis circa quantitatem quandam. Albert. magn. 5. metaphysic. tract. 3. cap. 1. c. 108. colum. 1.

Angulus vt rectus.

Angulos ad planitiem reddunt similes ea, quæ in terram cadunt, & resiliunt vtraque ex parte puncti, quod planum tetigerint, quia omnia ad rectam lineam sua natura feruntur: quæ aut in locum æqualem deciderant, vbi ex perpendiculari diametroque sese plano impegierint, pares angulos ideo faciunt suo resultu, quod æqua diameter diuidit. Quæ autem in latera corruunt, quoniam non perpendicularum, sed puncto superiori terram ferunt, accidit, vt repulsa à loco contrariam in partem se conferant. Arist. problem. sec. 16. q. 4. c. 497. Anguli recti alio, quam ad centrum ferri non possunt. Ammon. in Por. c. 2. col. 1. Angulus rectus fit cum recta super rectam cadit perpendiculariter, angulosque vtrinque æquales facit. Ammon. in præd. ch. 75. Angulos tres æquales duob. rectis habere isoscelem non ob particularem triangulū accidit, sed ob triangulum vniuersalem. Io. gram. pri. post. cap. 20. c. 46. col. 2. Angulus rectus, est inclinatio rectæ lineæ super rectum ad perpendicularum. Io. gram. 2. post. c. 14. ch. 68. col. 4.

Angulus vt acutus.

Angulus acutus est minor recto ex diffinitione primi Euclidis. Ammon. in præd. c. 75.

Angulus vt obtusus.

Angulus obtusus est maior recto, in diffinitione primi Euclidis. Ammon. in præd. c. 75. Angulus obtusus est inclinatio rectæ lineæ non ad perpendicularum, faciens angulum maiorem recto. Ioan. grammatic. 2. post. cap. 14. c. 68. colum. 4.

Angulus extrinsecus.

Anguli extrinseci cuiusuis figuræ extensis lateribus quatuor rectis sunt æquales. Ioan. grammatic. pri. post. capit. 19. c. 44. col. 2.

Angulus pyramidalis.

Anguli tres pyramidalis figuræ, æquales sunt duobus angulis cubicis, quia simul faciunt sex angulos rectos. Auer. ex paraphr. 3. de celo, tex. 66. ch. 149. c. 3.

Angulus vt in circulo.

Anguli æqualium sectionum æquales sunt, Alexan. aphr. pri. prio. cap. 24. c. 46. col. 3. Angustum, & tenue est, quod paruum interstitium in la-

tum, & profundum habet. Ammon. in præd. char. 64. Angustiam sequitur vindicta, cum non potest tolerare iniuriam; ideo primo cor mouetur secundum systolē, postea secundum diastolē, cum vindicat. Alb. magn. de mot. animal. 1. tractat. 2. capit. 6. chart. 44. colum. 2. Angustiam cordis sequitur accensio caloris, & feruor spiritus. Alb. mag. de mot. ani. 1. tract. 2. c. 6. c. 44. col. 2. Anhelare est sæpius, & densius spiritum attrahere, & admittere. Michael Ephes. de respir. c. 35. colum. 4. Anhelitus est in animalibus ad infrigidandum calorem naturalem, & temperandum ipsum. Auer. phys. 8. tex. 51. chart. 178. colum. 2. Anhelitus motus in animalibus dat qualitatem. Auer. physic. 8. tex. 51. c. 178. col. 2. Anhelans est animal ambulans sanguinem habens. Auer. pri. de ani. tex. 84. c. 124. colum. 3. Anhelitus prima necessitas est ad immittendum; secunda ad extrahendum. Prima propter cor; secunda propter pulmonem. Auer. 2. de anima. tex. 89. c. 144. colum. 4. Anhelitus perficitur pullu, & haustu spiritus. Alb. magn. de spir. & respir. l. 2. tract. cap. 3. c. 58. col. 1. Anhelitus interceptio præcipue propter tres causas contingit; primo propter mentis in aliquo fortem fixationē; secundo ob tristitiam, quæ contrahit cor secundum systolem, vehementem; tertio est nimia dilatatio pectoris ob lætitiā, quia tunc cor nimis spiritum expellit. Alb. magn. de spirit. & respir. l. 2. tract. c. 3. ch. 58. col. 1. Anhelitus magnus, sæuens, velox, & calidus, cordis calorem, & contrarius, frigiditatem ostendit. Alb. magn. de anim. 1. tract. 3. cap. 4. char. 27. colum. 1. Anhelitus instrumenta sunt trachea, & epiglottis. Albert. mag. de animalib. l. 13. tract. 1. cap. 2. c. 113. colum. 2.

Anima in vniuersali.

Animæ passiones, & res omnibus eadem sunt. Arist. perihet. cap. 1. c. 119. Animata alterantur per ea, secundum quæ inanimata alterantur; sed non secundum ea, quæ alterantur animata, inanimata alterantur: quia animata alterantur per sensus, & per non sensus; inanimata vero sensibus carent: & cum inanimata alterantur, latet: & nihil prohibet, cum animata alterantur, latere, quando non secundum sensus alterantur. Aristotel. physicor. 7. sum. 3. capit. 1. tex. 12. c. 182. Anima, cum moueat corpus secundum alium motum a motu proprio, impossibile est vt sit sine fatigatione, & sine labore. Arist. 2. de celo, sum. 1. cap. 3. tex. 6. c. 292. Anima omnis non est principium motus, neque omnibus partibus animæ id tribuendum est; sed augēdi principium, idē putandū, ac in plantis, alterandi eandem vim, quam sentiendi, deferendi aut aliud quiddā, non vim intelligendi: delationē enim, vel in cæteris animalibus esse nouimus, intellectū, siue mentem in nullis. Igitur philosophus naturalis, non de omni anima differere debet, quia non oīs eius pars natura est, sed aliqua ei pars vna, vel plures. Arist. de partib. ani. pri. cap. 8. c. 406. Animam habentia diuidenda sunt communibus animæ, & corporis muneribus. Aristotel. de partib. animal. 1. cap. 3. char. 412. Animæ officium est alere, & mouere. Aristotel. de part. anim. 2. cap. 7. c. 440. Animæ passiones an sint communes animæ, & corpori, an proprie ipsius animæ dubium est; nam videtur plurimarum nullam sine corpore pati neque agere: vt irasci, considerare, desiderare, & sentire; maxime autem assimilatur proprio ipsum intelligere: & si hoc est imaginatio quædam, aut non sine imaginatione, neque hoc sine corpore esse contingit. Aristotel. pri. de anim. sum. 1. capit. 1. tex. 12. char. 589. Animæ passiones, non sunt separabiles a naturali materia

ria animalium, in quantum tales existunt, vt ira, & timor. Arist. pri. de ani. sum. 1. cap. 2. tex. 17. c. 591.
 Animatum ab animato duobus maximè differt; motu, & sensu. Arist. pri. de Anim. su. 1. cap. 1. tex. 19. c. 592.
 Animam propriè, & primò maximè esse id, quod mouet, dicunt quidam; existimantes id, quod non mouetur, ipsum non contingere mouere alterum ipsum, quæ mouetur. Arist. pri. de ani. su. 2. c. 1. tex. 20. c. 592.
 Animæ motum inesse, est vnum quoddam impossibiliū. Arist. pri. de ani. su. 3. cap. 1. tex. 26. char. 597.
 Animæ substantia si esset mouere seipsam, non secundum accidens ipsam moueri, ipsi inerit, vt albo, & tricubito. Arist. pri. de ani. su. 2. cap. 1. tex. 39. c. 598.
 Anima si natura mouetur & violentia mouebitur: & e contra, si violentia, & natura: & sic de quiete, vt animæ quales motus, & quietes violentæ sunt, nec fingere violentibus facile est reddere: nam si sursum mouebitur, est ignis: si deorsum, terra, & sic de alijs. Arist. pri. de ani. su. 3. cap. 1. tex. 40. c. 598.
 Anima si mouetur cū moueri videtur corpus, & ijs moribus mouebitur, quibus & ipsa, & secundū quod mouetur corpus; & ipsa conuersim mouebitur; igitur, & anima aut tota, aut secundum partem latione mouebitur: & si hoc, & egressam iterum ingredi continget, & ad hoc sequitur, vt resurgant animalium corpora mortua. Arist. pri. de ani. su. 3. cap. 1. tex. 41. c. 598.
 Anima non mouet animal, vt ipsa moueatur, sed per eductionem quādam, & intellectionem. Arist. pri. de ani. su. 3. cap. 1. tex. 44. c. 599.
 Anima secundum accidens, & mouet, & mouetur. Arist. pri. de ani. su. 3. cap. 2. tex. 61. c. 604.
 Anima si est corpus, cum ipsa sit in corpore, in eodē duo erūt corpora. Arist. pri. de ani. su. 3. cap. 5. tex. 72. c. 607.
 Anima, si est in aere, cur non facit animal? Arist. pri. de ani. su. 3. cap. 5. tex. 86. c. 611.
 Animæ non inesse cognoscere, nec ex elementis esse, nec moueri ipsam bene, & vere dicitur. Arist. pri. de ani. su. 3. cap. 5. tex. 88. c. 611.
 Anima non est vt corpus, non enim est eorum, quæ sunt in subiecto. Arist. 2. de ani. su. 1. cap. 1. tex. 4. char. 615.
 Anima & corpus an vnum sit, non est querere, vt nec cetera, & figura, & vnus cuiusque materia, & id, cuius materia est. Arist. 2. de ani. su. 1. cap. 1. tex. 7. c. 616.
 Anima terminatur ab eo, quod animā caret ipso viuere. Arist. 2. de ani. su. 1. cap. 2. tex. 13. c. 617.
 Animam qui existimant neque sine corpore esse, nec corpus aliquod, bene opinantur: corpus enim non est, corporis autem est aliquid. Arist. 2. de ani. su. 1. cap. 2. tex. 26. c. 619.
 Animæ potentia alijs insunt omnes, alijs quædam, alijs vna sola; & potentia hæ sunt; vegetatiua, sensitua, appetitiua, motiua secundum locum, & cogitatiua; plautis inest nutritiua solum, alijs, & nutritiuum, & sensitiuum. Arist. 2. de ani. su. 1. cap. 1. tex. 27. c. 620.
 Anima prima generatiua, quale ipsum est: a fine enim vnum quodque appellare iustum est: & inter hæc tria sunt, quod alitur, quo alitur, & alens. alens est prima anima: quod alitur, est corpus habens animam: quo alitur, est alimentū; & finis omnium horum est generare quale ipsum. Arist. 2. de ani. su. 3. cap. 2. tex. 49. c. 627.
 Animatum omne habet calorem, alioqui non concoqueret alimentū. Arist. 2. de ani. su. 5. cap. 2. tex. 50. char. 627.
 Animæ inesse has differentias necesse est, vt etiā in omni natura insunt, in qua est aliquid. hoc quidem materia vniciusque generi, ad autem est quod potentia omnia illa, alterum autem causa, & factiuum, quod faciendū omnia, quod ars ad materiam passa est, & est quidam talis intellectus, quia omnia fit, quidam verò, quia omnia facit, vt habitus quidam, vt lumen. Arist. 3. de ani. cap. 3. tex. 17. c. 659.
 Anima animalium secundum duas definitur potentias:

& discretiuo, quod intelligentiæ, & sensus est opus, & mouere motu secundum locum. Arist. 3. de ani. su. 2. cap. 1. tex. 40. c. 664.
 Animæ potentia appetitiua, est illa, quæ mouet. Arist. 3. de ani. su. 2. cap. 2. tex. 52. c. 667.
 Animæ partes si secundum potentias diuidantur, & separentur, valde multæ sunt; nutritiuum, sensitiuum, intellectiuum, deliberatiuum, & appetitiuum. Arist. 3. de ani. su. 2. cap. 2. tex. 52. c. 667.
 Anima non est in vnoquoque membro, sed in quodam principio. Arist. de ani. motu cap. 7. c. 92.
 Anima corpore melior est, animatumque; inanimato, propter animam, & esse quam non esse, & viuere quā non viuere melius est. Arist. de gen. ani. 2. cap. 1. c. 139.
 Animantem nihil ex omnibus, quæ animantī tribuimus, gignere potest, nisi semen genitale. Aristot. problem. sec. 4. c. 386.
 Anima, & corpus, sunt causæ plurimarum passionum inuicem. Arist. physiognom. cap. 1. c. 333.
 Anima, & corpus compatiuntur inuicem. Arist. Physiognom. cap. 7. c. 342.
 Animæ proprium est, vt viuificet corpora, quoniam influit super ea virtutem suam. Arist. de cau. propr. 3. c. 976.
 Animæ omnis habitus ad ea, & cetera naturam suā habet, a quibus deterior fieri, & melior consuevit; at per voluptates, & ægritudines prauis habitus sunt, dum persequuntur, aut fugiunt homines, aut quos non debent, aut quando non debent, aut quemadmodū non debent, aut quor alijs modis a ratione talia præscribitur. Arist. 2. ethic. nicom. cap. 3. c. 34.
 Animæ opus est vitam rebus inferre, & eius vsus vigilia est, somnus enim desidia est. Arist. inora. eud. 2. cap. 1. c. 381.
 Anima se habet ad corpus, vt artifex ad instrumentū, & dominus ad seruum. Arist. moral. eodē. 7. cap. 11. c. 452.
 Animi celli est in magnis calamitatibus, & iniurijs nihil iniuste vel abiectione facere. Arist. ethic. 2. cap. 1. c. 785.
 Animo esse bene instituto longe pulchrius est, quam habitum corporis vestibus pulchris ornatū intueri. Arist. rhet. ad Ale. c. 177.
 Animus disciplina, & eruditione seruatur, vt corpus valetudine bona. Arist. rhet. ad Alex. c. 179.
 Animi bona sunt fortitudo, sapientia, iustitia. Arist. ad Alex. c. 182.
 Anima est talis, vt posset hoc pati, quod nulla potentia earum, quæ post ipsam sunt, potest pati: ipsius enim proprium est fluentium sensibiliū formas retinere, & memorijs paulatim colligere, & conistituere in se ipsa. Alex. & Eust. in 2. post. c. 110. col. 2.
 Animæ potentia appetitiua, ira, & desiderii natura sunt solum appetere, non autem verificare. Alex. & Eust. 2. post. c. 112. col. 1.
 Animam habens ab inanimato vita distinguitur. Alex. aphr. 3. natur. quæst. cap. 25. c. 111.
 Anima animantium tato stirpium forma perfectior est, quanto stirpium forma simplicium corporum formas excellit: & sensibilis animæ differentia eandem inter se analogiam seruare videntur, quam simplicium corporum forma ad stirpium animam, & stirpium anima ad sensualem animam habet: cuius analogie differentia causa nil aliud est, quam ipsa subiectorum corporum differentia, & propter specierum multitudinem, & propter eiusmodi temperamenti, & missionis constitutionem. Alex. aphr. pri. de ani. c. 3. c. 31. col. 2.
 Anima simplicior est, cuius organicū corpus simplicius esse dignoscitur. Alex. aphr. pri. de ani. c. 21. col. 2.
 Anima, quæ pluribus potestatibus constat, quæ uè perfectior est, corpus subiectum distinctius, & pluribus organis dispositū habet: cuius corporis eiusmodi anima est forma. Alex. aphr. pri. de ani. cap. 3. c. 31. col. 2.
 Anima non est in corpore, vt totum in partibus; eadem enim

enim partes, & animæ, & corporis essent. Alex. aphr. pri. de ani. cap. 14. ch. 31. col. 4.
 Anima non est in corpore, vt species in genere: neque enim corpus, in quo est anima, genus est animæ, quia vtrūque. i. anima, & corpus vnum quiddam numero est. Alex. aphr. pri. de ani. cap. 4. ch. 31. col. 4.
 Anima non est in corpore vt genus in speciebus, alioquin omne corpus anima erit, vt omnis homo animal. Alex. aphr. pri. de ani. cap. 4. ch. 31. col. 4.
 Animæ locus non est corpus, corpus enim anima esse sic dicitur, quia, quod per se in loco est, corpus est. Alex. aphr. pri. de ani. cap. 4. ch. 31. col. 4.
 Anima non est in corpore, vt in vase, idem enim sequeretur, quod de loco: cū vas nulla alia re differat a loco, nisi quod transferri possit. Alex. aphr. pri. de ani. ca. 4. c. 31. col. 4.
 Anima non est, vt accidens in subiecto, cum substantia sit, & vim contrariorū susceptrice habeat, nullumque accidens sit substantia. Alex. aphr. pri. de ani. ca. 4. c. 31. col. 4.
 Anima non est in corpore vt in misto, quia simplicia mistū ingredientia non seruant peculiarem naturam incolumem. Alex. aphr. pri. de ani. cap. 4. ch. 31. col. 4.
 Anima ita mouet corpus, vt per se nullatenus moueatur, at cū corpus mouetur, ea ipsa mouetur ex accidenti, quod in omni forma esse necessarium est, cum simul in sit corpori, cuius est forma. Alex. aphr. pri. de ani. cap. 7. c. 32. col. 4.
 Anima nec per se quiescit, nec per se mouetur, sed animal vtriusque huius muneris per se functionem habet. Alex. aphr. pri. de ani. cap. 7. c. 33. col. 1.
 Anima non solum est natura, sed etiam a natura quendam in se ordinem potestatum habet. Alex. aphr. pri. de ani. cap. 9. ch. 33. col. 4.
 Animæ, quæ in animatis consideratur, prima potestas est illa, quam altricem appellamus, cuius vis auctrix, & genitrix coniungitur; qua adepta omnia viuunt, & contra priuata hac potestate, intereat viuentia necesse est. Alex. aphr. pri. de ani. cap. 9. ch. 33. col. 4.
 Animæ secunda potestas est vis sensibilis, & impulsiva; item vis appetendi, & imaginandi, quas vires in nullo conspicimus, quod altrice vi præditū non sit. contra vis nutritrix sine his subsistere potest, ad stirpes enim pertinet. Alex. aphr. pri. de ani. cap. 9. ch. 33. col. 4.
 Anima in partes, nec magnitudine, nec numeri diuisione est diuisibilis, non enim separatam animam facimus ab ijs, in quæ diuiditur: sed potestatum, quas habet, enumeratione, & differentiarum inuētū diuisionem eius constituiamus. Alex. aphr. pri. de ani. cap. 9. char. 34. col. 1.
 Anima vna cum rebus idem esse censenda est, vt intercedente sensu, atque intellectu specierū suscipienda facultate sit prædita. Alex. aphr. pri. de ani. ca. 30. ch. 42. col. 1.
 Animæ vniuersæ potestates in hæc diuiduntur, vt altera agendi, altera iudicandi sit. Alex. aphr. 1. de ani. cap. 32. char. 43. col. 1.
 Aunq; principium in corpore reperitur: vis vero illa, quæ famulatur, in reliqua corporis membra protenditur. Vis sensibilis in oem carnē extenditur. Id verò, quod agilitatis, & motui ministerium exhibet, in neruis & musculis diffunditur. Alex. aphr. pri. de ani. cap. 32. ch. 43. col. 2.
 Animam habenti quælibet pars animata est. Alex. aphr. 2. de ani. cap. 7. ch. 43. col. 4.
 Animæ functiones non sunt animæ per se, sed eius, quod anima præditum est; non enim letatur nec dolet anima; sed homo, qui ipsam possidet. Alex. aphr. 2. de ani. cap. 9. ch. 44. col. 1.
 Anima se ipsam tanquam rem sensilem non sentit. Alex. aphr. 2. de ani. cap. 24. ch. 45. col. 3.
 Anima anime similis est, non vt anima, sed vt qualitatis cuiusdam; vel dispositionis similis particeps est. Alex. aphr. 2. de ani. cap. 25. ch. 46. col. 1.
 Anima affectus corporis non sentit, vt diuersa a corpore existens, sed vt animal has reflexiones sentit, quod ex anima, & corpore constat. Alex. aphr. 2. de ani.

cap. 26. c. 46. col. 2.
 Anima quia mouet non mouetur, corpus quia mouetur non mouet. Alex. aph. 2. natu. quæst. cap. 2. c. 6.
 Anima & vita differunt, quia, quod est operatū vita est, cum per ipsum nutrimentū, & augmentū sit: quod autem potestā vitā habet, organicum dicitur, cum per ipsum potestā vitā habet, vt nutriri, & acquiri possit: quæ æquale non est, ei quod est animā hinc. Alex. aphr. 2. nat. q. c. 8. c. 7.
 Anima non est ad aliquid, quia actus & forma æquivalent, forma autem non est ad aliquid. Alex. aph. 2. natu. quæst. cap. 9. c. 7.
 Anima cum sit animalis forma, & materialis, impossibile est esse per se: at si per se non est, nec per se mouet anima, igitur per se non mouet. Alex. aph. 2. natu. q. c. 10. c. 8.
 Animā vnā esse, quod omnibus animalibus vitā tribuat, nemo ausit dicere. The. 1. de ani. c. 2. tex. 60. c. 67. col. 1.
 Anima, quæ vita vocatur, a Themistio appellatur anima inseparabilis, indiuiduaque; corpori, eoque; dissimilabilis ac mortalis non absolutè, ac simpliciter, sed vt lumen in aqua, Them. 1. de ani. c. 24. tex. 60. c. 67. col. 1.
 Anima corporeis motibus moueri nequit. Them. 1. de ani. cap. 25. tex. 63. c. 67. col. 3.
 Animæ fons est motus, ipsa præbet initium, ipsa procurat, ipsa se de vno motu in alium transfert & per se hanc transactionem facit. Them. 1. de ani. cap. 25. tex. 63. c. 67. col. 3.
 Animæ omnes mutationes momentaneæ sunt, statimque; de potentia in actum promeant. Them. 1. de ani. cap. 25. tex. 63. c. 67. col. 3.
 Animam habentia ab inanimatis differunt, non quod corpora hæc sint, illa non: sed quia illa viuunt, & hæc non. Them. 1. de ani. c. 3. tex. 4. c. 70. col. 2.
 Anima nunquam quiescit a munere suo, idest, a nutritione; ita, & si partes perire semper necesse est, tamen summa suppletur identidē, eo quia incolumis exigit. Them. 2. de ani. cap. 5. tex. 6. c. 70. col. 4.
 Animæ propriè motus est in vita. Sim. in præd. c. 84.
 Anima est temporis causa proxima. Sim. in præd. c. 91.
 Anima dat tēpori, quod propriè dicitur in generalibus substantia, ac illud iterum, atque iterum ab illa procedit. Sim. in præd. c. 92.
 Anima sine sensu esse non potest, sine sciētia esse potest. Sim. in præd. c. 109.
 Animatum ab inanimato distinguitur vita. Sim. 2. phys. c. 100. col. 2.
 Anima aduenit corpori naturali, vt forma materiæ. Sim. 2. phys. c. 101. col. 1.
 Anima omnis, cum habeat propriā vim mouendi, feceruntur ab eo, quod mouetur. Sim. 2. phys. c. 101. col. 1.
 Anima mouet quædam secundum locum, non secundum quamuis causam, sed secundum eam causam, quæ spectat ad motum localem, habentem ipsam formam, vt in illa est. Sim. 3. phys. c. 156. col. 1.
 Animata ea, quæ aluntur, & nutriuntur, sola augentur. Sim. 4. phys. c. 240. col. 1.
 Animatum non vult moueri Aristot. sed agere, cum censerit solas mutationes naturales motus appellandas esse. Sim. 4. phys. c. 250. col. 2.
 Anima non mouetur, sed motus in anima est ipsa intelligentia immobilis quacunque motus specie. Sim. 4. phys. c. 98. c. 259. col. 1.
 Anima sublata, quæ principium est ortus, & omnis motus secundum ortum, cui adest tempus, tollitur etiam tempus. Sim. 4. phys. c. 277. col. 2.
 Anima est, quatenus vitam efficit: tēpus, quatenus mensurat durationem eius. Sim. 4. phys. c. 286. col. 1.
 Anima ad naturam eadem est proportio, quæ est vitæ ad motum naturalem. Sim. 8. phys. c. 394. col. 2.
 Anima viuificatur per esse: propter quod semper hanc habet in promptu operationem, secundum virtutem autem, & malitiam non per esse operatur, sed propter

habitas alias aliter opiniones, & electiones. Sim. pri. de celo. tex. 32. co. 36. c. 25. col. 1.
 Anima si auferatur a corpore, nequaquam animal est. Sim. in procem. de ani. c. 1. col. 4.
 Animæ accidentia cõmunia sunt, quæ sensitivæ, & imaginatiuæ potestati insunt, quæ potestates omnibus animalibus communes sunt. Sim. 1. de ani. tex. c. 1. col. 4.
 Anima est inter formas media, & est informata, vt quæ totius sui ipsius coniunctionem, ac cõmunicationem indicet. Simp. 1. de ani. tex. 6. c. 2. col. 2.
 Anima omnis, omnisque vita substantia est. Simp. 1. de ani. tex. 12. c. 3. col. 3.
 Animæ passiones non cõtinent esse sine corpore, quod tamen in 3. de ani. affirmat Arist. intellectu abscque imaginatione esse. Simp. 1. de ani. tex. 12. c. 4. col. 1.
 Anima ab omni passione abstracta est, tum separabilis, tum ea, quæ corpore vt instrumento vtitur. Simp. 1. de ani. tex. 14. c. 4. col. 3.
 Anima non simpliciter principiu est eius, in quo est, sed vt viuaciter intrinsecus moueatur. Simp. 1. de ani. tex. 20. c. 6. col. 1.
 Anima cum non sit in loco, nec localibus mouetur motibus, nisi per accidens. Sim. 1. de ani. tex. 39. c. 9. col. 2.
 Animam corpus nõ esse patet, qd nõ mouetur, & motus est corporis ppria actio. Sim. 1. de ani. tex. 52. c. 13. c. 3.
 Anima quæcunque per se subsistit, quæque suum esse habet, ita vt nõ adquisitio aliquo nõ viuat, vnde quaq; incorruptibilis est. Sim. 1. de ani. tex. 66. c. 16. col. 1.
 Animatis propriu est interne viuere. Sim. 2. de ani. tex. 4. c. 23. col. 4.
 Anima corpora naturalia non omnia, sed viuentia tantum perficit. Sim. 2. de ani. tex. 4. c. 24. col. 1.
 Anima duas habet vitas; vnã iuxta illam, quam ad corpus habet declinationem; aliam iuxta eam, quam ad exteriora habet vergentiam, vel quidem, vt corpus viuificantem, vel, vt viuente vtentem, non vt duæ sint sed duas præferens formas: vnã vt organi formatricem at non vt mouentem, sed vt moti organi viuaciter effectricem, de quo infra. Sim. 2. de ani. tex. 4. c. 25. c. 2.
 Animæ instrumenta sunt non tantum ea corpora, quæ per ipsam animam viuunt, sed inanimata etiã; alia naturalia, vt lapides; alia artificialia, vt naturalia quidem & ipsa, at nõ vt naturalia vsim aliquem vtenti animæ præbentia, sed ab arte bene cõinneq; exposita, vt scutum & ensis. Sump. 2. de ani. tex. 8. c. 25. col. 4.
 Anima actus est eius, quod potestate viuut; quare est forma, q̄ substantia appellat. Sim. 2. de ani. tex. 37. c. 31. c. 2.
 Anima viuentium est causa, non vt forma tantum, sed vt efficiens. Sim. 2. de ani. tex. 39. c. 31. col. 4.
 Animæ opus præstantissimũ est, tribuere imperfecto semini potentiam eandem formam recipiendi, vtpote causi eius, quæcunque sit, perpetuitatis. Simp. 2. de ani. tex. 49. c. 32. col. 3.
 Anima est, quæ iudicat per exactã, ac propriã cognoscibilis rei cõtractionem. Sim. 2. de ani. tex. 62. c. 35. col. 1.
 Anima nec est ipsa magnitudo, nec ipsa vtitur; sed illius ratio & potentia quædam. Altera, vt ipsius organi determinatrix. Altera autem, quæ eo, quod ipso vtitur, perficitur, quæ proprie ratio, nõ forma dicitur; forma enim indiuisibilis est. Illa aut substantia est cõpacta, & hmoi est aïata vita. Sim. 2. de ani. tex. 122. c. 45. c. 2.
 Anima, & intrinsecus, & a se ipsa agit, in ipsa actione indigens affectione organi a sensibili facta, quia corporeus est motus, qui ipsi extrinsecus imprimif. Sim. 5. de ani. tex. 139. c. 51. col. 2.
 Animam harmoniã esse impossibile est, vtitur tamen organo præparato sibi ipsi inconuenienter, iudicatq; sensibilem substantiam secundum rationem perfectã & elaboratam. Sim. 3. de ani. sect. 1. tex. 143. c. 51. col. 4.
 Animæ omnis expromptio, quæ tota extrinsecus versatur, mediãtibus sensibilibus excitatur. Sim. 3. de ani.

sec. 1. tex. 162. c. 57. col. 1.
 Anima nõ est indiuisibilis, quod reuoluta eius actio denotat, quæ cõ diuisione, & collectione procedit. Sim. 3. de ani. sec. 1. tex. 163. c. 57. col. 2.
 Anima omnis corpore vtitur, vt instrumento. Sim. 3. de ani. sec. 2. tex. 54. c. 79. col. 5.
 Animi conceptionibus, quæ scimus, meliori modo, quã per demonstrationem cognouimus. Io. gram. 1. de ani. ex procem. c. 2. col. 2.
 Anima non potest potentiã perfectiorẽ habere; nisi deteriorẽ habuerit, non autẽ contra, & sic se habet res in sensibus. Io. gram. 1. de ani. ex procem. c. 3. col. 1.
 Animam quæ ex necessitate sequitur, alia solam animã sequuntur, alia & animam, & corpus.
 Animam vnã esse & plures dicere possumus; vnã propter affectum communem, & coniunctionem; plures, quia specie differunt vegetatiua, rationalis, irrationalis. Io. gram. 1. de ani. tex. 7. c. 7. col. 4.
 Anima, si cõmune genus habet, solam definitionẽ vnã habet. Io. gram. 1. de ani. te. 8. c. 8. col. 1.
 Animæ partes sunt diuersæ potentiæ. Io. gram. 1. de ani. te. 9. c. 8. col. 2.
 Animæ ea propria sunt, quæ corpus ab illa separatũ non operatur. Io. gram. 1. de ani. te. 11. char. 8. col. 3.
 Animatum anima natura posterius est. Io. gram. in 1. de ani. tex. 19. c. 12. col. 2.
 Animæ potentia, sæpe animæ vocantur. Io. gram. 1. de ani. tex. 25. c. 13. col. 4. Idem tex. 32. c. 16. col. 2.
 Animam habentia alium motũ habent a motu naturali ab anima ipsa; corpus enim mouetur secundũ simplicium dominium, cum nõ vt animatum, sed vt corpus mouetur; cum autẽ ambulat, vel alio mouetur motu, secundũ animæ motũ mouetur. Io. gram. 1. de ani. tex. 40. c. 18. col. 2.
 Anima se habet ad corpus, vt ars ad instrumẽta. Io. grã. 1. de ani. tex. 53. c. 24. col. 3.
 Anima, vt anima, magis, & minus non suscipit. Io. gram. 1. de ani. tex. 54. c. 25. col. 2.
 Anima cum non sit quantitas, quia nec magnitudo, nec numerus, nec qualitas, (vt contra eos, qui eam harmoniam esse dicebant, probatum est) restat, vt nec sit accidens: reliqua enim sunt ex his: substantia ergo est. Hinc sequitur, vt quod quãtitatem, & qualitã non habet, non sit accidens. Io. grã. de ani. te. 1. c. 35. col. 2.
 Anima in habẽtibus vitam non est corpus, sed vita, propter quam ea animata dicuntur. Io. gram. 2. de anim. tex. 1. c. 25. col. 2.
 Anima diminutionis est causa, non quod faciat diminutionem, sed quod propter imbecillitatẽ ei deinceps cedat. Io. gram. 2. de ani. te. 37. c. 45. col. 4.
 Animæ facultas generatiua est, quæ præparare potest id, quod eam habet, ad faciendum alterum quale ipsum secundum desiderium eius, quod est in primo æternitatis. Io. gram. 2. de anim. te. 48. c. 48. col. 1.
 Animam rerum rationes in se habere non vult Arist. Io. gram. 3. de ani. te. 25. c. 89. col. 2.
 Anima, quæ semini inest, primò cor designat, deinde perficit in ipso, quod residet. Io. gram. de gen. ani. 2. cap. 4. c. 47. col. 1.
 Animam habentia sensitiuam secundum sensus alterantur: in illis autem, quæ anima carent, sensus cõ non habent, latent alterationes. Psel. 7. phy. c. 59.
 Anima prædita magis natura participat, quam inanimata; maxime enim nature vim habent in se. Mich. eph. de longit. & breuit. vit. c. 25. col. 2.
 Anima & formæ, licet non moueantur, tamen sunt naturales, secundum quod sunt in mobili. Auer. phy. pri. tex. 11. c. 6. col. 3.
 Anima est in loco, quia subiectum eius, quod est corpus, est in loco. Auer. phy. 4. te. 45. c. 67. col. 2.
 Animata dicuntur ex se mota, quia ista existimãtur moueri

ueri posse ex se, & requiescere ex se: quod non accidit in illis, quæ mouentur naturaliter. Auer. phy. 8. tex. 17. c. 160. col. 4.
 Anima mouet corpus natura, & corpus per suam naturã mouetur ab anima. Auer. phy. 8. tex. 27. c. 166. col. 2.
 Anima animalis est sua forma naturaliter, & motus eius a sua anima est ei naturaliter. Auer. phy. 8. tex. 27. c. 166. col. 2.
 Anima sine corpore esse non potest, nisi equiuocẽ. Auer. phy. 8. tex. 30. c. 167. col. 2.
 Anima est motor in animali: illud autem per quod mouet iste motor, est musculus, aut calor naturalis, qui est in lacertis. Auer. phy. 8. tex. 37. char. 171. col. 2.
 Anima animalis transmutatur per transmutationẽ subiecti, & mutat locũ, & etiã mutat se ab eo, quod mouet illã secundum finem. Auer. phy. 8. tex. 83. c. 196. col. 2.
 Animatum dicitur de cœlestibus, & de his, quæ apud nos sunt, quasi equiuocẽ. Auer. 2. de celo. tex. 61. c. 65. c. 2.
 Animatum nobilius inanimato esse, necessarium est. Auer. 2. de celo. tex. 61. c. 65. col. 4.
 Anima in animalibus est motor, & motum est corpus: in simplicibus motor, & motum sunt idem secundum speciem, & differunt secundum modum. Auer. 3. de celo. tex. 28. c. 92. col. 2.
 Anima, cum sit vltima forma corporis animaliu cõuenit eius cõtẽplatio Naturali. Auer. de par. ani. 1. c. 1. c. 64.
 Animæ passiones proprie possunt intelligi illæ, quæ primitus existunt in anima, & secundo in corpore; vt sensus, & imaginatio. Auer. 1. de ani. tex. 3. c. 109. col. 1.
 Animæ, si essent eadem specie, cognita consideratione de hominis anima, ceterorum quoque animalium, animarum considerationem cognosceremus. Auer. 1. de ani. tex. 7. c. 109. col. 3.
 Anima præcedit elementa oĩa causalitate, & nobilitate, elementa autẽ tẽpore. Auer. 1. de ani. tex. 82. c. 124. c. 1.
 Anima annulorum, & plantarum vnã est in actu, & plures in potentia. Auer. 1. de ani. tex. 92. c. 125. col. 4.
 Animato omni commune est, nutrirĩ, augeri, & minui essentialiter. Auer. 2. de anim. su. 1. tex. 3. c. 127. col. 1.
 Anima necessario est omne, in quo manifestatur, quod perficitur secundum quod formæ perficiuntur per materias. Auer. 2. de anim. tex. 21. c. 130. col. 3.
 Animæ virtutes differunt ab inuicem, secundum actionem, & passionem differentia prima. Auer. 2. de anim. tex. 52. c. 137. col. 2.
 Animæ nullum corpus in animali est subiectum, præter calorem. Auer. de sen. & sen. char. 193. col. 2.
 Animati perfectio, vt animatum, est motus. Auer. ex destru. destru. disput. 15. c. 52. col. 3.
 Anima est in potentia omnia entia, & quod est in potentia, exit in actu, aut propter res sensibiles, aut propter intellectualia. Auer. ex destru. destru. disput. 16. c. 54. c. 2.
 Animæ gradus sunt; plures: aliæ sunt cœlorum animæ, aliæ rationales, aliæ irrationales. Auer. de ani. beat. cap. 5. c. 66. col. 2.
 Anima, in quantum perseuerant in esse ipsarum, nec faciunt opiniones earum, sunt virtutes, & præparationes solum præparatæ ad recipiendum impressiones rerum, quæ recipiuntur; vt est virtus visibilis, antequam videat; & imaginatiua ante impressiones rerum imaginabilem, & ijs similia vsque ad hunc punctum, sunt formæ. verum cum impressiones sunt in ipsis receptæ actu sunt separatæ a formis, nec sunt formæ, nisi per viam similitudinis. Auer. de anim. beat. capit. 5. char. 66. col. 3.
 Anima non est in actu in semine, sed in potentia. Auer. 7. metaph. tex. co. 31. c. 85.
 Anima, quia est existens in alio, non habet perfectam definitionem. Auer. 7. metaph. tex. co. 40. char. 90.
 Anima non proprie disponitur per scientiam, nisi quando fuerit sciens in actu, & maxime cum fuerit in vlti-

ma sua perfectione, scilicet quando vtitur scientia. Auer. 9. Metaph. tex. com. 16. char. 114.
 Animæ virtutes quædam non habent esse, nisi cõ materia; vt cibabilis, sensibilis, imaginatiua, desideratiua. Auer. 12. metaph. tex. com. 17. char. 142.
 Animam generans, non ponit animam in materia, sed extrahit, quod est anima in potentia, ad esse animam in actu. Auer. 12. metaph. tex. com. 18. char. 143.
 Animæ vis vitalis officium est, vt creandis, nutriendis, alendisque corporibus prestet, nullum autem rationis, vel sensus iudicium afferat. Boet. in Por. ch. 46.
 Animæ vis in vegetandis corporibus triplex est: alia vitã subministrat, alia sensum præbet, tertia vi mentis, & ratione subnixta est. Boet. in Por. ch. 46.
 Anima agit immobilis, quia essentialis sibi est omnis vite actio; & anima per substantiam suam, secundũ seipsam mouet motu vitæ. Alb. Mag. in 6. princ. char. 69. col. 1.
 Anima non mouetur, nisi forte moueatur motu alterationis; qui motus non est animæ, sed cõiuncti, in quo est. Alb. Mag. in 6. princ. char. 69. col. 2.
 Anima est in corpore, vt vitæ, & motus principium nõ vt locatum in loco. Alber. Magn. in 6. princ. ch. 73. col. 3.
 Anima est in corpore toto tota, vt in communi, quo operatur operatione essentiali operationes principij vite, & motus; vt autem operatur actus vitæ spirituales, qui sunt spiritualibus potentijs, & organis, non est tota in toto. Alb. Mag. in 6. princ. ch. 73. col. 4.
 Aïa passio est species rei. Alb. Mag. in perier. c. 80. co. 2.
 Animæ defectio, est impotentia quædam sensuum. Alb. Magn. de somno, & vig. tract. 2. cap. 1. char. 82. col. 3.
 Anima mouet, sed nõ mouet proxime, sed per qualitates primas. Alb. Mag. 2. phy. tract. 1. cap. 3. ch. 16. col. 3.
 Animata cõponuntur, & generantur ex primis sensibilibus, & simplicibus. Alb. Mag. 7. phy. tra. 1. c. 4. c. 83. c. 3.
 Anima non potest moueri per se, cum nõ moueatur nisi in corpore: & si a corpore separaretur, non erit mobilis motu naturali, cõ sit indiuisibilis motu naturali. Alb. Mag. 8. phy. tract. 2. cap. 3. ch. 96. col. 1.
 Anima non mouet corpus, vel membrum corporis, nisi per medium ex parte sui, vel ex parte corporis, ex parte animæ est vita affixa corporalibus partibus, vt nervis, & musculis, ex parte corporis est calor naturalis. Alb. Mag. 8. phy. tract. 2. cap. 9. ch. 99. col. 4.
 Anima secundum se est causa vitæ, & nutritio, auctio, & vniuersaliter sensus, & motio fm locum, & intellectus, opera sunt cuiusdam vitæ: quæ omnia causantur simpliciter ab eo, cuius est effectus viuere; & cum in eadem proportionem se habeant organa ad inuicem, in qua se habent potentiæ motoris ad inuicem; & cum potentiæ ad vnum ordinentur, & organo ab vno dependant, necesse est, quod cor necessariõ sit. Alber. Mag. de spi. & respir. l. 1. tract. 2. cap. 1. ch. 55. col. 1.
 Animæ opera sunt, sentire, imaginari, & memorari, & intelligere: ideo vires illæ animales vocantur. Alber. Magn. de spir. & respir. l. 1. tract. 2. cap. 4. ch. 56. col. 1.
 Anima, cum sit quædam formarum specificantia, sibi essentialiter conuenit dare animato corpori specificatũ, & determinatum esse, quod vocatur vita in viuẽtibus. Alb. Mag. de mor. & vit. tract. 1. cap. 2. ch. 58. col. 4.
 Anima quæcunq; forma est in materia, absq; dubio corruptibilis est subiecto suo corrupto, & vegetabilis, & sensibilis. Alb. Mag. de mor. & vit. trac. 2. c. 3. c. 60. c. 1.
 Animati materia præparata esse debet operationibus animati, & animæ; quia aliter non reciperet formam, & substantiam, quæ est anima. Alb. Mag. de nutritio. & nutri. trac. 2. cap. 2. char. 66. col. 2.
 Animam moueri motu processiuo, quia est composita, falsum est; quia nihil mouet, vel mouetur, vt compositum, sed potius ex hoc, quod est simplex, mouet hoc, quod mouet secundum locum. Alb. Magn. de natu. & orig. animæ, trac. 1. cap. 7. c. 70. col. 3.

Anima mouet, habet motum triplicibus potentijs. Quædam sunt determinantia ea ad quæ mouetur animal; vt sensus, phantasia, & intellectus, & huiusmodi; vt prudentia, & ars. Quædam sunt impetum facientia; vt appetitus, voluntas, desiderium, & ira, & concupiscentia. Quædam complectuntur vtrumlibet; vt synderesis, & liberum arbitrium. Alber. mag. de natu. & orig. animæ, tract. 1. cap. 7. char. 70. col. 3.

Animæ omnes, præter rationalem, educuntur de potentia materiæ. Alber. mag. de natu. & orig. animæ, tract. 2. cap. 12. c. 74. col. 4.

Animæ vires sunt sicut formæ. Alber. mag. contra Auer. de vnit. int. cap. 3. c. 78. col. 3.

Animæ ad corpora sic se habent, vt artes ad instrumenta. Alber. mag. contra Auer. de vnit. intel. cap. 5. c. 81. col. 3.

Anima primo, & per se est in corde, & cor est in animali. Alber. mag. de princ. mot. prog. t. 2. c. 11. char. 183. col. 3.

Animæ potestates, sunt naturales potentia eius, & causantur à natura, & substantia eius; & sunt natura, & causa ante organa corporis, licet tempore forte simul cum ipsis sint, habent tamen differentias formales, quibus tantum corporis organici perfectio esse potest anima. Alber. mag. de princ. mot. proces. tract. 2. cap. 11. c. 184. col. 4.

Anima producit à causa prima sub lumine intellectus celestium substantiarum, ex semine habente in se virtutem animæ, & corporis generantis ex virtute totius celestis periodi, & virtutem commissionis omnium elementorum, quæ præcedentia animam ad quinque reducuntur. Et ideo quatuor modis se habet ad corpus anima hominis. A causa enim prima, cuius ipsa est resultatio aliqua propinquior, vel distantior, potestates, vel virtutes habet creatrices in corpore. A lumine autem intellectu celestium, cuius est etiam resonantia quædam clarior, vel obscurior, habet aliquam maiorem, vel minorem super materiam corporis eleuationem. Ab anima autem generantis habet virtutem formatiuam formantem, & assimilantem, & à corpore generantis habet materiam, & vasa, in quibus potest ex vasorum facultate operari partes similes, & dissimiles congruas organice operibus suis. A virtutibus autem celestium virtutem figuratiuam, & à virtutibus elementorum virtutes habet deputatas nutrimentorum, & educationes superfuitatum. Alber. mag. de princ. mot. proces. tract. 2. cap. 13. c. 185. col. 2.

Anima est principium, & causa vitæ viuentibus omnibus, & vitam ex se non habentibus: quæ ratio secundum analogiam cõuenit omni animæ, tam vitam occultam, quam manifestam habentibus. Alber. mag. de caus. & proces. vniuers. à pri. cau. l. 2. tract. 1. cap. 11. c. 202. col. 4.

Anima per substantialem rationem est principium, & causa vitæ, & motus in eo, quod habet motum à seipso: & quanto perfectius, & nobilius principium talis motus, & vitæ causa est, tanto nobilior est: & quanto imperfectius talis vitæ, & motus principium, & causa est, tanto imperfectior, & ignobilior est. Alber. mag. de caus. & proces. vniuersit. à prima causa. l. 2. tract. 1. cap. 12. c. 203. col. 2.

Anima, vt anima, est principium, & causa motus in eo quod mouetur à seipso, non autem est principium motus, nisi forma determinante, & proportionante ipsum ad mobile. Alber. mag. de caus. & proces. vniuersit. à prima causa. l. 2. tract. 1. cap. 13. c. 203. col. 2.

Animæ naturæ proprium est, vt viuificet corpora. Alber. mag. de caus. & proces. vniuersit. à prima causa. l. 2. tract. 1. cap. 17. c. 204. col. 4.

Animatorum forma corpora animata vnit, & nihil ea nobilius, & melius desideratur à materia. Alber. mag. 1. de anim. tract. 2. cap. 12. c. 10. col. 1.

Anima habet esse nobilissimum, & rationabilissimum. Nobilissimum, quia est forma vltima, secundum ordi-

nem naturæ, ad quam sunt elementa, & elementorum mixtionem, complexiones, & compositiones. Rationalissimum, eo quod in se continet rationes rerum, ex quibus cognoscit ea, quæ sunt; & dat rationem, & esse corpori. Alber. mag. 1. de anim. tract. 2. cap. 12. c. 10. col. 1.

Anima corpus continet, & vnit: cuius est signum, quod anima per mortem è corpore egrediente, statim vniõnem suam, & continuitatem incipit corpus deperdere. Alber. mag. 1. de ani. trac. 2. cap. 15. c. 11. col. 4.

Anima vna est secundum substantiam in suis potestatibus, licet non secundum quamlibet potestatem simul sit tempore actus primus, vel secundus; qui actus primus est, qui potest agere, nec impediri potest, cum vulerit. Alber. mag. 1. de anim. tract. 2. cap. 15. c. 12. col. 2.

Anima in vno corpore vna secundum substantiam est, & aliquibus potestatibus corpori affigitur nec est necesse, quod secundum omnes corpori affigatur; quia anima illa est similior primæ intelligentiæ agenti. Alber. mag. pri. de anim. tract. 2. cap. 16. c. 12. col. 4.

Anima quia potestatem non trahit agendi à corpore, sed à prima causa, cuius naturam sequitur, ideo non agit tantum vnum, sed multa; & quodlibet illorum operum est ei proprium, & essentialia. Alber. mag. 2. de anim. trac. 1. cap. 3. c. 13. col. 3.

Anima actiones suas agit in corpore, & circa corpus; quæ actiones non sunt sine instrumentis corporalibus. Alber. mag. 2. de anim. trac. 1. cap. 3. c. 13. col. 3.

Animæ potentia multas virtutes sibi deseruientes obtinent, quarum multitudo ad quatuor reducitur, quæ sunt: attractiua, digestiua, expulsiua, & ante habet appetitiua. Alber. mag. 2. de anim. trac. 2. cap. 8. c. 18. col. 3.

Animæ potentia passiuæ, quando sunt coniunctæ rationi, vt in homine, accipiunt ordinem agendi, & operandi, & regimen a ratione: & cum non sunt cõiunctæ rationi, regunt ad institutum naturæ solum. Alber. mag. 3. de anim. trac. 1. c. 33. col. 4.

Animæ potentia passiuæ omnes organice sunt, corporeque indigent ad suas operationes; intellectus autem omnino incorporeus est. Alber. mag. 3. de anim. trac. 1. cap. 4. c. 24. col. 2.

Animam vnam esse secundum substantiam, & secundum vires separatam in esse pro constanti tenuerunt Peripatetici. Alber. mag. 3. de ani. trac. 2. cap. 3. c. 36. col. 3.

Anima quodammodo est omnia, quia non est omnia secundum esse materiale, sed secundum esse intentionale specierum. Alber. mag. 3. de ani. trac. 3. c. 12. c. 45. col. 1.

Animæ vniuntur species rerum, vt receptum vnitur recipienti. Alber. mag. 3. de ani. trac. 3. cap. 12. c. 45. col. 1.

Animam secundum naturam ponimus in corpore, incipiente corpore. Alber. mag. 3. de ani. trac. 3. cap. 12. c. 45. col. 3.

Anima exuta vires suas habet, licet non vtatur eis; tamen non sunt ociosæ, quoniam vsus per accidens impeditur. Alber. mag. 3. de ani. trac. 5. cap. 4. c. 50. col. 1.

Anima non est in semine, vt actus, in eo, quod est actus, sed vt artifex in artificio; nec operatur nisi in corpore organico perfecto secundum numerum, & figuram, & formam organorum. Alber. mag. 3. de anim. trac. 5. capit. 4. char. 50. col. 1.

Animas, proximum fundens est intelligentia, vltimum mouens orbem. Alber. mag. de intel. & intel. l. 1. trac. 1. cap. 4. c. 50. col. 4.

Animas ab intelligentijs causatas, & profusas, quicunque dixerunt, intellexerunt animam imprimi ab intelligentia, & eam esse instrumentum intelligentiæ & subiectum illuminationis eius. Alber. mag. de intel. & intel. l. 1. trac. 1. cap. 4. c. 51. col. 1.

Animæ & naturæ omnis fusio est a prima causa, inferius autem orbem organice operantur determinando, & inditando naturas ad naturam. Alber. mag. ex pri. de intel. & intel. trac. 1. cap. 4. c. 51. col. 1.

Anima

Anima operatur in semine, & non natura: operatur autem non vt est entelechia corporis, sed vt artifex, qui est virtus formatiua, qui est in spiritu, qui inter viscositatem seminis continetur, & ambit totam corporis materiam intra virtutem & lumen suum; & formæ quas influit, non sunt in eo, vt habitus quidam accidentaliter, imò sunt in eo, hoc quod est ipse: quod licet vnus sit in substantia, tamen multiplex est in virtute, & sine medio aliquo à loco vno cordis fluit in anima, & imprimit formas, & informat omnia instrumentaliter agentia sub ipso, quæ sunt calidum, humidum, siccum, & frigidum. Alber. mag. de intellect. & intellig. cap. 2. c. 53. col. 3.

Anima, cum sit forma quædam iuncta materiæ, non potest accipere formas, nisi incipiendo à materia, quæ proxima est ei: & non accipit, nisi per resolutionem, & resoluendo procedit, donec veniat in causam primam, & ibi est vltimum perfectionis ipsius, & finis intellectus. Alber. mag. ex 2. de intel. & intel. cap. 2. c. 53. col. 2.

Animæ operationes, quæ sunt operationis finis, non fiunt nisi in membris organicis. Alber. mag. de anim. 12. tract. 1. cap. 3. c. 97. col. 1.

Animæ eiusdem potentia non est bene recipere, & bene conseruare. Alber. mag. de mem. & rem. tract. 1. cap. 1. c. 21. col. 1.

Anima licet non sit harmonia complexionum, nec aliqua forma corporalis harmoniam consequens, tamen quia est corporis perfectio, habet potentiam vitæ organicam, & multum cooperatur nobilitati complexionis nobilibus operationibus ipsius. Alber. mag. de animal. 8. tract. 6. cap. 1. c. 84. col. 4.

Animæ aliquid est in semine, non autem anima: sic enim est vt ars est in artis instrumentis. Alber. mag. de anim. 16. tract. 1. cap. 11. char. 139. col. 3.

Animæ virtutes omnes præter rationalem, communicant cum corpore, nec separatam habent à corpore operationem. Alber. mag. de ani. 16. tract. 1. cap. 13. c. 139. c. 4.

Animæ potestatum diuersitati respondent organorum diuersitates. Alber. mag. de ani. 20. trac. 2. cap. 5. c. 168. c. 4.

Anima quod in se habet cum re vera, non sicut quædam pars eius esse, & animam possibile sit esse saluatam in esse, sine eo, quod est in ipsa, oportet quod sit in ea vt accidens, & quamuis anima in talibus non in toto se habeat in ratione subiecti, tamen aliquid habet ad ista de ratione subiecti. Alber. mag. 5. metaph. tract. 3. cap. 4. char. 109. col. 2.

Anima, vt anima non est separata. Alber. mag. 13. metaph. tract. 1. cap. 4. c. 172. col. 2.

Animatam ab inanimato motu, & sensu discernimus. D. Thom. 1. phys. l. 7. tex. 29. char. 127. col. 3.

Anima non est propter corpus, sed est contra: ideo non est considerandum in potentijs animæ id, quod pertinet ad nobilitatem corporum, sed quod pertinet ad rationem animæ. D. Tho. 2. de celo. l. 13. tex. 51. c. 43. c. 1.

Animæ partes potentiales sunt intellectiua, sensitua, & vegetatiua. D. Tho. 1. de ani. l. 1. tex. 9. c. 2. col. 2.

Animæ aliqua operatio, aut est passio, quæ indiget corpore, vt instrumentum; alia indiget corpore, vt obiecto. D. Tho. 1. de anima. l. 2. tex. 12. c. 2.

Animæ & voluntati contingit agere in natura intellectuali in finem proprium. D. Tho. polit. 7. l. 5. c. 108. c. 4.

Anima si esset in loco, assignari deberet ei locus proprius in corpore separatus, & sic non esset forma totius corporis. D. Tho. 1. de anima. l. 6. tex. 39. c. 9. col. 1.

Anima quanto est perfectior, tanto exercet diuersas operationes, & perfectas. & ideo plura ei necessaria sunt organa. D. Thom. 1. de ani. l. 4. tex. 94. c. 19. col. 3.

Anima dicitur forma substantialis, quia est de essentia corporis animati. D. Tho. 2. de ani. l. 2. tex. 8. c. 21. c. 4.

Anima partes non habet, nisi vt eius potentia partes appellatur. D. Tho. 2. de ani. l. 5. tex. 27. c. 25. col. 1.

Anima, nec animæ virtus mouetur, nisi moto corpore. D. Thom. 3. de anima. l. 4. tex. 150. c. 51. col. 2.

Animæ potentia, quæ est actus alicuius organi, conformatur illi organo, vt actus susceptibili. D. Thom. 3. de anima. lec. 7. tex. 6. char. 55. col. 2.

Animæ omnes præsupponunt vegetabilem animæ potentiam. D. Tho. 3. de ani. l. 16. tex. 59. c. 66. col. 3.

Anima, cum sit forma totius corporis, & singularium partium eius, necesse est, quod sit in toto corpore, & in qualibet parte eius, quia formam necesse est esse in eo, cuius est forma. D. Thom. de sens. & sensat. l. 5. c. 6. c. 2.

Animata habere in se principium sui motus apparet ex hoc, quia animatum distinguitur ab inanimato in mouendo. D. Tho. de ani. motu. lec. 1. c. 46. col. 1.

Anima si consideretur secundum substantiam suam, sic est in toto corpore, & in qualibet parte, vt actus, & perfectio substantialis eorum, quamuis principaliter in corde sit. Si autem consideretur secundum virtutem motiuam, sic est in principali animalis parte, & in illa existens mouet alias mediante spiritu. D. Thom. de ani. motu. lec. 9. c. 56. col. 3.

Animæ virtutes omnes per corpus à corde diffunduntur. D. Thom. 5. Metaph. lect. 1. tex. 1. c. 257.

Anima non perfecte intelligit, nec perfecte apprehendit, donec resoluat vsque in prima. Alex. de ales. 2. metaph. c. 30. col. 1.

Anima est quasi oia esse in conceptu, vt materia est quasi omnia in effectu. Ale. de ales. 9. metaph. te. 4. c. 262. c. 4.

Animam esse ignorantem esse esse in potentia, esse autem scientem, esse esse in actu scientiæ, ad minus per modum habitus. Alex. de ales. 9. metaph. tex. 16. c. 271. col. 1.

Anima diuisio.

Anima secundum Platonem in 3. partes diuiditur: rationalis virtus est prudentia: animosa, mā suetudo, & fortitudo: cupidæ, tēperantia, & continentia: totius verò, iustitia, liberalitas, & animi magnitudo. Vitium verò est, rationalis, imprudentia: animosa, iracundia, & ignauia: cupidæ, intēperantia, & incōtinētia, totius, iniustitia, illiberalitas, & animi paruitas. Aris. de virt. c. 476

Animam habentia, alia sunt stirpes, alia animalia: & animalium, alia rationalia, alia irrationalia. Alex. aphrod. 1. de ani. cap. 9. c. 34. col. 1.

Anima, alia rationalis, alia irrationalis. Rationalis vna portio irrationalitati seruit, quæ intellectus potestas vocatur. Alia est prorsus separata & seiuncta, quæ intellectus agens dicitur. Them. 1. phys. c. 14. col. 1. in præfat.

Animæ duplex vis: appetendi vna, alia cognoscendi, appetitiuam, quod perficit, Peripatetici actiuam appellauerunt, cognoscitiuam vero contemplatiuam: actiuæ finis est boni dilectio: cognitio veritatis contemplatiuæ. Them. 1. phys. c. 14. col. 1. in præfatione.

Animæ potentia alia practica, quæ imaginatione vitur: alia cõtēplatiua, & hæc duplex: alia in actione à substantia proueniente consistit, aut imperfecte se habentē, aut iā perfectā, atq; aut in id, quod primo modo potestate est desinentē ob ipsam imperfectionē: aut stantē iuxta id, quod perfectiori modo est potestate: aut iuxta illud, quod actu: quod non vitur imaginatione, eam tñ consequentē hēt: tanquā quæ cū proueniente, & recedente à substantia actiua contemplatione simul moueatur. Altera est, quæ iuxta stabile ipsam stat, & cõtrahit suā actionem in id, quod vnum est, & idem cum substantia secundum quam etiam seiunctum imitatur intellectū. Estque ex ijs substantia actus, secundum quem solum immortalis est. Simp. in prog. de ani. c. 1. col. 4.

Animæ facultates alia rationales, vt mens, intellectus, opinio: alia rationis expertes, vt phantasia, visio, sensus. Ioan. gram. 1. prior. cap. 1. char. 7. col. 2.

Animæ potentia alia sunt irracionales passiones, vt nutritiua,

tritiua, & augmentatiua; aliæ rationales, vt appetitus, & concupiscentia: & ex rationabilibus aliæ sunt semper veræ, vt intellectus, scientia; aliæ aliquando non, vt opinio, & ratio: aliæ sunt, in quibus nec verum, nec falsum consideratur, vt sensus, & phantasia. Io. gram. 2. post. cap. 18. c. 75. col. 2.

Animæ aliæ rationales, aliæ rationis expertes: & hæc omnes vel vitales, & appetentes: aliæ cognoscentes, rationales cognoscentes, aliæ cogitantes, aliæ opinantes, aliæ intelligentes. Ioan. Gram. 1. de anim. ex proem. c. 2. col. 1.

Animam alij corpoream dixerunt, alij incorpoream: Qui corpoream, alij simplicem, alij compositam. Qui simplicem, alij corpus ethereum, vel celeste, vt Heraclides Ponticus: alij ignem, vt Heraclitus. alij aquam, vt Thales Hipp. alij ærem, vt Anaximenes, & alij ex Stoicis. Qui compositam, vel ex coniunctis corporibus, vt Critias; vel ex disiectis, vt Democritus, & Leucippus. Qui incorpoream, alij separabilem; alij inseparabilem à corpore. Qui inseparabilem, alij rationem temperamenti, alij temperamentum; alij perfectionem, inseparabilem. & mortalem, vt Alexand. Aphrodisiensis. Qui separabilem à corporibus, alij, vt rationalis, & irrationalis; & plantarum, vt Numenius: alij rationalem separabilem; irrationalem, & vegetationem non, vt Arist. & Plato. Ioan. Gram. 1. de anima ex proem. char. 3. col. 3.

Animam habentia alia sunt immobilia, vt plantæ: alia mouentur, vt animalia, & quæ mouentur, alia seipsa in vniuersum mouent, vt ambulatoria: alia ex parte: & eorum alia sunt sublunaria, vt plantamina: alia superlunaria, vt celestia. Ioan. Gram. 3. de ani. tex. 60. char. 96. col. 2.

Anima in quatuor diuiditur partes, scientialem scilicet, rationatricem, appetitiuam, & altricem; in appetitrice sensitiuam comprehendens. Eust. 6. eth. cap. 12. c. 142.

Animæ partes vna concupisibilis est, alia irascibilis, alia rationalis. prima facit, vt cognati, & parentes mutuo inter se amore proficiantur: alia, vt qui militant, se ament: tertia inter probos maxime spectatur. Eust. siue Michael. ephes. cap. 6. eth. c. 5. 14.

Anima tribus consideratur modis: primo, vt genus: secundo, vt anima: tertio, vt naturalis animæ potentia. Vt genus si sumitur, prædicatur de animalibus particulibus, vegetatiua plantarum, sensitiua brutorum, rationalis hominum. Si anima accipitur, vt est perfectio corporis animati, habet differentiam in specie, in genere, & in individuo: & ideo hominis anima ab anima bruti specie differt. Sed si consideratur vt potentia naturalis, vna est in homine anima in subiecto diuersis virtutibus cognoscitiuis, appetitiuis, & motiuis, & vegetantibus corpus. Alber. magn. pri. de ani. tract. 2. cap. 15. char. 15. col. 1.

Animæ vires, aut à natura, aut ab appetitu, aut à mente denominari solent. A natura vis alendi, & sentiendi. Ab appetitu est voluntas in priori loco, in posteriori duplex ratio: nam aut irarum flatu æstuat, aut cupiditatem illecebris commouetur. hinc homo, cum vnus sit, duos habet consultores, iracundiam, & cupiditatem: in quibus voluptas inest, & dolor. accedit ratio media, quæ alio modo mouet, ac cupiditas, & ira. A mente oritur sapientia, scientia, vel recta opinio: sed si humaniore fronte res humanas, & hominum actiones aspiciat, prudentia, & arte nititur. Dan. barbar. 1. rhet. c. 1. in proem.

Anima consideratur duobus modis. Alio secundum substantiam, & sic perficit totum corpus, quia tota est in toto, & tota in qualibet parte. Alio modo consideratur secundum potentias suas, & virtutes, quibus mediantibus operatur, & sic est in diuersis partibus. Petr. de Auer. de iuuen. sen. morte, & vita. lec. 1. c. 63. c. 1.

Anima definitiones.

Anima est substantia, aut forma corporis naturalis potentia vitam habentis. Aristot. 2. de ani. sum. 1. cap. 1. tex. 4. char. 615.

Anima est actus primus corporis naturalis potentia vitam habentis. Arist. 2. de ani. su. 1. cap. 1. tex. 6. c. 615.

Anima in omni, si aliquid dicendum est vniuersale, erit vtique primus actus corporis naturalis instrumentalis. Arist. 2. de ani. sum. 1. cap. 1. tex. 7. char. 616.

Anima his diuisa est: vegetatiua, sensitiua, cogitatiua, & motu. Arist. 2. de anima. su. 1. cap. 2. tex. 18. c. 618.

Anima est quædam ratio, & forma, sed non vt materia, & subiectum. Arist. 2. de ani. sum. 1. cap. 2. tex. 24. c. 620.

Anima est idem quo vitimus, sentimus, mouemur, & intelligimus primo. Arist. eo. in loco.

Animæ definitio est similis definitioni figuræ. Arist. 2. de ani. sum. 2. cap. 2. 1. char. 621.

Anima est viuētis corporis causa, & principium, vt vnde motus, & eius causa, & vt essentia animatorum corporum. Arist. 2. de ani. su. 3. cap. 1. tex. 36. c. 624.

Anima est pars quædam hominis, in qua primò est ipsum viuere. Arist. 5. metaph. cap. 18. tex. 25. c. 109.

Anima est forma animalium, quia per animam, quod quid erat esse, & quidditas inest corpori. Aristot. 7. metaph. cap. 12. tex. 35. c. 145.

Anima est substantia, id est forma, corpus est materia; homo est compositum, qui duobus accipitur modis; vel vniuersale, vt homo, vel animal; vel singulare, vt Socrates, & Coriscus. Aristotel. 7. metaphysic. 5. cap. 13. tex. 39. char. 149.

Animam actum esse corporis physici organici, potentia vitam habentis, qui definit, non definit idem per idem; quia potentia vitam habentis cum prius sumpsisset, posterus permutat ipsam organicum in inuentionem, & sumptionem organici, vtens potentia vitam habente. Alex. aphrod. 2. natur. quæst. cap. 8. c. 7.

Anima est animalium forma, & substantia est per formam. Alex. aphrod. 2. natur. quæst. cap. 4. char. 10.

Anima est corporis forma, quod ipsam habet, corpus autem est materia. Alex. aphrod. 2. natur. q. cap. 21. c. 11.

Anima est animantis principium & causa, non solum animalis motionis, sed etiam secundum speciem, quam formalem appellamus. Alex. aphro. 1. de ani. c. 7. c. 37. c. 1.

Anima est in corpore, vt forma in materia. Alex. aphrod. pri. de anima. cap. 4. c. 32. col. 1.

Anima est substantia secundum formam. Alex. aphrod. 2. de ani. cap. 12. c. 431. col. 3.

Anima est entelechia prima, & habitus. Alex. aphrod. 2. de ani. cap. 3. c. 43. col. 4.

Anima est entelechia corporis naturalis simplicis, & organici. Alex. aphrod. 2. de ani. cap. 4. c. 43. col. 4.

Anima est forma eius corporis, in quo existit. Alexand. aphrod. 2. de anima. cap. 9. char. 34. col. 2.

Anima non est harmonia, cum ipsa sit prior corpore, harmonia posterior instrumento. Anima imperat corpori: harmonia, nec imperat, nec pugnat cum instrumento. Anima non remittitur, nec intenditur: harmonia remittitur, & intenditur. Anima existente, corpori oblatio, & vitium accidere potest: harmonia existente, offensio continentia esse nequit. Anima tandem nec pulchritudo, nec valentia conuenit, quæ harmonia corporis accidunt. Them. 1. de ani. cap. 23. tex. 54. c. 2.

Anima est forma animantis. Them. 2. de anima. cap. 37. tex. c. 70. col. 2.

Anima est perfectio corporis naturalis organici: cui si loco organici posueris vitam potentia habentis, de ea potentia intelligendum erit, quæ actui sit iuncta: vt Socrates potest ambulare, quia iam ambulat. Them. 2. de ani. cap. 6. tex. 7. c. 71. col. 1.

Anima est corporis causa proxima. Simp. in præd. char. 91.

Anima

Anima per se est interna perfectio corporis naturalis organici. Simp. 2. phys. c. 94. col. 1.

Anima non expresse est actus, sed per quandam propinquitatem: ideo non semper est in perfecto actu, sed est in perfectiori, qui secundum habitum est. Simp. in 1. de anima. tex. 7. char. 2. col. 2.

Anima corporis naturalis mortalium animalium actus est, & perfectio, non quæ forma sit, sed ratio: & rationes quidem formales causæ sunt, licet secundo modo. Simp. 2. de anima. t. 4. char. 24. col. 2.

Anima est quædam sensitiua substantia. Simp. 3. de ani. sect. 1. tex. 153. c. 51. col. 4.

Anima omnis rationali excepta, natura est. Io. gram. 2. phy. tex. 31. col. 1.

Anima est principium animalium, vt efficiens, nam voluntate mouet. Io. gram. 1. de ani. in proem. tex. 1. c. 6. c. 1.

Anima genus non habet. Ioan. gram. 2. de anim. text. 1. char. 35. col. 3.

Anima est forma in calore naturali. Auer. phys. 8. tex. 43. char. 174. col. 4.

Anima est quid additum calori elementari. Auer. ex destru. destru. in phys. disput. 3. char. 63. col. 1.

Anima est substantia, & perfectio corporis. Auer. 8. metaph. tex. co. 7. c. 101.

Anima est principium cognoscendi corpora viuorum: omnium enim ipsorum est operatrix. Alb. mag. de vegetab. l. 1. tract. 1. cap. 1. char. 122. col. 1.

Anima nunquam aliam considerationem habet, nisi vt actus: quia vt actus definitur. Alb. mag. de princ. mot. proces. tract. 2. cap. 1. c. 185. col. 4.

Anima est substantia incorporea, virtute primæ causæ in esse deducta, lumine intelligentiæ formata, mobili suo proportionata, vt actus eius. Alb. magn. de caus. & proces. vniuer. a pri. cau. l. 2. tract. 1. cap. 3. c. 200. col. 2.

Anima est viuētis corporis principium tripliciter: primo vt efficiens, vnde est motus corporis; secundo vt finalis, propter quam est corpus; tertio vt forma, quæ dat esse corpori animato. Non potest autem esse materialis, quia nunquam materia coincidit in eandem rem cum alijs causis. Alber. magn. 2. de anim. tract. 2. cap. 2. c. 17. col. 1.

Anima est natura, & forma animalis. D. Thom. 8. phys. l. 7. tex. 90. c. 19. col. 2.

Anima est quoddam totum potentia. D. Thom. 1. de ani. l. 14. tex. 90. c. 19. col. 2.

Anima generatio.

Animam ex elementis, vel ex elemento constare inconueniens est: illi enim passionibus illius elementi inessent. si est mistum, corporale: harum autem nulla corporalis est. Aristot. 2. de gener. & cor. sum. 2. cap. 4. tex. 45. c. 457.

Animæ generationis initium est corpus, & eius temperatura: diuersa enim temperatura existentia diuersam animam habent. Alexand. aphrod. 2. de anim. cap. 8. char. 44. col. 1.

Anima secundum Platonem fit ex Dijs secundis, secundum Aristotelem ex Sole, & circulo decliui. Auer. 12. metaph. tex. co. 18. c. 143. col. 1.

Anima vt intelligentia.

Anima omnis nobilis tres habet operationes; operatio animalis, intelligibilis, & diuina. Operatio diuina est, quia ipsa præparat naturam cum virtute, quæ est in ipsa a causa prima. Eius operatio intelligibilis est, quoniam ipsa sit res per virtutem intelligentiæ, quæ est in ipsa. Operatio verò animalis, est quoniam mouet primum corpus, & omnia corpora naturalia, quoniam ipsa est causa motus corporum, & causa operationis na-

turæ: quia omnia efficit anima, quia est exemplum superioris virtutis. Arist. de causis, pro. 3. c. 976.

Anima mundi vnica, & vniuersalis, quæ corporibus præbet animam, vel vitam, nil aliud est, quam quædam vis vitalis, generabilisque per omnem naturam vnica. Them. prim. de ani. cap. 24. tex. 60. c. 67. col. 1.

Animæ diuine non eodem modo habent bonum, vt animæ humanæ: sed hæc finitum bonum, & quod mutari potest in contrarium: illæ autem semper, & in finitum, quod semper idem est. Sim. 6. phy. tex. 16. c. 336. col. 2.

Animæ corporum celestium diuersificantur ab his animalibus in esse ipsa re, & specie; nam per has animas itant, mouent motu continuo, & circulari, & recipiunt multam nobilitatem, & perfectionem, & sunt nobilioris essentia quam animæ, quæ sunt apud nos, nec aliquo tempore sunt in potentia, sed semper sunt actu; quia id, quod intelligunt, semper intelligunt. Auer. de anim. beat. cap. 5. c. 66. col. 3.

Anima mundi, iuxta Platonis opinionem, mouetur per se, & alijs omnibus motum præbet. Alb. mag. 7. phys. tract. 1. cap. 1. c. 81. col. 1.

Anima, quam dicitur habere celum, & animal terrestre, dicitur æquiuoce anima; quia in celo anima est substantia separata, quæ non est actus alicuius corporis, nec habet aliquem actum in corpus, nisi motum localem, quem influit ei. Alb. mag. 2. de celo, tract. 1. cap. 4. c. 25. col. 1.

Anima se habet ad corpus tribus modis; per esse, apprehendere, & operari; & ultimo tantum modo nec perfecte comparatur ad celum anima celi, id est substantia illa separata. Alb. mag. 2. de celo, tract. 1. cap. 5. ch. 25. col. 2.

Anima nobilis (iuxta Peripateticorum opinionem) non est anima animalium, vel hominum, sed est orbium etiam celestium; quia omne, quod mouet seipsum, necesse est, quod habeat sibi coniunctum motorem; & nihil secundum locum mouetur, nisi ab anima: quæ anima celos mouens, lumen intelligentiæ desiderans, ad intelligentiam mouet celum motu secundum situm vbique est, & semper; vt lumen intelligentiæ sibi influxum per motum celi explicet, & producat ad effectum. Alb. mag. de caus. & proces. vniuer. a pri. cau. l. 2. tract. 1. cap. 2. c. 200. col. 2.

Anima nobilis causatur per primam causam, & per intelligentiam, & per seipsam ab vtraque deficiens, tam in essendo, quam in causando. Alb. mag. de caus. & proces. vniuer. a pri. cau. l. 2. tract. 1. cap. 2. c. 200. col. 2.

Anima nobilis est substantia, immobilis, impartibilis, nullam penitus habens magnitudinem per se, vel per accidens. Per se quidem, quia non est quantitas. Per accidens non, quia nec est virtus in corpore, nec virtus corporis: mouet corpus finitum per tempus infinitum, & sic post æternitatem est secundum esse substantiæ suæ, & ante tempus, contingens tamen tempus per motum, qui est ab ipso. Alber. mag. de caus. & proces. vniuer. a pri. cau. l. 2. tract. 1. cap. 9. char. 202. col. 3.

Anima nobilis, siue esse animæ, annexa est cum æternitate inferiori, siue cum gradu inferiori, eo quod non tantum deficit ab intelligentia, quod alteratur, vel destruitur aliquid in esse ipsius: inferior tamen est in hoc, quod susceptibilior est impressionum, siue formarum ad motum inclinantium, quam intelligentia. Alb. mag. de caus. & proces. vniuer. a prima cau. l. 2. tract. 1. cap. 10. c. 202. col. 4.

Anima nobilis entelechia esse non potest, & hoc verissimum est, iuxta Peripateticos. Alb. mag. de cau. & proces. vniuer. a pri. cau. l. 2. tract. 1. cap. 11. c. 202. col. 4.

Anima nobilis secundum suam substantiam, & definitionem, est principium & causa motus circularis ad intelligentiæ formam: & ideo est anima, quia est principium, & causa huius motus. Alb. mag. de caus. & proces.

cef. vniuer. à pri. cau. l. 2. trac. 1. cap. 11. c. 203. col. 1.
 Animæ nobilis forma & esse non deducitur ad perfectam speciem motoris, nisi mediante intellectualitate; propter quod animam, prout est principium motus in corpore nobili, intellectualitate determinari necesse est. Alber. mag. de caus. & proces. vniuersit. à prima causa. l. 2. trac. 1. cap. 13. c. 203. col. 2.
 Animæ nobilis esse vltima differentia finiens, & determinans oportet, vt sit inclinatio ad mobile circulariter. Alber. mag. de caus. & proces. vniuersit. à prima cau. l. 2. trac. 1. cap. 13. c. 203. col. 4.
 Anima nobilis omnis in genere tres habet operationes, creatricem, intellectualem, & animalem. Creatricem formarum ad esse collatricem. Intellectualem autem, intellectualis ad speciem intellectus formatricem. Animalem autem influxiuam vitæ, & motus localis in id, cuius est anima. Alber. mag. de caus. & proces. vniuersit. à prima cau. l. 2. trac. 1. cap. 15. c. 204. col. 1.
 Anima nobilis nisi haberet operationem, creatricem, & diuinam, non procederet ex ipsa formæ in natura mobilis sibi coniuncti, quæ sunt formæ præparantes materiam corporis ad vitæ, & motus susceptionem. Alber. mag. de caus. & proces. vniuersit. à prima cau. l. 2. trac. 1. cap. 15. c. 205. col. 1.
 Anima nobilis diuinam habet operationem, quia esse suum processum diuinum est. Alber. mag. de caus. & proces. vniuersit. à prima cau. l. 2. trac. 1. cap. 15. c. 104. c. 2.
 Anima nobilis animalem habet operationem; quia idem processum ad principium vitæ, & mortis determinatur. Alber. mag. de caus. & proces. vniuersit. à prima cau. l. 2. trac. 1. cap. 15. c. 104. col. 2.
 Anima nobilis intellectualem habet operationem, quia mouet ad formam intelligentiæ. Alber. mag. de caus. & proces. vniuersit. à prima causa. lib. 2. tracta. 1. cap. 15. char. 204. col. 2.
 Anima nobilis non imprimit in res, quæ sunt sub ipsa, quæ sunt corpora naturalia, nisi per motum vitæ & loci mutationis: quod non est ex defectu animæ, vt ad superiores causas comparatur, sed quia id, quod sub ipsa est, cuius ipsa est motor, non recipiet animæ operationem ad formam vitæ, & ad formam naturæ deductentem, & terminantem, nisi ipsa anima moueat corpus motu vitæ, & locali. & ob id fit, quod anima secundum esse animæ mouet corpora actum vitæ, & formam naturæ participantia. Alber. mag. de caus. & proces. vniuersit. à prima cau. l. 2. trac. 1. cap. 16. c. 204. c. 3.
 Animæ nobiles, licet sint finitæ relatæ ad lumen constitutum ipsarum, tamen infinitæ sunt virtutis, multiplicabilis per resolutionem ad inferiora sequentia. Alber. magn. de caus. & proces. vniuersit. à prima cau. l. 2. trac. 1. cap. 55. c. 206. col. 2.
 Anima omnis, quæ plus recipit de intelligentia, de virtute, & lumine, fortior est in imprimendo, & in influendo super inferiora. Alber. mag. de caus. & proces. vniuersit. à prima cau. l. 2. trac. 1. cap. 13. c. 206. col. 4.
 Anima nobilis intellectualis luminis cum sit perceptiua, intellectualiua est, & tali intellectu intellectualiua, qui non nisi lumine intelligentiæ perceptiua est. Alber. mag. de cau. & proces. vniuersit. à prima cau. l. 2. trac. 2. c. 34. c. 117.
 Anima contenta ab intelligentia agente, & pendens ex ipsa ita vt nihil animæ euadere possit continentiam intelligentiæ, est tota anima redacta ad vnum modum, & vniuniformem influendi motum in corpus mobile: & non agit hoc anima, nec mouet, nisi secundum formam intelligentiæ: vt desiderium non agit nec mouet, nisi secundum formam desiderati. Alber. magn. de caus. & proces. vniuersit. à prima cau. l. 2. tracta. 3. cap. 2. char. 530. col. 4.
 Anima & præcipue anima nobilis instrumentum est intelligentiæ per naturam suam intelligibilem, quæ per modum intelligibilem animalem est in ipsa. Albert.

mag. de caus. & proces. vniuersit. à prima cau. l. 2. tracta. 3. cap. 2. c. 220. col. 3.
 Anima nobilis & intellectualis à Peripateticis vocatur motor cæli primi, in quo sunt formæ, quas per motum cæli explicat in materiam. Alber. mag. 1. metaph. tract. 4. cap. 2. c. 66. col. 1.
 Anima fit sciens, & prudens in quiescendo, & sedendo. Arist. phys. 7. sec. 3. capit. 2. tex. 20. char. 186.
 Animæ si est aliqua operatio, aut passionum propria, ipsam quoque cõtingit separari, at si nulla est propria ipsius, nõ vtique erit separabilis, sed vt recto, in quantum rectum, multa accidunt, vt tangere cneam spheram secundum punctum, nõ tamen tangit hoc, separatum ipsum rectum, inseparabile enim semper cum corpore quodam est. Aristotel. prim. de anima, sum. pri. cap. 1. text. 13. char. 590.
 Animæ passiones omnes esse cum corpore videntur; iræ, mansuetudo, timor, misericordia, confidentia, gaudium, & amare, & odire; simul enim cū his patitur aliqd corpus. Arist. prim. de ani. su. pri. cap. 1. tex. 14. c. 590.
 Anima aliquid melius esse, & præstantius impossibile est: impossibile autem adhuc intellectus rationabilis enim esse hunc antiquissimum, & dominum secundum naturam. Arist. pri. de ani. su. 3. cap. 5. tex. 82. c. 610.
 Anima, quod nõ sit separabilis a corpore, aut partes quedam ipsius, si partibilis nata est, non immanifestum est: quarundam enim actus partium est ipsarum, at quædam nihil prohibet, quia nullius corporis sunt actus. Arist. 2. de ani. su. 1. cap. 1. tex. 11. c. 617.
 Anima si sit corporis actus, vt nauta in nauis, immanifestum est. Arist. 2. de ani. su. 1. cap. 1. tex. 11. c. 617.
 Anima in intelligendo, & sentiendo discernit, & cognoscit aliquid eorum, quæ sunt. Arist. 2. de ani. su. 7. cap. 1. tex. 150. c. 652.
 Animæ intellectiua pars impassibilis est: susceptiua autem est formæ & potentia, illudque comprehendit, sed non hoc, id est, non est actu corpus, aut virtus in corpore, vt sentiens. Arist. 3. de ani. cap. 1. tex. 3. c. 657.
 Animæ intellectuam partem, quoniam omnia intelligit, immixtam esse oportet (vt ait Anaxagoras) vt cognoscatur: nam alienum iuxta apparatus prohibet, & obruit. Arist. 3. de ani. cap. 1. tex. 4. char. 657.
 Animæ qui vocatur intellectus (dico intellectum quo intelligit, & existimat anima) nihil est actu eorum, quæ sunt, antequam intelligat. Aristotel. 3. de ani. cap. 1. tex. 5. char. 657.
 Anima, id est intellectus materialis, nihil intelligit, sine phantasmate. Arist. 3. de ani. su. 1. cap. 5. tex. 30. c. 661.
 Anima est quodammodo omnia entia. Arist. 3. de ani. su. 1. cap. 5. tex. 37. c. 663.
 Anima non habet in se res, sed rerum formas. Arist. 3. de ani. su. 1. cap. 5. tex. 37. c. 663.
 Anima est vt manus, quæ est instrumentorum instrumentum; & intellectus est forma formarum; sensus forma sensibilium. Arist. 3. de ani. su. 1. cap. 5. tex. 38. c. 663.
 Animus vbi aliquem hausit affectum, etiam sine violentia lingua quoque sentit, & compatitur, vt in metuentibus patet. Arist. probl. sec. 3. q. 30. c. 379.
 Animo dolemus, cum secari quemquam, aut vri, aut torqueri, aut aliqua re tetra affici videmus: quia omnium natura humana communis est: ignoscimus ergo, cum tale quippiam inspeximus, propter naturæ familiaritatem. Vel, vt nares, & aures delibationes quasdam rerum obducatum pro sua facultate concipiunt, siq. etiam aspectus afficitur a re delectabili, & à tristi. Arist. probl. sec. 7. q. 3. c. 412.

Anima, vt rationalis.

A Nimæ, quod sequuntur corpora, & ipsæ secundum seipsas non sunt impassibiles à motibus corporis, id

id manifestum, maxime vt in ebrietatibus, & ægritudinibus: multum namque animæ videntur mutata à passionibus corporis: & e contrario quod corpus computatur à passionibus animæ maxime manifestum est circa amores, dolores, timores, & voluptates. Aristot. physiogno. cap. 1. c. 333.
 Animæ habitus alteratus, alterat & corporis formam: & sic forma corporis alterata alterat animæ habitum. Nam mania videtur circa animam esse: medici vero alterantes corpus, permutant animam à mania. Aristot. physiogno. cap. 7. char. 342.
 Animæ inest tristari, & oblectari. Aristotel. physiogno. cap. 7. char. 342.
 Anima est annexa cum æternitate inferius, quoniam est susceptibilior impressionis, quam intelligentia; & est supra tempus, quoniam est causa temporis. Aristot. de causis. prop. 2. c. 975.
 Anima in omni, res sensibiles sunt, quia sunt exemplum ei: & res intelligibiles in ea sunt, quia scit eas: & non facta est ita, nisi quia est expansa inter res intelligibiles, quæ non mouentur, & inter res sensibiles, quæ mouentur, & ideo imprimit res corporeas. Aristot. de causis. prop. 14. c. 986.
 Animarum alia est intelligibilis, quoniam pendet propter intelligentiam: alia est anima tantum, quoniam ex corporis naturalibus est, cui inest anima regens ipsum, & faciens directionem super ipsam, & de eis sunt, quæ sunt corpora naturalia tantum, quibus non est anima. Arist. de cau. prop. c. 991.
 Anima intellectualis manet post corruptionem corporis, si aliqua anima manet, quia totam animam manere impossibile est: quædam enim formæ post substantiam compositam manent. Aristotel. 12. metaphysic. sum. 1. cap. 3. t. 17. c. 246.
 Animæ hominis si opus est secundum rationem operatio, vel non sine ratione, idemque opus huius & huius probi asseueramus, vt citharedi, & probi citharedi, ita probi viri esse in actione animæ, & operatione, cum ratione benemerita sese gerere censemus: & sic operatio animæ ex virtute bonum humanum efficitur. Arist. 1. ethic. cap. 7. c. 15.
 Anima in se tria habet, quæ in seipsa efficiuntur: affectus, facultates, habitus. Arist. 2. ethic. nicom. cap. 5. c. 37.
 Animi vitia non solum spontanea sunt, sed etiam corporis in nonnullis, quos increpare solemus. Arist. 3. ethic. nicom. cap. 5. c. 62.
 Animæ concupiscibilis facultas sic imperio rationis obtemperare debet, vt puerum oportet ad pædagogi institutum viuere. Arist. 3. ethic. ad nicom. cap. 12. c. 78.
 Animæ duæ sunt partes: vna rationis capax: altera expert, & rationis capax in duas diuiditur partes: vna, qua contemplatur res huiusmodi, quarum principia aliter se habere non possunt: altera, qua ea considerat, quæ aliter esse possunt. Nam tres sunt animi partes diuersæ genere, quæ genere diuersa sunt cognoscenda: nam ex quadam similitudine, & affinitate ipsis cognitio contingit, quarum altera sciendi, altera ratiocinandi facultas dicitur; consultare enim & ratiocinari idem est. Arist. 6. ethic. ad nicom. cap. 1. char. 139.
 Animæ rationalis pars, qua contemplatur necessaria, sciendi facultas dicitur, qua contemplatur ea, quæ aliter esse possunt, ratiocinandi facultas appellatur. Aristot. 6. ethic. ad nicom. cap. 1. char. 139.
 Animæ actionis, ac veritatis dominium tria habent: sensus, intellectus, & appetitus. Sed ex his sensus nullius principium actionis est, id, quod perspicuum ex eo est, quod bestiarum sensum cum habeant, actionis participes minime sunt. Arist. 6. ethic. ad nicom. cap. 2. c. 140.
 Animæ ambarumque partium intellectualium opus veritas est. Arist. 6. ethic. ad nicom. cap. 2. char. 141.
 Anima affirmando, & negando quinque, verum dicit:

arte, scientia, prudentia, sapientia, & intellectu; nam existimatione, & opinione fieri potest, vt mentiatur. Arist. 6. ethic. ad nicom. cap. 3. char. 141.
 Animæ rationalis duæ sunt partes: cogitatiua, & prudentia. prudentia est virtus opinatiua. Arist. 6. ethic. ad nicom. cap. 5. char. 144.
 Anima alia rationalis, alia rationis expert: ex anima rationali exoritur prudentia, solertia, sapientia, ingenium, memoria, & alia id genus: ex parte rationis experte, quæ virtutes appellantur; temperantia, fortitudo, iustitia, & alia. Arist. magnorum moral. 1. cap. 6. c. 280.
 Anima rationalis alia est consultatrix, alia indagatrix; & consultatrix circa sensibilia, indagatrix vero circa intellectualia versatur: consultamus enim de ijs, quæ in nostra sunt potestate. Arist. mag. mora. 1. cap. 32. c. 314.
 Animæ rationalis duæ sunt partes: quarum vtraque ratione participat, sed non eodem modo: altera enim vt imperet, altera auscultationi, & obsequentiæ nata. Arist. mora. eodem. 2. cap. 2. char. 383.
 Anima in corpus dominicum habet imperium, mens in appetitum & regium & ciuile. Aristotel. politic. pri. cap. 3. char. 494.
 Animæ duæ sunt partes: alia rationem per se habet, alia non quidem per se, verum rationi obtemperare potest. Arist. politic. 7. cap. 14. char. 744.
 Animæ appetitus ad scientiam, proprie est desiderium perfectionis. Alex. & Eust. 2. post. char. 7. col. 1.
 Animæ substantia est talis, quæ innata est procedere ab imperfecto ad perfectum; aut à sensibilibus præsentibus similibus impressionem suscipere, memoriæ colligere. Alex. & Eust. 2. post. c. 107. col. 1.
 Animæ potentiæ rationalis volūtas, & electio, alia semper veræ sunt, alia non semper, sed aliquando, etiam recipiunt falsitatem. Alex. & Eust. 2. post. c. 112. col. 1.
 Animæ functio cum nulla esse possit absque motu corporis, profecto anima aliquid est corporis, & à corpore inseparabilis. Alex. aphrod. 1. de ani. cap. 4. c. 31. col. 3.
 Anima præditum simul vniuersum corpus esse non potest: sed alterum ab altero abiunctum esse contingeret, si anima, vt pars corporis esset in corpore, alioqui corpus per corpus permearet. Alex. aphrod. 1. de ani. cap. 4. c. 31. col. 4.
 Animam à corpore separari aientes, vt gubernator a nauis, falluntur; cum gubernator, nec forma, nec perfectio nauis sit: gubernatore enim absente nihilominus est nauis. Alex. aphrod. 1. de ani. cap. 5. c. 32. col. 4.
 Animæ peculiaris functio in quiete magis, quam in motione versatur: magis enim intelligit quiete, quam motu: & principalis animæ functio est ipsa intellectio. Alex. aphrod. 1. de ani. cap. 7. c. 33. col. 1.
 Animæ tertia potestas est, quæ rationalis dicitur, in qua plurimæ sunt virtutes: quarum alia cõsiliū, alia opinionem, alia sententiam, alia deliberationem præbet: & hæc potestate animal præditum omnes priores, sensitiuam scilicet, & altricem obtinet. Alex. aphrod. pri. de anima. cap. 9. c. 33. col. 4.
 Anima rationalis in corde statuenda est. Alex. aphrod. 1. de ani. cap. 32. c. 43. col. 1.
 Animæ præter nutritiuam, sensitiuam, & impulsiuam, est potestas iudicatiua, quæ ratio appellatur, quæ in perfectioribus animalibus est, in homine scilicet, cuius est deliberatio: & huius potestatis est deprehendere, & opinari. Alex. aphrod. 2. de ani. cap. 11. c. 44. col. 2.
 Anima incorporea est, quia eius qualitates, virtutes scilicet, & vitia non sunt sensibiles. Alex. aphrod. 2. de ani. cap. 24. c. 45. col. 3.
 Anima verax est veritate, quæ in oratione, & compositione versatur ex quinque: nam & sentiendo anima verax esse dicitur, arte, prudentia, scientia, sapientia, intellectu. Alex. aphrod. 1. metaph. co. 6. c. 5. col. 1.
 Animæ speculatio, vt ex sensibus, & imaginationibus, atque

que intellectu potentia inesse materiae colligitur, ita ex agente intellectu, quem animæ caput esse Aristot. ostendit, anima ab omni materia abiuncta est. Them. 1. phy. in præfatione. c. 14. col. 1.

Anima non existente, & maxime intellectuali, neque tempus ipsa esse potest. Them. 4. phy. tex. 131. c. 44. c. 4.

Animæ propria sunt intelligere, & contemplari. Alia non propria, sed quæ per animam cæteris animantibus tribuuntur, delectari, dolere, sentire, visiones concipere, id est imaginari. Them. 1. de anim. cap. 3. tex. 7. c. 61. col. 1.

Animæ vehiculum tutum, & splendidum, apud Platonem, nil aliud est, quam ingenium, è quo animus constat. Them. 1. de anim. cap. 20. tex. 45. c. 65. col. 2.

Anima princeps, quæ intellectus vocatur, forte potest abiuncta defendi, quæ vim intelligendi animæ immitat, & insuat. Them. 1. de ani. cap. 24. tex. 60. c. 67. c. 2.

Animam, intellectuali excepta, inhærere, & quodammodo intexi corporibus necesse est, si præstare vires suas, & actiones debeat. Them. 1. de anim. cap. 24. tex. 60. c. 67. col. 2.

Anima, cum sit incorporea, inflammari, aut feruere non potest, sed animalia irascuntur. Them. 1. de anim. cap. 25. tex. 63. char. 67. col. 2.

Animæ functiones, & actus appellantur iudicare, sentire, comprehendere, & contemplari. Them. 1. de anima. cap. 25. tex. 63. c. 67. col. 2.

Anima intellectualis non patitur, nec in solo sensu præstat, sed progreditur ultra. Them. 1. de anima. cap. 26. tex. 65. char. 67. col. 4.

Animæ pars ab alia tanto separatur, quanto à caducis æterna, & immortalia dispenduntur. Them. 1. de anim. cap. 34. tex. 92. c. 69. col. 3.

Anima, nec ipsa à se, nec suis potestatibus distrahi potest, sed à corpore, in quo insita est. Them. 1. de ani. cap. 34. tex. 92. char. 69. col. 3.

Animam intellectualem nil prohibet à corpore separari. Them. 2. de ani. cap. 7. tex. 11. c. 71. col. 2.

Animi humani duæ sunt differentiæ; intellectus potentia, & intellectus agens. Themist. 3. de anima. cap. 2. 2. tex. 17. c. 85. col. 1.

Animi partes omnes ornare sapientiæ cupidi enituntur. Ammon. in Por. c. 2. col. 2.

Anima nostra duplici facultatum genere prædita est, scilicet viuendi, & cognoscendi; cognoscendi res singulas: vt intellectum, Cogitationem, Opinionem, Imaginationem, ac Sensem. Viuendi, vel concupiscendi quibus bona quæ sunt, vel videntur, expetimus: vt Voluntatem, Præelectionem, Iram, ac Cupiditatem. Ac demum ab hac proueniunt quatuor orationis species: Vocatiua, Imperatiua, Interrogatiua, & Optatiua: A cognitiua autem animæ facultate sola enunciatua prouenit. Ammo. in l. de inter. c. 3.

Anima cogitatrix sola oratione utitur. Ammo. in lib. de inter. c. 35.

Anima est in corpore, non vt in subiecto, sed vt actus, & substantia, vt in receptaculo, vt nauta in nauis. Simpl. in præd. c. 24.

Animæ motus localis potest esse, vt gubernatoris in nauis; sed consilia, discursus, opinioniones, & omnes appetitus inclinationes, vires sunt ipsius animæ, quæ seipsam primo mouet: & non insunt hæc animæ per quoddam aliud, sed per se substantia enim ipsius est seipsam mouere. Simp. 2. phy. char. 94. col. 1.

Animæ & sempiternorum corporum non est tempus mensura, sed quædam alia mensuræ sunt, quæ carent nominibus. Simp. 4. phy. tex. 117. c. 270. col. 2.

Anima mouetur, cum sit impartibilis, quia non corporeo mouetur motu, sed mouetur, dum vult, & intelligit, & iudicat, & contemplatur: qui vult proprii motus animi. Simp. 6. phy. tex. 32. char. 334. col. 1.

Animæ proprii motus sunt, intelligere, iudicare, & contemplari. Simp. 6. phy. tex. 32. c. 344. col. 1.

Anima cum sit in corpore, separatur secundum substantiam suam: namque, si actiones ab ipso separatas obtinet, multo magis habet substantiam separatam. Simp. 6. phy. tex. 32. c. 344. col. 1.

Anima propriam virtutem amittens, & nõ potens exercere suas actiones secundum congruam suæ naturæ virtutem, neque vita rationalis est, sed vita mortua. Simp. 7. phy. tex. 16. c. 378. col. 1.

Animi affectiones, vel sunt sensus, vel nõ sunt sine sensibus. Simp. 7. phy. tex. 18. char. 380. col. 1.

Animæ accidens proprium est contemplatiua cognitio, quæ nec sensu, nec imaginatione, nec quavis alia corporis parte utitur. Simp. 1. de ani. tex. 3. c. 1. col. 4.

Anima rationalis, & cuius est particeps intellectus in potestate, & materialis dicitur. Simpl. pri. de anima. tex. 6. c. 2. col. 2.

Animæ nostræ vehiculum est sensus, vel imaginatio. Simp. 1. de anima. tex. 14. char. 4. col. 3.

Animæ actio aliquando à seipsa in corpus tendit, nonnunquam etiam illius passionem actionem animæ ad se aduocant, non vt in finem, sed vt effectricem, ac efformatricem passionum moderatarum, subiectæque temperaturæ conuenientium. Simpl. 1. de anima. tex. 14. c. 4. col. 4.

Anima nostra non per se naturalia mouet corpora, sed exteriorum intuens finem. Simpl. 1. de anim. text. 20. c. 6. col. 1.

Animæ rationalis portio, quam intellectum appellant, separabilis est, quia ipsi absque corpore melius est esse. Simp. 1. de anima. tex. 49. c. 12. col. 4.

Animæ rationalis partes separabiles illæ sunt, quæ nobiliora contemplari possunt: quæ ipsius veri proprie perceptibiles sunt, vt quæ omnem formam cognoscunt. Simp. 1. de ani. tex. 66. c. 16. col. 1.

Animæ rationalis pars, vt ea, quæ simul connata non est cum corpore, nec simul cum ipso corrumpenda est. Simp. 1. de anima. tex. 66. c. 16. col. 1.

Animæ rationalis potestas est quoque ipse intellectus, qui ab Aristotele impassibilis vocatur. Simp. 1. de anima. tex. 66. c. 16. col. 2.

Animæ portionem separabilem cognouit Aristoteles, quæ corpore vt instrumento non utitur, nec comprehendit aliquam corporis particulam, solamque separatam. Simp. 1. de anima. tex. 89. char. 21. col. 1.

Animæ corpus non ita subijcitur, vt substantia accidentibus; sed vt materia formis terminata, & ab ipsis actu perfecta, & elaborata. Simp. 1. de anim. tex. 4. c. 24. c. 1.

Anima non semper cognoscit uo modo agit, nihilominus semper agit. Simp. 2. de anim. tex. 5. char. 25. col. 3.

Anima non corrumpitur ex Aristot. mente post corporis corruptionem, quia quæ separantur, post dissolutionem subsistunt. Simp. 2. de ani. tex. 8. c. 25. col. 4.

Animæ rationalis proprium est esse separabile: omnibus tamen animabus competit esse inseparabile, non cuique tantum inseparabili existenti, sed rationali etiam ipsi, quæ vel separabile etiam ipsum habet. Simpl. 2. de ani. tex. 11. c. 26. col. 3.

Anima tota manet, & speculatur nullo corporis ad hoc patrocínio indigens, & si cum aliquid agit, corpore utatur. Simp. 2. de anima, tex. 11. c. 26. col. 3.

Animam rationalem in hoc tertio docet Aristot. cum in secundo de anima tractauerit, quæ cõis oibus animantibus est. Simp. 3. de ani. sect. 1. tex. 127. c. 46. col. 2.

Anima cum vita, quæ cum corpore est, pro maiori tempore in ignorantia versatur, quia diu impeditur à diuersis occurrentibus, affectionibus, & necessitatibus vsibusque, qui ad vitam attinent, & quod maximum est, generationis implicatio remouet ab illa conuersionem eam, quæ in seipsam fit. Simpl. 3. de anima, sec. 1.

sec. 1. tex. 151. char. 53. col. 4.

Anima veritatis est studiosa, nec vnquam per falsitatem maculari tolerat, sed omnino, & statim per apprensus verum disponitur. Simp. 3. de anima. sec. 1. tex. 156. c. 55. col. 3.

Anima rationalis vehemēti afficitur voluptate circa extrinseca, vt & vehemens sensus ipsorum à seipsa illam recedere facit. Simp. 3. de ani. sec. 1. tex. 156. c. 55. col. 3.

Animæ intellectus non est animæ particula, sed animæ formalis causa, & præstantior substantia. Simpl. 3. de anima, sec. 1. text. 163. char. 57. col. 2.

Animæ ratio duplex est. Alia separabilis proprii que cognoscibilibus ex seipsa plena, per quam partem fit conuersio animæ in seipsam, & contactus cum præstantioribus. Altera secundum quam anima exurgens, & recedens a sui met mansione tota extenditur ad hæc secunda. Aut a causis recedens, ob magnum recessum rationis, tum a seipsa, tum a superioribus, quæ potestate solum, & imperfecte formas habet. Aut quia etiam perficiatur in præexcellsa illa vita, iuxta rationem in seipsa quidem non manentem, neque in cognoscibilibus, quæ sibi ex sua substantia insunt, sed omnino tamē recedat de prope aut accedat ad vitam, quæ exprimendo agit, & eam, quæ agit per substantiam substantialium rationum: atque etiam, quia recipiat cognoscibilia in illis habitibus, qui circa substantiam versantur, & quia a substantialibus procedat, vt sciens ipse. Simp. 3. de anim. sec. 1. tex. 163. c. 57. col. 3.

Anima rationalis non tantum est determinata, sed etiam ter minus est. Simp. 3. de anim. sec. 1. text. 163. c. 58. col. 2.

Animæ rationali conueniens est cognitio, quæ aut proprias conuoluat rationes, aut ad præstantiora ascendat, aut quæ remissas formas, atque adeo omnino substantias speculetur, non autem accidentia. Simp. 3. de ani. sec. 1. tex. 1. c. 58. col. 3.

Anima nostra cum semper non habeat perfectam intellectum, ideo prius intellectum potentia accipit. Arist. Simp. 3. de ani. sec. 1. tex. 1. c. 58. col. 3.

Anima quæ manet, eadem est cum formis sibi æqualibus, atque eiusdem ordinis, at verò non recipit. Atque potestate est, non autem actu, quæ quadam ratione à seipsa recedit. Quæ vero tota in seipsa conuertitur, & iuxta sui ipsius substantiam consistit, non amplius potestate, sed actu est. At vero est potius ipse actus. Sim. 3. de ani. sec. 1. tex. 7. c. 60. col. 1.

Animæ substantialis intellectus non ex seipso agere potest, nec in eo, quod potestate agit, sed in eo, quod iam agit, suum habet esse collocatum. Is verò in potestate est, vt qui non semper agit, ea ratione, & ipse potestate quadam ratione est & tanquam semper non agens, & tanquam aliunde perfectus. Simp. 3. de ani. sec. 1. text. 8. c. 60. col. 3.

Animæ separatio fortassis est incorrupta ipsius substantiæ puritas. Simp. 3. de ani. sec. 2. tex. 17. c. 63. col. 2.

Animæ extremitas immediatè commissa est cum intelligente substantia, quæ supra ipsam est, & cum formis, quæ ipsi insunt. Indivisibilis enim est ois, quæ super aliam intelligens substantia existit, unde & actio idem est, quod substantia, & substantia, quod actio. Simp. 3. de ani. sec. 2. text. 17. c. 63.

Animæ suprema perfectio, in absoluta à vita separatione consistit. Simp. 3. de ani. sec. 2. tex. 17. c. 63. col. 3.

Anima nostra ea est, quæ in declinatione, & in cursu secundas has producit vitas, cum ipsisque complicatur, atque non tantum iuxta eam vitam, quæ permanet viuunt, sed & iuxta eam sui vitam, quæ recedit, & prouenit, rursusque separatur, separataque nata apta est viuere. Simpl. 3. de anima, sec. 2. text. 20. char. 64. col. 4.

Anima, quæ hoc corpus viuificat, separabiliter aliquando

viuit, & intelligit. Sim. 3. de ani. sec. 2. tex. 20. c. 65. c. 7.

Anima nostra medium tenet locum inter sempiterna, & ea quæ in ortu, & interitu versantur; cui similis est prima figura, cū medium de altero prædicetur, quo melius est; alteri subijciatur, quo peius est. Ioan. gram. pri. prior. cap. 4. c. 12. col. 4.

Animæ prima figura similis est, naturæ secunda, materiæ tertia: & vt anima natura excellentior est, ita prima secunda: & vt anima & natura materia, ita prima & secunda tertia excellentior erit. Io. gra. prim. pri. cap. 5. c. 12. col. 4.

Animæ rationalis tres sunt potentie; intellectus, scientia, opinio. Io. gram. pri. prior. cap. 18. c. 58. col. 2.

Anima rationalis patitur hoc, quod ex multis memorijs colligit vniuersale. Io. gra. 2. post. cap. 18. c. 75. col. 2.

Animæ substantiæ perfectio est ipsa virtus. Ioan. gram. pri. phy. char. 21. col. 1.

Anima rationalis nõ sit prius aliqua materiali causa transmutata. Io. gra. pri. phy. tex. 82. c. 30. col. 2.

Anima rationalis ex nihilo fit. Io. gram. pri. phy. tex. 82. char. 30. col. 2.

Anima nostra cum mouet, ipsa immobilis manet. Ioan. gram. 2. phy. tex. 77. ch. 46. col. 4.

Animus infinitum totum simul intelligere nequit: quoniam, si infinitum sic intelligeret, finitum non infinitum perciperet. Io. gra. 3. phy. c. 73. col. 2.

Anima non existente, non esse potest numerus: nil aliud enim est numerus, quam anima; & non omnis anima, sed rationalis. Ioan. gra. 4. phy. tex. 129. ch. 14. col. 4.

Anima rationis particeps, in se rerum rationes confubstantiales habet verum, quia in materia immerse sunt, ideo fere sunt obruta, vt in cinere scintilla latet. Ioan. gra. pri. de ani. ex proce. ch. 2. col. 3.

Animæ rationalis cognoscentis potentie actiue partes, sunt voluntas & electio. Io. gra. pri. de ani. ex proce. char. 2. col. 4.

Anima etiam generationem operatur secundum voluntatem solam, id est in solo bono. Ioan. gra. pri. de ani. ex proce. char. 3. col. 4.

Animæ rationali potentie irrationalis anime ita adaptatur, & plantarum, vt vna sola sit. Io. gra. pri. de ani. ex proce. ch. 3. col. 2.

Animam immortalem de mente Aristot. ex pluribus locis elici potest. Primo enim in fine tractatus de animalibus vbi dixisset. Vnamquamque animalium partem secundum quandam vitalem operationem formari, veluti cor, & hepar, & cerebrum, & reliqua, vtrum (inquit) hanc operationem animam vocare oporteat, an animæ partem, an non sine anima, quærendum est, quare multam quidem, latitudinem, imo profunditatem animarum vidit. Præterea vtrum (inquit) de omni anima naturalis philosophi differere interest? an non de omni? verum de ea, quæ non sit absque materia? hinc ergo à materia separabilem esse animam cognouit. Si enim (inquit) de omni anima naturalis disputabit, id patet, quod etiam de intellectu. Quod si de intellectu, necesse est, quod etiam de intelligibilibus loquatur: intellectus namque intelligibilis est intellectus, quemadmodum quoque sensus est sensillum sensus; hæc enim sunt ad aliquid dicta: de intelligibilibus autem disputare ipsius primi philosophi interest. Accidet igitur, quod ipse naturalis de omnibus tractabit, quæcumque sunt, quod quidem absurdum est, deque sensibus propter sensum, deque his, quæ intelliguntur intellectus causa. Atque etiam in tractatu de generatione animalium dicit. Videtur enim extrinsecus ingredi intellectus, & esse diuinus, namque cum alio nullo eius operatio communicat, corporis enim operatio est. Rursus etiam hoc eodem in libro cum de affectibus animæ dixisset, ira, cupiditate,

rate, atq; alijs, quod scilicet a corpore separari nō possunt. Propterea (inquit) speculati naturalis interest, vel de omni anima, vel de ea, quæ non fit absque materia. cognouit igitur aliquam esse animam, quæ a materia separaretur. In secunda etiã disputatione, postquam de potentijs alijs animæ quæsiuit, utrū sit vnaquæque anima, an pars animæ, de intellectu autē (inquit) dequē potentia contemplatiua nondum patet. Sed aliud esse animæ genus, & hoc solum posse separari videtur, quemadmodum ab corruptibili æternū. Item in tertia disputatione, siquidē est (inquit) intelligere, vt sentire, aut pati aliquid, vtique erit ab intelligibili, aut alterum quidpiam tale, impatibile igitur esse oportet: & paulo post, hoc solum separatur, quod est, & hoc solum immortale atque æternum. Verum quod hoc sit impatibile, non memoramus, intellectus autem, qui patitur, corruptibilis est. Manifeste igitur per hæc & impatibilem, & immortalem, & æternum esse intellectum dixit, atque etiam secundum se separabilem, imaginationē verō voluit esse corruptibilem. eam quē ipsam patibilem intellectum vocauit: intellectum quidem, quod apud seipsum cognoscibile habeat: patibilem verō, quia cum impressionibus. In eodem sermone rursus ita profertur. Is ergo, quem animæ intellectum vocauit (eum autem intellectum voco, quo anima ipsa cogitat, & deprehendit) nihil est operatione eorum, quæ sunt, antequam intelligat: quare neque ipsum commissum esse corpori consentaneum est. Item paulo infra discernens ab intellectu sensum, dicit ipsum sensum, cum ex his, quæ sentiri possunt, maiora perceperit, ea, quæ minus sentiantur, percipere non posse. Sed intellectus, quanto ex his, quæ in ipsum veniunt, apprehendat maiora, eo facilius minora comprehendit. Huius autem rei esse causam dicit, quod ipsum sensuum non sine corpore est, intellectus vero separabilis est ab eo. Rursus etiam sic. Atque is intellectus separabilis, & impermissus, & impatibilis substantia. Item quoque ante hæc in primo sermone hoc modo scripsit. Intellectus autem videtur innascenti substantia quædam existens, neque corrumpi, maxime enim ab ea, quæ fit in senio languens debilitas, corrumpetur. Item, Qualem enim particulam, aut quomodo intellectus continebit, difficile est fingere. Item. De intellectu autem, & speculatiua potentia nondum patet, sed animæ genus aliud esse videtur, & hoc ipsum solum separari posse, velut a corruptibili æternum. Quare esse ipsum ab corpore separabilem, neque agere cum corpore, atque insuper esse eum æternum vult. Ioan. gram. in 1. de anima. ex proœm. c. 3. col. 3.

Anima tantum seipsum cognoscit, corpus autem seipsum non cognoscit. Io. gram. 1. de ani. ex proœm. c. 4. col. 2.

Anima nostra post mortem ad inferos descendit, vt poenas det eorum, quæ in vita gessit. Ioan. gram. 1. de anim. ex proœm. c. 5. col. 5.

Animæ cognitio confert morali scientiæ, quia ea non cognita, nec eius ornamenta, quæ sunt virtutes, cognosci nequeunt: & ad theologiam, quia intellectus intelligibilium est. Ioan. gram. 1. de anim. ex proœm. te. 1. c. 6. col. 1.

Animam solum sequitur intellectio. Ioan. gram. 1. de anim. te. 2. c. 6. col. 3.

Animas omnes contemplantur, qui hominis animam considerat: in ea enim omnes animæ potentia sunt. Ioan. gram. 1. de anim. te. 7. c. 7. col. 4.

Anima rationalis duas habet operationes: vnā, vt in corpore existens: aliam extra corpus. Operatione autē inseparabile existente, necesse est & substantiam inseparabilem esse. Io. gram. 1. de ani. te. 13. c. 9. col. 4.

Anima a corpore separata, si non a sensibus speciebus

corripitur, ab insensibilibus & immaterialibus corripitur. Io. gram. 1. de ani. te. 13. c. 10. col. 1.

Animæ inclinatio non sequitur temperaturam corporis. Io. gram. 1. de ani. te. 14. c. 10. col. 2.

Anima separata a materia, & materici coniuncta per se ipsam colligit, & vnā ex ipsis harmoniam perficit. Io. gram. 1. de ani. te. 22. char. 13. col. 1.

Animæ rationalis proprium est cogitare, vt a corpore separata non amplius cogitat, sed omnia absque inquisitione percipit. Io. gram. 1. de ani. te. 63. c. 27. col. 1.

Animam immortalem esse ex hoc textu, velit, nolit Al. dicere cogitur. Io. gram. 1. de ani. te. 65. c. 27. col. 3.

Animam rationalem mortalem quicunque Aristot. dicere suspicantur, calumniant. Ioan. gram. 1. de anim. te. 65. c. 27. col. 4.

Anima rationalis innascentur post animalis pfecti figurā, alijs animæ virtutibus videlicet rationibus ipsis simul coniectis cum spermate. Ioan. gram. 1. de anim. te. 65. char. 28. col. 2.

Animam immortalem esse textu hoc elici facile potest, cum ait, quomodo intellectus, qui corporis non vitur operationibus, in aliqua corporis particula esse intelligeretur? quod Alexander cum quid dicendum dubitasset, silentio locum præterijt. Ioan. gram. 1. de anim. te. 92. c. 34. col. 1.

Anima rationalis, vt quæ separabilem substantiam habet, non est entelechia corporis: vt verò quæ talem ad corpus susceperit habitum, secundum quem etiam anima dicitur, & est corporis entelechia, & ab eo non separatur: separata enim dimittit omnes operationes, quas ex habitu ad illud consecuta fuerat. Io. gram. 2. de anim. te. 12. char. 38. col. 1.

Animam immortalem de mente Arist. facile elici potest, vbi ait. videtur animæ genus aliud esse, & hoc solum contingit separari, vt æternum a corruptibili. non est intelligendum, videtur, dubitando proferri, vt Alexander ait: sed, quia nondum de intellectu propositum erat docere, vel videtur, pro apparet dictum est vt Porphyrius; videtur, neque genus, nec species dici simpliciter, nec de diuino intellectu intelligi potest, cū statim dicat reliquas animæ partes non esse separabiles. Io. gra. 2. de ani. te. 21. char. 40. col. 2.

Animæ rationalis facultas extrema est opinio, irrationalis autem prima est imaginatio. Ioan. gram. 3. de anim. te. 157. c. 80. col. 4.

Anima rationalis est similis secundum Arist. tabulæ non pictæ. Io. gram. 3. de anim. te. 1. c. 83. col. 2.

Anima rationalis differt a sensu, quia anima circa ea, quæ magis sunt, operans, circa minora plus operatur: sensus circa maiora operans, circa minora hebetatur. Io. gram. 3. de anim. te. 1. c. 83. col. 2.

Anima rationalis, si omnia intelligit, æterna est. Ioan. gram. 3. de anim. te. 1. c. 83. col. 3.

Anima & actiuam, & contemplatiuam habet potentiam; ideo dicitur & sapiens & prudens. Ioan. gram. 3. de anim. te. 1. c. 84. col. 1.

Animæ rationalis tractatio ex intellectu incipere debet; in irrationali a sensibus, vt qui sunt manifestiores. Io. gra. 3. de ani. te. 20. char. 87. col. 3.

Animæ ductricem, præcipuamque facultatē, quæ a Græcis ἡγεμονικὸν appellatur, in corde esse existimat Arist. Io. gra. 3. de ani. te. 34. char. 95. col. 1.

Animam humanam immortalem esse ex hoc loco ex Arist. mente, absque dubio clare patet; ait enim mens sola extrinsecus accedit, eaque sola diuina est, nihil enim cum eius actione communicat actio corporalis. Ioan. gra. de gener. ani. cap. 3. ch. 34. col. 4.

Animæ rationalis duæ sunt facultates: alia opinabilis, alia scientialis: vt tranque enim mentem appellare possumus. Sed actualis, opinabilisque, ac consultatiua, hæc

hæc actus principium est, cum voluntas ac appetitus, his quæ ab ipso diiudicata sunt, conuenerint. Ad hoc autem scientialis & speculatiua est; quædā enim agēdi & quædā nōscēdi grā quimus; & talē habitū acquirēdi homo aptitudine p̄ditus est, nō. n. procreatur protinus eum tali habitu. Io. gra. de gen. ani. cap. 3. c. 35. col. 1.

Animæ nostræ duplex est actio. Alia in cognitione versatur, vt mens, intelligentia, opinio, cogitatio, & sensus. Alia vita & appetitu cōstituta est, vt voluntas, electio, iracundia & cupiditas. Magn. in 1. de inter. c. 3.

Animæ quinq; sunt facultates; mens, intelligentia, opinio, cogitatio, sensus. Magen. pri. c. 47. col. 3.

Animæ rationalis prudētia pars præcipua est ex omnibus, subiectisquē alijs præsidet, & partim cum ipsis opportuna, partim ex se propria operatur, nunquā a recto, honestoque officio abtrans. Eust. pri. ethic. ca. 6. c. 40.

Animæ humanæ rationalis, irascibilis, & concupiscibilis ita partes dicuntur, vt rationalis propria eius sit, vt quæ rationem continet: reliquæ duæ annexæ, atque adiunctæ cum illa. Eustrat. 6. ethic. cap. 1. char. 264.

Animæ hominis multæ sunt facultates, quæ primum in cognitrices, atque appetitrices diuisæ postea in duas alteras partes, singulæ rationales, & irrationales distribuuntur. Eustra. 6. ethic. cap. 1. c. 272.

Anima nostra, vt anima est, explicatē operatur, dum ratiocinando ex propositionibus transit ad conclusiones: vt verò mentis, & intellectus est particeps, simplici appulsione intelligit, habetque, & principia, & terminos quasi intellectus ipsius resonantias, ac vestigia. & cum hæc transierit, ac intellectualis euaserit, intelligibilia intelligibili modo percipit, licet non repente omnia, & simul, vt ille, qui per essentiam est intellectus: sigillatim tamen vniuersa comprehendit, & intelligit. vnde, & hæc constitutio, quia extrinsecus acquiritur, habitus appellatur. Eust. 6. ethico. cap. 5. c. 291.

Animæ suprema operatio est coniunctio, & vnio cum superioribus, & Dei assimilatio. Eust. siue Mich. ephes. 10. ethic. cap. 7. c. 518.

Anima in nobis est, non vt in nauis gubernator, sed vt forma, & perfectio. Mich. ephes. de ani. motu. c. 49. c. 1.

Anima intellectiua non est causa motus. Mich. ephes. de par. ani. 1. cap. 1. ch. 21.

Anima concupiscibilis est præparata ad actiones cōtrarias æqualiter. Auer. phy. 2. tex. 48. ch. 32. col. 1.

Anima tunc intelligit quietem, quando intellexerit idem corpus in eodem statu, saltem in duobus instantibus. Auer. phy. 6. tex. 73. ch. 134. col. 2.

Animæ motus, & intelligentiarum est æquiuocē dictus cum motu, qui est a motoribus, qui sunt corpora, aut virtutes in corporibus. Auer. phy. 8. ch. 173. col. 1. 2.

Animæ partes si essent tres, & qualibet earum esset distincta subiecto, vt opinatur Plato, Hippocrates & Galenus, essent principia membrorum tria. Auer. de par. ani. 3. cap. 5. ch. 85.

Anima vna est subiecto, differunt autē ipsius potentia p̄m plures virtutes. Auer. pri. de ani. text. 9. c. 109. c. 4.

Animæ cuiusdam partis differentia ad aliam facile inueniuntur, & cuiusdam difficiliter. Auer. pri. de ani. tex. 9. c. 109. col. 1.

Animæ passiones hoc in loco intelligit. Aristot. disposit. attributas virtuti concupiscibili. Auer. prim. de anim. tex. 14. c. 111. col. 1.

Anima in quibusdam partibus non mouetur, neque essentialiter neque accidentaliter, id est, in intellectu; in quibusdam autem accidentaliter, non essentialiter. Auer. pr. de ani. tex. 66. ch. 121. col. 3.

Anima & intellectus sunt principia entium, secundum finem, & formam: elementa secundum materiam. Auer. pri. de ani. tex. 83. char. 124. col. 2.

Anima quinq; actiones aut passiones diuersas in genere habet: prima est scire & existimare: secunda, senti-

re: tertia, desiderare & velle: quarta moueri in loco: quinta augeri & minui & nutrirī, quas actiones facit per virtutes diuersas, & vnica membra tantum. Auer. pri. de ani. tex. 90. ch. 125. col. 3.

Animam si posuerimus esse vnica, secundum subiectum tantum, & plura p̄m virtutes, nō sequuntur dubitationes adductæ. Auer. 1. de ani. tex. 92. c. 125. c. 4.

Anima est in toto animali, vna in subiecto, & plures secundum virtutes, ita vt vna pars sit alterius subiectū. Auer. pri. de ani. tex. 92. ch. 125. col. 4.

Animam rationalem rerum formæ mouent, vt sunt in actu extra animam, vt comprehendit eas. Auer. 3. de ani. tex. 4. c. 160. col. 2.

Anima rationalis indiget considerare intentiones, quæ sunt in virtute imaginatiua, vt sensus indiget inspicere sensibilia. Auer. 3. de ani. tex. 4. c. 160. col. 2.

Anima rationalis, vt intellecta eam mouent, est passiuā; vt mouentur ab ea, est actiuā. Auer. 3. de ani. tex. 4. char. 160. col. 2.

Animæ duæ sunt partes: vna, quæ recipit, alia, quæ agit, & quæ facit, quod illi conceptus existentes in virtute imaginatiua, moueant intellectum materiale actu, postquam erant mouentes ipsum in potentia: & ratio agentis ad recipiens est, vt ratio formæ ad materiam. Auer. 3. de ani. tex. 5. ch. 165. col. 2.

Anima tres partes intellectus habet, prima est intellectus recipiens, secunda est agens, tertia est adeptus; & horum trium duo sunt æterni, agens & recipiens, tertius partim generabilis & corruptibilis, partim æternus. Auer. 3. de ani. tex. 5. ch. 165. col. 2.

Anima comprehendit intentiones vniuersales comprehensionē non communicant cum materia omnino, & ideo non indigent medio, particularis vero comprehendit per media ipsis conuenientia. Auer. de sens. & sensu. ex paraph. ch. 193. col. 1.

Asias ponere absq; materia multas numero, est quod nō tū ex opinionibus philosophorū: nā multitudinis numeralis est forma. Auer. destr. destr. disput. 1. c. 10. c. 1.

Asia Socratis, & aia Platonis est idē in forma, q̄ est aia, & si essent aia; Socratis, & aia Platonis duæ numero, & eadē in forma, & esset aia aia: & cū sit necesse, vt aia Socratis, & Platonis aia sit eadē in forma, & idē in forma, euenit ei diuisio numeralis. i. p̄p. materias, tūc, si aia nō moritur ad mortem corporis, seu fuerit aliqd huiusmodi, necesse est, cum separatur a corporibus, vt sit vna numero. Auer. destr. destr. disputa. 1. ch. 10. c. 3.

Anima Socratis, & anima Platonis sunt eadē aliquo modo, & multæ aliquo modo, vt si diceret, sunt eadē ex parte formæ, alia ex parte subiecti. Auer. destr. destr. disput. 1. ch. 10. col. 3.

Animā non habere corruptionē post esse patet: quia si anima corrūpitur, corruptio eius erit vel cū corruptione corporis, aut corrūpitur p̄p. contrariū repertū ei, aut ex posse potētis. Nō ad corruptionē corporis, est enim separata a corpore nec habet contrariū, quia substantia separata nō habet contrariū, nec alligari pot, posse potētis, priuationi. Auer. destr. destr. phys. disput. 3. c. 62. c. 4.

Animæ beatitudinis supremus gradus est, vt cōiungatur cum intellectu abstracto. Auer. de ani. c. 1. c. 64. col. 1.

Animæ rōnales hēnt virtutē rōnalē motiuā, imaginatiuā, & sensibile. Virtute rōnali hō apprehēdit artes, & sciētias, cōueniētias & incōueniētias in virtutibus moralibus, iuuabile & nociuū, delectabile, & triste, & horū quædā est speculatiua, quædā practica, practica quædā artificialis, quædā cogitatiua, speculatiua est, qua homo adipiscitur cogitationem rerum, quæ nō possunt fieri ab homine. Auer. de ani. beatitudin. cap. 5. ch. 66. co. 2.

Animæ rationales primo sunt in potentia, postea reducuntur ad actum: quod eis accidit ab aptitudine, quæ habent ad recipienda intelligibilia. Auer. de anim.

beatitudin. cap. 5. char. 66. col. 3.
Anima rationalis est in materia propter necessitatem . & proportio animæ rationalis hic ad id, quæ est de formis sub ipsa, est proportio ipsius rationalis ad intellectum adeptum . & proportio sensitiuæ ad rationalem , est proportio materiæ . & proportio nutritiuæ ad sensitiuam , & proportio simularum partium ad nutritiuam , est proportio materiæ ad nutritiuam , & est eadem, scilicet eademmet proportio formarum simularum partium ad elementa hominis . Auer. epitom. metaph. cap. 185. col. 2.
Animæ rationalis pars intelligens est, quæ iudicat de recto . pars obediens est, quæ habet virtutes morales . Auer. pri. ethic. cap. 7. c. 5. col. 2.
Anima perfectius recipit, quanto magis gaudet . Auer. in poet. cap. 3. c. 89. col. 4.
Anima menti & rationi annexa, & sensitiua, & vitali virtutibus potentia, & ita in ratione constituta est, ac vel in rerum presentium firmissima contemplatione, vel in absentium intelligentia; vel in ignotarum inquisitione versatur. Boet. in por. char. 46.
Anima quatuor vijs ad cognitionem rerum proficitur; an sit, quid sit, quale sit, & cur sit. Boet. in Por. char. 46.
Animæ vis omnem operam in duo impendit; vnam vt naturam rerum cognoscat; alteram vt ad scientiam moralem perueniat. Boet. in Por. ch. 47.
Animus hominum per sensum, ea, quæ sensui subiecta sunt, intelligit; & ex ijs quadam speculatione concepta, viam sibi ad incorporalia intelligenda præparat . Boet. in Por. c. 8.
Anima intellectualis non est entelechia corporis, nisi per suum actum, qui est infusio sensus, & motus in corpus . Alber. magn. in prædi. c. 39. col.
Anima non habet partes essentielles cum sit substantia simplex, sed vt totum potentia, sic vires eius intellectus, voluntas, sensibilis, vegetabilis sunt potentia naturalis radicata in substantia ipsius, & tamen qualitates, quia sunt ad actus esse consequentes. Alb. magn. in prædicamen. char. 54. col. 4.
Anima vna est apud omnes vnitate naturæ producentis, sed non vnitate numeri . Albert. Magn. in perih. char. 81. col. 2.
Animæ intellectuales multiplicantur ad multiplicationem corporum, & intelligentiæ ad multiplicationem orbium. Alb. Mag. 3. phys. tract. 2. cap. 12. c. 38. col. 4.
Anima rationalis differt ab alijs animabus, quia rationalis separatur per esse, & definitionem, cæteræ autem per esse non distinguuntur, sed per definitionem. Alb. Mag. 8. phys. tract. 2. cap. 3. ch. 96. col. 2.
Anima intellectualis hominis non habet corpus, cui motus eius sit omnino naturalis: ideo oportet, vt quasdam virtutes habeat affixas corpori, per quas, quasi trahendo, mouet corpus contra motum proprium . Alb. Mag. 8. phys. tract. 2. cap. 8. ch. 99. col. 3.
Anima non habet operationes, nisi coniunctas corpori, nisi solum intellectum. Alb. Mag. de sen. & vig. 1. tract. 1. cap. 1. char. 25. col. 1.
Animæ essentia mouente, non est motus impedimentum ex parte motoris, sed essentia ex se mouet, eodem modo, & in iuvene, & in senex; quia si senex acciperet oculum iuuenis, videret vt iuuenis. Alb. Magn. de mor. & vit. tract. 1. cap. 3. ch. 59. col. 1.
Anima, si dicatur per se esse incorruptibilis, tunc sequitur, quod habet virtutem ad esse infinitum, & semper mouendi, quod est contra probata in libro primo de celo . Si dicatur corruptibilis per se, tum sequitur habere contrarium, At cum anima non habeat contrarium, nec sit ex contrarijs, corruptibilis esse nequit . Alb. Mag. de mor. & vit. tract. 2. cap. 3. ch. 60. col. 1.
Anima habet contrarium per accidens, quia subiectum

factum est ex contrarijs. Alb. Mag. de mor. & vit. trac. 2. cap. 3. c. 60. col. 1.
Anima, quæ non est forma in materia, sed est separata, cum non habeat contrarium per se, nec vt forma materialis sit in materia, absque vilo dubio neutro modo est corruptibilis. Alb. Magn. de mor. & vit. trac. 2. cap. 3. char. 60. col. 2.
Anima rationalis est similitudo lucis intellectus agentis in generatione . Albert. Magn. de nat. & orig. ani. trac. 1. cap. 5. c. 69. col. 2.
Anima rationalis est forma, quæ transcendendo materiam, & virtutes materiæ in similitudinem prorumpit motoris primi in natura. Alb. Magn. de natur. & orig. ani. trac. 1. cap. 5. char. 65. col. 2.
Animam rationalem dixerunt aliqui fieri ab intelligentia: quod verum est, si de intellectu primo separato, & immixto intellexerunt . At, si intelligunt de intelligentia secunda mouente orbem, quamuis inferiorem, falluntur. Alb. Magn. de nat. & orig. ani. tract. 1. cap. 5. ch. 69. col. 2.
Anima rationalis, vt rationalis est, secundum esse nature toti coniuncta est, & non alicui parti ipsius. Alb. Mag. de nat. & orig. animæ, tract. 1. cap. 5. ch. 69. col. 4.
Anima rationalis imprimit in sensibilem, & per sensibilem imprimit in vegetabilem, & per hanc imprimit in naturam, & omnis actio corporis ad formam rationalem perficitur. Alb. Mag. de natu. & orig. animæ, trac. 1. cap. 6. ch. 70. col. 1.
Anima rationalis creatur iussu Dei in hominis embryone, & est quædam resultatio suæ lucis. Albe. Magn. de nat. & orig. animæ, tract. 1. cap. 6. ch. 70. col. 1.
Anima intellectualis inter omnes formas verius forma est: est enim magis separata, & nobilior omnibus, quia omnes colligit alias, vt potestates, quæ sunt viuere, sentire, mouere secundum locum, & intelligere. Alb. Mag. de natu. & orig. ani. tract. 1. cap. 6. ch. 70. col. 1.
Anima sola rationalis perfecta est, & nobilis, quia tres operationes habet sola: diuinam, intellectualem, & animalem: Diuinam, in formas faciendo, tam intelligibiles, quæ naturales, quibus ipsa informat omnes vires, sensus, & vegetationis, vt ad speciem intellectualem agant. Intellectualem, intelligendo & intellectu reflectendo se super seipsam . Animalem habet in animando, quia ipsa est forma hominis. Alb. Mag. de natur. & orig. ani. tract. 1. cap. 7. ch. 70. col. 3.
Anima rationalis si destruitur, destructo corpore, aut per se ipsam destruitur, aut destructo corpore destruitur, cum secundum se non sit corruptibilis, vt destruantur formæ corporales, & formæ, quæ sunt virtutes in corpore . At non per se ipsam, quia quicquid per substantiam est corruptibile, habet in se aliquid, in quo est potentia destruendi: & aliquid, in quo est actus permanendi, & hæc non insunt ei secundum idem: quia destruendi potentia est secundum materiam, & priuationem: & permanendi actus est per formam, & permanere secundum actum, quæ dat esse . Effet ergo anima composita ex materia priuationi subiecta, & ex forma actum & esse conferente, quod falsum est . Nec corrumpitur corrupto corpore, quod habet dependentiam cum corpore; quia vel dependet, quia est simul cum ipsa, vel prius vel posterius . Si simul, vel sunt simul, quia hoc ipsum, quod sunt, simul sunt; & sic essent relatiua, & non substantia, quod est falsum: vel simul per accidens aduenit corpori, & animæ . Ergo sublato hoc accidenti manet anima secundum substantiam sine corpore, quod est propositum . Si prius est corpus anima, vel est prius tempore, vel vt causa, vel vt materia, vel vt natura, si prior tempore, tunc anima non dependet a corpore, nec corpus ab anima, & habet propositum, si corpus est prius anima, vt causa, tunc illa nec efficiens, nec forma,

ma, nec finis, quod est falsum, si prior, vt materia, tunc anima rationalis educitur de corpore, vt de materia, quod falsum est . si corpus prius est anima, vt natura, tunc corpus esset de ratione animæ, & anima fieret ex corpore, & differentia aliqua constitutiva, quod absurdum est. Si dependet ab ipso, vt a posteriori, vel vt causa, vel vt natura, vel tempore, nunquam prius dependet a posteriori: ergo anima rationalis non corrumpitur, vt dependens a corpore, ergo nullo modo corrumpitur. Alb. Mag. de nat. & orig. ani. tract. 2. c. 2. c. 71. c. 3.
Anima rationalis, si corrumpitur, vel corrumpitur aliquo agente, quod fieri nequit: quia nihil habet contrarium, & quicquid corrumpitur, a contrario corrumpitur: vel corrumpitur per se ipsam distantibus his, quæ componunt eam, quod fieri non potest; quia esset ex contrarijs composita; aut corrumpitur per potentiam materiæ, quod falsum est; quia non habet contrarium: vel corrumpitur corrupto corpore, quod fieri nequit: quia tunc non esset separata, sed esset vel corporalis forma, vel virtus operans in corpore ex principijs corporis harmonicis ad esse deducta, & operans per corporis harmoniam, quod falsum esse in multis locis probatum est . anima ergo rationalis non destruitur corpore destructo. Alb. Magn. de nat. & orig. ani. tract. 2. cap. 2. ch. 71. col. 4.
Anima rationalis in inceptioe non producitur in esse completo ex materiæ principijs, sed est ex causa prima intellectuali & agente in generatione hominis. Alber. Mag. de nat. & orig. ani. tract. 2. cap. 3. ch. 72. col. 1.
Anima rationalis non manet post destructionem corporis in intellectuali natura tantum, sine vegetabili, & sensibili potentijs: quia nunquam intellectus, vt est forma animæ, separatur a vegetatiuo, & sensitiuo, sed contra illæ potentia separantur ab ipso. Alb. Mag. de nat. & orig. ani. tract. 2. cap. 3. ch. 72. col. 1.
Anima rationalis habet in se post corporis interitum in homine vegetatiuum, & sensitiuum, quod non est in alijs animalibus: quia non solum in homine materiales cause educunt vegetatiuum, & sensitiuum, sed potius primū agēs, quæ est intellectus diuinus, & ab illo informatæ agunt omnes qualitates, quæ sunt in materia, & quia causæ agentes in materia hominis, non terminant actionem suam, nisi in formam & in esse intellectualem nature, quod in homine tantum contingit, in quo calor digerens, & spiritus formans in semine magis mouent, & formant secundum virtutem celestem, & secundum virtutem animæ, & secundum virtutem intellectus, quam secundum qualitatem elementi, & secundum qualitatem materiæ. Alb. Mag. de natur. & orig. ani. tract. 2. cap. 3. ch. 72. col. 1.
Animam sensibilem, & intellectualem in homine non eiusdem substantiæ esse vult Aueroes Abubather, & Auempace. Quia ex virtutibus sensibilem tandem educi aiunt, & hanc propter corporis æqualitatem esse plurimum operationum, quam in alijs . Intellectualem autem naturam dicunt esse separatam, & irradiare super animam hominis, vt lux Solis super perspicuum: ex qua irradiatione fluunt formæ intelligibiles in animam: & hoc modo continuat lumen intelligentiæ animæ, vt lumen Solis perspicuo, & per hanc continuationem aiunt hominem esse intellectualem: & huiusmodi continuatio luminis intelligentiæ, cum anima incipit in generatione animæ, & primo propter multum fluxum nutrimenti in organa est vt lumen in nubibus immisum. ideo in pueris est, vt in ebrio, deinde residente fluxu clarificatur, & serenatur intellectus, ita vt intellectus non incipit esse, nec generatur secundum suam substantiam in generatione, sed incipit esse secundum expansionem luminis sui super animam, & sicque multiplicatur intellectus, vt lumen Solis secundum illuminata: & vt illuminatis substractis, non remanet nisi vnicum lumen Solis, ita pereuntibus ho-

minibus, dicunt vnum intellectum perpetuum, & incorruptibilem ex omnibus relinqui: ideo non mirum, si intellectus natura non destruitur destructo corpore; quia non incipit, nec generatur incipientem corpore, nisi per accidens supradictæ continuationis, quæ fit ad imaginem, & phantasiam, eo quod ab illis potentijs lumen intellectuale, vniuersale primum abstrahit . Quod absurdum est, quia intellecta omnia semper essent extra nos, & vires animæ nostræ secundum hunc errorem sunt, a quibus lumine intellectu fit vniuersalis abstractio, & separatio . Non est autem intelligibile, quod eiusdem formæ ab eodem fiat separatio, & per abstrahens ad idem coniunctio . Lumen enim abstrahens colores a coloratis corporibus, non coniungit eos, abstrahendo, coloratis, sed potius perspicuo, in quo secundum esse spirituale, saluantur . Igitur intellecta ab imaginibus animæ abstracta, similiter alicui alij coniungentur extra animam, & animæ potentias: nunquam autem fit intellectus ab aliqua anima, vel intelligente per hoc, quod est extra ipsam; ergo anima hominis nihil omnino intelligit, nec considerat de formis intelligibilibus, quod absurdum esset . Præterea, omnis susceptio formæ est secundum potestatem suscipientis, nec est de potestate sensibilis animæ suscipere formas secundum esse intellectualem, secundum quod sunt vbique & semper; ergo secundum hoc esse non sunt nisi intelligentia aliqua, & hoc (vt aiunt isti) non est aliquid animæ, ergo anima nihil intelligit, vel cognoscit eorum, quæ sunt intelligibilia . Amplius oculus in accipiendi visibilia, non habet potestatem colorati terminati, sed potius perspicui: & si haberet potestatem colorati, non acciperet visibilia omnia, sed vnum: nec acciperet visibilia nunciando, & mittendo visibilia sensui communi, sed retinendo materialiter tantum . Sic igitur simile est in alijs animæ potentijs, quantumcunque illuminatur phantasia in homine, quandiu phantasia est, nunquam habebit facultatem aliam receptionis, nisi particularis formæ: & facultas receptionis vniuersalis semper erit in natura altioris facultatis: & si illa natura non est de animæ partibus, non erit in anima facultas aliquid intelligendi, vel considerandi ex illa . Præterea, homo non est homo, nisi per intellectum, ergo intellectus est aliquid quidditatis hominis, oportet igitur, vt sit aliquid de essentialibus hominis, & sic non erit hoc modo continuatus homini, quod illi dicunt. Alb. Mag. de nat. & orig. ani. tract. 2. cap. 4. ch. 72. col. 2.
Animam rationalem Alexander Peripateticus Græcus, solus ex peripateticorum scholâ perire pereunte corpore concedit; quia dicit intellectum esse formam harmonicam, quæ ex complexione elementorum educitur per generationem . Alb. Magn. de nat. & orig. ani. tract. 2. cap. 5. ch. 72. col. 3.
Anima rationalis non destruitur, corpore pereunte, quia ipsa essentialiter est imago, & similitudo causæ primæ, & similitudo lucis celestium intellectuum, & non est deducta nisi de materia generalium per virtutes, aut qualitates corporeas, per hanc continuationem aiunt hominem esse intellectualem: & huiusmodi continuatio luminis intelligentiæ, cum anima incipit in generatione animæ, & primo propter multum fluxum nutrimenti in organa est vt lumen in nubibus immisum. ideo in pueris est, vt in ebrio, deinde residente fluxu clarificatur, & serenatur intellectus, ita vt intellectus non incipit esse, nec generatur secundum suam substantiam in generatione, sed incipit esse secundum expansionem luminis sui super animam, & sicque multiplicatur intellectus, vt lumen Solis secundum illuminata: & vt illuminatis substractis, non remanet nisi vnicum lumen Solis, ita pereuntibus ho-

causa, & esse idem animæ bonū & optimum, quod est causa primæ bonum, & intellectuum Angelicorum, & diuinorum, ex quibus omnibus, & ex quolibet horum immortalitas animæ inuitabiliter concluditur. Alb. Mag. de nat. & orig. ani. tract. 2. cap. 6. ch. 73. col. 3.

Anima rationalis non destruitur destructo corpore; quia quod per esse, & essentiam separatam est ab aliquo, nullo pacto perit destructo illo, a quo separatam est; vt anima ipsa est, nec per propriam naturam destruitur, quia non habet contrarium, Alb. Mag. de nat. & orig. ani. tract. 2. cap. 1. ch. 73. col. 1.

Anima rationalis coniungitur corpori per vegetationem, & sensum, & non coniungitur per id, quod dat ei esse; & essentiam, & rationem, & pone in numerum anime intellectuales, vt est intellectus, qđ nullius partis corporis est actus, Alber. Mag. de natur. & orig. ani. tra. 2. cap. 6. ch. 73. col. 1.

Anima intellectualis, vt intellectualis, ex se ipsa est causa suarum operationum, & actionum, non igitur potest destrui destructo corpore, a quo operationes animæ non dependent. Alb. Mag. de natur. & orig. anim. tract. 2. cap. 6. char. 73. col. 1.

Anima intellectualis est incorruptibilis destructione corporis, in quo est, cum subiectū sit incorruptibile; quia ea, quæ sunt in anima sine motu, & tēpore incorruptibilia sunt s̄m esse & s̄m quod sunt in intellectu; quia aliter non esset vbique, & semper, nec esset subiectum vniuersaliū, si dependeret a corpore. Alb. Mag. de nat. & ori. g. ani. tract. 2. cap. 6. ch. 73. col. 1.

Anima intellectualis, vt intellectualis, separabilis est a corpore: quod n. ex se ipso solo causa est gubernationis, & motus corporis, absque eo qđ facultatē gubernationis, & motus, & formā a corpore accipiat, s̄m suū esse & facultatē gubernandi, & mouendi, est separabile ab eo. Alb. Mag. de nat. & orig. ani. tra. 2. cap. 6. c. 73. c. 2.

Anima intellectualis immortalis existit, cum sit sigillum secundum esse, & potestatem intelligentiarum separatarum, secundum vnam formam rationem. Alb. Magn. de nat. & orig. ani. tract. 2. cap. 6. c. 73. col. 2.

Animæ operatio, cum conueniat cum operatione Angelicorum intellectu, nullam ad corpus dependentiā habere debet. Alb. Magn. de natur. & orig. ani. tract. 2. cap. 6. ch. 73. col. 4.

Anima non debetur corpori hominis, nisi propter celi similitudinem. Alb. Magn. de nat. & orig. anim. tract. 2. cap. 7. ch. 74. col. 2.

Anima rationalis magis debetur celo quam corpori terrestri. Alb. Magn. de nat. & orig. ani. tract. 2. cap. 7. ch. 74. col. 2.

Anima rationalis non est ab intelligentia, tamen ab intelligentia recipit illuminationes. Et cum triplex sit intelligibile ipsius animæ, scilicet cum tempore, & continuo, & id, quod secundum sui naturam est intelligibile; primum cum sensu acceptum est, secundum cum imaginatione, tertium est per intellectum simplicem acceptum. Intelligibile autē quodlibet dī duobus modis ita vt dupliciter intelligatur cum tēpore, & dupliciter per se ipsum. Cum tempore est duobus modis. Primo, est ratio formæ sensibilis, ita vt forma sensibilis sit accepta in se per se, cuius ratio intelligitur ab intellectu per abstractionem. Vel quod non est sensibile, nisi per accidens, & ratio eius intelligitur concepta cum materia, & tamen per se intelligere licet: tñ qđ ratio eius cernit mobile materiā, ideo dī intellectū cum tēpore. Intelligibile cum continuo duobus dī modis: aut vt ratio continui, aut vt id, quod accipitur cū continuo. Et intelligibile per se dī duobus modis. Primo qđ ex proprijs principijs essentialibus nō nisi intelligibile est, tñ s̄m esse est comiscibile tēporali, & continuo, vt substantia naturalis. Secundo intelligibile per se dī, quod tam secundū suā quidditatis principia, quam secundū

esse nō nisi intelligibile est; vt Deus, & intellectus. Alb. Magn. de nat. & orig. ani. tract. 2. cap. 13. ch. 76. col. 1.

Anima rationalis differt ab intelligentia celestis; per intelligibilia enim, quæ sunt cū tēpore, & continuo, peruenire habet ad intelligibile, quod secundū esse & essentiam per se est intelligibile; & sic est ordo, ex illis per se intelligibilibus, quod habet deuenire ad primū intelligibile, quod est causa omnium aliorū, & in illo stat, vt in virtute suæ sapientiæ, & contēplationis finalis. Alb. Mag. de nat. & orig. ani. tract. 2. cap. 13. ch. 76. col. 1.

Animā perfici dicūt Peripatetici quadruplici virtute; morali, intellectuali, heroica, & Diuina, Moralis alia est in medietate, alia in distributione, Intellectualis virtutis mediū est ratio recta, Heroica idē est, quod diuinorū virtus, Diuinum autem dicitur id, quod super est, & est Continentia, Libertas, Amicitia. Alb. Mag. de nat. & orig. ani. tract. 2. cap. 14. ch. 76. col. 3.

Animam non solum esse (vt ait Theophrastus) intellectū agentem nos dicimus, sed in anima esse, & intellectum agentem, & possibilem, & formam abstractam per lumen agentis moueri ad possibilem, vt ad suum locum, in quo est, vbique, & semper. Alb. Mag. de nat. & orig. ani. tract. 2. cap. 15. ch. 77. col. 3.

Anima dum accipit scientiam, & virtutem essentialem, accipit perfectionem. Alber. Magn. de natur. & orig. ani. tract. 2. cap. 3. ch. 78. col. 3.

Anima rationalis, & intellectualis secundum esse, est multiplicata secundum numerum indiuiduorum: & quod secundum esse vel numerum multiplicatum est, est multiplicatum secundum substantiam, ergo multe sunt numero animæ rationales, ergo post mortem remanent multe. Alb. Magn. contra Auer. de vnit. intel. capit. 5. ch. 80. col. 4.

Animæ natura habet aliquid factum, & generatū, quod est speculatiuus intellectus generatus nō quidē actione, & generatione naturæ, sed actione, & generatione animæ simpliciter. Ideo oportet, quod in ipsa animæ natura sit aliquod agens animaliter, & aliquod patiens animaliter vt ita dicam. Cum autem speculatiuus intellectus, qui est factus, & generatus multiplicetur secundum ea, in quibus sit, necesse est, quod subiectum ipsius, quod est patiens, multiplicetur secundū eadem: quia speculatiuus non numerat nisi numero subiecti. Ideo possibilis intellectus multiplicatur secundum numerum speculantium, ergo etiam multiplicatur secundum numerū aliorum, igitur multi sunt possibiles intellectus relictī ex multis hominibus. Alb. Mag. contra Auer. de vnit. intel. cap. 5. ch. 81. col. 1.

Animæ eadem ratio est, quæ est figure, ergo vnam oportet esse substantiam intellectuam, quæ est in sensitiua secundum potentiam animæ, & vitæ, & vegetatiuæ. Nec est intelligibile, quod aliqua substantia vna sit propria alicui secundum potentiam vnam, & secundū aliam sit communis omnium, & nulla propria; quamuis intelligibile sit, quod ab vna substantia fluant potentia. Quarum quedam sunt separatæ, quedam corpori coniunctæ, vt virtutes in corpore operantes. Ergo non est intelligibile, quod intellectus, qui est in sensitiuo non separabilis ab ipso, sit communis omnibus hominibus vnus numero existens. ergo quod separatur de eo ex vno homine non est illud idem, quod separatur de alijs ex alio. Alb. Mag. cōtra Auer. de vnit. intel. cap. 5. ch. 81. col. 2.

Animæ potentia vmbra habent, ita vt vmbra intellectus est sensus, vmbra sensus est vegetabile: & hoc esse non posset, nisi ab vno principio esset. Illud autem vnum principium non est causa, nisi vnus; vna igitur substantia est vegetabilis, sensibilis, & intellectualis aīa, & hæc substantia est forma. Cum autem vna, & eadē forma secundum suum esse, non possit in parte esse communis omnibus vna numero existens, & in parte

pro-

propria, non potest esse; similiter, quod anima secundum intellectum sit communis, & secundum sensum sit propria. Hinc sequitur, quod diuersum est, qđ post mortem ex omnibus relinquatur. Alber. magn. contra Auer. de vnit. intel. cap. 5. c. 81. col. 2.

Anima, quæ est perfectio corporis, est vna substantia quedam, cuius partes potestatiue sunt virtutes, quæ animæ potentia vocantur. ergo vegetatiua, sensitiua, & rationalis in homine, sunt substantia. Vnum autem & idem secundum substantiā, non potest esse partim numeratum, secundum numerum eorum, quorum est substantia, & partim omnium in communi vnum numero existens. Igitur cum vegetatiuum, & sensitiuum sint numerata ad numerum hominum, in quibus sunt, erit etiam rationale numeratum ad numerū eorundem: ergo multa, & non vnum sunt ea, quæ relinquuntur ex animabus defunctorum. Alb. mag. contra Auer. de vnit. intel. cap. 5. char. 81. col. 2.

Animæ oīa, qđ sunt, vt vires, operationes, & passiones, ad intellectū diriguntur. vt ad cōtinēs, ordinās, & formās: nec intelligi pot. qđ intellectualis natura s̄m esse sit extrinsecam, & penitus separata; Si autē secundum esse cōiuncta est, oportet, quod numeretur numero hominum: igitur intellectus sunt tot, quot homines. igitur non erit vnum numero, quod relinquatur ex omnibus. Alber. magn. contra Auer. de vnit. intel. cap. 5. chart. 81. col. 3.

Anima aut mouet corpus per imperium, quo modo non mouet, quia hoc fieri nequit; aut per coniunctionem, & vnionem sui ad ipsum. At, quod mouet per vnionē, numerat numero illius: ergo tot sunt intellectus, quot homines. Alb. mag. contra Auer. de vnit. intel. c. 5. char. 82. col. 1.

Anima, si vna esset in omnibus moriretur cum corpore, quia ex quo non continuatur nisi per imaginationem, non remanent forma imaginatiois, non continuabitur cum intellectu. Cessat autem imaginatio, non existentibus organis sensuum. Igitur nihil de anima hominis remanet: igitur pereuntē corpore perit anima. At dicere oportet, quod intellectus sit hominis pars, & animæ hominis, & quod numeretur numero hominum, & sic non est vnum, quod remanet, sed multa numero. Alb. mag. contra Auer. de vnit. intel. cap. 5. c. 82. col. 3.

Anima si vna esset in omnibus, & ponantur homines simul destrui, sequetur, quod sit substantia separata, quæ nihil moueat & nihil agat, quod esset frustra in natura. Alber. magn. contra Auer. de vnit. intel. cap. 5. char. 82. col. 3.

Aīa nostra partē hēt intellectuā, & ipsa aīa rōnalis est substantia, ex qua emanat potētē, quarū qđā sunt separata ita vt non sint corporeæ virtutes, nec virtutes incorporeæ, qđā emanat ex ipsa, qđ sunt virtutes operantes in corpore: & primæ, qđ non sunt in corpore, sunt in ea ex similitudine sua ad causam primam, per quam est, & per quam stat esse ipsius. Quæ autem sunt in corpore, sunt in ea, vt ipsa est anima, cuius proprium est esse actum corporis, & agere in corpore, & in natura; quia sic natura, & naturalis potentia eius sunt instrumenta, & intellectus est, qui fluit ex ipsa, vt ipsa emanat a causa prima, & stat per ipsam in esse, propterea variatur, & efficitur varia in se, & in speculatione; quoniam id, quod fluit ab ea, secundum quod ipsa est naturæ intellectualis primæ conuersa ad primam causam, per lucis suæ participationem est in ea, sicut lux, & est intellectus agēs. Quod autem fluit ab ea, vt ipsa est substantia, per quam est natura corporalis stans, & fixa, & coniuncta, quæ intellectus possibilis. Alber. magn. contra Auer. de vnit. intel. cap. 6. c. 82. col. 4.

Anima rationalis nō educitur a materia sicut alię formę, ita vt exeat de principijs materiæ corporalibus, sed

educitur in esse ex materia, per principium primum operans in materia; quia anima est stans per causam primam iuxta materiam. Alber. magn. contra Auer. de vnit. intel. cap. 7. c. 83. col. 2.

Anima intellectualis est forma data ad similitudinē primimotoris, & non distensa per motum, & quantitatē moti, & materiæ vt formæ corporeæ, & virtutes in corpore. & ideo motibus astrorum, & iudicijs non subiacet, nisi per accidens. Alber. Magn. contra Auer. de vnit. intel. c. 7. c. 84. col. 1.

Anima rationalis est forma, quæ inter formas generabilium magis accedit ad primi agentis similitudinem. ideo nobilior participat nobilitates primi, sed non participat nobilior quam intelligentiæ colorum. Alb. mag. contra Auer. de vnit. intel. cap. 7. c. 84. col. 2.

Anima rationalis composita est ex potentia, & actu. Alb. mag. contra Auer. de vnit. intel. cap. 7. c. 84. col. 2.

Anima nullam potentiam recipit receptione subiecti: minime tamē inter omnes huiusmodi receptiones recipit intellectus, sed recipit receptione loci, qui ipse est, in quo habent esse species rationales, & in ipso saluantur, & a quo habent generationem in esse intellectuā per actum suum, qui est lumen intellectus agentis. Alber. Magn. contra Auer. de vnit. intel. cap. 7. chart. 84. col. 3.

Anima, vt est motor, non habet vnitatem, vel pluralitatē ab eo, a quo separatur, sed potius secundum rationem est vnum, vel multa a virtute motiua, quam habet: tamen proportio eius ad id, quod mouet, est signum, qđ est vna in esse determinato; quia non est vnus motor diuersorum mobilium ad se inuicem in virtute mouendi non ordinorū. Et ideo qđ sunt plura mobilia, quorū vnū nō mouetur p alterū, nec mouetur a motore ipso, & alterū per vicariū, oportet et esse tot motores, quot mota, id oportet esse tot animas, quot corpora. Alb. Mag. cōtra Auer. de vnit. intel. cap. 7. col. 3.

Anima est substantia talis, ex qua fluunt potentia separata a materia, & non separata, & secundum se est incorruptibilis & permanens, licet secundum esse quarundam potētiarum sit corruptibilis. & hæc dicimus de anima humana, non de alia. Alb. mag. contra Auer. de vnit. inte. cap. 7. 84. col. 4.

Anima rationalis est in corpore hominis, & est sua perfectio, vt est homo. Alber. Magn. prim. de anim. tract. 1. cap. 2. col. 2.

Animæ accidentium duo sunt genera. Quædam propriae passiones sunt, vt ipsa in substantia consideratur, non intellectu corpore, vt intellectus, voluntas rō. Alia communia sibi, & corpori, quod habet animam; tamē corpori, non vt corpus accidunt, sed ex eo, quod aīa est in tali corpore animato: & horū duo sunt gna: aliud, qđ incipit ab anima, & expletur p corpus: vt visus, & omnis sensus, & vegetatio: aliud, quod incipit a corpore, & redūdat in animam; vt somnus, & vigilia. Alb. mag. pri. de ani. trac. 1. cap. 3. c. 1. col. 3.

Anima hominis substantia, & subiecto vna est; & habet pluralitatem in viribus, & potētijis suis. Alb. mag. pri. de ani. trac. 1. cap. 3. c. 1. col. 3.

Anima tria in se cōtinet. Primo in ipsa est similitudo lucis primæ causæ, & imago eius, & est in ea, quod est sub ipsa in ordine tertio, quia secundum ordinem naturæ inter animam, & primam causam, est intelligentia, & quo ad hoc est anima in potētia aliqua. Est item in ea, quod ipsa est forma ante corporeitatem, secundum naturam existens. Et tertio anima sic mouet se in suum vniuersum, quod est corpus, dando vnicuique organo de vita, & bonitatibus eius quantum potest recipere. Alb. mag. pri. de anim. trac. 2. cap. 4. c. 5. col. 3.

Animæ exuta a corporibus mouentur de loco ad locum. Albertus Magnus prim. de anim. tractat. 2. c. 6. chart. 6. col. 4.

Anima nihil perfectius in se habet, quam intelligere in actu, & considerare per syllogismum: hoc enim perfectius est, quam potentia intelligens, & quâ habet intelligens. Alber. Magn. 1. de anim. tracta. 2. capit. 7. ch. 7. col. 3.

Anima mouet cor, cum irascitur, secundum systolē propter perturbationem: secundum diastolē propter nocumentum repellendum: cum autem timer, secundum systolē continue. Alb. Mag. pri. de ani. tract. 2. cap. 9. ch. 8. col. 3.

Anima intellectualis est in corpore sicut determinata, & distincta in ipso, non quidem ut locatum in loco, sed ut forma in sua materia. Alb. Magn. pri. de ani. tract. 2. cap. 9. ch. 8. col. 4.

Anima intellectualis non dicitur produci ex materia, sed ab extrinseco ingredi, eo quod nullū elementorum diuisim, nec elementorū commistio habet coniunctam potentiam, quæ sit radix elementalis talis animæ, sed tantum lumen intelligentiæ agentis est radix eius. Alb. Mag. pri. de ani. tract. 2. cap. 13. ch. 10. col. 1.

Anima hominis non diuiditur diuiso corpore, sed abstractur, quia non habet, in quo operatur. Alb. Mag. pri. de ani. tract. 2. cap. 16. ch. 12. col. 4.

Animæ non solum intellectiua pars à corpore separatur, sed tota anima intellectiua à corpore separatur. Alb. Mag. 2. de ani. tract. 1. cap. 4. ch. 14. col. 1.

Anima totalitatem non habet, nisi suarum virium, ut & corpus non habet totalitatem, nisi suorum organorū; & ideo in vero corpore non est nisi secundū vnā partem; & illo separato non separatur nisi secundū illam partem, & remanet in alijs potestatibus suis adhuc operans in corpore, vniens autem oēs has potestates est substantia, quæ est in corde, & potestates omnes animæ ad cor diriguntur, & sic adiacent, tanquam ad eā directā, ut organa corporis omnia connectuntur cordi. Alb. Mag. 2. de ani. tract. 1. cap. 7. ch. 15. col. 2.

Anima rationalis est supra naturam, & infra intelligentiam; & anima sensibilis infra rationalem, & supra naturam; & vegetabilis infra sensibilem, & supra naturā. Alb. Mag. 2. de ani. tract. 4. cap. 33. col. 2.

Animæ potentiæ passiuæ, imaginatio scilicet, æstimatoria, & phantasia, licet omnes sint passiuæ potentiæ, & patiantur a formis indiuidui, quæ sunt principia cognitionis sensibilis, quæ formæ eadem esse videntur, tamen motus passionis non idem, sed secundū differentem gradum abstractionis. Quapropter non penitus sunt eadem, & sunt in vna essentiali substantia communi, differunt tamen secundum esse materiale in diuersis partibus cerebri, in quo organizantur istę potestati. Alb. Mag. 3. de ani. tract. 1. cap. 3. ch. 33. col. 4.

Anima rationalis non est intellectus possibilis, sed intellectus possibilis est animæ rationalis pars. Alb. Mag. 3. de ani. tract. 2. cap. 12. ch. 38. col. 3.

Anima, quæ hominis est perfectio, & rationalis vocatur, totum quoddam, & quædam essentia incorporea in anima potestate completa: & ideo habet in se potestatem vitæ sensitiuæ, & vegetatiuæ, & agendi opera intellectiua, & ipsa est vna in substantia, vniens in se omnes istas potestates naturales sibi. Alb. M. 3. de ani. tract. 2. cap. 12. ch. 38. col. 3.

Anima habet in se multas virtutes incorporeas, quæ sunt ex ipsa fluentes, quia est inter naturales formas propinquior, & similior intelligentiæ. Alb. Mag. 3. de ani. tract. 2. cap. 12. ch. 38. col. 4.

Anima rationalis inter formas naturales sola ex materia non educitur, sed datur ab extrinseco; & quia similitudo est separatæ substantiæ, quæ agit eam. Ideo ex maxima sua potestate separata est. Alb. Mag. 3. de ani. tract. 2. cap. 12. ch. 38. col. 4.

Anima rationalis intellectiua, licet sit separata, tamen anima per alias suas virtutes est coniuncta, ut corporis

est perfectio; & ideo, & si intellectus est separatus, tamen est potentia coniuncta, quoniam est potestas animæ, quæ secundū potentias quasi corpori coniungitur: & omne tale quod est coniunctum, & non est eius, secundū quod est coniunctum, licet non communicet corpori, tamen communicat communicanti corpori. Et ideo anima est vna numero, quia per naturales potestates communicat corpori: sed quia in essentia sua, & perfectiori potestate non communicat corpori, ideo habet potestates absolutas à corpore. Alb. Magn. 3. de ani. tract. 2. cap. 12. ch. 38. col. 4.

Anima duo in se necessaria habet, cum sit resultatio quædam lucis intelligentiæ separatæ: quorum vnum est forma lucis: alterum est id, in quo lux recipitur, & stat, & ab hoc esse animæ duæ virtutes fluunt; intellectus agens, quia a luce recepta proficiscitur: alia est intellectus possibilis, qui proficiscitur ab eo, in quo lux recipitur. Alber. Magn. 3. de ani. tract. 2. cap. 18. chart. 41. col. 2.

Anima intellectiua, cum sit locus specierum vniuersaliū, remanet vniuersalia speculata apud intellectum, ut in loco suæ generationis. Alb. Magn. 3. de ani. tract. 3. cap. 11. char. 44. col. 4.

Anima rationalis post mortem nobilior est, quoniam tota conuertitur potest ad intellectum agentem, ut ad formam, & per eum intelligere separata à materia, quod est summū eius felicitatis. Alb. Mag. 3. de ani. tract. 3. cap. 13. ch. 45. col. 3.

Anima rationalis est nobilior inter cætera entia. Alber. Mag. 3. de ani. tract. 3. cap. 12. ch. 45. col. 3.

Animæ rationalis potentiæ non sunt accidentia communiter, sed sunt potentiæ naturales, & proprietates animæ, & hæc sunt vires substantiæ eius, & talia multa accidunt omni substantiæ simplici, siue sit forma, siue sit materia. Alber. Magn. 3. de ani. tract. 5. cap. 4. char. 50. colum. 1.

Animæ potestatum tanto vna alia excellentior est, quanto alia fuerit magis separata, ideo intellectus est potentior sensuum; sensus communis quam proprius; sensualis natura, vegetabilis. Alb. Mag. 1. de intel. & intel. tract. 1. cap. 8. ch. 51. col. 4.

Anima, quæ est in corde, est intellectus proheresis, & voluntas potentiæ ipsius animæ, non ut est in corde, sed ut est separata subintellectuali nature. Alb. Magn. de princ. mot. proces. tract. 2. cap. 12. c. 185. col. 2.

Anima secundum animæ rationem est ex impressione intelligentiæ secundæ, quæ secundum intellectum sequitur esse creatum inferius: esse enim ut superius, se habet ad intelligentiam: & ideo non multiplicatur animæ, nisi per comparisonem ad inferius, per modum, per quem multiplicatur omnes intelligentiæ. Alb. Mag. de caus. & proces. vniuer. a cau. pri. l. 2. tract. 1. cap. 23. ch. 206. col. 4.

Animarum quædam est, quæ & anima est, & intellectualis natura, quæ scilicet per conformitatem naturæ pendet ex intelligentia, eo quod lumen intelligentiæ intellectualiter perceptiuum est. alia est, quæ anima tantum est. Alber. Mag. de caus. & proces. vniuersitat. à causâ prima. lib. 2. tracta. 3. capit. 16. chart. 222. columna 3.

Animarum alia est anima intelligibilis, sub forma luminis intellectualis consistens in esse, & natura, quia pendens est per intellectuale lumen ad esse determinata: & alia est anima tantum, quæ scilicet lumine intellectuali ad esse determinata non est. Alber. Magn. de caus. & proces. vniuer. a causâ pri. l. 2. tract. 3. capit. 17. char. 222. col. 4.

Anima rationalis infunditur in sætu, cum cor, & cerebrum formata sunt. Alber. Magn. de animalibus, l. 16. tract. 1. cap. 16. ch. 141. col. 2.

Anima intellectualis separata ab alijs eum accipitur, hoc est

est equivoce dicta anima ad alias animas, & est pauca diuersitatis secundum potentias, & est mouens corpus, in quo est propter ipsius corporis perfectionem, non indiget imaginatione, & sensu, & cum sic accipitur, non indiget corpus organorū diuersitate, sed tantum indiget quâtitate & figura motui suo congruentibus. Alb. mag. 1. metaph. cap. 5. c. 163. col. 3.

Anima per virtutem maxime adipiscitur seipsam. Alber. magn. ethic. 1. tract. 1. cap. 3. c. 2. col. 3.

Anima hominis non est intellectualis secundum naturam, sed potius intelligibilis. Alber. mag. ethic. 1. tract. 6. cap. 6. c. 16. col. 3.

Animæ operatio secundum propriam, & naturalem virtutem est bonum humanum. Alber. magn. ethic. 1. tract. 6. cap. 8. c. 17. col. 1.

Animus tristis, non est perfectus ad optimas optimorum operationes. Alb. mag. ethic. 1. tract. 7. c. 2. c. 19. col. 1.

Anima, cum sit imago intellectualis luminis, ut est in genere substantiæ incorporeæ, indiuisibilis est. At, ut est actus corporis, & diuersimodè immergitur in corpus, sic diuersarum efficitur potestiarum. Alb. mag. ethic. 1. tract. 9. cap. 3. c. 25. col. 3.

Anima hominis nullius rei susceptibilis est per naturā, nisi cuius inchoatio per modum cuiusdam feminis, & instrumenta sunt in ipsa. Alber. mag. ethic. 2. tract. 1. cap. 2. c. 27. col. 1.

Anima in se duplex agens habet: primum, & proximum. Agens primū est intellectus practicus ad morales virtutes. Agens proximum est appetitus ratione participans per voluntaria, cuius principium est in ipso consciente singularia, in quibus est actus. Et in forma primi, & proximi agentis operatio egrediens est virtutis generatiua. Alb. mag. ethic. 2. tract. 1. cap. 3. c. 27. col. 2.

Animæ rationalis substantia est processio ab intelligentijs, retinens virtutes principiorum, à quibus procedunt à primis vsque in vltima. Alb. mag. ethic. 6. tract. 2. cap. 16. c. 74. col. 4.

Anima humana effectus est luminis primæ causæ, quamuis à forma ipsius longa differat distantia. Alber. mag. ethic. 9. tract. 2. cap. 1. c. 100. col. 3.

Animæ humanæ sensibile sentit ad formam intellectus, & vegetabile ad formam intellectus vegetat, & totum corpus, quantum ad partes sensibilis animæ & vegetabilis formatur, & vegetatur, & specificatur ad formam intellectus. Alb. mag. ethic. 9. tract. 2. c. 1. c. 100. col. 4.

Animæ passiones communiter significant appetitus sensibilis affectiones, ut ira, gaudium, & similia. D. Tho. in periherm. c. 1. col. 2.

Animæ rationales sunt separatæ, inquantum intellectiua virtus non est actus alicuius corporis organici, ut virtus visua est actus oculi, sed sunt in materia, inquantum dant esse tali corpori. D. Thom. 2. phys. l. 4. tex. 26. c. 20. col. 2.

Anima, & si mouetur motibus contrarijs virtutis, & vitij, non tamen sunt motus naturales, sed voluntarij. D. Tho. pri. de celo. l. 6. tex. 20. c. 6. col. 4.

Animæ humanæ, in quantum quod mouetur corpus cum labore; contra eius naturam, sunt nobiliores extra corpus, quam in corpore; sed quantum ad esse naturale ipsius animæ, melius est esse in corpore, quia sequitur ex hoc esse perfectum speciei. D. Thom. 2. de celo. l. 3. tex. 13. c. 30. col. 1.

Anima non habet diuersas partes in corpore, quia alioquin intellectus haberet determinatam partem, & organum. D. Tho. 1. de ani. l. 14. tex. 92. c. 19. col. 3.

Anima rationalis, ut esse potest per se subsistens, hoc aliquid dici potest: sed quia non habet speciem cōpletam, sed est magis pars speciei, ideo ei non conuenit hoc aliquid. D. Tho. 2. de ani. l. 1. tex. 2. c. 20. col. 2.

Anima maiori tempore est in deceptione, quam in cognitione veritatis: quia ad veritatis cognitionem vix per-

uenit post studium longi temporis. D. Tho. 3. de ani. l. 4. tex. 51. c. 51. col. 4.

Anima humana propter suam nobilitatē supergreditur facultatem materiæ corporalis, & non potest omnino includi ab ea. D. Tho. 3. de ani. l. 7. tex. 7. c. 56. col. 1.

Anima secundum partem intellectiuam quandoque est in potentia, quandoque est actu, & ideo necesse est, ut sint in anima intellectiua hæc differentiæ; ut sit vnus intellectus, in quo possint omnia intelligibilia fieri, & hic est possibilis: & alius intellectus sit ad hoc, qui possit omnia intelligibilia facere actu, qui vocatur intellectus agens, & est ut habitus quidam. D. Thom. 3. de ani. l. 10. tex. 18. c. 57. col. 4.

Anima dicitur perpetua, non quod semper fuit, sed quod semper erit. D. Tho. 3. de ani. l. 10. tex. 20. c. 58. col. 3.

Animæ vires irascibilis, & concupiscibilis, naturali ordine per rationē reguntur. D. Tho. 1. metaph. proc. c. 1.

Animæ potentiæ non sunt eiusdem virtutis in omnibus animalibus, sed ut in specie hominis conuenit, ut habeat pessimum olfactum, ita Nycticoracis quod habeat debilem visum; quia non habet proportionem ad claritatem diei cognoscendam. D. Tho. 2. metaph. 1. tex. 1. c. 101.

Anima humana, cum sit vltima in ordine substantiarum intellectiuarum, minimè participat de virtute intellectuæ: & ut ipsa per suam naturam est actus corporis, eius autem intellectiua potentia non est actus organi corporis, ita habet naturalem aptitudinem ad cognoscendum corporalium & sensibilem veritatem, quæ sunt minus cognoscibilia per suam naturam, propter eorum materialitatem, sed tantum cognosci possunt per abstractionem sensibilem à phantasmatibus. Et quia hic modus cognoscendi veritatem conuenit naturæ humanæ animæ, ut est forma talis corporis, quæ autem sunt naturalia semper manent, impossibile est, quod anima humana huiuscemodi corpori vnita cognoscat de veritate rerum, nisi quantum potest eleuari per ea, quæ abstrahendo à phantasmatibus intelligit, per hæc nullo modo potest eleuari ad cognoscendum quidditates immaterialium substantiarum, quæ sunt inproportionales istis substantijs sensibilibus: vnde impossibile est, quod anima humana corpori vnita, cognoscat, quod quid est substantiarum separatarum. D. Tho. 2. metaph. l. 1. tex. 1. char. 101.

Animam intellectiuam non esse ante corpus existimauit Arist. D. Tho. 12. metaph. l. 3. tex. 17. char. 845.

Animæ passio nil aliud est, quam motus appetitiuæ virtutis, in persecutione boni, vel fuga mali. D. Tho. ethic. 2. l. 3. c. 24. col. 2.

Animam bene dispositam non potest homo habere, si organa imaginationis, & aliarum virium naturalium, & sensitiuarū sint male disposita; sed in figura, & in quâtitate exteriori, & alijs dispositionibus potest inueniri dissonantia. D. Tho. 1. polit. l. 3. c. 6. col. 1.

Anima considerari potest secundum seipsam, ut est forma quædam specifica hominis: vel secundum dispositionem materiæ in hoc indiuiduo, vel in illo: & sic ut forma specifica nullam habet inclinationem ad imperfectionem, sicut in hoc indiuiduo, sic esse potest homo distinctus a perfectione, ad quam inclinatur secundum naturam. D. Tho. 8. polit. l. 3. c. 132. col. 4.

Animæ conceptiones adequatæ nullo alio modo opponuntur conceptionibus non adequatis, nisi contrariæ, & inadæquatæ, contrariæ, si contingat quod inter se non compatiantur, saluis semper contrariorum conditionibus. Tho. de Vio in periherm. c. 33. col. 1.

Anima vna est, sed partes habet, & actiones plures; partes intellige vires, & facultates agendi quicquam; sed affectiones voco passionem, & motum. Dan. Barbarus rhetoric. pri. in proce. char. 1.

Anima, vt irrationalis.

A Nimæ irrationalis facultas duplex est. Alia vegetabilis nullo modo cum ratione communicans. Alia concupiscibilis, & omnino appetibilis, particeps rationis quodam modo, vt ipsi obedit, & eius imperio obtemperat: & admonitio, & increpatio, & cohortatio indicat. Arist. 4. ethic. cap. 13. c. 28.

Animæ irrationales, cum sint res naturales non immobiles sunt. Io. gram. 1. phys. tex. 1. c. 6. col. 3.

Animæ irrationalis, & cognoscitiuæ partes sunt sensus, & imaginatio. Io. gra. 1. de ani. ex proœ. c. 2. col. 4.

Anima, cum est in generatione, operatur secundum electionem, quia irrationabilibus implicata est. Io. gra. 1. de ani. ex proœ. c. 2. col. 4.

Animæ irrationalis, quæ est appetitus, & vita, alia est ira, alia cupiditas. Io. gra. 1. de ani. ex proœ. c. 4. col. 4.

Animæ irrationalis, & vegetatiuæ operationes in corpore sunt. ideo in ipso corpore suam facultatem habere debent. Io. gra. 1. de ani. ex proœ. c. 4. col. 4.

Anima irrationalis, & vegetatiua in subiecto corpore habet esse. Io. gra. 1. de ani. tex. 14. c. 10. col. 2.

Anima, quæ ratione caret, nihil absque sensibilibus cognoscit. Io. gra. 1. de ani. tex. 42. c. 19. col. 4.

Animæ facultas irrationalis, & vegetatiua, est quidæ immortalis, non autem æterna; corrumpitur enim non vt anima, sed vt est in corpore. Ioan. gram. 3. de anim. tex. 20. c. 86. col. 3.

Animæ pars irrationalis non mouetur ad actum, nisi imperante aliquo; ergo in sciente nunquã fit motus contra scientiam. Albert. magn. ethicor. 7. tract. 1. cap. 2. char. 82. col. 1.

Anima, vt sensitua.

A Nimam, quod non habet, nihil sentit. Aristot. 2. de ani. su. 3. c. 1. tex. 37. c. 624.

Animam sentientem non est necesse esse in omnibus uiuentibus, nec ea, quorum corpus simplex est, habent tactum, sine quo possibile nõ est esse aliquod animal, nec quæ non sunt susceptiua formarum sine materia. Arist. 3. de ani. su. 3. cap. 1. tex. 60. c. 669.

Animæ defectio est sensuum impotentia. Arist. de som. & vig. cap. 2. c. 51.

Animæ sensituiæ & nutritiuæ principium in corde est. Ari. de iuuent. sen. vit. & mor. & respira. cap. 2. c. 303.

Animatum est optimum in corporibus; & quod mouetur, animatum est. Alex. aphrod. 1. nat. q. cap. 1. c. 1.

Anima est, per quam animal est animal, & per quã a non animali differt. Alex. aphrod. 2. nat. q. cap. 10. c. 7.

Animæ potentia est, per quam id, quod ipsam habet suscipiendis sensibus simile factum, quadam alteratione intercedente, atque adhibita actione eadem sensilia iudicare & discernere potest. Alex. aphrod. 1. de ani. cap. 12. c. 35. col. 1.

Animæ vis sensibilis est illa, quam iudicalem appellant, ad quam vis imaginandi, deliberandi, & contemplandi pertinet. Alex. aphrod. 1. de ani. cap. 12. c. 35. col. 1.

Animæ sensitua potestas in tria diuiditur; vt imagineatur, vt recordetur, vt affentiatur. Alex. aphrod. 2. de ani. cap. 11. c. 44. col. 1.

Animæ sensibilis vis illa, quæ sedem in corde habet, de pluri, minori que tempore intus iudicat. Themist. de mem. & rem. 2. cap. 14. c. 95. col. 1.

Anima sensitua principiu est, & vt forma, & multo magis vt vtens. Simp. 3. de ani. sec. 1. tex. 149. c. 53. col. 2.

Animæ sensitua principalis facultas est, quam mas obtinet, quod scilicet concoquat, constituat, fecernat semen, quod in se principium formæ efficientis obtinet, nam vegetalem, etiam femina præbet. Io. gram. de gener. ani. 4. cap. 1. c. 74. col. 1.

Animæ, & corpori communia sunt, sentire, irasci & concupiscere, & huiusmodi cætera. Io. gram. 1. de ani. tex. 2. c. 6. col. 3.

Anima tota eandem rationem ad sensituum corpus habet, quam vnusquisque sensus ad suum subiectum sensorium. Io. gra. 2. de ani. tex. 9. c. 73. col. 3.

Animæ sensituiæ operatio dum patet, rationis solius hominis est operatio. Eusta. 1. ethic. c. 6. ch. 48.

Anima sensibilis non est attributa complexionem, multo minus intellectus. Auer. 3. de ani. tex. 6. c. 167. col. 1.

Anima sensibilis impedit intellectum in maiori parte. Auer. 3. de ani. tex. 51. c. 185. col. 1.

Anima recipit formas cõtriorum in simul. de sensibili Joquif. Auer. de sen. & sen. ex paraphras. c. 193. col. 1.

Animæ sensibilis actio, est communis animæ & corpori, quia non agit sine instrumentis. Auer. de som. & vig. c. 201. col. 1.

Anima sensitua, vitalem animam fumens, in partemque sibi constituens, vnicum, ac multiforme iudicium, capit, de quibus potest capere. Boet. in Por. c. 46.

Anima sensibilis, cum dicat vltiorem determinationem, etiam vltius determinatū esse donat, & hoc est sentire, quod est quoddam viuere specificatū. Alb. mag. de mort. & vit. trac. 1. cap. 2. c. 58. col. 4.

Anima sensibilis educitur ex materia suæ generationis, habente virtutem formatiuam ex assimilatione cum virtutibus membrorum generantium; & ideo est virtus operans, & patiens naturaliter in corporis organo, & nullas omnino præter ipsum habens proprias operationes, vel passiones. Alb. de nat. & orig. ani. trac. 1. cap. 4. c. 65. col. 3.

Anima est in corpore, primùm per substantialem actum, sedẽ habens in corde, & ex illo influens membris omnibus partiales potestates alijs principaliores, & membra principalia vocatur: alijs minus principaliter. Alb. mag. de pri. mot. pro. trac. 2. cap. 11. c. 184. col. 4.

Anima in sensituo est non secundum esse anime, sed secundum esse distincti & determinati ad sensituum. Alb. mag. de cau. & proces. vniuer. a cau. 1. l. 2. trac. 2. cap. 26. c. 215. col. 3.

Anima corpori vnitur, sed nõ per medium, alioqui si per vegetabilem vniretur, vegetabilis esset accidens, sed immediate animæ sensibilis essentia corpori animalis coniungitur, quæ plurimas habet virtutes, quarum aliæ sunt vegetatiuæ, aliæ sensibiles: & ideo vegetatiuum est in sensituo; vt potentia, & pars potestatis eius, & non præcedit ipsum vt dispositio. Alb. mag. 1. de ani. trac. 2. cap. 7. c. 7. col. 2.

Animæ sensibilis omnis potentia differunt in homine, & in cæteris animantibus. Alb. mag. 3. de ani. trac. 4. cap. 10. c. 48. col. 1.

Animæ animalium defectio, quæ est in virtute cognoscitiua, ostendit, quod non solum ab alio quodam habet vim cognoscitiuam, sed etiam quod multum distat ab illo, quod est prima causa, & finis cognitionis. Alb. mag. de intel. & intel. pri. trac. 1. cap. 2. c. 50. col. 3.

Anima sensibilis non scitur, nisi sciatur opera eius, & passiones, cuius opera sunt agere per sensum, & sensuum organa. Alber. mag. de intel. & intel. pri. tract. 1. cap. 2. char. 50. col. 3.

Animæ visa quantumcunque propria, & determinata, non mouent nisi corpus illi animæ mouenti coniunctum: nec tunc semper mouent, sed cum sunt, vt appetitæ, vel delectatæ, cum non coniunctis vero non habent cõmunicantiam, ideo ea non mouent. Alb. mag. 3. metaph. trac. 3. cap. 1. c. 93. col. 3.

Animæ operationes, & non motus, sunt appetere, & velle. D. Tho. 1. de ani. l. 6. tex. 41. ch. 9. col. 2.

Anima est actus, vt scientia, quia in hoc quod anima inest, inest animali somnus, & vigilia. D. Tho. 2. de ani. l. 1. tex. 6. c. 21. col. 1.

Anima,

Anima, etsi sit in toto corpore, tamen eius vis motiua est principaliter in corde. D. Tho. 2. de ani. l. 18. tex. 90. c. 39. col. 4.

Anima sensitua non est in exteriori superficie oculi, sed intra. D. Tho. de sen. & sens. l. 5. ch. 6. col. 2.

Anima, iuxta dispositionem, magis, & minus mouetur presente delectabili. D. Tho. de ani. mo. l. 2. c. 57. col. 3.

Animæ sensituiæ, & nutritiuæ partes operantur in pulsu naturæ: sola autem pars animæ rationalis est domina sui actus, in quo differt a rebus inanimatis. D. Tho. 9. metaph. l. 1. tex. 3. c. 633.

Anima, vt vegetatiua.

A Nimæ vegetatiua, & alijs inest, & prima, & maxime communis potestatis est animæ, secundum quam inest ipsum viuere omnibus, cuius opera sunt, & generare, & alimento. vti. Arist. 2. de anima. su. 3. cap. 1. tex. 33. c. 623.

Animam vegetabilem in conceptibus, & seminibus nondum separatis, haberi potentia statuendum est non actu, priusquam eo modo, quo conceptus, qui iam separantur, cibum trahant, & officio eius omnino fungantur, vitam enim stirpis viuunt, & sic de anima sensuali, & intellectu pari modo dicendum est: omnes enim potestatis prius haberi, quam actu necesse est. Ari. de gen. ani. 2. cap. 3. c. 151.

Anima vegetabilis, & quæ iram, & cupiditates præstat, & continet, non potest intelligi, quia ratione a corpore separari conueniat. Them. 1. de ani. cap. 24. tex. 60. char. 62. col. 1.

Anima vegetabilis in ijs, quæ a terra gignuntur, a reliquis potestatis animæ separatur: sola enim in plâtis conspicitur. Them. 2. de ani. cap. 8. tex. 15. c. 71. col. 3.

Animæ vegetabilis tria sunt officia: alterare, augere, gignere: primum necessarium est, vt quod attingit essentiam, quæ sine hac conseruari nequit, secundum ad magnitudinem: tertium ad prolem edendam institutum est. Them. 2. de ani. cap. 17. tex. 48. c. 73. col. 4.

Animæ vegetabilis vis, qua animantes sibi simile procreant, nobilissima, & præcipua est: deinde ea, quæ alterat, & quæ auget. Them. 2. de ani. cap. 18. c. 73. col. 4.

Anima auctiua, vegetabilis, præditum omne animatum est. Io. gra. de gen. ani. 2. cap. 1. c. 32. col. 3.

Anima vegetatiua est prior natura, non dignitate. Ioan. gra. 1. de ani. tex. 8. ch. 8. col. 1.

Animæ vegetatiuæ non adsumt motus, & sensus. Io. gra. 1. de ani. tex. 19. ch. 12. col. 2.

Anima plantalis maxime per contemplationem operatur: & id magis in somnijs, vbi reliquæ animæ potestatis quiescunt: & ideo tunc maxime digestiones fiunt, & venere nos, & si nolimus, inuadunt. Ioan. gram. in 2. de ani. c. 34. col. 3.

Anima vegetabilis educitur ab interiori virtute, seminis per virtutem formatiuam, & in materia immergitur, & vt substantia, in qua est virtus formatiua ipsius. Alb. mag. de nat. & orig. ani. trac. 1. cap. 3. c. 68. col. 2.

Anima vegetatiua, cum non operetur nisi instrumento aliquo naturali, & materiali, quod est calor, vel frigus, humidum, vel siccum: ideo non est perfecta anima, sed vocatur animæ quædam pars. Alb. mag. de nat. & orig. ani. trac. 1. cap. 3. c. 68. col. 2.

Anima vegetabilis materia obligata est, & nullam formam concipit separata a materia, & est virtus operans in corpore, & si non sit virtus corporea. Alb. mag. de nat. & orig. ani. trac. 1. cap. 3. c. 68. col. 3.

Anima vegetabilis, & sensibilis non sunt eiusdem rationis in homine, & in plantis, & in animalibus brutis; quia istæ potestatis sunt in homine secundum esse animæ rationalis. Alb. magn. de nat. & orig. ani. trac. 1. cap. 6. c. 70. col. 1.

Anima vegetatiua est magis similis vigiliæ continuæ; quia quantum ad nutritiuæ opera, semper agit operationes vitæ, nec ab eis vnquam quiescit, quandiu in corpore manet. Albert. magn. 2. de anim. tract. 1. cap. 2. c. 13. col. 2.

Anima plantæ, cum sit imperfecta in ordine animarum, ideo non requirit magnam diuersitatem in partibus: & ideo totius anima in parte conseruari potest. D. Tho. 2. de ani. l. 4. tex. 20. c. 23. col. 4.

Anima vegetabilis, nutrit, auget, & generat. D. Tho. 2. de ani. l. 9. tex. 49. c. 30. col. 3.

Animæ vegetabilis operationes non dicuntur passiones. D. Tho. ethic. 2. l. 5. c. 26. col. 4.

Anima, vt nutritiua.

A Nimæ nutritiua potentia ab alijs separari possibile est: alia autem ab hac impossibile est, in mortalibus: in vegetabilibus autem manifestum, nulla enim alia est animæ potentia. Aristot. 2. de anima. su. 1. cap. 2. tex. 13. c. 617.

Animæ principium nutritiuum virtus est, quæ potentia talis est, vt possit conseruare habens ipsum secundum quod est huiusmodi, & alimentum præparat ad operandum. Arist. 2. de ani. su. 2. cap. 2. tex. 48. c. 627.

Animam nutritiuam necesse est, quodcumque viuunt, habere a generatione vsque ad corruptionem. Arist. 3. de ani. su. 3. cap. 1. tex. 59. c. 669.

Anima nutritiua ab alijs animæ potestatis separatur, aliarum verò nulla sine hac existit. Arist. de som. & vig. cap. 1. c. 47.

Animæ nutritiuæ principium in medio trium particularum, id est in pectore, secundum sensum esse videtur. Arist. de iuuent. sen. vit. & mor. & respir. cap. 1. c. 301.

Anima nutritiua actu vna est, in habentibus potentia plures. Aristot. de iuuent. sen. vit. & mor. & respir. cap. 1. c. 301.

Animæ vis nutritrix, & concupiscibilis nõ debet existimari propria hominis. Arist. mora. eud. 2. cap. 2. c. 383.

Animæ altricis potestatis functio est tam ali, & incrementum sumere, quam seminanti simile quippiã gignere. Alex. aphrod. 1. de ani. cap. 9. c. 34. col. 2.

Anima altrix, vt agat, alimento indiget, circa quod eius actio versatur, sic sentiens, quia circa sensilia functionem exercet, sensilibus rebus indiget, quas excipere & iudicare nata est. Alex. aphrod. prim. de anim. cap. 12. char. 35. col. 1.

Animæ vis nutritrix, omnium potestatum animæ imperfectissima existimatur. Alex. aphrod. pri. de anim. cap. 32. c. 42. col. 2.

Animæ vis altrix circa cor residere affeueratur, cor enim est vt vitæ functio. Alex. aphrod. pri. de anim. cap. 32. char. 42. col. 2.

Anima nutritrix & vitalis, quod in corde sedẽ habeant, indicium affert hoc, quod primum ex omnibus corporis partibus cor formatur, & vltimū demoritur. Alex. aphrod. 1. de ani. cap. 32. c. 42. col. 3.

Animæ vis altrix est illa, quam practicam appellant, ad quã impulsio, & appetitus vis pertinet. Alex. aphrod. 1. de ani. cap. 32. c. 43. col. 1.

Animæ potestas nutritiua in tria diuiditur, vt nutriat, vt augeat, vt procreet, & gignat. Arist. aphrod. 2. de ani. c. 11. c. 44. col. 1.

Animatum esse oportet, quod nutritur, non autem nutritriens. Simp. 2. de ani. tex. 46. c. 32. col. 2.

Animatum nihil esse potest sine virtute nutritiua, quod de mortalibus intelligendum; nihil enim vtilitatis in immortalibus affert nutritio, quia nec incrementum, nec decretio est. Ioan. grammat. 2. de anima. tex. 15. char. 39. col. 4.

Animæ facultas actiua est, quæ ad perfectam formam adducit,

ducit, quod eam habet; ad quod, cum peruenit, potest omnes naturales operationes perficere. Ioan. gra. 2. de ani. tex. 48. c. 48. col. 1.
Animæ potentia nutritiua, per quam uiuimus, & sensitua, per quam animalia dicuntur, vnum & idem subiecto sunt, ratione differunt. Mich. ephes. de iuuent. sen. de vit. & mor. ch. 29. col. 2.
Animæ potentiam nutritiuam in corde esse hinc argumentari possumus, quod ipsa subministrat materiam humiditatis, & caloris, & locus circa cor talis est. Mich. ephes. de iuuent. & sen. de vit. & mor. c. 29. col. 2.
Animæ potentiam nutritiuam in corde esse facile ex hoc colligere possumus, quod in vitæ defectu, & morte vltimum cor frigidat, vt resoluta iam ac deficiente natura: & idcirco ad principium retrocedente. Mich. ephes. de iuuent. & sen. de vit. & mor. c. 29. col. 2.
Anima nutritiua nunquam inuenitur in animalibus, nisi secundum postremam perfectionem. Auer. 2. de ani. su. pri. tex. 5. c. 127. col. 3.
Animæ nutritiua virtutes sunt attractiua cibi, expulsiua excrementi, retentiua alimenti, discretiua excrementi ab ipso alimento. Auer. de gen. anim. 2. cap. 4. char. 226. col. 3.
Animata sunt omnia ea, quæ nutriuntur. Alber. mag. de nutri. & nutrit. trac. 1. cap. 2. ch. 64. col. 1.
Anima principaliter est causa alimenti in rebus viuentibus. D. Tho. 2. de ani. l. 7. tex. 39. c. 28. col. 4.

Anima, vt impulsiva.

Animæ appetitiua & impulsiva vis in corde existit, ab ipso enim instrumenta motionis exeunt. Alex. aphrod. 1. de ani. cap. 32. ch. 42. col. 4.
Animæ impulsiva potestas, est tanquam imaginationis finis, & ascensionis, hæc enim illius gratia sunt. Alex. aphrod. 2. de ani. cap. 11. ch. 44. col. 1.
Animæ vis actiua, & impulsiva, alia imperat, alia paret: proprie enim impulsuum imperat, quod appetitiuum vocatur: paret autem potestas vocalis, quæ neruos extrahens vocatur. Alex. aphrod. 2. de anim. cap. 11. char. 44. col. 2.
Animæ potentia impulsiva & appetitiua potentia est, per quam animalia mouentur. Mich. ephes. de anim. motu. c. 49. col. 2.

Anima, vt de ipsa habetur scientia.

Animæ historia est honorabilior, tum propter certitudinem, tum quia est meliorum, & mirabiliorum. Arist. de anim. pri. su. pri. cap. 1. tex. 1. ch. 587.
Animæ cognitio multum confert ad veritatem, maxime ad naturam; est enim tanquam animalium principium. Arist. de anim. pri. su. pri. cap. 1. tex. 2. ch. 587.
Animæ difficillimum est accipere aliquam fidem. Arist. de anim. pri. su. pri. cap. 1. tex. 4. c. 588.
Animæ consideratio naturalis est, quia materiam recipit in definitione passionum animæ. Arist. 1. de ani. su. pri. cap. 1. tex. 15. c. 590.
Animæ tractatus multas habet difficultates, quia difficillimum est illius potestates ac functiones ijs, quæ de ipsa dicuntur, consentanea, & concordant ratione coniungere, quæ omni corporea virtute diuina, & maiora esse existimantur. Alex. aphrod. pri. de anim. cap. 2. char. 30.
Animæ actiones nemò tractare poterit, nisi de functionibus animalium, & eorum, quæ viuunt, sermonem fecerit. Alex. aphrod. de sen. & sen. in proce. c. 4. col. 1.
Animæ scientia vitilis est ad omnes partes philosophiæ. Them. 1. de ani. cap. 1. tex. 1. char. 66. col. 3.
Animæ inquisitio in duas res tantum digeritur: ipsam animæ substantiam, & eius accidentia, facile id fiet, si sub

quo genere sit, declarabitur, & non tantum commune, & primum, sed proprium. Them. pri. de ani. cap. 3. ch. 61. col. 1.
Animæ princeps quæstio est, an actu; vel potentia sit. Them. pri. de ani. cap. 3. ch. 61. col. 1.
Animæ tractatio pertinet ad naturalem philosophum, vt est animalis forma: sed reuera consequitur naturalem tractationem, & supra naturalem, est enim quoddam medium. Simp. proce. de ani. col. 4.
Animæ tractatus de sola animalium anima est. Simp. proce. de ani. col. 4.
Anima, vt inseparabilis, pertinet ad naturalem; vt separabilis, ad Metaphysicum. Simp. pri. de ani. text. 17. char. 5. col. 3.
Animæ vniuersæ demonstrationes secundo loco animæ nostræ conueniunt. Simp. pri. de ani. text. 49. char. 12. col. 4.
Animæ tractatio difficilis est, quia ipsius differentiarum constitutarum cognitio difficilis est. Io. gra. in pri. de anima. tex. 4. ch. 6. col. 2.
Animam moueri, vel non moueri, solo sermone opinio Arist. à Platone differt. Io. gra. prim. de ani. tex. 36. ch. 17. col. 2.
Animæ tractatio insequitur librum de animalium incessu. Mich. ephes. de ani. incessu. c. 62. col. 4.
Animæ scientia subiectum est nobilissimum alij philosophiæ partium subiectis: & similiter demonstratio, quæ in scientia de anima fit, est magis firma, quam ea, quæ fit in alijs naturalibus libris. Auer. prim. de anim. text. 1. c. 108. col. 3.
Animæ scientiæ nobilitas ad alias scientias tribus inuenitur modis. Primo, vt est pars nobilissima illius scientiæ. Secundo, quia pluribus scientijs dat plura principia, & Morali finem vltimum hominis; Diuinæ substantiam sui subiecti. Tertio, est acquirere confirmationem in suis primis principijs; quia ex ea acquiritur cognitio causarum primarum propositionum. Auer. pri. de ani. tex. 1. c. 108. col. 3.
Animæ substantiam inuenire, est via ad inueniendum ipsius definitionem. Auer. pri. de ani. tex. 2. c. 109. col. 1.
Animæ definitio nunc data est ex ijs, quæ sunt, vt conclusiones in demonstratione. Auer. 2. de ani. sum. pri. tex. 12. c. 129. col. 3.
Animæ scientia est quid necessarium ad scientiam primam philosophiæ. Auer. 2. de anim. tex. 5. c. 166. col. 2.
Anima, etiam si non sit corpus mobile, quod subiectum est philosophiæ naturalis, est tamen principium essentialis talis corporis; ideo de ipsa inquirendum est in philosophia naturali. Alb. mag. prim. de anima. trac. 1. cap. 1. char. 1. col. 2.
Anima nihil nobilissimum, & antiquius: nobilissimum, quia est Diuinum quoddam, & optimum, quod a materia desideratur. antiquius, quia prior est definitione & intentione efficiētis, quod proprie animæ intellectuali conuenit, quæ est substantia diuina, ens ante omne corpus, & contrarietatem secundum ordinem naturæ. Alber. Mag. pri. de ani. tract. 2. cap. 12. ch. 10. col. 1.
Animæ cognitio omnis secundum congruentiam aliquam ei existit. Alb. Mag. 3. de ani. cap. 3. ch. 36. col. 1.
Animæ cōtemplationem perfecte habere cupienti, oportet scire obiecta, quæ proprias partibus animæ inseruntur passionibus. Albert. Magn. de intel. & intel. l. 1. trac. 1. cap. 1. c. 50. col. 2.

Anima antiquorum opiniones.

Animam esse ignem, dixit Democritus, id est atomos rotundæ speciei ignem & animam esse dixit, & similiter Leucippus. Aristot. pri. de ani. su. 2. cap. 1. tex. 20. char. 592.
Animam quidam ex Pithagoreis dixerunt esse ramenta, quæ

quæ sunt in aere: alij has mouens. Arist. pri. de ani. su. 2. cap. 1. tex. 22. c. 593.
Animam mouentem esse dixit Anaxagoras. Arist. 1. de ani. su. 2. cap. 1. tex. 25. c. 594.
Animam & intellectum idem ait Democritus. Arist. 1. de ani. su. 2. cap. 1. tex. 25. c. 594.
Animam ex elementis facit Plato, cognosci enim simile simili, res autem ex principijs sunt. Arist. 1. de ani. su. 2. cap. 1. tex. 26. c. 594.
Animam Thales opinari videtur motiuum aliquid, quia dixit lapidem animam habere, quoniam ferrum mouet. Arist. 1. de ani. su. 2. cap. 1. tex. 57. c. 595.
Animam immortalē esse Alchameon opinatus est, quia immortalibus assimilatur. Arist. pri. de anim. su. 1. cap. 1. 32. char. 596.
Animam aquam esse ex genitura, quæ humida est, existimat Hippo. Arist. 1. de ani. su. 2. cap. 1. tex. 32. c. 595.
Animam sanguinem esse existimat Eritius. Arist. 1. de ani. su. 2. cap. 1. tex. 32. c. 596.
Animam omnes definiunt tribus; motu, sensu, & incorporeo: & quia omnia cognoscit, ipsam faciunt ex omnibus principijs. Arist. 1. de ani. su. 2. cap. 1. tex. 33. c. 59.
Animam quicumque dicunt vnam causam, & vnum elementum, vnum ponunt: qui verò plura, & animam plura dicunt. Arist. 1. de ani. su. 2. cap. 1. tex. 34. c. 596.
Animam ex contrarijs faciunt, qui contrarietates ex principijs faciunt, at qui alterum contrariorum, hi quoque & ipsum aliquid horum ponunt. Arist. 1. de ani. su. 2. cap. 1. tex. 34. char. 597.
Animam mouere corpus dicunt quidam, vt ipsa mouetur, vt Democritus. Aristot. pri. de anim. su. 3. cap. 1. tex. 44. char. 599.
Animam magnitudinem esse non bene est dicere. Arist. 1. de ani. su. 3. cap. 1. tex. 46. char. 600.
Animam non miseri corpori consuetum est dicere, & multis placet. Aristot. primo. de anima. su. 3. cap. 1. tex. 40. char. 601.
Animam multi ponunt in corpus esse, & non determinant ob quam causam; & quomodo habetur in corpore. Arist. 1. de ani. su. 3. cap. 1. tex. 51. c. 602.
Animam per corpora meare est, iuxta Pithagoreorum fabulas. Arist. pri. de ani. su. 3. cap. 1. tex. 53. c. 602.
Animam harmoniam esse aiunt quidam; aiunt enim harmoniam esse temperamentum contrariorum. Arist. 1. de ani. su. 3. cap. 2. tex. 54. ch. 602.
Animam esse numerum seipsum mouentem, irrationalibus alijs opinionibus est. Arist. 1. de anim. su. 3. cap. 3. tex. 66. char. 675.
Animam dicunt esse, ex elementis, vt sentiat ea, quæ sunt, & vnumquodque cognoscit. Arist. 1. de ani. su. 3. cap. 5. tex. 75. char. 608.
Animam maxime definiunt Antiqui duabus differētis; motu secundum locum, & intelligere, & discernere, & sentire. Arist. 2. de ani. su. 7. cap. 1. tex. 150. c. 652.
Animam esse locum formarum bene dicunt, qui aiunt intellectuum non actu, sed potentia formæ. Arist. 3. de ani. cap. 1. tex. 6. ch. 657.
Animæ duplex est opinio: alij ipsam partem hominis tantum dicunt: alij totum. Aristot. 7. metaphys. cap. 13. tex. 39. char. 149.
Anima, cum secundum Platonem diuidatur in tres partes, rationalis virtus est prudentia; animosæ, mansuetudo, & fortitudo; cupidæ, temperantia & continentia; totius vero, iustitia, liberalitas, & animi magnitudo. Vitium vero est, rationalis, imprudentia; animosæ iracundia, & ignauia; cupidæ intemperantia & incontinentia; totius vero animæ, iniustitia, illiberalitas, & animi prauitas. Arist. de virtutibus. ch. 476.
Animæ substantiam Platonico more ex operationibus comprobatur Aristot. quod maxime fit in incorporeis, quibus nulla aut figura, aut color est. Simp. prim. de

anima. tex. 47. char. 11. colum. 1.
Animam numerum seipsum mouentem Xenocrates dicebat, ideo sub quantitate reducebat. Io. gram. 1. de ani. tex. 7. char. 7. col. 2.
Animam medici, cum temperamentum dicunt, ipsam sub qualitate reducunt. Io. gra. 1. de ani. tex. 6. c. 7. col. 2.
Animam, qui elementorum portionem aiunt, sub prædicamento ad aliquid reducunt. Ioan. gra. 1. de anim. tex. 61. char. 7. col. 2.
Animam seipsum moueri, cum dixit Plato, non intellexit de locali motu, sed voluntate, intelligentia, & opinione. Io. gra. 1. de ani. tex. 22. c. 13. col. 2.
Animam Democritus ita vt in vasculo claudit, Timeus cum corpore velut catenam esse affixam affirmat. Ioan. gram. 1. de ani. tex. 45. c. 20. col. 3.
Animam in diuersis corporis partibus existimauit esse Plato, non quod eam in illis partibus dequellat, sed quia aliam corporis partem ad aliam animæ potentiam accommodare se habere existimauit, vt cerebro rationalis, & sensitua; cordi irascibilis; hepati concupiscibilis. Io. gra. 1. de ani. tex. 89. c. 33. col. 3.
Animæ virtutem intelligibilem Plato esse dicebat in cerebro, concupiscibilem in corde, naturalem in hepate. Auer. 1. de ani. tex. 7. c. 109. col. 3.
Anima, iuxta Timei opinionem, non agit, nisi in quantum est spherica, & comprehendit harmoniam, & mouetur motibus harmonicis, id est, convenientibus, in quantum componitur ex elementis compositione harmonica; dixitque; narrando de creatore, composuit animam ex elementis prius magnitudine recta compositione harmonica, deinde incuruauit lineam, & fecit ipsam circulum, vt intelligat; & fecit illum circulum habere latitudinem, deinde diuisit circulum in duo, quorum vnum diuisit in septem, id est, orbem stellarum erraticarum, & orbem stellarum, ita quod posuit motus coeli eosdem cum motibus animæ, id est, quod coeli, & animæ actiones eadem sunt. Auer. pri. de ani. tex. 43. char. 117. col. 3.
Animam humanam post mortem conuertit ad intelligentiam, quod est agentis lumen, dixerunt Auicenna, & Algazel. & hanc sibi largissimam esse in omni formarum intelligibilium influenza, & manifestatione: & hanc esse optimam vitam, & summam delectationem. Alb. mag. de nat. & orig. ani. trac. 2. cap. 7. c. 74. col. 1.
Animas hominis Anaxagorei dixerunt post mortem nihil relinquere, nisi lumen intellectus primi, qui vniuersalis est causa generationis, & naturæ, quem secuti sunt Abubacher Maurus, & Auerroes, & alij Arabes philosophi. Alber. magn. de nat. & orig. anim. tract. 2. cap. 7. char. 74. col. 1.
Animam humanam iustitiam colentem post mortem in orbe supremo, psalmodia, & cantu, & iucunditate per maxima; obsecritatem autem sequentem dum in corpore manet, deprimi post mortem sub orbem tristem, & tenebrosam, & esse in tenebris & tristitia, & igne magno, & perpetuis incendijs cremari sensit Itac antiquissimus, sequens Epicureorum & Hesiodi opinionem. Albert. magn. de nat. & orig. anima. tract. 2. cap. 7. char. 74. colum. 1.
Animam secundum nouellum quorundam dogma post mortem cuiusuis animalis, quod secundum locum mouetur, separabilem esse a corpore apparet, & manet post corpus. Albert. magn. de nat. & orig. anim. tract. 2. cap. 7. char. 74. col. 1.
Animæ humanæ semen Plato similem Dijs Deorum esse asserit. Albert. magn. de natu. & orig. anima. tract. 2. cap. 7. char. 74. col. 1.
Animam dicens Anaxagoras non habere esse distinctum, sed esse reflexionis luminis agentis intellectus super sensibilem animam hominis, & subtracto eo, super quod fit reflexio, redire ad intellectum primum lumen ipsius

ipsum incorruptum, immixtum, & purum erravit; sic enim vegetatiuum, & sensitium in rationali, ut potentia in actu, sed potius ut speculum in lumine, quod reflectitur super ipsum. Alb. mag. de nat. & orig. ani. trac. 2. cap. 9. c. 74. col. 4.

Animam imperfectam, & turpitudini deditam, dicimus secundum Peripateticos manere obscuram, & tristem, & destitutam. Penæ autem quæ ipsi dentur per Philosophiam determinare non possumus. Alb. mag. de nat. & orig. ani. trac. 2. cap. 15. c. 77. col. 1.

Anima superiora in species apprehendit, & ab ijs, ad quæ motus astrorum inclinatur, liberè auertitur, & ab ea aduertitur per sapientiam; & intellectum. Alb. mag. de intel. pri. trac. 1. cap. 4. c. 50. col. 4.

Anima, iuxta Peripateticos, & Ptolomeum, præcipue non restringitur sub motibus astrorum. Alb. mag. de intel. & intel. l. i. cap. 4. char. 50. col. 4.

Animæ, quæ post mortem accidunt.

A Nimæ, qui quadam in corpore cupiditate ducuntur, post corporis interitum in corporis amore persistunt, in monumentisque (ut ferunt) versantur, in quibus vmbrales animorum species visæ sunt. Amo. in Por. char. 1. col. 3.

Animæ, si in inferno pati debet, cum incorporeum à nullo patitur, necesse est, ut illi adiunctum sit aliquod corpus, ut per consensum patitur. Ioan. gram. 1. de anim. ex procem. char. 5. col. 2.

Animam post mortem dixerunt Pithagorici transcorporari. Alber. magn. de nat. & orig. anim. tract. 2. cap. 7. char. 74. colum. 1.

Animam post mortem Ambrosiam, & Nectar in alimentum sumere, nullo modo est credendum. Alber. mag. de nat. & orig. ani. tract. 2. cap. 15. c. 77. col. 2.

Animas hominum Socrates, & Plato dixit, ad stellas cõpares post mortem redire. Alber. mag. de nat. & orig. ani. tract. 2. cap. 7. char. 4. col. 1.

Animæ post mortem suam opus duplex est. Primum de conuersione ad lumen intelligentiæ, & causæ primæ, ex qua fluunt ei formæ intelligibiles lucidæ, & puræ, in quibus continet speculatur bonitates intelligentiarum, & primæ causæ. Alterum opus animæ est, quod anima iam illuminatum, & confortatum intellectum habere per se potest ad rerum intellectum, ut nunc per reflexionem sui intelligibilis ad imaginationem, & sensum, ut ait Theophrastus, & omnes, qui Aristotelis doctrinam sequuntur. Alber. mag. de nat. & orig. anim. tract. 2. cap. 15. char. 77. col. 2.

Animæ prosperitatis post mortem est, si coniungatur ad motorem primum, ut ait Auerroes super 1. primæ philosophiæ. Alber. magn. ethic. pri. tract. 7. cap. 17. char. 24. colum. 2.

Animæ, quæ virtute, & sciëntia intellectum adeptum acquisierunt, felicitatem habent post mortem. Alb. mag. ethic. 1. tract. 7. cap. 17. ch. 24. col. 2.

Animæ mortuorum post mortem à viuus venias, & indulgentias, & suffragia accipiunt, ut ait Plato. Alber. mag. ethic. 1. tract. 7. cap. 17. char. 24. col. 2.

Animalia in vniuersali.

A Nimalium constitutio tota constat fortasse ex talibus, quæ differunt proprijs locis; nulla enim partium suarum habet regionem, cum omnes impotentia, quæ in animalibus insunt, præter naturam sint; ut senectus, & decrementum. Arist. 2. de celo. su. 2. cap. 7. tex. 37. char. 304.

Animal habet omnes virtutes, quæ sunt in plantis, & insuper multas alias, non autem vicissim. Aristot. 1. de plan. cap. 1. char. 366.

Animalium nullum folipes, & bicornis est. Arist. de hist. ani. 2. cap. 1. c. 41.

Animalibus omnibus, quibus sanguis est, est cor, & septum transuersum, quod præcordia & cinctus appellatur, sed in minoribus non probe spectari potest. Arist. de hist. animalium 2. capit. 15. char. 59.

Animalia omnia ætate prouecta magis pinguescunt, quam ætate nouella; sed præcipue, cum suæ longitudinis ac latitudinis modum adepta sunt augeri in profundum incipiunt. Arist. de hist. ani. 3. cap. 17. c. 97.

Animalia, quæ vel natura, vel arte bono sunt habitu, nec multum admodum sanguinem habent, velut ijs, quæ per aliquam potionem recentem sanguine exundant; nec parum, ut ijs, quæ nimium sunt obesa, quippe cum præpinguia omnia sanguinem, quamuis purum, paucum tamen habeant: & quò plus pinguedinis, eò minus possideant sanguinis. pingue enim omne exangue est. Arist. de hist. animalium 3. capit. 17. char. 98.

Animalibus omnibus voces propriè sunt ad hinnitum & venereum coitum. Arist. de hist. ani. 4. cap. 8. c. 137.

Animalium omnium commune est, ut cupidine, & voluptate rei venereæ gestiant, atque incitentur. Aristotel. de hist. or. animalium 6. capit. 18. char. 224.

Animalia omnia pinguiora sunt, quæ de locis descendunt frigidis, quam quæ de calidis; ut coturnices autumnò, quam vere: & appetentiora sunt verno tempore, cumque ex tepido discesserunt. Arist. de hist. animalium 8. capit. 12. char. 287.

Animalium genera quæcunque excessu inter se differunt, & plus & minus hæc recipiunt, hæc vni subiecta sunt generi; quæ autem proportionem recipiunt, hæc seorsum posita sunt. Aristot. de partibus animalium pri. cap. 4. c. 414.

Animalium genera, si quam similitudinem præferant, figuris fere partium, & totius corporis describuntur, quale genus auium aut piscium. Aristotel. de partibus ani. pri. capit. 4. c. 415.

Animalia sanguine carentia, nec adipem habent, nec seuum. Aristot. de partibus animal. 2. cap. 5. char. 435.

Animali nulli plura auxilia dedit natura, cui vnum esset satis. Aristot. de partibus animal. 2. cap. 1. char. 469.

Animalia omnia, excepto homine, formam gerunt pomilionis: est enim pomilio, cuius pars superior magna est; inferior, quæ sustinet pondus, & motum exercet, parua, & minime respondens superiori. Aristot. de partibus animalium 4. cap. 8. ch. 531.

Animal vniuersale, aut nihil est, aut posterius. Aristot. pri. de anima sum. 1. cap. 1. tex. 8. ch. 589.

Animal non contingit esse, nisi contingant, quæ ipsum perficiunt. Arist. de som. & vig. cap. 6. ch. 58.

Animalia omnia habent spiritum connatum, & ab illo robur accipiunt. Arist. de ani. motu. cap. 6. char. 91.

Animal constat, ut ciuitas bene legibus instituta, in qua etiam si semel statutus sit ordo, nil opus est alio; sed vnusquisque facit quæ propria sunt, ut ordinatum est, sic in animalibus; & ideo non oportet in vno quoque esse animam, sed in quodam principio corporis. Aristot. de ani. motu. cap. 7. ch. 92.

Animalia perfectiora sunt, quæ natura calidiora, & humidiora sunt, nec terrena constant. Arist. de gen. ani. 2. cap. 1. char. 142.

Animalia Maris maiora sunt, & vegetiora quam terræ; quia solis vis consumendo, quæ terram ambiunt, copiam detrahit nutrimenti, quam obrem, quæ abditam vitam agunt, vegetiora sunt: & cum his omnibus incommodis marinum genus immune sit, merito tum adolefcere potest corpore ampliori, & vegetiori. Arist. problem. sec. 10. char. 445. 54.

Animalium nullum suauiter olet, excepta Panthera, quæ etiam ipsa non nisi bene olet bestijs; ferunt enim suauem hanc olentiam ab hac respirari. Stirpium verò multæ

multæ & integræ bene olent, & corruptæ & aridæ magis suauem reddunt odorè. mali odoris causa cruditas excrementi causa est: at plantæ non habent excrementum, & si aliquid inest, quia sicca & calida sunt natura humor eorum non feculentus est, sed concoqui expeditius potest. Arist. proble. sec. 13. ch. 478. 4.

Animalia demersa in mare plus temporis possunt tolerare, quam in fluuio; quia fluuialis humor tenuior saliens copiosius strangulat. Aristot. problem. sec. 23. q. 14. char. 558.

Animalia, si ingrediantur in quodam loco iugis magnitudine, iuxta Bifaltas Graetomæ regionis pereunt repente. Arist. de admir. aud. c. 866. 117.

Animalia composita sunt ex cholera citrina, calida, sicca, igni simili: ex sanguine calido, humido, simile aeri: ex phlegmate frigido, humido, simile aquæ: cholera nigra simile terræ in siccitate & frigore. Et cum vnum horum addit supra mensuram, secundum quam componitur ex eo, accidit nocumentum: & cum occupat vnum istorum elementorum, aliquid animal interficit illud. Arist. de cau. propriet. elem. cap. 1. c. 950.

Animal semper laborat, ut naturales disputationes testantur, quæ videre & audire esse molestum afferunt; sed consueti iam sumus. Aristotel. ethicor. 7. nicom. cap. 14. char. 186.

Animalium est causa anima, & potestas hæc animæ igni consimilis est, cui, quicquid immerferis, absomet: at si non obieceris, ne quidem ad capiendum impellitur, & hæc pars ad felicitatem nil adiuuat. Aristot. mag. mora. 1. cap. 5. ch. 579.

Animal constat ex anima, & corpore; quorum alterum paret secundum naturam, alterum imperat. Arist. polit. 1. cap. 3. ch. 494.

Animalia irrationalia tam mansueta, quam fera melius est ut homini pareant, sic enim salutem recipiunt. Arist. polit. 1. cap. 3. ch. 495.

Animalia omnia esse hominis causa existimandū est, mansueta quidem propter vtilitatem, & cibum; fera vero & si non omnia, at plurima propter cibum, & alia adiuuenta ex illis sunt. Arist. polit. 1. cap. 5. c. 501.

Animal vniuersale aut nihil est, quia non naturam propriam significat, sed est accidens alicui rei accidens; aut si etiã quis quod hoc pacto est ens dicat, posterius erit illo cui inest; quia rem oportet esse priorem quâ sit accidens. Alex. aphro. pri. nat. q. cap. 11. c. 3.

Animal per animam sensitiuam animal est: a cæteris enim omnibus, quæ animalia non sunt, animal differens animal est, forma etiam animæ anima est. Alex. aphrod. 1. de ani. cap. 3. ch. 31. col. 1.

Animalium essentia in calido, & humido maximè versatur. Alex. aphrod. 1. de anim. cap. 12. c. 35. col. 2.

Animal ex anima constat & corpore, quoniam aliud est subiectum, aliud forma. Alex. aphrod. 2. de anim. cap. 2. ch. 43. col. 3.

Animalia dum iugulantur, cur assidue calcitrant propter dolorem potius quam quod conuellantur. Alex. aphro. problem. 2. c. 735. 35.

Animal rectè dici non potest ex anima & corpore existere, nisi hæc ut forma, illud ut materia operetur. Them. 2. de anim. cap. 3. ch. 70. col. 2.

Animal, & cadauer per animam cognoscuntur. Them. 2. de ani. cap. 3. tex. 4. ch. 70. col. 2.

Animal consistere nequit, si ratio victus ei desit, quia potentia eius, quæ substantiam tuetur, vsus esse sine materia, & fomento non potest. Them. 2. de ani. cap. 17. tex. 48. ch. 73. col. 4.

Animal nullum, homine excepto, animi particeps est, sed non nulla phantasia valent. Them. 3. de anim. cap. 10. tex. 125. ch. 82. col. 3.

Animal nullum, homine excepto, confidit, timet, spirat; sed tantum delectatur & dolet. Them. 3. de anima,

cap. 38. tex. 19. char. 87. col. 1.

Animalia, quæ habent pulmonem, necesse est ut respiret. Ammo. in Por. char. 1. col. 1.

Animalia multa non habent caput. Simp. in præd. ch. 48. Animalia per animam sunt talia entia designata, suoque caractere à cæteris, & inter se disiuncta. Simp. 2. phy. char. 92. col. 1.

Animalia cum patiuntur, si secundum sensus patiuntur sentiunt; at cum albesunt & huiuscemodi patiuntur, aliquando non sentiunt. Simp. 7. phy. ch. 376. col. 1.

Animalia non sunt mundi partes, sed vniuersi effectus. Simp. 2. de celo. tex. 1. co. 1. ch. 55. col. 2.

Animalium integræ species esse possunt, ita degentes ob sui extremam perfectionem, vt eorum indiuidua omnia sine semine nascantur, sintque veluti in animalibus tota diminuta. Simp. 2. de ani. tex. 34. ch. 31.

Animal, quod primo intuitu à longe proficiscens aspiciamus, ac cognoscimus, non vt genus cognoscimus, sed vt indefinitum singulare, quod est particulare. Io. gra. pri. phys. char. 4. col. 1.

Animal nullum, in substantiam animalis transmutari potest. Io. gra. pri. phy. tex. 77. ch. 28. col. 3.

Animalia non essent, nisi esset sol. Ioan. gram. 2. phys. chart. 31. col. 2.

Animalia in seipsis omnis motus principium in se habent. Io. gra. 2. phy. char. 32. col. 1.

Animal, vt substantia est, definitur potest: vt vniuersale autem non est in substantia. Ioan. gra. pri. de ani. te. 8. char. 8. col. 1.

Animalia omnia, quæ imaginationem habent, habent & appetitum. Io. gra. 3. de ani. tex. 44. ch. 94. col. 1.

Animalia, quæ eiusdem speciei de alio plus excrementi secernunt, calidiora sunt his, quæ minus. Io. gra. de gener. ani. 2. cap. 1. char. 74. col. 2.

Animal, & imago idem esse possunt, alio & alio modo. Mich. ephes. de mem. & rem. ch. 4. col. 1.

Animal ab Aristotele comparatur ciuitati sanctis constitutæ legibus; sed ea, quæ à ciuitatis legibus statuuntur ab ipsaque fiunt, sunt consuetudines; quæ autè ab aialii sunt, sunt natura. Mich. ephes. de ani. mot. c. 52. c. 3.

Animalia bruta ad latera cœli suum summum habent. Mich. ephes. de ani. iu. c. 55. col. 2.

Animal omne non vtrinque dentatum ruminat. Michael. ephes. de partibus ani. 3. cap. 3. c. 127.

Animali non accidit appetitus, nisi ex imaginatione. Auer. phy. 8. te. 20. c. 161. col. 4.

Animalia, quæ non inueniuntur in tota habitatione terræ, nisi in aliquo loco, sunt propria illius loci. Auer. 2. de celo. tex. 111. ch. 80. col. 2.

Animalium perfectorum, & imperfectorum naturam nos non decet negligere; in illis enim elucescit Diuina natura, non vt est animal nobile, sed vt est animal ignobile. Auer. de partibus ani. 1. cap. 5. ch. 67.

Animal quanto est maioris molis, tanto plus participat partem terrestrem. Auer. de partibus ani. 2. cap. 9. ch. 74.

Animal omne habet os, habet gustum, aliquem. Auer. 2. de ani. tex. 31. ch. 133. col. 1.

Animalium principium propinquum est apud Arist. virtus animata, & remotum, corporum cœlestium formæ. Auer. epit. Metaph. tract. 2. c. 174. col. 1.

Animal omne, quod sensu viget, nascitur, nutritur, & alitur. Boet. in Por. ch. 46.

Animalia in communi duos ventres habentia sunt, quæ dentibus carent, vt cibum non sufficienter diuitem bis possit conterere. Alb. Mag. in post. c. 216. col. 1.

Animalia omnia, præter hominem, pilos variant secundum pilorum varietatem. Alb. Mag. 2. Meteor. tract. 3. cap. 19. ch. 95. col. 3.

Animalia omnia similia non habent viscera, vt lumbrici terræ & huiuscemodi. Alb. Mag. de nutriment. & nutriment. tract. 1. cap. 2. ch. 64. col. 2.

Animalia occidere sacrilegium esse existimavit Pithagoras. Albert. Magn. de nat. & orig. anim. tract. 1. cap. 8. char. 74. col. 3.

Animalia, quæ cadunt ab altissimo, mortua sunt antequam ad terram deueniant; quia occupata sunt ab aere simplici, & cum locus, & locatum connaturalia sint, ideo ipsorum cōtrarietas corrumpit, quia corpus compositum à continente sibi cōtrario corrumpitur. Alb. Mag. de nat. loc. dist. 1. cap. 2. ch. 93. col. 1.

Animal nullum habitat in igne. Alb. Mag. de prop. elem. 1. trac. 1. cap. 2. ch. 105. col. 4.

Animalia mutantur in lapides, & maximè in lapides salfos. Albert. Magn. primo, de mineral. tract. 2. cap. 8. char. 138. col. 1.

Animalia omnia Agrestia ferè de die in locis habitatis absconduntur, propter timorem hominis. Alber. Mag. de ani. 1. trac. 1. cap. 3. ch. 2. col. 4.

Animalium domesticorum genera omnia inueniuntur etiam Agrestia, vt homo, equus, porcus, ouis. Alb. Mag. de ani. 1. trac. 1. cap. 3. ch. 2. col. 4. Idem Alb. de anim. 2. tract. 1. cap. 2. ch. 30. col. 1.

Animal omne propriam vocem habet, per quam vocat clamando socium tempore coitus. Alb. Mag. de anim. 4. tract. 2. cap. 2. ch. 51. col. 1.

Animalia omnia habentia pilos curtos, & crispas, hiemè grauius patiuntur; quia calida, & sicca sunt, ac poros habent, per quos maxime intrat frigus. Alber. Mag. de ani. 7. tract. 1. cap. 5. ch. 66. col. 1.

Animalia subtile habentia corium, eiciunt a se senectutem, id est, vetustum pilum. Alb. Mag. de anim. 7. tract. 1. cap. 9. ch. 67. col. 4.

Animalia mutant locum ob duas causas, vel propter aeris mutationem, vel propter cibum. Alb. Mag. de ani. 7. tract. 3. cap. 3. ch. 71. col. 4.

Animal siue paruum, siue magnum sit, in ipso virtutes naturales sunt, quibus, & opera ipsius, & accidentia animalia, quæ passiones animæ vocantur, perficiantur. Alb. Mag. de ani. 8. tract. 1. cap. 1. ch. 72. col. 3.

Animalium defectus, & profectus causatur ex aere, & cibis diuersarum prouinciarum. Alb. Mag. de ani. trac. 3. cap. 5. ch. 72. col. 2.

Animalia omnia testiculos habentia castrari possunt, sed diuersimode. Albert. Magn. de anim. 5. tract. 5. cap. 3. char. 83. col. 3.

Animalia castrata non solum mores mutant, sed etiã formas. Alb. Mag. de ani. 8. trac. 5. cap. 3. c. 83. col. 3.

Animal omne castratum plus elongatur quàm non castratum, & manufactiora sunt per castrationem. Alb. Mag. de ani. 8. trac. 5. cap. 3. ch. 83. col. 4.

Animalia omnia domestica cornuta ruminant. Alb. Mag. de ani. 8. tract. 5. cap. 4. ch. 83. col. 4.

Animalia omnia primò habent in matrice caput superius, postea tempore partus vertunt caput inferius, quia partus naturalis est hoc modo. Alb. Mag. de ani. 9. trac. 1. cap. 7. ch. 88. col. 3.

Animalia omnia post partum ossa omnia perfecta habent, in figura & connexione. Alber. Mag. de ani. 9. tract. 1. cap. 8. ch. 89. col. 1.

Animalia omnia, quæ non differunt accidentibus proprijs, nisi secundum maius, & minus, illa vniuntur nomine vno, vt in comparatis ad inuicem vna est natura. Alb. Mag. de ani. 11. tract. 2. cap. 2. ch. 99. col. 4.

Animalium vilium vilitas non est ex artifice, sed ex materia. Albert. Magn. de animal. 11. tract. 1. cap. 3. char. 100. colum. 2.

Animalia, quorum humor naturalis est multæ aquositatis, & cibo in frigidatur, sunt timida; quia sanguis circa cor fugit propter frigus. Alber. Mag. de ani. 12. tract. 2. cap. 1. ch. 105. col. 4.

Animalis magnitudo maximè est propter ossium longitudinem. Alb. Mag. de ani. 16. tract. 2. cap. 6. c. 144. col. 1.

Animalia rubea vel nigra in omni specie animalis, sunt magis saporosa, quam alba; quia calorè illi colores designant, & calor meliorè digestionem facit, cū in membris secundum naturam abundet. Alb. Mag. de ani. 19. cap. 8. ch. 161. col. 3.

Animalia cuncta, homine excepto, qui rationis iudicio in suis operibus dirigitur, quodā naturali instinctu ad suos actus aguntur. D. Tho. in post. c. 36. col. 3.

Animal vel consideratur, vt est vnū in multis, aut de multis, aut vt est animal, & hoc vel vt est in rerum natura, vel vt est in intellectu. D. Thom. primo, de animal. l. 4. tex. 8. ch. 2. col. 2.

Animalia habentia sanguinem, habent maiorem calorem naturalem, quam ea, quæ sanguine carent. D. Tho. 2. de ani. l. 18. tex. 89. c. 39. col. 3.

Animalia irrationalia, quæ solo appetitu sensitio aguntur, in suis motibus, vt plurimum insequuntur impressiones corporum cælestium. D. Tho. 3. de anim. l. 4. tex. 150. c. 51. col. 2.

Animal, est animal per sensum. D. Tho. de anim. mot. l. 1. char. 46. col. 1.

Animal omne calidum est & humidum; quia calidum sine humido stare non potest, quia humidum est proprium calidi subiectum. Petr. de Aluer. de long. & breui. vit. l. 3. c. 60. col. 2.

Animalia omnia in frigidatione indigēt, quia caliditatem habent. Petr. de Aluer. de iuuen. sen. mor. vit. & respir. l. 11. c. 74. col. 3.

Animalium diuisio.

Animalium naturæ propria sunt dextrū & sinistrum, ideo manifestè animalibus inesse videntur his quidem omnes tales partes, his autem aliquæ: plantis autem sursum, & deorsum solum. Aristot. 2. de celo. su. 2. cap. 1. tex. 7. c. 293.

Animalia alia sexu femineo carent, alia non generant, alia motum nullum habent, alia diuersorum colorum, alia quemadmodum alia, quæ partum sibi dissimilè edunt, alia e terra crescunt, aut arboribus. Aristot. 1. de plantis cap. 1. char. 361.

Animalia alia easdem partes habent, sed non in eadē parte, vt mammæ alijs sunt in pectore, alijs in alia parte. Aristot. de hist. ani. 1. cap. 1. ch. 5.

Animalium differentia sumi debet, aut per vitas, aut per actiones, aut per mores, aut per partes. Aristot. de histor. ani. 1. cap. 1. c. 5.

Animalium alia sunt aquatilia, alia terrestria. Aristot. de hist. ani. 1. cap. 1. c. 5.

Animalia aquatilia, alia in fluuido degunt, victumq; petunt ex humore, quem etiam per vices accipiunt, & reddunt, nec viuere possunt nisi versentur in humore. Alia degunt in fluuido victumq; inde emoliuntur, sed aërem non humorem recipiunt, & foris parere solent. Et horum alia sunt gressilia vt Lutris, Latax, & Cocodrillus: alia volucra, vt Mergi & Vrinatrices, & quæ nullis pedibus innituntur, vt Natrix: non nulla cum victum in humore exerceant, nec foris viuere possint, nihil vel aeris, vel humoris recipiunt, vt Vrtice, & Ostrea. Aristot. de hist. ani. 1. cap. 1. ch. 5.

Animalium terrestrium alia accipiunt, redduntq; aerem, quæ respiratio nominatur, vt homo, & quæcunque habent pulmonem; alia quamuis aerem non recipiant, tamen sedem in terra perpetuo tenent, & victum inde capiunt: vt vespæ, apes, & reliqua insecta. Aristot. de histor. ani. 1. cap. 1. ch. 6.

Animalia alia sede stabili degunt, alia mutabili & vaga. Sedes stabilis in humore tantum est. Terrestrium nulla statu immutabili viuunt. At aquatiliū plura faxis affixa vitam omnem traducunt, vt conchæ genera quam plura. Aristot. de hist. ani. 1. cap. 1. ch. 6.

Animalium

Animalibus vis alijs nandi tributa est; vt piscibus, mollibus, crustatis vt locustis: alia ambulare possunt, vt cancrorum genus, quippe quod quamquam suapte natura aquatile est, tamen vim habet ambulandi. Aristot. de hist. ani. 1. cap. 7. ch. 7.

Animalia terrestria alia volucres sunt, vt aues, vt apes, quæ modo quodam inter se differunt: alia pedestria, quorū alia gressilia, alia reptilia, alia tractilia sunt. Aristot. de hist. ani. 1. cap. 1. ch. 7.

Animalia ciuilia sunt, quæ labori cōmunicant idem, quarum opus communi efficitur opera, munusque idem omni est, quod non omnibus gregalibus competit; vt homo, apes, vespa, formica, grus. Quarum aliæ sub duce degunt, vt grus, & apes; aliæ nulli subditæ imperio sunt, vt formicæ, & alia innumera genera. Aristot. de hist. ani. 1. cap. 1. ch. 8.

Animalia tam ex gregalibus quàm ex solitarijs, alia sunt, quæ sedem nunquam mutant: alia, quæ mutare statuto tempore solent: alia, quæ carne vescuntur; alia stugibus; alia omnia attingunt. Et non desunt, quæ cibo sui generis vtantur, vt apes, vt aranci. Apes enim melle, & quibusdam alijs dulcibus aluntur: aranei venatu muscarum viuunt. Nonnulla piscibus vescuntur: alia vim habent venandi, aut ingenio recondendi cibi dotata sunt: alia ad neutrum apta. Aristot. de histor. animal. 1. cap. 1. char. 8.

Animalium, alia domicilia sibi parant, vt talpa, mus, formica, musca, apis: alia nullis se includere casis patiuntur. Aristot. de hist. ani. 1. cap. 1. ch. 8.

Animalium, alia caernas subeunt, vt lacerti, & serpentes: alia per summa telluris degunt, vt canis, & equus: alia foramina sibi excauant: alia nunquam eo munere funguntur. Aristot. de hist. ani. 1. cap. 1. ch. 8.

Animalia alia noctu vagantur, vt noctua, & vespertilio: alia interdiu tantum. Aristot. de hist. ani. 1. cap. 1. ch. 9.

Animalia alia sunt cicura, alia fera, alia perpetuò cicura vt homo, & mulus, alia perpetuò fera, vt panthera & lupus: non nulla facile mæfescere possunt, vt elephantes. At genera, quæ fera sunt, placida quoque reperiri possunt; vt fues, equi, homines, oues, capræ, canes, boves. Aristot. de hist. ani. 1. cap. 1. ch. 9.

Animalia alia muta sunt omnino, alia strepitum tantum edunt, alia vocem etiam formant; quarum alia loqui possunt, alia vocem solum nullis exprimendam literis reddunt, alia loquacia, alia taciturna; alia oscinia, alia inoscinia. Aristot. de hist. ani. 1. cap. 1. ch. 9.

Animalia alia camporum incolata sunt, vt palumbes; alia montium, vt vppæ; alia cum hominibus degere solent, vt columbi. Aristot. de hist. ani. 1. cap. 1. ch. 9.

Animalia alia copia libidinis gaudet, vt perdicum genus, & gallinaceorum; alia minus venere valent, vt quæ coruinam speciem gerunt, quæ raro core solent. Aristot. de histor. ani. 1. cap. 1. ch. 9.

Animalium marinarum alia pelagica sunt, alia littoralia, alia saxatilia. Aristot. de hist. ani. 1. cap. 1. ch. 9.

Animalium alijs data est vis dimicandi, alijs ingenium cauendi, & euitandi. Aristot. de hist. ani. 1. cap. 1. ch. 9.

Animal omne humorem cōtinet, quo si priuetur, aut per vim, aut per naturam, in perniciem agitur, sed in alijs, & alijs diuersus est: nam in alijs est sanguis & vena, in alijs, quod ijs proportione respondet: & alterum Fibra, alterum Sanies dicitur. Aristot. de histor. animal. 1. cap. 4. char. 11.

Animalium alia sanguinem habent, vt homo, & equus, & omnia, quæ aut perfecta pedibus carent, aut binis quaternisve pedibus constant. Alia exanguia sunt, vt apes, vespæ: atque inter marina, sepia, & locusta. Denique omnia, quæ pedes plufquam quaternos habent. Aristot. de hist. ani. 1. cap. 4. ch. 12.

Animalium, alia animal perfectum gignunt, alia ouum, alia vermem. Animal procreant, quæ pilis integuntur,

& inter aquatilia, cæte, & delphini, & quæ cartilaginea vocantur. Quorum alteris fistula data est, branchiæ defunt, vt delphinis, à dorso; balenis, in fronte: alteris branchiæ detectæ, vt mustello, raia, & reliquis generis eiusdem. Aristot. de hist. ani. 1. cap. 5. c. 12.

Animalia alia pedes habent, alia non: & quæ pedes habent, aut binos, vt homines, & aues; aut quaternos, vt lacerti, canes; aut plures, vt centipedes, & apes. Aristot. de hist. ani. 1. cap. 5. ch. 13.

Animalium genera, in quæ omnia reducuntur, sunt, auis, piscis, cetus; quæ sanguinem habent. Testa intestum, quod Ostreum vel Concha appellatur, & crusta inclusum aliud, vt locusta, cancri & gammarum: molle aliud, vt lolij & sepia. Adde insecta: quæ omnia sanguine carent. Inter reliqua animalium genera, quod ab vno contineantur, nullum est: sed aut simplex est, vt homo: aut diuidi potest in species, sed nullis nominibus distinctas. Quæ enim quadrupeda sunt non pennata, omnia sanguinem habent: alia animal pariunt, alia ouum, ita vt dici possint hæc Ouipara, illa Viuipara. Aristot. de hist. ani. 1. cap. 6. char. 15.

Animalia audiendi sensum obtinentia, alia auriculas habent, alia non, & meatus audiendi illis patent, vt ijs, quæ penna aut cortice squamave integuntur. At quæ animal generant, auriculas habent omnia, præter vitulum marinum, & delphinum, & ceraria. At vitulus habet meatus manifestos: delphinus autè audit quidem, sed nullis cauernis, quæ præstent vicem aurium. Aristot. de hist. ani. 1. cap. 11. ch. 21.

Animalia illa cornigera sunt, alia mutila, quæ cornigera, magna ex parte bifurca sunt, vt bos, ceruus. Aristot. de hist. ani. 2. cap. 1. c. 41.

Animalia alia dentes habent exertos, vt apri; alia sunt sine his; alia habent dentes serratos, vt leo, panthera, canes; alia continuos habent, vt equus, & bos. Aristot. de hist. ani. 2. cap. 11. char. 45.

Animalium, quæ sanguine carent, plura sunt genera. Primum, quæ mollia appellamus, vt sepia, quæ foris carne molli obducta, solidum intus modo sanguinei generis continent. Secundum, quæ crustis tenuibus operiuntur, id est, quæ partem solidam foris, intus mollem obtinent; vt cancri, & locustæ. Tertium, quæ silicea testa conclusa muniuntur, in quibus pars carnea intus solida, foris fragilis, & ruptilis non collisilis; vt concharū, & ostrearū. Quartum, insecta omnia, quod genus multas, & varias animalium species complectitur. Aristot. de hist. ani. 4. cap. 1. c. 106.

Animalium crusta intestorum primū genus est locusta. Aliud, quod gammarū appellant. Tertium genus squilla est. Quartum cancer, quorū sane plura sunt genera. Aristot. de hist. ani. 4. cap. 4. ch. 111.

Animalia mollia crusta, vel testa aperta, ac insecta, sensibus omnibus prædita esse constat; vt mel apes, formicæ, origani puluisculo, & sulphuris in suis cauernis iniecto aufugiunt, & eas derelinquunt. Aristot. de hist. ani. 4. cap. 8. char. 134.

Animalia commune stirpibus habent, quod alia femine, alia sponte oriuntur. Aristot. de hist. ani. 5. cap. 1. ch. 146.

Animalia alia perinde vt plantæ officio procreandi funguntur suis temporibus: alia in enutrienda quoque prole laborant, sed cum perfecerint desistunt, nec vllam insu per seruant societatem: alia ciuiliū cum prole agunt. Aristot. de hist. ani. 8. cap. 1. c. 269.

Animalia alia subsidium in locis consuetis appetunt, alia peregrè proficiscuntur. Iam ab autumnali equinoctio ex Ponto, locisq; frigidis fugiunt hyemem venturā. A verno autè ex tepida regione ad frigidā sese conferunt, estus metu futuri. Alia de locis vicinis descendunt, alia de vltimis propè dixerim, vt grues, quæ ex Scythicis cāpis ad paludes Aegypto superiores, vnde Nilus profuit, veniunt. Aristot. de hist. ani. 8. cap. 12. ch. 287.

Animalia diuidenda sunt ijs rebus, quæ sitæ sunt in substantia, non in ijs, quæ accidunt. Arist. de partib. anim. 1. cap. 3. char. 411.

Animalia urbana & syluestria reperiuntur, vt homines, equi, boues, canes, in terra Indica sues, capræ, oues. Arist. de partib. anim. 1. cap. 3. ch. 412.

Animalia non sunt diuidenda bipartita illa diuisione, sic enim aut fieri non potest, vt institutum assequamur, cum idem in plures cadat diuisiones, & contraria veniant in eandem: aut vna tantum proueniet differentia, quæ vel simplex, vel per complexionem speciem ultimam referat: sed si non differentia differentiam accipis, diuisionem effici continuum, vt orationem coniunctione vnam necesse est. Aristot. de partib. animal. 1. cap. 3. char. 413.

Animalia alia habent omnes animæ potentias, alia quædam, & alia omnes sensus, alia quosdam. Aristot. 2. de anim. sum. 1. cap. 2. tex. 23. char. 619.

Animalia alia per coitum maris & foemine gignuntur, in quibus sexus vterque est: non enim in omnibus, sed in præditis sanguine paucis quibusdam exceptis alterum mas, alterum femina perfectum euadit. exanguia quædam marem, & foeminam habent, vt procreant: alia procreant quidem, sed non sui generis prolem, quæ non ex coitu animalium, sed ex terra putri prodeunt, aut ex excrementis. Arist. de gen. ani. 1. cap. 1. ch. 96.

Animalia sanguine carentia quatuor sunt: crustatum, molle, insectum, testatum. Aristot. de gener. anim. 1. cap. 14. char. 110.

Animalia viuipara alia animal perfectum, alia imperfectum pariunt. Solipedes & bisulcæ perfectum multifidæ complures imperfectum; quia solipedes singulos pariunt: bisulcæ aut singulos, aut binos: & nutrire pauca facile est. multifidæ multiparæ sunt. quo fit, vt partum adhuc recentem alere possint, auctum non possunt. Sola inter multipara sus perfectos edit. Arist. de gen. ani. 4. cap. 6. ch. 251.

Animalia alia sunt unicolora, vt leones omnes sunt fului: alia versicolora: alia toticolora, quorum corpus totum habet eundem colorem, sed non omnia eundem, vt bos totus albus est, vel totus niger. Alia varia, & id dupliciter: aut genere, vt panthera, & pauo: aut non genere, sed parte, vt capræ. Toticolora facile transeunt in alium colorem, quod non faciunt unicolora. Arist. de gener. anim. 5. cap. 6. char. 281.

Animalia alia pingua sunt subcute, alia intra carnem, alia vtroque modo. Nam, quibus est densa caro, subcute humor cogitur, quia semper supereminet, & concoctus pingue facit. Quæ vero carne sunt rariore, hæc optima intra carnem redduntur. Quæ vero vtroque modo se habent, vtroque etiam pinguescunt. Aristot. prob. sec. 10. q. 3. ch. 426.

Animalia alia parentes sectantur statim, alia sero, vt homo, vel vix, vel nunquam; quia alia citò vim cognoscendi acquirunt, alia sero, & alia sibi rei commodè sensum obtinent, alia carent. At quæ sensum rei commodæ, & sui corporis perfectionem sortiuntur, hæc parentem sectari protinus queunt. Quæ non vtrunque, hæc non idem faciunt. Arist. probl. sec. 10. q. 34. ch. 436.

Animalia alia post partum scire solent, vt canis, & sus: alia nihil efferantur, vt mulier, ouis; quia quæ superuacua redundant materia, hæc suam clementiam seruant. Quibus autem secretio non à vacantibus sed integris fieri solet materijs, hæc exasperantur, & sequuntur. Vnde fit, vt extenuatio iram mouet ratione habitus: vt etiam gallinæ faciunt, non cum pepererint, sed cum incubant, ratione inedia. Arist. probl. sec. 10. q. 37. ch. 437.

Animalia alia seruant diutius, quæ sub sensu sunt, alia non seruant: & horum alia omnino non seruant, vt mulcæ, vermiculi: alia exiliter, & auiculæ quædam. Them. 2. post. cap. 34. ch. 12. col. 4.

Animalia alia solum sentiunt, alia in ipsis formatur modus sensibilis. Io. gram. 2. post. cap. 18. c. 74. col. 4.

Animalium species quatuor sunt: alia cœlum, alia terram, alia aquam, alia ærem incolunt. Io. gra. 1. de ani. tex. 26. c. 14. col. 2.

Animalia natura sicca ac terrena, aut pennata, aut corticata, aut squamata sunt. Ioan. gra. de gener. ani. 2. cap. 1. c. 30. col. 2.

Animalia quæ insunt, trifariam diuiduntur: vel enim sunt ex necessitate propter finem, id est, quod non datur finis absque illa re; vt visus, qui non est sine oculo: vel quia finis requisitus ad id meliori modo habetur; vt sensuum duplicatio; vel quia animal obtinet eas res ex necessitate materie; vt egressus superfluum excrementi. Auer. de partib. ani. 1. cap. 1. c. 64.

Animalia irrationalia quædam habent motum, & sensum solum: quædam etiam, præter hoc imaginationem. Auer. de ani. beatit. cap. 5. c. 66. col. 2.

Animalia alia naturæ, vt arbores, & quædam irrationalia animalia; alia syderibus, vt pecudes; alia rationi subiecta sunt, vt homines. Boe. in li. de inter. c. 372.

Animalia alia sunt gressibilia, alia volatilia, alia natantia, alia reptilia. Alb. Magn. de mot. animalium 2. tract. 2. cap. 1. char. 46. col. 4.

Animalia terrestria, alia ærem intrinsecus recipiunt, vt anhelantia: alia non recipiunt manifeste, licet intrinsecus recipiant per poros occultos, vt apes, & vesperæ. Alb. Mag. de anima. 1. tract. 1. cap. 3. c. 2. col. 1.

Animalia alia manent in sua forma, vt homo: alia, de formam in formam transeunt, vt Eruca. Alb. Magn. de animalibus 1. tract. 1. cap. 3. c. 2. col. 2.

Animalia alia pedes habent, alia non: & habentia alia duo, vt homo; alia quatuor, vt equus; alia sex & sic vsque ad viginti; vltra quem numerum non inuenit Albertus animal plures pedes habere. Alb. Mag. de animalibus. 1. tract. 1. cap. 7. char. 4. col. 4.

Animalium volatiliū alia plumas habent, alia naturæ mediæ sunt inter membranas, & pennas, vt apes: & alia sunt membranalia, vt vesperationes. Alb. Mag. de animal. 1. tract. 1. cap. 7. char. 5. col. 1.

Animalia alia sunt natantia, alia volatilia, alia gressibilia, alia reptilia. Alb. Mag. de ani. 1. tract. 1. cap. 8. c. 5. c. 1.

Animalia sanguinem non habentia sunt aut marina, aut terrestria, aut volatilia alas membranales habentia. Alb. Mag. de ani. 4. tract. 1. cap. 1. c. 45. col. 4.

Animalia alia habent omnia sensuum instrumenta, alia non. Alb. Mag. de anim. 4. tract. 2. cap. 1. c. 50. col. 1.

Animalia naturales diuersitates hænt, secundum loca, in quibus manent, & secundum hoc, quædam sunt gressibilia, quæ super ærem ambulant, quædam sunt marina natantia. Alber. Magn. de ani. 7. tractat. 1. capit. 2. char. 63. col. 3.

Animal diuidimus in ambulans & natans, propter tres causas. Prima, quia recipit ad refrigerium pectoris aerem vel aquam. Secunda similitudo complexionis ad aerem vel aquam. Tertia, quia in aqua, vel in terra, aut in aere quærit nutrimentum. Alb. Magn. de ani. 7. tract. 1. cap. 2. c. 64. col. 1.

Animalium triplex est gradus. Alius, in quo non est nisi tactus, nec mouentur de loco ad locum, & memoriam non habent, & si habent, solum habent in præsentia sensibilis tantum. Alia sunt animalia, quæ habent sensum, & memoriam, & hæc mouentur ad aliquod distans, & secunda possunt habere aliquem gradum prudentiæ. Tertia sunt, quæ habent auditum. Alex. de ales. pri. metaph. c. 4. col. 1.

Animalia bruta quædam agunt vniiformiter, & quasi quodam instinctu naturali, vt aranea facit telam, & in hoc opere non est prudentia. Alia faciunt tales operationes, in quibus contingit difformitas aliqua, vt formicæ opus, quod quidem similitudine quadam sine prudentia esse non potest. Alc. de ales. 1. metaph. c. 4. co. 2.

Animalia quid sint.

Animal est corpus animatum. Arist. 3. de ani. su. 3. cap. 1. tex. 63. c. 670.

Animal humidum est, & calidum, & huius viuere tale est. Arist. de long. & breu. vit. cap. 3. ch. 295.

Animal est substantia animata sensibilis. Porph. 5. voc. cap. 4. char. 44.

Animal est corpus nutritibile, sensitiuum sensu tactus. Auer. de partib. animal. cap. 1. c. 68.

Animalia imperfecta sunt, quæ nata ex putri materia non indigent sexu, cum non generent, & sunt animalia, quæ non mutant locum. Alber. mag. de veg. 1. tract. 1. cap. 4. char. 123. col. 2.

Animalium proprietates.

Animalium omnium vocalium mos est, vt sui hinnitus tempore, potissimum canant, & blasterent. Arist. de hist. anim. 1. cap. 1. char. 9.

Animal, quod tantum volatile sit, vt piscis natatilis solum, nullum nouimus: nam quæ pennis cuteis volant, ingredi possunt: vnde vesperilio habet pedes, & vitulus marinus pedes habet minutos. Sic non nullæ aues depedes sunt, quæ apedes à paruitate pedum nuncupantur. Arist. de hist. ani. 1. cap. 1. c. 7.

Animalia viribus pollent, quæ iniuriam vel inferant alijs, vel illatam sibi propulsent, seque defendant. Arist. de histor. anim. 1. cap. 1. ch. 9.

Animalia cauta, & prouida sunt, quæ aliquid in seipsis præsidij habent contra inferendam iniuriam. Arist. de hist. anim. 1. cap. 1. char. 9.

Animalia differunt moribus: nam alia mitia sunt, & remissa, & minime pernicacia sunt, vt boues: alia animata, pernicacia, bruta omnino, vt sues siluestres: alia ingeniosa, & timida, vt cerui, & lepores, & cuniculi: alia illiberalia, perfida, insidiosa, vt serpentes: alia liberalia, fortia, & nobilia, vt leones: alia generosa, ferocia, & insidiosa, vt lupi: alia astuta, malitiosa, & callida, vt vulpes: alia animosa & amatricia, & assentatrica, vt canes: alia mansuetudini addicta, vt elephantes: alia verecunda, & cauta, vt anseres: alia inuida, ornata & polituræ studiosa, vt pauones. Arist. de hist. anim. 1. cap. 1. char. 10.

Animalia latent, & exeunt, vt sibi contra vtriusque temporis opulentur exuperantiam. Arist. de hist. anim. 8. cap. 13. char. 291.

Animalia sanguinei generis multa se condunt, vt ea quæ intercepta sunt cortice, videlicet lacerti, stelliones, crocodili fluuiales. Mensibus quatuor frigidissimis hæc latent, nihilque comedunt: Cætera serpentina cauernas subeunt terræ, sed viperæ sub faxis conduntur. Arist. de hist. ani. 8. cap. 15. ch. 292.

Animalium genera multa apparent magnis imbris, quæ nunquam antea visa fuerunt. Aristot. de histor. anim. 8. cap. 15. char. 294.

Animalium parum viuientium mores minus sæpe percipiuntur: viuaciorum euidentiores sunt. Aristot. de histor. anim. 9. cap. 1. char. 314.

Animalia habere vim quædam naturalem, in quaui animi affectione videntur; id est, prudentia, stultitia, fortitudine, ignauia, clementia, acerbitate, & reliquis habitibus generis eiusdem: & in nonnullis etiam commune aliquid disciplinæ eruditionisq; habetur. Aristot. de hist. anim. 9. cap. 1. c. 314.

Animalia, quæ eadem loca incolunt, ac eisdem vescuntur cibis, inter se pugnant: nam si victus penuria sit, fit ob eam rem, vt vel eiusdem generis animantes inter se pugnant conferant. Vitulus enim marinus mas cum mare pugnat, & foemina cum foemina, donec alter ab alio, vel occidatur, vel eiciatur, & idem eorum catuli

faciunt. Aristoteles de historia animalium 9. capit. primo, char. 315.

Animalia carniuora & oppugnantur à cæteris omnibus, & ipsa cum cæteris pugnant; quia victus his ab animalibus est. vnde Augures sua diffidia, & confidia colligunt: diffidio, bella & discordias statuunt, confidio, pacem. Arist. de hist. anim. 9. cap. 1. char. 316.

Animalia alia sunt semper infesta inuicem, alia vt homo, cum ita res tulerit. Aristot. de historia animalium 9. cap. 1. char. 318.

Animalia, quibus ruminare in more est, proficiunt delectanturque non minus in ruminando quam edendo. Arist. de hist. anim. 9. cap. 50. char. 379.

Animalia vtrinque dentata quædam ruminant vt mures pontici, & piscis, quem ab ea re quidam ruminalem appellat. Arist. de hist. anim. 9. cap. 50. ch. 379.

Animalia exanguia timidiora sunt sanguineis. Aristot. de partib. anim. 2. cap. 4. ch. 434.

Animalia, quorum sanguis fibris multis abundat, crassus que refertus est, terrena natura constant, & animosa, iracunda, perindeque furibunda sunt: ira enim caloriga est. Arist. de part. ani. 2. cap. 4. ch. 434.

Animalia, quæ domestica sunt, & fera reperiuntur; at quæ fera, non item domestica; vel quia res praua facilis ortu est, & in eam expedite mutari potest. domesticum melius est: omne ferum prauum. Aristot. problem. sec. 10. q. 44. c. 440.

Animalia omnia fortia corpore sunt duriore, quia animositas cum calore est; metus enim refrigeratio est. Quorum igitur sanguis amplius feruet, hæc & robustiora, & animosiora sunt: sanguis autem corporibus alimentis est. Arist. problem. sec. 10. q. 59. c. 446.

Animal non omne boni est capax. Alex. aphrod. pri. prior. cap. 11. ch. 25. col. 1.

Animalia irrationalia ad apparens iucundum tantum tendunt, propter restrictum, ad vnum aliquod respicientia: id est, iucundum. Ratio latiore contemplatione, & appetitum, & ad multa se dilatantem, aliquando in bonum, aliquando in iucundum intuetur. Simp. 3. de ani. sec. 2. tex. 57. c. 81. col. 1.

Animalia vncungua, quia ex venatione victum possident, eorum excrementum in pennarum incrementum absumit natura, vt in volatu ocus ferantur. Io. gram. de gen. anim. 3. cap. 1. ch. 54. col. 4.

Animalium vncorum corpus siccum & calidum est. Io. gra. de gen. ani. 3. cap. 1. c. 54. col. 4.

Animalia omnia, quæ venatione victum quærunt, difficulter alimentum sibi vendicant. Io. gram. de gener. anim. 3. cap. 1. ch. 55. col. 1.

Animalia calidioris cerebri partes ignitas in oculis habent, vt leo, lupus, serpens, catus: & ita oculi eorum illuminant medium, vt noctis tempore venentur. Alb. Mag. de sen. & sen. trac. 1. cap. 10. c. 6. col. 4.

Animalia cor magnum habentia, & spiritum paucum, & frigidum sanguinem, sunt timida. multum, vt lepus; quia spiritus tenuis & paucus recurrit ad cor magnum, retinetur, & non calefit propter frigus sanguinis, & remanent illa animalia constricta. Alb. Mag. de mot. ani. 1. trac. 2. cap. 6. ch. 44. col. 4.

Animalia habentia cor magnum, & spiritum multum, & spiritum multum, & sanguinem calidum, sunt valde ferocia, & audacia; & simile est de hominibus, quia cor magnum & spiritus multus, & calidus, cum ad cor recurrit, calefit, & subtiliatur, & cum impetu ingrediens implet totum corpus, & mouet. Alb. mag. de mot. ani. 1. trac. 2. cap. 6. ch. 44. col. 3.

Animalia eodem in loco commorantia, siue sint eiusdem speciei, siue diuersarum, sæpe preliantur simul, & maxime si cibus est paucus, & non omnibus. Alber. Mag. de anim. 8. trac. 1. cap. 2. ch. 73. col. 1.

Animal nullum impugnat filios, cum filij indigeant pa-

rentum prouisione. Alber. Magn. de anim. 8. tract. 1. cap. 2. char. 73. col. 1.
 Animalia anulosa sunt magis artificiosa cæteris, & inter ea apes, & araneæ. Alber. mag. de anim. 8. tract. 4. cap. 1. char. 75. col. 2.
 Animal nullum disciplinabile est cum instinctu naturæ. Alb. mag. de ani. 2. 1. cap. 3. ch. 170. col. 3.
 Animalia omnia, homine excepto, à natura operantur, homo solus à proposito. D. Thom. de mot. cord. opus. 35. char. 83. colum. 2.

Animalia, ut cognoscunt.

A nimalia viuunt imaginationibus, & memorijs, que modicum habent experimenti. Arist. 1. metaphys. 1. cap. 1. char. 4.
 Animalium omnium homo solus rationalis est, vimque consulendi obtinet. Alexand. aphrod. 3. natu. quæst. cap. 3. char. 15.
 Animalia memoria prædita cognoscunt, & suum ab alio dignoscere valent. Alexand. aphrod. 1. metaphys. co. 2. char. 3. colum. 2.
 Animalia bruta acutioribus sensibus præstant quam nos in cognoscendis particulæbus, vniuersalia autem non cognoscunt. Amos. in prædic. ch. 19.
 Animalia, in quibus res sensibus perceptæ non manifestant, nihil sine sensu cognoscunt. Them. 2. post. cap. 34. char. 12. colum. 4.
 Animalia perfecta non tantum memoria res tenere, sed & connectere, quæ in memoria considerunt, possunt. Them. 2. post. cap. 34. char. 12. col. 4.
 Animal omne non tantum præsentia cognoscit, sed etiam præterita memoria reponit ea; quæ longius, ac breuius, prout potest, custodit: nil tamen ex illis imaginationibus cõsulis colligere potest, nec oblita memoria recolligere potest. Boet. in Por. c. 46.
 Animalia bruta non sunt susceptibilia disciplinæ per iudicium. Alb. mag. in topic. ch. 250. col. 3.
 Animalia irrationalia non speculantur, quia speculatio non fit sine ratione, & intellectu. Alb. magn. de anim. 8. tract. 6. cap. 1. char. 84. col. 4.
 Animalium quædam solo nature instinctu opera prouidentia participant, sine omni præmeditatione futurorum. Alb. mag. de ani. 8. trac. 2. cap. 2. c. 85. col. 1.
 Animalium naturas considerantes, magis debemus considerare dispositionem animæ, quam materiæ. Alber. mag. de ani. 1. 1. trac. 1. cap. 3. c. 97. col. 4.
 Animal, quicquid operatur, potest non operari: siue sit sensibile, siue animal rationale, æqualiter se habet ad operari, & non operari. Alber. magn. ethic. 1. tract. 7. cap. 6. char. 20. col. 4.
 Animalia, homine excepto, non habent opinionem licet habeant phantasiam, quia non possunt uti syllogismo, per quem vnum præeligant alteri, sed deliberatio rationis habet illam, scilicet opinionem, alias non faceret ex pluribus phantasmatis vnum. D. Thom. 3. de ani. l. 16. tex. 57. ch. 66. col. 1.

Animalis partes.

A nimalium partes sæpe mouentur præter naturam, iuxta positiones, & motus modos. Arist. phys. 8. su. Pri. cap. 2. tex. 27. char. 306.
 Animalium calidissimorum secundum ventrem, accidit calidissimam esse subsidentiam. Aristot. meteor. sum. 1. cap. 1. char. 505.
 Animalium partes aut in composita sunt, quæ scilicet in similes partes diuiduntur, ut caro; aut composita, quæ apta sunt fecari in partes dissimiles, ut manus. Quo in genere non modo partes sunt, verum etiam membra, ut caput, pes. Arist. de histor. ani. 1. cap. 1. ch. 3.

Animalia omnia non habent partes, quæ cibi excrementum emittitur. Arist. de hist. ani. 1. cap. 2. c. 10.
 Animalia, quæ habent illam partem, in qua capitur excrementum humidum, hæc sicci quoque receptaculum habent: at quæ sicci habent, non habent etiam humidi. Arist. de hist. ani. 1. cap. 2. c. 11.
 Animalia alia vuluam habent, alia, quod vuluæ proportionem respondet. Arist. de hist. ani. 1. cap. 3. c. 11.
 Animal solipes, & vnicorne est, ut asinus indicus, qui etiam solus talum in solipidum genere possidet. Ari. de hist. ani. 2. cap. 1. char. 41.
 Animal vnicornis, & bifidus est Oryx. Arist. de histor. ani. 2. cap. 1. char. 41.
 Animalia quædam bifida sunt, & iubam habent, cornua bina, orbem inflexu mutuo colligentia gerunt. ut Bónafus, qui est in Pconia, & Medica terra gignitur. Ari. de histor. ani. 2. cap. 1. char. 42.
 Animalia non nulla ex aduerso mingunt, ut linx, leo, camelus, lepus. Arist. de hist. ani. 2. cap. 1. c. 44.
 Animalia omnia quadrupeda sanguinea ouipara, dentes habent, sed variè; alia sunt vtrinque, alia altero dentium ordine carent. Aristot. de histor. animal. 2. cap. 1. char. 45.
 Animal nullum simul & cornua habet, & dentes exertos, nec quod dentes ferratos habeat, & simul vel cornua vel exertos dentes habeat. Aristot. de histor. ani. 2. cap. 1. char. 45.
 Animalia omnia cortice intacta, ut lacertæ, coniuuent palpebra inferiori, quamquam non more auium nitentur. Arist. de hist. ani. 2. cap. 1. c. 54.
 Animal nullum circa ventrem os habet. Arist. de histor. ani. 3. cap. 7. char. 85.
 Animalia omnia, quæ sanguinem habent, dorso consistunt, aut osseo, aut spineo: cætera ossa alijs insunt, alijs desunt. Arist. de hist. ani. 3. cap. 7. c. 87.
 Animalia, quæ linguam liberam, & absolutam non habent, ea neque vocem emittunt, nec sermocinantur; at sonum elidere alijs partibus possunt. Arist. de hist. ani. 4. cap. 9. char. 136.
 Animalia pedibus carentia, longoque corpore existentia, ut serpentes, & murenæ, ijs coitus circumplexu mutuo supinarum partium agitur, & serpentes ita circumuolutæ cohærent, ut vnius serpentis bicipitis corpus totum esse videatur, & similiter lacertæ cocunt. Arist. de hist. ani. 5. cap. 4. c. 149.
 Animalia omnia, quibus est vmbilicus, per ipsum vmbilicum augentur, hic acetabulis vuluæ adhæret si sunt: sed si leuis est vulua, ipsi vuluæ adhæret vena subiecta. Arist. de hist. ani. 7. cap. 8. ch. 262.
 Animal vel anima, vel pars animæ, vel non sine anima est: quam primum enim à corpore anima discessit animal esse desinit. Arist. de partib. ani. 1. cap. 1. ch. 405.
 Animalibus duæ partes maximè necessariae sunt: vna, qua cibum capiunt: altera, qua excrementum mittunt. Arist. de partib. ani. 2. cap. 10. ch. 448.
 Animalium bifidorum maior pars cornua gerit, & solipedum nonnulla. Aristot. de partibus animalium 3. cap. 1. char. 468.
 Animalia continentiora ad cibi desiderium, suo in aluo laxiores sinus non habent, sed anfractus & orbis plures continent, nec recto intestino vtuntur, quia laxitas intestini auget auiditatem cibi, & rectitudo accelerat auiditatem. Aristot. de partibus animalium 3. cap. 54. char. 502.
 Animalibus partes cibo accommodatæ non sunt eadem omnibus. Arist. de partib. ani. 4. cap. 5. ch. 519.
 Animalis pars superior est, quæ à capite vsque ad excrementi ostium pertendit, qua peccus etiam continetur. hominibus hæc pars modice ad inferiora condita est, multoque minor adultis iam, perfectisque euadit. infantibus enim è diuerso est: superior magna, inferior minor.

minor. ideo serpunt infantes, nec ambulare possunt, sed immobiles iacent. Arist. de partib. ani. 4. capit. 10. char. 531.
 Animalia digitata, & cornu vacua, forma quidem & ipsa pomillionis sunt, sed minus, quamobrem pars earum inferior ad superiorem defectus ratione incrementum capeffit. Arist. de partibus animalium 4. cap. 10. char. 532.
 Animalium parua inter digitata, posteriores quinque digitos obtinent, quia serpere solent, ut vnguibus numerosioribus apprehendendo, facilius obrepant ad sublimiora. Aristot. de partibus animalium 4. capit. 10. char. 539.
 Animalia sanguinea, ouipara partim quadrupeda, alia expeda, ut serpentes, linguam in ore omnia continent, præter crocodilum fluuiatilem, ut enim terrestre obtinet locum lingue, sic aquaticum lingua priuatur. Arist. de partib. ani. 4. cap. 11. ch. 542.
 Animalia omnia non solum habent summum, & imum, sed etiam ante & retro: in quo enim est sensus, ibi est ante; in quo non est, ibi est retro, atque etiam, quæ mouere se possunt, dextrum & sinistrum habent. Arist. de ani. incessu cap. 4. ch. 563.
 Animalia partem vmbilico subiectam maiorem, quam superiorem pertinentem ad peccus habentia, vita breui sunt; quia venter ipsius breuitatem frigidus est: & ut vim concoquendi paruum obtinet, sic excrementis redundare aptissimus est, & morbis patent, qui tali ventre constitent. Aristot. problem. sec. 10. quæst. 63. char. 448.
 Animalium partes existentes in toto, non habent actum separatum, nisi in potentia: & cum sunt separatæ, non sunt entia entitate actus, nisi in potentia tantum. Arist. 7. Metaphys. cap. 18. tex. 56. ch. 158.
 Animalibus quædam veluti vana existunt, ut maribus mamme, & barbe, ac pilorum in quibusdam locis productio. Theoph. Metaph. cap. 9. ch. 327.
 Animalia, quæ habent alas, alia carneas habent, alia membra alarum loco, alia alas fissas. Simp. in præd. ch. 48.
 Animalium ventres calidiores cum sint hieme, quam estate, generant tamè hieme phlegma, & estate choleram: quod fit, quia estate poris apertis exit vapor subtilis, & restat tantum combustum subtile terrestre. hieme autem, cum oppilantur pori, & reflectitur vapor, conuertitur in aquam humidam. Alb. Mag. 2. meteor. tract. 1. cap. 2. ch. 88. col. 1.
 Animalium organorum diuersitas omnis est, ex diuersitate particularum animæ. Alb. Mag. de mot. animalium 1. tract. 2. cap. 3. ch. 43. col. 3.
 Animalia omnia duo membra habent, per quæ saluatur. vnum est os, per quod recipiunt nutrimentum; aliud stomachus, in quo recipitur nutrimentum, ut ex fugatur humidum nutrimentale. Alb. Mag. de ani. 1. tract. 1. cap. 4. char. 3. col. 3.
 Animalia multipeda omnia pedes suos modicum extra latus, propter pondus sui pectoris, & ventris, declinant. Alb. Mag. de ani. 2. tract. 1. cap. 2. ch. 29. col. 3.
 Animalia omnia, quæ distinctum habent membrum recipiens, & colligens, & emittens superfluitatē suam humidam, habent etiam membrum recipiens, colligens, & emittens superfluitatem siccam, sed non conuertitur. Alber. Magn. de animalibus 1. tracta. 1. cap. 4. char. 3. col. 3.
 Animal omne habens vesicam, habet ventrem, siue inferiorem alueum: sed non omne habens ventrem, habet vesicam. Alber. Magn. de animalibus. 1. tractat. 1. cap. 5. char. 3. col. 4.
 Animal nullum anteriores, & posteriores extremitates flectit ad posterius, quia per istam flexionem proueniret casus animalis, & non motus. Alb. Magn. de animalibus. 2. tract. 1. cap. 2. ch. 29. col. 4.

Animal omne habens iuncturas laxas adiutorij apud humeros flectit adiutorium contrario modo alijs iuncturis extremitatum suarum. Alb. Mag. de animalibus. 2. tract. 1. cap. 2. ch. 29. col. 4.
 Animalium quorumlibet pilosorum caput est anterius in facie pilosum multorum pilorum, quod tamen posterius est paucorum pilorum, & breuiorum, præter hominem, cuius caput e conuerso se habet in pilositate. Alber. Magn. de animalibus 2. tract. 1. capit. 2. char. 29. col. 4.
 Animal omne fissi pedis anterius, est fissi pedis posterius; & si anterius est continui, & indiuisi pedis, posterius est continui, & indiuisi pedis. Alb. Magn. de animalibus. 2. tract. 1. cap. 2. ch. 30. col. 2.
 Animalia omnia habentia duo cornua habent fixum angulum naturaliter, ut ceruus, & huiusmodi. Alber. Mag. de ani. 2. tract. 1. cap. 2. ch. 30. col. 2.
 Animal omne habens cornua, si habet ea natura, quadrupes est, præter serpentem Agypti, qui aliter dicitur, qui habet cornua, & non est quadrupes, sed propter suam quandam mutationem habet illud, vt eruce mutantur in uolantes vermes. Alb. Mag. de animalibus. 2. tract. 1. cap. 2. ch. 30. col. 3.
 Animal omne sanguinem habens, & faciens oua quadrupes habet duos pedes posterius cum cruribus, & coxis, & vtitur anterioribus loco manuum, & membrum habet loco generationis, in quo formatur ouum in femina; & testiculos, in quibus manet semen in masculo; & caudam digitosque in multis diuisum pedem, & participat organa sensuum & linguam, præter crocodilum, linguam enim non habet. Alb. Magn. de anim. 2. tract. 1. cap. 5. char. 32. col. 2.
 Animal omne sanguinem habens diaphragma habet, & super illud cor, & hepar, quia hepar est primum factum sanguinis; splen autem in quibusdam est, in quibusdam non. Alb. Magn. de animalibus 2. tract. 2. cap. 1. ch. 33. col. 3.
 Animal plura membra æque principalia habere qui dicit, est de secta Platonis, & cogitur dicere plures animas esse in corpore vno, ut ait Plato. Alb. Mag. de animalibus. 3. tract. 1. cap. 6. ch. 39. col. 1.
 Animal habens linguam, pulmonem, & quatuor pedes, habet vocem debilem cum est aquaticum. Alb. Magn. de animalibus. 4. tract. 2. cap. 2. ch. 51. col. 1.
 Animal omne, quod habet mollem pulmonem, & paucum sanguinem, parum bibit. Alb. Magn. de animalibus 7. tract. 1. cap. 4. ch. 65. col. 2.
 Animal omne habet cerebrum, vel membrum cerebro correspondens. Alb. Mag. de ani. 12. trac. 2. cap. 14. ch. 106. col. 4.
 Animal omne duo membra organica necessario habet: vnum est, quod recipit cibum: alterum, per quod exit superfluitas; & tertium præterea, in quo est vitæ principium positum in medio supradictorum duorum. Alb. Mag. de ani. 12. tract. 3. cap. 1. ch. 109. col. 1.
 Animal omne habens cerebrum, habet illud in anteriori capitis parte. Alb. Magn. de ani. 12. tract. 3. cap. 1. char. 109. col. 2.
 Animal omne habens sanguinem, indiget hepate, & splene, & quo spirat, pulmone. Alb. Magn. de animalibus. 13. tract. 1. cap. 6. ch. 115. col. 4.
 Animalia omnia vnum ventrem tantum habentia carēt coagulo, sed ea habent, quæ tres ventres habent. Alb. Mag. de animalibus. 13. tract. 2. cap. 2. c. 115. col. 2.
 Animal nullum soleas habens retro mingit. Alb. Magn. de animalibus 14. tract. 2. cap. 4. c. 123. col. 3.
 Animal nullum inuentum est carens corde, & hepate; quamuis alijs corporis partibus careat. Alb. Magn. de animalibus 18. trac. 1. cap. 6. char. 155. col. 2.
 Animal nullum naturaliter habet duo capita. Alb. Mag. de ani. 25. c. 200. col. 4.

Animalium potentia.

Animales potentia in spiritu ita se habent, vt in arbore plantales, totæ per totum procedentes spiritum. Ioan. gra. pri. de ani. tex. 94. c. 84. col. 2.

Animalia vt nutriuntur.

Animalia quædam nocte absolute pascuntur, vt vritica. Aristot. de histor. de animal. 1. cap. 1. char. 7. Animal, quod humorem recipit nullum, vel pedestre vel volatile est, nec cibum sibi ex terra petit, quamquam multa spirabilis & pedestris generis humore gaudent. Arist. de hist. anima. 8. cap. 2. c. 270.

Animalia cortice intacta, vt serpentes, & reliqua huiusmodi quadrupedes, omniura sunt, vt & carnem & herbam edant. Aristotel. de histor. animalium 8. cap. 4. char. 279.

Animalia dentes terratos habentia bibunt lambendo vt mures. Qui continuos sorbendo, vt equi & boues. Vrsus nec sorbendo, nec bibendo, sed morfu. auium cæteræ sorptu. sed quibus collum est longum, intermittunt, caput que resupinant. Aristotel. de histor. anim. 8. cap. 6. char. 282.

Animalia ouipara appendices habent intestinales, vt facilius concoquant cibos. Aristotel. de partib. anim. 3. cap. 14. c. 500.

Animalia alia, vbi primum in lucem edita sunt, nutriri per se ipsa possunt, alia nequeunt; quia ea possunt, que in genere, quod memoriæ capax est, breuius viuunt, quo circa ocyus quoque morte eadem omnia occumbunt. Arist. problem. sec. 10. q. 57. c. 446.

Animal consistere non possent, nisi essent præsidia, quibus tueri ac conseruari posset; inter que præcipuum est alimentum, ex quo vapor exhalat. Themist. de somn. & vig. cap. 23. char. 98. col. 3.

Animal omne dicitur viuere, dum nutritur. Auer. 2. de anima tex. 14. c. 129. col. 4.

Animal nullum pilis, vel pennis nutritur. Alb. Magn. de nutr. & nutr. trac. 1. cap. 1. char. 63. col. 4. Idem Alb. Mag. 4. meteor. trac. 14. cap. 5. c. 137. col. 1.

Animal & plantæ ita cibo commixto vt debent, vt substantiæ eorum commixtæ sunt. Alb. Magn. de veg. pri. trac. 1. cap. 5. c. 123. col. 3.

Animalia domestica omnia plurimum sunt carniū propter nutrimentum abundantiam. Alb. Magn. de veget. & plant. 7. trac. 1. cap. 2. c. 172. col. 3.

Animalia diuersa diuersum desiderant pastum, vt asinus hyringum, bos orobum, capra rubi extrema. Alb. Mag. de veg. & plant. 7. trac. 1. cap. 12. c. 176. col. 3.

Animalium diuersitates sunt in cibo, quia alijs diuersus est propter substantiam diuersam sui corporis, quoniam incrementum & nutrimentum omnium non est nisi ex cibo sue complexionis simili, ex quo delectantur naturaliter. Albert. Magn. de animalibus 7. tractat. 1. cap. 2. char. 63. col. 3.

Animalia omnia dentes serraliter comprimentia potant lambendo aquam lingua, & forte hoc faciunt, & alia animalia, vt mus. Albert. Magn. de anim. tractat. 1. cap. 5. c. 65. col. 4.

Animalia omnia frigida, & humida, si tribus diebus abstineant a cibo, & postea cibantur, multum impinguantur. Alb. Mag. de ani. 7. trac. 1. cap. 5. c. 66. col. 1.

Animalia frigida, & frigidis viuentia, maxime sunt vorantia, quia frigiditas facit inordinatum cibi appetitum. Alb. Mag. de ani. 7. trac. 3. cap. 3. c. 71. col. 2.

Animalia latentia non habent tempore hiemis cibi appetitum, quia exterius frigus restringit poros, & immobilia reddit animalia, & prohibet ab ambulatione, & tunc inspissatur humor, & hebetatur digestio, & pigrescit cibi desiderium, & meseraice plene sunt spisso na-

turali phlegmate, quod calor cordis & hepatis couertere & distribuere per corpus nequeunt. Alb. Magn. de ani. 7. trac. 3. cap. 3. c. 71. col. 3.

Animal tantum proprie nutritur, ignis enim per quædam similitudinem, non autem proprie nutritur. D. Tho. 2. de ani. 9. tex. 46. ch. 30. col. 1.

Animaliū corpora proprie nutriuntur, quia per alimentum conseruatur vita in illa parte eadem que prius fuit. D. Tho. 2. de ani. 9. tex. 46. ch. 30. col. 1.

Animalia motu progressiuo prædita odorem requirunt propter alimentum, non autem immobilia. D. Tho. de sen. & senato. 1. 13. ch. 15. col. 2.

Animalium generatio.

Animalia sunt in ijs, quæ putrescunt, quia, quæ segregatur caliditas naturalis existens, consistere facit segregata. Aristot. meteor. 4. su. pri. cap. 2. tex. 13. c. 561.

Animalia non sunt nec in aere, nec in igne, sed solum in aqua & terra; quia hæc corporum materia sunt. Arist. meteor. 4. su. 2. cap. 1. tex. 28. ch. 568.

Animalia in putrefactis generantur, quia in eis inest caliditas, quæ corrumpit propriam vniuersiūque caliditatem. Arist. meteor. 4. su. 4. cap. 2. tex. 53. ch. 588.

Animal non indiget in sui generatione re aliqua extrinseca. Arist. pri. de plantis. cap. 1. ch. 364.

Animalia, quæ gignere animal possunt, aut in seipsa semine prolificum mittunt, aut in alterum. Arist. de hist. animalium, pri. cap. 3. ch. 11.

Animalia, quæ animal generant, alia oua intra se prius conficiunt, vt cartilaginea; alia illico intra se animal generant, vt homo & equus. Arist. de hist. animalium, pri. cap. 5. char. 13.

Animalia quæcunque pariunt, pilos non omnia habent: quæ oua pariunt, cortice omnia muniuntur, & cortex hic squamæ similis appellari potest. Aristot. de hist. ani. pri. cap. 6. ch. 16.

Animalia omnia, præter testa intacta, oculos habent, & si quidem imperfectum, vt quæ generant omnia, præter talpam habent, talpa tamen quodammodo habet, quodammodo non: nam, si detrahatur prætensa membrana, sub ipsa oculus conspicitur. Arist. de hist. ani. pri. cap. 9. char. 19.

Animal nullum terrestre, ac sanguinis particeps oua edit, quin aut quadrupes sit, aut pedibus careat. Aristot. de hist. ani. 2. cap. 10. ch. 50.

Animalia sanguine prædita sunt, homo & quadrupedes, quæ animal ouumque pariunt, & aues, pisces, cete: & si quod aliud nomine vacat, quando genus non sit, sed species simplex in singulis intelligatur, vt serpens & crocodilus. Arist. de hist. ani. 2. cap. 15. c. 59.

Animalia omnia, in quibus est sanguis, iecur habent, & lien magna ex parte, in oibus quibus est sanguis: sed magna parti eorum, quæ non animal, sed oua pariunt, lien adeo exiguus est, vt propemodum sensum effugiat; quod magna in parte auium, & quadrupedum experimur, vt in columbis, miluis, accipitribus, noctuis. Arist. de hist. ani. 2. cap. 15. c. 59.

Animalia, quæ gignuntur, in suo vtero fetum continent, non in ventriculo, alioqui genituræ primordia non secus ac cibos concoquerentur. Arist. de histor. anim. 4. cap. 11. c. 142.

Animalia, quæ nisi sui cognati semine nunquam procreantur, per coitum solum oriuntur, dummodo sexus discrimen habeant, quod marem, & feminam describere possit. Arist. de hist. anim. 5. capit. 1. char. 146.

Animalia ex putri genita materia, si vel in animal, vel in stirpe, vel in eorum partibus creantur, eademque maris & feminæ sexus distincta sint, ijs coeuntibus gignitur quidem aliquid, sed ex quo nihil amplius gigni possit: vt coitum pediculorum lendes procreantur, ex quibus nullum

nullum aliud animal generatur. Arist. de histor. ani. 5. cap. 1. char. 147.

Animalia multa veris tempore coitum appetunt, sed quædam etiam autumnis tempore. Aristot. de hist. ani. 5. cap. 8. ch. 154.

Animalium syluestrium magna pars semel in anno parit, quæ scilicet non vt lepores superfoetant. Arist. de hist. ani. 5. cap. 9. char. 155.

Animalium omnium nouellorum prima emissio feminis, aut infecunda est, aut si fecunda, imbecilliora tamen generat & pauciora, quod potissimum in hominibus, quadrupedibus animal generantibus, & auiibus videtur. Arist. de hist. ani. 5. cap. 14. ch. 160.

Animalia nonnulla coitus tempore mutant vocem, & alij pilis pubis dati sunt. Arist. de hist. ani. 5. cap. 14. ch. 160.

Animal siliceo tegmine opertum totum expers est coitus. Arist. de hist. ani. 5. cap. 5. ch. 165.

Animal creari potest ex omnibus prope dixerim, vel sicis humescentibus, vel humidis exsiccantibus. Aristot. de hist. ani. 5. cap. 32. char. 191.

Animalia quoque propensiora sunt ad coitum verno tempore, sed sunt, quæ non eo tempore coeunt. Arist. de histor. ani. 6. cap. 18. char. 228.

Animalia omnia certum parturiendi tempus habent, homine excepto, qui parere potest mense 7. 8. & 9. aliquæ 10. & nonnullæ 11. tangunt. Arist. de hist. ani. 7. cap. 4. char. 256.

Animalium vitæ pars prima in officio procreandi consistit, altera in alendo. Aristot. de hist. ani. 8. cap. 1. c. 269.

Animalia obesa omnia sterilia sunt, quia, quod in semen transire debet, transit in adipem. Arist. de partib. ani. 2. cap. 5. char. 436.

Animalium alia per coitum feminæ & maris gignuntur, in quibus sexus vterque est, non enim in omnibus, sed in præditis sanguine, paruis quibusdam exceptis, alterum mas; alterum foemina perfectum euadit. Exanguium quædam marem, & foeminam habent, vt sobolem eiusdem generis procreant: alia procreant quidem sed non sui generis prolem, quæ non ex coitu animalium, sed ex terra putri prodeunt, aut ex excrementis. Arist. de gen. ani. pri. cap. 1. ch. 96.

Animalia ex putri materia orta diuersum generant genus; quia si ex coitu eorum, quæ non ex animalibus orta sunt, animalia oriuntur, hæc, si eiusdem essent generis, primum quoque ortum parentum esse talem oporteret; quia sic in cæteris animalibus, euenire patet, sed si dissimilia ea, quæ coire inter se possent, gignerentur, rursus ex his alia quædam natura gignerentur, & alia ex ea, & sic in infinitum, quod abhorret natura. Arist. de gen. ani. 1. cap. 1. ch. 96.

Animalia quædam vno coitu plura generant. Aristot. de gen. ani. 1. cap. 18. ch. 118.

Animalia magni incrementi minus sunt fecunda, plus enim colliquamenti habent, minus excrementi: parua vero fecundissima sunt, plus enim excrementi habent. Arist. de gen. ani. 1. cap. 18. ch. 123.

Animalis officium non solum est generare, quod commune est omnium viuentium, sed etiam cognitionis aliquid particeps vnumquodque est: aliud maioris, aliud minoris, aliud minime. Arist. de generatio. animalium 1. cap. 20. char. 138.

Animalia ouipara alia ouum edunt perfectum, vt aues, & quæ quadrupedes oua pariunt; alia imperfectum, vt pisces, crustata, & mollia: quorum oua genita augentur. Arist. de gener. animal. 2. cap. 1. ch. 141.

Animalia sanguinem habentia, aut animal, aut ouum pariunt; quæ sanguine carent vermem. Aristot. de generatio. animalium 2. cap. 1. ch. 141.

Animalia nulla pariunt, nisi, que intra se recipiunt spiritum. Arist. de gen. ani. 2. cap. 1. ch. 142.

Animalia calidiora, & perfectiora, perfectum animal ge-

nerant, qualitate, nam quantitate nullum animal perfectum progenerat. Omnia enim postquam nata sunt, incrementum accipiunt. Alia his proxima secundo loco constituta non statim perfecta intra se generant: cum prius autem intra se pepererint, mox animal edunt in lucem. Alia non perfectum animal generant, sed ouum idque perfectum, at quæ his frigidore constant natura, generant quidem ouum, sed non perfectum, sed quod foris perficiatur. Quintum genus, quod frigidissimum est, nec ouum quidem parere potest. Insecta enim primo vermiculum pariunt, qui addito tempore, speciem oui accipit. Arist. de gener. ani. 2. cap. 1. ch. 143.

Animalis partes vna post aliam generantur, Arist. de generatio. animalium 2. cap. 1. ch. 146.

Animalis partes omnes non simul generantur, sed vna primum, & ea primum, quæ principium augendi obtinet, siue enim planta, siue animal est, æque omnibus inest, quod vim habet vegetandi, siue nutriendi, id autem est, quod tale alterum generat, quale ipsum est, hoc enim cuiusque perfecti tum animalis, tum stirpis est officium, secundum naturam, necessitatis autem ratio est, quod cum aliquid ortum est, augeri idem necesse est. Aristoteles de generation. animalium 2. cap. 1. char. 148.

Animal iam perfectum est, cum conceptus aut mas, aut foemina est. Arist. de gen. ani. 2. cap. 4. ch. 155.

Animalia non solum eiusdem generis coeunt secundum naturam, sed etiam ea, quorum genus diuersum est, sed natura non multum distat, si modo magnitudo par sit, & tempora æquent grauiditatis raro id fit, sed tamen fieri in canibus, vulpibus, & lupis certum est. Arist. de gen. ani. 2. cap. 5. ch. 178.

Animal in ouo citius perficitur diebus tepidis. Aristot. de generat. animalium 3. cap. 2. ch. 195.

Animalia multiformia sunt, quæ in humore gignuntur, quam quæ in terra: humor enim naturam habet ad ed fingendum, & formandum habiliorem quam terra. Arist. de gener. ani. cap. 11. ch. 216.

Animalia & plantæ generantur in terra, quoniam humor est in terra, spiritus in humore, calor animalis in vniuerso inest, ita vt omnia animæ plena videantur esse. Arist. de gen. ani. 3. cap. 11. ch. 218.

Animalium generationem contemplantes ponere debent calorem in animali contentum, secernendo ex cibo indigesto, & coquendo facere excrementum, quod conceptus principium est; & idem in plantis, nisi quod plantæ habent in se maris principium immixtum, & in animalibus putrescentibus, quod facit calor ex alimento in animali contento, id facit calor temporis in aere ambiente concoquens ex mari & terra. Arist. de gener. ani. 3. cap. 11. c. 219.

Animalium generationis si fuit aliquod initium, aut ex verme, aut ex ouo fuit; sed minus rationis est, vt ex ouo fuerit. Arist. de gen. ani. 3. cap. 11. char. 219.

Animalia alia nunquam superfoetant, alia superfoetant, quorum quædam enutrire suos conceptus semper possunt, quædam interdum possunt, interdum non, causa, ne superfoetent, est, quod singula pariunt. Aristot. de gen. ani. 4. cap. 5. char. 248.

Animalia solipeda, & quæ sunt ijs auctiores animantes non superfoetant. Aristotel. de generation. animal. 4. cap. 5. char. 248.

Animalia omnia solida, veneris sunt appetentiora, quia carent purgatione, quæ perinde est foeminis, vt marius coitus. Arist. de gen. ani. 4. cap. 5. char. 249.

Animalia, quorum genus semine genitali abundat, & corporis magnitudine caret; & multa generat, sunt superfoetantia; quæ longo etiam interposito tempore cocundi, possunt enutrire conceptum, quem superfoetarint. Arist. de gen. ani. 4. cap. 5. ch. 250.

Animalia falacia & multi feminis fenescunt cito: semen enim excrementum est, & exsiccat emissum. ideo mulus asino, & equo est longioris vitæ, Aristoteles de long. & breuit. vit. cap. 3. char. 296.

Animal nostro semine procreatum, nostram prolem appellare solemus: at si ex aliquo alio nro excremento, vel parte prodijt, nostrum id esse nunquam fatemur, multa enim semine putrescente proueniunt: quia, quod est nostro semine prodijt, id ex nostro est: quod fecus, id ex alieno scilicet que ex purgamentis, excrementisq; enascuntur. Et nihil ex omnibus, quæ animanti tribuimus, gignere animantem potest, nisi semen genitale. Quod autem nocet, quodque malum est, nemo suum esse fatetur; excrementa enim & putredines non nostra, sed diuersa, alienaque sunt à nostra natura, vt omnia, etiã quæ præter naturam sunt aliena à nobis sunt, vt papulæ, & huiuscemodi alia. & si ex semine corrupto aliqui id creatur, id non nostrum est, sed ex alieno creatur. Arist. proble. sec. 4. c. 386. 14.

Animalia alia breui tempore pariunt, alia diu gestant: quia, quibus longiora sunt vitæ spatia, ea partu tardiora sunt, & longius perfici solent. At hoc non est vniuersaliter; nam equus, & si tardius quam homo parit, sic viuere minus potest. Cuius rei causam vuluæ, seu vteri durities habet, quæ vt ager sitiens haud cito suas stirpes enutrit, sic durior equarum vulua in formando, & nutriendo foetu remoratur. Aristotel. proble. sec. 10. q. 11. c. 428.

Animalium proles omnium similem parentibus gerit naturam magis quam hominis, vel quia homo vago vario que plurimum animo in coitu est, & prout pater & mater in conceptu affecti sunt, ita partus euariant. Cætera omnia animalia, aut certè plurima rei tantum ipsi intendunt, totaque sese veneri dedunt, & ob eam auditarem minime repleri magna ex parte patiuntur. Arist. probl. sec. 10. q. 12. ch. 428.

Animalium alia sunt partu numerosa, vt sus, canis, lepus, alia non, vt homo, vt leo; quia alia vuluas, siue vteros continent multos, totidemque formando loculamenta, quibus impleri percipiunt, quibusque semen genitale diuidendum inferendumque est: alia contra se habent. Arist. probl. sec. 10. q. 16. ch. 430.

Animalia quædam sponte, quædam coitu generantur; quia tempus alijs breue statutum est, alijs ampliatur: nam vel anno, vel decem mensium spatium generatio confici solet. Quapropter vel nullo pacto, vel ex coitu necessario procreantur. Aristot. proble. sec. 10. q. 64. char. 448.

Animalium generatio fit per commensurationem corporum quorundam, quæ ipsa iam mista sunt. Alex. aphr. 2. nat. q. cap. 20. ch. 9.

Animalia dum generantur imperfecta perfectis in generatione antecedunt, sperma enim antecedit hominẽ. Simp. 4. de celo. tex. 24. co. 12. ch. 106. col. 1.

Animalia mutua sunt, quæcunque indiuidua sensu conuenientia, ijs, quæ eiusdem sunt speciei priuantur, aut in primo conceptu oblecta, aut organo aliquo priuata. Simp. 3. de ani. sec. 1. tex. 131. ch. 48. col. 3.

Animalia omnia non generant, vt multa, quæ ex putrefactione oriuntur, & quæ ex diuersarum specierum combinatione nascuntur. Ioan. gra. 2. de ani. text. 3. char. 36. col. 2.

Animalium non est proprium generare, sed vti motu & sensu. Io. gra. 2. de ani. tex. 3. ch. 36. col. 2.

Animalia ex putrefactione, & quæcunque sunt ex non semine, sicut a calore solis, & stellarum diffuso in aqua, & terra. Auer. 12. Metaphy. te. co. 18. ch. 143.

Animalia, quæ inter se vnum aliud corrumpunt, sunt quodam modo per accidens & propter necessitatem materiæ, vt scorpiones, & cætera venefica. Auer. epitom. metaphy. trac. 4. c. 185. col. 2.

Animalia quædam, vt ranæ, vermes, & paruuli pisces, generantur ex pluuia; quia fit ex vapore multum terrestri: & calidum, quod est in nube & commisto subtili terreo, viscosum est: & incipit durefcere & facere quædam pellem, in qua agens calidum efficit spiritum, cui anima sensibilis virtute stellarum additur, & sunt huiuscemodi animalia aquatica, quia aqua prædominat. Alb. Mag. 2. meteor. tract. 1. cap. 21. ch. 87. col. 4.

Animalia generantur ex corruptis, quia & si in illis non est proportio calidi ad humidum, tamen corrumpitur proportio in specie, non in genere: ideo possunt generare animalia imperfecta, & maxime frigida, vt vermes: & fiunt multa ad diuisionem seminalis humidi, quod de putrefacto educitur, & sunt similia, quia humidum, est simile. sunt autem diuersæ figuræ, quia humidum habet diuersas complexionones. Alb. Magn. in meteor. 4. tract. 1. cap. 11. col. 2.

Animalia, quæ sine coitu generantur, imperfecta sunt, & similem cum plantis accipiunt informationem ex seminali virtute per stellas. Alb. Mag. de nat. & orig. ani. tract. 1. cap. 4. ch. 68. col. 3.

Animalia, quæ nascuntur ex foemine & maris cõmixtione omnia sic generantur, quod gutta maris resolutur aut tota, aut fere tota in spiritum, qui penetrat in guttam foemine pulsando eam, & distinguendo, & formando eam per virtutem formantem, quæ est in ipso: & quia virtus animæ patris & intellectus coelestis est in illo spiritu, de sui natura educitur sensibilis anima, quæ eius spiritus efficitur. Alb. Magn. de nat. & orig. ani. trac. 1. cap. 4. c. 68. col. 3.

Animalia quædam ex loci inconnaturalitate generationem amittunt, vt elephantes extra primum & secundum clima. Albert. Magn. de nat. loc. dist. 1. cap. 2. chart. 93. colum. 2.

Animalia alia gignunt oua, alia vermes incompletos, vt apes; alia animalia quædam concipiunt oua, & pariunt animalia cum testis ouorum. Alber. Magn. de ani. 1. tract. 1. capit. 5. c. 4. col. 2.

Animalia generantia marina quædam habent figuras aurium, & sunt discoopertæ extra in capitibus suis, vt pisces Bato, & Balenæ: quædam licet audiant per quosdam canales, carent figuris aurium, vt delphinus, & chelono. Alb. Magn. de ani. 1. tract. 1. cap. 5. ch. 4. col. 3.

Animalia sibi similia generantia, valde paucis exceptis, habent pilos, ita vt & spinæ pili vocentur. Alb. Mag. de ani. pri. tract. 1. cap. 8. ch. 5. col. 2.

Animalium quædam generantur vniuoce, ex sibi similibus animalibus secundum genus, & similitudinem in specie, & natura: quædam per se sine omni alterius animalis semine, eo quod ex nullo animalium genere nascuntur: quædam à terra putrefacta accipiunt generationem, vt maris: quædam oriuntur, ita quod ante ea sunt alia animalia, ex quibus generantur, non quidem à semine eorum, sed potius ex superfluitate, & putredine membrorum ipsorum. Alb. Mag. de ani. 5. tract. 1. cap. 1. ch. 51. col. 1.

Animalia omnia generantia animal magnum corpus habens diuersantur necessariò in coitu ab alijs non similibus figuræ & quantitatis. Alb. Magn. de anim. 5. tract. 1. capit. 2. c. 52. col. 3.

Animalium marinorum quæcunque lati sunt corporis, coeunt sic, quod femina equitat & mas applicat dorsum suum supra ventrem foemine nisi prohibeant pinguedo, & spissitudo caudæ. Alb. Magn. de ani. 5. tract. 1. capit. 2. c. 52. col. 3.

Animal nullum per os coit, quia, quod intrat per os, est tantum cibum. Alb. Magn. de ani. 5. tractat. 1. cap. 2. chart. 53. colum. 1.

Animalia agrestia ideo dicuntur, quia ouant in terra, licet cibum querant in aqua. Alb. Mag. de ani. 5. tract. 1. cap. 5. c. 53. col. 4.

Animal

Animal omne foetet post coitum, maxime foemina; quia calor coitus educit humidum, & multum de ipso corrumpit, & ille humor corruptus foetet, & magis est foetor in genitalibus, quia vaporosa sunt magis, & acutior est fetore sudoris. Alb. Magn. de ani. 6. tract. 1. cap. 3. ch. 57. col. 2.

Animalia multa tempore coitus pugnant inuicem, pro vfu foemine; & ante simul morantur pacifice. Alber. Magn. de ani. 6. tract. 3. cap. 1. ch. 61. col. 2.

Animal omne quadrupes habet vrinam spissiore post partum quam ante. Alb. Magn. de ani. 6. tract. 3. cap. 1. char. 61. col. 4.

Animalia quædam in toto simul complent generationem, ita vt nihil postea sollicitantur de partu suo, vt plantæ; alia incompletum edunt partum, ideo de educatione filiorum sollicita sunt donec compleantur, & tum eos dimittant: alia circa filios stabiliore habent cõceptus, & estimationes, & habent magnam partem memoriæ, & forte prudentiæ filiorum, & magis prouida, & minus de filijs sollicita sunt. Alb. Mag. de ani. 7. tract. 1. cap. 2. ch. 63. col. 3.

Animal omne quadrupes ponitur extensum in matrice propter matricis longitudinem; animal vero carens pedibus iacet in matrice super latus suum: bipes vero stat in matrice incuruatum, vt auis in ouo, & homo in matrice, ita vt nasus hominis stet inter sua genua. Alber. Mag. de ani. 9. tract. 1. cap. 7. ch. 88. col. 3.

Animal multæ pinguedinis cito fenescit, quia cum sanguis transit in pinguedinem, fit paucus: & senectus & corruptio non contingunt, nisi ex paucitate sanguinis non bene membris assimilati, & pauci est coitus. Alb. Mag. de ani. 12. tract. 3. cap. 2. ch. 106. col. 1.

Animal nec generare, nec crescere potest sine cibo. Alb. Mag. de ani. 12. tract. 3. cap. 1. ch. 109. col. 2.

Animal nullum habens plumas, vel squamas habet vesicam, aut renes, præter tortucam agrestem, & marinam. Alb. Mag. de ani. 13. tract. 1. cap. 8. c. 116. col. 3.

Animalia omnia in spermatis distillatione in coitu retinent spiritum. Alb. Magn. de ani. 15. tracta. 1. cap. 4. char. 127. col. 1.

Animalium generatio inuenta est ab ordine naturæ vniuersalis. Albert. Magn. de ani. 16. tract. 1. cap. 1. char. 134. colum. 4.

Animalia omnia, quæ nascuntur ex coitu maris, & foemine, complentur in forma & figura, & sustentatione ex spermate, & ex illo recipiunt formam, & speciem, vt alia in interiori conceptu recipiunt: alia faciunt oua ex quibus erit animal completum. Alb. Mag. de ani. 16. tract. 1. cap. 1. ch. 135. col. 3.

Animalia imperfecta fiunt ob defectum principiorum generantium. Alb. Magn. de ani. 16. tracta. 1. cap. 14. char. 140. col. 3.

Animalia duræ testæ fere habent plantarum, & arborum generationem, non enim per coitum generantur. Alb. Mag. de ani. 17. tract. 1. cap. 4. ch. 150. col. 3.

Animalia magni corporis paucos generant filios, præter porcos. Alb. Magn. de anima. 18. tractat. 2. cap. 1. char. 155. col. 3.

Animalia omnia multos filios simul concipientia, plus spermatizant mares & foemina quam sufficiat ad creandum partum vnum: & ideo ex illa multa superfluitate, materia generationis ab ipsa virtute formatiua diuiditur ad multorum filiorum procreationem. Alb. Mag. de ani. 18. tract. 2. cap. 2. ch. 155. col. 4.

Animalia omnia soleas corneas habentia filios generant completos. Alb. Magn. de anim. 18. tractat. 2. cap. 5. char. 157. col. 1.

Animalia, si coitum abhorrent, & in ipso non delectantur, cum grauantur prægnantia, & dolent parientia, & occupantur sollicitudine partus nutritia, animalium genus periret. Alber. Magn. de anim. 22.

tracta. 1. cap. 1. char. 173. col. 1.

Animal agreste ante coitum furibundum est, post coitum magis est domesticum. Alb. Magn. de ani. 22. tract. 2. cap. 1. ch. 173. col. 4.

Animal omne, cum est in libidine sequestratum multas emittit voces, per quas vocat foeminam, & foeminae propter frigiditatem parua sunt libidinis, & paucae vocationis. Alber. Magn. de anim. 22. tracta. 2. cap. 1. char. 173. col. 4.

Animalia, quæ fiunt ex putrefactione, videntur fieri casus: non fiunt enim ex sui similibus secundum speciem. D. Tho. 12. Metaphy. l. 3. tex. 13. ch. 843.

Animalia perfecta nunquam possunt generari nisi ex semine. D. Tho. 2. polit. l. 12. ch. 25. col. 2.

Animalia, quæ generantur ex spermate, & ex putrefactione diuersa sunt specie iuxta Auerrois 8. Physic. tex. 46. opinionem. Alex. de ales. 7. Metaphy. tex. 25. char. 208. col. 1.

Animal omne, quod generatur ex spermate, generari potest ex putrefactione, vt ait Auicenna in Codicillo de Diluio. Alex. de ales. 7. Metaph. tex. 23. c. 208. col. 1.

Animalia perfecta ita generantur ex semine, quod non possunt generari ex putrefactione, nec sine semine: aliqua tamen imperfecta vtroque modo possunt fieri iuxta Modernos. Alex. de ales. 7. Metaphy. tex. 23. char. 208. col. 1.

Animalia perfecta propter sui perfectionem requirunt determinata agentia, determinatum modum agendi, & determinatum locum suæ generationis; imperfecta vero non tantam requirunt determinationem. Alex. de Ales. 7. Metaph. tex. 23. ch. 208. col. 1.

Animalia, vt sentiunt.

Animalibus omnibus sensus vnus tactus communis est, ita vt pars, qua sentiendi vis ista continetur, nomine vacat: alijs eadem, alijs ex proportione respondet. Arist. de hist. ani. 1. cap. 3. c. 11.

Animalia, quæ siliceo tegmine operiuntur, olfactum, & gustum habent. Aristotel. de histor. anima. 4. cap. 8. chart. 134.

Animalia omnia maxime versantur in coitu, procreatione, & victu, & ad ea, quæ pertinent ad temporum mutationes; inest enim sensus natiuus mutationis frigoris, & calidi. Arist. de hist. ani. 8. cap. 12. c. 286.

Animalia sensum mobiliorem habent, quorum humor tenuior, & sincerior est. Aristotel. de part. anima. 2. capit. 4. chart. 434.

Animalia & sanguinea omnia & exanguia, habent partem illam, qua sapores percipere possunt; & quia pisces breui tempore sapores sentiunt, ideo linguam parum discretam habent. Arist. de part. ani. 2. cap. 17. c. 462.

Animalia exanguia omnia, aliquid proportionatum habent ei, cui in genere sanguineo sentiendi vis mandata est. Arist. de part. ani. 4. cap. 5. c. 518.

Animal est per sensum: quæ enim non mouentur, nec mutant locum, & habent sensum, animalia dicimus, & non viuere solum. Aristotel. de anima. 2. sum. 1. cap. 2. text. 16. chart. 618.

Animalia omnia videtur tangendi sensum habere. Arist. 2. de ani. su. 1. cap. 2. text. 17. c. 618. Idem Arist. sum. 2. cap. 2. tex. 28. c. 621.

Animalia multa nec visum, nec auditum, nec odoris sensum habent. Arist. 2. de ani. su. 2. c. 2. te. 31. c. 622.

Animal necesse est sensum habere. Arist. 3. de anim. su. 3. cap. 1. tex. 60. c. 669.

Animal, si cõseruari debet, necesse est vt fit actiuum eius corpus. Arist. 3. de ani. su. 3. cap. 1. tex. 63. c. 670.

Animal, si non habet tactus sensum, non potest hæc fugere, & hæc accipere; sine quo non potest saluari animal. Arist. 3. de ani. su. 3. cap. 1. tex. 63. char. 670.

Ani-

Animal esse non potest sine tactu: alij autem sensus sunt propter bonum, & non omni animali insunt, sed cuiusdam, ut progressiuo, si debet saluari, non solum oportet tangendo sentire, sed & eminens. Arist. 3. de anim. su. 3. cap. 1. tex. 64. char. 670.

Animalis corpus simplex esse, ut igneum, vel aereum, impossibile est; nam sine tactu nullum contingit alium sensum habere. Arist. 3. de ani. su. 3. c. 2. tex. 66. c. 671.

Animalia tactu priuata necesse est mori: nam nec hanc possibile est habere non animal existens; nec, cum sit animal, alium habere, præter hanc possibile est. Arist. 3. de ani. su. 3. cap. 2. tex. 66. char. 671.

Animal non corrumpunt sensibilia, excepto tactu, exuperantij, ut color, odor, & sonus, sed solum sensus instrumenta, nisi hoc sit per accidens. & ob id sapores nocent animali medio gustu, qui est quidam tactus. At tangibilem exuperantia, ut calor, & frigus corrumpunt animal. Arist. 3. de ani. su. 3. c. 2. tex. 67. c. 672.

Animalibus, quæ animal est unumquodque, sensum inesse necesse est; per hoc enim determinamus animal esse, & non animal. Arist. de sens. & sensib. cap. 1. c. 4.

Animalium animæ, & corpori maxime videntur communia; sensus, memoria, ira, desiderium, & appetitus: ad hæc, & voluptas, & dolor. ferè enim omnibus animalibus insunt. Ad hæc autem, hæc quidem omnium sunt vita participantium communia, hæc verò animalibus quibusdam. Existunt autem maxime horum, quatuor coniugia numero sola, ut vigilia, & somnus, iuuentus & senectus, exspiratio & respiratio, vita & mors. Arist. de sens. & sensib. cap. 1. c. 3.

Animalia tum primo sunt animalia, cum sensum habent: & prima illa dispositio non somnus est, sed similis somno. Arist. de gen. ani. 5. cap. 1. char. 264.

Animalia à non animali sensu determinamus. Aristot. de iuuent. sene. vit. & mor. & respir. c. 1. char. 300.

Animalium maxime homo fumo affici potest, quod homo lachrymam maxime emittit, fumatio autem non nisi cum lacryma est. Arist. proble. sec. 10. q. 50. c. 442.

Animalia omnia naturaliter sensum habent, licet omnia memoriam non habeant: sed alia, præter sensum, & memoriam, prudentiam habent, & indisciplinabilia sunt animalibus, quæ memorari non possunt. Arist. 1. Metaph. su. 1. cap. 1. char. 4.

Animalia quædam prædita sunt prudentia, siue disciplina, quæ non audiunt, ut apes & alia, & addiscunt, & disciplinari possunt. Arist. 1. Metaph. su. 1. cap. 1. ch. 4.

Animalia omnia aluntur, & sensum percipiendi calorem retinent. Alexan. aphrod. de sen. & sen. sec. 4. co. 46. char. 19. col. 3.

Animal non carne, sed vna cum carne sentit. Them. 2. de anima. cap. 40. tex. 116. ch. 79. col. 3.

Animalibus perfectis non tantum perfecta vita inest, sed etiam instrumentum nullum deest, ergo nec sensus vilius. Simp. 3. de ani. sec. 1. tex. 127. ch. 47. col. 1.

Animalia perfecta sunt, quæ ordinate proficiuntur: imperfecta, quæ non proficiuntur ordinate, non quia sint ea vita priuata, quæ formæ suæ quadret, sed, quod ab ea vita, quæ animalium generi, ut animalium, inest, longe superantur, nam ut animal est, sensitium est. Quotquot igitur non adest omne sensitium, non ut talia animalia, sed ut animalia simpliciter imperfecta sunt. Simp. 3. de anima. sec. 1. tex. 131. ch. 48. col. 2.

Animalibus statim nascentibus, actio sensitiva adest potest, non imaginatiua. Simp. 3. de ani. sec. 1. tex. 156. char. 55. col. 1.

Animalia omnia actiuam vitam possident. Sim. 3. de ani. sec. 1. tex. 129. ch. 47. col. 4.

Animalia, cum primum concepta sunt, aluntur quidem, sed sensu carent in vtero existentia, animamque vegetabilem habent. Sensitivam autem cum in lucem edunt, eo quod tunc sentiunt, ipsis innasci cre-

endum. Item etiam potentiam, facultatemque animæ rationalis, ac aptitudinem continet homo. Ioan. gra. de gen. ani. 2. cap. 3. ch. 35. col. 4.

Animal, ut ad sensum specificatur, ita in substantia constituitur. Mich. ephes. de part. ani. 2. cap. 1. char. 59.

Animalium quæ sunt hic, pro esse corporum eorum animæ necessariae sunt; quia non saluarent animalia, nisi per animam sensibilem, & imaginatiuam. Auer. de sub. orbis. cap. 2. c. 4. col. 1.

Animalia, si præcederent sensibilia, ut causæ, non possemus intelligere substantias rerum sensibilibus, nisi postquam habuissimus fidem sui esse. Auer. pri. de anim. text. 8. c. 109. col. 4.

Animal omne, quod innatū est esse in aqua, aut in aere, non sentit aliquam qualitatē caliditatis, aut frigiditatis in eis, si fuerint in simplicitate, quam debent habere, quia est locus eius naturalis; & locus est similis locato. Auer. 2. de anim. tex. 115. c. 150. col. 1.

Animal omne per sensum discernitur esse animal. Alber. Mag. de sen. & sensa. tract. 1. cap. 1. c. 2. col. 2.

Animalia sola, quæ tempus sentiunt, memorantur: & in hoc memorantur, in quo tempus sentiunt. Alb. Mag. de mem. & rem. tract. 1. cap. 2. c. 21. col. 3.

Animalia duobus modis sentiunt tempus. Primo, ut est numerus motus; & sic rationalia tantum cognoscunt tempus. Secundo in temporalis, & non secundum se: & tunc sentitur sub determinata differentia temporis, secundum quam adiacet rei temporalis, quod est obscure percipere tempus: & sic, cum res præterijt, sentitur, ut capræ reuertuntur ad caulas, vbi habitauerunt in præterito. Alb. Magn. de mem. & rem. tractat. 1. cap. 2. chart. 21. col. 3.

Animalia bruta minus sentiunt futurum quam præteritum: sentiunt enim præteritum per picturam præteritorum, quæ sunt in ipsis: futurum autem non præsentunt, nisi signo aliquo præsent, ut vapore, vel calore aliquo. Alb. Mag. de mem. & rem. tract. 1. cap. 2. c. 21. c. 3.

Animal sine tactu non est animal: tactu posito ponitur animal. Alber. Magn. de som. & vig. 1. tractat. 2. capit. char. 28. col. 2.

Animalia disciplinabilia sunt, quæ audiunt, & sensus perfectos habent, cum vigore memoriæ. Alb. Mag. de ani. 8. tract. 1. cap. 1. ch. 32. col. 3.

Animalia perfecta, licet numerum sensuum habeant, non tamen motus, qui fiunt a sensu æquales sunt in eis. propter quod neque æqualiter participant sensu communi, nec æquales habent imaginationes, & sunt in animalibus secundum virtutes sensitivas multæ causæ, propter quas inæqualiter iudicant de sensibus acceptis. Alb. Mag. de ani. 8. tract. 6. cap. 1. c. 84. col. 2.

Animalium membra non communicant omnia in sensu, sed communicant omnia in nutrimentum accipiendo. Alb. Mag. de ani. 16. tract. 1. cap. 16. c. 141. col. 2.

Animalis perfectio & imperfectio est secundum participationem virtutum animalium perfectorum, vel imperfectorum: & hæc participatio secundum vires animalium querenda est. Alb. Magn. de ani. 21. tractat. 1. cap. 1. chart. 169. col. 2.

Animalia imperfecta dicuntur, quibus solum sensus tactus inest. D. Tho. 2. de ani. l. 16. tex. 56. c. 65. col. 4.

Animalia imperfecta non imaginantur aliquod distans, quia nihil imaginantur, nisi ad præsentiam sensibilis. D. Tho. 3. de ani. l. 16. tex. 56. c. 65. col. 4.

Animali aliquod sensibile est necessarium dupliciter. Primo ut est corpus mixtum ex quatuor elementis, & sic necessarium est animali debita commensuratio calidi & frigidi, humidi & sicci. Aliud est necessarium animalij, in quantum corpus eius est viuum nutribile; & sic est ei necessarius cibus conueniens: & per horum contraria animal corrumpitur. D. T. de se. & sen. l. 2. c. 2. c. 4.

Animal in hoc est animal, quod habet animam sensitivam

uam, quæ natura est animalis, ut forma vnique propria natura eius. D. Tho. 1. metaph. l. 1. c. 5. Idem D. Thom. 5. metaph. l. 2. r. tex. 29. char. 386.

Animalia, quæ auditum non habent, non sunt disciplinabilia. D. Thom. 1. metaph. l. 1. c. 6.

Animalia, quæ non habent auditum, ex vehemēti sono exterreri possunt ex commotione vehemēti aeris. D. Thom. 1. metaph. l. 2. c. 6.

Animalia, ut augetur.

Animalia omnia, quæ sanguine carent, minus quam quæ habent sanguinem, adoleſcunt, paucis marinis exceptis, & mollibus quibusdam, quæ locis tepidis grandiora redduntur, & mari potius, aut dulcibus aquis, quam terra. Arist. de hist. ani. 1. cap. 5. char. 14. Animantia omnia, & ea, quorum stirpes terra continentur, cur crescere potius in longitudinem soleant? quia ter longitudo augetur; bis latitudo, profunditas femel, longitudo enim principio fit. primoque principio existit: itaque primo sola, secundo cum latitudine, tertio cum profunditate augetur. latitudo autem bis, videlicet per se, & vna cum altitudine crescit. Arist. problem. sect. 17. c. 505. 2.

Animalis incrementi cibi epulæque partem potissimum sibi vendicant. Phil. 8. phy. c. 72.

Animal non semper augetur, sed quandiu cibus concursus in carnem extēdi potest in maiorem quantitatem. D. Thom. 1. de gen. & cor. l. 17. tex. 41. c. 15. col. 1.

Animalium motus.

Animalia non semper mouentur a seipsis, ut cum augetur. Arist. phy. 8. su. 2. cap. 5. tex. 51. c. 120.

Animalia quædam, cum sint absoluta, mouere tamen se nequeunt, ut ostrea, & quæ tota simplici, mitiorique testa aperta, veritibula appellantur, & calli, aut tubera. Arist. de hist. animal. 1. cap. 1. char. 7.

Animalia omnia, quæ se mouent, aut quaternis notis mouentur, aut pluribus. Quaternis tantum, quæ sanguinem habent, ut homines binis manibus, & pedibus; aues binis alis, & pedibus; quadrupes pedibus; quaternis pisces pinnis quaternis. Nam quæ pinnis, aut non amplius binis, aut nullis, ut serpentes vtuntur, quaternis ea quoque notis nihilominus mouentur: flexus enim quaternis his agitur, aut bini cum pinnis binis. Arist. de hist. animal. 1. cap. 5. char. 14.

Animalia sanguine vacua quæ pedibus se pluribus mouent, siue volucres sint, siue pedestres, ijs certè motus per plures notas exercetur; ut animal, Ephemera; quia vna die nascitur, & moritur: quod, & cum quadrupes sit, volucres quoque est: quatuor enim pedes & totidem alas habet. Aristot. de historia animalium 1. cap. 5. char. 15.

Animalia omnia tam quadrupeda, quam multipeda, modo simili moueri solita sunt, per diametrum enim aguntur. At, cum cætera ducibus binis pedibus incedant, cancer vnus quaternis regi solitus est. Aristot. de hist. animal. 1. cap. 5. char. 15.

Animal nullum est, quod tam priora, quam posteriora inflectat: omnibus autem humeri, armive contra quam cubiti, aut crura priora flectuntur; coxæ etiam contra quam suffragines. Arist. de hist. anim. 2. cap. 1. char. 38.

Animalium quadrupedum, & multipedum motus est per diametrum, ut subsistere etiam solent; & incedendi initium omnibus est a dextris. Aristot. de histor. animal. 2. cap. 1. char. 38.

Animalium maxima pars vêtre pinguescit, maxime quæ parum se mouent. Arist. de hist. ani. 3. cap. 17. c. 96.

Animalia mobilia multa habere partes necesse est; pluribus enim indiget instrumentis, quæ plures actio-

nes exercent. Arist. de partib. ani. 3. cap. 7. char. 523.

Animalium, quæ loco mouentur, alia toto simul corpore mouentur, ut quæ per saltus mouentur; alia per partes, ut quæ progressiuo vtuntur; & in ijs semper mutatur id, quod mouetur innixum ad id, quod illi subiacet. Quamobrem, siue id citius dilabatur, quam ut iniri possit id, quod super eum mouetur: siue nullum omnino motis præbeat firmamentum, nihil super illud seipsum mouere poterit. Arist. de ani. incesu. cap. 3. char. 561.

Animal nullum sanguine præditum pluribus quam quatuor notis moueri potest; & si quid quatuor notis solummodo mouetur, id sanguine præditum esse necesse est. Arist. de animal. incesu. cap. 15. char. 567.

Animal pedestre omne pedes pares necessario habet. Vno enim non potest moueri, quia nullum habet fulcrum. Tribus, non: quia in altera oppositum laborat: sed multipeda, ob multitudinem pedum, & si vnum frangas, moueri tamen dispari numero possunt: sed, si pares habent, melius mouentur. Arist. de ani. incesu. cap. 6. char. 569.

Animalia nec flecterentur, nec dirigerentur, nisi quippiam quiesceret. Arist. de animal. incesu. cap. 7. c. 571.

Animalia, quæ pedibus carent, alia super terram inflectuntur, ut serpentes: alia superne curuantur, ut erucæ: alia attractu vtuntur, ut lumbrici, & hircines. Arist. de ani. incesu. cap. 7. char. 572.

Animalia, quæ saltu vtuntur, flexum interna corporis parte faciunt, & hoc saluunt modo. Aristot. de ani. incesu. cap. 7. char. 572.

Animalia sanguine prædita non pluribus quatuor mouentur motibus: namque, si auibis alæ auferantur, non poterunt ambulare, nec pedibus alatis volare; nec homo ipse, nisi voluerit humeros, progredi potest. Arist. de ani. incesu. cap. 8. char. 573.

Animalium in motu tria sunt: vnum est mouens; secundum, quo mouet: tertium, quod mouetur. Mouens duplex est, aliud immobile, quod est agibile bonum: aliud mouens, & motum, quod est appetituum (mouetur enim quod appetit, ut appetit, & appetitus motus quidam est, aut actus) & quod mouetur est animal, quo vero mouet instrumento appetitus, iam hoc corporeum est. Et ideo in actionibus corpori, & animæ communibus, de ipsis est considerandum. Arist. 3. de ani. su. 2. cap. 2. tex. 55. c. 667.

Animal, ut animal, est appetituum, sic est, cui ipsius motuum; appetituum autem non sine imaginatione. Arist. 3. de ani. su. 2. cap. 3. tex. 56. char. 668.

Animalibus imperfectis indeterminata est imaginatio, & hac mouentur. Aristot. 3. de anim. sum. 2. cap. 3. tex. 56. c. 668.

Animalia irrationalia non habent opinionem: quoniam eam, quæ est ex syllogismo, non habent. hæc autem illam. Quamobrem deliberatiuum non habet appetitus. & vincit, & mouet voluntatem, aliquando illa hunc, ut sphaera, appetitus appetitum, cum incontinentia facta est. natura autem semper superior principalior est, & mouet, ita ut tribus latioribus iam moueatur. Aristot. 3. de anim. sum. 2. cap. 3. tex. 57. c. 668.

Animal conseruat requies. Aristot. de somn. & vigil. cap. 6. char. 58.

Animalia ad motum vtuntur flexibus, ut centro: & quæ in flexibus sunt actus, & potentia, fiunt aliquando vnū, aliquando plura. Arist. de anim. mot. cap. 1. char. 78.

Animalia omnia & mouent, & mouentur alicuius gratia. Mouent enim animal cogitatio, imaginatio, & electio, voluntas, & appetitus. hæc autem omnia reducuntur in intellectum, & appetitum; nam imaginatio & sensus eundem intellectui locum habent. iudicatiua enim omnia sunt; at secundum differentias differunt.

Voluntas, ira, & concupiscentia; omnia sunt appetitus; Electio communis est cogitationis & appetitus, quare & eligibilia. Arist. de anim. mot. cap. 3. c. 84.

Animal mouetur appetitu, aut electione, alterato aliquo secundum sensum, aut imaginationem. Arist. de anim. mot. cap. 4. c. 85.

Animalia ad motum, & operationem impelluntur existente vltima causa ipsius moueri, appetitu hoc autem facto, aut per sensum, aut per imaginationem, aut per intellectionem. appetentium autem agere, illa quidem per concupiscentiam, aut iram: hæc autem per electionem, aut voluntatem; hæc quidem faciunt, illa autem agunt. Arist. de ani. mot. cap. 4. c. 87.

Animalia mouentur vt spontanea, paruo motu facto, cum soluuntur: habent enim instrumenta huiuscemodi, & neruorum naturam, & ossium Arist. de anim. mot. cap. 5. c. 87.

Animalium quædam partes, vt cordis, & pudendi mouentur inuoluntariè; quæ sæpe cum apparuerit aliquid, & non iusserit intellectus, mouentur. Aristot. de ani. mot. capit. 8. chart. 93.

Animalia mouentur motu locali; augentur, minuuntur, alteranturque ab ea causa, quam intrinsicè obtinent. Them. 2. phy. tex. 1. c. 2. col. 2.

Animalia per se mouentur in mundo. Them. 4. phys. tex. 37. c. 35. col. 3.

Animalium corpora aliquando contra naturam mouentur, vt saltando. Them. 8. phy. tex. 27. c. 55. col. 3.

Animalium omnium motus pulsus, & tractu agitur; nam incessus eorum; sinistris dextrisque partibus modo porrectis, modo conductis absoluitur. The. 3. de ani. cap. 66. text. 55. c. 90. col. 3.

Animalia imperfecta, vt indistinctus motus est, ita imaginatio indistincta illis tribuenda est. Them. 3. de ani. cap. 67. text. 55. c. 90. col. 4.

Animalium latrones sex sunt; volatus, natatio, pedestrium ambulatio, reptio, volutatio, & talia. Simp. 8. phy. text. 38. c. 435. col. 1.

Animal per se mobile, non ita vt per se mobile, in seipso habet animam; sed totum mouens se, & totum quod mouetur, & mouet; non tamen secundum seipsum totum mouet, & secundum totum mouetur; sed quia eius est aliqua pars, quæ mouet, & alia mouetur. Simp. 8. phy. tex. 44. c. 441. col. 1.

Animal seipsum mobile constat ex corpore, quod mouetur, & anima, quæ est immobilis, sed mouet compositum. Simp. 8. phy. c. 443. col. 2.

Animal ob animam est seipsum mobile. Simp. 8. physic. tex. 51. c. 447. col. 1.

Animalia, & plantæ habent principium motus in se, non autem eius, qui est secundum naturam, sed eius, qui secundum animam. Simp. 1. de celo. tex. 7. co. 8. c. 4. col. 3.

Animalia motus principium in se cum habeant, omnes loci differentias obtinent: inanimata autem ad vnum tantum locum mouentur vt gleba terræ ad centrum. Simp. 2. de cel. tex. 7. co. 4. c. 58. col. 4.

Animal a cerebro motum, & sensum obtinet: ira generatur in sanguine circa præcordia: cupiditas cum hepate disponitur, aut ex ipso hepate oritur. Io. gram. 1. de anim. tex. 92. c. 84. col. 1.

Animalia multos motus in se habent, quibus non à seipsis mouentur, vt incrementum sui corporis, interitus, inspiratio, expiratio. Psel. 8. phy. c. 72.

Animalia vsque ad quandam terminum mouentur. Mich. ephes. de ani. ince. c. 60. col. 4.

Animal cum mouetur, postquam non mouebatur, necesse est, vt in eo sit, aut appetitus, qui ante non erat, aut illa concupiscentia, aut appetitus non fuerit, nisi per transmutationem præcedentem ab aliquo ente extra animam, & hoc erit, cum illud ens fecerit aliquam passionem in corpore eius, ex qua fit concupiscentia,

vel appetitus, qui non erat antea. Et ex comprehensione illius entis, aut ex passione suæ comprehensionis ab eo, accidit imaginatio, & scientia, & appetitus, quæ ante non erat. At, si posuerimus ipsum in omnibus dispositionibus existentibus in ipso, & extrinsecis in dispositione quietis, idem cum ipso in dispositione motus, tunc necesse est, vt non sit dignius moueri in aliqua hora, quam quiescere, & sic aut non quiescet, & non mouebitur; aut mouebitur, & quiescet simul, quod impossibile est. Auer. phy. 8. su. 1. tex. 8. c. 156. c. 4.

Animalis motus si erit secundum motum elementi dominantis in ipso, erit naturalis: & si opposito modo, non est naturalis. Auer. phy. 8. tex. 27. c. 156. col. 2.

Animalia non indigent in principio sui motus causa extrinseca, vt inanimata. Auer. phys. 8. tex. 29. c. 157. c. 1.

Animal festinat aliquando voluntarie, & tardat aliquando, quia mouetur ex extrinsecis. Auer. 2. de celo. tex. 36. c. 56. col. 3.

Animal est animal, quamuis non moueatur, & hoc dico essentialiter. Auer. 4. de celo. tex. 25. c. 117. col. 2.

Animalia bruta non mouentur a sensibilibus, vt homo: nam homo cantu mouetur, bruta vero non; homo mouetur a tincturis, & figuris motu, quo non mouentur bruta: & sic de odore, sapore, & tactu. Auer. de sen. & sen. c. 193. col. 3.

Animalia mouentur duobus motibus: motu recto, & motu progressiuo; & hic contrarius est motui declinationis essentialis, qui est in eo; ideo accidit ei lassitudo, & cogitur ad quietem. Auer. de sub. orbis. cap. 2. char. 4. col. 2.

Animalium, quæ hic mouentur, motus componitur ex duobus mouentibus: ex anima videlicet, & ex re desiderata extrinsecus mouente animam. ideo motus in eis est simplex, non compositus. Auer. de sub. orbis. cap. 2. char. 4. col. 2.

Animalium omnium motus fit in locis conuenientibus naturæ illius animalis, aut in loco tali, & in alio non potest fieri motus illius animalis. Auer. destru. destru. disp. 1. c. 1. col. 4.

Animato accidit fessio, & labor propter materiam. Auer. ex destru. destru. disp. 15. c. 52. col. 3.

Animal omne, aut mouetur motu progressiuo, aut motu dilationis, & constrictionis, aut vtroque. Alb. mag. 1. phy. tract. 1. cap. 4. c. 2. col. 2.

Animalia perfecta, nisi arte in contrarium studeant, præponunt pedem dextrum in ambulando, humerum dextrum in portando onus, sinistrum autem non refertur ad motum, nisi per accidens, quia trahitur pes sinister, ne corpus decidat. Alb. mag. 2. de celo. tract. 1. cap. 4. c. 24. col. 4.

Animalium motus in genere duplex est, Vnus, qui in omnibus animalibus inuenitur, siue perfecta, siue imperfecta sint; & hic est motus constrictionis, in præsentia tristitiæ; & dilatationis, in præsentia voluptatis, per quod animal cognoscitur esse animal, Alius est motus, qui est de loco ad locum, qui non conuenit omni animali. Alber. magn. de mot. ani. 2. tract. 1. cap. 1. char. 45. col. 1.

Animalium omnis motus hæc requirit: aut phantasiam, & appetitum: aut intellectum, & appetitum: aut hæc tria. Alb. mag. de mot. ani. 2. tract. 1. cap. 1. c. 45. col. 1.

Animalium perfectorum motus multiplex est, Vnus est, qui vocatur processiuus, cum animal procedit de loco ad locum. Secundus est motus membrorum: vt capitis, vel manus, inter quos perfectior, & communior est processiuus. Alber. magn. de mot. animalium. 2. tract. 2. cap. 2. char. 45. col. 3.

Animalia quæque ambulando præponunt dextrum, & trahunt sinistrum: quia ista duo sunt principia latitudinis: & mouens, in hoc motu, est vis sensibilis, cuius motus est ab ante retrorsum. Alber. mag. de mot. animalium. 2. tract. 1. cap. 2. char. 45. col. 3.

Animalia

Animalia pedes duos habentia tribus modis mouentur: ambulatione, saltu, & cursu. Alb. Magn. de mot. animalium. 2. tract. 2. cap. 2. ch. 47. col. 1.

Animalia quadrupeda tribus modis motum perficiunt: ambulatione, tractione, & cursu. Alb. Magn. de mot. animalium. 2. tract. 2. cap. 3. ch. 47. col. 1.

Animal nullum vno pede continue moueri potest, quia caderet, ideo falsum est esse monopedes, & homines pedibus se cooperire à Sole. Alb. Mag. de ani. 1. tract. 1. cap. 7. ch. 4. col. 4.

Animalia perfectiora, in ambulando, præponunt pedem dextrum, nisi ex præmeditatione fiat contrarium. Imperfecta, & quorum cor, vel epar, vel membra, quæ sunt loco istorum, declinant ad sinistram, hæc sinistrum præponunt. Alb. Magn. de animalib. 2. tract. 1. cap. 2. ch. 29. col. 4.

Animal volatile omne plumosum habet conuenientiam cum homine in numero pedum; sed flexura poplitis eius, est sicut quadrupedum, quæ posterius curuatur; & loco pedum anteriorum, vel manuum habet alas. Alb. Mag. de ani. 2. tract. 1. cap. 6. c. 32. col. 3.

Animalia omnia annulosa in hyeme manent semper in suis cauernis. Alber. Magn. de anim. 7. tract. 1. cap. 8. char. 67. col. 3.

Animal mouetur deorsum, non ex natura animalis, vt animal; sed ex natura elementi dominantis. D. Tho. 2. phy. 1. 1. tex. 3. c. 16. col. 4.

Animalia fulmine tacta ad fulmen vertunt caput; quia audientes spiritum, dum, quid sit, aspiciere volunt, illuc vertunt caput, & à fulmine percutiuntur. Diuus Thom. 3. meteor. lec. 1. c. 171.

Animalibus imperfectis ita inest phantasia, & concupiscentia, vt moueantur. D. Tho. 3. de anim. 1. 16. tex. 56. c. 65. col. 4.

Animal mouet seipsum, non hoc modo, vt totum animal totum moueat, quia tunc idem moueret seipsum primo, quod impossibile est: nec totam partem, quia tunc pars moueret seipsam. Sed ita mouet, & vna pars mouet aliam, non ita vt anima moueat corpus, quia esse mouens aliquid, actu esse debet, & quod mouetur similiter ens actu esse debet: anima autem non est aliquid ens actu, sed est actus, nec corpus, sed habet rationem materiæ, & entis in potentia. Et ideo non sic animal mouet se, quod anima moueat corpus, sed quia vna pars quantitativa mouet aliam. D. Tho. de anim. mot. 1. 1. c. 47. col. 1.

Animal, cum mouetur deorsum, secundum naturam mouetur, eo quod in animalis corpore prædominatur graue elementum, cuius natura est deorsum moueri. Cum autem mouetur sursum, est quidem motus naturalis animalis, quia est à principio intrinseco, quod est anima; non tamen est naturalis corpori graui, vnde in hoc motu magis fatigatur animal. D. Tho. de mot. cordis opus. 35. ch. 83. col. 2.

Animalia illa memoriam habere debent, quæ mouentur ad distans motu progressiuo, alioquin motum intentum continuare non possent. Animalibus autem immobilibus à longe sufficit imaginatio sola confusa, qua habent aliquem motum indeterminatum. D. Tho. 1. metaph. 1. 1. char. 5.

Animalia vt respirant.

Animalia, quæ non respirant, sentiunt, non eodem modo, vt respirantia, sed respirantibus spiritus auferunt superiacès veluti cooperculum quoddam. Quare non sentiunt non respirantia: non respirantibus autem ablatum est hoc. Arist. de sen. & sen. cap. 5. char. 23.

Animalia sine respiratione, & cibo esse impossibile est. Arist. 5. Metaph. cap. 5. tex. 6. ch. 90.

Animalia multa non reddunt vocem, quæ scilicet non re-

spirant. Simp. 2. de anim. tex. 87. c. 40. col. 3.

Animalia omnia spiritum suscipiunt, ad innati caloris conseruationem. Mich. Ephes. de respir. c. 36. col. 1.

Animalia omnia fere odore participant. Mich. Ephes. de respir. c. 36. col. 1.

Animalia sunt multa, quæ secundum locum morantur, & non spirant: nullum autem spirantium est, quod secundum locum non moueatur. Alb. mag. de spir. & respir. 1. tract. 1. cap. 1. char. 51. col. 1.

Animalia continue respirantia, quæ in aquis cito submerguntur, calida sunt valde circa loca digestionis: & vita, & sincero, & frigido aere indigent, ad refrigerationem pectoris: quem, cum non habent, moriuntur, corde incedente ex calore naturali. Alb. magn. de spir. & respir. 2. tract. 1. cap. 1. char. 56. col. 4.

Animalia multa inueniuntur, quæ in inspirationem, & respirationem non habent, cum tamen spiritus animalibus maxime conueniat, quia sunt magis calida, & participant superiora elementa. Alber. mag. de veg. 1. tract. 1. cap. 6. char. 123. col. 3.

Animal solum ambulans, & multum sanguinem habens respirat. Alber. magn. 1. de anim. tract. 2. cap. 12. char. 10. col. 2.

Animal omne spirans, pulmonem, arteriam, tracheam, & stomachum habet. Alber. magn. de anim. 2. tract. 2. cap. 1. char. 33. col. 3.

Animalia multa sunt, quæ inspirant aerem, & habitant in terra, & tamen eorum cibus, & cibi venatio est in aqua, & bono tempore in aqua diu manere possunt: sed nullum animal, quod recipit aquam, & insuper ambulat in terra, venatur cibum in terra, licet eoru multum sint. Alb. mag. de ani. 7. tract. 1. ca. 2. c. 63. c. 3.

Animalium inspirantium aerem, vel aquam, causa est, quia duæ complexionem in genere factæ sunt: vna, ex duro terrestri indigens calore forti, qui calor indiguit refrigerante, quod per substantiam tangeret. Alia ex molli pinguefcente constante, indigente calore debili, qui calor indiguit refrigerate per alterationem solum per medium factam, in quo medio elementi frigiditas excedes cum calido temperatur, ne calorem extingueret. Alb. mag. de anim. 7. tract. 3. cap. 1. char. 70. col. 4.

Animalia communiter latent in hyeme, est enim tempus generationis phlegmatis, & frigoris. Alb. mag. de anim. 7. tract. 3. cap. 3. char. 71. col. 4.

Animalia respirantia, non simul recipiunt nutrimentum, & respirant. Pet. de aluer. de iuuen. sen. mor. vit. & respir. 1. 13. c. 76. col. 3.

Animalia vt vident.

Animalia non cernunt per reflexionem, vt opinantur Mathematici, sed per officium perlucidi, quod, cum afficitur quodammodo a cernendis rebus, eam affectionem differunt vsque ad ea lenia corpora, quæ illa seruare possunt. Alexand. aphrod. de sen. & sen. sect. 1. co. 5. c. 7. col. 4.

Animalia eodem modo manent absque defectu, & si astra aspiciunt, & si claudunt oculos, ergo nihil ab oculo exit, dum aspiciunt. Alexand. aphrod. de sen. & sen. sec. 1. co. 7. c. 8. col. 2.

Animal curuorum vnguium est acutioris visus, quia debet videre cibum à longinquis locis. Alb. mag. de ani. 12. tract. 3. cap. 3. c. 110. col. 2.

Animalia vt dormiunt, & vigilant.

Animalia quædam præ cerebri siccitate, & meatuum angustia, & si multus vapor ascendat, parum dormiunt: vt camelus, & ceruus, & similia. Aristot. 1. de plant. cap. 1. c. 363.

Animalia oia pedestria, & sanguine prædita dormire,

& vigilare sensu ipso percipiuntur. Aristotel. de histor. anim. 4. capit. 10. char. 139.

Animalia, quibus palpebræ adiunctæ sunt, conuiuendo obdormiscunt. Arist. de hist. ani. 4. cap. 10. char. 139.

Animal nullum est, quod semper dormiat, vel quod semper vigilet. Aristot. de som. & vig. cap. 1. char. 48.

Animalia, vt minus temporis dormiunt, quam vigilent, sic non continue dormiunt, nec vigilent, sed vicissim; quia non omnis simul vacans materia coquitur, sed vbi pars altera est concocta, leuatum animal expergiscitur; & sæpius expergiscuntur, quibus pars illa infrigidatur, quæ excrementum domat, & concoquit. fit enim, vt frequenter cesset, cessatio autem est expergiscitio. Arist. probl. sec. 10. q. 33. c. 435.

Animal expergiscitur, cum primum concoctio facta est. Them. de som. & vigil. cap. 23. c. 98. col. 3.

Animal expergiscitur, cum virtus nutritiua completur in cibo, & cessauerint vapores, qui fiunt ex cibi digestionem. Auer. phy. 8. tex. 20. c. 161. col. 4.

Animalia omnia somno communicant. Alber. Magn. de som. & vig. pri. trac. 1. capit. 6. char. 26. col. 4.

Animalia, cum primo oriuntur, si dormiant vel vigilent, & quod primum horum somnus ve, vel vigilia accidat? dicendum, si somnus accipitur large, & dicatur esse sensuum immobilitas ex fluxu ad superius nutrimenti quacunque de causa, tunc somnus est primum, quod consequitur conceptum viuum, & natum; quia somnus est medium inter viuere, & non viuere; & mutatio omnis, quæ debet fieri de contrario in contrarium, debet fieri per medium: sed tamen reuera non est somnus, sed quiddam somno simile, & immobilitas quedam ex fluxu multo nutrimenti ad superius proueniens. cibi sunt sensuum organa. Alber. Magn. de anima. 19. cap. 2. c. 159. col. 1.

Animalium vita.

A Nimalis vitæ quod principium est? quod nam aliud præter nobile illud animal, quod cælum, solem, stellas, & planetas circuit? quæ extra scilicet hanc ambiguitatem sunt, & sunt impassibilia. Aristotel. 1. de plant. cap. 1. c. 361.

Animal perfectum & diminutum commune aliquid habere necesse est, & is est vitæ scopus & huius medium est vita. Arist. pri. de plant. cap. 1. char. 361.

Animalia sunt, quæ primo viuunt in humore, tamè forma immutata foris vitam incipiunt agere; vt calices palustres; his enim affili proueniunt. Aristot. de hist. animal. 1. cap. 1. char. 6.

Animalia maiora, perfectioraque sanguinei generis plus viuunt; sed non omnia sunt maiora viuaciora: homo enim plus temporis viuunt, quam quoduis animal, excepto elephante. Arist. de gen. ani. 4. cap. 10. char. 259.

Animalibus corruptis, corrumpuntur, & scientia, & sanitas, quæ in animalibus est, Aristot. de long. & breu. vit. cap. 2. char. 293.

Animalia multa ablati vtrisque particulis, & ea quæ vocatur caput, & susceptiua alimenti, viuunt cum qua vti que fuerit medium. Arist. de iuuen. sen. vit. mor. & respir. cap. 1. char. 301.

Animalia alia præciso capite, vel protinus moriuntur, vel paulo post, alia minime: quia ita afficiuntur, quæ sanguine carent, & exiguo cibo contenta sunt, & quæ nec cibum continuo desiderant, nec calor in humore eorum diffunditur: quibus rebus priuatum animal, sanguine constans viuere nequit; illa vero sine respiratione diutius viuere possunt. Arist. problem. sect. 10. quæst. 68. char. 449.

Animalis munera sunt, vt viuat, quod ipsi confert naturalis animæ potestas. Secundo, vt oblata iudicet, ad quod conducit sensitua potestas. Tertio actio & fun-

ctio, quod ipsi tribuit motiua, & impulsua animæ facultas. Alex. aphrod. 2. de ani. cap. 11. c. 44. col. 1.

Animalia cur alia parere plura, alia pauciora consueuerit, quia alia breui tempore viuunt, alia diu. Alexand. aphrod. problem. 2. 69. char. 754.

Animalia longæua sunt, quibus bilis minuitur, & perdurat humidum magis. Ale. & Eust. 2. post. c. 103. c. 1.

Animalia, quæ vocem reddunt, habent cor, & in aere uiuunt. Simplic. 2. de anima. tex. 57. c. 40. col. 3.

Animalia, quæ habent uitæ perfectiorē, & nō solū determinatam iuxta nutritionem, sed etiam iuxta alias sensitivas, & imaginatiuas, & rōnales uitas, ideo non sunt radicata. Simp. 3. de ani. sec. 2. tex. 44. c. 76. col. 4.

Animalia ferro transfixa moriuntur, quia calor per foramina euanescit, & ignitum absorbitur, si non refrigatur. Mich. ephes. de respir. char. 37. col. 3.

Animalia omnia, quæ se nimis fatigant, propter laborem & exercitium minus uiuunt. Alber. magn. de mor. & uit. tract. 2. cap. 8. char. 62. col. 2.

Animalia frigida secundum naturam, & sanguinem non habentia in calidis, & temperatis locis diutius uiuunt: ut in primo, secundo, & tertio climate. Alber. mag. de mor. & uit. tract. 2. cap. 9. char. 62. col. 3.

Animalia aquosa sunt breuioris uitæ cum pedibus gradientia. Alb. mag. de mor. & uit. trac. 2. c. 10. c. 62. c. 3.

Animalia nulla, uel pauca, uiuunt sub polis, quia frigus ibi uiget, quæ est qualitas mortificatiua. Alb. mag. de nat. loc. dist. 1. cap. 8. char. 96. col. 2.

Animalia quæque uiuentia, in locis in quibus uiuunt, proprietates sumunt naturales proportionē, ut etiam homines. Alb. mag. de nat. loc. dist. 2. cap. 4. c. 100. c. 4.

Animal omne humiditatem habet, quæ est subiectum uitæ; qua, cum caruit, aut exsiccare incipit, destruitur animal. Alb. mag. de ani. 1. tract. cap. 5. c. 3. col. 4.

Animal moritur, antequam lædatur substantia cordis: ideo animalia mortua inueniuntur, alia membra habentia læsa, cor autem nunquam. Alb. mag. de ani. 1. tract. 3. cap. 4. char. 26. col. 4.

Animalia sanguinem non habentia humoris intrinseci uiscositate, & terrestritate exteriori, aut latent in hyme, ut apis, & uespa: aut moriuntur ad oualem conuersa materiam. Alb. mag. de ani. 26. char. 203. col. 2.

Animalia quedam disiecta in partes uiuunt, quia anima eorum parum habet perfectionis, & non exercet diuersas operationes, ideo in qualibet parte præseruatur. D. Tho. pri. de ani. l. 14. tex. 94. c. 19. col. 3.

Animalis uita tam diu durat, quam diu durat sensus tactus in eo. D. Thom. 3. de ani. l. 18. tex. 68. c. 68. col. 4.

Animalia annulosa post diuisionem uiuunt: quia in toto animali erat una anima in actu, & plures in potentia. Facta uero diuisione, sunt plures animæ in actu: quod contingit propter imperfectionem horum animalium, quæ acquirunt modicam diuersitatem in partibus. D. Thom. 7. metaph. l. 16. tex. 56. c. 564.

Animalia eiusdem speciei duabus de causis sunt longioris uitæ, quam alia, una diuersitas regionis, alia diuersitas complexionis. Pet. de aluer. de long. & breu. uit. l. 1. c. 58. col. 3.

Animalia, quæ habent aquaticum humidum, sunt breuioris uitæ, quia est grossum, & frigidum, & de facili potest infrigidari, & congelari. Pet. de aluer. de long. & breu. uit. l. 3. c. 61. col. 1.

Animalia, quæ habent nutrimentum dulce, sunt longioris uitæ quibusdam sanguinem habentibus. Pet. de aluer. de long. & breu. uit. l. 3. c. 61. col. 4.

Animalia vt masculus, & femina.

A Nimalia nonnulla non habent discrimen foeminae & maris. Arist. de hist. anim. 1. cap. 3. char. 111.

Animalia uitam stabilem ducunt, aut testata intacta nullū sexus

sexus discrimen habent. Aristot. de histor. animal. 4. cap. 11. char. 142.

Animalium foeminae a partu ferocitant, mares tempore coitus, at quæ sæpius coeunt, minus sæuiunt. Arist. de hist. ani. 6. cap. 18. ch. 224.

Animalia, quæ non sunt gressilia, vt testata, & saxia, quæ adhaerentia uiuunt, quia natura similia plantis sunt, vt in illis, sic in his deest mas, & foemina: sed similitudine, & proportionē nomen sexus accipiunt. Arist. de gener. ani. pri. cap. 1. char. 97.

Animalia execta ita immutantur, vt aut foeminae esse videantur, aut parū absint. Arist. de gen. ani. 1. ca. 2. c. 99.

Animal iam perfectum est, cum conceptus, aut mas, aut foemina est. Arist. de gen. ani. 2. cap. 4. ch. 155.

Animalium cur alia maris & foeminae coitu creantur: alia concretis quibusdam proueniunt, simul atque primus eorum ortus extiterit. Principiū cuiusque rei maximū est, quippe quod rei dimidium sit. semen autem genitale principium esse certum est. ergo minorum animalium ortus nullo agi mutuo cōcubitu solet: & causa, cur ut principio extiterunt creati nunc etiā possint foeminae exiguitas est: minoris enim rei minus quoque principium esse conuenit. Maiorum autem genus mutationem pro sui magnitudine desiderat ampliores. Arist. probl. sec. 10. q. 15. ch. 429.

Animalis species nec foemina, nec masculus sunt, quia in cunctis speciebus pene sunt. Simp. 5. physic. tex. 46. char. 321. col. 2.

Animalium sexus cum miscetur per coitum, tunc miscetur vires sexuum in feminis substantiam, cum, antequā coirent, essent istæ vires separatæ, & nisi miscerentur, non fieret generatio. Alb. Mag. de veg. pri. tract. 1. ca. 7. char. 124. col. 2.

Animalia quedam duri corij discretionem sexus non habent, sed sunt vt arbores. Alb. Magn. de ani. 4. tracta. 2. cap. 4. char. 51. col. 3.

Animalia non gressibilia, & oua non facientia, sanguinem habentia, sibi similia generantia, hoc habent, quod mas maior in corpore est, quam foemina secundum naturam vitæ longioris. Alb. Magn. de ani. 4. tract. 2. cap. 4. char. 51. col. 4.

Animalium quantum, & generantium vermes, foeminae maiores sunt uiris. At in quibusdam anibus hoc fallit, sed in ouantibus aquaticis non fallit. Alb. Mag. de ani. 4. tract. 2. cap. 4. ch. 51. col. 4.

Animalium sibi similia generantium masculis, vt in pluribus antierius est durius, in foeminis posterius, & inferius, durius & maius est. Alb. Magn. de ani. 4. tract. 2. cap. 4. char. 51. col. 4.

Animalia vt media inter plantas & animalia.

A Nimalia sunt, quæ natura ancipite partim hominē, partim quadrupedem imitentur: vt simia, cæbi, canicipites, sic enim cynocephalos appello. Arist. de hist. anima. 2. cap. 8. char. 48.

Animal testata intactum ambiguum est, an inter plantas, vel inter animalia sit. Aristot. de gener. anim. 1. cap. 20. char. 138.

Animalia media inter plantam, & animal commune habent cum plantis, quia habent os in loco inferiori, & sugunt vt plantarum radices, nec vias egestionū habent vt plantæ, sed sensu motum causante, & in appetitu, & in motu, & in aliqua corporis mollitie cum animalibus communicant. Alb. Magn. de princ. mot. proces. tract. 1. cap. 1. char. 179. col. 2.

Animal quoddam est medium inter animalia testata duræ, & testata mollis: sed magis conuenit cum testa molli, aspectu enim exteriori assimilatur ad Karabon, sed quia intrat & manet in testa dura sibi congenita, affinitatem habet cum animali testata duræ: & similitur

araneæ, & araneæ maris vocatur. Ea sunt illæ conchæ, quas deferunt peregrini pro signo peregrinationis suæ. Alb. Mag. de ani. 4. tract. 1. cap. 4. ch. 48. col. 3.

Animalia vt aquatilia.

A Nimalia aquatilia gressilibus sunt breuioris vitæ, quia aquosa, nō quia humida simpliciter, tale enim humidum facile corruptibile est, quia frigidum, & gelabile est. Arist. de long. & bre. vit. cap. 3. c. 297.

Animalia aquatilia, alia marina, alia fluuialia, alia lacustrica, alia palustrica, vt cordula, & rana. Aristot. de hist. ani. 1. cap. 1. char. 6.

Animalium a quatiliū nullum est genus, quod aquam recipiat, & cibum in terra petat. Aristot. de hist. ani. 1. cap. 1. char. 6.

Animalia aquatilia quedam pedestribus sunt calidiora, pisces enim arenam concoquunt, & limosa omnia, quæ pedestria, non concoquunt. Io. gra. 2. de ani. tex. 89. char. 62. col. 4.

Animalia dicuntur aquosa dupliciter: vel quod in aqua morantur, vel quod cibum ex aqua sumunt: & aquatica alia marina, alia fluuialia, alia stagnæ, alia paludosa. Alb. Magn. de ani. 1. tract. 1. cap. 3. ch. 2. col. 1.

Animalia mobilia aquatica differunt per membra, per quæ nituntur ad motum: quoniam natatiliū quedam natant per motum capitis; vt locusta maris, alia ambulant pedibus in fundo; vt cancri. Alber. Magn. de animalib. 1. tract. 1. cap. 3. char. 2. col. 2.

Animalium mariorum sanguinem non habentia vndecim sunt genera: primum, quod perfectius est, appellatur malachia: secundum mollis testæ, tertium duræ testæ: quartum, hiritium marinum: quintum, maluc; sextum, ligneum: septimum, veretrale: octauū, serpentinum: nonum, phlegmaticum: decimum, spongia: vndecimum, stincus. Alb. Mag. de anim. 4. tract. 1. cap. 1. ch. 45. col. 4.

Animal marinum, aut terrestre duobus dicitur modis. aliquando enim dicitur terrestre gressibile, quod anhelitu prohibetur habitare in aqua, & cogitur habitare in terra, & aere. Aliquando aquaticum appellatur natatiliū, quod branchijs per modum inspirationis emittit aquam, & attrahit aquam: alia in vtroque comunicant. Alb. Magn. de animalibus. 7. tract. 1. cap. 2. char. 63. col. 3.

Animalia quedam ita sunt aquatica, vt extra aquam viuere non possint, vt tenchæ. Alb. Magn. de animalibus 7. tract. 1. cap. 2. char. 63. col. 3.

Animal marinum nullum comedit pullos suos, sed cum completi sunt, & generant, aliquando comeduntur a parentibus: aliquando ab alijs speciei alterius, & hoc maxime facit lutius piscis. Alb. Mag. de animalibus. 7. tract. 1. cap. 3. ch. 64. col. 3.

Animalia aquatica omnia natura sunt humida frigida, quod & naturalis loc, & esca humida, & frigida sunt. Alb. Magn. de ani. 24. cap. 1. ch. 195. col. 3.

Animalia vt reptilia sunt.

A Nimal pedestre sanguineum, quod pedibus caret, serpētum genus est, & id intactum cortice est. Arist. de hist. animalium 1. cap. 6. char. 16.

Animalia non omnia ambulancia; quæ reptilia non ambulant. Io. gra. in prior. cap. 14. ch. 35. col. 4.

Animalia reptantia generaliter tribus modis repunt. Quedam costarum mobilitate repunt, vt serpentes. Quedam semicirculis quibusdam in latere suo dispositis in vtraque parte. Quedam ore, & annulis, vt vermes, quia nascuntur in ventribus animalium, & in terra. Alb. Mag. de mot. animalium 2. tractat. 2. cap. 4. char. 47. col. 3.

Animalia, quæ familia sunt in partibus sui corporis, pos-
sunt iterum iuuenescere, vt in plantis: sed ad anima-
lia dissimilia non redit iuuentus. Alb. Mag. de iuuen.
sen. tract. 2. cap. 1. ch. 50. col. 2.

Annus est solis in zodiaco circuitus. Arist. in præd. c. 55.

Anni humidi fiunt, cum vaporosa exhalatio copiosior
est: sicci, cum fumosa, & aliquando accidunt siccitates
& imbres simul, & secundum multum, & continuum
regionum: aliquando autem & secundum partes, &
hoc pro diuersitate fluxus diuersi vaporis, vel fumosi
tatis accidit. Arist. meteor. 2. su. 1. cap. 1. ch. 510.

Anni pluuiosi incommodi auiibus, piscibus sicci. Arist. de
hist. ani. 8. cap. 8. char. 297.

Annus hominibus felix, & piscibus felix esse solet. Arist.
de hist. ani. 8. cap. 19. ch. 208.

Annum foelicem esse confirmant pastores, si oues maio-
res natu tempestiue libidine inuitantur; si minores, in
felicem. Arist. de hist. ani. 6. cap. 19. ch. 230.

Annus grauis adest, cum copia est pusillarum ranarum,
quæ rubetarum faciem præsentant: quia res vna-
queque suæ naturæ idoneo abundare solet. Et cum
huiusmodi genus animantium natura humidum
sit, humidum pluuiumque annum ob eam causam in-
dicant: & huiusmodi anni graues sunt multisque
excrementis abundantes, quæ causa est, vt morbi pro-
ueniant. Arist. probl. sec. 1. q. 22. c. 338.

Anni principia diuersa sunt. Athenienses incipiunt an-
num à conuersione æstiuæ. Asiatici circa autumnum
Romani circa conuersionem hyemalem. Arabes circa
vernale æquinoctium. Simp. 5. phy. tex. 25. c. 314. c. 1.

Anni aliqui sunt humidi, & aliqui sicci; & in eis sunt plu-
uiæ multæ, vel propter dispositionem materiæ, vel
propter illud, quod accidit elementis ex corporibus
cælestibus, vel ex ambobus. Auer. meteor. 1. cap. 4.
char. 188. col. 2.

Annulosa animalia terrestria sanguinem non habent, &
horum est multa diuersitas, quia annulositas eorum
aut est in ventre, aut in dorso, aut in vtroque. Alb.
mag. de anima. 4. tract. 1. cap. 1. c. 46. col. 1.

Annulosa animalia in hoc conueniunt, quod in toto corpore
nec os nec caro distincta est; sed in toto corpore
est membrum, cuius creatio est inter os & carnem, &
non sunt dura fere extra quam intra: & alia annulos
duplicatos habent, alia alas habent. Alb. magn. de ani.
4. trac. 1. cap. 1. c. 46. col. 1.

Annulorum animalium multa sunt genera; vt vespa,
apis, vespa citrina magna, apis magna varia, apis rubea,
musca, cicada, locusta. hæc tria habent membra, caput,
ventrem, & medium inter ventrem & caput. Albert.
mag. de ani. 4. trac. 1. cap. 7. c. 49. col. 2.

Annulorum animalium alia habent alas, alia non. &
habentium alas, alia duas vt musca, alia quatuor, vt
apis. Alb. magn. de anim. 4. trac. 1. cap. 7. c. 49. col. 3.

Annulosum volans habens duas alas nullum habet acu-
leum in suo posteriori, sed quatuor: & non contra.
Alb. Mag. de ani. 4. tract. 2. cap. 7. c. 49. col. 3.

Annulosa animalia quædam diuersitatem sexus non ha-
bent. Alb. Mag. de ani. 4. tract. 2. cap. 4. c. 51. col. 3.

Annulorum oua omnia ad calorem solis exeunt: ideo
non fouentur ab ipsis. Alb. Mag. de ani. 5. tract. 1. cap.
4. ch. 53. col. 3.

Anserum foemina tantum incubant, quæ cum ceperunt,
nunquam intermittunt; sed perpetuo fouent
incubitu. Arist. de hist. animal. 6. cap. 8. c. 207.

Anser est auis nota aquatica, & est syluestris, & dome-
stica; & syluestris in quinque species inuenitur. coeunt
post solstitium hiemale, in principio veris oua faciunt
ad plus. 16. & si oua subtrahantur, ouabit vsque ad
defectum. Caro eius est frigida, sicca, dura, melanco-
lica, indigestibilis. Alb. Magn. de animalib. 23. tract. 1.
cap. 1. ch. 185. col. 3.

Antarcticus polus est, qui semper nobis est occultus, vt
contrarius arctico. Arist. de mundo cap. 2. c. 809.

Ante est principium profunditatis, & dico ante, in quo
sensus sunt. Arist. 2. de coelo, sum. 2. cap. 1. tex. 8. c. 293.

Antecedentia & consequentia inueniuntur secundum
tres species, vt sequatur ex ipsis posterius ex priori, &
prius ex posteriori; aut vt sequatur posterius ex prio-
ri, & non ex posteriori prius: aut prius sequatur ex
posteriori, & non posterius ex priori. Auer. post. 2. ca.
10. text. 94. char. 232.

Antecedentia consequentibus minora, posteriora, paria
esse possunt. Minora, vt si homo est, est animal: ho-
mo animali minus est. Posteriora, si peperit, cum viro
conubuit: posterius est peperisse. Paria, vt si homo,
risibilis est: paria enim sunt, homo & risibilis. Boeth.
in topic. 1. 2. ch. 782.

Antecedentia sunt, quibus positus, statim necesse est ali-
quid consequatur. Boeth. de differ. topic. 3. ch. 874.

Antecedente ad aliquid necessario existente, & conse-
quens ad illud necessarium erit: & antecedente possi-
bili, & consequens ad illud erit possibile. Albe. Magn.
in pri. c. 114. col. 1.

Antecedens est, quo posito vel necessario, vel probabili-
ter inferitur consequens in ipso. Alb. magn. in elench.
chart. 288. colum. 1. Idem Albert. Magn. in elench.
chart. 288. columna 1.

Antenna, quanto sublimior est, cur ipsæ velis, & ven-
to velocius feruntur nauigia? quia malus sit vectis:
hypomochlion, mali sedes, in qua collocatur: pondus,
quod mouere debet ipsam nauigium: mouens is, qui
vela tendit, spiritus. Si igitur quanto remotius fuerit
hypomochlion, facilius eadem potentia, & citius mo-
uet idem pondus, altius certe sublata antenna, velum
à mali sede, quæ hypomochlion est, remotius facies,
id efficit. Arist. q. mecan. q. 6. c. 786.

Anterius dicitur, in quo est nobis sensus, posterius in op-
positum. Arist. de iuuen. sen. vit. mor. & respir. ca. 1. c.
300. Idem Alb. Mag. 2. de coelo, tract. 1. cap. 4. c. 25. c. 1.

Antiperistasis est, cum aliquod corpus, dum expellitur à
corpore, fit vicissitudinaria locorum mutatio, & quod
expulit, locum occupat expulsi: sed quod expulsum est,
proximum expelleret, & illud proximum, & attigui,
quando plura fuerunt donec vltimum ceperit locum
primi expellentis. Simp. 8. phy. c. 483. col. 1.

Antiperistasis simul omnia moueri & mouere facit. i. ex
pelli & expellere. Simp. 8. phy. tex. 82. ch. 483. col. 1.

Antiperistasis non est causa motus. Simp. 8. phy. c. 483.
col. 2.

Antiperistasis est solum translatio, & locorum vicissitu-
dinaria, & mutua mutatio. Simp. 8. phy. ch. 483. col. 2.

Antiphero Orites propter debilitatem visus quocun-
que ibat, perspiciebat ante se idolum sui ipsius aduer-
sa fronte præcedentem. Alex. aphrodisi. 3. meteor. l.
cap. 4. co. 15. ch. 76. col. 1.

Antiphonis nunquam cantatur in consonantijs dia-
pente, & diatesseron; quia non est eadem consonan-
di ratio in iis, ac in diapason concinentia, cum grauis
in illa eundem ad proportionem in modum obtineat,
quem acuta, acuminis. Itaque fit, vt & eadem quasi,
& diuersa vox oriatur. at in diapente, & diatesseron
concinentiis non ita est, quamobrem sonus vocis op-
positæ perpendi non potest, quoniam idem non est.
Arist. probl. sec. 19. q. 19. c. 515.

Antiphonum suauis est æquisono, quod obsonum quo-
que consonum diapason est, qui ex adolescentibus,
& viris constat; qui ita distant sonis, vt nete, & hypate.
At omnis consonantia sono simplici suauis est. Ari-
stotel. proble. sec. 19. quæst. 39. char. 522.

Antipodas esse opinatus est Aristoteles. Auer. 2. de celo,
tex. 15. ch. 49. col. 3.

Antipodes pedibus nostris scilicet oppositos. Aethiopes
dat

dat Ptolomeus in lib. de dispositione spheræ. Alb. Mag.
de nat. loc. distin. 1. cap. 7. ch. 95. col. 3.

Antipodes esse nobis non est certum, quia accessus per ma-
re impeditur. Nondum erat notum terram vndiq; ha-
bitari. D. Tho. 2. meteor. lec. 9. ch. 124.

Antiqui ignorauerunt, quod inter esse purum, & non es-
se purum, esset aliqua media natura. Aristot. physic. 1.
cap. 4. tex. 28. ch. 26.

Antiqui nulli dixerunt de tempore recte. Arist. physic. 4.
sum. 3. cap. 2. tex. 93. ch. 106.

Antiqui versantes circa Theologias, faciunt fontes vt sint
principia, & radices terræ, & maris. alij omnem terram
dicunt esse humidam exsiccatam, & reliquam mare.
alij dicunt mare esse terræ sudorem; ideo salsum. alij
falsedinis causam dicunt quod aqua colatur per terrā,
vt per cinerem. Arist. meteor. 2. su. 1. cap. 1. c. 492.

Antiquius & senius dicitur de animatis solum, Amo, in
præd. char. 119.

Antiqui nobis afferunt occasionem ac opem cognoscen-
di res: nos autem, quæ ab illis disputata sunt dilatate
distincteque tractamus. Ioan. gram. primo physic. tex.
79. ch. 29. col. 1.

Antiqui nondum sciebant causam formalem, nec nōdum
distincta erat ab alijs accidentibus. Auer. physic. 2. tex.
6. ch. 24. col. 2.

Antiquorum opinionones difficiliter intelligere possumus,
cum non sint nobis notæ. Auer. primo de ani. tex. 26.
char. 113. col. 2.

Antiquum aliud est ex sic, aliud ex alio. Auer. destr. de-
struct. disp. 1. ch. 8. col. 2.

Antiquius de inanimatis dicitur, senius de animatis,
Boeth. in præd. c. 206.

ANTISSAEVS, cum ciuitas indigeret pecunijs, & soliti
essent Dionysia splendide celebrare, persuasit in crasti-
num annum victimas duplicatas Dionysio esse reddi-
turos, & quæ tunc collegissent, venderent; & sic non
mediocrem inde pecuniam collegit. Arist. œconom. 2.
cap. 1. char. 807.

ANTISTHENES genera, & formas in puris intellectu-
bus positas esse volebat. Amo. in por. ch. 3. col. 1.

Anthonon quasi iucundum vinum circa Melum & Sni-
dum oppida nasci, & gratam olentiam expirare: Oli-
go chronion verò, quasi insuaue, pauciq; momenti, &
durationis, prope Erithacem fieri proditur. Aristot. de admir.
aud. ch. 842. 15.

Antrum est in Pheneo, quod Glaphyrum, quasi sculptū
vocat, in quo nives ex guttis quibusdam defluentibus
concrescunt, hoc autem eius loci ascensus ad pauimen-
tum, quo angustissimum est declarat. Aristot. de admir.
aud. c. 849. 58.

Apeliotes spirat ab oriente æquinoctiali & est contrarius
Zephyro. Arist. meteor. 2. su. 2. cap. 13. ch. 519.

Aper syluestris bellua fera cum armis dentium, qui cul-
mi appellantur, & incidunt vt ferrum, pugnat in coi-
tu, & foemina in partu; & caro eius est viscosa, frigida.
Audientes lupos clamant, & currunt omnes apri, qui
audiunt, & iuuant se iniucem. Alb. Mag. de ani. l. 22.
trac. 2. cap. 1. c. 174. col. 2.

Aper domesticus habet conditiones apri syluestris, sed
minores incitantur ad rabiem, vno stridente; & tunc
periculosum est incidere in gregem eorum, maxime
candida veste, & maxime si foemine sunt in coitu. Alb.
Mag. de ani. l. 22. trac. 2. cap. 1. c. 174. col. 3.

Apum genera.

Apes aculeum possident: fuci eo carent. Arist. de hist.
ani. 5. cap. 21. c. 181.

Apum genera plura. Optimum, quæ breues, variæ, &
in rotunditate compactiles sunt. Secundum, quæ lon-
gæ & vespis similes. Tertium, qui fur nuncupatur, gran-

dis hic & aluo est, ampliore. Quartum fucus præcipua
magnitudine, sed nullo armatus aculeo, & ignauus.
quamobrem alucis aliquid intexunt, quod apes subire
possint: fuci autem, vt grandiores, nequeant. Arist. de
hist. ani. 5. cap. 22. c. 182.

Apum quoddam genus est in Ponto candidum, quod
bis in mense mellificat. Aristot. de histor. anima. 5.
cap. 22. ch. 184.

Apes quædam sunt, quæ fauos sub terra triplici ordine
faciunt, in quibus mel est, vermis nullus, sed nec faui
omnes eiusmodi sunt, nec apes ita omnes configunt.
Arist. de hist. ani. 5. cap. 22. ch. 184.

Apes & reliqua similis formæ insecta nouem generum
sunt, sex gregalia; apes, reges apum, fuci, vespa annæ,
crabrones, & teredines. Solitaria sunt tria; sirenis mi-
nor, qui fucus totus est: sirenis maior, qui niger, va-
rius est: tertius, quem bombycem vocat, qui maximus
inter hæc est. Ari. de hist. ani. 9. cap. 40. c. 354.

Apum genera. Duo principum: alterum rufum, quod
præstantius est: alterum nigrum, magisq; varium, du-
plo maius ape vtili. Tertium genus, quod optimum
est, breue hoc, in rotunditatem compactile & varium
est. Quartum longum crabronibus simile. Præte-
rea, quod fur appellatur, nigrum hoc, aluoq; amplio-
re est: quin etiam fucus, qui omnium maximus est,
sed sine aculeo & ignauus. Aristot. de histor. anima. 9.
cap. 40. char. 357.

Apes differunt inter se, quæ natæ vrbani parentibus, &
quæ rustico montanoque victu educatis prodierint.
sunt enim syluestres horridiores aspectu, & iracun-
diores, & minores, sed opera & labore præstantiores.
Arist. de hist. ani. 9. cap. 40. c. 358.

Apes foeminas esse, fucos mares ratio non patitur. Arist.
de gen. ani. 3. cap. 10. c. 211.

Apes aculeo armatur, fuci inermes sunt, aculeoq; carēt.
Arist. de gen. ani. 3. cap. 10. ch. 211.

Apum nouem sunt genera: quorum sex habitant in casa
& ciuilitate sua, & tria per se solitaria morantur. Prima
earum, quæ simul cohabitant, est apis, quæ aluere si-
bi inuenit, in qua regem habet, & fauum præparat, in
quo mella reponit, & quasi colorem pulueris habet.
Secunda est mala apis, & in colore similis est primæ,
& sed minor, & nihil operatur, sed immiscetur bonis, &
cum multæ sunt, ex defectu mellis moriuntur omnes.
Tertium est vespa, quæ apibus non miscetur, sed ex fe-
tidis colligit ea, quæ suo examini reportat. Quarta est
apis cæca, quæ est trium generum, quorum primum
est citrina parua, & vespa citrina vocatur; secunda est
apis citrina longa mediæ quantitatis, & vocatur à græ-
cis yriby: tertia est maxime quantitatis, & vocatur ci-
trina cæca: & hoc genus, si multæ sunt, puncturis, &
aculeo equum, & hominem occidunt.

Apum verò, quæ solitaria sunt, tria sunt genera, quorum
vnum est, quod in terra fauum facit, sed cera inutilis
est: secundum est longius aliquantulum, & trium co-
lorum inuenitur, nigrum, rubeum, & variū; tertium
est varium, & quantitate maxima inter tria, & in vo-
latu sonant. Alber. Magn. de animal. l. 8. tract. 4. cap. 2.
char. 79. col. 4.

Apes argumentosa dicuntur, propter solertiam conuer-
tendi rores in ceram, & mella. Operosa autem propter
quod congregata suo emendant opere, & sibi conue-
nientia per naturam faciunt. Alber. Mag. de anim. l. 8.
tract. 4. cap. 2. ch. 80. col. 1.

Apis bona, est parua, rotunda, in se densa, & quæ subtile
mel facit. Alb. Mag. de ani. l. 8. trac. 4. cap. 3. c. 80. col. 3.

Apum generatio.

Apes alij parere, & coire negant, sed deportare foeru-
ram existimant, alij ex flore cerinthi, alij ex flore
arundi-

arundinis, alij ex flore oleæ aiunt: & argumentum asferunt, quod cum oliuarum proventus fit largior, tunc plura examina prodeunt. Alij succorum quidem feturam cõportari ab aliquo ex dictis arbitrantur, sed apum generi ortum præstari a ducibus. Arist. de hist. anim. 5. cap. 21. char. 181.

quàm si circumferatur. si non est apum, non est verisimile laborare apes circa semen aliorum, & constat etiam in apibus esse sexus differentiam. Secunda est quod semen ex rege totum procedat, quod etiam est falsum, tum per eandem rationem, tum etiam quia hoc est irrationale, vt colligant apes semen aliorum. Tertia, quod fiat semen ex KyriKes, idest, apibus non habentibus aculeum, habentibus vtriusque sexum, quod absurdum est eadem de rege dicta ratione; quia apes foeminae non fouerent illud semen. Quarta est, quod ex coitu chirichum apibus generantur apes, quod non apparet; nunquam enim obseruatum est apes simul coire. Restat ergo, vt dicamus, quod geherantur apes sine coitu, sicut generantur etiam pisces. Alb. Mag. de ani. 1. 17. tract. 2. cap. 2. c. 149. col. 3.

Apum mores.

se, quasi fulcro, contra ventum stabilitant. Arist. de histor. animal. 9. cap. 40. char. 362.

apum more. exclusus inde vermiculus, dum paruus est, iacet in fauo obliquus: deinde sua ipsius facultate se erigit, cibumque capit, fauoque ita adhaeret, vt retineri videatur circa Thermodoontem. Arist. de hist. animal. 5. cap. 22. char. 183.

Apibus quæ nocent, & iuuant.

quia potius semine in loco manente, generatur animal,

saam. mel ore euomunt in cellas. foetu posito incubant

Apibus multum nocent vespa & hiru. lines, & alia quædam auiculæ & ranæ. Alb. Mag. de ani. 8. tract. 4. cap. 4. char. 81. col. 1.

Apibus accidit infirmitas, quam scaliros græci vocant: afficitur enim puluerulenta in alis, & volare nequit. Alb. Magn. de ani. 8. tract. 2. cap. 4. c. 81. col. 2.

Apibus infirmis origani flores profunt, & maxime eius, qui albiore habet florem. Alb. mag. de ani. 8. tract. 3. cap. 4. c. 81. col. 2.

Apibus nocet prope esse iuxta oues. Alb. Magn. de ani. 8. tract. 4. cap. 5. ch. 81. col. 2.

Apum cibis.

Apis vna omnium insectorum nullis putridis affidet, nec alio vitur cibo, quam dulci; & aquam clarissimam fontis libenter haurit. Arist. de hist. anim. 8. cap. 11. char. 286.

Apes nihil venantur, sed ipsæ sibi faciunt cibaria, atque recondunt: mel enim earum est cibus, sed etiam cereum (quod vocant) edunt dulcedine prope ficus. Arist. de hist. ani. 9. cap. 40. ch. 356.

Apes nullam carnem, nec obsonium appetunt. Arist. de hist. ani. 9. cap. 40. ch. 360.

Apiarij cum eximunt fauos, cibi tantum relinquunt, quantum sufficit per hyemem. quod si non suffecerit, moritur ibi examen: hyems enim obstat ne discedant. si sufficit, seruantur. Arist. de hist. ani. 9. cap. 40. char. 360.

Apibus pastus gratissimus est thymum: sed rubido albidum præfertur. Arist. de hist. ani. 9. cap. 40. ch. 362.

Apes bibunt è fluuio, si est propinquus; sin autem, aliunde: Arist. de hist. ani. 9. cap. 40. ch. 362.

Apes esuriunt ab hyeme potissimum, cum opus incipiunt. ociosiores redduntur, si in fauis plus mellis reliqua, quam opus sit. Arist. de hist. ani. 9. cap. 40. c. 364.

Apum cibus proprius est mel. Alb. Mag. de ani. 8. tracta. 4. cap. 2. char. 80. col. 1.

Apes tempore pacis parum comedunt, sed tempore belli, cum suffocantur, multum comedunt. Alb. Mag. de ani. 8. tract. 4. cap. 2. char. 80. col. 1.

Apum reges.

Apum ducum duo sunt genera: fului, qui præstantiores: & nigri magisque varij, & eorum magnitudo est maior, quam apum frugiferarum, pars à præcincto inferior proportione sexquialtera, adeo longitudinis habetur, & a nonnullis matres, vt originis autores, appellantur, argumentò referunt, quod fucorum fetus editur sine duce, apum nunquam. Arist. de hist. ani. 5. cap. 20. char. 181.

Apum reges aculeum habent, sed eo non vtuntur. ideo aliqui aculeo eos carere existimant. Arist. de hist. ani. 5. cap. 21. char. 181.

Apum duces plures sunt in vnoquoque examine, & si sunt pauciores, pereunt apes (quod non tam principis desiderio quam ortus (vt aiunt) ad quem illi necessarii sunt, incidit) vel si plures sunt duces, quam sit satis: distrahunt. n. examen. Arist. de hist. ani. 5. cap. 22. char. 182.

Apum regis primordium colore cernitur fuluo, corpora lentia mellis crassioris, magnitudine illico proxima suæ futuræ sobolis nec primum ex eo vermiculus gignitur, sed statim apes, vt aiunt; & qua parte foetus constitutus est, mel ibi è regione conficitur. Arist. de hist. ani. 5. cap. 22. char. 183.

Apum reges nunquam exeunt foras, vel, vt pascantur, vel alia de causa, nisi vniuersa cum plebe, & si cum pergunt, rex forte aberrarit, omnes inquirere, odoratuque sagaci persequi, donec inueniat, accepimus,

& cum volare non potest, a plebe gestatur: & si perierit, omnes ducedunt. Arist. de hist. ani. 9. cap. 40. c. 356.

Apes duces plures & improbos necant, ne principum multitudine in examine feditionem faciat. Arist. de hist. anim. 9. cap. 40. char. 358.

Apes, cum migrare debent, vox solitaria, & peculiaris quædam aliquot ante diebus intus mittitur: & biduo, aut triduo paucæ circum alueum volant: an rex inter eas sit, nondum cognitum est, quia difficile est cognitu. Collectæ iam aduolant, & per singulos reges diuiduntur. & si forte paucæ prope multas consistunt, concedunt paucæ ipse ad plures, ac regem, quem relinquerint, si sequatur, interimunt. Arist. de hist. anima. 9. cap. 40. char. 359.

Apum principes minime irritantur, & feriunt: Arist. de hist. anim. 9. cap. 40. ch. 361.

Apes aculeo regibus assimilantur, fucis magnitudine. Arist. de gener. anim. 3. cap. 10. ch. 212.

Apes viribus, & pariendi facultate similes ducibus sunt, fuci magnitudine emulantur: quod si aculeum habent, duces quoque essent. Arist. de gener. anima. 3. cap. 10. char. 213.

Apum reges recte intus manent immunes omni negotio necessario, quasi nati ad sobolem procreandam. magnitudine item præstant, quasi ad prolem generandam corpus eorum iam sit institutum. Arist. de gen. anim. 3. cap. 10. char. 213.

Apes sequi reges consentaneum est, cum ab ipsis eorum generatio proficitur. Arist. de generat. animal. 3. cap. 10. char. 214.

Apes regem infirmum volare non valentem ferunt in turba, & si moritur, moriuntur & ipsæ. Alb. Mag. de ani. 8. tract. 4. cap. 3. ch. 80. col. 2.

Apum rectores alij nigri sunt, alij rubei, sed melior est rubeus. Alb. Mag. de ani. 8. tract. 4. cap. 3. ch. 80. col. 2.

Apum vita.

Apum vita, sex sunt anni, & aliquæ septimum complere possunt, quod si examen nouem aut decem annos durauerit, prospere actum esse existimatur. Arist. de hist. anim. 5. cap. 22. ch. 184.

Apes, quæ percusserint, intereunt, quia sine intestini eruptione aculeus eximi non potest: sepius etiã euadunt, si, qui ictus est, curam adhibet, vt aculeus infixus iunctus cum alio extinguatur, alioqui apis interit. Arist. de hist. ani. 9. cap. 40. ch. 361.

Apes longioris sunt vitæ alijs maioribus animalibus. Arist. de long. & breuit. vitæ, cap. 3. ch. 297.

Apes quæ diu viuunt septem annis. Arist. de iuuen. sen. vit. mor. & respir. cap. 11. ch. 317. Idem Pet. de Aluer. de senect. & iuuentu. l. 11. char. 74. col. 3.

Apes & omne annulosum a imal moritur, si oleo, vel alio pingui inungatur corpus eius, & maxime caput. Alb. Mag. de ani. 7. tract. 2. cap. 3. ch. 69. col. 2.

Apis, omnia quæ pungit, moriuntur aliquanto tempore post puncturam, quia dum relinquit aculeum, exit aliquid de intestino. Alber. Mag. de anim. 8. tract. 4. cap. 4. char. 81. col. 1.

Aphrica, nec aprum, nec ceruum, nec capram syluestrem habet. Arist. de hist. ani. 8. cap. 28. ch. 308.

Aphrica multiformes feras producit, quia cum bibunt simul, ob fluminum penuriam, procreant ex diuersis speciebus genita. Arist. de hist. ani. cap. 28. ch. 310.

Aphrica semper aliquid noui affert, quia animalia diuersa ob aquæ penuriam, ad riuos congregantur, & libidine copulantur. Arist. de gen. anim. 2. cap. 5. ch. 178. Idem de hist. ani. 8. cap. 28. ch. 310.

Aphrica ab Arabico Isthmo ad columnas Herculis porrecta est, vel (vt alijs placet) à Nilo. Arist. de mundo, cap. 2. char. 814.

Aphrico

Aphrico spirante circa æquinoctium, cur aqua fieri necesse sit? An quo loco orbis Sol fuerit, inde soleat spiritus excitari? itaque pro solis discursu vicissitudo spirituum agat. Quod cum æquinoctium hyemis & æstatis confinium sit, dum Sol nobis conspectum æquinoctium agit, aut iustum transgressus limitem regionis dedit hybernæ, accidit, vt venti partis illic, vernaculi spirent, quorum primus Aphricus est natura humidus: & cum Sol partem terrarum hybernæ perlustrat, statusque regionis eiusdem mouet, euenit, vt hyems suis fungatur muneribus: cuius generis imber est. Ad hæc, cum æquinoctium, tamquam paribus examinatis viribus hyemis ac æstatis confet, si alterutris quicquam additum sit, fiet, vt in æquilibrio pondus lanci adiunctum alteri efficit. & cum aphricus sit hyberni ordinis, naturaque humidus, æquinoctio additus hyemem ac imbrè affert: imber enim est hyems statibus familiarissima. Arist. in prob. sec. 26. q. 28. ch. 586.

Apium si quis radice tenus circum fodiat, partique imæ panicum vndique ingerat, deinde terram accumularet, & irriget, cur radices mira magnitudine adolescunt: quia panici natura fungosa est, & calida, pabulum atrahit, conceptumque non transmitti sursum patitur, vnde sequi incrementum necesse sit. Arist. problem. sec. 20. quæst. 8. char. 530.

Apij quoddam genus est in Ceo (vt aiunt) a quo, si quis spina percussus est, emoritur. Arist. de admir. aud. 139. char. 873.

Apium multarum specierum herba est, montana, syluestris, domestica, & aquatica. Alber. Magn. de veg. & plant. l. 6. tract. 2. cap. 2. ch. 163. col. 1.

Apium & petroselinum feritur cum irrigatione in quocunque loco. Alber. Mag. de veg. & plant. l. 7. tract. 2. cap. 2. ch. 163. col. 4.

Apparentiæ ignitæ, quæ apparent in aere, differunt secundum succensi fomitis portionem, aut altitudinem. Si enim succensus fomes latitudinem & longitudinem habet, videtur sæpe accensa flamma, vt in arca ardente stipula. Si longitudinem tantum habet, Capræ: Si maior secundum longitudinem quam secundum latitudinem, quandoque scintillat vt ardens. At si longitudines erunt paræ, & dispersæ, & similiter secundum profunditatem & latitudinem, sydera, quæ volare videntur, fiunt. Arist. in meteor. l. 1. su. 2. cap. 1. tex. 1. c. 460.

Apparentia omnia non sunt vera, quod ex dormietium, & vigilantium vanis visionibus facile colligere possumus. Alex. aphrod. 3. meteor. cap. 12. ch. 14.

Apparentia impossibile est, vt sit per refractionem radij. Auer. in metaph. l. 1. cap. 3. ch. 186. col. 2.

Apparentiam quod habet alicuius rei, cum illa similitudinem aliquam habere debet. D. Thom. 4. metaph. l. 4. tex. 5. char. 197.

Appellatio vniuscuiusque rei à fine sumi debet. Arist. 2. de ani. su. 3. cap. 2. tex. 49. ch. 627.

Appellatiuum nomen ideo dicitur, quia in eo multa peluntur in vnum, & ideo commune est multorum. Alb. Mag. eud. ch. 35. col. 1.

Appetitus diuiso, & species.

Appetitus sunt contrarij inuicem, cum ratio, & concupiscentia sunt contrariæ. Fit autem habenti sensus per tempus: nam intellectus propter futurum, retrahere iubet, concupiscentia propter præsens: nam, quod delectabile est videtur & simpliciter delectabile, & bonum simpliciter, quia non videtur futurum. Arist. 3. de anim. su. 2. cap. 2. tex. 53. ch. 667.

Appetitus tres sunt species: cupiditas, furor, & voluntas. Arist. mag. mora. l. 1. cap. 11. ch. 288.

Appetitus earum rerum, quæ delectare nata sunt, dicitur concupiscentia: & vlciscendi appetitus cuiuspiam,

qui nos fere contempserit, ira: quæ in perfectis, & absolutis animalibus reperitur. At bonorum appetitus, qui in nobis iudicio, & consilio potentibus gignitur, voluntas dicitur, quæ hominibus folis peculiaris, & propria est. Alexand. aphrod. primo de anima. cap. 21. char. 39. colum. 3.

Appetitus species sunt; cupere, irasci, & velle, ex quibus videtur esse voluntas rationis particeps. Alex. aphrod. 2. de ani. cap. 11. char. 44. col. 1.

Appetitiuæ facultates animæ quatuor sunt, voluntas & electio, quæ rationales sunt; & ira & cupiditas, quæ irrationales sunt. Eust. 6. ethic. cap. 1. c. 272.

Appetitus & ratio in agendis bonis duplex est. Primus est appetitus, qui ante excitatur quam ratio quidpiam iudicet, demonstratque an proposita res digna sit, quæ appetitur; qui nondum rationalis dicitur. Secundus subsequitur appetitus cum ratione, quæ electio etiam nuncupatur, qui postquam aliquid appetendum esse demonstratum fuerit, existere consuevit. Prima ratio est, quæ bonum esse quod appetitus ratiocinatur, electio namque antecedere solet. Secunda, quæ modum inuenit, quo id, quod iam elegimus, consequi etiam valeamus. Eust. 6. ethicorum. cap. 2. c. 278.

Appetitus alius est naturalis sine sensu, vt in plantis nutrimentum; aliud cum sensu, vt appetitus animalium. Auer. phy. l. 1. tex. 81. c. 25. col. 2.

Appetitus duplex: communis enim est animæ rationalis, & sensuæ: & sensibilis distribuitur in concupiscentiæ, & irascibilem: rationalis vero, quia simpliciter est, in sola voluntate consistit. Alb. Mag. ethic. 9. tract. 2. cap. 2. ch. 101. col. 2.

Appetens aliquid, vel cognoscit ipsum, & se ordinat ad illud: vel tendit in ipsum ex ordinatione, & directione alicuius cognoscens, vt sagitta ex directione sagittantis tendit in locum ordinatum. D. Tho. pri. phy. lect. 15. tex. 81. char. 15. col. 3.

Appetitus triplex: sensitius, intellectiuus, & naturalis. D. Tho. de ani. l. 5. tex. 27. c. 25. col. 2.

Appetitiuum in tria diuiditur: in vim concupiscentem, quæ est desiderium; in vim irascibilem, quæ est ira; & in appetitum intellectiuum, quæ est voluntas. D. Tho. 2. de ani. l. 5. tex. 28. c. 25. col. 3.

Appetitus sensitius duas habet potentias: irascibilem, & concupiscentem. In appetitu autem rationali vna tantum est potentia, voluntas tantum; quia potentia distinguuntur secundum rationes obiectorum, & appetitiuæ obiectum est bonum apprehensum: & alio modo apprehendit bonum intellectus, alio sensus: quia intellectus secundum vniuersalem boni rationem, bonum apprehendit: sensus, sub determinata boni ratione. & ideo appetitus, qui sequitur apprehensionem intellectus, est vnus tantum, & sensus duplicis, quia apprehendit bonum appetibile, vt delectabile, & sic est concupiscentia, & apprehendit bonum, vt perficitur delectabilis, quasi habens facultatem vtendi eis: & ad hoc ordinatur irascibilis, quæ est quasi propugnatrix concupiscentis. D. Thom. 3. de anima. l. 14. text. 42. char. 63. colum. 1.

Appetitus diuiditur in appetitum intellectualem, & sensitiuum. Intellectualis est voluntas, vel electio. appetitus sensitius est concupiscentis alius, & alius irascibilis. D. Thom. de anim. mot. lec. 5. c. 52. col. 3.

Appetitus, & fuga existimationem sequuntur, sed non quamcumque, sed vtilis, & non vtilis. Alex. de ales. 4. metaph. tex. 18. ch. 90. col. 1.

Appetibile intelligibile, & sensibile aliter se habet: quia appetibile intelligibile est bonum simplex, & ideo cadit sub appetitu, quia videtur bonum, vt est: appetibile sensibile ideo videtur bonum, non quia sit, sed quia appetitur. Alexan. de ales. 12. metaph. text. 36. char. 343. colum. 1.

Appetitus quid est.

Appetitus est concupiscentia, ira & voluntas. Arist. 2. de ani. su. 2. cap. 1. tex. 27. ch. 62. 1.
 Appetitus omnis propter aliquid est. Arist. 3. de ani. su. 2. cap. 2. tex. 49. ch. 666.
 Appetitus & imaginatio est recta, & non recta: unde semper mouet appetibile: sed hoc aut est bonum, aut apparet bonum, non omne autem, sed agibile bonum. agibile autem est, quod potest & aliter se habere. Arist. 3. de ani. su. 2. cap. 2. tex. 51. ch. 666.
 Appetitus noster vanus, infinitus, inanisq; esset nisi esset rerum agendarum finis aliquis. Arist. ethic. 1. cap. 2. ch. 4.
 Appetitio rerum iucundarum incautibilis est. Arist. 3. ethic. nico. cap. 1. 2. ch. 78.
 Appetibile maxime est sui natura, quod maxime bonum est. Alex. aphrod. pri. nat. quæst. cap. 1. ch. 1.
 Appetitus nil aliud ferme esse videtur, quam animati corporis motus: quia & reliqua, quæ experi, aut declinari nata sunt, imaginatioque gignuntur. Alex. aphrod. 1. de ani. cap. 2. 1. ch. 40. col. 1.
 Appetitus omnis non est voluntas, at voluntas omnis est appetitus. Them. 3. de ani. cap. 67. tex. 55. c. 90. col. 14.
 Appetitus est maxime non presentis productio, aut ad ipsum procedens. Sim. 7. phy. tex. 10. c. 372. col. 1.
 Appetitiuæ facultates appellantur irascibiles, & concupiscentes, non quod irascuntur iam vel cupiunt, sed quod ita vel affici, vel operari consueuerunt. Eust. 6. ethic. cap. 1. ch. 264.
 Appetitus & sensus, & rationis quasi minister est; cum appetenda & fugienda illis proponat, & iucunda, & molesta afferat: & ratio, quæ eligenda, quæ repudianda sunt, iudicat. Eust. 6. ethic. cap. 1. ch. 274.
 Appetitus in anima rationali est voluntas libera. Alber. Mag. de ani. tract. 4. cap. 5. c. 47. col. 2.
 Appetitus, quo aliquis appetit bonum, est intentio, qua tendit in illud bonum acquirendum, & hoc est tentio ab eo, quod homo concipit, & comprehendit finem, & bonum, quod appetit: quæ tentio, nec scientiæ, nec sapientiæ, nec intellectui conuenit. Alber. Mag. ethic. 1. tract. 3. cap. 3. c. 6. col. 3.
 Appetitus boni quicquid disponit, aut est apprehensiuum, aut motiuum, aut ex utroque compositum. Alber. Mag. ethic. 1. tract. 3. cap. 5. c. 7. col. 1.
 Appetitus naturalis nil aliud est, quam ordinatio aliquorum secundum propriam naturam in finem suum. D. Tho. 1. phy. 1. 15. tex. 81. c. 15. col. 3.
 Appetitus est vltima, & proxima causa ipsius motus. D. Tho. de ani. mot. 1. 5. c. 52. col. 3.
 Appetitus intellectui operatio non dicitur proprie passio, tum quia non est secundum transmutationem organi corporalis; tum, quia ob operationem appetitiui intellectui, qui est voluntas, homo non agit, vt patiens, sed potius seipsum agit vt dominus sui actus existens. D. Tho. 2. ethic. 1. 5. c. 26. col. 4.
 Appetitus est tendentia ad rem non habitam, possibilem tamen haberi. Alex. de ales. 1. metaph. c. 2. col. 2.
 Appetitus est quædam tendentia perfectibilis in suâ perfectionem, vt perficiatur per illam. Alex. de ales. 1. metaph. c. 2. col. 4.
 Appetitus non est ociosus. & licet non possit conducere ad supernaturalia per se, tamen potest conducere per aliud. Alex. de ales. 1. metaph. c. 3. col. 1.
 Appetitus naturæ est vis quædam in re quæque insita, qua singula nulla ex deliberatione causa suscepta in bonum differunt. Dan. bar. 1. rhet. cap. 18. c. 44.

Appetitus in quibus est.

Appetitus non est aliunde quam à sensu. Aristot. de plan. pri. cap. 1. c. 359.

Appetitiuæ facultatis actiones circa voluptates, & dolores existunt, illas quidem expetentis, & persequentis; ab ijs vero auertentis. quarum incommensuratio corrumpt in vnoquoque id, quod est bonum, & hæc est excessus & defectus. eodem modo & in passionibus. Alex. aphrod. 4. natu. q. cap. 25. ch. 2. 1.
 Appetitio omnis a sensu, imaginationeque nascitur. The. 3. de ani. cap. 57. tex. 44. c. 89. col. 4.
 Appetere non possumus sine cognitione. Sim. 3. de ani. sec. 2. tex. 43. c. 75. col. 4.
 Appetitus ad iucundum dirigitur, aut etiam ad bonum, & malum, vt in rationalibus. Simpl. 3. de anim. sec. 2. tex. 56. c. 80. col. 3.
 Appetitus quibus inest, siue concupiscentia, ijs inest etiam imaginatio, quo ex memoria iucundi ad illud moueatur. Simp. 3. de ani. sec. 2. te. 56. c. 80. col. 3.
 Appetitus & cupiditas est vbi iucundum est. Ioan. gram. 2. de ani. te. 27. ch. 42. col. 1.
 Appetitus proprie in solis sensum habentibus reperitur. Ioan. gram. 2. de ani. te. 35. c. 45. col. 3.
 Appetitus non determinatur nisi per formam appetibilis sibi nuntiatiua, vel per sensum, vel per intellectum. Alber. Mag. ethic. 6. tract. 1. cap. 4. c. 70. col. 1.
 Appetitus omnis est propter indigentiam, quia est non habiti. D. Tho. 1. phys. 1. 15. te. 81. c. 14. col. 3.
 Appetitiua, & apprehensiuua vis, vt in sensu, sic, & in intellectu inuenitur. D. Thom. 1. de anim. 1. 10. tex. 65. ch. 14. col. 4.
 Appetitus est vbi est sensus. D. Tho. 2. de anim. 1. 3. te. 17. ch. 23. col. 1.
 Appetitus & desiderium est, vbi est dolor & delectatio. D. Tho. 2. de ani. 1. 4. te. 20. c. 24. col. 1.
 Appetitus inferior sequitur phantasiam, & absque ratione mouetur ad concupiscendum, vel irascendum, quia phantasia sequitur, & non vtitur syllogismo. D. Tho. 3. de ani. 1. 16. te. 57. c. 66. col. 1.
 Appetitus supponit cognitionem, vel in se, vel in alio. Ale. de ales. 1. metaph. ch. 2. col. 4.
 Appetitus est ad omnia, hoc est in generali, & indistincte, sed tamē determinate potest esse ad hoc vel illud, vt determinatur per cognitionem, & sibi præsentatur hoc vel illud. Ale. de ales. 1. metaph. c. 2. col. 2.
 Appetitus, quo aliquis appetit scire, potest esse, & ex parte voluntatis, & ex parte intellectus. Alex. de ales. 1. metaph. c. 3. col. 2.

Appetitus vt mouet, & mouetur.

Appetitu ducitur, & voluptate afficitur per saturitatem, quod alitur, dolore vero per famem. Aristot. de plant. 1. cap. 1. c. 359.
 Appetitus trahitur ab ijs rebus, quæ appetuntur. Them. 1. de ani. cap. 18. te. 42. c. 64. col. 4.
 Appetitus vehementior semper mouet debiliorem, non quod debilius suum motum deserat, sed vt à validiori tollatur ac rapiatur. Them. 3. de ani. cap. 67. tex. 55. ch. 90. col. 4.
 Appetendi vis mouetur, & declinat, cum suavis, aut aduersi aliquid sensus fert. Simp. octauo physic. tex. 20. ch. 419. col. 2.
 Appetitus ducit vnumquodque ad sibi simile. Simp. 4. de celo. tex. 6. co. 2. c. 102. col. 2.
 Appetitus non mouet, vt finalis causa, sed vt efficiens. Io. gram. 3. de ani. te. 40. c. 92. col. 1.
 Appetitiuum & vnum est, & non vnum; vnum quidem genere, duo specie: & mouet vt vnum genere; est enim alius appetitus rationalis, alius irrationalis, specie dissimiles. Ioan. grammat. tertio de anima. tex. 44. ch. 93. col. 3.
 Appetitiuum & appetendum mouent, sed differunt: quia appetitiuum motum mouet, appetendum autem, est sit im-

fit immobile, mouet, vt qui est finis; finis autem, est immobile, mouet. Ioan. gram. 3. de anima. tex. 55. ch. 95. col. 1.
 Appetitum, vel bene, vel male operari è moribus euenit. Eusta. 6. ethic. cap. 2. ch. 279.
 Appetitu quæ sunt, passione & affectu aliquo sunt. Mich. ephes. de anim. motu, ch. 48. col. 3.
 Appetitus non fit nisi per motum a sensu factum. Alber. Mag. 2. de ani. tract. 1. cap. 7. ch. 15. col. 1.
 Appetitus omnis est cum quodam affectu concupiscentiæ, quæ est rei exterioris, quia mouet extra ad appetibile. Alber. Mag. 3. de ani. tract. 4. cap. 5. c. 47. col. 2.
 Appetitus nullus mouetur, nisi propter aliquod bonum. Alber. Mag. ethic. 1. tract. 3. cap. 4. c. 6. col. 4.
 Appetitus nullus operatur, nisi per formam scientiæ, quæ est in ipso. Alber. Mag. ethic. 5. tract. 1. cap. 1. ch. 58. col. 1.
 Appetens omne, vt appetens, mouetur; & quidam actus & motus est ipsum appetere, prout motus est actus perfecti. D. Tho. 3. de ani. 1. 5. tex. 54. c. 65. col. 2.
 Appetitus cognoscitiuus non fertur nisi in bonum, & nunquam fertur in malum, nisi in quantum induit rationem boni. Alex. de ales. 2. metaph. c. 43. col. 3.
 Appetitus omnis ad aliquod perpetuum est, & nititur ad sequi naturam perpetui in quantum potest. Alex. de ales. 3. metaph. tex. 12. c. 67. col. 2.
 Appetitus mouet in motu progressiuo potentiam motiuam, quæ mouet membrum motu progressiuo. Alex. de ales. 2. metaph. tex. 36. c. 342. col. 4.
 Appetitus sensitiuus subuertit iudicium rationis, vt bonum intelligatur bonum. Alex. de ales. 1. 2. metaph. tex. 36. ch. 343. col. 1.

Appetitus, vt appetit.

Appetitus omnis, & inquisitio per aliquid simile perficitur, nec vnquam appetit, nisi per hoc, quod est simile appetenti. Alber. Mag. de nat. & orig. anim. tract. 2. cap. 6. ch. 73. col. 3.
 Appetitus ad esse diuinum omnibus est: quia diuinum primum lumine suo penetrat in omne quod est; quæ penetratio luminis diuini boni est inclinatio, & ad diuinum bonum inchoata similitudo, & simile appetit sibi simile. Alber. Mag. de cau. & proces. vniuer. a cau. prima 1. 2. tract. 4. cap. 2. c. 224. col. 3.
 Appetitiua, prout est animæ vegetabilis virtus, appetit cibum appetitu naturali, & appetit ex vacuitate replentis nutrimenti, & ex defectu, qui prouenit ex dissolutione deperditi à substantia vegetabili. & hic appetitus est cum sensu in his, quæ habent animam sensibilem, vegetabilem: & vocatur fames, & sitis, & prouenit ex sensu euacuationis. Alber. Mag. de ani. tract. 2. cap. 8. ch. 18. col. 3.
 Appetitus naturalis, quicquid appetit, illud potest obtinere: & quod appetit est proportionatum principiis naturalibus, quibus appetitus nititur obtinere illud: & ita secundum quod sunt gradus entium, ita sunt gradus bonorum, quæ appetuntur. Entia autem alia sunt propinquissima primo enti; alia remotissima, alia in medio. Alber. Mag. ethicor. primo tract. 3. capitu. 6. ch. 7. col. 2.
 Apporema est syllogismus dialecticus contradictionis. Aristot. topic. 8. cap. 4. ch. 567.
 Appositio est, cum quispiam ex his, quæ perficiunt substantiam, compositum fecerit, & adiungat aliquid vterius; vt accipiens aliquid eorum, quæ non secundum formam, sed secundum materiam definito insunt. Alex. & Eust. 2. post. ch. 28. col. 2.
 Appositio omnis est congregatio quædam, subtractio, disgregatio quædam. D. Thom. 7. phys. 1. 4. text. 13. ch. 110. col. 4.

Apprehensio, quæ per sensum efficitur, est quædam disciplina. Alex. aphrod. primo metaph. co. 2. c. 3. col. 2.
 Apprehensio est quid medium inter agens, & passum. Auer. contra Algazel. in phy. disp. 2. c. 61. col. 3.
 Apprehendere est formam apprehensi accipere, non secundum esse, quod habet in eo, quod apprehenditur: sed secundum quod est intentio ipsius; & species, sub qua aliqua sensibilis, vel intelligibilis notitia apprehensi habetur. Alber. Mag. 2. de ani. tract. 3. cap. 4. ch. 20. col. 3.
 Apprehensio quatuor habet gradus: quorum Primus, & infimus est, quo abstrahitur & separatur forma à materia; sed non ab eius presentia; nec ab eius appenditijs: & hoc facit virtus apprehensiuua, quæ est de foris, quæ est sensus. Secundus gradus est, quo separatur à materia, & à presentia materiæ, non autem ab appenditijs eius; quam facit imaginatiua potentia. Tertius est, quo accipimus non tantum sensibilia, sed quædam intentiones, quæ non imprimuntur sensibus; & non fit sine extimatione: & hoc cognoscimus hunc esse hominem, & lapidem, & leonem. Quartus, quo apprehendimus res denudatas ab omnibus appenditijs materiæ, & solius intellectus est. Alber. Mag. 2. de ani. tract. 3. ca. 4. c. 20. c. 3.
 Aptatio est de necessitate motus, & non causa motus. Auer. phy. 4. tex. 69. c. 73. col. 3.
 Aptitudo, quam relinquit priuatio in materia, est essentialiter forma substantialis. Alber. Mag. 5. phy. tract. 1. cap. 3. ch. 61. col. 1.
 Aptum natum non esse predicari, duobus modis contingit: vel quod nomen significat formam, vt est determinata ad hanc materiam: vel vt nomen significat formam, quæ non est apta in materia recipi. D. Th. in perih. c. 9. col. 1.
 Aptitudo ad rem aliquo modo aliquid est rei. Alex. de ales. pri. metaph. c. 2. col. 3.
 Aptitudo ad subiectum est de essentia accidentis. Alex. de ales. 7. metaph. tex. 5. c. 185. col. 4.
 Aptitudo ad aliquam rem est quasi aliquid rei. Alex. de ales. 9. metaph. tex. 14. c. 270. col. 3.

Aqua in vniuersali.

Aqua omnis eadem specie est, eo quod habet quandam similitudinem. Aristot. topic. 1. cap. 6. c. 396.
 Aquæ superficies rotunda est, cum semper apta natura est confluere ad magis concauum: magis vero concauum est, quod centro propinquius est. Aristot. 2. de celo. su. 2. cap. 3. tex. 31. c. 300.
 Aquæ natura non videtur separata, nec segregata ab eo, quod circa terram locatum est, corpore. Aristot. meteor. pri. su. 1. cap. 3. tex. 1. c. 454.
 Aquæ aliæ fluxiles sunt, aliæ stiles: & fluxiles omnes fontanæ, stibulum aliæ collectiæ, & subsidentes, vt paludosa, & stagnales, aliæ fontanæ, & hæc manufactæ, vt puteales vocatæ. Aristot. meteor. 2. su. 1. cap. 1. c. 493.
 Aqua nocte percussa fulget retracto ab ipsa visu: sed die non videtur, quia lumē diei amplius existens offuscatur. Aristot. meteor. 2. su. 4. cap. 2. ch. 536.
 Aqua non mollis est, non enim cedit compressioni in profundum, sed circum obstitit. Aristot. meteor. 4. su. 2. cap. 1. tex. 29. ch. 568.
 Aquæ natura velut insipida est. Aristot. de sens. & sens. cap. 4. ch. 15.
 Aqua est subtilissimum omnium humorum, & etiam ipso oleo. Aristot. de sens. & sens. cap. 4. c. 15.
 Aquæ quod est sapor, hoc in aere, & in aqua est odor. Et ob id frigus, & congelatio, & saporis hebetant, & odores exterminant: nam, quod mouet & generat calidum, hoc auferunt infrigidatio, & congelatio. Aristot. de sens. & sens. cap. 5. ch. 20.
 Aquarum mutatio grauis est, aeris vero non grauis: quia

quia aqua corporibus alimento est, quo habito ac com-
plexo peregrinamur: aer autem nullum exhibet alimen-
tum. Aquarum item genera multa, & varia sunt, aeris
minime. Arist. probl. sec. 1. q. 13. ch. 335.

Aquarum mutationes faciunt, ut pediculi, in quibus ha-
beri possint, multi habeantur: quia humoris cruditas,
quam perturbatio illa committit, quæ ex aquæ vario
usu in crebra commutatione redundat, humoris crea-
re copiam potest, præsertim in loco humori opportu-
niore, qui caput est. Arist. probl. sec. 1. q. 16. c. 336.

Aquam, cum mutant animalia, quædam colorem, suum
amittunt, & similia loci illius domesticis reddunt, ut
capræ; alia nunquam mutant, ut homo. Arist. probl.
sec. 10. q. 7. ch. 428.

Aquæ bullarum basis candida insidet, & si Soli exposta
est, nullam efficit umbram, sed reliquum umbræ corpus
umbram facit, basis autem sola non facit, sed circum a
Sole cingitur, & quod mirabilis est, si lignum per a-
quam in Sole apposueris, umbra ligni continua exul-
tabit, sed iuxta basin bullæ a Sole secabitur. Quod si
umbra est, quod a Sole non aspicitur, sequitur, ut bul-
læ moles circum tota affici possit, quod nunquam fi-
eri posse in opticis, id est, aspectuum rationibus demon-
stratur; quippe cum ne minimum quidem a maximo
totum circum affici possit. Aristot. problem. sec. 16.
quæst. 1. ch. 496.

Aquæ bullæ cur specie hemispherij surgere solent? an
quod sanquam de centro in aera sursum æqualiter cir-
cum undique admittunt? quo modo hemispherium
exurgat necesse est. Portio autem spheræ inferior a-
quæ planitiæ absconditur, in qua centrum situm est.
Arist. problem. sec. 16. q. 2. ch. 496.

Aquis vorticosis quæ ferruntur, cur ad medium aguntur
omnia? quia magnitudinem habent, quæ feruntur:
quamobrem illius extrema in duobus sunt circulis,
hoc quidem maiori, illud minori: quare maior distra-
hit, quoniam celerius fertur, & transuersum impellit
illud ad minorem. cum autem id quod fertur latitudi-
nem habet, & iste rursus idem efficit, & ad interiorē
propellit, donec ad mediū perueniat. Vel quia, quod
fertur, simile se habet modo ad omnes circulos pro-
pter medium: medium enim in vnoquoque circulo
æqualiter distat. Vel quia, quorum circumactæ aquæ
latio non superior propter magnitudinem, sed graui-
tate sua circuli celeritatem excellunt, ea necesse est re-
linqui. & tardius ferri, tardius autem minor circulus
fertur: non idem enim in tempore æquali reuoluitur
magnus, & parvus circulus, quādo circa idem fuerint
medium, quamobrem in minori circulo relinqui est
necesse, donec ad medium perueniant. Quorumcum-
que autem superior a principio fuerit latio, ea finiens
idem efficit: oportet enim hunc statim, alterum vero
celeritate superare grauitatem: quamobrem ad inte-
riorem semper circulum relinquitur quodcūque, ne-
cesse enim est, quod non superatur, aut in exteriori,
aut in interiori moueri, in illo autem in quo est im-
possibile est ferri, quod non superatur: adhuc autem
minus in exteriori: celerior enim exterioris circuli est
latio, restat igitur, ut id, quod non superatur, ad inte-
riorem trāseratur. semper enim vnumquodque pro-
ficit, ut non superetur. Quia vero peruenire ad me-
dium, finem quidem efficit, ut quippiam non mouea-
tur: stat autem solum modo ipsum centrum, ad hoc
sane omnia congregari necesse est. Arist. quæst. me-
can. q. 35. ch. 804.

Aquæ stagnum circa Siciliam esse aiunt, in quo, si quis
aues, & cætera suffocata animalia intinxerit, rursus
reuiuiscere autumant. Arist. de admir. aud. c. 844. 28.

Aqua paludis Afcaniæ adeo nitrosa ex sua natura extat,
ut nulla alia purgatione palba, quæ in ipsa remoran-
tur, egere noscatur. Si quis vero ea in eadem aqua ali-

quandiu permiserit, intercidunt. Arist. de admir. aud.
c. 848. 51.

Aqua, cum fauces strangular, quid amplius bibere opus
est? prouerbiū. Aristotet. septimo ethic. nicom. cap.
2. char. 162.

Aqua omnis omni aquæ vniuersaliter similis est specie,
maxime si in eadem fuerit qualitate; ut dulcis cū dul-
ci. Alex. aphrod. 1. topic. cap. 6. c. 10. col. 1.

Aqua longe densior est aere obscuro. Alex. aphrod. 2. de
anim. cap. 33. ch. 48. col. 4.

Aqua manens, & parum alta cur iacto in eam lapide or-
bes agit permultos? quia lapis vndique aquam propel-
lit suo pondere. Alex. aphrod. probl. 1. 135. c. 718.

Aqua, cum conuertitur in cristallum, siccitatem nancisci-
tur. Io. gram. 1. phys. ch. 22. col. 3.

Aquæ nomine omnia humida, & potabilia appellauit
Aristoteles. Io. gram. de gen. ani. 4. cap. 2. c. 76. col. 1.

Aqua est sonorum transportatrix, sed, quæ sonum non
emittit. Io. gram. 2. de ani. tex. 87. c. 62. col. 1.

Aqua est succorum vehiculum, odorum autem vapores:
hi autem magis sunt ex aere. Ioan. gram. 2. de anima.
tex. 98. ch. 64. col. 3.

Aquæ, quæ sunt subtiliores, eæ magis omnis qualitatis
expertes sunt. Io. gram. 2. de ani. tex. 101. c. 65. col. 3.

Aqua nō est cognata omni aeri, sed ei parti, cui adhæret.
Simpl. 4. phys. ch. 217. col. 1.

Aqua ad terram minorem rationem habet, ad aerem au-
tem maiorem: terra vero ad omnia maiorem, ignis mi-
norem. Simp. 3. de celo, tex. 48. co. 44. c. 93. col. 3.

Aqua, si in naturalem aurium aërem intraret, auditum
obtrunderet. Simp. 2. de ani. te. 83. c. 39. col. 3.

Aqua eleuatur in vase, & non aer, cum clauditur orifi-
cium vasis statim, cum in eo imponitur candela; quia
cum aliqua pars aeris transmutatur in naturam ignis,
mouetur illa pars in loco aeris superius, & tunc cor-
pus, quod est sub ea, siue aer, siue aqua fuerit, conse-
quitur. Si ergo corpus illud non consequitur eam,
tunc illa pars ignea stabit violenter in loco, in quo
transmutabatur in ignem, & non mouetur ad supe-
rius. Et cum ignis ponitur in orificio vasis, statim
transmutatur illa pars aeris in ignem, & cum vas
conuertitur, & clauditur orificium, ignis quærit ae-
rem ut moueatur ad superius, & cū sit oppilatio, nō
requirit illum aer, & stat violenter in orificio vasis,
& cū oppilatio aufertur & positus fuerit super aquā,
tunc pars ignea ascendit sursum, & cum non impleat
vas, eum consequitur aqua, & idem causa est in vento
sis. Auer. 4. de celo. tex. 39. c. 122. col. 3.

Aqua prædominatur ei, quod congelat frigidum, an-
tequam ingrossetur ipsum calidum. Auer. meteor. 4.
char. 212. col. 4.

Aqua & terra dominantur ei, quod coagulatur: & eius
grossities fit a calido, siue frigido. Auer. meteor. 4.
char. 212. col. 4.

Aqueum dominatur rebus, quæ nec a calido nec a frigi-
do congelantur: quia humiditas consumitur ante-
quam ingrossentur. Ideo a calido non coagulantur, &
a frigido non coagulantur propter paucitatem partiū
terrestrium. Auer. meteor. 4. c. 212. col. 4.

Aquæ forma non diuersatur per diuersitatem situs par-
tium. Auer. 5. metaph. tex. co. 31. ch. 65.

Aqueam figuram, rotundā scilicet, habent omnia, quæ
ante se resoluunt in aquam, et postea congelantur.
Alb. mag. 1. meteor. tract. 1. cap. 16. c. 86. col. 2.

Aquæ rotunditas euenit ob pondus ipsius. Alb. magn. 2.
meteor. tract. 1. cap. 23. c. 88. col. 1.

Aquarum locus primus et proprius est mare Oceanum,
in quo primo secundum naturam generantur ex par-
te Aquilonis. Alber. magn. 2. meteor. tracta. 3. capit.
10. char. 94. col. 1.

Aquæ omnes iuxta fontes epotæ strumas faciunt, quia
vaporosæ

vaporosæ et frigidæ existunt vehementer, multasque
superfluitates mouent. Alb. Mag. 2. meteor. tract. 3.
cap. 19. c. 95. col. 3.

Aqua decocta rarior est, quia simplex. Alb. Magn. 2. me-
teor. tract. 3. cap. 20. c. 96. col. 1.

Aqua non est mollis, quia non cedit in profundum, sed
circum fluit. Alber. Magn. 4. meteor. tract. 2. cap. 3.
c. 124. col. 3.

Aqua pura simplex est omnium humidorum subtilissi-
ma, quæ sunt apta ad nutrimentum; quia alioqui
aer purior, & subtilior est aqua. Albn. Mag. de sen. &
sen. tract. 2. cap. 6. char. 13. col. 1.

Aqua omnia raritatem habentia natura sua eleuat ad
suam superficiem. Alber. Mag. de veg. 4. tract. 1. cap. 2.
char. 141. col. 1.

Aqua merguntur corpora omnia, in quibus terrestre
per calorem ad formalitatem digestium non est, &
acritati coniunctum, ut metalla ad lapides. Alb. Mag.
de veg. 4. tract. 1. cap. 3. c. 141. col. 2.

Aquæ diuersi sunt colores, & sapes pro diuersitate
terræ, per quam fluit. D. Thom. 2. meteor. l. 3. c. 90.

Aqua quid sit.

Aqua est humida, & frigida. Aristot. 2. de gen. & cor.
su. 1. cap. 3. tex. 16. c. 427.

Aqua magis frigida quam humida. Aristot. 2. de gene. &
cor. su. 1. cap. 3. tex. 23. ch. 428.

Aquæ species sunt vinum, vrina, serum, & quæcunque
nullam, aut paruam habent substantiam. Aristot. me-
teor. 4. su. 2. cap. 2. tex. 31. c. 569.

Aquæ magis sunt, quæ non ingrossantur a frigido, sed
concrescunt, sicut vinum, vrina, acetur, & lixiuum, &
serum. Arist. meteor. 4. su. 2. cap. 3. tex. 41. c. 573.

Aquæ & terræ communia sunt lac & sanguis. Aristot.
meteor. 4. su. 2. cap. 3. tex. 41. char. 573.

Aqua non exhalabilis, sed vaporabilis est. Arist. meteor.
4. su. 3. cap. 2. tex. 47. c. 582.

Aquæ natura principium est humidis. Aristot. pri. Meta-
ph. su. 2. cap. 1. char. 11.

Aqua est substantia humida, & frigida. Mag. in prim. c.
10. col. 3.

Aquæ pars omnis est aqua; quia, & totum & partes ean-
dem obtinent definitionem. Io. gram. 3. phy. tex. 73.
c. 63. colum. 1.

Aquæ nō est materia vapor, sed materia communis ele-
mentorum. D. Tho. post. ch. 92. col. 3.

Aqua sola est bene terminabilis. D. Tho. de gen. & cor.
1.8. tex. 49. c. 32. col. 3.

Aqua, vt elementum.

Aqua & aer sunt magis mixta, quam terra & ignis.
Arist. 2. de gen. & cor. su. 1. cap. 3. tex. 22. c. 428.

Aqua simplicium facile terminabilis est. Arist. 2. de gen.
& cor. su. 3. cap. 2. tex. 49. c. 440.

Aqua humidiorum sola non ingrossatur; aut eo quod ca-
lidum sit paucum; aut, quia, quod terminatur humi-
dum, est multum. Arist. meteor. 4. su. 1. cap. 4. tex. 21.
c. 564. Idem infra, c. 4. 5. cap. 3. tex. 37. c. 571. Idem de
gen. ani. cap. 2. char. 145.

Aqua sola non nutrit, multo minus aer. Arist. de sen. &
sen. cap. 5. c. 24. Idem Alex. aphrod. de sen. & sen. sec.
4. co. 51. c. 21. col. 1.

Aqua & terra cur putreant, ignis & aer nō putreant? vel
quia omne, quod putret calidissimum fiat necesse est;
igne autem nil est calidius. Vel quia refrigerari prius
oportet, quod putredine concepturū est; ignis autē ca-
lidissimus est, aer vero igne refertus est, nihil autem
putret, quod calidum est, sed refrigeretur ante: oportet,
quam putreat. At aqua & terra vicissim modo

calida, modo frigida effici possunt. Arist. probl. sec. 25.
quæst. 20. char. 577.

Aqua ventos cessare facit, & venti aquam. Alex. aphrod.
2. meteor. cap. 4. co. 19. char. 48. col. 1.

Aqua maiorem soliditatem habet quam aer; qui facilius
perlabitur, & defluit. Alex. aphrod. de sen. & sen. sec. 1.
co. 6. char. 8. col. 1.

Aqua & aer non sapiunt ut perlucida sunt: sed quia di-
luunt & abstergunt siccitatem illam humore perfu-
sam, quæ sapit. Alexan. aphrod. de sen. & sen. sec. 4.
co. 39. c. 17. col. 4.

Aqua, si esset in centro, moueretur ad concauitatem ae-
ris, & sic de alijs elementis. Auer. pri. de celo. tex. 17.
char. 7. col. 1.

Aqua non habet potentiam retinendi aerem in quanti-
tate alia quantitate sui loci naturalis, ut non habet po-
tentiam impedire eum a suo loco naturali. Auer. 3. de
celo. tex. 56. c. 102. col. 1.

Aqua non dicitur leuis, nisi in comparisonem ad locum ter-
ræ; & grauis, nisi in comparisonem ad locum ae-
ris: in se enim ipsa vnam naturam simplicem habet.
Auer. 4. de celo. tex. 26. c. 118. col. 1.

Aqua & terra dominantur in corporibus homogeneis.
Auer. in meteor. 4. c. 211. col. 2.

Aqua ex sui natura supra terram manere deberet: tamē
terræ elabitur quatuor de causis. Primo, quia sic mo-
uetur motu mixtionis a Luna causato. Secundo, quia,
cum humida sit, alienum terminum, querit; & cum sit
subtilis, facile penetrat. Tertio ob circularem elemen-
torū generationē. Quarto est propter terræ diuisos lo-
cos. Alb. Mag. 2. meteor. tract. 2. cap. 6. char. 89. col. 4.

Aqua, si descendat ad locum terræ, si terra detrahi intel-
ligatur, tamen hoc non facit motum generationis, &
formæ; sed potius corruptionis, & trāsmutationis eius
in forma terræ, ut & transfertur ad eius locum. Alb.
Mag. de nat. loc. dist. 1. cap. 3. c. 93. col. 3.

Aqua verior est, quæ in medio sui loci spatio est. Albert.
Mag. de nat. loc. dist. 1. cap. 1. c. 93. col. 4.

Aqua in summo subtilior est, & dulcior propter aeris
admissionem: in infimo, turbulenta, & salsa propter
terræ admissionem: in medio insipida. Albn. Magn. de
nat. loc. dist. 1. cap. 4. c. 94. col. 1.

Aqua est locus piscium, qui frigidi sunt, materiamq; ha-
bent spissam, & pinguescentem, & viscosam in genere.
Alb. Mag. de nat. loc. dist. 1. cap. 5. c. 94. col. 2.

Aquam terram, quæ in inferiori hemispherio est, coope-
rire tribus probant Philosophi rationibus, quarū. Pri-
ma sumitur ab ortu orbis: constat enim quod super
inferius hemispherium Stellæ secundū diuersum mo-
tum ab occidente oriuntur: super illos ergo vadunt,
a sinistro celi. Signa autem, secundum quæ mouentur
planetæ in eis, supra ordinem naturalem dispo-
nuntur, et cum naturalis motus planetarum sit ab
occidente in orientem, videtur esse inordinatus mo-
tus coeli ad esse, & generationem super illos: ideo dixit
Pythagoras inferius hemispherium esse locum pe-
narum, & tartari. Secunda ratio est, quod aqua est
maior terra, & ideo oportet, quod terram plus medie-
tate cooperiat. Tertia, quia hic locus esset inutilis,
cum nullus vnquam ibi habitauerit. Alb. Mag. de nat.
locorum tract. 1. cap. 12. c. 98. col. 1.

Aquam terra maiorem esse in effectu incertum est, quia
multa sunt aquam diminuentia: & cum sit facilis co-
uersionis in aliud elementum facile minuitur, & facie
augetur; ideo multoties fit diluuium per hoc ele-
mentum, quam per aliud elementum. Albn. Magn. de
nat. loc. tract. 1. cap. 12. c. 98. col. 2.

Aqua, quæ sui humiditate interminabilis est, in se con-
tinuat terræ siccum vndique influens partibus eius,
& facit ipsam terram producibilem in lineas, & recipe-
re figuras decenter, & coherere sibi partes angulorū,

qui sunt in generatis omnibus. Et ideo consequens est, si ipsa aqua variatur in suis proprietatibus ex loco, quod generata ex ipsa, ex loco multam recipiant diuersitatem. Alber. Magn. de natu. locorum tract. 2. cap. 1. char. 99. col. 1.

Aqua, & terra ex loco diuersitatem in suo pondere capiunt, propter quod, licet sint in omnibus grauiora, tamen in quibusdam generatis grauiora efficiuntur quam in alijs. Alb. Mag. de nat. locor. tract. 2. cap. 1. c. 99. col. 3.

Aqua dulcis est elementum, & aquarum principium. Alb. Mag. de veg. 4. tract. 1. cap. 3. ch. 141. col. 3.

Aqua ebibita non nutrit, quia nullum simplex nutrit, sed curere facit cibum. Alb. Mag. de anim. 3. tract. 2. cap. 4. char. 42. col. 2.

Aqua non cooperit terram propter generationem, & conseruationem animalium, & plantarum. D. Tho. 2. de celo, lec. 6. tex. 30. ch. 36. col. 1.

Aqua est aere humidior. D. Tho. 2. de gen. & col. 3. tex. 23. ch. 27. col. 2.

Aqua transmutatur.

Aqua non congelatur hic, ut in nubibus. Arist. meteor. 1. su. 3. cap. 1. ch. 476.

Aqua, nix, grando, coguntur propter infrigidationem in loco circa nubes. Arist. meteor. 1. su. 3. cap. 1. c. 476.

Aqua congelatur hyeme. Arist. meteor. 1. su. 3. cap. 2. char. 477.

Aqua fit propter frigiditatem ex aere, propter eandem causam etiam fit in terra, & supra terram. Arist. meteor. 1. su. 4. cap. 1. ch. 482.

Aqua eis habet sapores, & colores, quos habet terra, per quam fuit. Arist. meteor. 2. su. 1. cap. 2. ch. 499.

Aqua semper sursum aliqua in mari ducitur, & descendit potabilis. Arist. meteor. 2. su. 1. cap. 3. ch. 506.

Aquarum diuersi sapores, quia pertransiunt per terram, in qua ob aluminis, & calcis, & similibus sapores in ea existentes, illos sapores acquirunt, cum per illa colantur: & alia sunt acidia, ut in Sicilia, & circa Lycium est aqua acidia: circa Scythiam, vero amara. Arist. meteor. 2. su. 2. cap. 3. c. 508.

Aquarum diuersarum visu nonnulla suos immutant colores: alibi enim candida, alibi nigra redduntur. Arist. de hist. ani. 3. cap. 12. ch. 93.

Aquosa omnia frigore concreuerunt. Arist. de gen. ani. 3. cap. 2. char. 149.

Aqua oleo mista, crassa, & alba redditur. Arist. de gen. ani. 2. cap. 2. c. 150.

Aqua, si in aurem elapsa est, oleum, quo humor effluit, instillamus, nullo naque humore alio effluere potest; ut per lubricam aurem agens aqua excurret: oleum enim, ut leue, facit, ut prope labescere possit. Arist. proble. sec. 2. q. 10. ch. 64.

Aqua multa copia est Illyriae, quae Ardia vocatur iuxta Autariatarum confinia, in valle amplissima iuxta montem sitam non omnibus horis (ut aiunt nonnulli) sed vere tantum refluit: quam cum indigenae exhauriunt, in cauerna aliqua interdum non feruat, noctu vero sub dio exponunt per. 5. vel 6. dies id actitantes, aqua induratur, ac optimum sal efficitur: quod gregis gratia precipue reseruant: sal enim ad ipsos minime vehitur, eo quod loca longa inter capedine a mari distantia incolant, nec ipsi cum alienigenis degant. Salis igitur maximo usu greges pascuntur, sal enim bis in annum gregibus cibi causa exhibenti quod si non agerent, quam plurimam gregis copiam ipsi perire contingeret. Ari. de admir. audit. c. 87. l. 134.

Aqua, quia ignis est, & pabulum dicitur, lumine facile illustratur. Alex. aphr. de sens. & sensato, sec. 2. co. 13. char. 1. col. 1.

Aqua, exiguum, si in maximo igne iniectum fuerit, cor-

rumpitur, & conuertitur in substantiam ignis. Ioan. gram. 3. phys. c. 63. col. 4.

Aqua aestate maxime euaporat, & in aerem mutatur. Io. gram. 4. phys. tex. 84. ch. 104. col. 2.

Aqua exiens in commensurationem facit glaciem. Ioan. gram. 2. de gene. & cor. tex. 21. co. 14. ch. 113.

Aqua magis humectat quam aer, licet aer sit magis humidus; quia crassiorum est partium, replendiq; meatus nostros vim habet, aere ob tenuitatem effluente: aqua enim facile terrae coniungitur, qua nostra corpora magis participant. Ioan. gram. 2. de gener. & cor. tex. 23. co. 15. c. 114.

Aqua iuxta ripas facilius conuertitur in lapidem, quam tota aqua; quia virtus paruam facilius vincit, quam multam quantitatem. Alb. Mag. 1. de miner. tract. 1. cap. 8. char. 136. col. 2.

Aqua in omnem locum non conuertitur in lapidem; quae, cum est extra locum mineralem, euaporat, & corrumpitur. Albert. Magn. primo de miner. tract. 1. cap. 8. char. 136. col. 2.

Aqua fluentes in fistulis plumbis, vel stanneis, viscera corrodunt. Alb. Mag. 3. de min. trac. 2. cap. 4. c. 146. col. 4.

Aqua omnes alchimicae lixtum quoddam sunt. Alber. Mag. 4. meteor. tract. 2. cap. 13. c. 127. col. 1.

Aqua vel terrae species coagulationis potentiam habentes, ut lapides, & metalla, nullum nutriunt animalium propter vicinitatem eorum ad elementa; & quia non nutriunt nisi soluantur, ut lapides in calcem soluntur, nec ipsa nec metal a ab humido complexionali solui possunt; & quia ut metalla, sunt ex sulphure, quod est contrarium complexionis animatorum. Alb. Mag. de nutr. & nutri. tract. 1. cap. 1. c. 63. col. 4.

Aqua thermarum est calida, quia currit super mineras sulphuris incensas. Alb. Mag. de propr. elem. 2. trac. 2. cap. 2. c. 115. col. 4.

Aqua rosacea bona ad Solem expirat, & conseruatur in frigido loco. Alb. Mag. de veg. 3. tra. 2. cap. 6. c. 140. col. 1.

Aqua, si generatur ex aere, est corruptio simpliciter, & generatio secundum quid; quia aqua est in potentia ad aerem, ut imperfectum ad perfectum, & aer est in potentia ad aquam, ut perfectum ad imperfectum. D. Tho. 4. phys. l. 8. tex. 49. c. 54. col. 2.

Aqua vt mouetur.

Aqua, quae fluit in mare, non auget illud, quia exciatur a Sole, & non perspicitur, quia est mare. Arist. meteor. 2. su. 1. cap. 2. ch. 498.

Aqua e terra erumpere solent factis terremotibus, non quod ideo terremotus causa sit aqua, sed si fuerit in superficie, aut de subter vim inferat spiritus ille mouens est. Arist. meteor. 2. su. 3. cap. 2. ch. 530.

Aqua sua propria natura ad loca concaua fluit deorsum, & ad hoc nullius artis opus est. Alex. aphr. 2. meteor. cap. 4. co. 2. c. 3. col. 2.

Aqua curtes meliores, leuiore, & subtiliores, sunt flantibus. Alb. Mag. 2. meteor. tract. 3. cap. 20. c. 95. col. 4.

Aqua inter currentes meliores sunt, quae currunt super lutum liberum a corruptione fetida, vel aquae immista: quia tale lutum aquam purificat, & maxime ubi remota est a suo principio. Alb. Mag. 2. meteor. tract. 3. cap. 20. char. 95. col. 4.

Aqua, quae currunt ad Orientem, meliores sunt; & post has, quae ad Aquilonem, deinde, quae ad Occidentem: pessimae, quae ad Meridiem quod eis per accidens euipit propter ventos cum eis immistos. Alb. Mag. 2. meteor. trac. 3. cap. 20. c. 95. col. 4.

Aqua currentes in canalibus plumbis pessimae sunt, maxime, si diu in plumbo currerunt. Alb. Mag. 2. meteor. tract. 3. cap. 20. c. 95. col. 4.

Aqua maris scintillat fortiter mota; quia partes salis combu-

combustae multae sunt in ea, in quarum superficie est ignis micans. Alber. Magn. 2. de anim. tract. 3. cap. 12. char. 23. col. 3.

Aqua non deseruit nutrimento in omnibus, nisi ut est vehiculum nutrimenti, sine ipsa enim non fluere nutrimentum. Alb. Mag. de veg. 4. trac. 3. cap. 1. c. 143. col. 3.

Aqua mouetur circulo imperfecto secundum fluxum, & refluxum motu supra naturali, quia longe distat a caelesti motu. D. Tho. 1. de celo, l. 4. tex. 11. c. 4. col. 2.

Aqua vt calida, & frigida.

Aquam praecalefactam fuisse confert ad celeritatem coagulationis, citius enim infrigidatur. Arist. meteor. 1. su. 3. cap. 2. ch. 479.

Aqua si primo Soli exposita fuerit, citius infrigidatur. Arist. meteor. 1. su. 3. cap. 2. c. 479.

Aqua quae sunt, ut plurimum frigidae sunt, nisi alienam habeant caliditatem. Arist. meteor. 4. su. 4. cap. 2. tex. 52. char. 587.

Aqua quaedam sunt in multis locis, quas cum oues biberint, mox quae inierint, agni, qui generatur, fiunt nigri; ut in terra Assyritide agri Chalcidici Thraciae facit amnis, quem praenimia frigiditate Psychrum vocant, & in Antandria duo sunt flumines, quorum alter candorem, alter nigrum pecoribus facit. Arist. de hist. ani. 3. cap. 12. char. 93.

Aqua feruens plenius calefacit quam flamma, sed flamma vrit, & liquat rem vri aut liquari idoneam, quod non facit aqua. Arist. de partib. ani. 2. cap. 1. c. 428.

Aqua feruens calidior est igne exiguo: at citius refrigerat quam ignis, quamuis exiguus, quippe qui nunquam fiat frigidus. Arist. de partib. ani. 2. cap. 1. c. 428.

Aqua feruens calidius sentitur quam oleum, sed celerius refrigerat, & congelat quam oleum. Ari. de partib. ani. 2. cap. 1. ch. 429.

Aqua sola calefescens non crassatur. Arist. de sen. & sensib. cap. 4. c. 15. Idem de gene. ani. cap. 2. ch. 149.

Aqua cruda, & frigida, aut sterilitatem, aut partum femineum faciunt. Ari. de gen. ani. 4. cap. 2. ch. 232.

Aqua frigida qui se lauant hyeme, primo frigescent, reliquo toto die tuti sunt a frigore; at qui se aqua calida lauant, frigus diutius experitur: caro enim spissescit, calorque se colligit introrsus ijs, qui aqua frigida se lauerint; contra aduenit ijs, qui calidam admiserunt: quia caro rarefit & calor ad externum locum reuertitur; Arist. problem. sec. 1. q. 29. c. 341.

Aqua tepida quaeunque ex stirpibus terrae irrigaueris, omnia duriora euadent. Arist. problem. sec. 10. quaeft. 59. char. 447.

Aqua frigida de eodem exiens vase acutius obstrepit, quam calida; quia aqua frigida grauior est & velocior est eius delatio: & quae velocior est, acutius strepitum reddit: calor vero raritate alleuat & elatione. Proximum est illud, quod faces ardentes ictum faciunt imbecilliores. Arist. proble. sec. 11. q. 10. c. 454.

Aqua frigida, quae irrigantur, dulciora euadunt quam tepida: quia sic interclusum calidum salius est, ut calidius quod salius: dulce contra. Arist. proble. sec. 20. q. 29. ch. 538.

Aqua cur minus candeat si mouetur: quia si ex propinquo contumit, causa est, quod visio magis transeat aqua manente, quam mouente: eripitur enim trames omnis directus cum mouetur: & quod perlucidum est, candidum esse videtur: & per quod visus transeat nequit, id atrum esse affirmant. At si ex longinquo spectatur, causa est motus quidam, quo aspectus mouetur, cum se ad elongatiora deducit. Praeterea, cum aqua quiescit, aspectus vniversus in luce reflectitur, quod fieri nequit, cum mouetur. Arist. problem. sec. 23. q. 23. ch. 561.

Aqua calida perfusi minus sentimus calorem, cum oleo peruncti fumus; quia propter corporis lenitatem facile aqua dilabitur, minusque commoratur, quam ut calor subire valeat. Arist. proble. sec. 24. q. 1. c. 567.

Aqua puteorum tepida a Meridie aestate redduntur, quia frigiditate aeris tunc superata calor plane inualuerit: ante autem frigus calore soluitur, & cessat: non enim simul alter cessat, alter inualescit, sed spatio temporis. Arist. proble. sec. 24. q. 2. c. 567.

Aqua interdum calidior facta quam flamma, deurere ligna non potest, flamma potest; quia flamma pretenuis est; spiritusque ex ea proficiscens partibus tenuissimis constat: aqua crassiuscula est, itaque subire non potest. At vero flamma carbonumque; ignitametum, suam obtenuitatem facile subeunt, atque resoluunt. Ari. proble. sec. 24. q. 3. ch. 567.

Aqua feruens cur liquefacere non potest, venter queat? quia caetera liquefieri humor prohibet, nulla enim res est, quae inter humorem dilabi & tabescere possit. At in ventre humore in vesicam secluso facultas resoluendi acquiritur. Arist. proble. sec. 24. q. 4. c. 567.

Aquam feruentissimam continentia vasa ipsorum fundum non vrit; sed plerique fundo sustinentes deportant: aqua vero ipsa exempta vrere potest, quia calor in fundo vasis contractus extingui ab aqua potest. Quo fit etiam, ut eliquare res nequeat; eliquabilis, si quid humoris admittatur. Arist. proble. sec. 24. q. 5. c. 568.

Aqua cur non perinde tempore hyberno, ut aestiuo efferueat, non solum pari concalecta igni, sed etiam pleniori & tantumdem calens atque etiam vehemens? quia aquae efferuentia bullarum elatio est: aqua igitur non minus hyeme quam aestate calefieri potest: sed bullas efferri frigus ambientis aeris prohibet, itaque minores paucioresque consistunt: at contra omnino aestate est. Ille autem efferuendi aestus non nisi frequentia magnitudineque spumae exultat. Arist. problem. sec. 24. quaeft. 6. c. 568.

Aqua calida cur rugare potest, ignis, qui tam calidus est, non potest? quia spiritum agit ignis ut tumefacere valeat: circum enim cutis obtenditur: ruga autem cutis contracturae causa est. Arist. proble. sec. 24. quaeft. 7. char. 568.

Aqua feruens nunquam expallat: fressum omne, atque lenticula solida expallantur: quamquam his leuior aqua est, & argentum hoc facit cum decoquitur; quia expallatione calor agit euaporando, cogendoque ea, quae suo naturali impetu obstant. Aqua igitur, quoniam leuis, & pertenuis est, nihil per vim rejicit: itaque nimis calor colligi non potest, sed antequam contrahatur, reprimatur omne, & excutitur, quod subinde necesse est. At quae corpulentiora sunt, vi per exitum erumpunt. Arist. proble. sec. 24. q. 9. c. 569.

Aquis calidis cur lapides potius quam frigidis concreuerunt, & coagmentantur, vtrum quod lapis defectu humoris consistit, caloreque potius quam frigore humor deficit, & lapides calore? an non solum calor elapidat, sed frigus etiam humorem nimio gelu absumendo indurat, & facit lapidem? Quod si nimium frigus sic facit, simpliciter quoque ita agi posse certum est. Arist. proble. sec. 24. q. 11. c. 569.

Aquam minus calidam sentit, quis si in calida aqua pedem quiescentem tenet, quam si pedem moueat; quia idem, quod in toto corpore accidit, si quis enim circulo it, aerem, qui subinde obuam firent, sentit frigidiorum: eo magis, quo cursum agit prolixiorum. Arist. proble. sec. 24. q. 12. c. 570.

Aqua, quam Sol tepescerit, cor minus salubris fit balneo: vtrum, quia corpori adhuc insidens refrigeratur, horroremque mouet? an est etiam istud? verum tamen & si quis ea saepe utat, valetudini fiat obnoxius. Res enim calida coquendi & siccandi vim obinet: frigida com-

pestere & contrahere potest. itaque utraque aliquid boni affert: quia propter aqua calida ex igne, & frigida bonum præstat commodum, at quæ sub sole tepuerit, ob sui caloris imbecillitatem, præbere illorū neutrum habet, sed humidificat tantum, perinde ac Luna, Arist. probl. sec. 24. q. 14. c. 570.

Aqua Sole calefacta parum salubris est, quia rigorem aduehit, ubi refrigeratum est. Arist. problem. sec. 24. q. 15. ch. 570.

Aquæ Magnesiæ, & Artanæ feruidæ, cur satis sunt potu idoneæ? quoniam aquæ copia dulcis ad profluentem calida se se applicat, eo tum modo, ut salugo tollatur, & calor eduret. Arist. probl. sec. 24. q. 16. c. 571.

Aquæ Magnesiæ feruidæ feruere quidem aliquando desierunt, falsæ tamen nihilo esse desierunt: an quæ copia frigidæ aliunde fusæ, in fontes feruidos calorem oēm extinxit, ita ut & si terræ falsæ persistere potuit, calida tamen esse propter aquæ adiunctæ copiam non potuit. Proximum igitur id accidit aquæ, quam per cinerem transmissam colamus: hæc enim transmissa, per calidum cinerem, nec ipsa suum frigus amittit, & cinerem frigidum reddit, falsæ tamen & amara per cinerem est. Sed cum aqua, quæ frigida accesserat, alienigena esset, calor vernaculus terræ frigorem illum pauciore euincere vice versa potuit: & ita suum calorem aquæ receperunt. Arist. probl. sec. 24. q. 17. c. 571.

Aquæ feruidæ falsæ cur magna ex parte proueniunt? quia pleræque per terram aluminosam percolantur, quod odore earum constat: exutorum autem omnium cinis falsus est; sulphurque redolet, quapropter feruida omnia modo fulminis vrunt: & quidem plura fulminis tactu calida extiterunt. Arist. probl. sec. 24. q. 18. c. 571.

Aqua thermaum exit calida, quia currit super mineras sulphuris. Aristotel. de caus. proprie. elem. capit. 2. chart. 968.

Aqua perferuida grata prurientibus est: quia membra pruriunt ob pituitam crassam, & perfrigidam, quæ facit, ut cutis hebetior sit, & stupentior. Alex. aphrod. probl. 1. ch. 672. 23.

Aqua puteorum per hyemem calida, per æstatem frigida est: quoniam suum contrarium omne contrarium excitare solet: aerem calidum fugit æstate frigus intra, & sic aqua frigescit, contra hyeme. Alex. aphrod. problem. pri. ch. 687. 56.

Aqua feruida in puteū demissa cur frigidissima fiat? quia frigus putei calori pugnant aquæ demisse, facileque præ sua frigidissima copia superas calorem vniuersum expellit, magna que vi permeat per aquam, atque ita vehementer eam refrigerat. Alex. aphrod. problem. pri. ch. 684. 58.

Aqua balnearum calidior sentitur, si postmodum moueamur; quia aqua, ubi ingressi sumus, non solum egit, sed etiam affecta est: & si mouetur, alia subintrat calidior, quæ non affecta est, affectaque est. Alex. aph. problem. pri. ch. 707. 112.

Aqua, cum sit ex frigido magis aqua, quam ex humido; tamen frigidi intensio corrumpit eam: glaciæ enim generatur; quæ non est amplius aqua, nec alicuius alterius intensio in propria forma est causa corruptionis, & frigidum humidi corruptiuum, non est forma aque; quia aque forma est frigidum cum humido. Alex. aphrod. pri. naturalium quest. cap. 6. ch. 2.

Aqua calefacta est magis tenuis quam prius. Alex. aphr. 1. naturalis. q. cap. 6. c. 21.

Aqua calefacta & postea refrigerata, est magis tenuis quam calefacta erat. Alex. aph. pri. natura. q. cap. 6. c. 21.

Aque forma non est simpliciter frigidum, sed frigidum cum humido. Alex. aphrod. pri. natu. q. cap. 6. c. 2.

Aquæ frigidum humidum corruptiuum non est aque forma. Alex. aphrod. pri. naturalium. quest. cap. 6. c. 2.

Aqua frigida effusa frequenter remissum calorem, & pe-

næ amissum reuocauit. Ammo. in Por. char. 1. col. 4. Aqua stans est calidior ea, quæ currit; quia super vnam & eandem stantem radiis solis figurat, & eam calefacit. Alber. Mag. pri. meteor. tract. 1. cap. 11. c. 80. col. 1. Aqua calida congelatur facilius quam frigida; quia facilius ingreditur frigus. Alb. Mag. de passion. aeris. char. 118. col. 3.

Aquæ falsæ calidiores sunt quam dulces. Alb. Mag. de veg. 4. tract. 1. cap. 3. ch. 141. col. 2.

Aqua paludalis magis confert plantis, quam fluens; frigidior enim est fluens. Alb. Mag. de veget. & plant. 7. tract. 1. cap. 3. ch. 172. col. 3.

Aqua in nocte calidior est ære, quia conseruat calorem. Alb. Mag. de animali. 2. tract. 1. cap. 5. ch. 32. col. 2.

Aqua frigida est secundum se, quæ est secunda actiua qualitas, quasi priuatiue habens se ad calidum, & secundum propinquitatem ad aerem cõpetit secundario humiditas. D. Tho. de sen. & sen. 1. 10. c. 11. col. 4.

Aqua ut dulcis vel salsa.

AQUA aliquæ partes falsæ eleuantur cum dulci, sed tanto minor quanto in plente falsa, & lata dulci minor est. Arist. meteor. 2. sum. 1. cap. 3. ch. 506.

Aqua maris, quæ intrat in vase uno bene obturato per ceram poros, est dulcis. Aristot. meteor. 2. su. 1. cap. 3. char. 506.

Aqua dulcis leuior est falsa. Arist. de plan. 2. cap. 1. c. 383.

Aqua dulcior est inhabilior generationi animalium, quæ falsa: & aquæ falsiores sunt inhabiliores sed in ostijs amnium, & vna teporem, & alimentum quærunct. Arist. de gen. ani. 3. cap. 11. ch. 216.

Aquam falsam apium recipit, porrum recusat; quia alterius radix imbecilla est, alterius valida: impatientius autem, quod validius. Aristot. problem. sec. 20. q. 1. char. 528.

Aqua falsa frigida bibi non potest, calida, refrigerataue, postquam calefacta est, melius potest; quia de contrariis contrarium res quæque mutari solita est: aqua autem falsa dulci opposita est, & cum calefit, portio falsi decoquitur, cum refrigeratur in ipsum defertur, & subsidet. Arist. probl. sec. 23. q. 18. c. 559.

Aquæ posita iuxta mare, cur dulces magna ex parte non falsæ reperiuntur? quia percolatæ potius aptiores redduntur: percolari autem id melius potest, quod mari propius situm est. Arist. probl. sec. 23. q. 19. c. 560.

Aqua falsa cur profluere nequit? quia stabile est, quod graue est: falsa autem aqua grauis est: quapropter calide tantum ex falsis profluere possunt, habent enim sibi leuitatem, quæ pondus falsuginis superat; calidum namque leuius est. Adde, quod aquæ profluentes per terram colantur, & ita quantum crassius, & grauius est id adhære magis differtur, & subsidet: quantum leuius & sincerius, id seuocatur & profluit, & vt salum graue est, ita dulce, leue: & ita sunt dulces; quæ profluunt, & hac eadem causa aqua falsa, cum mouetur, dulcior fit, & leuior per motum, ac sincerior redditur. Arist. probl. 23. q. 20. ch. 560.

Aquam dulcem sur qui in Aphrica propter mare infuderit, primo inueniet, post breui eandem falsam inueniet, cum in ceteris locis minus id ipsum eueniat: quia prima loci illius aqua concocta est sub terra, quæ cum diutius manserit, falsior a mari transmissio efficitur, vt quæ nuper constiterit; ceteris in locis aut aqua nulla est, vel plurima, nulla prohibente siccitate. Aristot. probl. sec. 23. q. 121. ch. 560.

Aquas falsiores continent loca Austrii versus spectantia; quia cum mare in terram sub austro interrumpit, dulces eum falsis miscetur. Arist. probl. sec. 23. q. 25. 561.

Aqua falsa vino dulci magis quam austero supernat, quia grauius & lentius est dulce; itaque minus miscetur

tur & immixtum supernat. Aristot. problem. sec. 23. quæst. 26. ch. 562.

Aqua falsa cur innatet vino dulci cum terrena sit? utrum propter calorem modo falsi excremento namque per summa erumpenti res, similis est. An alia causa sit? nam si non propterea ita fiet, vel dulce innatare minus incredibile erit; calidissimum enim est. Arist. problem. sec. 23. q. 27. char. 562.

Aqua tota dulcis est, sed per segregationem partium subtilium per exhalationem factam, quod relinquitur, vt totius aquæ excrementum, salsum redditur. Alex. aphrod. 2. meteor. cap. 2. co. 7. c. 38. col. 1.

Aqua maris sit dulcis, si in ollam ad ignem posita quicquid ex ipsa euaporat, colligitur. Alex. aphrod. 2. meteor. cap. 3. co. 15. c. 44. col. 2.

Aquæ suauiores sunt flante Borea, & falsæ flantibus Austris. Alex. aphrod. de sen. & sen. sec. 3. co. 30. c. 15. c. 4.

Aquæ dulciores sunt pluuia terram alluente, & amariiores temporibus siccis. Alex. aphrod. de sen. & sen. sec. 3. co. 31. c. 15. col. 4.

Aqua cur interdum effossis maritimis locis dulcis reperitur? quia pars maris tenuior dulcis est, crassior falsa. Alex. aphrod. probl. 1. q. 55. c. 683.

Aqua qui intercute laborant, cur assidue sritant cum aqua sint pleni? quia humor fit falsus, cum putrescit, & sic stomachum resciccare potest. Alex. aphrod. problem. 1. c. 692. q. 81.

Aquas falsuginosas plurimumque in se portionis terrenæ continent; crudas nuncupat Aristoteles. Io. gram. de gen. anim. 4. cap. 2. c. 76. col. 1.

Aqua falsa sepius colata per subtilis poros efficitur subtilis in partes, & reuertitur ad primam dispositionem aquæ dulcis. Alber. magn. de anim. 7. tract. 1. cap. 2. c. 64. col. 1.

Aqua dulcis e mari elicitur accepta terra glutinosa, & facto ex ea vase spisso concauo vndique clauso, & immisso in mari per spatium dierum & noctium aliquot, attrahit, & impletur aqua dulci. Alber. Magn. de anima. 7. trac. 1. capit. 2. c. 64. col. 1.

Aqua ut pluuia.

AQUA sunt magis hyeme & nocte quam per diem, sed non videntur: quia latet nocturne magis, quam diurnæ; quia hyeme, & noctes frigidiores magis sunt, & in aquam ex frigore vapor ducitur. Arist. meteor. 2. su. 2. cap. 1. char. 509.

Aquæ vapor signum est si non marcescit, nec distrahit. Arist. meteor. 3. su. 2. cap. 2. char. 543.

Aqua pluuia cur leuior est, cum ex mari, quod graue est hauriatur? quia & si e mari hauriatur, spiritus tamen agitatum tenuem efficit, & leuem. Alex. aphrod. problem. 2. q. 118. char. 772.

Aquæ pluuiales sunt vaporosæ, calidæ, & stipticæ; quia in aere insunt partes igneæ, vt etiam aqueæ, & terreæ. Alb. mag. de gen. & cor. tract. 6. cap. 4. c. 70. col. 4.

Aqua pluuialis constipat ventrem, & valet differicis; quia calidum euaporatiuum non est ab eis remotum in toto. Albert. magn. de passion. aeris. char. 118. col. 4.

Aqua pluens, quæ in pluuijs, & roribus descendit super terram, quia est calida, & vaporabilis, magis prodest plantis, quam stagnæ, fontis & fluuij. Alb. mag. de veget. & plant. 7. tract. 1. cap. 3. char. 173. col. 1.

Aqua iniuium, & grandinum, nisi diu stet antequam ad plantas fluat, plurimum affert plantis nocumentum; sed præ omnibus aqua falsa cauenda est, nec non metallorum aque malæ sunt. Alb. mag. de veget. & plant. tract. 1. cap. 3. char. 173. col. 1.

Aqua maturans leramen est aqua paludis, ex pluuijs, & roribus congregata: aut si haberi non possit, sit lacu nalis sub Sole diu calefacta, & mota. Alb. mag. de ve-

get. & plant. 7. tract. 1. cap. 3. char. 173. col. 2. Aquæ pluuiales sunt vaporosæ, & calidæ, quia in regione aeris sunt aliquæ partes ignis: & ideo nite descendente, non est tanta intensio frigoris. D. Thom. 1. de gener. & corrupt. lect. 24. tex. 84. c. 2. col. 4.

Aquæ primæ cadentes in autumnno latiores sunt, quia valde maiorem habent vaporem terrestrem. D. Tho. 2. meteor. lect. 6. char. 102.

Aquarij signum lapidi inscriptum a quartana liberat. Alber. mag. 2. de mineralib. tract. 3. cap. 6. char. 143. col. 2.

Aquilæ oua terna pariunt, sed binos pullos excludunt. At aliquando & tres visi sunt pulli, alterum in educando expellunt: teditio nutriendi, nam & degenerare, & hebetescere tunc Aquila dicitur, vt fetus ferarum capere non possit, & his diebus yngues inuertuntur, & pennæ albescunt, vt merito suos oderint partus. Arist. de hist. anim. 6. cap. 6. char. 264.

Aquilæ eiectum pullum ossifraga excipit, & nutrit. Arist. de histor. animal. 6. cap. 5. char. 205.

Aquila incubat tricens diebus; quod tempus, & Anseribus præscriptum est, & alijs magnis aibus. Aristot. de hist. animal. 6. cap. 5. char. 205.

Aquilarum genera non omnia æque prolem fastidiunt, sed difficilior in alendo vna, cui nomen Pygargo cauda albicans dederat; benignior, quæ tota nigra colore. Arist. de hist. animal. 6. cap. 5. char. 205.

Aquila cum dracone diffidet; vicitur enim aquila anguibus. Arist. de hist. animal. 6. cap. 5. char. 316.

Aquila cum ardeola pugnat; vinguibus enim valens aggreditur; hæc autem repugnando emoritur. Arist. de hist. animal. 9. cap. 1. char. 317.

Aquila pugnat cum vulture, & olore, & sæpe eam nutrit olor. Arist. de hist. anim. 9. cap. 1. char. 318.

Aquila Pulla, & fulua appellata, fetus suos alit, atque educit: pernix concinna, polita, apta, intrepida, strenua, liberalis est, non inuida; modesta, nec petulans; quippe quæ non clangat, nec lippat, nec murmuret. Arist. de hist. anim. 9. cap. 32. char. 342.

Aquilarum plura sunt genera. Aliud, quod Pygargus ab albicante cauda dicitur, ac si albicillam nomen, gaudet hæc planis; & lucis, & oppidis. montes & sylvas freta suis viribus petit. reliqua genera raro plana petunt. Alterum magnitudine secundum, & viribus, Planga, aut clanga nomine, saltus, conualles, & lucos incolere solitum; cognomine anataria, & morphna appellata. Tertium genus est colore nigricans, vnde accepit nomen, Pulla, & fulua vocatur, magnitudine minima, sed viribus omnium præstantissima est, colit montes, & sylvas, & lepiora cognominatur. Quartum est Perenopterus ab alarum notis appellatum, capite albicante, corpore maiore quam cetera dicta, semper querula, & famelica. Quintum genus est Halietus, quæ marina vocatur, ceruicæ magna, crassa, alis curuantibus, & cauda lata, in littoribus moratur; Sextum genus Gnesium, id est, verum ac Germanum appellant; hæc ex omni auium genere esse veri, & incorrupti ortus creditur. & est maxima omnium aquilarum sexquialtera proportione. Arist. de histor. animal. 9. cap. 32. char. 342.

Aquilarum, accipitrum, & minutarum etiam auium genera adulterina promiscuaque inuicem procreant, excepto genere aquilæ nuncupato Gnesio. Aristot. de hist. animal. 9. cap. 32. char. 342.

Aquila volat a prandio ad meridiam, manet quiescit. Arist. de hist. animal. 9. cap. 32. char. 343.

Aquilis senescentibus rostrum superius accrescit incuruaturque subinde magis, ac magis, vt fame intereant. Arist. de hist. animal. 9. cap. 34. char. 343.

Aquilæ pullos, donec potestas volandi fiat, alunt, tum nido expellunt, ac etiam ex illa regione, quam ipsæ incolunt. Arist. de hist. animal. 9. cap. 34. char. 343.

Aquila

Aquila locis nido suo distantibus prædatur. Arist. de hist. animal. 9. cap. 34. char. 343.

Aquila marina pullos Solem conspicere cogit, & quem prius lachrymantem videt, occidit; alterum leuat. Arist. de hist. anim. 9. cap. 34. char. 345.

Aquilarum ex vno pari, altera, quæ sterilis est, marina vicissim efficitur, quousque compares euadant, ex marinis ossifragæ, ex his autem pernices, accipitres, vultureque sunt. isti quoque nec sobolem vulturum claudunt, sed magnos vultures, qui fecunditate carent, gignunt: argumento, quod nemo vulturis magnitudinem conspexit. Aristotel. de admir. aud. c. 849. 59.

Aquila inscripta lapidi conseruat veteres, at novos honores acquirere prohibet. Alb. Mag. 2. de ministrat. 3. cap. 5. char. 143. col. 2.

Aquilæ, & astures in aquilonari regione sunt feroces, & libentius comedunt pisces quam carnes: & libentius cancos, quam alium piscem. Alb. Magn. de animal. 7. tract. 1. cap. 1. c. 64. col. 4.

Aquilæ, & vultures hoc proprium habent, non venari prope nidum. Alber. Magn. de animalibus 8. tract. 2. cap. 5. char. 77. col. 4.

Aquilæ, & anseris tanta est pugna, vt vna penna aquilæ inter plures pennas anseris posita eas consumat. quod etiam est inter pilos lupi, & lanam ouis. Alb. Magn. de animalibus 8. tract. 1. cap. 3. c. 73. col. 4.

Aquila ab acumine dicitur: tres enim habet acuitates, visus, iræ, & instrumentorum venandi, quæ sunt vngues, & rostrum. Inter has est Herodius, quasi heros auis, grandis valde, tota nigra, licet in senectute conuertatur ad cineritatem, in dorso, & super alas, pedum valde croceorum, magnarum alarum. Non habet plus vno pullo, quia multum indigent nutrimento, quod difficulter inquirunt. Oculos habet supra modum arduentes croceos, ita vt albugo oculi similitudinem præ se ferat Topatij, & pupilla Saphiri nigri perlucidi. Aquilarum genera sex inueniuntur: quorum primum est Herodius: secundum est, quod accipit anseres, & cignos: tertium est, quod insidet libenter truncatis arboribus: quartum; quod accipit pisces: quintum vocatur frangens os, quia ossa in altum ducens super lapidem cadere permittit: sextum est rarum, sed in alibus, & Rheni fluij rupibus inuenitur, & est album totum nucei candoris, & est magnum vt Herodius. Libenter omne genus aquilarum colligit partem pellis vulpine. In Liuonia incolæ terræ ex nidis deponentes pullos sub arboribus ponunt, & eis anos in posterioribus ligando vel consuendo obstruunt, & tunc comedendi appetitum perdunt, & aquilæ veteres prædam piscium, & auium adducunt, & hanc incolæ accipiunt, & se, & familiam inde pascunt, & aperiant in terdum anos pullorum ne moriantur, & sic diu prædam aquilarum accipiunt, ita vt narrauit mihi fide dignus, quod aliquando in vno nido aquilæ, antequam pulli completerentur, plusquam 300. anates, plusquam 100. anseres & circa 40. lepores accepit, & plurimos pisces magnos. Alb. Mag. de animalibus 23. tract. 1. ca. 1. char. 184. col. 2.

Aquilonis vis est tanta, vt eas, quæ non nisi feminas pariunt; immutet ad proles masculæ procreationem: spectare enim oportet ad Aquilonem, cum cocunt foemina. Arist. de hist. ani. 6. cap. 19. c. 230.

Aquilone nocturno tertiam lucem nunquam laborare dicitur, quia omnes flatus intra triduum finiuntur. Arist. probl. sec. 26. q. 9. c. 582.

Aquilo crebrius quam auster spirat, quia vicinus est parti habitatae, & auster, nisi vehemens sit, huc venire non potest. Arist. probl. sec. 26. q. 10. c. 582.

Aquilo nocte exorsus die tertia cessat, vel quia ex paruo, & imbecilli initio prodit; tertius autem dies decretorius est, vel quoniam vniuersus, & vniuersus id est, pro-

cellarum, & nubibus excussorum flatum funditur, idcirco compendio cessat. Aristotel. probl. sec. 26. quæst. 15. char. 584.

Aquilo cur vt magnus incipit, ita paruus desinit: auster contra, vt paruus incipit, ita magnus cessare solet: quia nobis aquilo in vicino est, auster longe abest. Alter igitur, ubi primum exortus est, nos occupat. alter suo disperso principio, vt diu pertracto, exiguus ad nos primum deuenit, ad finem alterius sentimus, alterius minime. Itaque alter imbecillus, cum cessat est, alter ualidus. finem enim istius nil præterea sentimus. Aristotel. probl. sec. 26. q. 41. char. 591.

Aquilonibus spirantibus cur cibi auidiores sumus, quam austris? quia aquilones frigidiores sunt. Aristotel. probl. sec. 26. q. 45. char. 592.

Aquilo post austrum cito spirat, post aquilonem non cito auster: quia alteri ex longinquo, alteri ex propinquo ueniendum est, cum sedes nostra aquilonem uersus sita sit. Arist. probl. sec. 26. q. 49. char. 593.

Aquilo cur diu ingens spirat, noctu desinit? quia quod imbre gignitur congelato; cum Solis calore respirandum est: ergo sternitur nocte, quia Sol abest, qui gignendi causa est. Arist. probl. sec. 26. q. 62. char. 598.

Aquilo cur per hyemem locis frigidis spirat uehemens, & ut proximè nubilus sic transuorsum liquidus fertur, atque illustris? an ratione, qua frigidus, eadem etiam uehemens sit? Quod tamen è propinquo frigidior est, occupat; priusque nubes gelu indurat, quam repellat; quæ indurata pondere suo obstitunt, & manent. transuorsum autem uehementia sua potius quam frigore agit. Arist. probl. sec. 26. q. 64. char. 598.

Aquilo exsiccat, quia est frigidus, & siccus: spirat rectè, quod facit dissipare nubes, & per frigus stringit poros terræ, ne exhalent vaporem, & per siccum consumit eleuatum vaporem. Alber. mag. 2. meteor. tract. 1. cap. 13. char. 86. col. 4.

Aquositas multa & superflua cibo necessaria est, alioquin non fluere ex intestinis per meseraicas ad hepar. Alb. mag. de ani. 1. tract. 3. cap. 6. char. 28. col. 2.

Ara lapidibus insculpta, virginitatis amorem præbet. Alb. mag. 2. de mineral. tract. 3. cap. 5. char. 143. col. 2.

Arachs est serpens malignus ordinis secundi interficiens die secundo cum corrosione hepatis, & confectione intestinorum, & est in colore varius; non magna quantitas. Alb. mag. de animal. 25. char. 201. col. 1.

Aranei vermiculos pariunt, qui non ex parte, sed toti in aranei formam immutantur: nam & rotundi iam a primo ortu proueniunt, & incubant, & triduo peragunt: omnes in tela pariunt, sed alij in subtili & breui, alij in crassiore, & alij in situ orbiculato. Arist. de hist. anim. 5. cap. 27. char. 186.

Araneorum vermiculi statim ac exorti sunt, protinus saluunt, filumque emittunt. Aristotel. de historia animal. 5. cap. 27. char. 186.

Araneæ, cum increuerunt, matrem amplectentes consumunt, ac eiiciunt, & sæpe etiam patrem si ceperint, pariuntur interdum eodem vtero trecenti. quater septem diebus incrementa accipiunt a partu sui ortus initio ad finem. Arist. de hist. anim. 5. cap. 27. char. 186.

Araneorum, & phalangiarum plura sunt genera. Mor-dax, quod in duo distinguitur, aliud simile est ijs, quæ lupos appellant, paruum, varium, procax, salax, pulex nuncupatum. Alterum maius, coloris nigri, cruribus prioribus nigris, tardum, lente ambulans, nec viribus valens, nec saliens. Lupus partim exiguum est, & non textit, partim maius, quod asperam, & prauam telam apud terram, aut sepes orditur. Tertium genus sapientissimum, latissimumque omnium est. Arist. de hist. animal. 9. cap. 39. char. 353.

Aranei statim, cum editi sunt, fila mittunt non intrinsecus tamquam excrementum, sed extrinsecus, vt cor-

ticem, aut more eorum, quæ suos villos iaculantur. Arist. de hist. animal. 9. cap. 39. char. 354.

Aranei nihil conficiunt, neque recondunt, sed cibum solo venatu acquirunt. Arist. de hist. ani. 9. cap. 40. c. 355.

Araneorum scemina maior est mare. Alb. mag. de anim. 4. tract. 2. cap. 4. char. 51. col. 4.

Araneæ cocunt, quod mas per sua fila trahit foeminam, & foemina marem, donec coniungantur; & tunc mas ponitur supra ventrem foeminæ. in fine veris, & principio æstatis cocunt. Alber. magn. de animal. 5. tract. 1. cap. 2. char. 53. col. 2.

Araneorum multa sunt genera, sed venenosa est illa viridis, quæ super folia arborum textit. Alber. mag. de animal. 8. tract. 4. cap. 1. char. 79. col. 2.

Araneorum morsus in autumnno venenosior est, quia fugit per æstatem multa venenosa. & eorum venenum sibi incorporat. Alb. mag. de animalibus 8. tract. 4. cap. 1. char. 79. col. 3.

Aranea est piscis marinus, spicula habens in auribus brancarum, quibus approximantes percutit. Alber. magn. de animal. 24. cap. 1. char. 196. col. 2.

Araneorum plura sunt genera: quarum diuersitas est, ex venatione, opere, quantitate, & colore. Alber. mag. de animal. 26. char. 203. col. 4.

Aranea dicitur omnis vermis rotundus octo crura habens, qui venationi deditus est. Alber. mag. de animal. 26. char. 203. col. 4.

Araneæ diuersitas in venatione est, quod quædam venatur muscas: quædam reptilia, vt paruas lacertulas, & erucas: quædam venatur pisces, & quædam saltando venatur vermes. Alb. mag. de animal. 26. c. 203. c. 4.

Aranea alia textit telam, & quinque obseruat. Materiam testuræ, quæ est ex superfluitate humidi cibalis, & ideo tabescit cum nimis se euacuat. Secundo obseruat tempus, quia tota die ruptam telam retexit in mane, & aurora. Tertio obseruat situm telæ, quia quædam suspendit in aere, vbi est via animalium, quæ venatur; quædam inter duos parietes in loco anguli; vt vtriusque animalia venientia ingidant in telam. Quarto obseruat telæ figuram, & hoc dupliciter: in figura totius telæ, & in productione linearum per fila, inter quæ textit telam: quædam enim facit telam totam rotundam, & suspendit se ipsam in medio, et quædam triangulam, & hæc foramen in vna parte facit, et stat ibi insidians; alia filum à filio distans constituit alio. Quinto alie magno pede posteriore productum ex vno filo affigunt; alie ore euomunt filum, et anteriore intexunt. Alb. Mag. de anim. 26. char. 203. col. 4.

Araneæ ex quantitate, et figura quantitatis diuersificantur: quia et si omnes componantur ex capite, pectore, et posterioribus, tamen alie sunt valde magnæ, et rotundæ, alie columnales, & in colore variantur, quia quædam sunt cinereæ, alie virides, alie variæ. Alb. mag. de anim. 26. char. 203. col. 4.

Araneæ, quæ non operantur, sunt trium modorum; quia alie sunt longorum pedum, & rotundæ, & discurrent campos: alie sedent in foraminibus terre; alie currunt erectis cruribus super aquam. Alber. magn. de anim. 26. char. 203. col. 4.

Arar fluius nascitur apud Auitem, & post se fluit cauda quædam, quæ cum illo vnum effecta currit in mare. verus Araratum. Alber. Magn. de nat. loc. dist. 3. cap. 2. char. 102. col. 2.

Arationes, & fossationes in genere quatuor conferunt vtilitates: prima est terræ apertio: secunda est adæquatio: tertia agri commixtio: quarta, continuatio. Alb. Magn. de veget. & plant. 7. tract. 1. cap. 4. char. 173. c. 2.

Arationi tempus congruum non est tempus siccitatis extremæ, sed, cum parum mollita est terra. Alb. mag. de veget. & plant. 7. tract. 1. cap. 5. char. 173. col. 2.

Arationes quatuor conueniunt terræ forti, & glutino-

sa, & adulterinis herbis repleta: vna porosa, subtili, & mundæ. Alber. magn. de veget. & plant. 7. tract. 1. cap. 4. char. 173. col. 2.

Arbiter æquum magis intuetur, iudex legem. Aristotel. rhetor. 2. char. 59.

Arbitrium nostrum liberum est in agendo, & in deliberando. Alex. aphrod. 2. de anim. cap. 26. char. 46. col. 3.

Arbitrio in nostro id est, cuius quoque oppositum eligere contingebat eum, qui hoc elegit. Alex. aphrod. 2. de anima. cap. 55. char. 54. col. 4.

Arbitrium hominis liberum non de præteritis, nec de præsentibus est, sed de futuris, & contingentibus, de quibus etiam deliberatio est. Alexand. aphrod. 2. de anim. cap. 56. char. 55. col. 1.

Arbitrium liberum esse, poenitentia post quasdam res gestas facile ostendit. Alexand. aphrod. 2. de anima. cap. 56. char. 55. col. 1.

Arbitrium liberum, est facultas rationis, & voluntatis. Alb. mag. de anima. tract. 4. cap. 10. char. 48. col. 3.

Arbitrium liberum non est eligentia, sed est ratio, vt arbitrans arbitrio, quo quidem constituitur ad faciendum, quod vult. Alber. mag. ethicor. 3. tract. 1. cap. 16. char. 39. col. 1.

Arbores quædam succum habent, vt resinam, & gummi, & murrham, & Thus, & thymyama. Aliæ nodos, venas, ventrem, lignum, corticem, & medullam intra se. Abæ vt plurimum in cortice sunt, & aliarum fructus sub cortice est inter ipsum, & lignum. Aristotel. 1. de plantis, cap. 2. char. 366.

Arborum partes alie sunt simplices, vt humor, qui in ipsis inuenitur, & nodi, & venæ; alie ex his compositæ, vt rami, virgæ, & folia. Arist. 1. de plant. cap. 2. c. 366.

Arboris venæ, & caro, ex quatuor elementis sunt. Aristot. 1. de plant. cap. 3. char. 370.

Arbores sunt, quæ e sua radice stipitem habent, & nascuntur ex eo rami multi: vt oleæ & fici. Aristot. 1. de plant. cap. 3. char. 370.

Arbores syluestres magis fructificant, quam hortenses, sed hortensium fructus meliores sunt. Aristotel. 1. de plant. cap. 3. char. 372.

Arborum, aromaticarum aliarum radix aromatica est aliarum cortex, aliarum flos, aliarum lignum, aliarum omnium partes sunt aromaticæ, vt balsami. Arist. 1. de plant. cap. 3. char. 374.

Arbores alie sunt, quæ e semine nascuntur, alie e seipsis, alie e radice euelluntur, & transplantantur, alie e stipite, alie e ramis, vel e semine, alie inseruntur. Arist. 1. de plant. cap. 3. char. 374.

Arbores quædam e se paulatim extenduntur, quædam in terra. Arist. 1. de plant. cap. 3. char. 374.

Arbores bonæ proueniunt ex seminibus malis, vt ex amygdalis amaris, & malis granatis acidis. Arist. 1. de plant. cap. 3. char. 374.

Arbor bona non prouenit facile ex malo semine, nec mala ex bono. Arist. 1. de plant. cap. 3. char. 374.

Arbor, dum corticem habet duram admodum, fit sterilis: & si scindatur radix eius, & fissuræ illius immittatur lapis, iterum fit fertilis. Arist. 1. de plant. c. 3. c. 375.

Arborum alie e radicibus suis folia produciunt, alie ex gemmis, & e ligno suo: quædam prope terram, quædam longe, quædam in medio. Aristotel. 1. de plantis. cap. 3. char. 376.

Arborum alie semel in anno fructum ferunt, alie sepius, sed earum fructus non maturescunt. Aristotel. 1. de plant. cap. 3. char. 376.

Arbores quædam sunt multum fertiles multo tempore, vt figus, alie altero anno, vt olea: alie fortiores sunt per senectutem: alie contra. Arist. de plant. cap. 3. c. 376.

Arbor masculus spilius est, durior, multis ramis abundans, minus humectans, celerior in maturationem, & habet folia differentia, & surculos: foemina vero minus.

nus habet hæc. Arist. 1. de plant. cap. 3. char. 376.
 Arbor tres vires habet; primam ex terra, quæ est fixio plâte; aliam ab aqua, quæ est coagulatio; tertia ab igne, quæ est fixationis unio. Arist. 2. de plant. cap. 1. char. 378.
 Arborum triplex est fecunditas. fructus enim producant, vel ante folia, vel cum folijs, vel post folia, & planta, quæ radium nec folia habet. Et est, quæ stipitem habet sine fructu, & folijs, vt chrysitis, & chrysochomos. At, quæ fructum ante folia producit, multam habet vinctuositatem. Arist. 2. de plant. cap. 2. char. 391.
 Arborum folia solent cadere ob fluxibilitatem velocis raritatis; cum. n. concocta aqua fuerit cum materia in pyramidem tollitur, deinde gracilia fiunt. & cum materia per concoctionem apparuerit absoluta, obruantur penitus extrema meatuum superius: unde, cum folia materiam non habeant, sicantur, & decidunt, quod si contra accidit, non cadunt folia. Sed cum frigus plantam vicerit, calefacit eam inclusa caliditas, & manifestatio frigoris foris fit per ipsius extrema, inde folia glauca fiunt, nec cadunt, vt in oleis, myrtis & similibus. Arist. 2. de plant. cap. 2. char. 394.
 Arborea, quæ in aquam acidæ nascuntur, fructum dulcem faciunt; quia acor trahit cum calore solis, id quod propriæ qualitatis est, & hoc est frigus, & siccitas. Inde humores exigui quidam dulces remanent intus, & fructus erit dulcis, & folia, & extremitates acida. At cum perfecta erit maturitas, erit amarus totus. Arist. 2. de plant. cap. 2. char. 397.
 Arborea, quæ in locis temperatis fiunt, maturationem accelerant ante dies vernaes. Aristotel. 2. de plant. cap. 2. char. 398.
 Arborea, quædam sunt in eodem genere, quæ fructum ferunt: alia, quæ non ferunt, sed ferentes adiuvant illas ad maturandum, vt inter ficum, & caprificum euenit. Arist. de gen. ani. 1. cap. 1. char. 97.
 Arboris ramus magnus inuertus est in mari Danico iuxta Lubicensem ciuitatem, in quo erat nidus auis, & in eo aues picæ conuerse in lapides declinantes ad rubedinem. Albert. Magn. prim. de miner. tract. 1. cap. 7. char. 136. colum. 1.
 Arborea, quæ nocent, sunt nux, quercus; & quæ vel amaritudine sua insicant aerem, vel proceritate concludunt eum, & euentari, & purificari, non permittunt. Alb. mag. de nat. loc. tract. 1. cap. 13. c. 98. col. 4.
 Arborum magnarum humor in quibusdam est viscosus, siccus, digestus; in quibusdam est acutus abundans viscosus: in vite est subtilis aquosus aerea pinguedine pinguis. Alber. magn. de veget. prim. tractat. 2. cap. 3. char. 128. col. 1.
 Arbor est, quæ habet ex sua radice stipitem fortem, super quem plures rami nascuntur, & in ramis virgæ plurimæ, & in virgis fragra. Alb. mag. de veg. pri. tract. 2. cap. 5. char. 128. col. 3.
 Arborea syluestres plures faciunt fructus: hortenses vero maiores, & meliores. Alber. magn. de veget. prim. tract. 2. cap. 6. char. 128. col. 4.
 Arborea, & plantæ, aliæ sunt aromaticæ, aliæ non. Alb. Mag. de veg. pri. tract. 2. cap. 8. char. 129. col. 2.
 Arborea aliæ plantantur in terra, aliæ in feruntur. Alber. mag. de veg. pri. tract. 2. cap. 9. c. 129. col. 3.
 Arborum vltima perfectio ex arborum vita, & soliditate consistit. Alber. magn. de veget. 2. tractat. 1. cap. 2. char. 131. colum. 2.
 Arbor generat fructus vermiculosos, cum plus attrahit nutrimenti, quam possit conuertere. Alb. mag. de veget. 2. tract. 1. cap. 3. char. 132. col. 2.
 Arboribus omnibus, cum primum plantatæ sunt, dominatur amaritudo, & ante eam ponticitas. Alb. Mag. de veget. 4. tract. 4. cap. 3. char. 146. col. 2.
 Arbor duas digestiones habet: vnam, in radice; aliam, in stipite, & ramis. Albert. Magn. de veget. 5. tra-

cta. 1. cap. 3. char. 147. colum. 3.
 Arbor omnis vult, vt spuria circa ipsam nata, aut iuxta stipitem, aut in radicibus erumpantur. Alb. magn. de veg. & plant. 7. tra. 1. cap. 11. c. 176. col. 1.
 Arborea multum fructum facientes citius exsiccantur. Alb. mag. de animal. 17. tract. 1. cap. 2. char. 146. col. 2.
 Arbuta sunt quasi busta arborum, dicta, quia siccitate terrestri, & forti calore adurente ad perfectionem arborum non perueniunt, licet figura arborea videantur. Alb. Mag. de veget. 2. tract. 1. cap. 2. c. 131. col. 2.
 Architectus est ille, cuius præscripto ad domum extruendam se faber accingit. Arist. mag. mora. cap. 3. c. 3. 19.
 Architectus dicitur, qui de omnibus præcipit, & statuit. Aspas. 7. ethic. cap. 10. char. 387.
 Archyta categorias scripsit. Ammo. in Por. char. 2. c. 1.
 Archytam, qui scripsit decem genera, non Tarentinum esse, sed quendam Peripateticum, qui post Aristotelem scripsit, Themistius ait. Boe. in præd. char. 114.
 Arcticus polus vel Cardo est, qui semper nobis apparet super verticem ab Vrfa appellatus. Arist. de Mundo. cap. 2. char. 809.
 Arcus est species segmenti Solaris, vel Lunaris edita in nube humida, & caua, & perspicua, quam vt in speculo intuemur, imagine relata in speciem circularis ambitus. Arist. de Mundo, cap. 3. char. 819.
 Ardeolarum tria sunt genera: pella, alba, stellaris, piger cognomine. Pelle coitus difficilis est: vociferatur enim, & sanguinem ex oculis (vt aiunt) emittit cum coit. parit etiam egre, summoque cum dolore. prælium cum his inquit a quibus læditur, id est cum aquila, a qua rapitur; cum vulpe, a qua noctu capitur: cum alauda, a qua oua eius diripiuntur. Aristot. de histor. animal. 9. cap. 1. char. 318.
 Ardea est auis, quæ (vt aiunt) supra nubes volat, cum sentit tempestatem. Est coloris cinerei, minoris quantitatis quam grus, longi colli. stercore suo exsiccat omnes arbores, in quibus nidificat, Accipiter eam prædari cum nititur, ipsa opponit accipitri anum, & stercore proicit, & si tangit pennas eius, putrefacit. Ardearum tria sunt genera: vnum cinereum, acuti rostri, & longi colli; aliud totum album in figura per omnia simile: tertium, quod unum oculum tantum habet, quod falsum esse credendum est, ut etiam multa alia falsissima dicit Plinius. Albert. mag. de animal. 23. tract. 1. cap. 1. char. 185. col. 1.
 Area est edita imago sydereæ claritatis undique illustrata hæctenus ab arcu differens, quod ille e regione Solis, & Lunæ se exhibet, cum area sidus totum ambitu cingere orbiculari soleat. Arist. de Mundo, c. 3. c. 819.
 Area apparet sæpe circulus totus, & fit circa Solem, & Lunam, & circa splendens astrorum, & nihil minus nocte quam die: & meridie quam sero, diluculo minus, & circa occasum. Arist. meteor. 3. su. 2. cap. 2. c. 540.
 Area circa Lunam sæpius fiunt, quia Sol calidior existens soluit consistentias aeris: circa astra similiter fiunt, sed parua, & parum significantes. Aristot. meteor. 3. su. 2. cap. 2. char. 544.
 Arena principium idem est, quod falsedinis: ideo non generant plantas, nisi in ipsis sit immista terra. Alber. mag. de veget. 4. tract. 1. cap. 3. char. 141. col. 3.
 Argenti Myfina, & ferri Chalybici peculiarissimam esse generationem ferunt, vna cum arena per fluuium delata nascitur (vt aiunt.) hanc enim alij vna ratione abluentes in fornace adurere autumant; alij eius sedimen naturale locum comburere, lapidemque Pyramacum appellatum interponere, cuius copia in illa regione magna est. Ferrum vero hoc cæteris pulchrius efficitur, nec ab argento distaret, si in fornace non cremaretur, solum autem hoc rubigine non consumitur, nec copiosum efficitur. Aristotel. de admir. aud. c. 847. 46.

Argentum

Argentum effluxisse aiunt in Iberia, cum pastores non nulli locum arboribus refertum incendissent, ac terra syluæ combustionem vehementer calefieret, & paulo post terræ motibus succedentibus, ac disruptis locis, quam plurimum argentum vna coactum traditur, quod maximam vtilitatem Massiliensibus tribuit. Arist. de admir. aud. c. 855. 85.
 Argentum quatuor modis reperitur: primo in lapide incorporato ipsi: secundo, vt vena in lapide: in terra, vt vena: & aliquando molle, vt pulvis tenax, & est purissimum. Alber. magn. 3. de mineral. tracta. 1. cap. 10. char. 145. col. 4.
 Argentum viuum est secundum elementum metallorum. Alb. mag. 3. de miner. tract. 1. cap. 5. ch. 147. col. 1.
 Argentum viuum habet substantias duas principales, aqueam, & terream. Alber. magn. 4. de mineral. tract. 2. cap. 2. char. 147. col. 3.
 Argentum viuum aliud extrahitur de sua minera, & est viuum; aliud extrahitur ex lapide, in quo generatum est, & per adustionem, vt extrahitur aurum, & argentum: & propter acumen dicitur esse venenum. Alber. mag. 4. de miner. tract. 2. cap. 2. char. 147. col. 4.
 Argentum viuum est humidum, & frigidum in gradu secundo, & propter hoc dissoluit neruos, & paraliticat, & perimit pediculos, & lentes. Alb. mag. 4. de miner. tract. 2. cap. 2. char. 147. col. 4.
 Argentum viuum, si solum sublimatur, non residet aliquid in fundo vasis, & cum redit ad speciem argenti viui, non fit defectus vllus in pondere: quod fit ob nimiam cum aquæ substantia terre permissionem. Alb. mag. 4. de miner. tract. 2. cap. 2. char. 147. col. 4.
 Argentum est ex argento viuo purgatissimo, colore depurati sulphuris ad speciem splendidam deductum, & sonorum: ideo maxime exsiccatum. Alber. magn. 4. de miner. tract. 2. cap. 5. char. 148. col. 2.
 Argentum purificatur in igne cum plumbo, & per admisionem euaporat plumbum, & separantur sordes ab argento. Alber. mag. 4. de mineral. tracta. 2. cap. 5. char. 148. col. 3.
 Argentum viuum exsiccat per multam admisionem, & adustionem sulphuris cum ipso non omnino adurentis ipsum: & si in fornace ardenti ponatur, & ligna viridia de corilo successiue in ipso voluantur, induratur, & coagulat, præcipue si decorticata sunt. Alb. mag. 4. met. tract. 3. cap. 2. char. 128. col. 4.
 Argeus, vel Olympias, vel Sciron, vel Caurus, vel Cærus spirat ab Occidente æstiuo, & huic contrarius est Euris. Arist. meteor. 2. sum. 2. cap. 13. char. 519.
 Argis fluuius nascitur de monte Armeno, transiens per montem Caucaum: ad Mesopotamiam pergit, & in illa sumit secum fluuium Pierolum, qui dicitur ex Caucauo monte nasci: & vnus fluuius Parthas pertranseunt eorum cursus multas congregat aquas: & ibi etiam hoc ipsum flumen Euphratis nomen accipit, & se diffundens currit milliaria 800. & mergitur in sinum Persicum. Alber. magn. de natur. loc. dist. 3. cap. 1. char. 101. col. 3.
 Argumentis si quis non abundat ad problema institutum, ad aliud confugere debet. Aristotel. elen. 1. cap. 14. char. 605.
 Argumentum est, quod aliter habere non potest, atque ipsi dicimus. Arist. rhetor. ad Alex. cap. 13. char. 207.
 Argumentum ad impossibile fit, quoties eius, quod volumus demonstrare, oppositum supponentes, aliquid ad ipsum ex concessis & positum vnum aliquid, quod euidenti ratiocinatione collectum est, sustulerimus. Alex. aphrod. 1. prior. cap. 2. char. 7. col. 2.
 Argumentationis explicatio est inuentio vitij, quod in ea est, quod facilius facimus, cum otiosi & soli consideramus, quam cum ab alijs interrogamur. Alexand. aphrod. in elen. char. 80.

Argumentationum sophisticarum illa prima est difficilis, quæ, cum tractata est, dubium est rem necne concluderit. Secundo illa, cuius explicationem in adeptione positam esse perspicuum est: sed dubium est, num rogatum tollendo argumentationem, explicemus, & ambiguum est an fallacia ex conclusione sit, vel ex rogatis. Alex. aphrod. in elen. c. 115.
 Argumenta demonstratiua sunt, quæ propria sunt rei: logica, quæ etsi vera, communiora tamen sunt, & possibilia alijs adaptari. Simp. 1. de Cælo, tex. 70. c. 56.
 Argumenta a probabilibus ante demonstrationem propiora, & validiora ad demonstrationem faciunt, & tamen suspicionem immittunt parallogismi: post demonstrationem autem certiora fidem demonstrationum ipsarum constituunt. Simpl. 2. de Cælo. tex. 2. co. 2. char. 55. col. 4.
 Argumenta, quæ ex amba voce conficiuntur, merito phantasiæ efficiuntur. Io. gra. 1. prior. c. 2. col. 3.
 Argumenta, quæ prima continet figura, perfecta sunt: quæ secunda & tertia, imperfecta. Ioan. gram. 1. prior. char. 3. colum. 4.
 Argumentatoris & respondentis officium est, si rectas afferat argumentationes, ac responsiones, vt afferat quidem id, quod maxime valere posset, ad illud propositum problema sustentandum, vel destruendum: vt medici, non est officium semper sanare, sed nihil omittere eius, quod ipsi arti debetur, vt conferat ipsi morbo in omni re possibile ei. Auer. topicorum 1. cap. 1. char. 255.
 Argumentum a destructione antecedentis, ad destructionem consequentis in conuertibilibus valet. Auer. phys. 7. tex. 16. c. 145. col. 4.
 Argumentum a coniugato est, cum simplex verbum, vnde fit denominatum, accipimus. Boet. de diff. ch. 655.
 Argumentum esse non potest, nisi res sit ambigua, & ad eam ratio fidem faciens afferatur. Boet. in topic. Cic. 1. char. 763.
 Argumenti omnis intentio ad partem quæstionis probandam dirigitur. Boet. in topic. Cicero. 1. char. 763.
 Argumentum omne syllogismi vel enigmatis profertur. Boetius in topic. Cicero. prim. char. 764.
 Argumentum nil aliud est, quam medijs inuentio. Boet. in topic. Cic. 1. c. 764.
 Argumentatio est elocutio & contextus propositionum cum maximis propositionibus, vel extra syllogismos positus, vel in eodẽ inclusis. Boet. in topic. Cic. 1. c. 766.
 Argumentum ex partium numeratione ducitur, quoties a partibus eius termini fit argumentatio, qui terminus in quæstione positus est. Boet. in topic. Cic. prim. char. 768.
 Argumentum a nota fit, cum ab eiusdem vocabulo termini nascitur argumentum. Boet. in topic. Cic. 1. c. 768.
 Argumentum ab affectu fit, cum ab ijs, quæ ad propositum terminum relatione aliqua reducantur, proficitur argumentum. Boet. in top. Cic. 1. char. 768.
 Argumenta ex tot partibus produci possunt, quantas quæ locorum partes cognouerit. Boet. in topic. Cic. 2. c. 794.
 Argumentum ex antecedentibus, & consequentibus ex vnus propositionis connexæ partibus nascitur. Boet. in topic. Cic. 4. char. 820.
 Argumentum omne, aut in syllogismi ordinem cadit, aut ex syllogismo vires accipit. Boet. in topic. Cic. 5. char. 823.
 Argumentatio, si syllogismo non indiget, probatio tripartita est, & constat ex propositione, assumptione, & conclusione: si vna probanda est, quadripartita, & additur probatio illius propositionis: si ambæ probandæ sunt est quadripartita. Boet. in topic. Cic. 5. char. 824.
 Argumenta, vi naturalis ingenij promuntur. Boet. in topic. Cic. 6. char. 842.

Argumen-

Argumentum est ratio rei dubiæ faciens fidem. Boet. de diff. top. 2. char. 857.

Argumentum quæstione notius necesse est esse. Boet. de differen. topic. 1. char. 861.

Argumenta alia sunt probabilia, & necessaria: alia probabilia, & non necessaria; alia necessaria, & non probabilia: alia nec probabilia nec necessaria. Boet. de differ. topic. 1. char. 861.

Argumentatio, alia est syllogismus, alia inductio. Boet. de diff. top. 2. char. 863.

Argumenta a partibus duobus nascuntur: aut a generis partibus, quæ sunt species: aut a totius, quæ partes tantum vocantur. Boet. de differ. top. 2. c. 867.

Argumenta fiunt a communiter accidentibus, quoties ea sumuntur accidentia, quæ relinquere subiectum, vel non possunt, vel non solent. Boet. de diff. top. 2. c. 865.

Argumentum a nota est, cum re dubia fides quæritur ab interpretatione nominis. Boet. de diff. topic. 3. c. 873.

Argumentatio est ratiocinatio mentis arguens, & conuincens per habitudinem noti ad ignotum, de ignoti scientia. Alb. Mag. de præd. c. 2. col. 2.

Argumentatio est logices subiectum. Alb. Mag. de præd. char. 2. col. 2.

Argumentum a maiore a minore, a simili, non potest reduci ad syllogismum ostensium, sed ad hypotheticum. Alb. Mag. in topic. c. 237. col. 3.

Argumentatio antecedentis ad consequens multiplex est: alia est simplex: alia composita. simplex, cum ex simplici antecedente inferitur simplex consequens; composita, cum ex vna consequentia inferitur alia, & hæc est opposita. Alb. mag. in elenc. c. 288. col. 2.

Argumentatio antecedentis ad consequens composita duplex est: alia est in ipso, vt cum ex antecedente inferitur consequens, ex opposito antecedentis inferitur oppositum consequentis, & hæc est inter contraria: alia, quæ est consequentia, e contrario est, cum ex antecedente sequitur consequens, & ex opposito consequentis sequitur oppositum antecedentis. Alber. mag. in elenc. c. 288. col. 2.

Argumentum valet ab esse ad posse, non autem e conuerso, nisi in necessarijs. D. Thom. 3. metaph. lect. 15. tex. 19. char. 180.

Argumentatur aliquis arte: aliquis sine arte: vt idiota, sic & opus artis, aliquis sine arte, aliquis cum arte efficere potest in factibilibus. D. Thom. 7. metaph. lect. 6. tex. 23. char. 470.

Aridum est siccum, est enim, quod perfecte siccum est, ita vt sit congelatum propter defectum propriæ humiditatis. Arist. 2. de gen. & cor. su. 1. cap. 2. tex. 11. char. 426.

Arietes primum verustiores foeminas inuent, nouellas minus persequuntur. Aristotel. de hist. animal. 5. cap. 14. char. 163.

Arietes statim cornigeri generantur in Africa, non solum mares, vt scribit Homerus, sed & foeminae. Arist. de hist. anima. 8. cap. 28. char. 309.

Arietibus nullis in Ponto per prouinciam Scythicam cornua nascuntur. Arist. de hist. ani. 8. cap. 28. char. 309.

Aries, leo, vel sagittarius insculpti in lapidibus habent proprietatem contra febres, hydropisim, paralysiam, & gestantes reddit facundos, exaltat in honoribus, & maxime leo. Alber. magn. 2. de mineral. tract. 3. cap. 5. char. 143. col. 1.

Arietes, & capri coeunt, cum sunt vnus anni, & priores filij fortiores, & grossiores sunt. quod non accidit in alijs animalibus propter siccitatem, ad quam postea peruenitur. Albert. magn. de anim. 5. tract. 2. cap. 1. char. 54. col. 4.

Arietem marinum dicunt esse piscem, qui post naues in sabulo stantes insidiatur, & caput emergens speculatur, vt eos, qui nandi gratia in aquas intrant, submergat. Alb. mag. de ani. 24. cap. 1. char. 196. col. 1.

Aristologia est multarum virtutum herba, mascula & foemina: illa folia longiora, foemina minus longa habet: est calida, & sicca, absterfua, aperitiua, subtiliatiua, attenuatiua, & attractiua, ita vt attrahat spinas carni infixas. Alber. Mag. de veget. & plant. in tract. 2. cap. 2. char. 162. col. 4.

Aristoteles Rhodius, cum pecunijs indigeret, & duas videret Phocæorum factiones, ad alteram eorum secreto verba fecit; affirmans sibi alteram pecuniam polliceri, si remp. inclinaret ad ipsos mallet, eis se autem male ab ijs accipere; & ciuitatis curam administrando tribuere. Qui tunc quantam pecuniam postularét, illi dedere, quod item alijs indicauit, qui etiam non pauciores dedere; quam cum accepisset, illos inuicem ad concordiam reuocauit. Arist. econ. 2. c. 810.

Aristotelis tempore de rætoricis erant multa, de syllogismis autem omnino nihil erat prius aliquid dicere, quam quæ tradidit perquirens; multo tempore insudauit. Arist. elen. 2. cap. 8. char. 632.

Aristotelis opinio longe verior cæteris est, tum in alijs Philosophiæ libris; tum etiam in contemplatione de anima. Alex. Aphrod. 1. de ani. cap. 1. c. 30. col. 1.

Aristotelis opera alia sunt particularia, vt Epistolæ: alia vniuersalia vt naturalia; alia in medio, vt Respublica, animalium historiæ. Vniuersalia, alia ordine conscripta, alia commentaria. Commentariorum, alia de vna tantum re, alia de pluribus scripta sunt. Ordinata quedam ex authoris persona auctoriaria; alia colloctoria. Auctoriaria; alia contemplatiua, alia actiua, alia instrumentaria. Contemplatiua; alia de natura, alia mathematica, alia theologica. Actiua; ethica, politica, economica. Instrumentaria: quæ circa methodum versantur. Ammo. in præd. c. 2. Idem Simp. in præd. char. 1.

Aristotelis scribendi genus est exactum elocutione. Ammo. in præd. c. 4.

Aristoteles est obscurus in suis libris data opera, vt acuat discentium mentes, prophanosque auertat. Ammo. in præd. c. 4.

Aristotelis auditor iustus esse debet, ingenio perspicaci, literarum studiosus, moderatione animi præditus, ac vndeque ornatus. Ammo. in præd. char. 4.

Aristotelis omnia scripta quasi de composito caligine quadam offusa, opætaque habentur, tum ob elocutionis genus, tum etiam, quia capita nullo ordine videntur disposita. Them. 1. post. cap. 1. col. 1.

Aristotelis consuetudo est a communibus quibusdam dignitatibus librorum initia sumere. Ioan. Gram. 1. physic. tex. 1. c. 2. col. 3.

Aristoteles contra Parmenidem librum inscripsit. Ioan. Gram. 1. physic. tex. 25. c. 11. col. 3.

Aristoteles obiurgat Antiquos tanquam id, quod sibi apparet, & illorum dicta; sed non eorum sententiam. Ioan. Gram. 3. physic. tex. 61. char. 61. col. 2.

Aristotelis filius in conscribendis Epistolis est ita excellens, vt nemo est hominum præstantissimorum, qui illi similis sit. Simp. in præd. c. 2.

Aristoteles auditores boni, ac studiosi esse debent, contentiosasque nugas cauere. Simp. in præd. char. 2.

Aristoteles locum duabus dimensionibus constare putat. Simp. 4. physic. c. 218. col. 1.

Aristoteles vbiq; vult consuetudinem nominum seruare, & ab ijs haurire argumenta, quæ sunt sensu manifesta; at Plato negligit sæpe, & recurrit ad intellectuales contemplationes; ideo sæpe de nomine tantum inter hos duos Philosophos est dissensio. Simp. 8. physic. tex. 44. c. 442. col. 3.

Aristoteles omnia, quæ in hoc 12. Metaphysic. dicit, contra numeros tantum ex vnitatibus constitutos, non autem contra ideales numeros diuinos dicta sunt. Sirian. 12. Metaphysic. vel 13. secundum Latinos. ex cap. 6. char. 98.

Aristo-

Aristoteles tractat in prædicamentis de ijs rebus vt sunt apparentes & famosæ. Auer. in prædica. tract. 2. cap. 3. char. 20. col. 4.

Aristoteles inuenit scientiam naturalem, diuinam & logicam, easque perfecit, & in vno indiuiduo inueniri tantam virtutem miraculum est. Auer. phy. pri. ex proo. char. 3. col. 4.

Aristoteles in prædicamentis modos famosiores posuit, in scientijs veriores. Auer. phy. 3. tex. 4. c. 41. col. 2.

Aristoteles intelligit in omnibus, quæ declarauit, naturam rei, de qua loquitur, non res accidentales. Auer. phy. 6. tex. 89. c. 138. col. 2.

Aristotelis consuetudo est post rationes certas, addere rationes famosas. Auer. pri. de celo, tex. 2. c. 2. col. 4.

Aristotelis verba non ob aliud a comentatoribus sustentantur, nisi quia vident ipsa minoris ambiguitatis & remotiora a contradictione. Auer. 2. de celo, tex. 2. char. 45. col. 3.

Aristoteles fecit librum de potentijs planetarum qui dicitur de regiminibus celestibus. Auer. 2. de celo, tex. 71. c. 68. col. 2.

Aristoteles primus dixit modum, quo generatio est in substantia, vt etiam nullus dixit ante ipsum plura, imo ferè omnia istius scientiæ & aliarum scientiarum. Auer. 3. de celo, tex. 67. c. 103. col. 4.

Aristoteles differt a Platone in modo essendi formas, & in modo actionis earum tantum, non in esse earum simpliciter, neque in actione earum simpliciter. Auer. 2. de gen. & cor. tex. 52. c. 173. col. 4.

Aristoteles fecit librum de anhelitu, & de anhelitu non dicit sufficienter Galenus. Auer. 3. de anima. text. 88. char. 144. col. 3.

Aristoteles fecit regulam in natura, & exemplar quod inuenit natura ad demonstrandam vltimam perfectionem humanam in materijs. Auer. 3. de anim. text. 14. char. 169. col. 1.

Aristotelis opinio est, quia nulla verior peruenit ad nos de hominibus prioribus, neque minoris dubitationis & nature certitudinis. Auer. de sub. orbis, c. 1. c. 3. col. 1.

Aristotelis consuetudo est ante sermones demonstratiuos inducere sermones disputatiuos. Auer. 3. metaph. tex. co. 1. c. 18.

Aristoteles maximas propositiones locos appellat, Cicero autem non maximas propositiones locos, sed earum continentes differentias locos vocat. Boeth. in top. cic. pri. c. 766.

Aristoteles Platoni præponendus est in omnibus, quæ dixit in positione principiorum. Alb. mag. de pd. c. 7. col. 4.

Aristoteles nunquam probauit duas suppositiones scilicet nihil incipere, nisi mutatione naturali, & nihil incipere nisi in tempore, quibus suppositionibus æternitatem mundi probat. Alb. mag. 8. phy. trac. 1. c. 14. c. 94. col. 1.

Aristotelis viam multi philosophi secuti sunt, quia pauciores, vel nulla inconuenientia sequatur ex eius dictis. Alb. mag. 3. metaph. trac. 3. cap. 11. c. 86. col. 2.

Aristoteles propter varietatem, & doctrinæ, & morum rectitudinem, expulsus est ab Athenis. Alb. mag. ethic. pri. trac. 1. cap. 7. ch. 3. col. 3.

Aristoteles fuit discipulus Platonis, Plato Socratis, Socrates Archelai, Archelaus Anaxagoræ. D. Thom. pri. metaph. 1. 10. tex. 6. c. 54.

Aristoteles videtur in 11. metaphysicis tria genera præmittere, scilicet quando, situm & habere, quando significat esse in tempore, & tempus est numerus motus & eiu(sdem) rationis est, non esse motum in genere actionis, & passionis, quæ significant aliqualiter ipsum motum. Positio vero non addit supra vbi, nisi ordinem partium determinatum, quæ nil aliud est, quam determinata relatio partium ad inuicem. Habitus etiam importat habitudinem inducentem ad indutum, & sic eadem ratio videtur, quod non sit motus in situ &

habitu, & in ad aliquid. D. Tho. 11. metaph. 1. 12. c. 815.

Aristoteles in enumeratione planetarum reliquit vnum planetam. Alexan. de ales. 12. metaph. text. 47. chart. 348. col. 4.

Aristotelis mos est initio librorum pugnam quærere, atque id cum consilio facit, vt ex aliorum dictis, quæ vera dignoscantur, non ingratis admittat: contra falsa, & inconcinna & mendosa, rejiciat. Dan. barb. pri. rhetoric. cap. 3. c. 4.

Arithmetica certior est Geometria. Arist. pri. metaph. su. 1. cap. 2. char. 7.

Arithmetica circa numeros versatur. Ammo. in Por. char. 2. col. 3.

Arithmetica est disincte per se quantitatis cognitio. Ammo. in Por. c. 2. col. 4.

Arithmetica est de consonantibus rationibus disputare. Io. gra. pri. post. cap. 7. c. 13. col. 4.

Arithmetica est omnium sensibilibus non omnibus sensibus acceptum: est commune omnium sensibilibus omne numeratum. Io. gram. pri. post. cap. 14. c. 35. col. 4.

Arithmetica simplicioribus vitur, vt vnitatem, quæ sine positione est: Geometria puncto, quæ positionem habet. Ioan. gra. pri. post. cap. 23. c. 50. col. 3.

Arithmetica omnes mathematicas scientias præcedit. Io. gra. pri. phy. c. 6. col. 2.

Arithmetica prior est Geometria. Simp. in præd. ch. 32.

Arithmetica proportio est cum tribus, vel pluribus positis terminis, differentia, quæ inter ipsos est æqualitate eadem est, qualitate vero non eadem; vt 4. 3. 2. inter quas est vnitatis differentia, vt 4. ad 3. sesquialteriam habet proportionem 3. ad duo sesquialteram. Eust. 5. ethicor. cap. 10. char. 213.

Arithmetica magis differt a Physica quam Geometria, quia Geometria conuenit cum physico in subiecto suarum quæstionum, licet differat in prædicato. Albert. Mag. 2. phy. tract. 1. cap. 8. c. 18. col. 2.

Arithmetica est certior, & prior musica: prior, quia musica vitur principijs eius ad aliud; certior, quia certitudo proficitur per transmutationem materiæ sensibilibus, vnde quanto magis acceditur ad eam, tanto scientia est minus certa. D. Tho. post. c. 74. col. 1.

Arithmetica est ex paucioribus, & Geometria cum conueniat situm, oportet, vt sit ex compositioribus. Alex. de ales. 1. metaph. c. 8. col. 2.

Arma a natura data quibusdam foeminis non dantur, vt maribus, vt ceruis, suibus, & auibus quibusdam: & quibus dantur, debiliora sunt. Aristot. de hist. animalium 4. cap. 11. char. 144.

Armiger Armo similis, longus, rotundus, albus, habet spinam, & caro tangens spinam viridis est. Alb. Magn. de animalib. 24. cap. 1. c. 196. col. 1.

Armenes est serpens, quo (regulo excepto) nullus serpens peior est, visu interficit, & auditu sibili sui, & quodcumque animal mordet, statim dissoluitur, & moritur, & similiter omne animal, quod ei appropinquatur, moritur, etiam si ab eo non mordeatur: sed quantitate maior est, quam regulus, & est quantitas ab vno cubito ad cubitum & dimidium, et eius morsus nullam prorsus recipit curatorem. Alb. Magn. de ani. 25. char. 201. col. 1.

Armenta vehementius laborant pruina folicitata quam niue. Arist. de hist. anim. 8. cap. 7. ch. 283.

Arms est piscis saxatilis, qui lapidem gestat interius, in lateribus virgulas habens puniceas. Alb. mag. de anim. 24. cap. 1. c. 196. col. 1.

Arrogans est is, qui illustra quedam, vel quæ non habet, vel maiora quam habet, fingit, et sibi vendicat. Arist. 4. ethic. ad Nicom. cap. 7. c. 102.

Arrogantes, qui ob argenti lucrum tales sunt, omnium deformiores sunt. Arist. 4. ethicor. ad Nicom. cap. 7. char. 103.

K Arro-

Arrogans non in potestate, sed in electione consistit. Ari. 4. ethic. nicom. cap. 7. c. 103.
Arrogantes eos appellamus, qui ea, quæ non habent, affectant, & sibi vendicant. Eust. 3. mora. cap. 7. ch. 144.

Ars, & eius divisiones.

Artes aliæ odiosæ, vt quæ gloriæ tantum destinatae sunt: aliæ mechanicæ, vt cellularia: aliæ quæstuarie, vt quæ foro, cauponisq; artibus comparantur. Aristot. mora. eudem. cap. 2. ch. 370.
Ars artis ministra duplex: alia organa, alia materiam præstat. Arist. politic. 1. cap. 5. ch. 499.
Artes faciunt materiam, aliæ simpliciter, aliæ operi accommodam. & utimur tãquam propter nos, omnibus, quæ sunt: quodammodo enim & nos sumus finis. Ari. phy. 2. su. 2. cap. 2. tex. 24. ch. 35.
Artes duæ dominantur ipsi materiæ: factiua & Architectonica. ideo ea, quæ utitur, quodammodo Architectonica est: differt verò, quia quæ formam cognoscit, Architectonica est; alia autem est vt effectrix materiæ. Arist. phy. 2. su. 2. cap. 2. tex. 25. ch. 35.
Artium aliæ materiam transformant, vt cum fictor è bove cneo statuum facit: aliæ per adiectionem agunt, vt quæ cera vel luto effingunt: aliæ per demptionem, vt quæ animal sculpendo efformant: aliæ per compositionem, vt ars ædificandi ædes: aliæ per habitus alterationem & penitorem immutationem, vt natura animalium genus procreare solet: alia per colorum mistionem, vt pingendi ars. Alexand. aphrod. problem. pri. quæst. 49. char. 680.
Artes factiua aliæ materia solum à se inuicem differunt, vt fabrica æraria, & auri fusoria: aliæ materia conueniunt, forma differunt; vt carpentaria & manufactiua. Ioan. gram. pri. de gen. & cor. tex. 25. co. 78. c. 37.
Artes diuiduntur in tres partes: aliæ, quorum finis est solum operatio, vt medicina: aliæ, quarum finis est solum scientia, quæ sunt artes speculatiuæ: & artes, quæ dirigunt intellectum ad harum persequutionem; & est ars logica. Auer. epitom. in logic. c. 354. col. 2.
Artes uniuersales sunt trium partium: prima philosophia, topica, sophistica; & differunt in modo considerandi. Auer. epitom. in logic. ch. 354. col. 2.
Artis perfectio continet quatuor res. Primò vt principia illius artis cognoscantur. Secundo, quod ex se excernat ab ea, quod expedit, vt ostendatur ab eo, quod nõ ostenditur in illa arte. Tertia, quod remouet errorem essentialem ab illa. Quarta, quod sit ei potestas ad illam addiscendam. Auer. epitom. in log. c. 355. col. 3.
Artes sunt, aliæ cuius principium necessario est extrinsecum, vt ædificatoria: & aliæ, quarum subiectum est aliud à subiecto, in quo inueniuntur. ars verò Medicinæ agit in se per accidens, & solum loquitur hic Aristoteles de artibus, ex quibus proueniunt acta, non actiones. Auer. phy. 2. tex. 3. c. 23. col. 4.
Artibus quod est commune, dicitur esse in logica: proprium vero unicuique arti dicitur esse in arte illa. Auer. phy. 2. tex. 16. c. 26. col. 1.
Artes tribus sunt modis: aut enim est ars operans simpliciter, aut vtens simpliciter, aut & operans quodam modo & vtens alio modo: & omnes sciunt materiã. Auer. phy. 2. tex. 25. c. 28. col. 1.
Artes speculatiuæ sunt duæ: uniuersalis, quæ contemplatur de ente absolutè, & de concomitantibus essentialiter ipsum, cuius sunt tres species, topica, elenchi, & metaphysica: alia particularis, quæ speculatur de ente quoquo modo, cuius duo sunt genera: naturalis scientia, quæ tractat de ente transmutabili: & mathematica, quæ de quantitate denudata a materia contemplatur. Auer. epitom. in metaph. trac. 1. c. 168. col. 3.
Artes operatiuæ, aliæ acquiruntur per assuetudinem, quæ-

dam per rationem: & aliæ per rationem, & assuetudinem. Auer. 9. metaph. tex. co. 10. ch. 110.

Ars soluendi orationes sophisticas conuenit aliquo modo cum Dialectico, in fine aliquo cum Sophista. Alb. mag. in elenc. ch. 303. col. 4.
Artes aliæ vocantur mechanicæ, quia nihil inseruiunt pulchritudini animæ: aliæ liberales, quia pulchritudinem animæ tribuerunt: aliæ quasi mediæ, quæ deseruiunt quidem mechanicæ: sed inducunt libertatē; vt militia, pugillatoria & sagittatoria. Alb. mag. de nat. & orig. an. trac. 1. cap. 1. c. 67. col. 1.
Ars, si in communi acceptione sumatur, alia est speculatiua, alia operatiua. Alber. mag. ethic. 1. tract. 4. cap. 1. char. 9. col. 2.
Ars triplex: quæ preparat materiam, quæ introducit formam, & quæ utitur facto. Alex. de ales. pri. metaph. char. 5. col. 3.

Artis definitiones.

Ars est principium, & forma eius, quod efficitur in alio, natura in ipso. Aristot. de gener. animal. 2. cap. 1. char. 147.
Ars est operis ratio omni adiuncta materia. Arist. de partib. ani. pri. cap. 1. c. 403.
Ars omnis est habitus cum ratione effectiuus: ideo & ars & habitus cum ratione effectiuus idem est. Aristot. 5. ethic. nicom. cap. 4. c. 142.
Ars est habitus cum ratione vera effectiuus. Ari. 6. ethic. nicom. cap. 4. c. 143.
Ars est cum ratione factiuum principium. Arist. 6. ethic. cap. 5. Idem Alb. Mag. in sex. princ. c. 65. col. 4.
Ars est, quæ versatur circa facturam, & quæ in faciendo posita est. Arist. mag. mor. pri. cap. 33. ch. 315.
Ars est habitus cum ratione effectiuus. Alex. aphro. pri. metaph. co. 6. c. 5. col. 1.
Ars est potentia quædam rationabilis. Alex. aphrod. pri. metaph. co. 69. c. 35. col. 1.
Ars est forma rei efficiendæ. Alex. aphrod. 4. metaph. vel 5. secundum latin. co. 2. c. 127. col. 1.
Ars nihil aliud est quam ipsa forma. Alex. aphro. 6. metaph. vel secundum latin. 7. co. 25. c. 199. col. 2.
Ars est illa, quæ versatur circa ea, quæ sunt a nobis. Alex. & Eust. 2. poster. c. 110. col. 1.
Ars est illa, quæ versatur circa materialia & fluxilia, & circa ea, quæ generationem dicunt. Alex. & Eust. 2. post. char. 110. col. 1.
Ars est illa, quæ ratione vacat, vt Plato in Gorgia. Amò. in l. de inter. c. 124.
Ars est quidam habitus, qui potest efficere aliquid cum vera ratione. Simpl. 2. phys. ch. 94. col. 1.
Ars, quæ circa materialia versatur, est effectiuus animæ habitus secundum rationem. Simp. 3. de ani. sec. 2. tex. 17. c. 63. col. 3.
Ars est ea, quæ operationem dirigit cū ratione habitus. Alb. Mag. in poster. c. 218. col. 2.
Ars est factiuum cum ratione principium: & ideo est collectio multorum præceptorum ad eundem finem tendentium. Alb. Mag. in topic. c. 219. col. 3.
Ars non est nisi eorum, ad quæ sunt ordinata artis principia. Alb. Mag. 2. phy. tract. 2. cap. 2. c. 27. col. 4.
Ars est factiuum principium secundum rationem operans. Alb. Mag. de ani. 16. tract. 1. cap. 11. ch. 139. col. 3.
Ars speculatiua est, quæ rationes rerum non relatas ad opus considerat; quæ, cum ad rem referuntur, necesse est talem habere certitudinem, qualem permittit rei natura. Alb. mag. ethic. 1. trac. 4. cap. 1. ch. 9. col. 2.
Ars operatiua est, in qua nihil nisi operatio intenditur. Alb. mag. ethic. 1. trac. 4. cap. 1. c. 9. col. 3.
Ars factiua est, quæ est apothelismatis constitutiua. Alb. mag. ethic. 1. trac. 4. cap. 1. c. 9. col. 3.

Ars

Ars vt imitatur naturam.

Ars nil aliud esse videtur quam certa ordinatio rationis, quæ per determinata media ad debitum finem, actus humani perueniunt. D. Tho. in poste. char. 36. columna 3.
Ars est habitus practicus in intellectu practico. Alex. de Ales. 1. metaph. c. 6. col. 4.
Ars nil aliud est quam notatio, & animaduersio nature. Dan. Barba. pri. rhetoric. cap. 2. c. 3.
Ars est constitutio ex multis perceptionibus ad aliquem finem vitæ vtilem spectans. Dan. Barba. pri. rhetoric. cap. 2. c. 3.

Artes principia vnde habent.

Artium inuentores primò aliqua promunt, quæ ab alijs elaborata, paulatim incrementum sumunt ab illis, qui postmodum accipiunt: quæ primò & si paucum sumunt incrementum, est tamen vtilius multo eo, quod postea ab alijs fit accremento: principium enim est omnium maximum, quare & difficillimum: quo comperto facile est adijcere & reliquum coaptare. Aristot. elenc. 2. cap. 8. c. 632.
Artes à paruis exorsæ, in magna incrementa peruenerunt. Arist. pri. ethic. cap. 7. char. 15.
Artes omnes principia sua à philosophia sumunt. Ammo. in præfat. c. 2. col. 1.
Artes ex consideratione hominum inuentæ sunt. Ioan. Grammat. 2. posteriorum. capit. 11. char. 65. columna 1.
Artes & discendi viæ tam actiuæ, quam speculatiuæ inueniuntur: scientiæ, speculatiuæ omnes sunt. Eust. pri. ethic. c. 5.
Artes certæ sunt, quæ ex necessarijs rationibus progrediuntur. Eustat. 3. moralium. cap. 3. char. 127.
Artes non certæ sunt illæ, quæ non semper necessitate quadam, sed plerumque finem suum consequuntur, fortunaque adiutrice aliquando indigent. Eust. 3. mora. cap. 3. c. 127.
Artes speculantur circa propria principia, cum per ipsam speculantur de subiecto ipsius artis: & sic scientia naturalis speculatur de materia, & motu naturali primo, vt sunt causæ motus, non vt sunt entia, Auer. posterior. pri. cap. 8. tex. 70. char. 150.
Ars fit & generatur, & perficitur in nobis, cum ex multis non confusis quodam iam experimento, per depurationem vniuersalis intellectus, per causam veram, & certam vna ex omnibus abstracta, fit de similibus essentialiter acceptio vniuersalis, in quo instantia non esse probatur, & tunc experimenti potentia producta est ad actum completum, & depuratum. Alber. Mag. pri. metaph. trac. 1. cap. 7. c. 58. col. 1.
Ars omnis tria habet: primò comprehensionem principiorum dirigentium, & hoc est speculationis: & operationis artis: & res circa quas operatur. Alber. Magn. ethicor. pri. trac. 4. cap. 1. c. 9. col. 3.
Ars doceri non potest sine forma scientiæ, quia per syllogismum determinatur factibile. Alber. Mag. ethic. 6. trac. 2. cap. 2. c. 71. col. 2.
Ars vel propter quid habitum per artem duobus modis potest acquiri: primò per doctrinam, & sic non oportet, vt qui habet artem, sciat ipsam, quia habitum per experimentum: secundo per inuentionem, & sic ex multis experimentis fit vna conceptio communis, quæ est artis & scientiæ principium. Alex. de Ales. pri. metaph. c. 5. col. 1.
Artem inuenire est inuenire propter quid, & causam: & hæc inuentio primò supponit quia, & ex multis, quia format vnam communem conceptionem, quam si potest resolueri ad causam suam, scientiam habet & artem. Alex. de Ales. pri. metaph. c. 5. col. 1.

Ars, alia quidem perficit, quæ natura non potest perficere: alia imitatur. Arist. phy. 2. cap. 3. tex. 79. c. 49.
Arte quæ sunt, si propter aliquid fiunt, & ea quæ natura fiunt, propter aliquid fiunt. Ari. phy. 2. cap. 3. te. 80. c. 49.
Artis vt sunt peccata, sic etiam nature sunt monstra. Ari. phy. 2. cap. 3. tex. 82. c. 49.
Arte indiget natura cum quippiam præter naturam oportuit facere, quam artis partem mechanicam appellamus. Arist. quæst. mechan. c. 775.
Ars omnis & disciplina implere vult, quod deest nature. Arist. ethic. 7. cap. 17. c. 756.
Artes sunt pars philosophiæ, vt quæ imitantes naturam materijs vtuntur, quibus formas aptent, ac perficiant. Eust. 1. ethic. c. 5.
Ars assimilatur rei secundum naturam. Auer. in post. 2. cap. 7. tex. 65. c. 222.
Ars differt à natura, quia natura est intra rem, ars extra. Auer. de sen. & sen. c. 192. col. 3.
Ars & natura non possunt dare vnū & idem, vt imaginati sunt Alchimistæ, causæ enim artis, & nature sunt diuersæ. Auer. 1. de gen. ani. cap. 1. c. 206. col. 3.
Ars & natura intendunt actum, non potestiam. Auer. 9. metaph. tex. co. 16. c. 113.
Ars nihil facit in corpore nisi in extremitatibus tantum, natura vero in ipso corpore toto. Auer. 12. metaph. tex. co. 18. c. 242.
Ars omnis naturam imitatur. Boet. in top. Cic. 1. c. 772. Idem D. Tho. post. tex. 36. col. 4.
Ars, licet imitetur naturam, tamen opus nature ad plenum attingere nequit. Alb. Mag. pri. de miner. trac. 1. cap. 3. c. 135. col. 1.
Ars differt ab operatione nature: quia natura operatur virtutibus celestibus, & efficacibus, quæ nunquam errant, nisi per accidens, ob inæqualitatem materiæ: ars autem maximo labore & erroribus multis per mendicata suffragia ingenij, & ignis. Alb. Mag. pri. de miner. trac. 1. cap. 3. c. 135. col. 2.
Ars imitatur naturam: nam vt se habet principia, sic operationes, & effectus proportionabiliter se habent. D. Tho. 1. politic. l. 1. c. 1. col. 1.
Ars potest inspicere ad ea, quæ sunt nature, & eis vti ad opus proprium perficiendum: perficere vero ea nequit. D. Tho. 1. politic. l. 1. c. 1. col. 1.
Ars fabricat super entitatem factam a natura. Alexan. de ales. 8. metaph. tex. 4. c. 246. col. 1.

Arte que comprehenduntur.

Ars non deliberat. Arist. phy. 2. cap. 3. tex. 84. ch. 50.
Artes omnes & factiua scientiæ potentie sunt, quia sunt principia permutatiua aliud, vt aliud. Arist. 9. metaph. su. 1. cap. 3. tex. 3. ch. 176.
Ars nulla intendit singulare: nam scientia comprehendit nequit, infinitum enim est. Arist. rhetoric. 1. c. 11.
Ars omnis & omnis discendi via actione atque electione boni quoddam appetere videtur: ideo boni illud esse asserunt, quod omnia expetunt. Arist. ethic. 1. cap. 1. c. 3.
Artes multæ sunt, quæ sub vna arte reducuntur; vt sub equestri frenorum effectrix, & quæ equestria instrumenta sciunt: & omnia hæc demum sub militari. Arist. ethic. 1. cap. 1. ch. 4.
Ars omnis circa generationem versatur, reminisciturq; & contemplatur, vt eorum aliquid fiat, quæ & esse & non esse possunt, & quoque principium est in eo, qui facit, nõ in eo, quod efficitur. Arist. 6. ethic. nicom. cap. 4. ch. 142.
Ars est effectiua, non actionis, & quodammodo circa eadem versatur, & res & fortuna. Arist. 6. ethicor. nicom. cap. 4. ch. 143.
Ars non est eorum, quæ ex necessitate vel sunt vel fiunt;

nec eorum, quæ sunt secundum naturam: in se enim hæc principium habent. Aristot. 6. ethic. nicom. cap. 4. char. 143.

Ars ex cognitione eorum, quæ ex arte fiunt, consistit. Alex. aphrod. 2. de ani. cap. 58. ch. 56. col. 1.

Artes versantur circa ea, quæ plerumque mutantur, vt Medicina. Amo. in præfat. in Por. ch. 1. col. 4.

Artes atque scientiæ (philosophia excepta) in rebus quibusdam singulis versantur, vt fabrilis in lignis. Amo. in præfat. in Por. c. 1. col. 4.

Artes non sunt in nostra electione, virtutes autem sunt in nostra electione. Simp. in præd. ch. 61.

Artes versantur in agendo & operando; sed naturalis circa proprium subiectum cognoscendo. Simpl. 2. phys. char. 108. col. 2.

Artis terminus est finis, & ea, quæ sunt ad finem. Io. gra. 1. poster. cap. 26. ch. 55. col. 4.

Artes versantur circa ea, quæ plerumque fieri solent. Io. gram. 2. phys. tex. 27. c. 37. col. 4.

Ars nulla de materia sola diffinitionem affert, quia non differit de sola materia, sed, de quo passiones per se accidunt. Io. gram. 1. de ani. tex. 17. c. 11. col. 2.

Ars, vitia, actio, & electio solius sunt hominis. Eust. pri. ethic. c. 6.

Ars in ijs versatur, quæ contingunt, & circa ea omne suum studium collocat. Eust. 6. ethic. cap. 3. ch. 383.

Ars & fortuna ideo circa eadem versari ait Aristoteles, quia ambo extrinsecus habent rerum causam, & diuersum ab operatione opus, sed differunt; quia ars, quod ex proposito arte fecit, finem plerumque habet, fortunæ vero raro secundum operantis consilium euenisse consuevit. Eust. 6. ethic. cap. 3. c. 290.

Artes, quæ ponuntur sub aliquo genere, & consideratio ipsarum de hoc genere fit per modum vniuersi, erunt diuersæ artes particulares sub vna arte. Auer. poster. 1. cap. 8. tex. 69. char. 149.

Artis pars non nominatur id, quod in paucioribus fuerit. Auer. in elenc. 1. cap. 7. ch. 326.

Artium operariarum scientiæ non expedit, quod permisceatur id, quod est per accidens. Auer. in quæst. logic. q. 10. c. 374. col. 3.

Artis vnius genus oportet vt sit vnum secundum analogiam, vel æquiuoco. Auer. in quæst. logic. quæst. 13. char. 376. col. 3.

Ars vna non considerat de æquiuoco. Auer. 4. metaph. tex. co. 2. c. 31.

Arte comprehendere non potest, quod communiter est per accidens, vt formiorum est quædam ars. Alb. Mag. de som. & vig. 3. trac. 1. cap. 8. c. 37. col. 2.

Artes, quæ sunt ad vnum bonum vltimum secundum relationem, quam habent ad id bonum propinquiorum, & remotiorum, ordinantur ad illud. Alb. Mag. ethic. 1. trac. 3. cap. 11. c. 8. col. 2.

Artes omnes ad civilem referuntur. Alber. Mag. ethic. 1. trac. 5. cap. 1. c. 15. col. 2.

Artes plus vni quam ratione consistunt. Alb. Mag. ethic. 6. trac. 2. cap. 1. c. 71. col. 1.

Artis est virtus, prudentiæ non est virtus. Alb. Mag. ethic. 1. trac. 2. cap. 12. c. 73. col. 2.

Ars, scientia, sapientia, prudentia, intellectus, ad verum se habent, vt ad falsum suspicio, & opinio. D. Th. post. c. 79. col. 1.

Ars non comprehendit nisi determinata, quia infinitorum non est ars. D. Tho. 5. phys. 1. 1. tex. 4. c. 73. col. 1.

Artis regulæ in se veræ sunt, quæ tamen si applicentur aliquando ad materiam, inueniuntur falsæ; vt febrotomia in hac infirmitate vti licet, at in hoc egroto debili hac infirmitate laborante, ob debilitatem non licet. Alex. de ales. 1. metaph. c. 5. col. 3.

Ars nunquam intendit, quod est per accidens, sed quod est per se. Alex. de ales. 1. metaph. c. 3. 24. col. 2.

Artificialia vt sunt ab arte, non habent in se motus principium, sed vt lapidea, vel terrea, aut mixta, eam tenent. Arist. phys. 2. cap. 1. tex. 2. ch. 29.

Artificialium materia fit a nobis, naturalium materia est æterna. Arist. phys. 2. su. 2. cap. 2. tex. 25. ch. 36.

Ars facit ea, quorum species sunt in anima, & species est prima forma, & prima substantia rei factæ, quæ quodammodo ducit in cognitionem contrariorum. Arist. 7. metaph. cap. 6. tex. 27. ch. 138.

Arte facta, vel fiunt ex parte cum fiunt ex arte tantum, vel ex parte habente partem, cum fiunt ab arte, & a natura. Arist. 7. metaph. cap. 10. tex. 30. ch. 142.

Arte facta primo multa sunt praua, & quod bonum, id prauum quoque reperitur, at non contra. Arist. probl. sec. 10. q. 44. c. 440.

Artes quod faciunt, non redit iterum in materiam, cum materia non fiat ab arte: materia enim artium naturalis est, naturalia autem & subiectum, & id quod generatur natura, ideo potentiam seruat postquam mutatum fuerit in quod mutabatur. Alex. aphrod. 2. nat. quæst. cap. 20. ch. 9.

Arte facta in eo quod arte facta sunt, non habent motus principium, sed forma illa, quam ars appofuit, semper quiescit. Them. 2. phys. tex. 2. c. 21. col. 2.

Ars aliqua perficere solet, quæ natura non potest perficere, vt medicamenta ad parandas sanitates, cum natura non sufficit, a medico parantur. Them. 2. phys. text. 79. c. 25. col. 3.

Arte facta duo obtinent principia: aliud cognitionis & finis contemplantium, aliud agendi & administrandi. Them. 2. phys. tex. 90. c. 26. col. 2.

Arte factis in rebus non est semper eadem forma & finis. Themist. 2. phys. tex. 91. char. 26. col. 3.

Artificialia extrinsecus mouentur, naturalia intrinsecus. Simp. 2. phys. tex. 1. c. 91. col. 2.

Artificiales motus omnes, vt Alexander notauit, ferè secundum alterationem sunt. Simplic. 3. physic. text. 24. c. 160. colum. 1.

Artes duplices habent operationes: has interius secundum habitum, & has exterius, & secundum id quod actum. Simpl. 2. de cœl. tex. 17. com. 10. c. 60. col. 2.

Ars omnis habet rem aliquam sibi subiectam, in qua versatur. Ammo. in Por. c. 1. col. 1.

Artis finis sunt opera, quæ post artificialem operationem permanent. Eust. 6. ethic. cap. 3. c. 288.

Artificiale est via vniuersalis comprehendens plusquam vnum genus. Auer. post. 1. tex. com. 3. 2. ch. 137.

Artes, quæ sunt vnæ in genere, & diuersæ in specie, similiter & causæ suæ sunt vnæ in genere, & diuersæ in specie. Auer. post. 2. cap. 9. tex. 89. c. 231.

Artificialia in se habent vt naturalia, quod scilicet id, quod fit, fit ex opposito terminato ad oppositum terminatum. Auer. phys. 1. tex. 46. c. 14. col. 4.

Artificiales actione agit, qui potest saluare modica actione: at qui laborat in actibus maiori, otiose agit, & superflue. idem de actione naturali. Auer. phys. 1. tex. 50. char. 15. col. 3.

Ars agit extra, natura intra. Auer. phys. 2. text. 86. char. 38. colum. 4.

Arte facta non agunt per se, nisi per accidens. Auer. phys. 5. tex. 2. ch. 95. col. 3.

Artificialia nonnulla dantur, quorum motus principium in eis est per se, non tamè primo, vt est motus corporis nauis, qui fit a corpore nauis, mouet enim ipsam mediante membris suis. Auer. 2. phys. exposit. med. char. 201. col. 1.

Artificiales formæ sunt accidentiæ. Auer. 2. phys. exposit. med. c. 201. col. 1.

Ars imponit formam in tota materia absque eo quod materia

materia sit aliquid existens de intentione formæ, antequam artificium fecerit eam. Auer. 3. de anim. tex. 18. char. 169. col. 4.

Artificium aliud est ab artificio, & agens aliud ab acto. Auer. 3. de anim. tex. 20. c. 170. col. 4.

Artificiarum & voluntas idem sunt in forma. Auer. 6. Metaph. 1. 1. tex. co. 1. c. 68.

Artificium non est nisi forma generati, non congregati congregatione materiæ, & formæ. Auer. 7. Metaph. tex. 66. 30. char. 84.

Artificialis virtus est illa quæ comprehendit omnes artes mechanicas. Auer. de ant. beat. cap. 5. c. 66. col. 2.

Ars omnis boni alicuius est operatrix, licet abusus artis sit aliquando mali causa. Albert. Magn. ethic. 1. cap. 2. char. 6. col. 2.

Ars nulla mala est: nam aliud est, quod facit ars, aliud, quod est abusus. Albert. Magn. ethic. 1. tract. 3. cap. 2. char. 6. col. 2.

Ars homini potentiam operatiuam non confert, sed potentiam facit faciliorem, quam si arte non habebat. Alb. Mag. ethic. 1. tract. 6. cap. 5. c. 16. col. 2.

Arte facta vni quo ad materiam in genere substantiæ, quo ad formam in accidentis genere. D. Tho. in perifer. c. 3. col. 2. idem 1. phys. 1. 1. tex. 63. c. 13. col. 3.

Artificialium rerum factiones non sunt naturales, quia licet principium materiale sit in eo, quod fit, non tamen habet potentiam naturalem ad talem formam. D. Tho. 2. phys. 1. 1. tex. 1. c. 16. col. 3.

Ars imitatur, quia principium operationis artificialis cognitio est, & omnis naturæ cognitio est per sensus a rebus sensibilibus & naturalibus excerpta: vnde ad similitudinem naturalium in artificialibus operamur. D. Tho. 3. phys. 1. 2. tex. 22. c. 19. col. 3.

Artificialia per materiam sunt in genere substantiæ, non per formam. D. Tho. 2. de ani. 1. 1. tex. 3. c. 20. col. 1.

Artificialia quædam habent principium motus immansibilem nobis, vt automata, quæ quasi ex se mota videntur: alia manifestum habent sui motus principium, vt currus. D. Tho. de ani. mot. 1. 6. c. 52. col. 4.

Artes omnes & scientiæ ordinantur in vnum, quod est ad hominis perfectionem; quæ est eius beatitudo. D. Tho. 1. metaph. in proxim. c. 1.

Ars operatur per intentionem. D. Thom. 9. metaph. 1. 2. te. 5. char. 412.

Artis operatio triplex est: prima considerat qualiter quid sit faciendum: secunda est operari circa materiã exterioriorem: tertia est constituere opus. D. Thom. ethic. 6. 1. 3. c. 103. col. 1.

Arte operari melius est quam industria propria. D. Tho. 2. polit. 1. 15. c. 50. col. 1.

Artificialia omnia habent vnum vltimum intentum, ad quod omnia ordinantur. Alex. de ales. 7. metaph. tex. 23. char. 209. col. 2.

Artificiata eadè, & a casu, & ab arte fieri possunt, sed differenti modo. Alexand. de ales. 7. metaph. text. 23. char. 209. col. 4.

Ars aliqua agit in subiectum per aliquam partem existentem in subiecto: & ista actio est composita ex natura & arte: aliqua non ita agit, sed in agendo non inuat naturam. Alexand. de ales. 7. metaph. tex. 30. char. 214. col. 4.

Artificialibus in rebus esse in effectu oritur ab esse in conceptu, quia oriuntur ab intellectu: contra in naturalibus. Ale. de ales. 10. metaph. te. 5. c. 25. 2. col. 3.

Artificialia habent esse per contactum. Ale. de ales. 12. Metaph. te. 14. c. 373. col. 4.

Artes vt liberales.

Artes speculatiuæ aliæ sunt vniuersales vt metaphisicæ; & particulares, vt naturalis, & cæteræ: & om-

næs artes particulares differunt per sua subiecta, aut per modum considerandi: differunt etiam per proprias præmissas, & propria quæstia. Auer. epit. in logi. char. 354. col. 2.

Artes speculatiuæ dicuntur viæ, quia considerans in eis vadit ex determinatis rebus ad res indeterminatas, per res determinatas. Auer. phys. 2. te. 1. c. 4. col. 1.

Artes demonstratiuæ assimilantur omnino artibus factiuis: nam vt non est possibile ei, qui non est illius artis, vt faciat aliquam operationem illius artis, sic impossibile est, qui non scit artis demonstrationes, vt faciat aliquam demonstrationem artis demonstratiuæ. Auer. ex de stru. de stru. disp. 1. c. 46. col. 3.

Artes, vt mechanicae.

Artes operatiuæ nullus per se inuenire potest, aut consideratiuæ in maiori parte, quia non complentur nisi per inuuentum prioris ad sequentem, & nisi prior fuisset, non esset sequens. Auer. 2. metaph. te. com. 2. char. 14.

Artes mechanicae materiam faciunt dupliciter: aliæ simpliciter, vt in eam inducant formam; vt ædificator considerat lateres, & ligna, vt faciat domum: aliæ operantur actum, ad quem est præparatum artis apotelesma in materia determinata: vt miles operando actum in gladio, quem facere non posset, nisi esset ex ferro. Alb. Mag. 2. phys. tract. 1. cap. 1. c. 9. col. 3.

Artes mechanicae tres habent species: prima est Architectonica, quæ tantum facit apotelesmata artium, vt fabrilis: alia est, quæ simpliciter est vniuersalis, & nunquam facit apotelesmata, vt militaris: alia media, quæ, & vti tur, & facit, vt lanificum. Alb. magn. 2. phys. 1. tract. 1. cap. 11. char. 19. col. 3.

Ars, vt coniecturalis.

Artium coniecturalium finis est assequi, quæ apud ipsos faciunt faciendo omnia, quæ apud ipsos sunt, vt propositum assequantur: assequi autem propositum non solum in ipsis est, sed in alijs, quæ in arte non sunt. Ale. aphrod. 2. natur. q. cap. 16. c. 8.

Ars nunquam fallit ex defectu regulantis, quia hæc est ratio certa & vera: sed fallit quandoque per accidens, ex defectu eorum, in quibus factio consistit: propter quæ si de contingentibus nihil omiserit, semper consequitur finem artifex. Alb. magn. pri. metaph. tract. 1. cap. 7. char. 58. col. 1.

Artis differentie.

Ars nulla earum, quæ aliquam naturam monstrant, interrogatiua est: nam non est possibile vtramuis partium dare, ex vtriusque enim non fit syllogismus. Aristoteles elenc. pri. cap. 11. c. 597.

Ars & natura differunt, quia ars est principium in alio, natura in ipso. Aristotel. 12. metaph. su. 1. capit. 3. te. 13. char. 246.

Artes & scientiæ rationibus non differunt, sed materia. Ammo. in Por. ch. 1. col. 4.

Artes non secus in magnis & paruis operibus perspicuntur. Eustat. 3. mor. cap. pri. ch. 167.

Artes separatæ secundum subiectum non possunt communicare in termino medio, nec artes considerantes de re vna secundum modos diuersos. Auer. post. prim. cap. 8. te. 69. char. 149.

Artium subiecta, aut separantur per subiectum: aut diuersificantur in modo, & communicantur in subiecto: aut vna ipsarum considerat de re ex parte defectus, altera ex parte additionis. Auer. post. 1. cap. 8. te. 69. char. 149.

Ars quædam verificare potest aliquam rem de aliquo subiecto per causam, quam certimus in illa, & in alia arte hæc res verificatur per alias causas, quæ non apparent in prima arte. Auer. epit. in logic. c. 35. col. 1.

Artes non differunt ad inuicem nisi aut confirmatione demonstrationis, aut nobilitate subiecti, aut utroque. Auer. 1. de ani. tex. 1. c. 108. col. 3.

Artium diuersitas fit per diuersitatem modi terminorum vtendorum. Auer. 6. metaph. tex. co. 2. ch. 69.

Artes quædam à ciuitate sunt excommunicandæ, vt negromantia, lenocinia, & huiusmodi. Alb. Mag. ethi. 1. tract. 3. cap. 13. c. 8. col. 4.

Ars certitudinem non habet, nisi ex imitatione naturæ. Alb. Mag. ethi. 2. tract. 2. cap. 4. c. 31. col. 2.

Ars non ab euentu, sed à propria vi definitur. Dan. Barb. 1. rhetor. cap. 1. c. 15.

Arsenicum est terræ naturæ combustum, habens aliquid de vntuositate sulphuris, qua de re habet multum proximum naturæ sulphuris: aliud est citrinum, album, & rubrum. Alb. Mag. 5. de miner. tract. 2. cap. 5. c. 150. col. 1.

Artemisia est calida & sicca, contra sterilitatem, quæ est ex humiditate, valens. Albert. Mag. de veg. & plant. 6. tract. 2. cap. 2. c. 163. col. 2.

Arteria est pars cartilaginosa colli priorem obtinens situm, qua homo vocem à halitum transmittit. Aristot. de hist. ani. 1. cap. 12. c. 23.

Arteria, quæ in parte anteriori colli est, natura cartilaginosa constat & sanguinis, perquam exigui compos est, venulis complexa tenuibus. Quod ad superiora, id est, oris habitum pertinet, è regione posita est foraminibus narium, quæ in oris partem patefcunt. Vnde fit vt quotiens inter bibendum humor retrahitur, effluat ex ore per nares. Iungitur postremæ linguæ, quæ lingua nominata est, posita inter dicta foramina valde apta, quæ per vices arteriæ, foramentum, quod ad os spectat, operiat. Altero sui extremo cum ima lingua coniungitur arteria, altero ad pulmonis intercapedinem descendit, & tum in vtranque partem pulmonis finditur. Arist. de hist. ani. 1. cap. 16. ch. 30.

Arteria, quæ in parte anteriori colli est, quoties inflatur, caua subit pulmonis, hæc mucronata cartilagineis ducitur corpusculis, de quibus foramina quoquo versus per diminutiones arctioribus subinde ampliora excipientibus transmittuntur. Arist. de histor. anim. 1. cap. 16. char. 30.

Arteria, quæ in parte anteriori colli est, reddendi tatummodo spiritus ac accipiendi officio fungitur, nihil enim aliud, vel siccum, vel humidum pati ipsa videtur: sed vbi in eam tale quid deerrauerit; tamdiu torquetur, dum excutiat, quod delapsum est. Arist. de histor. ani. 1. cap. 16. char. 31.

Arteria aspera non solum constat cartilaginosa ob spirandi causam, sed etiam ob vocem: quod enim sonat, leuc & solidum esse debet. Aristot. de partib. anim. 3. cap. 3. char. 472.

Arteria posita est ante gulam, quamquam impedimento fit cum cibus ingeritur: nam si quid, vel cibi, vel potus in arteriam delabitur, strangulationis tormina, & tussis grauissimè incitantur. ideo non sunt audiendi, qui hæc potum dicunt meare. Aristot. de partib. anima. 3. cap. 3. char. 472.

Arteriam lingua operit, ne aliquid ingrediatur in illa, nec omnia viuipara eam obtinet, sed ea tantum, quibus pulmo est, & cutis pilo intecta, non cortex, non penna operimento est. Aristot. de partib. animal. 3. cap. 3. char. 473.

Arteria quadrupedum & sanguine præditorum habet operculum: linguam ouipara non habent, sed contractionem idem faciunt. Aristot. de iuuentu. sen. vit. mor. & respira. cap. 1. char. 320.

Arteria sola spiritum suscipit, neruus non. neruus differt ab arteria, quia tendi potest, arteria non, sed statim rûpitur vt & vena. Arist. de spiritu. cap. 4. c. 904.

Arteria trachea non vt alia arteria contrahitur ob suam soliditatem, & crassitiam. Simpl. 1. de anima. text. 89. char. 40. col. 4.

Arteria a sinistro cordis thalamo per totum corpus producantur. Alb. Mag. de spir. & respir. 2. trac. 1. cap. 9. char. 54. col. 1.

Arteria trachea, si in se aliquid cibi vel potius recipit & non possit eijcere, accidit infirmitas cronica ex pulmone corruptione: ideo epiglotè ordinavit natura, quæ claudit arteriam. Alb. Mag. de anim. 1. tract. 2. cap. 10. char. 11. col. 3.

Arteria quasi arte aeris via vocatur, quod pulsât in eis spiritus aeris per systolem, & diastolem percussus, aut ad quæntationem cordis attractus, aut ad materiam vocis tentus. Albert. Magn. de anim. 1. tract. 2. cap. 20. char. 17. col. 4.

Arteria omnes, vna excepta, componuntur ex duobus tunicis. Albert. Magn. de anima. 1. tract. 2. capitu. 20. char. 17. col. 4.

Arteria in hoc differunt à venis, quæ sunt viæ nutrimentum, quod ex duabus constant tunicis, quarum durior conuertitur ad interius, mollis ad extrinsecus; quia si mollior esset intrinsecus non posset sustinere pulsationes spiritus, sed frangeretur, & periret animal. Alb. Mag. de ani. 1. trac. 2. cap. 20. c. 17. col. 4.

Arteria tunica iuxta Pithagoræ opinionem est sextupla ad tunicam venæ. Albert. Mag. de ani. 1. trac. 2. cap. 20. c. 17. col. 4.

Arteria sunt vitæ viæ, & virtutum, quæ vitæ habent operationem, & potetiam; quia in hoc salus est indiuidui. Alb. Mag. de ani. 1. trac. 2. cap. 20. c. 17. col. 4.

Arteria omnes à corde oriuntur, & a ventriculo sinistro, a quo duæ oriuntur arteriæ: quarum vna, quæ arteria venalis, quia tunicam vnâ tantum habet, ad pulmonem vadit, & in multa diuiditur, vt aerem ad pulmonem attrahat, & vice versa sanguis pulmonem nutriat: altera arteria post reuolutionem circa cor in duo diuisa, vna ad superiores, alia ad inferiores partes corporis tendit. Alb. Mag. de ani. 1. trac. 2. cap. 20. c. 17. col. 4.

Arteria & si in ipsis aliquem sanguinem deferunt, plus tamen spiritus quam sanguinis deferunt, & sanguis in eis decurrens est subtilis, & tenuis. Alb. Mag. de ani. 1. trac. 2. cap. 20. ch. 17. col. 4.

Arteria, quæ aorthi appellatur pars, quæ ascendit, in duas partes diuiditur: quarum maior vadit ad partem ascellæ sinistram, deinde ad dextram, donec ad carnem laxam perueniat & in tres diuiditur partes: quarum duæ sunt, quæ subechmæ vocantur, & cum venis associantur. Tertia pars in thorace spargitur, & in costis primis, & in sex spondilibus colli, & per spatulam in brachiū extenditur: maior vero harum partium vadit in interioribus brachij: minor autem pars arteriæ aorthi appellatæ ascendit ad partem ascellæ, & diuiditur: at pars maioris in tres partes pertransit per collum & ad linguam tendit, & ad tæporum musculos in quibus manifestus est pulsus, & relinquit multos ramos, quorum vnus manifestus est in naso iuxta angulum oculi, & ad capitis cacumen tendit animalis, & intra cerebrum. Alb. Mag. de ani. 1. trac. 2. cap. 20. ch. 18. col. 1.

Arteria, quæ aorthi appellatur, pars, quæ descendit primo secundum rectitudinem ad quintam spondilem, illique innititur, quia situs quintæ spondilis, est oppositus situi cordis, & supra dorsum se extendit donec perueniat ad os ilij, & per omnes spondiles, per quas vadit, relinquit ramum vnum: & cum pertransiit petus, diuiduntur ex ea duæ arteriæ, quæ ad diaphragma perueniunt, & postea alia, cuius rami in stomacho, hepate, & splene sparguntur, & ad vesicâ ab hepate vadunt:

deinde oritur arteria, quæ vadit ad canales, qui sunt in circuitu colli, & intestini orbi. Postea tres rami separantur, quorum minor est proprius reni sinistro, & in illis corporibus, quæ illum circundant, & eis dat vitam: & alij duo ad renes alios vadunt, & deinde ad testiculos duæ arteriæ vadunt, & in varios ramos ad pedes descendunt. Alb. mag. de ani. 1. tract. 2. cap. 20. char. 18. col. 2.

Arteria, cum venæ associatur, equitat arteria supra dorsum venæ; at in manifestis membris arteria est sub vena. Alb. mag. de ani. 1. tract. 2. cap. 20. char. 18. col. 3.

Arteria trachea vocis canna est ex cartilaginibus circularibus, & inferius non sunt circularis, sed portiones maiores semicirculi, superius autem circulares sunt, & coniuncti sunt annuli hi per pâniculum durum, interius ad siccitatem declinantem, ne impediatur aliqua ipsius contractio, & extensio ad aeris attractionem, & emissionem, & recuperant versus pulmonem circuli figuram circularem, quia figura rotunda minus tangitur nocentibus. Est ex cartilagine, ne vox, si ex offe esset, acuta nimis esset, aut si ex carne nimis hebes, & non bene teneret figuram aperturæ si ex carne esset. In supremo est lingua fistulæ arcuans, & amplians eius foramen. Supra ipsam est epiglotis. Inferius in duo diuiditur, vbi attingit pulmonem, & vterque ipsorum in multa distribuitur, & est maior omnibus alijs arterijs. Albert. Mag. de animalib. 1. tract. 2. capit. 22. char. 19. col. 3.

Arteria est instrumentum, per quod attrahitur aer per os à pulmone. Pet. de aluer. de iuuent. sen. vit. mor. & respira. 1. l. 7. c. 69. colum. 4.

Articulus humor tenax, vt concretus; nos moueri non patitur, sic nimis humefactus intendi non finit. Arist. problem. sec. 1. quæst. 24. char. 339.

Articulus est vox non significans, quæ vel principium orationis, vel finem, vel separationem ostendit. Arist. de poetic. cap. 20. char. 285.

Articuli non tantum vim habent quantum signa? nam proprijs nominibus, quibus additur articulus, non addi potest vniuersale signum. Io. Gra. pri. prior. c. 5. col. 2.

Articulus dicitur minimum in corpore composito, in quo diuersa articulantur, & quasi colligantur. Albertus Mag. 6. phys. trac. 3. cap. 7. c. 81. col. 3.

Articulos, & nodos discretos habentes ad stultitiam referuntur. Alb. Mag. de ani. 1. trac. 2. cap. 26. c. 23. col. 2.

Artifex, vt Deus Optimus Maximus.

Artifex ille summus ac supremus omnium videtur, qui circa veras formas, id est, quæ ab omni nexu, & mancipatu materiæ asseruntur, quæ similiter tum re, tum cogitatione a materia sequestrantur, studiū suum exercet. Them. pri. de ani. cap. 9. tex. 17. c. 62. col. 3.

Artifex, vt differt à natura.

Artifex particularis à naturali differt, quia & si considerat materiam, formam, & causam, quas in ipsa forma est materia, in illa tamen solum arte particulari hoc considerat. Io. Gra. pri. de ani. tex. 16. c. 11. col. 1.

Artifices metalla dum mutant, non vt agentes hoc faciunt, sed vt instrumenta. D. Tho. 4. meteor. ex digres. de color. l. 1. c. 215.

Artificum operationes.

Artifex inexpertus, quamuis vniuersale cognoscat, in medendo tamen per sepe peccabit. Aristot. prim. metaphys. su. 1. capit. 1. c. 5.

Artificum inferiorum actiones assimilantur actionibus inanimatorum. Aristot. 1. metaph. su. 1. cap. 1. c. 6.

Artifex nihil facit consilio eorum, quæ ad artem suam pertinent, alioquin ignarus illius artis esset. Io. Grammat. 2. phys. tex. 82. char. 49. col. 1.

Artificum cognitio.

Artifices magis propriè vocantur scientifici, quam experti, & per consequens sapientiores; quia sapientiam sequuntur omnes magis secundum scire, quam secundum experientiam: experti enim sciunt, quia & non propter quid: artifices autem scientifici sciunt & causam, & propter quid. Ari. 1. metaph. su. 1. ca. 1. c. 5.

Artifex, qui spontè peccat, magis eligendus est, quam, qui imprudentia. Arist. 6. ethic. nicom. cap. 5. c. 144.

Artifex omnis proximiorè materiam scit, remotiorè autem scire non est opus. Ioan. gram. 2. phys. text. 21. c. 36. colum. 2.

Artifex & vniuersalia & particularia considerat; speculatur quidem vniuersalia rationibus, particularia vero operationibus. Eust. pri. ethi. cap. 6. c. 40.

Artifex omnis non considerat nisi in quætionibus essentialibus sui subiecti, & per propositiones essentielles. Auer. 3. de coelo, su. pri. tex. 7. c. 83. col. 1.

Artifex necesse est vt ponat subiectum suæ artis, de quo loquitur. Aue. 2. de ani. su. 2. tex. 27. c. 131. col. 4.

Artificum proprietates.

Artificibus ciuitas omnis indiget. Aristotel. polit. 2. cap. 6. c. 537.

Artifex, vt artifex, non consultat, sed vt homo. Io. Grammat. 3. de ani. tex. 152. c. 79. col. 3.

Artifici artis particularis non conuenit demonstrare, quod proprium est artis vniuersalis. Auer. poster. prim. tex. co. 60. c. 147.

Artifex non debet perscrutari sua principia, nisi sint per se nota. Auer. quæst. logic. q. 13. c. 376. col. 2.

Artifex omnis debet considerare accidentia sui subiecti. Auer. phys. 2. tex. 17. char. 26. col. 1.

Artifex nullus disputare debet contra negantem subiectum suæ artis, quia nullas habet contra ipsum rationes. Auer. phys. 8. tex. 22. char. 162. col. 4.

Artifex prius debet describere genus, in quo considerat. Auer. prim. de coelo, tex. 2. char. 2. col. 3.

Artifex non potest demonstrare subiectum suæ artis, nec species illius subiecti. Auer. 2. de ani. su. 2. tex. 27. char. 131. col. 4.

Artifici omni est apponere suæ arti, quod deficit. Albert. Magn. ethicor. pri. trac. 6. cap. 10. char. 17. col. 3.

Arunducus, & Cauharus sunt serpentes æquales in magnitudine, & nocumento. Est longitudo horum vsq; ad cubitum, & color Arunduci est color cannae, & super corpus eius sunt vestigia linearum, & ei quæ mordet, accidit dolor vehemens in loco morsus & apostema maximum, ex quo manat virus, & interficit aliquando tertio die, & aliquando post septimum, ideo est secundi ordinis. Alb. Mag. de ani. 25. c. 201. col. 1.

Ascensus à descensu sola collatione distat. Ammo. in por. c. 7. col. 1.

Ascensus & descensus differunt, cum eorum diffinitiones differant. Io. Gra. 3. phys. tex. 22. c. 58. col. 1.

Ascensus rei computatur à primo signo ascendente vsq; ad septimum, à septimo vsque in primum defectus, ideo in Astrologia septima domus est domus mortis. D. Tho. 2. de gen. & cor. l. 10. tex. 58. c. 35. col. 1.

Asia est, quicquid terræ situm est ab Isthmo à Ponto & Hircano mari ad Isthmum vsque alterum, qui Arabicum sinum interiaret, & mare interius illud quidem cohibetur ab illo mari, & ab Oceano, qui eum complectitur ambitu. Sunt qui statuunt fines Asiæ spatium, quod à Tanai protenditur ad Nili vsque ostia. Aristot. de

de mund. cap. 2. char. 814.
 Afilius ex latiusculis quibusdam bestiis, quæ in fluuijs supernant, nascitur: ideo magna asilorum copia circa aquas inuenitur. Arist. de hist. ani. 5. cap. 19. c. 177.
 Afilius oritur sub pinna thunnorum, specie scorpionis, magnitudine aranei. Arist. de hist. anim. 6. cap. 31. c. 190.
 Afilius est serpens primi ordinis, & est ille, qui dicitur ex-puens, cuius longitudo est ad duos cubitos. Cireneus est, interficit illum, quem mordet antequam redire possit ad antrum: & ille, quem mordet, remanet sine sensu quietus profundo dormiens: patitur singultos continuos, & oculorum clausionem, & torsionem colli, & spasmus, & pulsus inordinatum, & non sentit do-lore, præterquam à principio morfus: tunc enim in- testinorum sentit dolorem, & continuo manum gut-turi imponit, ut eiciat vomitum. Serpens hic eleuat ca-pit suum, & expuit venenum, & locus morfus eius est paruus, ut punctum acus, & absque apostemate, & cur-rit ex eo paucus sanguis niger. Ei, qui morfus est, acci-dit tenebrositas oculorum, & dolor in visceribus, & in ore romachi à principio morfus, clausio oculorum, & somni profunditas, & non uiuit ultra 3. horâ a mor-su. Alber. Mag. de anim. 25. c. 201. col. 1.
 Afilius tam mas quam foemina mense tricesimo coit, sed in bimatu, aut trimatu, & semisse generat; sed iam, vel anniculam ventrem geississe aiunt asellam. Aristot. de hist. anima. 5. cap. 13. c. 162. Idem Alber. Mag. de ani-ma. 5. tex. 2. cap. 1. c. 54. col. 4.
 Afina parere continuè potest. Aristotel. de hist. anima. 6. cap. 22. c. 237.
 Afinis foemina & mas tricesimo mense coire incipit, & eodem tempore dentes mittit priores, secundos autè sexto mense, & tertios, & quartos eodem gnomonias a diuidenda ætate, quartos dentes Afinorum nomi-nant; sed cum annicula Afina concipit, & perficit sobo-lem. Aristoteles de histor. ani. 5. cap. 23. c. 237.
 Afina rejicit semen à coitu nisi interpelletur, ideo statim post coitum verberant, & insectantur. Arist. de histo. ani. 6. cap. 23. c. 238. Idem Arist. de gen. ani. 2. c. 6. c. 182.
 Afina parit mense 12. singulum, at nonnunquam & ge-mellos. Arist. de hist. anima. 6. cap. 23. char. 238.
 Afina prægnans, si coit cum equo, non corrumpitur foetus. Aristot. de hist. anima. 6. cap. 23. char. 238.
 Afina grauida lac habet mense decimo. Aristot. de histo. ani. 6. cap. 23. c. 238.
 Afina à partu die septimo mari iungitur, eoque die iun-cta maxime recipit initum, sed postmodum etiam pa-titur. solet hæc, nisi priusquam gnomonem amittat, pe-pererit, numquam postea initum recipere, parere, vel in conspectu hominis, vel in luce nolit, sed in tenebras ducitur, cum parit, si priusquam gnomonem dimisisset, pepererit, parere tota sua ætate potest. Aristot. de hist. ani. 6. cap. 23. c. 238.
 Afinus vita amplior est annis triginta, & foemina uiua-cior est mare. Arist. de hist. ani. 6. cap. 23. char. 238.
 Afinus si cum equa, vel equus cum afina frequenter coeunt, breui foemina fit sterilis. Arist. de histo. anima. 6. cap. 23. c. 238.
 Afini vno morbo maxime laborant, quem malidum vo-cant, quod vitium in capite oritur, & per nares pituita multa ruffa effluit, quæ si ad pulmonem descenderit, moriuntur: sed si in capite est, non infert interitum. Arist. de hist. ani. 8. cap. 25. c. 306.
 Afini parui habentur in Ilirica, Thracia, & in Epyro: in Scythia, & Gallia nulli propter frigus immodicum. Arist. de histor. anima. 8. cap. 28. char. 309.
 Afinus & spinus inuicem sunt inimici: victus enim spino est à vepribus, quas afinus adhuc tenellas pascit. Arist. de hist. anima. 9. cap. 1. char. 318.
 Afinus est animal frigidum: quamobrem locis frigidis viuere non potest. Arist. de gene. anim. 2. cap. 6. c. 182.

Idem Arist. de hist. ani. 8. cap. 25. c. 306. Idem Albert. Mag. de ani. 16. trac. 2. cap. 10. c. 45. col. 2.
 Afinus si superuenit equam, quum equus inierit, peruertit equi initum propter frigiditatem. Arist. de gen. ani. 2. cap. 6. c. 183.
 Afini genitura frigida est, equæ calidior: ideo temperant se, ut conceptus seruetur: at quod ex his oritur, infecundum est. Arist. de gen. anima. 2. cap. 6. c. 183.
 Afinam si equus inear, ac mulus nascatur, vtrum species non sint, sed indiuidua, ideo neuter in producto mu-lo essentiam suam conseruat, sed aliud quidpiam cor-rupta vtriusque natura existit. Amm. in Por. c. 15. c. 1.
 Afinus coit post triginta menses, non tamen generat, priusquam compleat tres annos. Alber. Mag. de ani. 1. 5. trac. 2. cap. 1. c. 54. col. 4.
 Afini catarro infirmantur. Alber. Mag. de ani. 7. tractat. 2. cap. 2. char. 69. col. 1.
 Afinus dum rudet, fugere facit Argycum auem, quia so-nus ei nocet. Alber. Mag. de ani. 8. trac. 1. cap. 21. c. 73. c. 3.
 Afinus impugnat rattum, quia dormit in eius præsepe, & mordendo nares eius, vetat ipsum comedere, & ipse cum alijs comedit ipsius pabulum. Alber. Mag. de animal. 8. tract. 1. cap. 2. char. 73. col. 3.
 Afipus est animal notum, turpe, pigrum, in frigidissimis regionibus non viuens, nec ibi concipit, & de facili ibi non coit, sustinens onus facilius super renes quam su-pra dorsum, vel scapulas, quia ob melancholiam illa of-fa fortiora habet. Alber. Mag. de animalib. 22. tract. 2. cap. 1. char. 174. col. 1.
 Afiporum corium vtile est ad faciendas soleas calceorū, quæ, si fiant ex illa parte, in qua onus portauit, non consumuntur, etiam si ille, qui vitur eis continue pe-regrinando, in lapidibus portauerit, & tandem ita in-durantur, quod pedes sustinere non poterunt. Alber. Mag. de ani. 22. trac. 2. cap. 1. c. 174. col. 2.
 Afini hepar tritum, & comestum in die, si multoties, & diu fiat, confert caducis, & ad idem conferunt si comburantur vngues eius, & bibantur ex eis pondus aureorum trium, & vnciæ singulis diebus. Alber. Mag. de anima. 22. tract. 2. cap. 1. c. 174. col. 2.
 Afini hepar combustum tritum in modū collyrij lique-factum cum sepo vrsi, & oleo, donec fiat in spissitudine mellis, si ex eo supponatur supercilio depilato, na-scentur pili. Alber. Mag. de ani. 22. trac. 2. c. 1. c. 174. c. 2.
 Afinus syluestris, quem onagrū appellant, est similis domestico, sed virtutes eius sunt fortiores. Alber. Mag. de anim. 22. tract. 2. cap. 1. c. 174. col. 2.
 Afini syluestris stercus cum felle boum tritum si quis iungit capillos, incrispantur. Alber. Mag. de anima-lib. 22. tract. 2. cap. 1. char. 174. col. 2.
 Afini syluestris medulla si quis inungatur, curat poda-gram, & aufert dolorem. Alber. Mag. de ani. 22. tract. 2. cap. 1. c. 174. col. 2.
 Afini complexio maxime est frigida. D. Thom. 2. de ge-nerat. & cor. lec. 8. tex. 48. char. 32. col. 3.
 Afiones alij patent omnibus anni temporibus, alij autē-no, qui esui sunt, cum priores inepti sint, de eorum ge-neratione nihil est certum, sed Fauonij flatibus appa-rent. Arist. de hist. anim. 9. cap. 28. c. 340.
 Aspectum demissum qui habent, & quibus altera palpe-bra immittitur in oculis per medium fixi aspectus, & qui palpebras superiores tarde reducant, molliterque intuentur, & qui palpebras immittunt, in vniuersum-que omnes, qui molliter, soluteque spectant referuntur ad apparentem decentiam, & ad mulieres. Aristot. physiognom. cap. 10. c. 355.
 Asperitas vniuersaliter significat siccitatem multam in superficie rei asperæ. Auer. 2. de gen. tex. 15. c. 168. c. 4.
 Asperum est, cuius partes talem habent situm, ut altera alteri supereminet. Por. in prædic. char. 23.
 Asperum, quod inæquales inter se partium præeminen-tias

tias habet. Ammo. in præd. c. 95. Idem Boet. in præd. c. 182. Idem D. Tho. 2. de ani. 1. 17. tex. 82. c. 37. col. 4.
 Asperum & lene fiunt circa æqualem vel inæqualem par-tium positionem. Io. Gra. 2. de ani. tex. 106. c. 67. c. 2.
 Aspis anguis, cuius ictui nullum est remedium, gignitur in Aphrica. Arist. de hist. ani. 8. cap. 29. char. 311.
 Aspis est serpens à veneno dictus: dicitur sicca propter siccitatem suæ cutis, & duram siccitatem, cuius quantitas est inter tres cubitos vsque, & cinereus est, & oculi eius scintillant, & interficit a duabus horis vs-que ad tres: ante non occidit, nisi adiuuetur per acci-dens aliquod, ei quem mordet, accidit alteratio colo-ris, obstupescit sensus, multiplicatur singultus, infri-gidantur membra, clauduntur palpebræ, & profunde dormit. Incantare se sentiens, lapidi, vel terræ vnam aurem allidit, & aliam extremitate caudæ obturat, ne carmen audiat incantatoris. Alber. Mag. de anima. 25. c. 200. col. 4.
 Asa duarum est specierū, foetida, & odorifera: est ignea, sed foetida calidior. Alber. Mag. de veg. & plant. 6. tra-cta. 2. cap. 2. c. 162. col. 4.
 Asalon parua avis est insecta coruis, & eorum tua fran-git, & vulpibus inimica eas depilans: quod cum videt coruus, auxiliatur vulpi contra communem hostem, floribus, & granis spinarum pascitur. Alber. Mag. de anima. 1. 23. tract. 1. cap. 1. c. 185. col. 4.
 Asatio est concoctio a caliditate sicca & alièna. Aristot. meteor. 4. su. 1. cap. 4. tex. 24. char. 566.
 Assatio est aliquod oppositum, sed innominatum, & erit si fiat tostio. Arist. meteor. 4. cap. 4. tex. 27. c. 566.
 Assata in sartagribus ab extrinseco calido patiuntur: in quo autem est humidum, facit illud magis siccum in seipsum reassumens, elixata contrarium patiuntur. Arist. meteor. 4. su. 1. cap. 4. tex. 24. char. 564.
 Asa humidiora sunt elixis. Arist. meteor. 4. su. 1. cap. 4. tex. 24. c. 564.
 Assatarum rerum exteriora sicciora sunt, elixatarū verò interiora sicciora sunt, exteriora humidiora. Aristot. meteor. 4. su. 1. cap. 4. tex. 27. c. 566.
 Assasse difficilius est in manufactis, quam elixasse, diffi-cile enim est, & interiora & exteriora æqualiter calefa-cere: semper enim propinquiora igni siccantur citius, quare coeuntibus magis exterioribus meatibus non potest excerni intus existens humidum, sed includi-tur, cum meatus clausi sunt. Aristot. meteor. 4. cap. 4. tex. 27. char. 566.
 Assensus duplex: alius in nostra potestate, qui in agendis rebus præstatur, vtrum agi debeant, vel ne; alius in simplicibus venatur, qui in nostra potestate non est. Alex. aphrod. in pri. de anima. cap. 20. char. 39. col. 2.
 Assensus est genus cõmune persuasionis, & assuefactio-nis. Ioan. Gram. 3. de ani. tex. 15. c. 80. col. 3.
 Assentator est, qui plura quam sit par, ad sint quæ cuiuspiã, arrogat. Arist. mag. moral. 1. cap. 29. char. 304.
 Assimilationis fallacia fit vt plurimum, cum sumitur se-cundum modum permutationis in res, in quibus im-possibile est imaginari assimilationem, aut difficile est. Auer. epitom. in logic. c. 360. col. 4.
 Assimilationum sunt duæ species: alia, quæ res rei per v-nam dictionum assimilat, aut simulachrum sum-ptum, & hoc fit per commutationem, vel accommoda-tionem. Auer. epit. in logi. c. 360. col. 4.
 Assimilandum semper est melioribus in omnibus rebus. Auer. 9. ethicor. cap. 11. char. 69. col. 4.
 Assimilari appetit omne inferius superiori, quia inferio-res vires suas projiciunt ad superiores. Alber. Mag. de caus. & proces. vni. a pri. cau. 1. 2. trac. 2. c. 23. c. 214. c. 1.
 Assimilatio foetus patri, vel matri fit ob victoriam quali-tatum patris, vel matris in semine. Alber. Mag. de ani-ma. 16. trac. 1. cap. 14. char. 140. col. 3.
 Assimilatio quandoque est ad naturam, & quandoque est

ad personam; prima vocatur naturalis, secunda perso-nalis: & personalis alia est communis, alia propria: cõ-munis, quæ est ad gentes illius climatis, vt ad Gallos, vel Romanos; propria quæ est determinata ad vnam personam sui generis, à qua generatio illa habet vir-tutem formantem, & motum. Alber. Mag. de anima. 18. trac. 2. cap. 9. c. 158. col. 3.
 Assimilatio semper est causa appetitus. Alber. Mag. ethic. 1. trac. 3. cap. 7. c. 7. col. 3.
 Assuefactibus eadem suauia, & admodum crebro vtentibus insuauia sentiunt, quia consuetudo habitum rei cuiuspiam capiens in nobis efficit satietatem: frequens autem vsus desiderium explet, quod & ipsum quasi causa quædam est habitus, ergo cum excitant augentur, atque proficiunt, conceptacula vero inserta nihi-lo ampliora redduntur. Quamobrem consuetudo cū exercitatio sit, auget habitum illum capientem. At quæ vsu crebro in cibo assumitur, infarcit quidem ac desi-derium explet: quo expleto nõ amplius escam recipimus, sed augere illud idem non possumus. Arist. prob-lem. sec. 21. quæst. 14. char. 545.
 Assuefactio fit quadam animi inclinatione: persuasio cõ-gnitione. Io. Gram. 3. de anima. tex. 155. c. 80. col. 3.
 Assuetudo facilius fit in his rebus, quæ vacant periculo, quam in formi dolosis. Arist. 3. ethic. nico. ca. 12. c. 77.
 Assumptionem, quam recentiores vocant, Aristot. trans-umptionem vocare consuevit. Alexan. aphroditi. pri. prior. cap. 30. char. 57. col. 4.
 Assumptiones demonstratione longe meliores sunt ac dignitate. Io. Gram. pri. prior. cap. 1. c. 5. col. 3.
 Assumptum est, quod adiungitur extrinsecus in ijs, quæ posita sunt, quod potentia non actu in ipsis continet. Alex. aphrod. pri. prior. cap. 23. c. 46. col. 1.
 Astaron piscis est, qui tempore veris & autumni in spu-mis pluuiialibus generatur, & in eis ebullit, vt vermes ex stercore animalium. Albe. magn. de animalibus 24. cap. 1. char. 196. col. 1.
 Astra omnia constant ex eo corpore, in quo latione habent. Arist. 2. de celo. su. 3. cap. 1. te. 41. c. 305.
 Astra calorem, & ignem generant, attrito aere ab illorū latione. Arist. 2. de celo. su. 3. cap. 1. te. 42. c. 306.
 Astra, quæ sunt in orbe superiori, in sua sphaera feruntur, vt ipsa non igniantur. Arist. 2. de celo. su. 3. cap. 1. te. 42. char. 306.
 Astra non calefiunt, nisi, quia aer est sub inferiori orbe rotundo, & cum ille fertur incalefcere necesse est, hac parte maxime, qua extat Sol inferius, qua propter ipso oriente, & super nos existente generatur calor. Aristot. 2. de celo. su. 3. cap. 1. te. 42. c. 306.
 Astra cum moueantur, & coelum, necesse est, aut quies-centibus vtrisque fieri mutationem, aut motis, aut altero quiescente, altero moto. Quiescentibus autem vtrisque impossibile est: nec vtraque mouentur, im-possibile est enim eadem astrorum; & circulo-rum velocitatis esse. Aristot. 2. de celo. su. 3. cap. 2. te. 43. char. 306.
 Astra feruntur à circulis. Aristot. 2. de celo. su. 3. cap. 2. te. 44. char. 307.
 Astra sunt spherica. Aristot. 2. de celo. su. 3. cap. 2. te. 48. char. 308.
 Astra non voluuntur; quia, quod voluitur, verti necesse est, Luna autem facies semper patens est. Aristot. 2. de celo. su. 3. cap. 2. te. 49. c. 308.
 Astra si mouerentur, moueretur vel volutatione, vel ver-tigine: sed neutro mouentur, quia si vertigine, in eo-dem manerent loco, & omnia eodem motu moueretur: solus autem astrorū Sol hoc facere viderur Oriens & Occidens: & iste non per se, sed ob elongatio-nem nostri visus. Aristot. 2. de celo. su. 3. cap. 2. te. 48. char. 308.
 Astra si mouerentur, irrationabile esset nullum organū ipsis

- ipsis præbuisse naturam ad motum, ac curam habuisse animalium, quæ autem tam pretiosa sunt, despexisse. Arist. 2. de cælo. su. 3. cap. 2. te. 50. c. 303.
- Astrorum fidem plurimam habuimus ab Aegyptijs, & Babylonijs.** Aristotel. 2. de cælo. su. 3. capit. 5. te. 60. char. 313.
- Astrorum actionem talem esse putare oportet, qualem animalium ac plantarum.** Arist. 2. de cælo. su. 3. cap. 5. te. 63. char. 314.
- Astrorum multitudinem primo cælo inesse rationabiliter ob id existimandum, quod vitæ, & principij vniuersi cuiusque multum esse excessum, primi ad alia intelligere oportet.** Arist. 2. de cælo. su. 3. cap. 5. te. 66. c. 315.
- Astra non esse calida signum est, quod locus sursum, in quo est discursus astrorum, non ignitur, & Sol, qui maxime videtur calidus, est albus, & non rubeus.** Arist. meteor. pri. su. 1. cap. 4. te. 1. char. 459.
- Astrorum distantia multo maior est quam terra.** Arist. meteor. pri. su. 1. cap. 5. c. 470.
- Astra sparsa vocata in solo lacteo circulo sunt.** Arist. meteor. pri. su. 2. cap. 6. c. 472.
- Astra in die in sylua valde vmbrosa, & in profundo puteo videmus.** Ale. aphrod. 2. de ani. cap. 33. c. 48. col. 3.
- Astrorum obseruationes tempore Simplicij extabant apud Aegyptios descriptæ a quinque millibus annorum, & apud Babylones a pluribus annis.** Simp. pri. de cælo. te. 22. co. 27. c. 19. col. 1.
- Astra, quæ sunt in maximo circulo, ab Astrologis imagines appellatæ, velocius mouentur, quam ea, quæ in minoribus spheris infixæ sunt: & tanta est tarditatis proportio, quanta est minor moles ac circulorum arcuum ambitus, cum quibus mouentur.** Io. gram. 4. phy. te. 72. char. 97. col. 4.
- Astra conueniunt in specie secundum prius, & posterius, non secundum vniuocationem: & ideo natura cuiuslibet indiuidui eorum est alia à natura alterius aliquo modo: & naturæ, quæ mouent ea, sunt conuenientes huiusmodi conuenientia, & diuersæ huiusmodi diuersitate.** Auer. 2. de cælo. te. 49. c. 62. col. 1.
- Astrorum iudex non imperitus esse debet naturalis scientiæ.** Alb. Mag. de som. & vig. l. 3. trac. 1. ca. 11. c. 38. c. 2.
- Astrum quodlibet emittit radios suos natura in directum, quousque non inuenit corpus opacum prohibens processum radiorum.** D. Tho. 3. meteor. digres. de color. l. 7. c. 204.
- Astrologia speculatur substantiam sempiternam sensibilem, quæ est cælum; alia scientiæ mathematicæ de nulla substantia, vt Arithmetica & Geometria.** Arist. 12. metaph. cap. 4. tex. 45. char. 256.
- Astrologia non differit de stellarum natura, sed ipsarum motus, progressusque ac regressus contemplatur.** Ale. aphrod. 5. metaph. vel 6. co. 1. c. 171. col. 1.
- Astrologia circa syderum motum, ac conuersiones versatur.** Ammo. in Por. c. 2. col. 4.
- Astrologia versatur circa quantitatem coniunctam, quæ semper mouetur, quæ est cælum.** Ammo. in Por. c. 2. c. 4.
- Astrologiæ nobilitas est amplior merito suæ naturæ, circa quam versatur: demonstrationes imbecilliores sunt aliquanto quam Geometriæ.** Them. pri. de ani. cap. 1. te. 1. char. 60. col. 3.
- Astrologia est notitia eorum, quæ sunt in cælo, communis hæc est definitio Astrologiæ naturalis, & mathematicæ.** Io. gra. pri. post. cap. 10. c. 29. col. 3.
- Astrologia multis obseruationibus constat.** Magent. in prior. char. 50. col. 1.
- Astrologiæ scientia propinquior est cæteris scientijs mathematicis rebus sensibilibus.** Auer. post. prim. ca. p. 22. te. 182. char. 193.
- Astrologus considerat res, vt abstrahuntur à motu & transmutatione, & vt sunt figuræ tantum considerat de eis, non vt sunt corpora mobilia.** Auer. phy.

2. te. 18. char. 26. col. 2.

Astrologus in maiori parte de Astrorum situ dat quia, Naturalis propter quid. Auer. 2. de cælo, te. 57. char. 64. col. 1.

Astrologia excedit Geometriam nobilitate subiecti. Auer. pri. de anim. te. 1. c. 108. col. 3.

Astrologi non dantur ad iudicandum res futuras, nisi quia existimant scire de corporibus cælestibus causas proprias generationis cuiuslibet indiuidui modorum specierum. Auer. de som. c. 202. col. 3.

Astrologiæ subiecta licet sint mota, scilicet corpora cælestia, tamen non de eis considerat Astrologus vt sunt mota, sed de figuris, & sitibus eorum secundum motuum qualitatem, & secundum velocitatem & tarditatem, & quantitatem eorum; naturalis vero eorum naturas considerat, vt mobilia sunt, & quis motus est possibilis, & quis non. Auer. prim. Metaph. te. co. 19. char. 8.

Astrologia vera secundum Auerroem est fundata super motum eiusdem orbis, & polos diuersos duos aut plures, vt conuenit apparentibus, & ex talibus motibus possibile est accidere velocitatem, & tarditatem, progressum, & retrogradationem, & alios motus: & apparet ex hoc propinquitas, & remotio vt in Luna. Auer. 12. metaph. te. co. 45. c. 154.

Astrologia est media scientia inter Mathematicam, & naturalem. D. Tho. pri. metaph. l. 13. te. 20. c. 23.

Astrologia tenet gradum medium inter scientiam mathematicam & naturalem; & hoc, quia hæc scientia est principium mathematicorum, applicat autem res naturales ad cæli motum. Alex. de ales. pri. metaph. char. 26. col. 3.

Astrologia primo & principaliter non est circa motum cæli, quia circa hoc proprie est naturalis scientia, sed circa distantias, & quantitatem motuum. Ale. de ales. 3. metaph. te. 7. c. 59. col. 3.

Astrologia, perspectiua, & Musica, & si versantur circa sensibilia, non tamen tractant de sensibili, vt sensibilia, sed vt ibi seruatur ratio rei mathematicæ. Ale. de ales. 3. metaph. te. 7. c. 59. col. 4.

Astrologia & musica & perspectiua mathematicæ dici possunt, non tamen pure mathematicæ, vt Arithmetica & Geometria. Ale. de ales. 3. metaph. te. 6. char. 80. col. 2.

Astrologus non considerat quantitatem motam secundum principia motus, sed secundum quod est quantum, & motum vt est quædam quantitas. Alb. mag. in post. ch. 210. col. 2.

Astrologi & medici sæpe in prognosticis errant, quia ex causa vel ex causis fiunt, quæ sunt remotæ valde, & quæ per multa appropriari debent, antequam agant & si in aliquo mediolorum appropriantium est fortior motus ad oppositum, cessat primum & non euenit. Alb. Mag. de som. & vig. 3. tract. 2. cap. 5. c. 39. col. 4.

Astrologus iuxta Commentatoris opinionem versatur circa quantitatem motuum cæli, & naturalis circa cæli motum. Ale. de ales. pri. metaph. c. 26. col. 3.

Astures iuuenes Asturem antiquum & cæcum factum nutriebant in syluis Sueviæ superioris. Alb. Mag. de ani. 8. tract. 2. cap. 5. c. 78. col. 2.

Astur, si podagricus sit, tere titimalum cum mele & aceto & aliquantulo calcis, & liga super podagræ & postquam se mouerit, vnge aloë cum vino & sanabitur. Alb. Mag. de ani. 23. cap. 21. c. 191. col. 4.

Astur, si felleram patitur simul & tineam, accipe cõchas testudinem & ramunculos virides de iubis, & saxifragiam, saluiam, & folia oliuarum & spumam poledri iuuenis, quam projicit de naribus cum nascitur, & fel anguillæ, & in olla noua ad ignem torre donec inde fiat puluis, & in mane ieiuno asturi da inde comedere ad quantitatem dimidiæ auellanæ cum pauca carne,

& accipere reubarbarum, & pone in aqua per diem vnum & da ei bibere, & istud fac de tertio die in tertium diem tribus vicibus. Alb. Mag. de ani. 23. cap. 21. char. 191. col. 4.

Astur si guttam habet, accipe anserem bene pinguem, & aufer adipem eius & adipem vrsinum, & vulpium, & excoriatum, & eiectis visceribus & ossibus carnem cultello diuide, & accipe parum ceræ & de laudano, & de xylo aloë, siue ligno aloë, & fac puluerem, & succum politariæ maioris & minoris, & incide cepam albam & omnia simul misce & pone in ventrem anseris, & confice foramen foriter, & dimitte per vnum diem, postea fac anserem affari, & sagimen, quod inde decidit, collige in vas terreum aliquod, & de hoc vnguento vngatur locus guttosus, & valet omnibus guttosis animalibus. Alb. Mag. de anim. 23. cap. 21. char. 191. col. 4.

Asturis si oculi sunt clarificandi, accipe dulcem herbam, aloë, & cerusam æqualiter, & contunde fortiter, & trita cum oleo & axungia mitte ad ignem in aliqua testa donec liqueat & misce cum his quæ dicta sunt & duc, & commisce simul fortiter in vnum. ex vnguento sic facto mane & sero aliquid in oculis asturis impone & clarificabuntur. Alb. Mag. de anima. 23. cap. 21. ch. 191. col. 4.

Astur, qui asma habet, sic curatur. Accipiantur garyophili, cinamomum, zinziber, cimum, piper, aloë, salgragantum, olibanum, de quolibet æqualiter in pondere, & fortiter terantur, & commisceantur, & ponantur in tegula, & caleant ad ignem, & cum fistula de illo puluere projiciatur in naribus asturis inofflando, & de residuo pone cum lardo bene claro aut cum butyro ad quantitatem auellanæ, & pone in palatum asturis & fac eum stare ad Solem tota die, donec euomat, & in secunda die detur comedere idem lardum, & in tertia puluis columbinus rubeus, & quarta die fac eum balneari & curabitur. Albe. mag. de anim. 23. cap. 21. c. 191. col. 2.

Astur si tineas habet, sume millefolium, & tere, & mitte in acetum & misce cum stercore anseris, & sic permixta permancant tribus diebus, & deinde pone in pannum lineum, & exprime succum, & vnge loca tinearum, & tere ferruginem in puluerem, & asperge in als, & cauda tribus vicibus, de tertio in tertium diem. Alb. Mag. de ani. 23. cap. 21. c. 191. col. 3.

Astur si pastum in digestum projicit, accipe cinamomum, garyophilos, cimum, & folia lauri æqualiter, & tere, & pone in olla noua cum vino albo, & fac bullire vt parum de vino remaneat, sed caue, ne per ebullitionem effundatur feruens de olla: & ex eo, quod remanet, extrahe succum, quæ infundas in gutture asturis quantum sufficit, & illa die nihil des ei comedere: sequenti die contunde foeniculos, & exprime succum, in quo intinges carnem, quam ei dabis. Alb. Magn. de ani. 23. cap. 21. c. 191. col. 3.

Astur si infirmitatem, quæ fellera vocatur; habet, & est idem, quod corrupti humoris repletio, accipe fellem vrsæ feminae ad quantitatem ciceris, & impone cordi gallinæ, & da ei comedere vsque ad 9. dies antequam ponas eum in mutam: deinde accipe suuinam, rosmarinum, sauregiam, betonicam, & saluiam de quolibet æqualiter, & de raphano plus parum, & tere omnia simul, & impone parum mellis, & ieiuno dabis ei comedere inde, & postea mitte eum in mutam. Albert. Mag. de ani. 23. cap. 21. c. 191. col. 3.

Astur si habet vitium lapidis, accipe cinamomum, aloë, garyophilum, zucarum, saxifragiam, genitæ cicadam, æqualiter de omnibus: omnia tere & distempera cum syrupo rosato, & quando passis eum, da ei de ista cura ad quantitatem duarum fabarum. Alb. Mag. de ani. 23. cap. 21. c. 191. col. 3.

Astur si projicit carnem indigestam; da ei lixiuū de fermentis, & accipe syrupum violaceum cum aqua frigida, & ei da tria coclearia, & cum vomerit, balneetur in aqua, & fiat hoc tempore bene claro, & multum valet si falgemæ tritum cum lixiuio ponatur, quia facit bene mundificando vomere. Alb. Mag. de ani. 23. cap. 21. c. 191. col. 3.

Astur si guttam habet, sumatur aurea Alexandrina quantum est tria media faba, vel media auellana, & detur comedere, & tertio die detur theriaca. Alber. Magn. de ani. 23. cap. 21. c. 191. col. 3.

Astur si patitur puncturas acutas, accipe fetas porcorum minutatim incisas, & pone super carnem asturi, in cibum tribue per 9. dies, & postea carnes infunde in succo trifolij, & da comedere. Alber. Magn. de anim. 23. cap. 21. char. 191. col. 3.

Astur si spumat in oculis, est melancholia ibi congregata. Accipe silet montanum, & semen cicutæ: pone super carbones, & suffumiga in carnem, & pasce eum super talem ignem vt fumus intret per guttur, & in oculos ipsius, & in sequenti die da ei comedere Aloë ad quantitatem dimidiæ fabæ, & viridem cicadam, vel locustam, & si non potes habere viridem, tere siccam apud te referuatam, & da ei. Alb. Mag. de ani. 23. cap. 21. c. 191. col. 3.

Astur si ficum in ano patitur, accipe pinnulas alarum, & deficcatas tere, & sparge super carnem, et nouem vicibus de hac ciba. Alber. Magn. de anim. 23. capit. 21. char. 191. col. 3.

Astur si inordinatam sitim habet, accipe liquiritiam reubarbarum, betonicam et syrupum violatum, et mitte in aquam, et sit ibi nocte vna, et mane da ei bibere quotidie de illo vsque ad octo dies quantum voluerit, et pasce de rana. Albe. Maga. de anim. 23. cap. 21. char. 191. col. 3.

Astur si putetur fascinatus, accipe fungum myrti, olibanum, asphaltum, palmam benedictam, & tere impone omnia hæc, & suffumiga asturem. Alb. Mag. de anim. 23. cap. 21. c. 191. col. 3.

Astures si lapidem habent, & contra renem corruptionem, accipe sepem galli partem vnam, partes duas verbenæ, & tere, & exprime succum, & da de eo tertiã partem coclearis asturi ieiuno, & sic dimitte eum a mane vsque ad meridiem: & si in angustia esse videatur, da ei coclearia tria de syrupo violaceo distemperato, vel de melle rosato, & quarta die accipe centinodiam, & centiperuiam, siue quinque neruiam, & tere, & accipe succum quantum est pars tertia coclearis vnius, & mitte in guttur asturis ieiuni, & curabitur. Alber. Mag. de ani. 23. cap. 21. c. 191. col. 3.

Astuti est coniectare ex quibus fiunt singula, quæ sub actionem cadunt, & quæ exhibenda. Arist. Mag. mora. 1. cap. 33. char. 317.

Astutia sonat in malum, vt prudentia in bonum. D. Tho. ethic. 6. l. 10. c. 112. col. 1.

Astutia est inclinatio ad inueniendum diuersa media, & vias ad finem non rectum. D. Thom. 4. politic. l. 49. char. 61. col. 4.

Athenienses cum Cereri Eleusina delubrum ædificaret columnam æneam inter lapides reperisse proditur, cuius inscriptio erat, Deiope hoc monumentum, quam alij Musæi vxorem fuisse auit, alij Triptolemi matrem. Arist. de admir. aud. 127. c. 869.

Athenienses, qui Potidæam incolebant, quum pecuniarum ad bellum gerendum indigerent, iusserant res, quæ possiderentur, circumscribi sigillatim in quo loco essent, vt & pauperes cenferi possent, quibus indicebant minas duas: at à rebus, quæ circumscriptæ erant, integrum quisque ciuitati repræsentabat. Arist. œconom. 2. cap. 4. char. 806.

Athesianus fluuius nascitur in campis Achaia, & fluig in

in mare Tiberum. Alber. Mag. de nat. loc. trac. 3. ca. 3. c. 101. col. 4.
 Athletarum habitudo puerorum deformat corpora, & augmentationem impedit. Arist. polit. 8. cap. 4. c. 762.
 Attilon est auis amica asini, & inimica vulpis. Alb. Mag. de animalib. 23. cap. 1. char. 186. col. 4.
 Atomi continuè mouentur, quia cum causantur a reliquijs vaporum eleuatorum, duplicantur; quia cū eleuantur vapores, sunt quædam minima minus commiscibilia, propter terrestrem exhalationem quam alia: & illa euadunt in aerem cum cæteræ partes eleuantur: & cum resoluuntur vapores terrestria magis sicca separantur, & manent in aere, & propter calorem tendunt sursum, & propter naturam grauis, quâ à terra habent, feruntur deorsum, & sic motus incertos habent. Alber. magn. 1. de animalib. tract. 2. cap. 1. char. 4. col. 1.
 Atramentum aliud est album, aliud rubeum, aliud citrinum, aliud viride, aliud fuscum. Albertus Magn. 5. de miner. tract. 2. cap. 3. char. 149. col. 4.
 Atramentorum omne genus medium est inter lapidum & metallorum naturam. Alb. Mag. 5. de miner. tract. 2. cap. 1. char. 149. col. 3.
 Atramenti natura est è substantia omniomera minerali dissolubili, per concoctionem in aqua factam permixtam lapidosæ substantiæ, quæ non soluitur per elixationem. Alb. Mag. de miner. tract. 2. cap. 3. c. 149. c. 4.
 Atramenta omnia ex aqua & terra sunt. Albert. Mag. 5. de miner. trac. 2. cap. 2. char. 149. col. 4.
 Atrox a miserabili differt, & misericordiæ eijsiendæ vim habet, & sæpe in contrarium valet. Arist. rhet. 2. c. 90.
 Attactus factus dici potest non tamen fieri præcessit, quæ non sigillatim sensim, sed concretim, momentoq; extitit. Them. 6. phy. tex. 66. c. 5. col. 3.
 Attentos facere auditores omnium partium est commune, si opus sit; quia ubique magis quam incipiendo lanquescunt. Quocirca ridiculum est id in principio collocare, cum maximè omnes attentè audiât: quare ubi tempus tulerit, dicendum est. Arist. rhetor. 3. c. 164.
 Attenti sumus, cum de magnis, vel terribilibus rebus, vel ad nos pertinentibus verba faciunt, vel cum iuxta honesta, virilia, & facilia, & verâ dicturos aiunt, vel cū nos orant, vt attentè audiamus. Arist. rhetor. ad Alexan. cap. 28. char. 223.
 Attestatio est narratio quædam. Auer. epito. in logica. c. 361. col. 1.
 Attigua ea sunt, quorum extrema sunt simul. Simplic. in præd. c. 31.
 Attigua similia genere esse oportet, & nullum intermedium habere, nec simile genere, nec dissimile. Simplic. 5. phy. tex. 26. c. 314. col. 2.
 Attigua sunt, quorum sunt termini simul. Simplic. 8. phy. tex. 43. c. 440. col. 2.
 Attonitus homo cum aliquid cogitat, mouet caput, vt motus iuuat ad cellularum apertionem. Alb. mag. de animal. 12. tract. 2. cap. 4. char. 107. col. 2.
 Attractio duplex. Vna, in qua attrahens est quiescens, & attractum motum, & in rei veritate nõ est attractio, sed attractum mouetur ex se ad attrahens, vt perficiat se, vt lapis inferius, ignis superius, & similiter de motu ferri ad magnetem, & nutrimenti ad membra; sed differunt, quia illa mouentur ad locum, siue fuerit propinquum, siue remotum; nutrimentum autem non mouetur, nisi fuerit in aliqua dispositione de nutrimento; ideo magnes conficitur alio amittit virtutem. Alia attractio est, cum attrahens mouetur cum attracto, & hoc, cum attractum ad ipsum non fuerit quiescens. Auer. phys. 7. tex. 10. char. 143. col. 3.
 Attractio tribus maximè iuuatur: similitudine, vacuitate, & calore. Alber. magn. 2. de anim. tract. 2. cap. 8. char. 18. col. 4.

Attractiua est in plantis ex calido, quod est in radice, & cæteris eius partibus, cuius virtute est succio humidi nutrientis, quod tangit radices plantarum. In animalibus autem est per motum villorum, qui sunt secundum longitudinem in stomacho, & in intestinis animalium. Albert. magn. 2. de anima. tracta. 2. cap. 8. char. 18. col. 3.
 Attrahentis motus velocior esse debet motu attracti. Auer. phy. 7. tex. 10. char. 143. col. 3.
 Attributa essentialia de ratione sui non plurificant subiectum sustinens ea in actu, sed tantum plurificatur modo, quo plurificatur definitum ex partibus definitionis. Auer. destru. destru. disput. 5. char. 34. col. 2.
 Attributa vniuersalia in rebus particularibus sunt eis conditio, vt sint attributa propria. Auer. contra Algazel. in phy. disput. 1. char. 57. col. 4.
 Attributum alicui per partem, differt secundum Aristotelem ab attributo, per accidens. Auer. physic. 4. tex. 43. char. 66. col. 2.
 Attributa rei, & personæ sunt, quæ negocio fidem faciunt. Boet. de diff. topic. l. 4. char. 884.
 Attributionem habere ad vnum tribus modis potest esse: primo, vt ad vnum finem; secundo, ad vnum efficiens; tertio, ad vnum subiectum. Alex. de ales. 4. metaphy. tex. 2. char. 76. col. 1.
 Attributionem quæ habent ad vnum, illa cadunt infra vnam attributionem, & analogiam. Alexan. de ales. 4. metaphy. tex. 2. char. 76. col. 1.
 Auaritia multas habet species: alij dicuntur parci, alij tenaces, alij retracti, alij restricti. Aristotel. 4. ethic. Nicom. cap. 1. char. 85.
 Auaritia est vitium animæ, per quod appetunt vndequeque lucrum. Arist. de virtutibus. char. 478.
 Auaritia est circa commercia præter dignitatem eligens præcipuum. Arist. de virtutibus. char. 482.
 Auaritiæ species sunt tres: turpis quæstus, tenacitas, illiberalitas. Arist. de virtutibus. char. 482.
 Auaritiæ est plurimi facere pecunias, nec id probum putare quod quæstuosum est: vita mercenaria, & seruilis, fordida, a munificentiâ, & liberalitate aliena. hanc consequuntur sordes, ægritonia, pusillanimitas, humilitas, immodestia, ignobilitas, hominum odium. Arist. de virtutibus. char. 482.
 Auaritia duplex: alia ex priuatis rebus, alia ex publicis. Arist. politic. 5. cap. 3. char. 647.
 Auaritia magis est connaturalis hominibus, quam prodigalitas. Alb. mag. ethic. 4. tract. 1. cap. 8. char. 50. c. 1.
 Auarus est, qui non impendit vbi decet, & quantum, & quando decuerit. Arist. mag. moral. 1. cap. 22. c. 300.
 Auarus dicitur improbe cupidus, pluris in lucro, & minoris in damno cum præiudicio iuris alieni. Alb. mag. ethic. 5. tract. 1. cap. 4. char. 58. col. 2.
 Auctio fit, cum huius substantia manet, & huius non, vt ea, quæ nutrimenti: quoniam & ibi dominans dicitur in mitione, vt quod vinum facit vini opus, sed non aquæ vniuersa mixtura. Aristot. i. de gener. & corrup. fu. 2. cap. 3. tex. 33. c. 399.
 Auctio est actus rei auctibilis in eo, quod auctibilis est. Them. 3. phy. tex. 23. c. 29. col. 1.
 Auctio est motus secundum partem. Io. gram. in 4. phy. tex. 56. c. 92. col. 1.
 Auctor habitus vniuscuiusq; sibi ipsi, & parentiæ quoque auctor erit. Alex. aphr. 4. nat. quæst. cap. 29. c. 23.
 Auctor operis commendatur in tribus: a nomine, a scientia, a virtutis merito. Alber. magn. ethicor. 1. tracta. 1. cap. 7. char. 3. col. 3.
 Auctoramentum dicitur, dum propositio est vera, & ex se nota eo quod auctoritatem ex se habet. Alexand. aphrod. 1. prior. cap. 4. char. 9. col. 2.
 Auctoritatem habent ad persuadendum prudentia, virtus, & beneuolentia. Arist. rhetor. 2. char. 68.

Auctoritas

Auditus in quo inest.

Auctoritas omnis aut ex magnis, & excellentibus rebus, & per naturam optimis venit: aut ab ijs, quæ inferiori loco sunt constitutæ, fidemq; non ex naturæ qualitate, sed ex vulgi opinionibus capit. Boet. in Topic. Cic. 6. char. 860.
 Auctum omne augetur a cognato sibi adueniente, & resolutum in materiam: cælum vero non augetur, quia non est, ex quo factum est. Aristot. i. de Cælo, tex. 21. c. 25.
 Auctum totum manet: particulæ autem transmutantur secundum locum semper in ampliores, non vt sphaera in æqualem, & quod comminuitur in minorem. Arist. i. de gen. & cor. su. 2. cap. 1. tex. 25. c. 396.
 Aucta, dum augentur & quæ minuuntur dum minuuntur, non mutantur in paruam, & magnum: sed in perfectionem & perfectam magnitudinem crescunt: & quæ minuuntur a perfectione remouentur, & imperfectione contrahuntur. Alexand. aphrod. prim. natur. quæst. cap. 7. c. 2.
 Aucta omnia per extrinsecum aliquid accidens augentur. Alexan. aphrod. de mist. char. 60. col. 1.
 Aucta alia simularia sunt, quorum particulæ vniuoce cum toto sunt; vt caro, & sanguis: alia dissimularia, vt quæ ex differentibus particulis constant: vt vultus, & manus. Alex. aphr. de mist. 5. c. 60. col. 1.
 Auctis partibus simularibus, & dissimularia augentur. Alex. aphrod. de mist. c. 60. col. 1.
 Aucta omnia secundum formam augentur. Alex. aphr. de mist. c. 60. col. 1.
 Aucta omnia alterantur, & generantur, sed secundum locum mutata non est necesse, vt alterentur. Auer. in prædic. tract. 3. cap. 4. char. 30. col. 2.
 Audax est, qui in confidendo in terribilibus rebus excellit, fortitudinis enim affectator videtur: videri enim vult circa formidabiles res fortis, & fortem imitator. vnde efficitur, vt plerique ex ipsis timidis audaces sint: in his enim audacter se gerentes formidolosa non sustinent. Aristotel. 3. Ethicorum. cap. 5. char. 67.
 Audax est, qui audet, quæ non oportet. Aristotel. mor. eodem. cap. 1. char. 412.
 Auditorem beneuolum, aut iratum, & interdum attentum facere possumus, nam non semper attentum facere expedit, & ad risum traducere multa conantur, quæ omnia extra causam sunt. Aristotel. rhetoric. 3. char. 164.
 Auditores, & nimis iuuenem, & nimis senem concionantem moleste ferunt, & si crebro orationem habere consueuerint, & si nunquam antea concionem habuerint. Arist. rhetor. ad Alex. cap. 28. char. 226.
 Auditor, aut spectator, aut iudicator est, & iudicator, aut rerum præteritarum, aut futurarum, de quibus est concio. qui vero de præteritis iudicat, est vt iudex: qui de præsentibus, spectator. Arist. rhetor. 1. c. 15.
 Auditor non est satis idoneus, vt tam breui tempore de magnis rebus, quod tempus est oratori præscriptum, vel doceatur, vel certus fiat. quare in opinionem quandam rectam deducendus est. Dan. Barbar. 1. rhetoric. in proem. char. 1.

Auditus definitio.

Auditus rationem quandam esse necesse est. Arist. 2. de ani. su. 6. cap. 1. tex. 143. char. 650.
 Auditio est potestas animæ, per quam id, a quo possidetur, intercedente quadam in se immutatione res audibiles excipere, & internoscere natum est. Alexand. aphrod. 1. de ani. cap. 15. char. 36. col. 3.
 Auditio est ipse actu auditus, vt sonatio sonus, & in visibili actu, & actu gustabili non est nomen. Simplic. 3. de ani. sect. 1. tex. 142. c. 51. col. 2.

Audium nonnulla animalia in capite situm habent debita ratione: quod enim inane vocatur, plenum aeris est, & sensorium audiendi aeris esse fatemur. Vt igitur in oculis meatus ad venas circa cerebrum sparsas tendunt, sic ab auribus in occiput penetrant. Arist. de part. anim. 2. cap. 10. char. 450.
 Auditus est connaturalis aeri: & quia in aere est, moto exteriori, qui intra est, mouetur. Vnde non vndique audit animal, neque quocunque transit aer. non enim vbique habet aerem, quod moueri debet secundum partem, animatumque est, vt pupilla humidum. Arist. 2. de ani. su. 4. cap. 4. tex. 83. c. 635.
 Auditus fit in aqua, quoniam non ingreditur ad ipsum connaturalem aerem, sed neq; in aerem propter anfractus. at cum hoc accidit, non audit, nec si membrana laboraret. Arist. 2. de ani. su. 4. cap. 4. tex. 83. c. 636.
 Audiendi signum, vel rem audiendi, est sonare aurem semper vt cornu. semper enim quodam proprio motu mouetur aer; qui in auribus est; sed sonus extraneus, & non proprius est. & ideo dicunt audire vacuo, & sonante, quia audiuius habentem determinatum aerem. Aristoteles secundo de anima. sum. 4. cap. 4. tex. 84. char. 636.
 Auditus ita fit, vt inuolutus in auribus inædificatus aer mouetur ab eo aere, qui extrinsecus incutitur, & intrinsecus quodammodo a percussione formatur. Alexand. aphrod. 1. de ani. cap. 15. char. 36. col. 3.
 Auditus aeri tribuendus est, tum quia in aere naturaliter concluditur aer, ad quem quietum existentem perueniunt soni; tum etiam, quia pellis, quæ vocatur tympanum auris, in qua est neruus, qui concavus est, sicca est, & aere plena secundum naturam, in qua percipitur sonus ab exteriori aere propter solum. Alb. Mag. de sen. & sen. tract. 2. cap. 15. char. 8. col. 2.
 Auditus ab animalibus dupliciter habetur; à quibusdam enim habetur, vt est tantum sensus: ab alijs, vt est disciplinabilis sensus, & hoc secundo modo dupliciter: quoniam hic sensus est disciplinabilis, secundum quod percipitur sonos, & voces accipitur notitia intentionum sonantis, & vocantis: & sic soni, & voces faciunt intentionis signum confusum, vel determinatum: confusum, in brutis: determinatum, in homine. Alber. Magn. de animal. 2. cap. 2. char. 170. col. 1.

Audium quid corrumpit.

Audium corrumpit vnumquodque exuperans graue, & acutum, quia est consonantia: & sic in alijs sensibus. Arist. 2. de ani. su. 6. cap. 1. tex. 143. char. 650.
 Auditus maximè inter sensus ab ortu naturæ offendi potest; quia auditus, & vox ab eodem initio proficisci videntur; at locutio facile deprauari potest, quæ species vocis est, eademque perfici difficillime potest: primo enim postquam nati sumus obmutescimus, deinde balbutire incipimus. hinc sequitur, vt quasi per accidens non per se, omnium facillime sensuum auditus interimi potest. Arist. problem. sect. 11. q. 1. char. 450.
 Audiendi sedes cur humorem omnem inoffense præter quam aquam patiat? quia aqua præ sua frigiditate neruum illico audiendi ministrum subit: frigus autem omnè neruis inimicissimum est. Alex. aphrod. problem. pri. 71. 688.

Auditus operatio.

Auditus soni differentias annunciat, paucis autem & eas, quæ vocis. Arist. de sen. & sen. cap. 1. char. 5.
 Auditus, secundum accidens ad prudentiam plurimam confert

confert partem: sermo enim audibilis est causa disciplinæ, non secundum se, sed secundum accidens; ex nominibus enim constat, nominum autem vnumquodque nota est. Arist. de sens. & sens. cap. 1. c. 5.

Audiendi, & olfaciendi ratio duplex est: aut ita audiunt, aut olfaciunt, ut quæ maxime differentias omnes rerum sensibilium subiectarum sentiant: aut ita, ut procul audiant, aut odorentur, ut bene iudicent, est in causa sensorium: utque productiora habent sensoria, procul audiunt, & odorant. Aristot. de gener. animalium 5. cap. 2. char. 269.

Audire melius nocte quam die possumus; quia requies omnium noctu amplior est, quoniam calor abest, unde tranquilliora quoque magna ex parte oïasunt. Sol. n. est, qui oïa mouet. Arist. probl. sec. 1. q. 5. c. 45 r.

Audire minus possumus oscitantes, vel quia multum spiritus effluentis inter oscitandum aures intrinsecus subit, ut motio, vel sensu percipi possit, quam trudit ad aures, & maxime post somnum: strepitus autem, vel aer, vel aeris affectio est, & sic interioris motus exterioris strepitum offuscatur. Arist. probl. sec. 1. q. 29. char. 461.

Audimus melius, cum spiritu retinemus, quam cum reddimus. itaque minus spirare in venatione præcipitur. Vel quia per venarum relationem vis sentiendi locum petit superiorem, cum enim dormimus, deorsum se fert, & crebrius tunc reddimus quam ducimus spiritum, minimeque audire valemus. An etiam sanguis, cum reddimus spiritum, ascendit: itaque pars superior impletur, cum tamen per inane audiamus. An quod efflatio strepitus quidam est; hic autem expirando eueniens, vim obtundit audiendi. Arist. probl. sec. 1. q. 41. c. 464.

Auditus post visum perfectior est, atque adeo in longius differtur. Simplic. 2. de anima. text. 77. chart. 38. columna. 2.

Auditus in homine est via ad disciplinam. Auer. de sens. & sensib. c. 193. col. 3. Idem D. Thom. pri. metaph. lect. prima. char. 6.

Auditus est vehementioris conuenientiæ rationalitati, quam visus. Auer. prim. rhetor. tract. 1. cap. 14. char. 38. columna. 1.

Auditus secundum accidens multum confert ad scientias. Albert. Magn. de sens. & sens. tractat. 1. capit. 2. char. 2. col. 3.

Audius per accidens est melior ad prudentiam visu, quia non solum exprimit res per signa, sed etiam rerum habitudines ad se inuicem per conuenientiam ipsarum, & differentiam, quod non facit visus. Albertus magnus de sens. & sens. tractat. 1. capit. 2. char. 2. col. 3.

Audita seignius irritant animum quam quæ oculis sunt subiecta. Alber. Magn. de sen. & sen. tracta. 1. cap. 2. char. 2. col. 3.

Auellanæ, quæ corilis crescunt, mense Februario ponendæ sunt, aut ramo, aut nucæ suæ: sed ramo melius proueniunt in loco macro, frigido, & fabuloso. Alber. Magn. de veget. & plant. 7. tracta. 2. cap. 3. char. 178. col. 2.

Auena melius prouenit in montibus, quam frumentum vel siligo. Alber. Magn. de veget. & plant. 7. tracta. 2. cap. 7. char. 174. col. 3.

Auena, dum seminatur, siccum agrum quærit, & in principio veris seminatur. Alber. Magn. de veg. & plant. 7. tract. 2. cap. 1. char. 177. col. 2.

Auendar Israelita philosophus translator logicæ Arabi, & maxime Auicennæ. Alb. Magn. in præd. c. 32. col. 1.

Auerroes oriundus fuit ex Andalusia. Auer. epitom. metaph. tract. 4. c. 282. col. 1.

Auerroes quicquid scripsit de tempore, sequutus fuit expositores, sed non hic. Auer. phy. 4. tex. 99. c. 83. col. 1.

Auerroes laudat hoc in loco maxime Aristotelem. Auer. meteor. 3. cap. 2. char. 205. col. 4.

Auerroes se excusat, si omisit aliquid partiale in hoc tractatu de partibus animalium, quia librum pluribus erroribus referunt habuit, tum etiam ob angustiam temporis, & id, quod passus est hac tempestate de separatione domus, & negotio de re populari: quæ omnia ipsum impediunt, ne colligere plures translationes posset. Auer. de partibus animalium 4. cap. 9. char. 96.

Auerroes conuenit cum Alexandro in modo ponendi intellectum agentem, & differt ab eo in natura intellectus materialis: differt à Themistio in natura intellectus, qui est in habitu, & in modo ponendi intellectum agentem: & quoquo modo conuenit cum Alexandro in natura intellectus, qui est in habitu, & alio modo differt. Auer. 3. de ani. te. 20. c. 171. col. 2.

Augmenti definitio.

Augmentatio est quædam appositio. Arist. phy. 7. su. 3. cap. 1. tex. 13. char. 183.

Augmentatio est existentis magnitudinis additamentum. Aristotel. prim. de gener. & corr. su. 2. capit. 2. te. 31. char. 398.

Augmentum est transmutatio corporis à mensura aliqua minori ad mensuram aliquam maiorem. Auer. epitom. in logic. c. 343. col. 1.

Augmentum est perfectio actionis nutrimenti. Auer. 2. de anim. te. 14. ch. 129. col. 4.

Augmentum omne est præexistenti magnitudini additamentum. Alb. mag. pri. phy. tract. 2. cap. 2. c. 5. col. 4.

Augmentatiua potentia est illa, quæ de nutrimento addit quantitati membrorum, ut ad debitam longitudinem, & quantitatem deducatur. Alb. Mag. de anima. tract. 2. cap. 6. char. 18. col. 1.

Augmentum est, quod aliquid perficit in maiorem perfectionem, & qualitate, & virtute. D. Tho. 2. de ani. l. 9. te. 49. char. 30. col. 3.

Augmentum, ut fit, & in quo est.

Augentur quædam, quæ non alterantur, ut quadratum gnomone. Arist. præd. tract. 3. cap. 4. char. 96.

Augmentari non solum contingit ingrediente aliquo, sed alteratione, ut ex aqua fiat aer. Aristot. phy. 4. cap. 2. te. 63. char. 96.

Augeri, nec minui est possibile continue, sed est aliquod medium. Aristotel. phys. 8. su. 2. capit. 1. text. 23. char. 203.

Augendum augetur à simili, & à dissimili: contrarium enim alimentum dicitur esse contrarium, & nisi simile simili in omni generato copulatur. Aristot. phy. 8. su. 3. cap. 1. te. 55. char. 222.

Augmentatio non est transmutatio ex potentia magnitudine, actu autem nullam habente magnitudinem. Arist. de gen. & cor. su. 2. cap. 2. te. 31. c. 398.

Augmentatio tria requirit: vnum, quancunque partem maiorem fieri eius, quæ augetur, magnitudinis, ut, si caro, carnis: & adueniente aliquo: tertio ut saluetur, quod augetur, & permaneat. Arist. pri. de gen. & cor. su. 2. cap. 2. te. 33. char. 399.

Augentur ea, quæ sunt dissimilium partium: quia ea; quæ sunt similium partium, augentur. Aristot. pri. de gen. & cor. su. 2. cap. 3. te. 35. char. 400.

Augmentari aliquid adueniente aliquo, secundum formam possibile est, secundum materiam non. Aristot. pri. de gen. & cor. su. 2. cap. 3. te. 35. c. 400.

Augens potentia est simile ei, quod augetur, actu alterum. Aristotel. prim. de gener. & corr. su. 2. capit. 4. tex. 39. char. 401.

Augmen-

Augmentum, aut decrementum nihil naturaliter habet, nisi alatur: & nihil altur, quod non participat vita. Aristoteles secundo de anima. sum. 3. cap. 1. text. 37. char. 624.

Augmentatio est secundum formam solum, non autem secundum materiam: non enim vniuersa materia mutatur, sed manente aliquo ex ipsa aliqua adijcitur. Ale. aphrod. pri. nat. q. cap. 5. c. 2.

Augmentatio fit eius, quod per se subsistit secundum id, quod manet in eo, per se subsistit compositum, quod manet secundum formam, materia autem fluit. Alex. aphrod. pri. nat. q. cap. 5. c. 2.

Augentur proprie dumtaxat ea, quæ altricem animam, cuius proprium est alere, sortita sunt. Alexan. aphrod. pri. de ani. cap. 10. c. 34. col. 3.

Augentur iustum, & quæ aluntur, quibus aluntur dum augentur, semper enim aluntur: non autem semper augentur. Alexand. aphrod. prim. de anim. cap. 1. char. 34. col. 4.

Augmentatiua potentia est in eo, quod augetur; nutrimentum enim corrumpitur, si fieri debeat augmentum; & subiectis corruptis corrumpi debet eorum potentia, nisi ut materia consideretur. Ioan. gra. pri. de gen. & cor. tex. 34. co. 92. c. 51.

Augmentatio fit secundum omnem diuisionem, quia sanguinis appositio fit secundum omnem dimensionem. Ioan. grammat. prim. de gen. & cor. text. 35. com. 94. chart. 55.

Augens ab augmentatiuo augetur, non autem ab alteratiuo: nec, quod alteratur ab augmentatiuo, sed ab alterante alteratur. Simplic. 4. de coelo, text. 22. com. 10. c. 104. col. 4.

Augmentum in inanimatis dicitur transumptiue, in rei veritate non est nisi in animatis. Auerr. physic. 4. text. 62. c. 71. colum. 2.

Augmentabile omne alterabile est, at non conuertitur. Auer. pri. de coelo. tex. 22. c. 9. col. 1.

Augmentatio tribus modis sumi potest: aut secundum augmentum verum, & diminutionem veram, & hoc tantum est in plantis, & animalibus: aut secundum alterationem, ut accidit aquæ & aeri, quod, cum inspissantur, sunt minoris quantitatis: aut secundum accumulationem, & hoc inuenitur in corporibus consimilium partium compositis, ut in mineris. Auerr. pri. de coelo. tex. 22. c. 9. col. 2.

Augmentum est in re augmentata secundum formam. Auer. pri. de gen. tex. 38. c. 161. col. 1.

Augmentatio fit per admixtionem, primò per necessitatem secundum quod posuit natura in membris hominum humiditatem existentem in eis, in qua perfundantur membra, ut filum in oleo. Auerr. ex paraphra. pri. de gen. & corrup. c. 176. col. 4.

Augmentati omnes partes pertranlire id, quod prouenit ab extrinseco, impossibile est. Auer. ex paraphra. pri. de gener. & corrup. char. 176. col. 4.

Augmentum & generatio non differunt, nisi quod augmentum est generatio a partibus, & generatio est generatio vniuersalis. Auer. pri. de generat. animal. cap. 20. char. 216. col. 2.

Augmentum fieri nequit, nisi virtus augens immediata esset ei, cui fit additio, & ei, quod additur per hoc quod vnit, & additur vnum alteri. Alber. Mag. 7. phy. tract. 1. cap. 4. char. 84. col. 1.

Augmentum tribus fit modis. Primus, & verus per cibum fit ad partes animati corporis. Secundus per rarefactionem, & inspissationem. Tertius per accumulationem, cum vnum additur alteri. Alber. mag. 1. de coelo. tract. 1. cap. 9. char. 5. col. 4.

Augmentum, ut fiat, tria necessaria sunt. Primo, ut quæcunque pars eius, quod augetur, fiat maior. Secundo, ut aliquo adueniente, fiat augmentum.

Tertio, ut secundum quod augetur, maneat in esse substantiali, & ratione. Alber. Magn. 1. de generat. & cor. tract. 3. cap. 5. char. 64. col. 4.

Augmentatio denominatur a re, quæ in actione manet in esse, & ratione ut substantia, & id, quod non manet, ut cibum auget substantiam, & non augetur. Alber. Magn. 1. de generat. & corrupt. tract. 3. cap. 6. char. 65. col. 1.

Augendi principium non est in cibo, sed in membro aucto. Alber. magn. prim. de generat. & cor. tract. 3. cap. 6. char. 65. colum. 1.

Augmentum dicitur dupliciter. Proprie, ut in animalibus, quæ vim augmentatiuum habent per calorem naturalem, primo a sursum ad deorsum, secundo à dextro ad sinistrum, tertio ab ante in retro. Alia improprie, quod per naturalem calorem conuertit in se aliquid, quod non est additum ei, nec animatum, ut ignis augetur positus vrendis. Alb. Mag. 1. de gener. & cor. tract. 3. cap. 11. char. 66. col. 2.

Augmentum fit quodam tempore non semper tribus de causis. Primo ob humidum seminale, quod non est in infinitum extensibile per humidum additum. Secundo augetur quousque produci potest transgredi mensuram suæ essentia. Tertio, quia humidum extraneum semper retinet aliquid extranei, ideo debilitatur in eo calidum, & tandem plus extendi nequit. Albert. Magn. 1. de generat. & corrupt. tract. 3. cap. 15. char. 66. col. 2.

Augens omne necessario cibatur a sicco, & humido, secundum materiam sui nutrimenti, cuius nutrimenti digestio fit per caloris fortitudinem. Alber. Magn. de animalib. 12. tract. 2. cap. 4. char. 105. col. 2.

Augmenti tempus est secundum Galenum, & Auicennam, ætas puerilis, propter vicinitatem, quam habet ad tempus suæ originis, quæ est ex calido & humido. Alb. mag. 2. de ani. tract. 2. cap. 6. c. 18. col. 2.

Augmenti motus est prior motu sensitiuo, qui etiam est prior motu locali in animalibus, ergo sursum est prius quam anterius, & anterius prius quam dextrum. D. Tho. 2. de coelo, l. 2. tex. 8. c. 31. col. 1.

Augmentum non fit sine quadam particulari generatione, qua conuertitur in nutritum. D. Thom. prim. de gen. & cor. ex proœmio. char. 1. col. 1.

Augmentum fit aliquo adueniente, quod conuertitur in substantiam membrorum, quod dicitur nutrimentum. D. Thom. de ani. mot. l. 3. c. 50. col. 3.

Augmentum duobus fit modis. Primo, quod illud, quod apponitur, auget id, cui apponitur, & potest apponi per solum contactum. Secundo potest apponi per quandam coaptationem naturalem, ut brachium coaptatur manui. Alexand. de Ales. 5. Metaph. tex. 5. c. 110. col. 1.

Augmentum non variat res secundum substantiam. Alex. de Ales. 11. Metaph. char. 313. col. 4.

Augmenti terminus.

Augmentationis terminus est; qui secundum naturam propriam est perfectæ magnitudinis, diminutionis vero huius remotio. Aristotel. physic. 6. su. 5. cap. 3. tex. 91. c. 175.

Augmenti vnicuique rei à natura terminus est attributus. Psel. 6. phy. c. 57.

Augmentabilis finis est mensura terminata in longitudine, latitudine, & profunditate. Auer. 4. de coelo. tex. 24. c. 116. col. 3.

Augmenti initium ut dicitur, primò est ex magnitudine in longitudinem, deinde in latitudinem, deinde in profundum. Auer. 5. metaph. su. 1. tex. co. 1. c. 48.

Augentur animalia iuuentutis tantum tempore non alio, quia fortissimi caloris est extendere partes duras: &

tam diu est mouere secundum naturam calidam, & extendere humidum in organis, quandiu durat augmentum secundum naturam, q̄ semper fieri nequit; quia calidum feruens continuè educit aliquid de humido, & indurat, & siccat illud. Alb. Mag. de nutri. & nut. tract. 2. cap. 1. c. 66. col. 1.

Augmenti terminus est perfecta magnitudo. D. Thom. 6. physic. l. 13. tex. 91. char. 105. col. 4.

Augmenti tempus dicitur iuuentus, defectus senectus. Petr. de Aluer. de iuuent. sen. mor. vit. & respir. l. 17. c. 80. col. 4.

Augmentum, vt differt à nutritione.

Augmentatio differt à nutritione, quia vt id, quod potentia compositum ex utroque est, vt quanta caro, sic auget; secundum autem quod solum caro est, sic nutrit. ideo nutritur vnumquodque quousque saluū fuerit, & si diminuat, augetur autem non semper. Arist. pri. de gen. & cor. su. 2. cap. 4. tex. 41. c. 402.

Augmentatiua potentia à nutritiua differt quatuor rationibus. Primo, quia nutritiua accipit alimentum, vt est potentia substantia membrorum, & non curat quantitatem: augmentatiua autem accipit alimentum, vt auget quantitatem membrorum. Secundo, quia nutritiua addit substantiæ membrorum substantiam cibi æqualem secundum tres corporis diametros: augmentatiua autem præcipue longitudine. Tertio nutritiua hebetiori vtitur instrumento: augmentatiua auctiori: calor enim naturalis potentior est in augmentatione, quam in nutritione. Quarto, quia augmentatiua non auget vltra quoddam tempus: nutritiua semper nutrit. Alber. Magn. 2. de anima. tract. 2. cap. 6. char. 18. col. 1.

Auicenna modica consideratione cōtradicit rebus latis. Auer. pri. post. in procem. char. 127. col. 4.

Auicenna errauit, cum ait, Naturalem non loqui de materia, nisi propinqua vnicuique enti, de prima vero nūlus considerat præter Metaphysicam: nam, si causæ subiecti latent, possunt monstrari demonstratione signi, & si non possunt monstrari demonstratione simpliciter, vel propter quid. Auer. phy. 2. tex. 22. c. 27. col. 2.

Auicennæ via semper inuenitur quasi media inter Peripateticos, & loquentes. Auer. phy. 2. tex. 23. char. 27. columna 3.

Auicennæ libri potius faciunt a sapientia recedere quam ipsam largiantur, & idem sepius contingit & Galeno, quod Auicennæ accidit. Auer. phy. 8. tex. 78. char. 193. col. 2.

Auicenna ob prauitatem exercitationis in naturalibus, & bonam confidentiam in proprio ingenio in multis errauit. Auer. 3. de celo, text. 67. capit. 105. columna 2.

Auicenna imitatus est Aristotelem in dialectica, sed in alijs errauit, maxime in Metaphysica, q̄a incepit quasi a se. Auer. 3. de ani. tex. 30. c. 173. col. 4.

Auicenna, cum posuit vnum, & ens esse prædicamenti accidentalia, & quod significant naturam superadditam ijs, de quibus dicuntur, deceptus fuit ex æquiuocatione vnus, quod, vt est numeri principium, habet rationem mensuræ in quantitate, & significat naturam superadditam; sed vnum, quod conuertitur cum ente circa omnia entia, & non significat aliquam naturam determinatam ad aliquod genus, & ens; quod significat compositionem propositionis est prædicatum accidentale, quia compositio fit per intellectum, secundum tempus determinatum; sed ens, quod diuiditur per decem prædicamenta, significat ipsas naturas decem generum, vt sunt acta in potentia. D. Tho. 10. metaphysic. l. 2. tex. 8. char. 696.

Aues in vniuersali.

Avibus omnibus inest caput, collum, dorsum, & supina pars corporis, & quod pectori proportionatur. Crura bina hominis modo, sed quæ in auresum flexantur, vt quadrupedes carent manibus, & pedibus prioribus, alas possident, & clunem femori similè longiorem, ventremque mediotenus porrectum cohaesione perpetua. Arist. de hist. ani. 2. cap. 12. c. 53.

Aues omnes multas habent ungues, quippe cum pars maxime digitata sit, & nantes quamuis planipedes, tamen & ipsæ digitos perfectos distinctosque habent. Arist. de hist. ani. 1. cap. 11. char. 53.

Aues omnes, quæ se efferunt quaternos digitos habent, tres in priori parte, singulos in posteriore maximo ex parte pro calce, paucis vtrinque bini, vt auiculæ, quam lyngem vocant. Arist. de hist. ani. 2. cap. 11. c. 53.

Aues os sibi proprium possident: non enim labra, non dentes, sed rostrum habent. Auriculis carent, & narius, meatusque odorandi in rostro continent, audient in capite. Oculi omnibus, vt cæteris animalibus bini, sine cilijs, Grauiore palpebra inferiore conuiuent. Nictantur omnes ab angulo obeunte membrana. At, quæ noctuæ speciem gerunt, superiore etiam palpebra conuiuent. Arist. de histor. ani. 2. cap. 11. c. 54.

Aues omnes linguam habent, sed alijs est longa, alijs breuis, alijs lata, alijs angusta. Arist. de histor. animal. 2. cap. 12. c. 54.

Aues nullæ habent linguam illam minorem operiendi arteriam ministram, nec aliud animal oua pariens, sed meatum, modo trahunt, modo laxant. Arist. de histor. anim. 2. cap. 12. char. 54.

Auium rostri duriores fiunt in senectate. Arist. de histor. anim. 3. cap. 11. char. 92.

Aues omnes oua pariunt, sed coeundi, & pariendi tempus non idem omnibus est, cum alia omni ferè tempore coeant, & pariant vt gallinæ, & columbæ: alia semel in anno, & parcius generant: alia fecundius: quod aut fit, quia crebrius, vt columbæ, aut numerosius, vt gallinæ. Aristoteles de historia animalium 6. cap. 1. char. 194.

Aues omnes, quibus ungues adunci sunt, parcius generant excepto tinunculo. Arist. de histor. animalium. 6. cap. 1. c. 195.

Auis nulla suo in genere occidit aues. Arist. de histor. ani. 6. cap. 7. c. 206.

Aues, si ægrotant, plumæ indicium faciunt: turbantur enim, nec posituram eandem seruant, quam habent, cum recte valent. Arist. de hist. anim. 8. cap. 18. c. 298.

Aues mammas carent, quia non habent lac. Arist. de partibus animalium 4. cap. 11. char. 545.

Aues omnes pennatæ sunt; in hocque differunt a cæteris animalibus. Arist. de part. ani. 4. cap. 12. char. 546.

Auibus, quibus crura sunt longa, ijs & collum longum est: quibus breuia, & collum breue, præterquam palmipedes. Arist. de part. ani. 4. cap. 12. char. 546.

Auibus carniuoris colli longitudo incommoda est, imbecille enim est, quod longum est. Arist. de partibus animalium 4. cap. 12. char. 546.

Aues omnes bipedes sunt. Arist. de partibus animalium 4. cap. 12. c. 547.

Aues umbilicum habent. Arist. de partibus animalium 4. cap. 12. char. 548.

Auis nulla est, quæ calcar habet, & ungues aduncas. Arist. de part. ani. 4. cap. 12. char. 549.

Aues vnquæque difficulter ambulat, nec in saxis consistunt. Aristoteles de partibus animalium quarto, capit. duodecimo, char. 549.

Auibus omnibus clunes sunt, quamquam non clunes, sed femora duo, propter longitudinè habere videtur. Arist.

Arist. de part. animal. 4. cap. 12. char. 550.

Auibus omnibus sunt digiti quaterni tam multifidis, quam palmipedis, tres parte priore, vnus posteriore pro calce. At in Iynge vna, quam turbinem appellant, vtrinque bini sunt, quia corpus minus quam cæterarum propensum est in aduersum. Arist. de part. animal. 4. cap. 12. char. 551.

Auibus est Vropygium ad dirigendos volatus, vt nauigij gubernacula. Aristotel. de animalium incessu, cap. 8. char. 574.

Aues dictæ variæ dissident cum alauidis. Aristot. de hist. anim. 9. cap. 1. char. 316.

Aues omnes, & ex volatili genere, quæ ex membrana integras gerunt alas, & quæ in humore natant, instrumentisque quibusdam in humore iter faciunt, non difficile est animaduertere, melius illis esse membrorum huiuscemodi ex obliquo exortus habere, quales nunc conspiciuntur, vt in auibus, & ijs, quæ membranaceas habent alas, idque ipsum in piscibus. Auibus enim alæ, aquatilibus pinnæ, membranaceas autem habentibus alas membranulæ ex obliquo adhaerescunt, & ita cum celerrime tum valentissime diuidentur, hæc quidem aerem, illa humorem, motum efficere poterunt: in ante namque, & retroversus corporis consequi poterunt partes, in cedenti scilicet translata, tum humore, tum aere. Aristot. de ani. incess. cap. 14. char. 581.

Auium omnia oua bicolora sunt. Arist. de generat. ani. 3. cap. 1. char. 187.

Auium in omnium genere alterum mas, alterum femina est. Arist. de gener. ani. 3. cap. 7. char. 206.

Aues cur vesica priuata sunt a natura? quia larga humoris copia opus erat ad pennarum ortum, & in crementum: sed steruus, cum bibunt, cum larga hu moris copia eijciunt. Alex. aphrod. proble. pri. 108. c. 705.

Auium carnes leues sunt, & saniores à medicis iudicantur, & sunt leues ex multo aere spirituali, quod est in eis. Alber. Mag. de natur. loc. dist. 1. cap. 5. c. 94. col. 2.

Aues generaliter omnes ambulat, siue habeant alas coriales, siue pennatas. Alber. mag. de anim. 1. tract. 1. cap. 3. char. 2. col. 2.

Aues pennatæ omnes carent labijs, & dentibus; sed loco horum habent rostrum durum, & figuram nasi, & aurium anterius non habent, sed oculos & linguam habent, & odoratus via est in rostro per duo foramina, vt in lateribus capitis duo foramina, vt audiunt. Alber. mag. de ani. 2. tract. 1. cap. 6. char. 32. col. 4.

Aues omnes claudunt oculos quodam panno egrediente de palpebra inferiori absque motu palpebrarum, quando volant; & aliquando ipsum educunt de angulo oculi apud conum nasi, & insuper superiorem palpebram super oculum inducunt. Alber. mag. de anim. 2. tract. 1. cap. 6. char. 32. col. 4.

Aues omnes linguas valde diuersas in quantitate, & figura, & compositione habent: namque alia valde longas, vt viscedula, alia latas, vt sturnus, psytacus, & pica; alia ante ex cornu acutissimo, retro ex carne compositam habent, vt picus niger. Alber. Magn. de anima. 2. trac. 1. cap. 6. c. 33. col. 1.

Auium genus nullum epiglotim habet prominentem, vt faciat eis nodum in gutture, vt in homine. Alber. mag. de anim. 2. tract. 1. cap. 6. char. 33. col. 1.

Aues non se osculantur, sed vapore libidinis excitato ante completum motum coitum confricant se, faciendo sibi, & augendo coitus delectationem. Alber. mag. de anim. 6. tract. 1. cap. 3. char. 57. col. 2.

Aues omnes, quæ sunt vicinæ naturæ columbæ, vt palumba, turtur, columba, & cauernarum columbæ non ouant, nisi duo oua, & raro tria, sed tertium frequenter corrumpitur. Alber. mag. de ani. 6. trac. 1. c. 5. c. 58. c. 2.

Auium maior pars incipit ouare post ætatem vnus an-

ni: columba autem nata in Aprili incipit ouare si fuerit in loco calido, & copiosa pascua habuerit in autumno illius anni. Alber. magn. de animal. 6. tracta. 1. cap. 5. char. 58. col. 2.

Auibus omnibus conuenit quod testiculi tempore coitus crescant, & quæ sunt maioris coitus, magis crescunt. Alber. mag. de ani. 6. tract. 1. cap. 6. char. 59. col. 1.

Auibus nocent pluuia, quia sicco confortantur. Alber. mag. de ani. 7. tract. 2. cap. 1. char. 68. col. 2.

Auium ægritudines ex dependentia alarum cognoscuntur. Alber. mag. de ani. 7. tract. 2. cap. 1. char. 68. col. 2.

Aues omnes, quarum pulli bene ambulat: antequam sit complete pennati, & per se querunt cibum, ita quod parentes non dant eis cibum in rostrum, sed circumducunt pullos per locos diuersos, in quibus inuenitur cibus, nidos faciunt in terra. Alber. mag. de anim. 8. tract. 2. cap. 3. char. 75. col. 3.

Aues omnes, quæ habent corium inter digitos, habent natandi industriam, & stant in ripis aquarum. Alber. Magn. de anima. 8. trac. 2. cap. 4. c. 76. col. 1.

Aues non habent casus pro pullis, quia calor nidi noceat eis. Alber. Mag. de ani. 8. tract. 6. cap. 2. c. 85. col. 1.

Auibus commune est habere alas, & pennas, & plumas, & in capite rostrum; quod solum pauci pisces habent. Alber. Mag. de ani. 14. tract. 2. cap. 6. c. 124. col. 2.

Aues omnes pectus rotundum habent; quasi acutum, carnosum. Alber. Mag. de ani. 14. tract. 2. c. 6. c. 124. co. 3.

Auium caro purgatissima est secundum suum genus; quia in alijs purgatio est per pilos, & a magno corpore, & hoc modica purgatione, quæ fit per pennas plumarum grossiorum, & volatilium a modico corpore auis facta, & ideo generaliter caro auis leuior est, & digestibilior carnibus aliorum animalium. Alber. mag. de ani. 23. tract. 1. cap. 1. char. 184. col. 1.

Auis omnis ouat, & nulla generat propter corporis sui stricturem, & præcipue in inferiori. Alber. mag. de ani. 23. tract. 1. cap. 1. char. 184. col. 2.

Auium differentia.

Aues alia sunt gregales, alia solitaria, tum quæ volant, tum quæ natant, tum quæ habent pedes: alie vitam ancipitem degunt, vt eadem modo societate, modo solitudine gaudeant. Item alia ciuiles, alia incuiles, tum ex gregalibus, tum ex solitarijs. Aristot. de histor. anim. 1. cap. 1. char. 7.

Aues cauda carent, qualem quadrupedes habent, sed caudam pennis conditam gerunt: breuem quidem, quæ longipedes, & planipedes sunt: longam verò habent, quæ e contrario constant, quæ vel contractis ad ventre pedibus volant. Aristot. de historia animalium 2. cap. 12. char. 54.

Aues quædam calcar habent, sed nulli datum, cui sint ungues adunci. Arist. de hist. anim. 2. cap. 12. char. 55.

Aues nonnullæ cristam habent, vt gallinæ, ita vt nec caro sit, nec a carnis natura omnino aliena. Aristot. de histor. anim. 2. cap. 12. char. 55.

Aues à cæteris animalibus, & inter seipsas diuersitate interiorum differre apertum est. Alijs ingluuijs præposita est ventriculo, vt gallinæ, columbo, palumbo, & pernici. Alijs ventriculus carnosus est callosus, & cutis intus robusta, & crustatis trahi facile potest. Alijs deest ingluuijs, sed eius vice est gula latior, vt monedula, coruo: at anati, anseri, gauræ, cataractæ, tardæ gula tota ampla, & lata est. Alijs ventriculus similis est ingluuii, vt tinunculo. Alijs nec gula, & ingluuijs amplior est; sed ventriculus longior, vt auiculis omnibus, vt passer, & hirundo. & aliqua quamuis paucæ gulæ, & ingluuii amplitudine carent, amplitudine autem admodum proluxa vtuntur, vt Porphyrio. Coturnix hoc proprium habet, ut ingluuiem, & gulam.

prope ventrem amplam, & latam habeat. Aristotel. de histor. anima. 2. cap. 17. char. 67.

Aues parvæ in nidis: quæ autem minus volant, vt perdicæ, & coturnices non nidis, sed condensæ fructe prolem muniunt. Sic & alauda & tetrax: sed hæc suum nidum patere auræ cupiunt, at quem Boeotij meropen vocant, hic vnus subiens terræ cauernas, facit cubacula. Arist. de hist. ani. 6. cap. 1. char. 195.

Auis ossifraga est magnitudine maior quam aquila, colore ex cinere albicante. Aristotel. de histor. animal. 8. cap. 3. char. 277.

Auium nocturnarum, nonnullæ sunt aduncis unguibus, vt noctua, cicuma, bubo. Aristot. de historia animal. 8. cap. 3. char. 277.

Aues gregales sunt grus, olor, platea, anser minor. Arist. de hist. ani. 8. cap. 12. c. 289.

Aues complures conduntur, vt turtur per hiemem, & palumborum aliqui, & turdus, & sturnus, & ex genere vnco, miluus. Arist. de hist. anim. 8. cap. 16. c. 294.

Aues aliæ se in puluerem volitant, & quæ altius volare non sunt, vt gallina, perdix: aliæ se lauunt vt nonnullæ rectungues, & quæ circa fluuios, paludes, & mare versantur: aliæ vtrunque faciunt, vt columbus, & passer. Aduncarum pars maior neutrum facit. Arist. de hist. anim. 9. cap. 49. char. 377.

Auium rostra varia: alia enim habent rostra recta, alia vnica, quod est carnioris proprium. Arist. de part. ani. 4. cap. 12. char. 547.

Aues aliæ volaces sunt, alisque grandibus, vt quæ aduncos ungues habent, & quæ vel volandi pernicitate se se tuentur, vel loca mutare solent: aliæ non volaces, sed graues, quibus vita est terrena, & aut fruge viuunt, aut nant, & apud aquas morantur. Arist. de part. animal. 4. cap. 12. char. 548.

Aues nonnullæ, & quadrupeda syluestria per tempora anni mutant colores. Arist. de gen. ani. 5. cap. 6. c. 282.

Aues nonnunquam mutant colorem ob aquarum mutationem, vt coruus; quia, quorum natura vincere, & prædomare humorem non potest, vt aues quæ vesicam non habent, hæc nunquam mutantur. Arist. problem. sect. 10. q. 8. char. 428.

Aues, quæ nascuntur in alio loco quam orti sint eorum parentes, & si patres in alium locum traducti non mutant colorem, ipsæ mutant, & loci illius domesticis redduntur similes: quia de recenti natæ suis parentibus sunt infirmiores. Arist. probl. sect. 10. q. 9. char. 428.

Aues nonnullas in Ponto hyeme reperiri memoriam proditum est, quæ neque, cum alui profluuium emittit, nec, cum pennæ eis euelluntur, sentiunt: neque etiam, cum minuto veru transfixæ sunt, nisi cum igne torrentur. Arist. de admir. aud. 62. c. 850.

Aues tantum sunt, quæ sillas sectasque habent alas. Simplic. in præd. char. 48.

Aues quædam coronalia habent, quædam non; & quæ habent, alia ex pluma sunt, vt in pauone, & vpupa; alia ex dura substantia, quæ est media inter carnem, & cartilaginem, vt in gallo, & gallina, & pullo aquæ. Alber. mag. de anim. 2. tract. 1. cap. 6. c. 33. col. 1.

Auium oua alia sunt dura, alia facile fractiua, alia duorum colorum, citrinum, & vitellum album extra; alia vnius coloris, vt reptilium quorundam. Adhuc diuersantur in colore testarum: alia enim sunt alba, alia viridia, alia acuta, alia lata, rotunda; alia secundum duas suas extremitates habent vtranque figuram. Albest. mag. de ani. 6. tract. 1. cap. 1. c. 56. col. 2.

Aues aliæ habent rostrum rectum, illæ scilicet, quæ tantum rostro accipiunt cibum: aliæ curuū, quæ præterea dilaniant carnes, & quæ herbis pascuntur, latum habent rostrum. Alb. Mag. de ani. 14. trac. 2. cap. 6. c. 14. col. 3.

Aues paradisi sunt aues magnitudinis anserum; ob decorem ita uocantur, quia nullus eis decore videtur deest

se, & illaqueatæ gemere non cessant, donec moriantur, vel libertate donentur: liberæ dulciter modulantur, habitant super Nilum. Alber. mag. de animal. 23. cap. 1. char. 186. col. 1.

Auium coitus, & quæ ad generationem pertinent.

Auium partus maximo numero agitur verno tempore. Arist. de hist. anim. 6. cap. 1. char. 194.

Auium semen genitale album est, vt cæterorum animalium. Arist. de hist. anim. 6. cap. 2. char. 196.

Aues excubantes celerius excludunt fetum æstate quam hyeme; gallinæ enim die 18. fetum excludunt æstate, hyeme vigesimo quinto. Arist. de hist. ani. 6. c. 2. c. 197.

Aues, nisi pariant, laborant morbo, & intereunt. Arist. de hist. anim. 6. cap. 2. char. 197.

Aues a coitu inhorrescunt, & se excutunt; sæpe etiam, festuca aliqua se se lustrant, quod idem etiam edito ouo faciunt: interdum columbæ caudam distendunt: anseres se se aquis ingurgitant. Arist. de hist. anim. 6. cap. 2. char. 198.

Auium magna pars celeriter, & impletur, & oua subuentanea concipit. Arist. de hist. animal. 6. cap. 2. char. 198.

Auium pulli origo in oui albumine est, cibus per vmbilicum ex luteo petitur. dum pullus paulatim crescit, vitellus seorsum in duas partes seccatur, quarum altera locum tenet superiorem, altera inferiore, & medius humor candidus est; nec partem inferiorem a vitello liquor deserit albus, qualis ante habebatur. Arist. de hist. animal. 6. cap. 3. char. 200.

Auium pulli situs in ouo antequam oriatur sic est. prima, postremaque ad testam oui membrana posita est, non testæ ipsius natua, sed altera illi subiecta. liquor in ea candidus est, deinde pullus continetur obuolutus membrana ne in humore maneat. mox vitellus pullo subiacet, in quem altera ex venis proripit, altera albumen petit. Cuncta ambit membrana cum humore specie saniei. Tum vero membrana alia circa fetum ducitur arcens humorem, sub qua vitellus alia obuolutus membrana, in quem vmbilicus a corde, & vena maiore oriens pertinet: atque ita efficitur ne fetus alterutro humore attingatur. Vicesimo die pullus, si quis sollicitet festo putamine, mouet se se & pipit aliquantulum, & ab ea die plumescit, & tandem vitellus assumitur membrorum haustu. Arist. de hist. animal. 6. cap. 3. char. 201.

Aues magna ex parte annicilæ nequeunt generare. Arist. de hist. ani. 6. cap. 4. c. 203.

Auibis profunt squalores tum ad cæteram sanitatem, tum ad partum, & maxime palumbis. Aristot. de histor. animal. 8. cap. 18. char. 597.

Aues grauioribus nidis sibi non faciunt: quibus enim volandi facultas non est, ijs nidus non prodest: sed facta in aprico area, vepribusque quibusdam coniectis, oua edunt, & incubant, mox pullos edacunt. Aristotel. de hist. anima. 9. cap. 8. c. 328.

Auis cinamomus est in Arabia construens nidum ex surculis cinamomi, sed incolæ sagittis plumbatis nidus deiciunt & cinamomum legunt. Arist. de hist. anim. 9. cap. 23. c. 334.

Aues non solum concipiendi sed emittendi quoque cupiditate irritantur, quod patet: quod si mas non adsit, eijciunt, & oua subuentanea generant. Aristotel. de hist. anim. 11. cap. 5. c. 391.

Aues & quadrupedes oua parentia continent inferiori tantum palpebra ob cutis duritiam: & grauioribus aues non palpebra nictantur, sed membrana, quia palpebræ motus lentior est. Aristotel. de partib. animal. 2. cap. 13. char. 454.

Aues, serpentes, & quadrupedes sanguinis compotes, ouiparæ foramina quidem narium habent ante os, sed

non ita explanata, vt nares appellari possint, nisi spirandi officio. Arist. de part. ani. 2. cap. 16. c. 459.

Aues parvæ salaces & præsecundæ sunt, vt plantæ minores sunt fertiliores. Arist. de gen. ani. 3. cap. 1. c. 187.

Auis nulla parit vnum ouum excepto cuculo, qui & ipse bina parit aut terna cum plurimum. Arist. de gen. ani. 3. cap. 1. ch. 188.

Aues & pisces contrario modo in ouis oriuntur, quia contrario modo habent principium genitale. Aristot. de gen. ani. 3. cap. 3. ch. 199.

Auium femine minus venerem appetunt quam mares. Arist. de gen. ani. 7. cap. 5. ch. 250.

Auium vitus.

Aves quædam vermiculos edunt, vt fringilla, passer, & rubeta. Arist. de hist. ani. 8. cap. 3. ch. 277.

Aites quædam frugibus viuunt, vt columbi, palumbus, turtur. Arist. de hist. ani. 8. cap. 8. ch. 278.

Auium omnium, alia victum a terra petunt, alia a fluuio, alia a lacu, alia a mari. Arist. de hist. ani. 8. cap. 2. c. 278.

Aues aliæ circa mare vitam tradunt, vt Cinclus, qui captus maxime mitefcit: & apud mare viuunt palmipedes omnes, sed etiam multi in di. Arist. de hist. ani. 9. cap. 12. ch. 332.

Aues in linguam habent ante ventrem pro oris officio, in qua cibum recipient, & inconfectum recondunt, aut ventris ipsius, partem aliquam prominentem & ventrem carnosum, vt cibum immoluitum diu continere, & concoquere possint: bonis enim viribus ventris, & calore natura defectum oris repledit & compensat, At quæ crure prælongo sunt, in linguam prolata vtuntur. Arist. de part. ani. 3. cap. 14. c. 499.

Aues aliæ comedunt carnes, vt aquila; aliæ grana; vt columbarum genus; alia vtrunque, vt cornix. Alb. mag. de ani. pri. trac. 1. cap. 3. ch. 2. col. 4.

Auium volatus, & garrulus.

Aviculæ, quæ pennis multum valent, pedibus degenerare videtur, vt hirundo, falcula, siue riparia. Arist. de hist. ani. 1. cap. 12. char. 7.

Auis appellatur animal, quod habet pennis. nomine communi carent, quæ volant membrana & cute. Arist. de hist. ani. 1. cap. 5. ch. 14.

Aues suos inflexus similes quadrupedibus habent: crura enim quæ bina habent, in posteriora curuāt. alas, quas vice brachiorum, aut crurum priorum habent, in priora. Arist. de hist. ani. 2. cap. 1. c. 38.

Aues, non pilis, non squama, non cortice, sed pennis teguntur. Arist. de hist. ani. 2. cap. 12. ch. 54.

Aues, quibus lingua latior est, omnium maxime animalium, post hominem, literas proferre queunt. Arist. de hist. ani. 2. cap. 12. ch. 54.

Aues volaces sunt, quæ ungues aduncos habent: calcariere vero, quæ sua grauitate ineptæ sunt ad volandū. Arist. de hist. ani. 2. cap. 12. ch. 55.

Auibis vox alijs est in pugna, vt coturnicibus: alijs ante pugnam, vt perdicibus: alijs, cum vicere, vt gallinaceis. canunt nonnulli mares, vt foeminae, vt in lusciniarum genere patet. foemina cessat cantu cum incubat, pullosque educat: at in nonnullis maribus tantum datus est cantus, vt in gallinaceis, & coturnicibus. Aristot. de hist. ani. 4. cap. 9. ch. 138.

Auiculæ nonnullæ, non vocem eandem mittunt, quam sui parentes, si præreptæ paterna caruerunt educatione, moribusque, & cantibus cæterarum auium infuerint. Nota quantum possit educatio. Arist. de hist. ani. 4. cap. 9. ch. 138.

Aues complures immutantur per tempora, & colore, & voce, vt merula, quæ ex nigra redditur ruffa, & vocem

mittit diuersam: strepitat enim per hyemem, cum per æstatem tumultuans cantet. Aristot. de histor. anima. 9. cap. 49. char. 376.

Aues tum maxime emittunt voces, cum coeunt. Aristoteles de historia animalium 9. cap. 49. char. 376.

Aues quæ parum volant, vt gallinæ, non indigent acie oculorum: nulla enim necessitate victus coguntur. Arist. de partibus ani. 2. cap. 13. char. 454.

Auibus pectus acutum est, vt melius volent, et non multum aeris propellant; et carnosum, vt non sit imbecille. Arist. de partib. ani. 4. cap. 12. char. 548.

Aues integras alas ax membrana habentes Vropygio carent, ut quæ feruntur quoquo fors tulerit. Aristoteles de animalium incessu, capit. 8. char. 574.

Aues bene plumosæ, et bene alarum diu volant, alis extensis, et raro retrahunt eas. Alb. Magn. de mot. animalium 2. tract. 2. cap. 1. c. 47. col. 1.

Aues in uolando quædam extendunt pedes versus caudam, vt quæ longa crura habent: aliæ refringunt ad ventrem, & pectus, vt brenia crura habentes vel digitos diuisos, et ungues aduncos. Alb. magn. de anim. 2. tract. 1. cap. 6. char. 33. col. 1.

Auium garrulus differt, quia aliqua musica sunt in garritu, vt coturnix, & philomela: aliæ sono quodam clamant, vt columba: aliæ vociferantur distinguendo notis tempora, & post victoriam, vt gallus. Alb. mag. de animalibus 4. tract. 2. cap. 2. c. 51. col. 11.

Aues magnæ minus garrulitatis habent, & minus disciplinabiles sunt quam parvæ. Alb. mag. de animalibus 2. cap. 5. char. 171. col. 2.

Aues, vtrapatæ.

Aues aduncos habentes ungues femora habent maxima, & pectus robustius. Aristot. de histor. anim. 2. cap. 11. char. 53.

Aues fere omnes, quibus ungues adunci sunt, pullos, cum primum volandi facultas fuerit, nido expellunt, & percutientes cogunt discedere: & cum enutrierint, nihil præterea adhibent curæ; præter cornicem, quæ aliquandiu pullos suos volantes pascens concomitatur. Arist. de hist. ani. 6. cap. 5. ch. 205.

Aues omnes ungues aduncos habentes omnes carniuoræ sunt: fruges enim ipsas, etiam si in os indideris, nequeunt deuorare: vt aquilarum genera omnia, milui, accipitres ambo, id est palubarus, & fringillarius. Arist. de hist. ani. 8. cap. 3. c. 276.

Aues ungues aduncos habentes longius cernant oportet: victum enim de sublimi conspiciere debent, & ideo in excelsum volare maxime solent. Arist. de partib. anim. 2. cap. 13. char. 454.

Aues, quæ carne vescuntur, rostrum, quod illis loco oris, & laborum est, aduncum habet: tale enim illis aptius est, & sic ungues sunt adunci: aliæ alio habent modo, prout melius eis conuenit ad fructus percipiendos. Arist. de part. ani. 3. cap. 1. ch. 467.

Aues aduncis unguibus præditæ, nullæ collum longum habent. Arist. de partib. ani. 4. cap. 12. ch. 546.

Auium unguium corpora exigua sunt, exceptis alis: quoniam alimenti copia in alas, & arma assumitur, contra, quæ non sunt uolaces, corpora grandiora habent. Arist. de part. ani. 4. cap. 12. char. 548.

Aues magnitudine præstantes rostrisque longissimis, et durissimis in insula Diomedea in Adriatico sinu existente esse aiunt, quæ circa Diomedis delubrum in circulo versantur, quæ græcis tantum eo aduenientibus adulantur, ac accolat barbaros alarum clangore infestant, et in sublimi elatæ eorum capita uehementer percipiunt, et eorum rostris uulnerantes necant. Vnde origo fabulæ, Diomedis socios in earum effigies tractatos, qui cum haud procul naufragia ab insula sustulif-

fustulissent, Diomedes dolo ab Eneio, qui eorum locorum imperium gerebat, interfectus est. Arist. de admir. aud. 76. ch. 852.

Aues rapaces propter corporum suorum constrictorum & spirituum caliditatem, fortissime sunt in regionibus habitabilibus iuxta polum, & animalia ibi tendunt ad albedinem, vt ursi, & leones. Alb. mag. de nat. loc. dist. 1. cap. 8. c. 96. col. 3.

Aues aduncos unguis habentes, non habitant cum alijs auibus propter iram, & ferocitatem suam. Alber. mag. de ani. 1. trac. 1. cap. 3. c. 2. col. 2.

Auium rapacium maior & fortior est femina mare, quod ex siccitate caloris prouenit. Alb. mag. de anim. 4. trac. 2. cap. 4. ch. 51. col. 4.

Aues rapaces omnes semel in anno faciunt oua, præter hirundines, quæ solæ inter comedentes carnes bis prolificant. Alb. mag. de ani. 6. trac. 1. cap. 6. c. 58. col. 1.

Aues magnæ rapaces omnes femæ per triginta dies cubant, mediæ per viginti, vt Accipiter, & Miluus. Alb. mag. de ani. 6. trac. 1. cap. 6. ch. 58. col. 1.

Aues magnæ non rapaces, per triginta dies cubant, vt anser & cignus. Albert. magn. de anim. 6. trac. 1. cap. 6. char. 58. colum. 2.

Aues omnes aduncos unguis habentes cibantur carnibus. Alb. mag. de ani. 7. trac. 5. cap. 4. c. 64. col. 3.

Aues rapaces si coquende sunt, coctura prima fieri debet sub lacrimali oculi, & prodest visui; secunda in summitate oculi, & prodest capiti; tertia supra nodum alæ, & valet contra guttam; quarta in planta pedum, & valet contra guttam crurum, & vtiliores sunt cocturæ in mense Martio. Alb. mag. de ani. 23. cap. 18. c. 190. col. 3.

Aues rapaces si infirmitatem in capite habeant, & sit in oculis, vnge sæpius oleo oliuæ, & præcipue si dolor est in exterioribus oculi; & si albugo crescit in interiori oculi, iniice puluerem seminis feniculi cum lacte mulieris masculum parientis. Alb. mag. de ani. 23. cap. 23. char. 192. col. 1.

Auem rapacem si vis leporem cuniculum capere, oportet, vt doceas eam in iuuentute, & giros liga in cruribus eius prope pedes, interiecto spatio vnus palmi, quæ sit distantia cruris a crure, quia tunc sine læsione capiet. Alb. mag. de ani. 23. cap. 23. c. 192. col. 3.

Aues rapaces si ob senectutem oculos caliginosos habent, habili argenteo, vel aureo instrumento coque eum super nares, vbi incipit in medio oculi medio rostri coniungitur: si clausas nares habuerit, per fistulam paruam pennam infusa in nares eius puluerem piperis, & faxifragiæ: si rheuma in capite habuerit, rutam pone iuxta nares eius, & carnem, quam comedit in succo rutæ intinge. item allium contusum cum vino in nares immitte, & tota die in loco obscuro resideat, & eum per diem ieiunare permittit. Alb. mag. de ani. 23. cap. 23. char. 192. col. 3.

Aues rapaces si pituitam habuerint, accipe linguam eius aperto ore, & frica eam cum puluere faxifragiæ melle condito: & si hæc non profunt, dabis ei comedere butyrum. & puluis densitatis caulis ad idem valet. Alb. mag. de ani. 23. cap. 23. c. 192. col. 2.

Auium rapacium nimius clamor, aut infirmitates, aut defectus ex matre, aut quod oua habent in se generata, est signum. Alb. mag. de ani. 23. cap. 23. c. 192. col. 2.

Aues rapaces si fastidium habuerint, furrices viuas da ei, vel catellum proxime natum antequam videat. Alber. mag. de ani. 23. cap. 23. c. 192. col. 2.

Aues rapaces si cibum non alteratum euomunt, accipe sca- moneam ad pondus quartæ partis oboli, & tatumdem cimini, & tritis illis asperge eorum puluere carnes porcinas pingues & da ei; & si non potest comedere dictam carnem, da ei albumen oui cum dicta puluere. Alber. mag. de ani. 23. cap. 23. c. 192. col. 2.

Aues rapaces si cibum eijciunt, oua cruda frange in lac-

caprinum, & totum decoque, & da ei ter ad comedendum, & sanabitur. Alber. Mag. de ani. 23. cap. 23. char. 192. col. 2.

Aues rapaces si mutare pennas incipiunt, exime eas ab omni labore, & abundanter ciba: quoties enim esuriet, tot signa fracturarum habebit in pennis. valent etiam tunc temporis glebæ virides substractæ pedibus & Solis calor cum æstu moderato: nimius autem æstus nocet. Alb. mag. de ani. 23. cap. 23. c. 192. col. 2.

Aues rapaces habent in crure quatuor venas, vna ante- rius, vna inferius, tertia exterius, quarta posterius super vnquam maiorem. Alber. magn. de ani. 23. cap. 23. char. 192. col. 2.

Aues rapaces si febres habuerint, da ei ter, vel quater succum artemisiæ cum carne gallinæ. item ad idem, liga ei dextrum crus fortiter, & tunc in medio cruris vena apparebit, & illam subtiliter minue: & febris signa sunt, si alæ dependent, caput demissum teneat, si vomit, quasi frigore teneatur, cibum fastidit, aut auide sumit, sed male glutit. Alb. mag. de ani. 23. cap. 23. ch. 192. col. 2.

Aues rapaces si felle laborant, quam infirmitatem felle- ram vocamus, puluerem florum salicis, siue gemmarum salicis sparge super cibum eius. Alb. mag. de ani. 23. cap. 23. c. 192. col. 2.

Auibus rapacibus si alæ propter febrem dependerent, fume sanguinem & adipem anseris, & de sanguine frica alas ad Solem: de adipe autem ciba eum, vel melius, fume oleum laurinum, & ex illo alis leuatis ascellas eius vnge, & felle pennas perunge, & alas ipsius, & succo verbenæ, vel saluæ cibum eius intinge. Alber. mag. de ani. 23. cap. 23. c. 192. col. 3.

Aues rapaces si alas guttosas habuerint, hederam terre- stem in aqua coque, & folia illa cocta, & bene contusa alis eius iuxta latera circum liga, & cibum in eadem aqua tinge. Alb. Mag. de ani. 23. cap. 23. c. 192. col. 2.

Aues rapaces si pedes guttosos habeant, vel si tineæ com- edant eius pennas, carnes hircinas comedat in aceto tintas & alas eius aceto calido & oleo laurino sæpe perfrica. Alb. mag. de ani. 23. cap. 23. c. 192. col. 2.

Aui rapaci si pennam fractam sine dolore extrahere vo- lueris, accipe sanguinem animalis paruuli, quod gruile vocatur, vel muris sanguinem, & vnge locum pennæ, & cadet: postea ex melle ad magnam spissitudinem decocto, fac virgulam ad modum foraminis, in quo stetit penna, & iniice foramini, & exibit penna. Alb. mag. de ani. 23. cap. 23. c. 192. col. 2.

Aues rapaces si os fractum habent in crure, vel alia par- te, succo herbæ papaueris calido perunge pennas eius, & intinge cibum eodem succo, & in loco fracturæ aloë calidum superliga, & dimitte vna die & una nocte, item sterco galli in aceto decoctum superliga. Alb. mag. de ani. 23. cap. 23. c. 191. col. 2.

Auis rapax si sit inquieta super manum, uel in pertica, myrrham in aqua decoque, et ex ipsa asperge corpus eius, et intinge cibum eius in ea usque nouies. Alber. mag. de ani. 23. cap. 23. c. 192. col. 2.

Auis rapax si infirmitate, quæ dicitur rampa, infirmatur, succo artemisiæ cibum eius intingatur, item sanguine calido agni pedes eius perfrica, uel uino tepido, in quo decoctæ sint urticæ, et in ipso uino cibum eius intinge. Alb. mag. de ani. 23. cap. 23. c. 192. col. 2.

Auis rapax si stercoreare nequit, fel gallinæ da ei comede- re, uel testudines albas decoctas. Alber. mag. de ani. 23. cap. 23. c. 192. col. 2.

Auis rapacis si uenter nimium laxetur, modicum de suc- co iusquiami da ei bibere, et intinge cibum eius. Alb. mag. de ani. 23. cap. 23. c. 192. col. 2.

Auit rapax si pediculos habet accipe succum absinthij, uel aquam costam cum absinthio, et eo ad Solem sedente infunde plumas eius, et corpus per totum. Alb. Mag.

Mag. de anima. 23. cap. 23. char. 192. colum. 2.

Auis rapax si lapidem in ventre habuerit, da ei pinguedi- nem axungie comedere & butyrum. ad idem aloë herbam cum puluere apij inuolue cordibus paruorum auium, & da ei comedere. Alber. mag. de ani. 23. cap. 23. char. 192. col. 2.

Auem rapacem si uis habere pinguem, da ei de carne ma- sculi bouis vel porci. Alber. magn. de ani. 23. cap. 23. char. 192. col. 3.

Auem rapacem si uis macram habere, da gallinas iue- nes aqua madefactas. Alber. mag. de ani. 23. cap. 23. char. 192. col. 3.

Aues rapaces si in carne temperatas habere uis, da ei gal- linas ueteres. Albert. magn. de anima. 23. cap. 23. char. 192. colum. 3.

Auem rapacem si expeditam habere uis ad aucupandum, stude, ut facias ei bonam uescicam gutturis, & include in tenebris accensa ibi modica lucerna, & aucupa alternis diebus. Albert. magn. de anima. 23. capitu. 23. char. 192. colum. 1.

Aues, vt aquaticæ.

A Ves aquaticæ omnes iuxta paludes, & loca herbam habentia nidus faciunt. quo fit, vt vel occupatæ negotio incubandi possint sumere cibos, nec omnino inedia laborent. Arist. de hist. ani. 6. cap. 8. c. 207.

Aues aquaticæ loco vropygij extensis volant cruribus, & illis ad dirigendos volatus utuntur loco vropygij. Arist. de ani. inces. cap. 8. c. 574.

Aues aquaticæ fere omnes si sedent sæpe super ramis ar- borum, hi quos tangit eorum sterco, arefcunt. Alber. mag. de ani. 5. trac. 1. cap. 3. ch. 53. col. 3.

Aues aquaticæ sunt vniuersaliter pigræ & grauis carnis, & melancholicæ, & præcipue magnæ. Alber. mag. de ani. 21. cap. 5. ch. 171. col. 2.

Aues, vt agrestes.

A Ves gregales sunt, columbæ, grues, olores. Arist. de hist. ani. 1. cap. 1. ch. 8.

Auis gregalis nulla est, cui unguis aduncus sunt. Arist. de hist. ani. 1. cap. 1. ch. 8.

Auis agrestis non aquatica coit, & ouat semel in anno, & hirundines bis in anno, & merula. Alber. mag. de ani. trac. 1. cap. 5. ch. 54. col. 1.

Auorum virtus est in pronepotibus usque ad quartam ge- nerationem, & aliquod amplius: quia uirtus transfundens semen est in uirtute transfusa, donec per digestionem extergatur ab ea. Albert. mag. de animal. 18. trac. 1. cap. 4. ch. 153. col. 4.

Aura frigida cur mane non spirat è mari, è fluminibus autem spirat: vel quia mare locis patulis, & spatiosis dilatatur, flumina angustissimis concluduntur; vel quia vt flumina natura sua sunt frigida, sic & mare nec frigidum, nec calidum est. aura autem omnisque respiratio humore, vel calefcente, vel frigescente excuti solet: vnum enim ex his si fuerit humor, aerefcit, quo aerefcente, aer, qui inde ortus spirat, aura est: qui si a frigidis proficiscitur, frigidus merito spirat: si a valde calidis, cito refrigeratur. Fluuios igitur frigidos comperire omnes possumus: mare autem neque frigidum, neque calidum ualde est. itaque nec frigidum id esse potest, quod ex eo respirat, cum mare frigidum non sit, nec cito refrigeratur, quia calidum ualde non est. Arist. probl. sec. 23. q. 16. c. 559.

Aurata, mugiles, & lupi locis ijs maxime edunt, quo flu- mina exeunt. Arist. de hist. anim. 5. cap. 10. c. 157.

Aurata, & Acellus plurimum tempus latent. Ari. de hist. anim. 8. cap. 15. ch. 294.

Aureum sit, cum flauum, & solare densatum vehemen-

ter coruscet. Aristot. de colorib. cap. 3. char. 881.

Aureum vellus est animal marinum, vt spongia, & est de spongiarum genere, sed rarius, & mollis ad modum lanæ: & lanugo eius in auri splendorem conuertitur, & dilatatur, & prolongatur, vt vellus: & dum est in mari, mouetur motu dilatationis, & constrictiois, vt spongia. Albertus magn. de animalibus 24. capit. 1. char. 196. col. 1.

Aurias piscis facer dictus, vbi est, ibi beluam nullam esse certum est. Aristoteles de histor. animal. 9. cap. 37. chart. 348.

Auricularis est herba, quæ habet formam auriculæ mu- ris, est frigida, & humida. Alb. magn. de veg. & plant. tract. 2. cap. 2. c. 162. col. 4.

Aurium definitio.

A Vris est pars capitis, qua audimus, ita quod nulla spiratio desideretur. Arist. de histor. anim. 1. cap. 11. char. 21.

Aurium partium nomen.

A Vres constant parte exteriori, cui nomen est auricula, & parte superiori, cui nomen pinna, & inferiori fibra. Arist. de hist. ani. pri. cap. 11. c. 21.

Auris pars interior in foramine vocatur pars seposita, quia cholera perfimile sepi adheret ei cum purgatur ad ipsam: exterior autem cõcha appellatur, quia in ipsa colligitur sonus. Alber. Magn. de ani. pri. tract. 2. capi. 4. char. 8. col. 2.

Aurium forma, & cur sic.

A Vris pars interior formæ anfractu cochleæ similis definit in os, quod auriculam plane imitatur, in quod quasi nouissimum vasculum strepitus deuenit. Arist. de hist. ani. pri. cap. 11. char. 21.

Auris tota cartilagine, carneque constituta est. Arist. de hist. ani. pri. cap. 11. char. 21.

Aures non habent meatum ad cerebrum, sed in oris pa- latum vsque semita pertendit, et vena de cerebro eodem descendit. Arist. de hist. ani. pri. cap. 11. c. 21.

Aures hominum situm eundem in orbe habent quo o- culi, & quadrupedibus quibusdam superius. Arist. de hist. ani. pri. cap. 11. char. 21.

Aurium aliæ leues sunt, aliæ pilosæ, aliæ medium te- nent, quæ ad audiendum aptissimæ sunt, hinc morum præscita nulla habentur. Arist. de hist. anim. pri. cap. 11. char. 21.

Aures aliæ maiores, aliæ paruæ, aliæ mediocres, aut ni- mium, aut parum, aut mediocriter à recto. Aristot. de hist. ani. pri. cap. 11. char. 22.

Auriculas vertiginosas, et quasi clauiculis intortas fecit natura; ne aer exterior multum agitatus violenter panniculum inuaderet, viresque audiendi læderet. Them. 2. de ani. cap. 28. tex. 83. c. 76. col. 4.

Aurium meatus circumuolutos natura fecit, ne facile aer ingrediens, vel aqua, vel quod vis aliud membranam feriat. Io. gra. 2. de ani. te. 81. c. 60. col. 1.

Auris est membrum creatum auditui, & foramen an- fractuosum ei est factum, vt sentiat in eo omnes voces, et faciat tinnitum earum cõuenientem per repercussiones congruas. Alb. mag. de ani. pri. tract. 2. capit. 4. char. 8. col. 2.

Auris foramē anfractuofum est, vt spacium ab extertius intus non sit ita breue: faceret enim in aere tria noucumenta: vnum cerebro, quia calor abundans, et frigus excellens cerebro noceret: et duo auditui contraria essent, quia soni magni facile pertingerent ad auditum, et corrumpent: aliud quod non quiesce-

ret aliquis aer in eo, & soni inuicem confunderentur. Alb. mag. de ani. 1. trac. 2. cap. 4. c. 8. col. 2.

Auris compositio est ex cartilagine: quoniam si esset carnea, aut panniculata per mollitiem non seruaret figuram semicirculi, & anfractuositatis, quæ est in ea: & si creata esset ossæ lederetur, & lederet in omni casu, & nimis dure acciperet sonos, & infringeret eos. Alber. mag. de ani. 1. trac. 2. cap. 4. c. 8. col. 3.

Aures debent esse formatæ semicirculariter connexo lineo in medio aliquantulum cōpresso versus centrum, & mediæ magnitudinis, quæ decenter capiti adherent. Alb. mag. de ani. 1. trac. 2. cap. 4. c. 8. col. 4.

Aures quæ habent, & an mobiles.

Aures hominis tantum immobilis sunt, animalium cæterorum mobiles. Aristotel. de histor. anima. pri. cap. 11. char. 21.

Aurium tantum meatus aures habet: & quia cutis earum durior est, & pennis integuntur, ideo materia caret, ex qua auriculæ creantur. Aristot. de partib. animal. 2. cap. 12. char. 452.

Aures & aures ouipare, quadrupedes, & corticate, sed & vitulus marinus non habent, sed cauernas tantum habent. Ari. de partib. anim. 2. cap. 12. ch. 453.

Aures mobiles omne animal habet præter hominem, & simiam, ac pigmeum: & si aliqui homines mouent aures, hoc non fit motu proprio aurium, sed ob motum musculi, qui est circa mandibulam. Alber. mag. de ani. 1. trac. 2. cap. 4. c. 8. col. 3.

Aures aliquibus animalibus desunt, & si auditum ex quodam foramine percipiunt. Alb. mag. de anim. 1. trac. 2. cap. 4. c. 8. col. 3.

Aures habent omnia animalia, quæ sibi simile ex utero primo partu generant, præter delphinum, balenam, & talpam. Alb. mag. de ani. 1. trac. 2. cap. 4. c. 8. col. 3.

Aurium locus quis est, & cur in eo loco.

Aures orbem capitis æquis portionibus secant, & tenent medium, vndique enim auditur. Arist. de partib. anim. 2. cap. 10. ch. 451.

Aures quadrupedes habent suspensas, & supra oculos, & si esse uideantur, tamen non est ita, sed conspectum emittuntur. non erecto, sed prono sunt corpore, crebrius mouentur: ac ita dispositæ sunt, ut melius vndique strepitus circumactæ excipiant. Arist. de partib. ani. 2. cap. 11. ch. 451.

Aures sunt conuenienter positæ in lateribus capitis, quia antèrius conuenientius visui est: quia visus fit per retas lineas, & tot sensoria in anteriori parte non erant ponenda, ut non confunderent sensus, nec deformatet caput. Alb. mag. de ani. 1. trac. 2. cap. 4. c. 8. col. 3.

Aures positæ sunt sub radicibus capillorum, & non in radicibus ipsis, ne si pili orirentur, in ipsis impediretur perceptio sonorum. Alber. mag. de animalib. 1. trac. 2. cap. 4. ch. 8. col. 3.

Aurium forma diuersa quid significat.

Aures mediocres morum optimorum habent notam magnæ, & erectæ stultitiæ indices sunt, cum sunt ultra modum, aut loquacitatis. Aristot. de histor. anim. 1. cap. 11. char. 22.

Aures cur cum pudor nos apprehendit, maxime rubore afficiuntur, cum maxime sint exangues: quia temporibus appositæ sunt, quo versus maxime humor confluit, & pars ista est optimi caloris. Aristot. proble. sec. 32. q. 1. char. 639.

Aures paruas qui habent, finiales sunt: qui magnas, afini: nam, & canes optimi moderatas habent aures.

Aristot. physio. cap. 9. char. 352.

Aures aliæ pilosæ sunt multum in parte inferiori, in concha interiore auris: aliæ non sunt pilosæ: & aliæ valde modicos habent pilos, & pilosas habere, significat bonum auditum: quia signum est spiritus, & caloris in loco illo. Alb. mag. de ani. 1. trac. 2. cap. 4. c. 8. col. 3.

Aures magnæ & enormes, & prominentes significant stoliditatem, garrulitatem, & imprudentiam. Alb. mag. de ani. 1. trac. 2. cap. 4. ch. 8. col. 4.

Aures paruæ valde, malignitatis sunt inditia. Alb. mag. de ani. 1. trac. 6. cap. 4. ch. 8. col. 4.

Aures quasi præcisæ, & valde breues, ad stultitiam referuntur. Albert. magn. de animalib. pri. trac. 2. cap. 4. char. 8. colum. 4.

Aures nimium rotundæ indociles significant. Alb. mag. de am. pri. trac. 2. cap. 4. c. 8. col. 4.

Aures oblongæ, & angustæ inuidiæ sunt signa. Alb. mag. de ani. 1. trac. 2. cap. 4. c. 8. col. 4.

Aures capiti applicatæ, iacentes, pigritiam, & hebetudinem significant. Albert. magn. de anima. 1. trac. 2. cap. 4. char. 8. colum. 4.

Aurium significationum causa est, quia virtus formatiua, cum directè format organa, aut deficit instrumento caloris, & spiritus, & mollitia materiæ defluentis inuadit enormiter: aut siccitate, aut parcitate eiusdem a debita retrahitur quantitate, & secundum hoc non possunt principiari opera animæ, nisi aut secundum luxum, aut penuriam procedant, in quantum proueniunt ab inclinationibus naturæ. Alb. mag. de ani. 1. trac. 2. cap. 4. char. 8. colum. 4.

Aurium problemata.

Aures vrinantibus, dum inter mare sunt, cur rumpi solent? vel quia spiritus retentus impetu cogitur vehementiori? An si causam hoc haberet, idem, vel in aere fieri posset: Vel quia quod non cedit, distumpi ocyus potest, & a duriori facilius quam a molliori: at, quod inflatum est, minus cedit: aures vero, ut dictum iam est, spiritu retento inflantur. itaque ab aqua, quæ aere durior est, obtunduntur offensæ, & rumpuntur. Arist. proble. sec. 32. q. 2. ch. 639.

Auribus spongas alligare cur vrinantes consueverunt? an ne mare per eam occurrans aures rumpat: haud enim ita stipatæ impleri, ut inanes exemptis spongijs possunt. Arist. probl. sec. 32. q. 3. char. 640.

Aurium fordes cur amaræ? quia putri sudore contrahuntur, qui amarus, & falsus est. Aristotel. problem. sec. 32. q. 4. c. 640.

Aures dissecant, & nares spongiarum, quia spiritum commodius sic reddunt. Arist. probl. sec. 32. q. 5. char. 640.

Aures cum inscalpunt quidam cur tussiont? quia sensus audiendi foramen cum pulmone canaliculæ ab asperitudine dicto fortitur, his enim repletis surdescit, & è frictione ista aurium aliquid humoris liquefit, & in supraddictum canalem descendit, quod tussim mouere potest. Arist. probl. sec. 32. q. 6. c. 640.

Auris sinistra per foramen cur ocyus cōsolidatur, quam dextra? quia partes sinistrae calidiores, & humidiores sunt dextris: & quæ sic sunt, facilius consolidantur. Arist. problem. sec. 32. q. 6. char. 640.

Aurium sonitus aucto strepitu cessat, quia minorem strepitus maior pellit, & eruit. Ari. probl. sec. 32. q. 9. c. 641.

Aures minus rumpuntur vrinantibus, si oleum sibi insillatum fuerit: quia minus introire potest aqua, sed relabitur. Arist. proble. sec. 32. q. 11. char. 641.

Aurem cur scalpere nemo audent oscitans? quia etiã membrana, per quam audimus, inflatur cum oscitamus: & si tunc aures inscalperimus, membranam lædimus: quare dolor, & vulnus excipi posset. Arist. problem. sec. 32. q. 13. char. 642.

Aurium

Aurium in tinnitu digito in aurem indito, meatus cur diutius moueamus? quoniam meatus sic ampliatur, & spiritum, qui sonum excitat, digerit, & transmittit: & spiritus, qui attenuatur, melius fecerni potest. Alexan. aphrod. probl. 2. 50. char. 741.

Aurora frigidior est quàm vespera; quia aurora propior est medio noctis, quod frigidissimum est, ut a Sole remotissimum: vespera medio diei, quod calidissimum est, ut Soli proximum. Aristote. problematum. sec. 25. q. 15. char. 576.

Aurora non est nisi calor aeris: quando enim inspissatur aer noctis frigiditate, & præcipue in Oriente, a quo diu deficit Solis calor, tunc omnino non transducit per se lumen, sed afficitur ipso in eo, quod retinet ipsum. Et quia quædam habent in se diffusam combusta perspicua a frequenti præcedentium dierum calore, ideo videtur caloris aurei. Albert. Magn. de sen. & sen. trac. 2. cap. 1. c. 9. col. 3.

Auroræ tempore calor, qui ex se albus est, videtur puniceus, quia Sol apparet per fumum incensum ex subtili terreo eleuato. Alb. mag. de sens. & sens. trac. 2. cap. 3. c. 11. col. 3.

Aurum solum inter metalla non ignitur. Arist. meteor. 3. cap. 6. char. 557.

Aurum, argentum, æs, stannum, plumbum, vitrum, & lapides multi innominati sunt aquæ, liquefiunt enim omnia hæc calido. Arist. meteor. 4. sum. 4. cap. 1. tex. 51. char. 586.

Aurum inodorabile est: æs, & ferrum odorabilia. Arist. de sen. & sen. cap. 5. c. 19.

Aurum Ppyron nominatum, apud Pæoniam reperiri dicunt, cum pluuia continuæ sunt colliquata terra, & adeo Pæoniæ terram deaurare, ut ponderis auri ultra mnas reperisse cōplures dicunt; alium tres mnas, aliū vero quinque conducere, regique exploratores auri geminos obolos reportare asserunt, & ad mensam recumbere, primumque inter illos epularum primitias regem impartiri. Arist. de admir. aud. 43. c. 846.

Auri plures glebas deferre memoriæ proditum est flumen Ozum, quod in Bactris est, & in Hiberia flumen Theodorum iuxta littora multū auri scaterere, ac simili ratione deportare. Arist. de admir. aud. 44. c. 846.

Auri quandam copiam reconditam fuisse a regibus antiquis in Pieria Macedoniæ, defossamque esse fertur, ac ex vna quatuor fouearum, quæ ibi sunt, aurum renasci sesquipedali magnitudine aiunt. Arist. de admir. aud. 45. char. 846.

Aurum quinque modis se habet. primo est purum. secundo habet aliquid admistum: tertio est tantum admistum, ut nisi peritus eum cognoscat: quarto ut sit ita falsum, ut etiam peritus fallere possit: quinto, cuius falsitas omnibus apparcat. Albert. magn. in poster. char. 171. colum. 4.

Aurum generatur in arenis fluuiorum, & in lapidibus, vel toti lapidi incorporatum, vel ut vena in ipso. Alb. mag. 3. de miner. trac. 1. cap. 10. c. 145. col. 4.

Aurum per se non producitur tantum, ut argento mistum; quia apprehendit in se humidum argenti, quod cedit non relinquens partem propinquam, sed etiam ad se trahendo. Alber. magn. tertio de mineralib. trac. 2. cap. 2. c. 146. colum. 2.

Aurum, ob optimas argenti viui, & sulphuris conditiones, non crematur: & quamquam alia metalla cremantur, ipsum non crematur, sed depuratur, & post ipsum argentum; & multum aduritur, quia sulphur non bene retinetur in aqueo argenti viui. Alber. magn. 3. de miner. cap. 5. c. 147. col. 1.

Aurum facilius fit ex argento, quia tantum pondus & color mutandus est; quia facilius transeunt in se illa, quæ in pluribus conueniunt. Alb. mag. 3. de mineralib. trac. 2. cap. 6. c. 147. col. 2.

Aurum sumptum, cōtritum, confert cordis tremoribus. Alb. mag. 4. de miner. trac. 2. cap. 7. c. 149. col. 1.

Aurum purificant acuta & valde sicca, ut sales, maxime marini, fuligo corporum unctuosorum, sed siccorum, & later tritus. Alber. magn. 4. de miner. trac. 2. cap. 7. char. 149. colum. 1.

Aurum solum non fit minus, nec minoris ponderis cum exuritur, quia est ex sicco, & humido subtilissimis, & non habentibus aliquid impurum admistum. D. Tho. 3. meteor. digres. de colorib. l. 9. c. 212.

Aurum non solum secundum opinionem hominum, sed etiam secundum rerum naturam est nobilissimum & purius cæteris metallis, quia nobiliores operationes operatur, quàm cætera metalla. D. Tho. 3. meteor. digres. de color. l. 9. c. 212.

Aurum inter metalla est minus odorabile, quia ob eius terrestritatem caret humido. D. Thom. de sen. & sen. l. 12. c. 14. col. 3.

Auster ab æstiuâ versione flat, & non ab vrsa altera. Arist. meteor. 2. su. 2. cap. 2. c. 515.

Auster est magis vrens quam Boreas, quia flat ab hyemali versione, & ille locus ob Solis vicinitatem non habet aquas, nec pascua, & exustus est, & propter vicinitatem magis huc pertingit quàm Boreas illuc. Arist. meteor. 2. su. 2. cap. 2. c. 517.

Auster, cum flare futurus est, sonant loca, ex quibus sunt exufflationes, quia mare de longe propellatur. Arist. meteor. 2. su. 3. cap. 2. c. 528.

Austros, quos mare mittit, stirpibus prodesse certum est: refrigerati namque beneficio maris deueniunt contra eruginem, quæ humore, caloreque aliena consistit. Arist. probl. sec. 1. q. 23. c. 339.

Auster cur post pruina spirare solet? quia pruina, nisi facta concoctione nunquam consistere potest, & mutatio in contrarium fieri solet, & Aquiloni contrarius est Auster. Arist. probl. sec. 26. q. 3. c. 580.

Auster minus hibernis noctibus quàm diebus spirat, quia sol noctis, etiã tempore Australi regioni propinquus est, & aeris multum mouetur, & nihilominus quam interdiu. sed calor dierum vehementior omnem absumentum humorem efficit, ut minus spiretur. Ari. probl. sec. 26. q. 11. ch. 582.

Auster cur mouetur canicula oriente? quia regio inferior orbis Sole remoto minus calida est. itaque vapor large emigrat, & multi austri spirarēt nisi anniuerfarij prohiberent. Arist. proble. sec. 26. q. 12. c. 582.

Austrum præfert dies a bruma quintusdecimus, quia bruma est quoddam initium, & a Sole mouetur is potissimum aer, qui brumæ vicinus est. Arist. proble. sec. 26. q. 13. char. 583.

Austri hyeme, atque ineunte vere, atque autumno cessante spirare soliti undabundi sunt, & contortuosi, atque Aphricæ non minus frigidi, quam regioni nostrati Aquilonis, quia Sole propinquo spiritum moueri necesse est. Sol autem per hyemem Austrum uersus perfertur, & ineunte vere, & desinente autumno iam calescere incipit. æstate contra Septentriones petit, & loca reliqua meridiana. Calidus autem ideo est, quia spiritus aeri Aphricæ miscetur, qui calidus est. hinc etiam in mare rumpens ingentes excitat fluctus, facitque Australem æstatem. Aristot. problem. sec. 26. quæst. 17. char. 584.

Auster cur fetidi habitus causa est? quia humida & calida reddit corpora, quæ maxime opportuna sunt putredini. Arist. proble. sec. 26. q. 18. ch. 585.

Auster cur non incipiens, sed desinens imbres affert? vel quia aerem cogit è longinquo, quo coacto aqua exprimitur; cogitur autem postquam ceptum est. Vel quia incipientem calidus adhuc est aer, deinde refrigerat, & in aquam melius consistere potest. Ari. proble. sec. 26. quæst. 21. char. 585.

Auster

Auster cur cum minor est, nubes nullas obducit, maior nubibus, & diuturnior est? vtrum (vt quidam aiunt) inij causa ita accidat. nam si ex minori proficiscatur, liquidus sudusque est: si ex ampliori, nubilus, & crassus. Vel quia minor cum incipit, est, itaque non multum aeris compellere potest, sed ad postremum ampliari consuevit. Arist. probl. sec. 27. q. 22. c. 585.

Auster, & **Eurus** cur cum flatibus sibi obiectis calidiores sint, alter Aquilone, alter Fauonio, aquæ fertiliores sint, quamquam frigus est, qui humorem ex aere depromat? vel quia frigus amplius introrsum circum obfistit, cum calor extrorsum amplius vrget: vel quia etiam regio facit vnde spirant, vt fereni illustresque veniant. **Eurus** namque ex ortu, Fauonius ex occasu aduentat: quin etiam ratio est, vt aer præcalesfactus celerimè, ac plenissimè refrigeretur, quomodo etiã aqua. igitur **Euri** aer de ortu calidus, **Austri** de meridie fertur: & cum frigidissimum locum adiere, compendio concreseunt, & in aquam consistunt, & magis **Eurus** aquam agit, quoniam aerem de Solis parte, nec minus calidum ducit. **Auster** aquam mittit cum cessat, quoniam aer, qui primus ex mari accedit, frigidus est: vltimus, autem e terra tepidus occurrit. An non solum id causa sit, sed etiam quod ad postremum **Auster** crecit: Vnde illud Prouerbum,

Cumque auster surgere cepit.

At frigidiores, qui uehementius spirant, ideo merito in nubes aerem postea cogit. An eã ipsa ratio sit, cur postquam principio fertilio aqua occurrat. Arist. probl. sec. 26. q. 29. c. 587.

Auster, & **Aquilo** cur fœpissime spirant? quia contrarium a suo contrario e directo scilicet oppugnatum, minime edurare potest, sed ex laterè potius aduersam vim tolerat? **Auster** vero & **Aquilo** ex cursu Solis lateribus spirant, ceteri aduersi potius occurrunt. Arist. probl. sec. 26. q. 37. char. 590.

Austro spirante cur mare cœruleum fiat, **Aquilone** obscuro, ac atrius? quia **Aquilo**, minus mare perturbat: omne autè quod tranquillius est, atrum esse videtur. Arist. probl. sec. 26. q. 39. c. 591.

Austri cum leuiter spirant, qua de causa nequeant nubilare, cum intentè nimirum queant? quoniam, cum leuiter frequentiam nubium agere nequeant, itaque breue sit, quod obduci nubibus possit: at uero ubi excreuerunt, multas depellunt, itaque amplius obnubilatè videntur. Arist. probl. sec. 26. q. 40. c. 591.

Austri spirantibus cur homines grauiore & inualidiores redduntur? quia humor corporis flatus, eius calore tabescens, multus e paucore redundat, atque humor grauis ex leui spiritu consistit: quas ob res hominis vires debilitari necesse est. Arist. probl. sec. 26. q. 44. c. 592.

Auster cur non afflet oris terræ Aegypti, nec interius iter dici, ac noctis: super Memphim vero, vel iter dici ac noctis ingenitus spirat? quia Aegypti terra caua secundum partes suas interiores est, superiores, semotioresque eminentior: hinc enim **Auster** vt caua intacta sit,

pergredi, sic excipi ab eminentioribus potest. Aristot. probl. sec. 26. q. 46. c. 592.

Austri cur, frigidè in Aphrica sint, vt apud nos Aquilones? quia, vt nobis est Aquilonum origo, sic Aphricæ Austrorū proprior est. Arist. probl. sec. 26. q. 51. c. 594.

Austri sicci, & aquæ omnino expertes, cur febres contrahunt? quoniam humorem calidum alienum in corporibus creant, quippe qui natura humidi, & calidi sint: quibus qualitatibus exuperantia febris consistit. At cum veniunt cum aqua, aquæ ipsius beneficio refrigerantur. Arist. probl. sec. 26. q. 52. c. 594.

Auster propter tria facit vaporem humidum; quia est calidus, ideo aperit terram, & facit humidum exhalarè, quia est humidus, ideo nutrit humorem, & quia flatus tortuosus est, ideo inspissat, & condensat vaporem. Alb. mag. met. tract. 1. c. 13. c. 86. col. 4.

Australis piscis est, qui aquarum vndam suscipit, & oritur cum pleiades occidunt, quia est pluuiarum tempus. Alb. mag. de ani. 24. cap. 1. char. 196. col. 2.

Autumno aquæ sunt latæ, quia grauissima quæque prima necesse est differri. Arist. met. 2. su. 1. c. 3. char. 505.

Autumnus omnibus perniciosus est, & pueris præsertim. Si hyems Aquilonia est, & ver Austrinum, aut pluuiosum, & æstas sicca admodum, difficultates intestinorum, & febres quartanæ longè solent venire; quia si aqua mediocris per æstatem incessit, quantum humoris collectum est per ver humidum, in nostris corporibus refrigeratum quiescit. At si non ita contingit, pueri natura humidi, & calidi uehementi eo feruescunt affectu, quoniam refrigerati minime fuerint. Et si excrementa confestim non interemerint, cruda ad ventrem descendunt, & ita difficultatè creantur intestinorum. & si præ nimia sui copia humor excerni nequirit, ijs quartanæ oriuntur, qui euadere mortem potuerint etiam si intestinorum vitia quiesuerint. Arist. probl. sec. 1. q. 19. c. 337.

Autumnus cur inæqualis sit, de hoc varia est sententia: nam alij ad abditam causam referunt: alij ventos per id tempus varios, & inæquale efflare aiunt, alij, quia terra nimio æstatis æstu deusta refrigeratur; hinc calore adhuc extante vicissim agi modo frigore, modo calore opinantur. Alex. aphrod. probl. 2. 75. c. 759.

Autumni diei & noctis spatium quatuor anni temporibus imitatur; prima pars diei vsque ad meridiem, veri similis est: meridies estati, a meridie ad noctem autumnum species est, nox est hyemum similis. Alex. aphrod. probl. 2. 75. c. 759.

Autumnus sit semper post æstatem, quia Sol semper eo tempore vertitur ad opposita habitationis nostræ. Ioseph. 2. post. cap. 13. c. 67. col. 3.

Axiomata ideo dicuntur, quod ex se & vi sua assensum omnium fidemque mereantur. Ammon. in Por. char. 11. col. 1.

Axis mundi est linea recta per cardines porrecta, quæ per terram in medio transit. Aristotel. de mundo. cap. 2. char. 808.



BYLONICI pisces (vt Theophrastus ait) circa Babyloniam exiètes, vbi aquæ dulces in cauernosis locis maris recipiuntur, ex fluuijs incidentibus, capta habent ad modum ranarum marinarum: reliquas corporis partes ad modum tabiæ. Alb. mag. de animal. 24. cap. 1. char. 196. col. 2.

Bachæ pisces sunt de genere peccinum, in una parte nigri rubeis maculis distincti, in alia albi: per totum circuitum habent pinnulas, & flatibus austrinis impinguntur, piscatorem sentientes in profundum descendunt, & aquam turbant. Alb. mag. de anim. 24. cap. 1. c. 196. col. 2.

Balagius est lapis coloris rubei, lucidè materiæ & transparentis, & dicitur fœmina carbunculi, ob debilem calorem, in quo sæpe carbunculus generatur. Alb. mag. de mineralib. 2. tract. 2. cap. 2. c. 139. col. 2.

Balbutire est literam prætermittere, vel syllabam. Arist. probl. sec. 1. q. 30. c. 461.

Balneæ calidæ cur sacræ habentur? quia sulphure, atque fulmine, rebus ingenue sacræ, proueniunt. Arist. probl. sec. 24. q. 19. c. 571.

Balneum cur alij sitibundi ingressi extincta siti egrediuntur, alij contra? qui sunt habitu sicciore, siti balneo humefacti absoluuntur, maxime si non habeant penitus siccitatem: at qui humidiores sunt, & siti omni uacantes, ijs humor per sudorè absuntur, itaque sitis creatur, quæ siccitate oriri solet. Alexand. aphrod. probl. 1. 41. char. 677.

Balneum cur non præcipimus ijs, qui febre continua iam laborare desinunt? quoniam materiæ noxiæ, crudæ, crassæque adhuc constant, & corpore absolui nondum patiuntur: & quantum materiæ utilis sit, id tenue, & liquidum subsistat. ne igitur balnei calor prius vtilem partem trahat, vt tenuium, abstinendum a balneo, nec per id tempus tantum, quo morbus minuitur, verum etiam, quo incipit, & omnino quo materia minus congesta est. Alex. aphrod. probl. 2. 84. ch. 763.

Balneum in anima mouet vt agens, extra animã vt finis. Auert. 12. metaphy. tex. 4. 36. ch. 149.

Balsamum (vt ait Auicenna) est arbor Aegyptia, & (vt ait Ioseph) nuper nata est in Hierico. Alb. mag. de veg. 6. tract. 1. cap. 8. ch. 152. col. 3.

Balsamum est totum aromaticum, sed oleum est fortius, & efficacius ligno: lignum autem est efficacius radice. Alb. mag. de veg. 6. tract. 1. cap. 8. c. 152. col. 3.

Balsamum (vt aliqui aiunt) si ferro vulneratur, arefcit: ideo ligno, vel petra, vel offe corticem incidit, ex quo destillat oleum, quod falsum esse comperitur ex Auicenna, quia ferro virtutes eius aperit. Albert. magn. de veg. 6. tract. 1. cap. 8. c. 152. col. 3.

Balsamum non excedit in uno anno libras 60. nec diminitur quantitati librarum 50. Alber. magn. de veg. 6. tract. 1. cap. 8. ch. 152. col. 3.

Balsamum suam virtutè perpetuo conseruare falsum est, sed recens melior est. Alber. mag. de veg. 6. tract. 1. cap. 8. char. 152. col. 3.

Balsamum coagulat lac. Alb. mag. de veg. 6. tract. 1. cap. 8. char. 152. col. 4.

Balsami proprium est, quod cum stillatur per pannum, vel infunditur in aqua, nihil panno, vel aquæ adhæsisse inuenitur: in aqua simul constat, & non dissoluitur. Alb. mag. de veg. 6. tract. 1. cap. 8. c. 152. col. 4.

Balsamum multis modis adulteratur: primò sumpto oleo pini, & masticis, & dissoluto cum cera balsamo miscet: alij oleum de alcana miscet balsamo: alij lachrymam terebinthinam balsamo permiscet, vel oleum nardinum. Alber. magn. de veg. 6. tract. 2. cap. 8. ch. 152. col. 4.

Balsamum probatur sumpta gutta Balsami in puncto stillis & accendatur ardet, sed idem facit lacrima terebinthi, nec coagulatio lactis est signum verum. Alb. mag. de veg. 6. tract. 1. cap. 8. ch. 152. col. 4.

Balsami probatio certa est pondus, quia non inuenitur liquor eiusdem quantitatis, qui tantum ponderet quantum balsamum: & etiam si gutta balsami sumpta puncta stilli, vel acus, & posita in aqua, si ponitur in medio ibi manet, si in fundo ibi permanet, nec aquæ, etiam si misceatur aqua, commiscetur. Alber. mag. de veg. 6. tract. 1. capit. 8. c. 152. col. 4.

Balsamum in manibus positum ardenti Sole manum penetrat. Alb. mag. de veg. 6. tract. 1. cap. 8. c. 152. col. 4.

Barba non pari modo omnibus effunditur: nã alijs tam maxillè, quam mustax, & mentum pilorum frequentia integuntur: alijs mentum leue, & mustax maxillæ pilosæ cernuntur. Arist. de histani. 3. cap. 11. c. 92.

Barbam cum primo ceperint iuuenes emittere, principio fit ruffa propter humiditatis prauitatem, quæ in ipsis desiccatur. Arist. de color. cap. 6. chart. 891.

Barba, quæ est in corpore, est resolutio calidi, quod est in corpore. Auert. poster. 2. cap. 6. tex. 54. ch. 216.

Barba Iouis est herba uehementis frigiditatis, spissa, & humida, & confert calefactioni hepatis. Alber. mag. de veg. & plant. 6. tract. 2. cap. 3. c. 165. col. 2.

Barbarorum nationes magis aptæ sunt ad seruiendum, quam Græcorum: & qui Asiam incolunt, quam eorum, qui Europam. Arist. pol. 3. cap. 10. char. 589.

Barbari dicuntur, qui nec lege, nec ciuitate, nec alicuius disciplinæ ordine disponunt ad virtutem. Alb. mag. ethic. 7. tract. 1. cap. 1. c. 81. col. 3.

Barbarum esse omnes homines asserunt illum, qui linguã eius non intelligit. D. Tho. pri. polit. 1. c. 2. col. 2.

Barbari hoc signo declarantur, quod homines non vtuntur legibus, vel non sciunt exercitia literarum, vel vtuntur legibus irrationalibus. Diuus Thom. pri. politicorum. 1. char. 2. col. 3.

Barbochæ dicuntur fluuiales pisces, & lacunales, anguillis similes, sed breuiore, magnos ventres habentes, & semper profunda petunt. Alb. magnus de animalibus 24. cap. 1. c. 196. col. 2.

Barcona est genus animalis duræ testæ, sub qua tortuca maris, cum alijs quibusdam speciebus continetur, quæ tortuca adeo durum os habet, vt lapidem frangat: pisciculos paruos venatur, & his aliquando filo ligatis decepta capitur: ita magna efficitur vt scutum ex ea 8. vel 9. pedum inueniatur, cornu in capite habet, vt tortuca agreffis. Albert. magn. de anima. 24. capit. 1. char. 196. col. 2.

Basilicum est herba odorata: alia est foliorum paruorum alia maiorum, & est calida, & sicca. Alb. magn. de veg. & plant. 6. tract. 2. cap. 3. c. 163. col. 3.

Basiliscus inuenitur, quem alij serpentes fugiunt, qui in longitudine non excedit cubitum, & est pilosus in toto corpore, & putrefiunt carnes circa morsum suum. Alb. mag. de ani. 7. tract. 2. cap. 5. c. 70. col. 2.

Basiliscus latine regulus dicitur, quia est coronatus guttis albis, & coloris hyacinthini, est lōgitudinis duorum palmorum: caput acutum valde, oculi rubei, & color eius adurit omne, sup quod incedit: scindit lapides, & inficit aerem, ita vt oēs aues supra volantes moriatur, & sic omne animal, præter Armene, quod cōiungitur basilisco. Sibilum si exaltat interficit eo homines per tantum spatium, per quantum cum sibilo vadit spiritus, & visu interficit: at quod si prius videt hominem,

vel ab eo videatur ipsum interficere, falsum esse iudico: & si visu interficit, fit, quia spiritus visivus, qui valde longe diffunditur, propter substantiæ subtilitatem corripit; si homo homini mortuo a basilisco appropinquaverit, statim moritur: & si lancea, vel virga tetigerit, moritur. Hic serpens in Nubia, & Achobor terris multiplicatur: at mustella interficit eum. Falsum est generari de ovo galli. Alb. magn. de ani. 25. c. 201. c. 3.

Beatitudo sit bona actio cum virtute, aut vita seipsa contenta, vel cum securitate iucundissima. Aristot. rhetor. prim. char. 21.

Beatitudo sit forma possessionum, & corporum constitutio, cum facultate rerum harum conservatrice, & effetrice. Arist. rhetor. pri. ch. 21.

Beatitudinis partes sunt nobilitas, amicorum copia, bonorum amicitia, diuitiæ, liberorum probitas, liberorum multitudo, bona senectus, item corporis virtutes, vt valetudo, pulchritudo, robur, magnitudo, certatrix facultas, existimatio, honor, bona fortuna, virtus & eius partes, prudentia, fortitudo, iustitia, temperantia. Arist. rhetor. pri. c. 21.

Beati dicendi sunt illi, quibus felicitas, & bona externa adsunt, & aderunt, & beati vt homines. Arist. pri. ethicor. cap. 10. char. 23.

Beatus nemo inuitus euadit. Arist. 3. ethic. cap. 5. char. 60.

Beatus perfecte beatitudinis est, qui agit operationes suas secundum virtutes perfectas, & cum hoc suffragantur ei res extrinsecæ, non paruo tempore, sed secundum totam vitam suam. Auer. pri. ethic. cap. 10. ch. 7. col. 4.

Beatitudo, vt nobis accidit, perfectissimum nobis est. Alex. aphrod. 2. de ani. cap. 40. c. 51. col. 4.

Beatitudo est status omnium bonorum congregatione perfectus. Alb. mag. ethic. 9. tract. 3. cap. 2. c. 103. col. 3.

Beda in Anglicam linguam liberales artes transfuisse dicitur, ne Anglici barbari haberentur. D. Th. pri. polit. 1. 1. char. 2. col. 2.

Bedegar est arbor spinas habens, & flores albos confert infantibus si decoctionem bibunt propter lacertos, & ex succo collutiones dentibus profunt, & radix confert sputo sanguinis. Alber. magn. de veg. 6. tracta. 1. cap. 9. char. 152. col. 4.

Bellaria cur edenda sint, & vsus secundarum mensarum adijci debet? an vt satis bibamus: non enim sitis gratia solum, quæ per mensam primam nos teneat bibendum, sed etiam post hausisse aliquid iuuat. Arist. problem. sec. 22. q. 5. c. 551.

Bellicæ, & ciuiles actiones, ex ijs, quæ secundum virtutem pulchritudine, & magnitudine excellunt si negotiosæ sunt, & finem quandam appetunt, & non per se sunt expetendæ. At intellectus operatio non studio præstare, cum contemplatiua sit, tum appetere præter seipsam finem nullum videtur habereque voluptatem propriam, quæ operationem ipsam auget, sufficientia quoque & oriositas, & indefatigabilitas, vt pote humana, & quæcunque alia beato attribuuntur, ex hac operatione videntur existere. Aristoteles 10. thicorum ad Nicomachum, capit. septimo. chart. 257.

Bellicæ actiones ad duo in ciuitate ordinantur: ad repellendum insurgentes, & iniuriantes, ne seruiant iniusto: & ad compellendum seruire illos, qui nati sunt, & debent seruire, & cum ordinantur ad aliquid horum finium bonæ sunt, & eligibiles secundum rationem rectam. Per accidens autem contingit, quod ordinantur ad repellendum eos, qui nati sunt seruire, vel ad impugandum non natos seruire: & ideo non sunt absolute, nec bonæ, nec malæ. D. Thom. 7. Politic. 1. 2. char. 153. col. 3.

Bellum persuadere possumus, si nos superiores ostendimus, vel bona fortuna, vel corporum multitudine, & robore, aut pecuniarum affluentia, atque

imperatoris prudentia, aut virtute sociorum, aut loci opportunitate, aduersariorum res deprimendo, nostras ampliando. Aristotel. rhetoric. ad Alexand. cap. 2. char. 190.

Bellum, qui impedire vult primo percurrere debet, quæ hominibus bello soleant accidere calamitates: & hostes habere, quæ victoriam maxime efficere solent. Arist. rhetoric. ad Alex. char. 191.

Bellum gerimus, vt in pace degamus. Arist. 10. Ethic. Nicom. cap. 7. char. 256.

Bello capta illorum fieri dicuntur, qui ceperunt. Aristot. politic. 1. cap. 4. char. 496.

Bellum cogit homines esse iustos, & temperatos. Aristot. politic. 7. cap. 15. char. 748.

Bellorum nullus dici potest vere expertus, qui non potest multa bella conferre, in quibus iam fuit. Alexand. de Ales. Metaph. tex. 4. col. 4.

Bellum pacis causa, non autem pacem belli causa esse faciendam. Dan. Barb. 1. rhetor. cap. 13. char. 34.

Beluæ (vt ait Plinius) in Orientali mari sunt quædam animalia marina, adeo magna, vt procellas excitent de profundo, & pericula nauibus inducant, ita vt naues Alexandri ad pericula deduxerint. Alb. mag. de ani. 24. cap. 1. char. 196. col. 2.

Bene esse quam esse absolute, longe melius est. Eust. 1. Ethicor. c. 61.

Beneficentia non est iustitia posita in lege, sed est reuiniificatio iustitiæ legis. Auer. 5. Ethicor. cap. 10. char. 39. col. 2.

Beneficium accipere volunt plerique, facere autem vt inutile, fugere consueuerunt. Aristotel. 8. Ethicor. Nicom. cap. 15. char. 214.

Beneficium non tanti existimandum est, quanti apparet alicui cum habet: sed quanti æstimabat, antequam haberet. Aristotel. 9. Ethic. Nicom. cap. 1. char. 217.

Beneficia retribuenda, vt plurimum, magis sunt, quam sodali inseruiendum: sed semper non est vera regula, nam si liberare liberatorem a manibus inimicorum, vel patrem quis posset, potius patrem quam liberatorem liberare posset. Aristotel. 9. Ethicor. Nicom. cap. 2. char. 218.

Benefici amare magis videntur eos, quos beneficijs affecterunt, quam affecti illos, a quibus acceperunt. Quod, cum absurdum videatur, tamen sic huiusmodi esse res humana videtur, immemores enim sunt plerique: beneficium enim magis accipere quam conferre appetunt. Arist. 9. Ethic. Nicom. cap. 7. char. 226.

Beneficium est, quod pertinet ad salutem, & ad ea, quæ causa sunt, vt simus, aut ad diuitias, aut ad aliquod aliorum bonorum, quorum non est facilis comparatio, aut omnino, aut in eo loco, aut aliquando. Arist. rhetor. 1. char. 22.

Beneficia, vt in pluribus, sunt retribuenda magis benefactori, quam donandum amicis. Alber. magn. Ethic. 9. tract. 1. cap. 3. char. 99. col. 3.

Beneficium receptum est quoddam munus. Alb. Magn. ethic. 9. tract. 1. cap. 3. c. 99. col. 3.

Beneficium est signum, & effectus amoris. D. Tho. prim. metaph. 1. 5. c. 35.

Beneuolentia, & si non sit amicitia, amicitia tamen similis est. Erga ignotos quoque, & latens esse potest, amicitia non potest. Aristotel. 9. ethicor. ad Nicom. cap. 5. char. 224.

Beneuolentia non est amatio; nam amatio cum consuetudine fit, beneuolentia vero fit etiam de recenti. Arist. 9. ethic. ad Nicom. cap. 5. c. 228.

Beneuolentia est principium amicitia, non secus ac amoris voluptas illa, quæ ex aspectu percipitur. Aristot. 9. ethicor. ad Nicom. cap. 5. c. 224.

Beneuolentia non est amicitia, sed amicitia initium. Arist. mag. moral. 2. cap. 15. char. 359.

Beneuo-

Beneuolentia circa moralem amicitiam consistit, & tantum tribuit voluntatem. Arist. mora. eud. 7. cap. 8. c. 451.

Beneuolentiam acquirere superfluum est, si beneuoli sint iudices: si beneuoli non sint, laudandi sunt nos deprimendo: si se si infensi fuerint, vel calumniæ obnoxij erunt, necesse est, vel ipsos in se se, vel in res, vel in orationem calumnias continere: quæ sunt, aut in præfenti tempore, vel in præterito, de præterito, præoccupatione vtendum. Aristotel. rhetoric. ad Alexand. cap. 28. char. 224.

Beneuolentia non est amicitia, sit enim è repentinis. Alber. mag. ethic. 9. trac. 2. cap. 3. c. 101. col. 4.

Boristhenas fluuius nascitur de monte Hyperboreo, & fluit in Pontum. Alber. mag. de nat. loc. tract. 3. cap. 3. char. 102. col. 4.

Berus serpens est aquaticus, astutus, & est ordinis primi, mortiferum habens venenum. Alber. mag. de ani. 25. char. 201. col. 3.

Beryllus est lapis coloris pallidi, lucidi, & transparentis, generatus in India, reddit hominem inuictum, & est bonus contra lites, dat bonum ingenium, & hominem facit mitem. Si rotundatum oculo Solis opponitur adurit, ac ignem accendit, coniugium etiam conciliat inter maritum & vxorem. Alb. mag. 2. de mineralib. tract. 2. cap. 2. c. 139. col. 3.

Bestiæ omnes fere efferatioris sunt in Asia, fortiores in Europa, multiformiores in Aphrica. Aristot. de histo. animalium 8. cap. 28. char. 310.

Bestiæ montanæ sunt aspectu efferatioris, & viribus robustiores quam planæ. Aristot. de histor. ani. 8. cap. 29. char. 310.

Bestiæ incontinentes non sunt, quia particularium imaginationem & memoriam habent, non vniuersalium existimationem. Arist. ethic. ad Nicom. cap. 3. c. 165.

Bestia est, quæ in regimine vitæ semper indiget, vt agatur ab alio, & cum sibi relinquatur, fertur ad opera concupiscentiæ, & iræ. Alber. magn. 1. 1. metaph. tract. 2. cap. 36. c. 161. col. 2.

Bestiolæ in Cypro insula, in fornacibus ærarijs, vbi chalcites lapis iniectus compluribus diebus crematur, in medio igne nascuntur pennatæ, paulo muscis grandibus maiores, quæ per ignem saliant, & ambulat: & emoriuntur cum ab igne remotæ sunt. Aristot. de hist. ani. 5. cap. 19. ch. 179.

Beta alia est viridis in caulibus, alia rubea, & hæc melior est frigida, & humida temperate. Alb. mag. de veg. 6. tract. 2. cap. 3. ch. 163. col. 3.

Bethis fluuius nascitur in campis Hispaniæ currens per 405. milliaria, & mergitur in Oceano occidentali. Alb. mag. de nat. locor. dist. 3. cap. 2. c. 102. col. 2.

Betonica est herba flore azurino, calida, & sicca. Albert. mag. de veg. & plant. 6. tract. 2. cap. 3. c. 167. col. 2.

Bibentes dilutijsculum magis crapulam sentiunt, quam, qui merum ex toto; vel quia suæ tenuitatis causa uinum temperatum expeditus loca plura, & angustiora subeat, immoderatum minus id facere possit, itaque difficilius educi potest, quod dilutum est, vel quia merum minus bibitur, magisque uomitu reijcitur. Ad hæc merum, vt cætera concoquit, quia calidius est, sic etiam seipsum consumit: diluto autem illo contrario agitur. Arist. problem. sec. 3. q. 3. ch. 366.

Bicornius nascitur in capis Germaniæ, qui est Rhenus. Alb. mag. de nat. loc. dist. 3. cap. 2. c. 102. col. 2.

Bilis cur suum conceptaculum non corrodit, at in dentem corpus solidissimum vbi paulisper decubuit, illum corrodit? quia natura, vt in illo corpore bilis contineatur statuit, naturæ enim vis plurimum ad prohibendum ne quid illi efficiat valet. Alexand. aphrod. probl. 1. 40. c. 677.

Bilis atra cur, si in mammam, aut in crus decumbat, excisionem facit, si in cerebrum non exeat, sed insaniam

excitat? quoniam in mammam venæ amplæ, & per multæ ob lactis originem cocunt, & ideo largior currit, & in crus quoque largior currit, quia omne graue deorsum tendit. At quia in cerebro venæ tenues sunt, & ascensus difficilis, parum effertur bilis, ita vt pungere possit, excedere nequeat. Et cerebrum cum humidum, & frigidum sit, pugnat aliqua ex parte cum bile, & sic bilis quæ atra est, cancerum in mamma, vlcus in crure diuturnum gignit, & depascens in cerebro feram insaniam parit. At quæ flauior est, fluxionem tantum agit, & tumorem cancro similem sine exfessione creat, & ad insaniam vertit leuiorem. Alex. aphrod. probl. 1. 92. c. 500.

Bilis, cur facit, & tollit febrem? Facit, cum excitata acris redditur, vt putreat. Tollit, cum viribus naturæ intetis ad id expellendum, quod detrimento est, ea quoque foras versus concurrat, & ita educta, causam morbi, per suam detractionem, aboleat. Alex. aphrod. problem. 2. 22. c. 733.

Bilem atram qui euomerunt, cur periculo pateant, quia nulla præterea bile substante, sanguis ex cruore trahatur, necesse est. Ale. aphr. probl. 2. 111. c. 771.

Binarius, mathematice de illo loquendo, non est numerus, sed pluralitatis principium: nam si est numerus, vel simplex, vel compositus: non simplex, quia diuiditur: non compositus, quia non componitur ex numeris, nec pluralitatis principium est. Alb. magn. 5. metaph. tract. 1. cap. 10. c. 103. col. 1.

Binarius solus inter numeros pares primus numerus est. D. Tho. 9. metaph. 1. 1. te. 22. c. 680.

Bitarda est auis bis vel ter saltum dans, antequam de terra elleuetur. Est in quantitate & figura, vt Aquila: caudera forte inuenta comedit; herbas etiam, quando famescit. Alb. mag. de animal. 23. cap. 2. ch. 186. col. 1.

Bifurca sunt animalia, quibus pedes binis scissuris vtrinque, id est a parte prioris, & posteriore deducuntur. Arist. de hist. ani. 2. cap. 1. char. 41.

Bitumen fossile enasci in Apollonia, quæ Regioni Atlantinarum proxima est, & piscem aquarum non scaturire aiunt, haud a Macedonica differentem, nisi hæc crassior, nigrior illa esset. Aristotel. de admir. aud. 123. c. 867.

Blæstias, est literam quandam exprimere non posse, & non quamlibet, sed certam. Aristot. problem. sect. 41. q. 30. c. 461.

Blattæ vermes sunt a colore vocati sic, quia manum tangentis blattæ colore tingunt, qui niger est: & est lucifuga, quod nisi nocte ambulet. Alb. magn. de anim. 26. c. 204. col. 1.

Blattas aluearibus gigni manifestum est, quæ, & ipsæ pennatæ sunt. Arist. de hist. ani. 5. cap. 19. char. 177.

Boa de genere draconum est tertij ordinis, iuuenis adhibet se armentis bubalorum, vel vaccarum, & eas fugendo ctescit in quantitatem immensam, ita ut postremo regiones depopuletur. In Aphrica 120. pedum longitudo fuit repertus. Morsus eius est maximi vulneris venenati malitiosus. Alb. mag. de animal. 25. c. 201. c. 2.

Boethius fallitur existimans numerum esse sine eo quod numerat. Them. 4. phy. tex. 36. ch. 44. col. 4.

Boethius altioribus sententijs prædicamenta explicauit. Simp. in præd. c. 1.

Bolintus animal, vel (vt Pæones appellant) Monapios in Peoniæ montibus in monte Hæseno, qui Peoniam a Media diuidit, reperitur. Boui vniuersa forma similis est, sed magnitudine, robore, & iuba pariter excellit. A ceruice enim, vt equus, iubam valde prolixam, & a uertice ad oculos demissam habet: nec (vt boues) cornibus armatum est, sed aduersa inter se cornua sunt, & mucronata ad inferiorem situm iuxta auriculas vergunt, amplitudine non multo arctiore, quam vt singula semestarium capiant. nigritia proba reful-

M 2 gent,

gent, vt si decorticata, & expolita sint. Cum id animal excorticatū fuerit, eius tergus distentum locum octo accubantiū occupat. Cum percussum est, fugam properat, & nisi defatigatum nūquam consistit. Caro eius grati saporis est. Calcitrans, ad proluuiem alui, vel ad quatuor passus proiciens repugnat, quo preliandi modo id sæpe cum facilitate maxima utitur: & ita adurit, vt pili insectantium canum absumatur: si quidem concitetur, stercore comburitur, vt inquit: si non incitetur non adurit. Tempore pariendi ad locum, in quo pariat, quamplurima sui generis animalia aduentant, quæ, cum simul congregata sunt, maxime parturit, in circuituque stercoreat: largam enim quandam eius excrementi copiam hæc bellua eijcit. Aristot. de admir. aud. 1. c. 839.

Bombyx fit a quodam verme grandiore, qui velut cornua duo protendit, primum toto mutato erua est, deinde fit bombyx, ex quo necydalis, inualidam dixerim. quæ varia formarum successio in semestri temporis spatio completur. Ex hoc animalis genere bombycia illa mulieres nonnullæ retorquendo in filum deducunt, deinde texunt. prima texisse in Co insula Pampilia Platis filia perhibetur. Aristot. de histor. anim. 5. cap. 19. char. 177.

Bombyces sub saxis ipsam terram fetificat. Aristot. de hist. anim. 9. cap. 43. char. 369.

Bombyx vermis est, qui sericum texit. Alb. mag. de ani. 26. c. 204. col. 1.

Bomugi, id est, tauri numinis religiosi, cur paludibus iuxta fluuios positos fieri solent? an quod cum fluuii in paludes se fundunt, aut paludes restagnant, vel a mari offensæ retorquentur, vel flatum vniuersum emittunt? tum fremitus ille excitatur. Causa verò quod terra cauernæ infodiuntur, in quas aqua interrumpes, quoniam fluctus in eiusmodi recondatione mouetur, aerem per angustias, ceu si quis in amphoram inanem strepitum per osculum mouerit, mugimento similis sonus exultabit: mugitus enim bobus per id figuræ genus profertur. Multas autem, & miras voces informare figuræ cauernarum variæ possunt. nam & amphoræ fundum si quis detracto operculo, vicissim modo intus attrahens, modo extra depellens, perterat, sonum per intercapedinem, tam ingenuum reddet, vt belluæ pertimescant, & fugiant: quod pomariorum custodes emoliri consueuerunt. Aristot. problem. sect. 25. q. 2. char. 572.

Bonafus gignitur in terra Pœonia monte Messapo magnitudine tauri, corpore latior, vt tergus distentum locum septem accubantium occupet. Cornua pugnae inutilia fert: carnem gustu suauem habet: & excrementorum maximam copiam eijcit, quibus circum circa nidum munit, vt maximo vallo. Aristot. de histor. animal. 9. cap. 45. char. 371.

Bonafus animal est habens caput taurinum, corpus, & iugas vt equus, & cornua multiplici flexu in se recuruata. A venatoribus stercore ad longitudinem ingenti eiecto se ructur. Alber. magn. de animal. 22. tract. 2. cap. 1. char. 174. col. 3.

Bonorum diuissio.

Bono appetibile existente, quoddam est, aliud, quod contrarium, & aliud quod natura aptum est appetere, & desiderare ipsum secundum suam naturam, alijs accidit appetere suam corruptionem. Aristot. phy. pri. cap. 4. tex. 81. c. 27.

Bonum duplex: apparens bonum, & bonum in re. Aristot. 5. metaph. cap. 2. te. 3. c. 86.

Bonum tot modis dicitur, vt est. Aristot. ethic. pri. cap. 6. char. 10.

Bona dupliciter dicuntur: alia per se, alia propter ea,

quæ per se dicuntur. Aristot. ethic. pri. cap. 6. char. 11.

Bona in tres partes distributa sunt. Alia enim sunt externa, alia animæ, alia corporis. quæ circa animam sunt, maxime bona, & proprie bona appellantur; & actiones, & operationes animales circa animam statuimus. Aristot. ethic. pri. cap. 8. char. 17.

Bonum duplex; alterum absolutè, alterum alicui bonum dicitur: & nature, & habitus id sequentur, quare sequentur quoque idem, & motiones, & generationes. Quæ item esse prauæ videntur absolute aliæ sunt prauæ, non tamen alicui, sed alicui eligendæ: aliæ ne huic quidem, nisi aliquando & paruo tempore, & non sunt eligendæ: quædam vero nec voluptates quidem sunt, sed videntur; quæcumque cum dolore, & medicinz causa existunt, vt sunt voluntates ægrotantium. Aristot. ethic. Nicom. cap. 12. c. 181.

Bonum cum aliud operatio sit, aliud habitus voluptatis; quæ in naturali habitu constituunt ex accidenti iucundæ sunt. Aristot. ethic. Nicom. cap. 12. char. 181.

Boni alij natura sunt, alij consuetudine, alij doctrina. Aristot. 10. ethic. Nicom. cap. 9. char. 252.

Bona alia honorabilia, alia laudabilia, potentia alia, salubria alia. Aristot. magn. moral. 1. cap. 3. char. 275.

Bona alia prorsus sunt eligibilia, alia non: alia sunt fines, alia non. Aristot. magn. moral. 1. cap. 3. char. 276.

Bona alia sunt in anima, vt virtutes: alia in corpore, vt sanitas: alia externa, vt diuitiæ. Aristot. magn. moral. 1. cap. 3. char. 277.

Bona, quæ sunt in anima, alia sunt prudentia, alia virtus, alia voluptas. Aristot. magn. moral. 1. cap. 3. char. 277.

Bona alia agibilia sunt, alia motu carent, & hæc fortan sunt natura præstantissima, & agibilia; alia, quorum gratia agimus: alia propter illa actione participant. Aristot. moral. eudem. pri. cap. 4. char. 375.

Bona omnia, aut externa sunt, aut in anima posita. Aristot. mora. eud. 2. cap. 1. char. 380.

Bona animi, alia sunt habitus, & potentia, alia operationes, & motus. Aristot. mor. eudem. 2. cap. 1. char. 380.

Bonorum alia simpliciter bona sunt, alia non simpliciter, sed alicui. Aristot. mora. eudem. 7. cap. 2. char. 433.

Bonum aliud in anima est, aliud in corpore, aliud extra. Alex. aphrod. 8. Topic. cap. 2. char. 93. col. 1.

Bonorum alia honorabilia, alia laudabilia, alia potentia, alia vtilia. Alex. aphrod. 4. nat. quæst. cap. 17. char. 19.

Bonorum aliud, quia vltimum, vt sanitas; aliud, vt via ad vltimum, vt venæ incisio. Ammon. in Porph. c. 1. col. 1.

Bonum duplex: aliud supersubstantiale, quod in Deo est, cui bono nihil est contrarium: aliud, quod in nobis spectatur, quod habet malum oppositum. Ammon. in præd. char. 106.

Bonum primum duo perducunt hominem acquirere; vnum, affectuum perturbationumque vacatio: alterum veritas, quorum alterum in actione, alterum in speculatione consistit. Eust. 1. mora. char. 5.

Bonum aliud per se, aliud per accidens. Per se est, quod intra se habet causam, & substantiam, quod sit bonum; vt honestum. Per accidens, quod in se non habet causam, sed in aliquo quodam, ad quod ordinatur secundum aliquod, quod ex ipso sequitur. Alber. magn. in Topic. char. 239. col. 1.

Bonum simplex tres habet conditiones: quod est æternum, quod est verax, quod est primum. Quia est æternum, non quandoque mouet, quandoque non, sed semper. Quia est verax, non mouet per accidens, sed per seipsum. Quia est principium, mouet ita, quod ante ipsum nihil est sibi causa mouendi, & ideo est mouens immobile. Alber. mag. de princ. mot. process. tract. 2. cap. 2. char. 181. col. 4.

Bonum dupliciter accipitur: vel vt perfectum, vt felicitas; vel vt dispositio ad perfectum, & est virtus. Alber. mag. ethic. 1. tract. 1. cap. 5. char. 3. col. 3.

Bonum

Bonum summum tripliciter dicitur; in ordine, comparatione, & quantitate. Summum in ordine oportet, vt sit aliquod coordinatorum in forma boni. Summum in comparatione est, quod maxime accedit ad puram bonitatem, & hoc non simpliciter, sed in comparatione tantum sumitur. Summum in quantitate tripliciter dicitur: scilicet in quantitate discretionis secundum numerum bonorum: in quantitate virtutum, secundum differentiam bonorum, & hoc, vel per additionem, cui omnes differentia boni addita sunt: vel per attributionem, cui omnes omnium bonorum bonitates, vt causæ efficienti formali, & finali tribuuntur excellenter, & eminenter: & sic summum bonum est Deus. Albert. mag. ethic. 1. tract. 2. cap. 4. char. 4. col. 3.

Bonum summum quadrupliciter dicitur; simplex absq; comparatione: secundo in comparatione bonorum ad inuicem: tertio respectu eius, quod primam dicit formalis boni positionem: quarto, in quo stat resolutio bonorum. Alb. mag. ethic. 1. tract. 2. cap. 4. c. 4. col. 4.

Bonum in omni bono secundum suam formam duplex est: secundum actum, & secundum potentiam. Alber. mag. ethic. 2. tract. 2. cap. 6. char. 32. col. 2.

Bonum aliud est propter se, appetibile, vt felicitas. aliud appetibile propter finem. D. Thom. in Perihermen. cap. 5. char. 15.

Bona alia sunt laudabilia, illa scilicet, quæ sunt vtilia in ordine ad finem: alia honorabilia, quæ sunt propter seipsa. D. Thom. 1. de ani. l. 1. tex. 1. c. 1. col. 2.

Bonum dicitur dupliciter. Vno modo, vt aliquid videatur simpliciter, & secundum se bonum, & hoc est bonum secundum rationem finis. Alio modo, vt videatur alicui bonum non secundum se, & simpliciter, sed prout nunc. D. Thom. ethic. 3. l. 1. 3. char. 46. col. 1.

Bonus dicitur dupliciter; secundum actum perfectum, & sic bonus non generat bonum; alio modo secundum inclinationem ad virtutem perfectam, & sic bonus vult generare bonum, quia virtus in semine existens intendit per se generare. D. Thom. 3. politicor. l. 1. c. 43. col. 4.

Bonum hominis duplex est; aliud intrinsecum, & hoc, vel secundum partem inferiorem, vt sanitas, & robur: aliud secundum superiorem, vt scientia, virtus, & huiusmodi: aliud secundum extrinsecam: vt diuitiæ, & honores, quæ sunt bona secundum quid. D. Thom. 5. politic. l. 1. c. 71. col. 2.

Bonum triplex: primum, singulare vniuscuiusque rei; secundum, bonum ordinis: tertium, bonum principij. & bonum vniuscuiusque est propter bonum ordinis: & bonum ordinis propter bonum principij est, quod non est propter aliud: ideo vltimus omnium finis. Alex. de ales. 1. metaph. c. 8. col. 4.

Bonum infra entia triplex est; primo, partis: vt quælibet pars suam habeat bonitatem: secundo, ordinis: vt quælibet pars ad aliam ordinetur; tertio, bonum primi principij, ad quod cætera bona ordinantur. Alex. de Ales. 12. metaph. c. 352. col. 2.

Bonum duobus modis: primo secundum materiam, & sic est idem cum ente: secundo secundum formam, & sic differt ab ente, quia addit rationem appetibilis: & bonum secundum materiam, vel sumitur in communi, vel secundum totam suam formalem latitudinem. Thom. de Vio in prædic. c. 85. col. 2.

Bonum quid est, & in quo est.

Bonitas prima implet omnia secula bonitatibus: sed seculum non omne recipit de ista bonitate, nisi secundum modum suæ potentia. Aristot. de causis prop. 22. char. 994.

Bonum summum, & optimum finis est, ob quem om-

nia alia volumus: nec omnia ob aliud eligimus, si agendum rerum est aliquis finis, qui, si non esset, appetitus noster, esset infinitus vanus, & inanis. Aristot. ethic. 1. cap. 2. char. 4.

Bonum idem, & si & vni homini, & ciuitati idem sit; tamen bonum ciuitatis, & acquirere, & conseruare maius quid, ac diuinius videtur. Aristot. ethic. 1. cap. 2. c. 5.

Bonum si vni soli efficitur, contentus etiam vnusquisque esse potest: sed pulchrius, & diuinius, si genti, & ciuitatibus bonum efficitur. Aristot. ethicorum 1. cap. 2. char. 5.

Bonum summum tale esse debet, vt propriū quoddam sit, & auferri facile nequeat. Aristot. ethic. 1. cap. 5. char. 9.

Bonum dicitur in substantia, qualitate, & ad aliquid. Aristot. ethic. 1. cap. 6. char. 10.

Boni si vna esset idea, vna esset scientia: at non est ita, nam multæ sunt boni scientiæ, vt in bello militaris, in morbo medicina. Aristot. ethic. 1. cap. 6. char. 10.

Bonum in vnoquoque est id, cuius gratia cætera aguntur. Aristot. ethic. 1. cap. 7. char. 12.

Bonus is non est, qui bonis actionibus non delectatur. Aristot. ethic. 1. cap. 8. char. 18.

Bonus, & malus in somno discerni minime potest. Aristot. ethic. 1. cap. 13. char. 27.

Bonus est, qui bene vitur voluptatibus, & doloribus: & qui male, malus. Aristot. ethic. nicom. cap. 3. char. 35.

Bonum proprie sine prudentia esse non potest, nec aliquis prudens sine morali virtute esse potest. Aristot. ethic. nicom. cap. 13. char. 157.

Bonum quoddam, esse voluptatem necesse est. Aristot. 7. ethic. nicom. cap. 13. char. 183.

Bonis omnia, quæ amicis esse debent, insunt. Aristot. 8. ethic. nicom. cap. 3. char. 193.

Bonorum sola est amicitia, in qua nullus calumniæ locus patet. Aristot. 8. ethic. nicom. cap. 4. char. 195.

Bonorum est ne ipsos peccare, nec amicos sinere. Aristot. 8. ethic. nicom. cap. 8. char. 201.

Bonum omne non est in qualitate. Aristot. 10. ethic. nicom. cap. 3. char. 243.

Bonus qui futurus est, honeste educatum esse, & affectum oportet, & in honestis studijs sic viuere, vt nec iniquus, nec sponte praua agat: quod fieret si cum legibus vim habentibus vita traduceretur. Aristot. 10. ethic. nicom. cap. 9. char. 264.

Bonum honorabile est, quod diuinum, quod melius: vt anima mensque est: quod antiquius, vt principium, & id genus. Aristot. mag. mor. 1. cap. 3. char. 275.

Bonum, vt potentia est, vt dominatus, opulencia, robur pulchritudo; quod bene, & male homines vt possunt. Aristot. magn. moral. 1. cap. 3. char. 275.

Bonum salubre est, vt exercitium sanitatis. Aristot. magn. mor. 1. cap. 3. char. 275.

Bonum præstantissimum est habere amicum. Aristot. mor. eudem. 7. cap. 1. char. 430.

Bonus est, qui nature bonis egregie sit instructus. Aristot. mor. eudem. 7. cap. 19. char. 474.

Bonum nihil est, quod est præter naturam. Aristot. politic. 7. cap. 3. char. 720.

Bona existimatio est, ab omnibus virtute præditum iudicari: at huiusmodi aliud habere, quod expectant oēs, aut pleriq; aut boni, aut prudentes. Aristot. rhet. 1. c. 22.

Bonum sit, quod sui causa eligendum est: & cuius causa aliud eligimus: & quod expectant oia, aut omnia sensum habentia, aut mentem, aut si mentem haberet: & quæ mens vnicuique dictauerit. Aristot. rhetor. 1. c. 25.

Bonum vnicuique illud est, quo præsentem bene afficitur, & seipso contentum est: & quod vim habet res tales efficiendi, ac custodiendi; & quod res huiusmodi consequuntur, & quod vim habet res contrarias interimendi, & prohibendi; & quæ cōsequuntur: aut simul, aut posterius consequuntur. Aristot. rhetor. 1. c. 25.

Bonæ sunt adeptiones bonorum, & depulsiões malorum: & pro minore bono maioris adeptio, & pro maiore malo, minoris. Arif. rhetoric. 1. char. 26.

Bona sunt, & iucunda, & honesta; iucunda enim voluptatem efficiendi vim habent: honesta vero alia iucunda sunt, alia per se eligenda sunt. Arif. rhetor. 1. c. 26.

Bona apud omnes sunt, beatitudo, iustitia, fortitudo, temperantia, & aliæ virtutes animi, & corporis. Arif. rhetoric. 1. c. 26.

Bona sunt, diuitiæ, amicitia, honor, facultas dicendi, & agendi, ingenium, memoria, docilitas, solertia, & scientiæ omnes, & artes, & vitæ. Arif. rhetor. 1. c. 26.

Bonum est, cui contrarium est malum; & contrarium eius, quod inimicis prodest: & contrarium ei, quod inimicis volunt; & cuius non est nimium; & cuius multi labores, vel sumptus suscepti sunt, quia iam speciem habet boni. Arif. rhetoric. 1. c. 27.

Bonum finis est, & id, de quo cernitur: & quod multi expetunt, & quod laudabile est; & quod inimici, & prauis laudant: & quod prudentes, aut boni virorum, vel nullum prætulissent: & præeligentia bona sunt, vt inimicis mala, amicis bona; & quæ fieri possunt, quæ, vel facile, vel quæ fiunt, & quæ fiunt, vt volunt. Arif. rhetor. 1. char. 28.

Bona sunt, quæ sunt propria, & quæ nullius, & eximia, quia honor ita suppetit magis. Arif. rhetoric. 1. c. 28.

Bona sunt, quæ ipsis conueniunt; & quæ sibi putant deesse: & quæ ad consiciendum facilia sunt: & in quibus gratificabuntur amicis, aut molestiam inimicis afferunt: & quæ administranda præeliguntur, quos admirantur: & in quibus ingeniosi sunt, & periti. Arif. rhetor. 1. char. 28.

Bonum vnus est, cum ei aliquid sit consequens illud, illud vero nequaquam. Arif. rhetor. 1. char. 29.

Bona maiora sunt, quæ maius ipso bono superant: & quæ maioris boni causa efficiendi habent, & cuius efficiens maius. Arif. rhetoric. 1. char. 30.

Bonum maius est, quod propter se est bonum; eo quod non propter se: & si vnum est finis alterum non finis: & quod minus alijs indiget: & quod sine illo fieri nequit, illud vero sine illo potest: & si sit principium, alterum non sit principium: & si sit causa, a tertium non & ex duobus principijs, vel causis, quod a maiori principio, vel causa, maius est. Arif. rhetor. 1. char. 30.

Bonum maius est, quod rarius est, quam quod copiosum, quia difficilior est: vel vt copiosa raris, quia vsus præstat: & difficiliora facilioribus, quia rariora: & faciliora difficilibus, quia se habent ita, vt volumus: & cuius contrarium maius: & cuius priuatio maior: & virtus non virtute, & vitium non vitio maius, quia illa finis, hæc non finis. Arif. rhetor. 1. char. 31.

Bonum maius est, cuius opus honestum magis sit, aut turpius; & cuius virtutes, aut vitia maiora: & quorum exuperantia magis eligenda, vel magis honesta: & quorum scientiæ honestiores, & magis probæ. Arif. rhetoric. 1. char. 31.

Bonum maius est, quod iudicarent prudentes, aut omnes, aut vulgares, aut plerique, aut optimi; & quod melioribus inest, aut simpliciter, aut vt sunt meliora: & quod melior elegerit. Arif. rhetor. 1. char. 32.

Bonum maius est, quod iucundius est, & quod honestius: & quorum ipsi sibi ipsis, aut amicis causæ esse cupiunt magis: & diuturniora minus diuturnis: & firmitiora minus firmis: & sic ex casibus coniugatis loci sumendi sunt. Arif. rhetor. 1. char. 32.

Bonum maius est, quod omnes eligunt, & quod plures, & quod inimici, aut iudicantes, & quod omnes participant, & quod laudabilis; & cuius honores maiores, & cuius mulctæ maiores; & in partes diuisa maiora videntur, & componere, & conedificare. Aristot. rhetoric. 1. char. 33.

Bona maiora sunt, quæ in maiori necessitate vtilia sunt: & ex duobus, quod est propinquius fini: & possibile impossibile: & quæ ad veritatem, usque ad opinionem pertinent: & quod ad multas res vtilius est. Aristot. rhetoric. 1. char. 34.

Bona maiora sunt, quæ minus molesta, & quæ cum voluptate sunt; & ex duobus, quod eidem adiunctum, maius totum reddit: & quæ non latent cum adsunt, quam quæ latent. Arif. rhetor. 1. char. 35.

Bona, & iucunda sunt, aut iucundorum speciem præferunt, quæ per se ipsos agunt. Arif. rhetor. 1. char. 46.

Bona externa sunt, amici, pecuniæ, possessiones. Aristot. rhetoric. ad Alex. cap. 1. char. 182.

Bonum, quod per se est, non oportet, vt sit per aliud. Arif. 1. de anima. su. 3. cap. 1. tex. 43. c. 599.

Bonum, & malum significant quale in animatis, & maxime in illis, quæ habent electionem. Arif. 5. metaph. cap. 14. tex. 19. c. 105.

Bonum in vniuerso an sit bonum ordinis, an bonum in se; dicendum est esse vtroque modo; quia ita est de vniuerso, vt de exercitu: ibi enim est bonum in ordine, & in duce exercitus, & magis iste; quia bonum ordinis est propter ducem, non contra. Aristot. 1. 2. metaph. su. 3. cap. 1. tex. 52. char. 261.

Bonum magis est in forma quam in materia: & in forma substantiæ magis quam in alia; quia per hanc alia sunt, & substantia simplex, & expers potentia. Alex. Aphrod. 1. nat. quæst. cap. 1. char. 1.

Bonum est primum nostrum familiare, & domesticum, Alex. Aphrod. 2. de anima. cap. 40. char. 51. col. 4.

Bonum non omni supæte natura agendum est; sed partim agendum, partim contemplandum, non agendum, vt in mathematicis, in quibus veritas, quæ bonum quoddam est, vt finis, expetitur. Alex. Aphrod. 2. metaph. vel apud Latin. 3. co. 14. c. 59. col. 1.

Bonum vnum est, & simplex; malum, vltimum est. Simp. in præd. char. 106.

Bona sunt etiam ea, quæ in bonis vltimum locum obtinent. Simp. 1. phy. tex. 80. char. 87. col. 1.

Bona extrema non sunt mala, sed quæ a philosophis necessaria vocantur. Simp. 1. phy. tex. 80. c. 87. col. 1.

Bonum est omne, quod cum conuenienti modo, & mensura sit. Eust. 1. Ethic. cap. 6. char. 31.

Bonum primum illud est, quod omnia bona efficit, & cuius participatione omnia pro rata quoque portione bona appellantur. Eust. 1. Ethic. cap. 6. char. 32.

Bona externa sunt, quæ nec animæ, nec corporis sunt, sed alia præter hæc; vt amici, propinqui, diuitiæ, &c. Eust. 1. Ethic. cap. 6. char. 59.

Bonorum vsus, & non alienatio, est modesta dispensatio: neque honesta, & moderata acceptio, est acquisitio, & possessio absolute, sed ad vsum opportunum facultatum comparatio. ita neque immoderata datio est vsus, sed abiectio: neque immoderata acceptio est acquisitio, sed ad abiiciendum, & profundendum reseruatio. Eust. 3. mor. cap. 1. char. 167.

Bonum quod est, & honestum, immutabile est. A. spaf. 7. ethic. cap. 14. c. 402.

Bonum simpliciter est illud, cui non accidit in sua actione fatigatio. Auer. pri. de celo, tex. 3. c. 45. col. 4.

Bonum quod est pura actio, est bonum; quod mouet alio modo a modo, secundum quem mouent ista bona, quæ quandoque sunt potentia, quandoque actu. Auer. 3. de anima. tex. 51. char. 183. col. 1.

Bonum nihil esse dicitur, nisi per causam finalem. Auer. 2. metaph. tex. com. 8. c. 14.

Bonum in rebus immobilibus esse contingere potest, sed non per se. Auer. 3. metaph. tex. co. 3. char. 20. col. 1.

Bonum, & malum non solum sunt in rebus diuersis numeratis, sed et in partibus eiusdem rei, cū fuerint diuersarum virtutum. Auer. 4. metaph. tex. co. 18. c. 40.

Bonum,

Bonum, & largitas non inueniuntur in rebus, nisi per causam finalem. Auer. 5. metaph. su. 1. tex. co. 3. c. 49.

Bonitas inuenitur in potentis actiuis, & passiuis. Auer. 5. metaph. tex. co. 17. c. 58.

Bonus est ille, qui iudicat in unaquaque re iudicium sanum. Auer. 3. ethic. cap. 4. c. 18. col. 2.

Bonum de præfinitis rebus intelligi potest. Boeth. in lib. de inter. c. 294.

Bonum, & possibilitas nobis in omni operatione practica consideranda est. Alber. mag. de princ. mot. process. trac. 2. cap. 3. c. 182. col. 1.

Bonum summum in vita in sensibilem animam Epicuri ideo retulerunt, quia omnia ad materiam retulerunt. Alb. mag. de caus. & process. vniuer. a cau. 1. l. 1. trac. 1. cap. 2. ch. 186. col. 4.

Bonum, quod omni naturæ est bonum, est participatio diuini intellectus, vt est efficiens, forma, & finis vniuersaliter entis, siue vniuersitatis. Alb. mag. 1. metaph. trac. 2. cap. 5. ch. 60. col. 2.

Bonum, & malum sunt prima principia entis mobilis. Alb. mag. 6. metaph. trac. 3. cap. 1. c. 110. col. 1.

Bonum, quod est causa ordinis, & boni in vniuerso, non potest consistere in duobus principijs: quia duo principia non possunt esse vniuersa. Alb. mag. 1. metaph. trac. 2. cap. 39. c. 162. col. 1.

Boni vltimum, in eodem genere est cum eo, cuius est bonum. Alb. mag. ethic. 1. trac. 1. cap. 5. c. 3. col. 2.

Bonum est, quod vltimam sui perfectionem adeptum est: quia bonum determinatur a fine. Alber. mag. ethic. 1. trac. 2. cap. 1. c. 3. col. 4.

Bonum perfectum non est, quod malitiam habet admixtam. Alb. mag. ethic. 1. trac. 2. cap. 1. c. 3. col. 4.

Bonum est, in quo est appetitus omnium. Alb. mag. ethic. 1. trac. 2. cap. 1. c. 3. col. 4.

Bonum est ab vltima sua perfectione: & vntumquodque bonum est, cum optime potest perficere ea, quæ sunt secundum suam naturam. Alber. mag. ethic. 1. trac. 2. cap. 1. ch. 3. col. 4.

Bonum est vnumquodque in eo, quod est: nam si habet entitatem simplicem, habet bonum in inchoatione: si attingit veritatem perfectionis entitatis per formam, habet bonitatem ad esse in specie determinatam: si habet entitatem per speciem in forma speciei, & consequentibus ad formam perfectam, habet bonitatem perfectam. Alb. mag. ethic. 1. trac. 2. cap. 1. c. 4. col. 1.

Bonum vnum est per se, per quod omnia bona perficiuntur. Alb. mag. ethic. 1. trac. 2. cap. 2. c. 4. col. 1.

Bonum cum sit in multis non equiuocè, necessario est in vno primo, quod causa sit omnium aliorum in bono. Alb. mag. ethic. 1. trac. 2. cap. 3. c. 3. col. 2.

Bonum animæ est in regimine rationis, secundum ordinem omnis virtutis: malum non est aliquid posituum, sed est defectus ordinis. Alb. mag. ethic. 1. trac. 2. cap. 5. char. 5. col. 1.

Bonum omne est, quod a bono est, vt a bono est: & omne, quod est, in quantum est, bonum est: & bonum ad naturam entis pertinet. Alber. mag. ethic. 1. trac. 2. cap. 6. char. 5. col. 3.

Bonum diffusiuum est sui ipsius. Alb. magn. ethic. 1. trac. 2. cap. 6. ch. 5. col. 2.

Bonum civile non perficitur sine communicatione mechanicorum: communicatiua enim sunt, sine quorum communionem ciues beatam vitam ducere non possunt, propter priuationem instrumentorum beatæ vitæ subministrantium, vt pistoria, lanificia, & huiuscemodi. Alber. mag. ethic. 1. trac. 3. cap. 1. c. 5. col. 4.

Bonum per accidens, & vt nunc, est resonantia boni simpliciter, & semper: & ob id tantum mouet appetitum. Alb. mag. ethic. 1. cap. 1. c. 7. col. 2.

Bonum in prima sui communitate definiri non potest. Alb. mag. ethic. 1. trac. 3. cap. 3. c. 7. col. 2.

Bonum commune est in omnibus, & in singulis. Alber. mag. ethic. pri. tract. 3. cap. 14. c. 8. col. 4.

Bona, & iusta, & honesta ita est hominis varia conuersatio, vt non talia ex natura esse videantur, sed lege per voluntatem humanam: nam quod hi iustum dicunt, alij iniustum appellant: & sic de castitate, quod alij castum appellant, alij reputant incestum. Alb. magn. ethic. pri. tract. 4. cap. 2. c. 9. col. 3.

Bonum, & felicitatem non irrationaliter philosophi opinati sunt esse ex his rebus, quæ huius vitæ sunt, & conuersatione humana acquiruntur. Alb. mag. ethic. pri. tract. 4. capit. 2. char. 9. col. 1.

Boni perfectius est, quod secundum se ipsum ex propria natura eligibile est, & persequibile. Albe. magn. ethic. pri. tract. 6. cap. 2. char. 15. col. 3.

Bona exteriora sunt, quæ ab animo hominis non causantur, nec insunt secundum animam. Alb. mag. ethic. pri. tract. 7. cap. 1. c. 19. col. 1.

Bonum circa difficile fit. Alb. mag. ethic. 2. tract. pri. cap. 1. char. 28. col. 3.

Bonum virorum studioforum regulam esse ait Pythagoras, & recte. Alb. mag. ethic. 3. tract. 1. ca. 29. c. 40. c. 3.

Bona exteriora ad ciuiles actus non sunt, nisi vel bona fortuna, vel potentatus, vel honor. Alb. mag. ethic. 4. tract. 2. cap. 2. c. 52. col. 2.

Bonum secundum virtutem perfectum non est, quod in aliqua virtute singulari deficit. Alb. mag. ethic. 4. trac. 2. cap. 3. char. 32. col. 3.

Bonum semper est diffusiuum sui. Alb. magn. ethic. 9. trac. 3. cap. 2. char. 104. col. 2.

Bonitatis communicatio ex amore provenire videtur. D. Tho. pri. metaph. l. 1. te. 1. c. 351.

Bonum, quod habet rationem finis in prosequendo, & malum vitando in multis sunt principia cognitionis, & motus, sicut in omnibus, quæ aguntur propter finem. D. Tho. 5. metaph. l. 1. te. 1. c. 258.

Bonum, & malum, vt designant perfectiones, quæ sunt in rebus, sic verum & falsum designant perfectiones cognitionum. D. Tho. 1. 3. te. 7. c. 423.

Bonum proprie est motiuum appetitus. D. Tho. ethic. 1. trac. 1. c. 1. col. 3.

Bonum finale est, ad quod tendit appetitus vnus cuiuslibet, & vltima perfectio: & prima perfectio se habet per modum formæ: secunda per modum operationis. D. Tho. ethic. pri. l. 1. c. 1. col. 4.

Bonum tanto potius est, quanto ad plura se extendit. D. Tho. ethic. pri. l. 3. ch. 3. col. 3.

Bonum, cuius rei consistit in propria operatione eius. D. Tho. ethic. pri. l. 10. c. 10. col. 3.

Bonum honestum, si sit triste, non potest aliquis continere sustinere. D. T. ethic. pri. l. 6. c. 141. col. 1.

Bonitatis essentiam per se bonum ponebat Plato. D. Tho. ethic. 10. l. 2. c. 169. col. 2.

Bonum rei attenditur in ordine ab finem. D. Tho. 4. politic. l. 1. c. 61. col. 2.

Bonus & studiosus est, cui simpliciter bona sunt bona propter ipsam virtutem. D. Tho. 7. pol. l. 17. c. 115. col. 2.

Bonum est forma, & substantia boni. Alex. de ales. 5. metaph. te. 1. c. 151. col. 3.

Boni vniuersi in hoc est, quod explicentur in hoc mundo inferiori ea, quæ sunt in mundo intelligibili id est in intellectu primi principij: quia totum vniuersum ad hoc bonum assequendum nititur. Alex. de ales. 16. metaph. te. 2. c. 352. col. 3.

Bono quid accidat.

Bonum an sit non solū venit in controuersiam, sed etiā; quod sit maius bonum. Arif. rhetoric. pri. c. 29.

Bonus solus reuera honorandus est. Arif. 4. ethic. c. 3. c. 33.

Bonitas vir prauo amico esse nequit. Aristot. 9. ethic. ad Nicom. cap. 3. ch. 220.

Bono

Bono inesse quendam errorem patet, quia multi ex illorum damna acceperunt; non nulli enim ob diuitias, alij ob fortitudinem periire. Arist. ethic. pri. cap. 3. c. 6.

Bonum vniuersale, nulla scientia, aut facultas considerat. Arist. magn. mor. pri. cap. 2. char. 272.

Bona extrinseca, cum fuerint alicui eximia, deteriore efficiunt. Arist. mag. mora. 2. cap. 4. char. 325.

Bonorum fortunæ mediocris possessio est optima omnium existimanda: facile enim obedit, altoqui difficile est, vt rationi obediat. Aristot. politico. 4. cap. 11. char. 623.

Bona animi quanto magis excedunt, tanto magis vitia. Arist. politic. 7. cap. 1. char. 714.

Boni, antequam quicquam didicerint, ex consuetudine sola bene agunt. Eust. pri. moral. c. 18.

Bono per accidens accidit non esse malum. Boeth. in l. de interp. c. 285.

Bonum nullum est, quod non pulchrius elucescat, si plurimorum notitia comprobetur. Boeth. de syll. hypo. l. 1. char. 606.

Bonum taciturnitate compressum, iam silentio periturum omnes fatentur. Boeth. de syll. hypo. l. 1. ch. 606.

Bonum super id, quod est, non addit, nisi relationem ad finem, & perfectum ad actum. Alber. magn. in præd. ch. 63. col. 1.

Bonum simpliciter duo habet in se: vnum, quod semper est bonum; alterum, quod vbiq; & in omnibus bonum est. Alber. magn. 3. de ani. tracta. 4. cap. 6. char. 47. col. 2.

Bonum cum ente conuertitur. D. Thom. ethic. pri. l. 1. ch. 1. col. 3.

Bonum ignotum non delectat, sed cognitum. D. Thom. ethic. 9. l. 7. c. 160. col. 2.

Bonum particulare, quod sibi videtur bonum, vniuersale que magis eligit. D. Tho. ethic. 10. l. 1. c. 168. col. 3.

Bona communia difficile est tractare sine aliqua iniquitate, vel appropriatione. D. Thom. 6. politico. char. 99. col. 4.

Bonum operatione sequitur bonitate obiecti, siue operarij. D. Tho. 6. politico. l. 1. c. 101. col. 4.

Bonum vtile non est finis; quia est in ordine ad aliud. Alex. de ales. 3. metaph. te. c. 53. col. 1.

Bona vt a Deo, & a fortuna, & casu.

Bona ea sunt a fortuna, in quibus versatur inuidia. Arist. rhetor. pri. c. 24.

Bonorum externorum causa est fortuna, & casus. Arist. politico. 7. cap. 1. c. 715.

Bonum nobis, alijs pro laboribus exhibetur, & augetur. Alex. aphrod. pri. prior. cap. 29. c. 52. col. 4.

Bonum ipsum principaliter in diuina est causa, quam in causatis: & principaliter etiam in æternis quam in corruptibilibus. Simp. 2. de ani. te. 2. c. 23. col. 1.

Bonitas fluens a primo lumine ad totius materiæ illustrationem; a primo fluit in intelligentiam primi ordinis; ab hoc in eam, quæ est secundi, & sic deinceps. Alber. magn. de caus. & proce. vniuers. a caus. prim. l. 1. tract. 4. cap. 6. ch. 196. col. 4.

Bonum diuinum est, omnia ad vnum opus participandum referre. Alber. magn. ethic. prim. tract. 3. capit. 14. char. 9. col. 1.

Bonum diuinum est, quod est bonum genti, & ciuitati. Alb. mag. ethic. pri. tract. 3. cap. 14. c. 9. col. 2.

Bonum, quod appetunt.

Bonum omne per se, & propter suam ipsius naturam finis est. Arist. 3. metaph. su. 2. cap. 1. tex. 3. ch. 42.

Bonum quoddam ars, omnis, & omnis discendi via: actio item, & electio appetere videtur, & ideo bonum id

esse asserunt, quod omnia appetunt. Aristot. ethic. prim. cap. 1. char. 3.

Bonum omne cum altero magis expetendum est quam solum. Arist. 10. ethic. nicom. cap. 2. ch. 241.

Boni alicuius gratia penè oēs operationes nostræ fiunt. Simp. 2. phy. tex. 32. c. 113. col. 1.

Boni non agunt coacti, & si potentiam ad vtrunque obtinent. Simp. 6. phy. tex. 16. ch. 336. col. 2.

Bonum summum omnia suapte natura appetunt. Am. in Por. c. 1. col. 1.

Bonum primum omnia appetunt non secundum esse, vel substantiam, sed secundum quod primum bonum ratio est mouendi appetitum in omnibus bonis. Alb. mag. ethic. 1. trac. 3. cap. 7. ch. 7. col. 3.

Bonum, vt vniuersale, non mouet animal, sed, vt particulare. D. Tho. de ani. motu. l. 4. c. 51. col. 1.

Bonum, quod mouet appetitum, nō semper est bonum secundum rei veritatem, sed sufficit, vt sit bonum apparens. D. Tho. de ani. mot. l. 4. c. 51. col. 2.

Bonum tantum, & quod sub ratione boni cadit, mouet appetitum. Alex. de ales. 1. metaph. c. 3. col. 4.

Bono, quid contrarium.

Bonum nunquam est contrarium bono, quia bonum vniuersale est, malo autem contrarium est, & bonum, & malum. Alb. mag. in prædica. c. 62. col. 2.

Bonorum differentia.

Bonum, & pulchrum differunt, quia bonum semper est in operatione; pulchrum vero in immobilibus est. Arist. 13. metaph. su. 1. cap. 3. ch. 271.

Bonum summum felicitatem esse omnes asserunt: sed aliter sapientes, & vulgus. nam alij voluptatem, vt diuitias & honorem asserunt esse, & sit sære, vt idem de eod. diuersa opinentur: cum enim ægrotant sanitatem; cum pauperes sunt, diuitias, summum bonum putant. Arist. ethic. 1. cap. 4. c. 7.

Bonum alij appetunt, quod reuera bonum est; alij, quod apparens. Arist. 3. ethic. cap. 4. c. 59.

Boni, vt in virtutibus; alij ex habitu, alij ex operatione sunt boni, sic in amicitia: nam, qui in conuictu degunt, mutua consuetudine oblectantur; & bona sibi mutua suppeditant, qui vero dormiunt, vel locis diuisi sunt, non operantur quidem, sed ita affecti sunt, vt amice operentur. Arist. 8. ethic. nicom. cap. 5. c. 196.

Bona animi externis præstantiora sunt. Arist. mora. eudem. 2. cap. 1. c. 380.

Bonum, & malum non dicuntur simpliciter in maiori parte, nisi de accidentibus proueniētib; a formis, quæ sunt in animatis, & præcipue in animalibus rationalibus: & quandoque dicitur bonum, & non bonum de actionibus eius, quod non est rationale, sed raro. Auer. 5. metaph. te. co. 18. c. 60.

Bonum honorabile differt a bono utili: quia honorabile est, quod propter seipsum querimus: vtile propter alterum. Alber. magn. pri. de ani. tracta. 1. cap. 2. char. 1. col. 2.

Boni differentia sunt, honestas, utilitas, & delectabilitas per prius, & posterius. Alber. magn. ethic. pri. tract. 2. cap. 6. ch. 7. col. 2.

Bonum, vt perfectum.

Bonum perfectum sufficiens esse apparet: & dicimus sufficiens non solum ipsi soli, qui vitam solitariam agit, sed parentibus, filijs, & vxori, amicis; & denique ciuib; & tandem id sufficiens est, quod si solum relinquatur, sufficiens, & expetibilem vitam, nulliusq; rei indigam facit, & hanc felicitatem existimamus. Arist. ethic. 1. cap. 7. ch. 13.

Bonum

Bonum humanum efficitur animæ operatio ex virtute: & si plures sunt, ex optima, & perfectissima. & insuper in vita perfecta: nam ver, nec vna hirundo, nec vnus dies facit: & felicem hominem, nec vnus dies, nec breue tempus efficit. Aristot. ethic. pri. cap. 7. char. 15.

Boni prouerbum.

Bona dices à iustis, in prouerbio est. Arist. 9. ethic. Nicom. cap. 12. c. 238.

Bonum honestum, & iucundum non in eodem conuenire inscriptum erat in vestibulo templi in Delo. quod nos non concesserimus: nam felicitas est optima, pulcherrima, & iucundissima. Aristot. 7. Moral. eudem. prim. cap. 1. char. 366.

Bona publica populo diuidere est, vt vas perforatum. Arist. politic. 7. cap. 15. c. 703.

Borago est humida, calida, temperata; ideo boni sanguinis. Albert. magn. de veget. & plant. l. 6. tract. 2. cap. 3. char. 163. col. 2.

Borax species est buffonis, quod fusci est coloris. maximum ita, vt in terris calidis sit cubitalis, partum suum super dorsum aliquando portat: portat in fronte lapidem, pro quo occiditur, & est diuersorum colorum, & albus est melior. de nocte exit, & rutam odit, vt, & alia venenosa. Albert. magn. de animalibus. 26. char. 204. col. 1.

Borax dicitur lapis, qui extrahitur a buffone: est albus, & alius est niger. si extrahitur viuo buffoni, habet in medio oculum, quasi ceruleum. glutitus sordes intestinorum, & superfluitates expurgat. Alb. mag. 2. de miner. tract. 2. cap. 2. char. 139. col. 3.

Boreas spirat ab Vrfa, Auster a Meridie. Arist. meteor. 2. su. 2. cap. 1. 512.

Boreas, & Apartias spirat ab Vrfa cui contrarius est Notus. Arist. meteor. 2. su. 2. cap. 13. char. 519.

Boreas cum cessat, dicimus Austum surgere, quia Boreas est prope nostram habitabilem terræ partem, & Auster e longinquo ad nos deuenit. Aristot. problem. sect. 26. q. 43. char. 591.

Bos etiam annicula peperit, vt educari, & augeri potuerit. Arist. de hist. anim. 5. cap. 13. char. 162.

Boum quoddam genus suo in corde ossiculum continere aiunt, quod peculiare est. Aristot. de histor. animal. 2. cap. 15. char. 59.

Boues circa termam paucis ante partum diebus lacte carent: reliquo tempore habent perpetuo. Aristot. de histor. animal. 3. cap. 21. char. 104.

Bos vno initu implet, & agit vehementer, ita vt femina vix tolerans succumbat: & si forte conceptio pererrauerit, vicefimum post diem marem foemina recipit. Arist. de hist. animal. 6. cap. 21. char. 232.

Boues seniores nec sepius eandem foeminam eodem superueniunt die, nisi ex interuallo, vt iuniores eandem sepius cogunt, & pluries petunt, ac superueniunt vigore ætatis suæ. Arist. de hist. anim. 6. cap. 22. c. 233.

Bos inter mares minime salax est, coit qui vicerit. cumque is venere iam debilitatus languerit, aggreditur victus languentem, & plerumque superat. Aristot. de histor. animal. 6. cap. 21. char. 233.

Boues tum mares tum foemina coire etatis anno primo peracto incipiunt, quoad facultas sit procreandi: sed (quod magna ex parte fit) vel anniculi, vel nati octauum mensem venerem adeunt: sed quod maxime confessum habemus, bimatu generant. Ferunt vterum menses nouem, decimo pariunt. At qui tempus hoc præcurrerit, non viuunt: imperfectam enim vngulam habent, singulos pariunt, geminos raro, quam diu viuunt, & coire, & parere solent. Aristot. de hist. ani. 6. cap. 21. char. 233.

Bos dentes binos amittit, nec vniuersos, vt equus. Arist. de hist. ani. 6. cap. 21. c. 233.

Boues, & fruge, & herba vescuntur, pinguescuntque ijs, quæ flatum cient, vt eruo, & faba, freffa, atque fabarum herba, seniores si cute incisa spiritum adigas, deinde præbeas pabulum, pingues facies. Arist. de histo. ani. 5. cap. 7. c. 283.

Boum cornua, si liniantur cera aut oleo, vel pice, dolores pedum non sentiunt. Arist. de histor. ani. 5. cap. 7. char. 283.

Boues aquam claram bibere gestiunt; equi, & camelli turbulentam, & crassam suauius bibunt, & possunt vsque ad quatuor dies tolerare sitim. Arist. de histor. anim. 8. cap. 8. c. 284.

Boues gregales duobus morbis tentantur: podagra, & struma, podagra pedes intumescunt, & vngulas amittunt, valent melius cornibus pice calida illitis, & hoc morbo non moriuntur. Aristot. de histor. anima. 8. cap. 23. c. 304.

Bouis struma idem est ac febris in hominibus, indicium mali est, vt aures demissa flaucant, & comedere nequeant, breuique moriuntur, & apertis pulmo inspicitur putris. Arist. de hist. ani. 8. cap. 23. c. 304.

Boues in Syria fleunt nodos spatularum, & cameli. Arist. de hist. ani. cap. 23. c. 304.

Boues & oues in Aegypto maiores fiunt quam in Græcia; aliqua minora, vt canes, lupilepores, vulpes, cerui, accipitres, aliqua magnitudine pari, vt coturnices, capræ. Arist. de hist. ani. 8. cap. 28. c. 309.

Boues pascunt per societates, & consuetudines: & si quis aberrauit, reliqui sequuntur. Arist. de hist. ani. 8. capit. 4. char. 321.

Bos, si castratus de recenti ineat, procreare potest. Arist. de hist. ani. 9. cap. 50. c. 378.

Boues syluestres Pgoniæ longe maiores quam in alijs locis reperiri legitur. Arist. de admir. aud. 125. c. 268.

Bos est animal notum, & si non castratur, ferox est maxime cum fuerit prouocatus. Alb. mag. de ani. 22. trac. 2. cap. 1. c. 174. col. 4.

Brachij partes sunt, lacertus agilis, gibber, cubitus, manus. Arist. de hist. ani. pri. cap. 15. c. 25.

Brachij, & digitorum omnium inflexus agitur in interiora, & brachij nodus gibberum vocatur, brachiale vero manus nodus. Arist. de hist. ani. pri. cap. 15. c. 26.

Brachiorum flexus homini, tum ad cibum admoendum tum ad ceteros vsus, contra quæ quadrupedum generi aguntur: illis namque introrsus poplites flecti necesse est, vt ad gressum utiles sint. Arist. de partib. ani. 4. cap. 10. char. 535.

Brachium in quatuor diuiditur membra, quorum fortius, & superius, in quo consistit robur vocatur adiutorium: quia in eius virtute omnis robur consistit operationum. secundum est, quod est a cubitu, & appellatur brachium. tertium est, quod est initium strictæ manus. quartum est manus cum suis partibus, quæ sunt pecten, vel vola manus, & digiti. Alber. magn. de ani. pri. tract. 2. cap. 12. c. 13. col. 1.

Brachij adiutorium non habet nisi vnum os forte rotundum, & curuum aliquantulum. Vnum ne virtus in plures diuisa debilitetur. Forte, quia multa immediate, & mediate colligare, confortare, & sustentare debet. Rotundum, vt a nocuentis sit tutius. Curuum, propter duas causas; vt contineat melius magnitudinem musculi, & multitudinem neruorum, quæ melius in curuo quam in recto absconduntur, & firmius locantur. Alia est, vt per hanc figuram melius subducatur se a nocuentis, & melius corpus amplexetur, & stringat quod est stringendum, & manus cum manu applicetur. Alb. mag. de ani. pri. tract. 2. cap. 12. ch. 13. col. 1.

Brachium ex duobus componitur ossibus sibi per longitudinem coniunctis, quæ harundines vocantur, & superio-

superior est minor, quia nihil portat: alia inferior. & sunt curvæ propter eandem causam, ob quam est adiutorium brachij; & mediante superiori fit motus con- torquens, & resupinans brachium: medio autem inferioris fit motus ad domesticum corporis, cum amplexatur, & ad sylvestre, cum rejicit aliquid, & repellit. Alb. mag. de ani. 1. trac. 2. cap. 12. ch. 13. col. 2.

Brachij adiutorio deseruientes musculi sunt numero mul- ti: & tres a pectore venientes mouent spatulæ iuncturam, & adiutorium inclinant ad inferiora: vnus, qui oritur a mamilla, & protenditur ad antecedentem adiutorij partem, qui applicat ipsum adiutorium, & pectus, & hoc motu sequitur cum spatula vnus, qui a sup-remo thoracis nascitur, & musculus duplus magnus a toto thorace exortus, & cum inferiore parte adiutorij affixus cum villo operans, qui est super adiuto-rium applicat ad pectus cum clausura, & cum illa parte inferioris villi facit ipsum ad inferiora descendere, & operando cum ambobus directe applicat ipsum pe-ctori. Duo autem, qui nascuntur a parte ilij vnus ma- gnus ueniens a parte ilij, & a costis posterioribus, tra- hit adiutorium ad costas posteriores directe: & alius tenuis potius a cute ilij exortus adiuuat dictos motus. Alb. mag. de ani. 1. trac. 2. cap. 15. c. 15. col. 1.

Brachij adiutorium mouentes musculi multi sunt: inter alios quinque, qui nascuntur ab esse spatulæ, quorum vnus implet villis id, quod est inter spatulam, & co- stam superiorem, & pertingit ad superiorem partem capitis adiutorij sylvestrem girans, parumque ad do- mesticum. aliorum duorum origo est a latere superio- ri spatulæ, quorum vnus est maior alio, & continuatur cum capite adiutorij ex parte sylvestri. alter est quasi pars eius, & penetrat cum eo, & eius perficit ope- rationem; Quartus musculus replet concuum spa- tulæ, cuius corda uenit ad inferiores partes lateris, & eius operatio est, vt adiutorium posterius moueatur. Alius est, qui uenit ab interiori latere spatulæ, cuius corda continuatur cum corda magni, quod ab illo a- scendit, & trahit supremum capitis adiutorij ad poste- riora. Venit etiam alius sub furcula, & a collo, & glu- tit nodum adiutorij, & dicitur hic duo capita habere, & duas operationes, perficere insuper communem ope- rationem. Et his quidam duos alios musculos addit; paruum, qui uenit a mamilla; & alium, qui in spatulæ iunctura est sepultus, & cum hoc dicitur cubiti muscu- lum habere communitatem. Alb. mag. de ani. 1. trac. 2. cap. 15. char. 15. col. 1.

Brachij musculi constringentes unum par trahit cubitum ad interiora cum aliqua eius declinatione. origo eius est a margine spatulæ cartilaginosa interiori, & a ro- stro corui: secundum par trahit cum declinatione ad exteriora, eo quod eius ortus est a manifesto adiuto- rij posterius. Alber. magn. de anima. 1. trac. 2. cap. 15. char. 15. col. 1.

Brachium iacere facientes musculi sunt par unum, cuius vnus positus est in exteriori focillium, & obuiat focilli superiori: alter elongatum subtile nascitur a superiori adiutorij parte ab eo, quod sequitur eius. manifestum: & maior pars eius uadit in focilia, & fere usque ad ras- cetam protenditur, & uenit ad partem oculatam foci- lis superioris, & continuatur cum eo corda pannicu- laris. Albert. magn. de animalib. pri. trac. 2. cap. 15. char. 15. col. 1.

Brachium girantes musculi sunt par unum positum ex- terius, cuius vnus musculus incipit a suprema adiuto- rij domestica parte capitis adiutorij, & continuatur cum superiore focilli sub iunctura rascetæ: alter est ma- gis curuus ipso, & eius villus ad latitudinem est decli- uis, & eius extremitas est plus neruosa, & incipit ab ip- somet superiori focilli, & uadit super extremitatē eius superiorem vsque ad rascetæ iuncturam. Alber. magn.

de animalib. pri. trac. 2. cap. 15. char. 15. col. 1.

Brachij adiutorij, & manus extensio vsque ad genu, vel per quatuor digitos, minus fortes, sed humiles osten- dit homines: at cum ad femur definit, vel parum ante, maleuolos homines declarat & inuidos. Alb. mag. de ani. 1. trac. 2. cap. 15. c. 23. col. 2.

Branchias soli pisces habent, & alij intestas, alij detectas, alij multas, alij paucas, alij duplices, alij simplices. Ari- de part. anim. 4. cap. 13. ch. 554.

Branchiarum multitudo est ob caloris copiam. Arist. de partib. anim. 4. cap. 13. ch. 554.

Branchijs carent delphini, & balene, & reliquum cera- rium genus, sed fistulam pulmonis refrigerandi causa habent. Arist. de part. ani. 4. cap. 13. ch. 556.

Branchiarum paucitas, & multitudo in piscibus est cali- ditas cordis. Albert. magn. de anim. 14. trac. 2. cap. 7. char. 12. col. 1.

Branchiæ sunt instrumentum, per quod attrahitur aqua ad refrigerationē cordis. Pet. de Auer. de iuuent. sen. vit. mor. & respir. lec. 12. ch. 76. col. 1.

Braslica sedat crapulam, quia succum dulcē, & discutien- tem habet. Arist. proble. sec. 3. q. 16. ch. 372.

Breuitas alia est rei, alia orationis. Breuitatem rei res ip- sa facit: orationis vero fit artificio, dictione, figura, membris, clausula, compositione, & numero. Vnde multa breuiter, & pauca proluxe dicere ualemus: nam breuitas nil aliud est quam res ipsa tantummodo uerbis necessarijs expedita. Dan. Bar. 3. rhetor. cap. 25. c. 192.

Bruchi eodem modo, vt locustæ, pariunt: & cum pepere rint, moriuntur, & eorum oua intereunt aquis autum- nalibus, cū nimis inceserint: at sicco autumno largior ipsorum prouentus. Ari. de hist. ani. 5. cap. 29. c. 187.

Bruchus uermis est minor quam adiecta niger, & est pri- mus partus locustæ; & cum efficitur maior, uocatur Archalabus, & cum perficitur, est locusta. Alber. mag. de ani. 26. ch. 204. col. 1.

Bruta hominibus sunt demēiora, & inter homines pue- ri uiris, & inter uiros pomiliones mente deficiunt, quamquam uiribus alijs forte ualeant. Arist. de partib. ani. 4. cap. 40. ch. 533.

Bruta nihil operantur, nisi per iram, & concupiscētiam. Alb. mag. ethic. 7. trac. 2. cap. 14. c. 38. col. 2.

Bubalus est niger in corpore suo minimorum pilorum, ita vt in cauda quasi nullos habeat pilos. caput paruū habet respectu sui corporis: cornua uersus domesticū incuruata, & trahit onus fere duorum equorum. Bre- uia habet crura, ualde spissa, fortia, & caseus lactis eius est ualde solidus, terrestris. Vitulum alterius vacce, ni si stercore suo leuiatur, non lactat. Est ualde iracūdis, & propter iram mergitur in aquā usque ad os, vt re- frigeret calorem sanguinis concitati. Abominatur co- lorem rubeum: & cocodrillum inimicum habet. Alb. mag. de ani. 2. trac. 1. cap. 3. c. 30. col. 2.

Bubalus est animal generis bouini maius quam bos: cor- nua habet longa nigra, & valliculosa, vt capra. caput paruū respectu sui corporis. omnis eius defensio est in fixatione uingularum, & conculcat ea, quibus nocet. Nigrum circulo posito in naribus circumfertur, & trahit fere ad uices duorum equorum pondera. Rubi- cundum coorem persequitur. Albert. mag. de ani. 22. trac. 2. cap. 1. ch. 174. col. 3.

Bubo est auis de genere noctuæ, inter omnes aues maio- ris aperturæ oculorum: nocte uenatur, & die antra quærit. Alb. mag. de ani. 23. cap. 1. c. 186. col. 1.

Buffo est uermis quadrupes, vt rana in figura, sed cine- rei coloris, & spississimæ pellis, ita quod magnū spissi- tudine, & viscositate pellis euadit ictum: & est morsus eius uenenosus, vt serpentis secundi ordinis, & come- dit herbas, & lubricos, & comeditur a talpa. Alb. mag. de ani. 20. ch. 204. col. 2.

Bullitio fit, cum inflatur humidum a calido: eleuatur enim,

enim, quoniam fit amplior moles. Aristot. de iuuent. sen. vit. mor. & respir. cap. 13. c. 325.

Bullitio fit, cum calidum agit in humidum, & resouit in spiritum, qui mouetur ad exterius. Pet. de Auer. de iuu. sen. mor. vit. & respir. l. 18. c. 81. col. 3.

Bullitionis motus cessat, cum humidum est eleuatum vs- que ad orificium uasis. Pet. de Auer. de iuue. sen. mor. vit. & respir. l. 18. c. 81. col. 3.

Buteo hostis est ranæ, & rubet, & anguis est: rapit enim eas, & exedit. Arist. de hist. ani. 9. cap. 1. char. 317.

Buteus uocatur auis, rapax, subnigra pigri uolatus, vncor- num uingium, cuius rostri, fere quantitatis milui, ranas uenatur, mures, & auiculas pigras. Albe. magn. de ani. 23. cap. 1. ch. 196. col. 1.

Butorius est auis similis ardeæ in figura, & quantitate, sed colore dissimilis, quia est coloris terræ, collum ha- bet longum, & tempore luxuriæ strepit horride sicut cum cornu. Alb. mag. de ani. 23. c. 186. col. 1.

Buxi odor similis est odori hominis, cum sanus est, nisi quod acutior in buxo est. Alb. Magn. de veget. 6. trac. 1. cap. 9. c. 153. col. 1.

Byzantij, cum pecuniarum indigerent, loca sacra publi- cauerunt, & uendiderunt fructuosa ad certum tem- pus, & nullum ferentia fructum in perpetuum, & idem de rebus fodalibus, & quæ tributorum propria erant, & ipsis fodalibus alia publica pretio addixerūt

& loca in foro ubi quæque quid quis uenderet: nec non ex mari piscationē, & omnem ex salis uenditione pro- uentum, & loca ubi, & præstigiatorum ostentatores, & qui diuini appellantur, & pharmacopolæ, & alij gene- ris homines suas artes exercentes tertiæ partis eius, quod in ipsis conficeretur, tributo onerant. Ius uero commutandæ pecuniæ uni mensæ addixerūt, alias autem, aut alteri uendere, aut emere ab altero nemo prorsus poterat, alio qui illis ipsis multabatur bonis. Arist. economic. 3. 804.

Byzantij in pecuniarum indigentia, & si ciues esse non possent, qui ex matre, & parte ciue oriundi nō essent: tamen, si quis ex uno tantum vel parte ciue vel matre tantum tricenas minas conferret, cuius existeret, sta- tuerunt. Arist. economic. 2. ch. 805.

Byzantij cum & pecuniarum, & annonæ indigentia pre- merentur, nauigia, quæ ex Ponto uenerant, deduxe- runt in portum: quum autem post aliquod tēpus mer- catores molestius eam rem ferrent, vsuras illis deci- mas pro tributo posuere, ementibus autem quidpiam id oneris imposuerunt, vt decimam partem seorsum a pretio penderent. & cum inquilini nonnulli possessio- nes seore obligatas haberēt, soluendoq; non essent, statuerunt, vt quicumque tertiā seore partem attu- lisset, omni obligatione solutus proprium ius possi- dendum retineret. Arist. economic. 2. char. 805.



C

ADERE cur solent, qui præter consuetudinē circum agūtur? quia per motum illū spiritus animalis perturbatus, & cū humoribus cōfusus, ineptus redditur ad suscipiēdum animæ facultatem. Alex. aphrod. problem. pri. 131. c. 716. Cadere homo dicitur, quia solus homo est animal rectæ staturæ. D. Thom. de

som. & vig. l. 6. c. 38. col. 1. Caducorum, & dissipabilium rerum, nisi eorum mentio facta fuerit vniuersaliter, non fieri potest demonstratio, nec scientia, nec definitio. Them. in pri. post. cap. 19. char. 4. col. 4. Cæbas simia gerens caudam est. Aristot. de hist. anim. 2. cap. 8. char. 48. Cæbi simiæ species caudam habent: & partes interiores humanis similes simiarum genera omnia habent. Arist. de hist. anim. 7. cap. 9. ch. 50. Cæcias flat ab Oriente & Australi parte, cui contrarius est Libycus. Arist. met. 2. su. 2. cap. 13. ch. 521. Cæcias non est serenus, quia non reflectitur in seipsum: unde proverbium: trahens ad seipsum, vt Cæcias nubem. Arist. met. 2. su. 2. cap. 13. char. 521. Cæci a natiuitate prudentiores sunt mutis, & surdis a natiuitate. Arist. de sens. & sen. cap. 1. char. 5. Cæci ab ortu natura non fiunt calui, quia humor, cum redundat in capite, oculos vehementer infestat, ideo quibus fluxiones oculos vrgent, venas temporum ferro candente medici tangunt: & sic, cum ad oculos humor tendat, minus humoris in caluaria ob id ipsum consistit, & cum capillus proueniat a materia inutili (quæ in cæcis a natiuitate large redundat) merito nunquam fiunt calui. Arist. probl. sec. 31. q. 5. c. 630. Cæcus inscriptus lapidibus inuenitur, habens serpentem in dorso, & tubam magnam: & dicitur conferre scelicitatem in terra, & mari, & prudentiam. Alb. magn. 1. de mineral. tract. 3. cap. 5. c. 143. col. 2. Cæpa sola inter acria cur mordere oculos possit? quia acrium genus discrimine euariat numerofo. Ari. problem. sec. 20. q. 21. char. 535. Cæpa, pulegium, & lilium, cur suspensa solstitij tempore florent? quia inest in his alimentum crudum, quod vt hyeme concoqui ex frigore nequit, sic Solstitio ex calore concoquens auget. Arist. probl. sec. 20. q. 22. c. 535. Cæpa est incisua, & sriptica, & amara; intellectui nocet, quia generat multum humorem. Alber. magn. de veg. et plan. l. 6. tract. 2. cap. 4. c. 163. col. 3. Cafezacus serpens est paruus, in arboribus se occultans, inijcit se transeuntibus: est rubeus: morsus eius serpit per totum corpus, et occidit. est ordinis primi. Alb. magn. de animalib. l. 25. c. 201. col. 3. Cahab animal marinum est, paruus pedes habens respectu sui corporis: vnum tantum habet longum, quo vt manibus vitur, et per seipsum eradicat herbas, et ori suo porrigit cibum. pedes de cartilagine habet ad formam vituli, et spirat. Alber. magn. de animalib. l. 24. cap. 1. char. 197. col. 2. Caladrius est auis tota alba, in Persica regione habitans; de qua dicitur quod si allata infirmo ipsum aspiciat, sanatur infirmus, alioquin moritur. Alber. mag. de ani. l. 23. char. 186. col. 2. Calamentum lepræ confert, non tantum incisione, sed etiam subtiliatione; extrahit ex pectore humores gros-

fos cum ficibus commistum, & hydropis confert. Alb. mag. de veg. l. 6. trac. 2. cap. 4. c. 164. col. 2. Calamitates, vt alię in vita sunt magni momenti, alię parui, sic quæ amicis accident. At in singulis calamitatibus ea est differentia, an viuētibus, an mortuis accidant. Arist. 1. ethic. cap. 1. 1. ch. 24. Calamus aromaticus est in genere arundinum. nascitur in India, & Aethiopia sub cancro, & interius habet pellem subtilem, vt aranearum telæ, & qui plus ex his telis habet, nobilior est. Eius cortex, & radix alopeciaz, & abstergūt fordes, & nitidam faciunt pellem. Alb. mag. de veg. l. 6. trac. 1. cap. 15. c. 154. col. 3. Calandris Alaudæ voce, & figura per omnia similis est, sed quantitate maior, voce altiori, & grossiori, & est multum sonora. Albert. magn. de animal. l. 2. cap. 1. char. 186. col. 3. Calcaneus omnium animalium notorum nobis rectus est, nusquam incuruatus. Albert. magn. de animal. trac. 1. cap. 2. char. 30. col. 2. Calcaphanos est lapis nigri coloris, vocem clarificans, & raucedini medetur. Alber. magn. de miner. ex trac. 2. cap. 3. c. 139. col. 3. Calcidonius lapis est pallidus, fuscus, aliquantulum obscurus. si perforatur, & cum lapide, qui Eineris dicitur, collo suspendatur, valet contra illusiones phantasticas ex melancholia ortas, facit vincere causas, & corporis virtutes conseruat. Alber. mag. in 2. de miner. ex trac. 2. cap. 3. char. 139. col. 3. Calculi cur pueris in vesica nascuntur, senibus in renibus? quoniam renes puerorum meatus continent perangustos. hinc enim terrena, & crassa permanens materia, per renes vi arctioris meatus, ab urina, & renibus canaliculatisque conceptaculis propehitur ad vesicam. hæc locum præ sua amplitudine dat, tum excernendi, qua affluit urina, tum consistendi, qua materia subsidet calculi. At seniorum renes, quod meatus sunt ampliori, locum urinæ affluendi præbere possunt, & terrenæ materiæ subsidendi, & concreseendi. Colore autem calculi, quæ nam materia sit, quæ peperit, cognosci potest. Alexand. aphrod. problem. 1. 109. char. 706. Calculus cum per calorem consistat, cur ad resoluendum calculum, calidis, & non frigidis utimur? quia calidis fit, vt in arenam conuertatur: sed fieri etiam potest, vt per frigidam potionem calculus expellatur. Alexand. aphrod. probl. pri. 110. char. 706. Calculosi cur senes, & pueri magis sunt, quam ætate prouecti? pueri, vt edaciores; senes, vt frigidiores, multa per cruditatem colligunt excrementa. Alex. aphrod. problem. 2. 44. char. 739. Calculum cur in sua vesica sceminæ omnes lentè concipiunt? quoniam ceruicem vesicæ ampliolem habent, quam mares. Alex. aphrod. probl. 2. 51. ch. 741.

Caliditatis diuisio.

Calida quæ sunt, aut calorem externum continent, aut proprium, quod multum refert. Aristotel. de partib. animal. 2. cap. 1. char. 429. Calidum, aliud per se, aliud per accidens, aliud potentia, aliud actu; & aliud hoc modo, quod tactum amplius calefaciat; aliud, quod flammam excitet, atque igniat. Arist. de part. anima. 2. cap. 1. char. 430. Caliditas, alia naturalis, alia aduentitia. Simplic. in prædic. quæst. 62. Caliditas, vt disponit qualitercunque subiecta, dicitur dispositio; vt permanenter disponit, habitus; vt ab agenti superficieretur fit, passio dicitur; vt intrinsecus, & permanenter fit passio, dicitur passiuæ qualitas. Simp. in præd. q. 67. Calor duplex: extraneus, qui est in causa corruptio-

nis: &

naturalis, qui est in causa generationis. Auer. meteor. 4. c. 210. col. 4. Calor, quo eleuatur vapor, duplex est; Solis scilicet eleuando omnem vaporem, & loci disgregando, & inflammando eleuatum. Solis calor est adurens, & euocans. adurens duabus dicitur causis: prima est directa suppositio vel fere directa, Sole existente in signis æstivalibus. Alb. Magn. de pass. aer. c. 117. col. 3. Calidum tripliciter dici potest. Primo, quod calefacit illud, quod tangitur ab eo, vel ei appropinquatur, vt ignis. Secundo, quod licet vicinanti non immutat, alterando ad speciem caloris; tamen in tactu animalis habentis sensum tactus, sensum manifeste immutat: & hoc est, quod excedit in calore calorem carnis, in quo est tactus, cum organum tactus tangit. Tertio, quod secundum actuale calorem, quem habet, siue essentialiter; siue accidentaliter habeat, qualemcunque caloris facit sensum, quamuis sit debilis sensus, & non multum manifestus; & sic loquimur de calido, qui per formam proprii caloris agit in corpora sibi coniuncta, vel in sensum. Alb. magn. de animalib. l. 12. tract. 1. cap. 3. c. 102. col. 2. Calidius aliquid alio dicitur, cum duo proposita, vnam habet æqualem; & æqualiter acutam; & intensam caliditatis formam, sed est maius in quantitate quam aliud: vt multa aqua calida calidior est pauca. Alio modo illud est calidius, quod cum calefit; tardius infri-gidatur, quam aliud; vt lapis calidus calidior est aqua calida: aut, quod citius calefit; quia est magis susceptibile caloris, & sic tenue spisso calidius est, quia citius calorem suscipit. Alber. Mag. de animalib. l. 12. trac. 1. cap. 3. c. 102. col. 3. Calidum aliquid esse potest essentialiter, & accidentaliter, & forte nil prohibet, quod calidum accidentale magis immutet sensum quam calidum essentialiter, & calidum essentialiter semper calidius est accidentali. Albi Mag. de ani. l. 11. tract. 1. cap. 3. c. 102. col. 4.

Caliditas quid est.

Calidum est, quod congregat ea, quæ sunt eiusdem generis. Arist. 7. de gen. & cor. su. 1. ca. 1. tex. 8. c. 25. Calidum est quædam sensus passio. Arist. meteor. prim. sum. prim. cap. 4. tex. 1. char. 458. Calor est, qui vim obtinet augendi. Aristot. de partibus anim. 3. cap. 6. char. 485. Calidius dicitur id, quod ampliolem inuehit sensum, cū tangitur, non sine dolore, & quod rei liquabilis liquatius, & rei cremabilis cremantius est: & si alterū plus, & alterum minus sit, quod plus, est hoc altero, quod minus, calidius est; & quod de duobus non cito, sed lente frigescit, id calidius est: & quod citius calefit, eo, quod lentius, calidiori natura est. Aristot. de part. ani. 2. cap. 1. c. 428. Calidum est congregatiuum, homogeneorum, disgregatiuum eterogeneorum. Alexan. aphrod. 4. meteor. cap. co. 1. c. 91. col. 1. Calidum omne non est ignis, sed, quod summe calidū est, ignis est. Io. Gramma. in 2. de gener. & corruptio. tex. 46. co. 35. c. 134. Calor in igne, si est differentia substantialis, tunc composita habebūt definitiones ignis; calor componitur ex substantia, & qualitate, vel ex substantia, & accidenti, & erunt vnum actu. si duo potentia, ergo non est forma substantialis. Auer. in 8. meta. tex. co. 5. c. 100. Calor est accidēs naturale, & proprietas naturalis ignis. Alb. Mag. in prædicamen. c. 61. c. 3. Calores ex corporibus celestibus in hæc inferiora generari duplex est causa: motus, & lumen. D. Thom. in 2. de coelo. l. 10. tex. 43. c. 40. col. 1. Calor, qui fit a corporibus celestibus, est quasi insensibi-

lis ad rationem caloris, qui fit a Sole. D. Tho. in prim. meteor. l. 5. c. 111.

Calidi proprietates.

Calidum omne secundum naturam natum est sursum ferri. Arist. meteor. pri. su. 2. cap. 13. c. 461. Calor vim, tum cogendi, tum liquandi habet: quæ igitur aquæ vnius sunt, frigore coguntur: quæ terræ igne calida etiam indurantur frigore, celeri, atque irrefolubili concretu, quæ terram potius præferunt: leuius autem, quæ aquam. Arist. de part. anim. 2. cap. 2. char. 430. Calor vim obtinet augendi. Aristotel. de gener. anim. 5. cap. 8. char. 289. Calidum attrahit, & struit nutrimentum, leue quidem attrahit, amarum autem, & salsum relinquit propter grauedinem. Arist. de sen. & sen. cap. 4. c. 17. Calor trepidantibus loca petit superiora, ita pudore affectis petit faciem. Aristotel. problem. sect. 11. q. 32. char. 462. Calida cur in Sole magis refrigerantur, quam in umbra? quia in umbra frigus circumfundens calorem interiori reprimit, nec fluere sinit quod idem moribus dis aqua effusa frigida aduehit: quippe quæ calorem concludat, & arceat, ne foras se promat, denique per hyemem omnibus accidit calidiorum suam esse partē interiorē. At in Sole vi nulla arceante, effluit, & ocys euanescit. Arist. probl. sec. 24. q. 13. char. 570. Calor ad omnes dolores, vel ad plures, est adiumento. Arist. probl. sec. 27. q. 9. c. 603. Caloris via in operibus nature est comparatione ad artem facta: sed in hoc differt, quia ars utitur calore, vt instrumentum: natura vero, & vt instrumentum, & vt materia, quod contra Alchimistas est. Aristot. de spiritu, cap. 4. char. 909. Calida omnia, cum sint tenuissimarum partium, ideo leuia sunt, contra frigida, cum sint partium grossiorū, ideo grauiora. Simpl. in primo de coelo, tex. 11. co. 11. char. 6. col. 4. Calefaciens omne non est ignis. Auer. 1. de celo. tex. 19. char. 8. col. 4. Caliditas, & siccitas in summo sunt in igne. Auer. 3. de coelo. tex. 67. c. 105. col. 2. Calor necessario est forma transmutans materiam ad recipiēdum aliquam formam, & separare faciens primam: sed respectu corporis corrupti, est extraneus: respectu generati est naturalis. Auer. meteor. 4. char. 210. col. 4. Caloris est transmutare partes siccas, congelatas, & ingrossatas rei ad uaporem humidum omnes, vel quasdam: & congregare cum hoc frigiditatem inter compositum, & transmutantur ille partes in aquam, velo ceter. & si, prouenit operatio ad corpus compositum, in omnes suas partes, fluit, & distillat: & si prouenit in quasdam eius partes, mollificatur, & humescit. Auer. meteor. 4. char. 211. col. 4. Calor mutat rem humidam, cum non admiscetur in eo siccitas. Auer. meteor. 4. tex. 20. ch. 215. col. 3. Calidum aliquid uno respectu esse, & frigidū alio respectu, non est inconueniens: vt sanguinem esse calidum, & humidū natura, & intra corpus, extra uero, & per accidēs frigidum, & siccum. Auer. de part. ani. 2. cap. 2. char. 70. Calidiora quædam reperiri concedunt Medici, cum tamen in relatione corporis humani sint frigidiora: vt vinum nouum, quod calidius est antiquo, calidius tamen est antiquum respectu corporis humani. Auer. de gen. ani. 3. cap. 1. ch. 231. col. 2. Calidi est denigrare substantiam siccam, quando ipsam vincit, vt facit ignis in ligna, cum conuertit ea in carbonem.

N bonem.

bonem. Auer. de gen. ani. 5. cap. 5. char. 253. col. 1.
 Calor inest igni per naturam non suam, sed ignis. Alber. mag. in prædic. char. 61. col. 3.
 Calor expulsus a frigido, cum sit calor in aere circumstante, rarefacit aerem, quia nubes frigido contrahitur. Alb. mag. in 2. meteor. tract. 1. cap. 20. char. 87. c. 4.
 Calorem magis continent loca solida, quam alia. Alber. mag. in 2. meteor. tract. 2. cap. 10. char. 90. col. 4.
 Calidum terminat res, deducendo eas ad perfectionem digestionis, & maturacionis. Alber. mag. in 4. meteor. tract. 1. cap. 1. char. 116. col. 3.
 Calor terminat generando calorem naturalem, qui est instrumentum formatiue virtutis in mistis. & ideo dicitur, quod distinguit, quia dat formam per quam ponitur res in esse distincto, vt ab alijs distinguitur: & cum vnaquæque res desideret locum naturalem, ideo calor cum det formam, dat etiam locum. Alber. mag. in 4. meteor. tract. 1. cap. char. 116. col. 3.
 Calor transmutat id, quod patitur, quod perfecte facit, cum de crudo reddit maturum, si vincat materiã; & si non vincat, alterabit eam virtute sua, vt est calidum. Alb. mag. in 4. meteor. tract. 1. cap. 51. char. 116. col. 3.
 Calor humectat coagulata per frigidum, vt metalla, æs, plumbum. Albert. magn. in 4. meteor. tracta. 1. cap. 1. char. 166. col. 3.
 Calor humectat omnia, quorum humor constat per frigidum, dum discurrere in eis humidum ab interioribus ad exteriora facit. Alb. mag. in 4. meteor. tract. 1. cap. 1. char. 116. col. 3.
 Calor arefacit, quia extrahit humidum, & indurat; quia terrestria amisso humido, & extracto assat, & indurantur per calidum siccum, vt est ignis. Albert. mag. in 4. meteor. tract. 1. cap. 1. char. 116. col. 3.
 Calor mollificat ea, quorum humor apprehensus est sicco, ita vt non possit moueri a fundo rei, nisi cum ipso moueatur siccum ferreum; vt ferrum & cornu. Alb. mag. in 4. meteor. tract. 1. cap. 1. c. 116. col. 3.
 Calor congregat homogenea per se, & per accidens disgregat eterogenea: quia cum calor attrahit subtilia homogenea sursum a terra, & aqua necesse est, vt soluat grossa, quæ sunt eterogenea, alioqui non euaporabunt ex ipsis subtilia, nisi grossæ earum partes disgregentur. Alber. mag. in 4. meteor. tracta. 1. cap. 1. char. 116. col. 4.
 Calor, vt calor, alterat, congregat homogenea, & disgregat eterogenea: vt naturalis habet vim formatiua vniuersi inque naturæ, cuius calor naturalis dicitur esse. Alb. mag. in 4. meteor. tract. 1. cap. 4. c. 117. col. 3.
 Calor adurens non generat vapores. Alb. magn. de pass. aeris. c. 117. col. 4.
 Caliditatis virtus per formationem minor est, quam fit virtus caliditatis per creationem. Albert. magn. de caus. & propr. vniuers. a cau. prim. l. 2. tractat. 2. cap. 17. char. 712. col. 2.
 Calor in sicco acutior est quam in humido, & si non maior. Alber. magn. in 2. de ani. tract. 2. cap. 6. c. 18. col. 2.
 Calorem non facit visibile per formam visibilis, sed per accidens diuicationis radiorum in humido crystallino, & politico. Alb. mag. de animalibus l. 12. tracta. 1. cap. 3. c. 102. col. 3.
 Calor in pueris, & iuuenibus est equalis in essentia, sed in pueris est maior in quantitate, in iuuenibus secundum qualitatem. Alb. Mag. de animalibus l. 12. tract. 1. cap. 5. char. 104. col. 1.
 Caloris ignei virtus est congregare subtile sibi homogeneum, & segregare grossum terrestre: quo facto, terminatur humidum subtile attractum ad modum, & formam mixti; & resultat ex humido spiritus pulsans in ipso, vt motor in mobili. Alb. mag. de animalibus l. 16. tract. 1. cap. 11. c. 139. col. 2.
 Calidum, & frigidum magis nobis apparent inter alia,

quia sunt magis actiua. Alb. mag. de animalibus l. 12. tract. 1. cap. 3. c. 102. col. 2.
 Calor in spisso terrestri postquam intrauerit, magis cumulat, quam in tenui subtili. Alb. mag. de animalibus l. 12. tract. 4. cap. 3. c. 83. col. 3.
 Calor non mouet secundum locum, nisi quia accidens, quia per se est alterare. D. Thom. de motu cordis, op. 35. char. 83. col. 1.
 Calor ad vnitatem pertinet, vt habet vnire homogenea. D. Tho. 4. metaph. l. 4. tex. 6. e. 198.
 Calidi est extendere, & dilatare humida. Pet. de Aluer. de long. & breuit. vitæ. l. 3. c. 61. col. 3.
 Calor solus operatur ad formam introducendam in omnibus compositis: sed frigus ad constantiam partium materiæ, ne dissoluantur a calore. Alb. mag. in 4. meteor. tract. 1. cap. 4. c. 117. col. 4.
 Calor extrahit vbi que humidum subtile, & secum ducit subtilius siccum. Alb. mag. de sen. & sen. tract. 2. ca. 2. char. 11. col. 1.
 Calor in humido, licet amittat acumen, non amittit tamen qualitatem. Alb. Mag. de som. & vig. l. 1. tract. 2. cap. 9. char. 30. col. 4.
 Calidum terminans, & humidum terminabile, in omni animali esse necesse est. Alb. mag. de mor. & vit. tract. 2. cap. 4. c. 60. col. 4.
 Calor vt habet virtutem animæ, est finita potentia. Alb. mag. de mor. & vit. tract. 2. cap. 12. char. 63. col. 1.
 Calor vnde fit.
 Calor vel fit propter reuerberationem radiorum, vel propter viciniam astrorum. Arist. meteor. 1. sum. 1. cap. 4. tex. 1. char. 456.
 Calore excedunt animalia ambulatoria non ambulatia, ideo habent pulmonem, & indigent anhelitu, propter locum circa cor, & propter pulmonem: vnde necesse est intro respiratum ingredi aerem. Arist. 2. de ani. su. 4. cap. 4. tex. 89. c. 637.
 Calefcimus magis cum stamus in Sole, quam cum mouemur, & si motus omnis vim calefaciendi obtinet, quia non omne mouendi genus calefacit, sed est etiã, quod refrigerat, vt in ollis feru entibus patet, quoties eas afflamus, aut versamus. At quia cum stamus, calor permanet, & permanens magis calefacit, quam cum mouetur, corpus enim nostrum vaporem de se mittit, qui nos stantes calefacit; at, cum mouemur, flatus excitatur, qui refrigerare nos potest: flatus enim quisque frigidus est. Aristotel. problem. sectio. 5. text. 34. char. 406.
 Calorem maximum habent illi, per quorum verticem transit Sol, quia in idem fit radiorum reflectio: anguli enim, qui vtrinque fiunt, æquales sunt. Alexan. aphrod. in pri. Meteor. tex. 11. c. 93. c. 24. col. 2.
 Caliditas in Septentrione minuitur, cum Sol venit in meridie. Auer. meteor. 1. cap. 1. char. 152. col. 2.
 Caliditas sub equinoctiali continua erit æqualiter in toto anno, vel propinqua continuæ æqualiter, & non esset ibidem tanquam vna reuolutio in fine caliditatis, non quatuor. Auer. meteor. 2. cap. 2. ch. 199. col. 2.
 Caloris materia est sanguis cordis. Auer. de partib. ani. 3. cap. 4. c. 83.
 Calor non sufficit in agendo actionem alteratiuam terminatam, nisi sit illa alia virtus, quæ non est corpus, sed est in corpore. Auer. pri. de anim. tex. 50. c. 136. col. 4.
 Calor generans fit ex terra, & aqua, & calore Solis admixto, cum calore aliarum stellarum. Auer. in 12. metaph. tex. co. 10. c. 143.
 Caloris mensura propria ad generatione reru prouenit ab arte diuina intellectuali, quæ est similis vni formæ vnius artis principalis, sub qua sunt artes plu-

res, & secundum hoc intelligendū est, quod natura facit aliquid perfecte, & ordinate, quamuis non intelligat, quasi esset rememorata ex virtutibus nobilioribus ea, quæ dicuntur intelligentiæ. Auer. in 12. metaph. tex. com. 18. char. 143.
 Calor non proficitur, tantum ex motu stellarum, quia aliæ frigus, aliæ calorem operantur: nec ex lumine, quia lumen non est corpus, nec moueri nisi per accidens motu corporis luminosi potest: nec ex frequentibus alterationibus formarum, quia calor non inducitur, nisi ex motu locali. Alb. Magn. in 2. de celo, tract. 3. cap. 3. c. 31. col. 3.
 Caloris causa lumen dupliciter est, & per viciniam, & per reflexionem radiorum. Alb. mag. in 2. de celo, tract. 3. cap. 3. c. 32. col. 3.
 Calorem essentialiter nihil operatur, nisi corpus calidum. Alb. mag. in 2. de celo, tract. 3. cap. 3. c. 33. col. 1.
 Calidius in corpore est cor, & spiritus, deinde sanguis, hepar, & caro, deinde venæ pulsantes ob spiritum, qui est in ipsis; post venæ non pulsantes; deinde cutis palmarum. Alb. magn. de ani. l. 1. tract. 1. cap. 2. c. 101. col. 4.
 Calor, vt in inferioribus causatur ex motu astrorum, & coeli, calefacit enim ignem, & superiorem aeris partem, vt autem ex lumine Stellarum fit calor, infima calefacit ex radiorum refractione. D. Tho. in 2. de celo. lec. 10. tex. 43. c. 40. col. 1.
 Calorem duo in hæc efficiunt inferiora, velocitas, & propinquitas mobilis. D. Tho. in 2. de gener. & cor. l. 10. tex. 58. char. 34. col. 4.
 Calor, qui fit a corporibus celestibus, est quasi insensibilis ad rationem caloris, qui fit a Sole. D. Tho. prim. meteor. l. 5. c. 19.
 Calor maximus in terra est, vbi Sol cadens super terram facit angulum rectum. D. Thom. in prim. meteor. l. 4. char. 13.
 Calidum fit ex frigido, in maiori tempore, quam ex tepido. D. Tho. de sen. & sen. l. 14. char. 17. col. 3.
 Calidum, vt qualitas.
 Calidum & frigidum, actiua sunt: humidum, & siccum, passiuua. Arist. 2. de gener. & corr. su. 1. cap. 2. tex. 8. char. 425.
 Calidum & frigidum idem esse impossibile est, & sic de humido, & sicco. Aristotel. 2. de gener. & corr. su. 1. cap. 3. tex. 16. char. 427.
 Calor, & frigus sunt elementorum formæ. Alex. aphro. de sen. & sen. co. 30. char. 15. col. 3.
 Calor a nobis iuxta ignem prætereuntibus acquisitus, sub pari prædicamento redigitur. Ammo. in præd. quæstio. 86.
 Calor, & frigus, amaritudo, & dulcedo, idcirco passibiles qualitates dicuntur, quod secundum sensuum qualitatem aliquam in nobis efficiunt passionem, non quod ipsa extrinsecus aliquid patiantur. Boet. in præd. quæst. 178.
 Caliditas, & frigiditas sunt primæ qualitates, & opponuntur circa materiam primam, & in elementis sunt potentia naturales. Alb. mag. in præd. c. 57. col. 1.
 Calor inter qualitates actiuas, est magis actiua, quam frigus, propter nouem causas. Primo, quia calor rarificat, & trahit ad speciem, frigus ad materiam. Secundo, quia calor agit, & congregando, & segregando, licet segreget per se, & congreget per accidens; frigus autem congreget tantum. Tertio, quia calor est in causa, in mistis vltimæ generationis, quæ terminat rem ad formam; & vltimæ corruptionis, quæ est putrefactio: frigus autem solum est causa generationis quorundam, vt coagulationis, coadunationis, & impinguationis. Quarto, quia calor agit, & vnuerfali generatione, & in particulari: frigus autem non

est, nisi quorundam particularium. Quinto, quia calor agendo facit omnem motum, frigus non mouet ad locum nisi per accidens. Sexto, quia multipliciter calor agit, quam agat frigus. Septimo, quia in animalibus calor est causa vigiliæ, & actionis: frigus somni, & immobilitatis. Octauo, quia quæcunq; occupat frigus, priuantur motu, & est in causa mortis, calor ratificat res. Nono, quia calor magis se extendit agendo vltra suum subiectum, quam frigus. Alb. mag. in 4. meteor. tract. 1. cap. 2. c. 117. col. 1.
 Calor & frigus potest accidere elementis præter naturam ipsorum absque hoc, quod propter hoc eorum substantia corrumpatur. Alb. mag. de propr. elementor. l. 2. tract. 1. cap. 1. c. 113. col. 4.
 Calidum & frigidum, & reliquæ qualitates elementorū dicuntur formæ substantiales, quia veræ substantiales formæ elementorum ignorantur. D. Tho. in pri. de gener. & cor. l. 8. tex. 18. c. 8. col. 4.
 Calor cuius est causa.
 Calor, & frigus generant, si materiæ dominantur: si autem non dominantur, secundum partem quidem inconcoctio, & inquinatio fit. Arist. meteor. 4. sum. 1. cap. 2. tex. 2. char. 559.
 Calido in humore quæ parum temporis maduere, cur tument: quæ multum, collabuntur, & rugant: quoniam calor, vt ex concretis humorem elicit, ita ex humore spiritum creat, & omnia densa laxat. Principio ergo concreta tepesciunt, facit humidiora, cum spiritum ex humidis ducens, diffundit, & tumefacit, & cum amplius calefacit partem summam elaxat, vt vapor in de respiret: humorque exsiccat, vt moles concidat: qua collapsa, cutis omnium summa rugatur: quo autem magis contractione inæquali flaccescunt, eo rugosa multiplici asperitate efficiuntur. Arist. proble. sec. 24. tex. 10. c. 569.
 Caliditas, & corporeæ potestates, & lumen cum sint incorporea, non possunt sibi spatium vacuum, quod subijciatur, vt sint, & transeant, nullam molem corporibus afferentia. Simp. in 4. phy. tex. 86. c. 23. col. 1.
 Calefcens, & frigescentis rei extrema senescunt. Ioan. gra. de gener. anima. l. 2. cap. 4. c. 39. col. 4.
 Calidi humoris copia laborant veterem exercetes. Ioan. gram. in 5. de gen. ani. cap. 3. char. 99. col. 1.
 Caloris agentis additio in calorem corporis non est secundum additionem partis in toto, & vnuerfaliiter partis materiæ in materia: sed secundum additionem agentis in passionem patientis, scilicet, cum calor agentis vigorabitur, & crescet calor patientis, non secundum additionem partium calidarum extrinsecarum, cum ad patientem nulla pars transferatur ab agente. & differentia est inter illa, quia caliditas fit ab alia caliditate in actu, quæ non inuenitur in quantitate: quia non fit per aliam qualitatem de potentis actiuis, sed sequitur potentias actiuas, & earum operationes. Auer. in physic. 4. tex. 84. char. 79. col. 3.
 Calori humefactio per se attribui nequit, per accidens potest. Auer. meteor. 4. char. 211. col. 4.
 Calidum eorum, quæ ascendunt ad superiora, non est causa efficiens, sed sufficiens. Alber. mag. in 2. meteor. tract. 1. cap. 2. char. 95. col. 1.
 Calor cum humido tria operatur. Primo, est hebes potius qualitate, quam quantitate, & dissoluit sine adustione, ideo poros aperit, cum calidum, & siccum stringat eos. Secundo, quia cum res similes maxime sint miscibiles, miscet calor humidum, digerens cum humido, quod digerit, & parum consumit de ipso, sed extrahit. quod in brodis videtur, quia albescent, & pinguescunt: carnibus in illis elixatis. Tertio, cum dissoluat partes terrestres, nec diuidit actuali diuisione,

vt calor siccus. ideo elixata rariora sunt, & tantum as-
fa in partibus suis nunquam inueniuntur. Alb. mag.
in 4. meteor. tract. 1. cap. 19. char. 121. col. 3.
Calor ex humido necessario generat spiritum. Alb. mag.
de spir. & respir. l. 1. tract. 1. cap. 9. char. 54. col. 2.
Calidum omne consumptum est substantiæ, & deper-
dens per evaporationem aliquid ex ipsa substantia.
Alb. mag. de nutri. & nutr. tract. 1. cap. 4. char. 65. c. 1.
Calor, cum non vincit humidum, sed corrumpit, inducit
pestiferas corruptiones. Alb. mag. de nat. loc. tract. 1.
cap. 13. char. 98. col. 3.
Calidum minus repugnat copositioni, quam frigidum.
Alb. mag. de nat. loc. dist. 2. cap. 7. char. 99. col. 4.
Calidum minus repugnat copositioni, quam frigidum.
Alb. mag. de nat. loc. tract. 3. cap. 2. char. 99. col. 4.
Calor digestivus motus ab anima est in causa, vt conuer-
tat, quod transmutat in carnes, & similem speciem.
Alb. magn. 1. de miner. tract. 1. cap. 4. char. 135. col. 2.
Calore euaporante humidum coagulantur ea, in quo-
rum complexione sunt multa aqua, & multa terra.
Alb. mag. de anim. l. 1. cap. 3. char. 102. col. 4.
Calor est causa incrementi, & magnitudinis. Alb. magn.
de anim. l. 13. tract. 1. cap. 6. char. 115. col. 3.
Calor ignis differt a calore complexionali spermatis: quia
calidus ignis dissolvit, & exsiccat, & non generat ani-
malia, nec potest sustentari extra locum suum, nisi fo-
ueatur ab humido aereo, quod depascitur: aut in ali-
quo sicco inflammabili, sed calor spermatis non est ta-
lis, sed potius supra calorem est virtus Solis, & cœli
totius, & etiam animæ virtus, quæ est in corpore, est
animalis sperma emittentis. Albert. mag. de ani. l. 16.
tract. 1. cap. 13. char. 140. col. 1.
Calidum potentia est materia frigidi, quia contrariorum
eadem est materia. D. Tho. de sen. & sen. l. 5. ch. 6. col. 4.
Calidum perfecte digerens humidum est in causa saporis
dulcis, priuatio humidum, perfecte digesti, est in causa
saporis amari. D. Thom. de sen. & sen. l. 11. c. 12. col. 4.
Calor per accidens infrigidat. vel resoluendo materiam
caloris humidum, vel per antiperistalticam cōtrarij. Thom.
de Vio in Periherm. c. 30. col. 4.
Calidas regiones incoletræ, si excellenter calida sunt, par-
ua sunt. Pet. de Aluer. de lōg. & breu. vit. l. 3. c. 61. c. 3.

Calor vt naturalis.

Calido naturali exeunte euaporat humiditas, secun-
dum naturam. nec est, quod amplius inducat humi-
ditatem, quam propria caliditas trahens inducit. Arist.
meteor. 4. su. 1. cap. 2. tex. 6. char. 560.
Calor concoquere non potest, non modo, quia exiguus
est, sed etiam pro nimia cibi assumpta copia, quæ est, aut
quãtitate, aut qualitate. id accidit sanguinis pfluuii,
ex amplioribus venarum foraminibus, ex nare, gingiuis,
fede, & interdum ex ore. Arist. de part. ani. 3. ca. 5. c. 482.
Caloris naturalis ratio pulmone describitur sanguinis
compote: nam, quæ pulmonem habent, calidiora sunt
ijs, quæ non habent: & inter ea, superant, quæ non
fungosum, aut retorridum, & parum sanguinis conti-
nentem habent pulmonem, sed sanguinolentum, &
mollem. Arist. de gen. ani. 1. cap. 2. char. 17.
Calor inest in semine omnium, qui fecunda facit semi-
na. & hic calor non ignis, sed spiritus, qui in semine,
spirituosoque corpore continetur, & natura, quæ in
eo spiritu est, proportionem responderet elemento stellarum.
Arist. de gen. ani. 2. cap. 3. char. 153.
Calor in animalibus contentus, nec ignis est, nec ab igne
originem ducit. Arist. de gen. ani. 2. cap. 3. char. 153.
Calor ad generationem moderatione indiget: si enim val-
de superat, exsiccat modum: si multum deficit, non
concernit, sed medijs rationem ad rem cōdendam ser-
uari requiritur, hinc multis modibus euenit, vt inter

se coniuncti non generent, disiuuncti generent. Arist.
de gener. anim. 4. cap. 2. char. 231.
Calores, & refrigerationes cum moderatione quadam
sunt generationes; sine moderatione, corrupcio-
nes efficiuntur. Arist. de gen. ani. 4. cap. 4. char. 260.
Calor est, qui coitus tempore simul genitale semine, in sub-
stantiam redigit. Io. gra. de gen. ani. 2. cap. 4. c. 4. col. 2.
Calor in feminis senioribus minor est quam in iuueni-
bus; efficacior tamen, ac vehementior est. Ioan. gram.
de gen. ani. 2. cap. 4. c. 38. columna 1.
Caloris naturalis principium, quod est anima nutritiua,
cordi inest. Mich. Ephes. de iuuent. & sen. c. 31. col. 4.
Calor omnis naturalis, vel in corde est, vel in eo, quod cordi
proportionale est: quo contracto, vel extenso, anima-
lia mouentur. Mich. Ephes. de respir. c. 37.
Calor innaturalis potentior cum non fit, assumptio cibi
corrodit carnes; quibus absumptis, animalia corrup-
puntur. Mich. ephes. de long. & breui. vit. c. 28. col. 1.
Calor naturalis est primum, quod mouet in homine.
Auer. physic. 7. tex. 32. char. 170. col. 4.
Calor naturalis, aut musculus, est per quem mouetur
anima. Auer. phy. 8. tex. 37. char. 171. col. 2.
Calor naturalis in animali est motor, & motus; & cum
fuerit separatus a membris corrumpitur. Auer. phy. 8.
tex. 43. char. 174. col. 3.
Calor naturalis in animalibus in cibo segregat ea, quæ
non assimilantur cibo, & adunat tantum cibum. Auer.
3. de Cœlo. tex. 74. char. 104. col. 3.
Calor naturalis non alterat cibum, nisi moueatur in lo-
co: localis enim motus omnes motus præcedit. Auer.
1. de anima. tex. 50. char. 196. col. 4.
Calor generans assimilatur calori artificiali, quem ars
mēsurat ad aliquam operationem, & habet formam,
quam conseruat in sua mensura, & non est anima in
actu forma ista, sed in potentia. Auer. in 12. metaphy.
tex. cō. 18. c. 143.
Calore naturali ablato a quouis membro corrumpitur
motus membri, & ipsum membrum, nec non nervus,
& musculus. Albert. mag. in 8. phy. 5. tract. 12. cap. 5.
char. 99. col. 4.
Calor naturalis duo habet: vim naturæ commisti corpo-
ris, & vim caloris ignis. Alb. mag. in 4. meteor. tract. 2.
cap. 6. char. 118. col. 1.
Calor naturalis vniuersi cuiusque; mixti corrumpitur ab ex-
traneo calore, non vt calor, sed vt naturalis: quia cor-
rumpitur proportio naturæ mixti, & educitur natu-
ralis calor. Albert. magn. in 4. meteor. tract. 1. cap. 8.
char. 118. col. 4.
Caloris viuifici animalis humidum, quod eius est subie-
ctum, & pabulum, principaliter est duplex: seminalis,
& quod ex tribus constituitur humoribus, feminis ma-
ris, & feminis femineæ, & sanguinis menstrui. Secun-
dum est humidum nutritiua: & hoc duplex est:
plene assimilatum, & non plene assimilatum: quod ta-
men in membris, & ad membra tractum est, quod re-
stauratiuum, & augmentatiuum est humidum radicalis.
Alb. mag. de mor. & vit. tract. 2. cap. 6. char. 61. col. 1.
Calidum oportet in omni viuo excedere, & esse opera-
tiuum, & formatiuum, terminatiuum, siue completi-
uum. Albert. magn. de mor. & vit. tract. 2. cap. 10.
char. 62. col. 4.
Caloris physici quantitas virtutis, ex quatuor conside-
ratur; ex subiecto in quo est: ex virtute cœlesti; ex vir-
tute elementi ignis; & ex virtute animæ. Alb. mag. de
mor. & vit. tract. 2. cap. 12. char. 63. col. 1.
Caloris virtus, quo terminatur nutrimentum ad assimi-
lationem, ex quinque virtutibus componitur. Prima
est virtus simplicis calidi ignei, per quam habet alte-
rare. Secunda est ex subiecto proprio calidi, quod est
humidum complexionale membri, in quo calor ope-
ratur; & per hanc virtutem congregatam fit digestio,
quæ

quæ est epilepsis, quæ elixatio naturalis vocatur. Ter-
tia est virtus, quam habet calor ex membro, vt est
membrum compositum, qua virtute calor mouet
ad finem determinatum, qui est forma membri.
Quartam virtutem habet a cœlo, Quintam habet ab
anima, cuius est nutrimentum: & per hanc imprimi-
tur substantia nutrimenti, in speciem vitæ, vt in ipso,
vt in proprio subiecto operationes vitæ exercean-
tur. Albert. magn. de nutri. & nutri. tract. 1. cap. 3.
char. 64. col. 4.
Caliditas, & frigiditas est naturalis quibusdam elemen-
tis. Albert. magn. de propr. element. l. 1. tract. 1. cap.
4. char. 106. col. 2.
Caliditas, & si a motu generatur, tamen igni est con-
naturalis. Albert. magn. de propr. element. l. 1. tract.
1. cap. 4. char. 106. col. 2.
Calor naturalis fugit cibum, vt ignis oleum in lampade.
Alb. mag. in 2. de ani. tract. 2. cap. 8. char. 18. col. 4.
Calidum, in quibus per se natura inest, in illis frigidum
est priuatio, & corruptio. Alb. mag. de animalib. l. 12.
tract. 1. cap. 3. char. 102. col. 4.
Calidum in animalibus non semper mouet secundum
ignem naturam, sed ab anima mouetur ad finem in-
tentum ab ea. D. Tho. in 1. de generat. & cor. l. 2. tex.
84. char. 22. col. 4.
Caliditatis naturalis fons est cor. D. Tho. in 4. meteor.
ex digress. de color. 64. char. 229.
Calor naturalis idem facit in animalibus, & plantis, quod
facit calor Solis in corporibus exterioribus. D. Tho.
de sen. & sen. l. 5. char. 12. col. 4.
Calidum alterans alimentum in corde, non est causa
principalis motus cordis; quia motus cordis est per
se, & quia idem esset sui ipsius causa, sed fit a forma
animalis habentis cor; quia principalis operatio prin-
cipali agenti tribui debet. Pet. de Aluer. de iuuent.
fene. mor. & vit. & respir. l. 18. char. 81. col. 4.

Caliditas vt extrinseca.

Calor extraneus, qui est in aere minor cum sit, calori
naturali non dominatur, nec facit transmutatio-
nem vllam, Arist. meteor. 4. su. 1. cap. 2. tex. 7. char. 560.
Calor externus æstate præualet, ideo omnia putredi-
nem sentiunt: hyeme contra, calor domesticus præ-
ualet; & sic minime putredinem omnia sentiunt.
Arist. problem. sect. 2. q. 33. char. 362.
Calor omnis, qui a mediocritate recedit, non est febris,
sed qui in animalis corpore versatur. Ammo. in Por.
c. 12. col. 4.
Calor elementalis corrumpit animalia, & non generat,
calor cœlestis generat animalia, & in hoc differunt.
Auer. in 12. metaphys. tex. com. 18. char. 143.
Calor superabundans dissolvit humidum naturale.
Pet. de aluer. de iuuent. sen. & respir. l. 5. c. 68. col. 2.

Caliditas, vt pertinet ad mores.

Calidum imperatorem, mercatorem, oratorem ap-
pellare solemus: tibicinem, histrionem hoc nomi-
ne appellare non solemus, quia horum facultas sine
cupiditate est: nitor enim tantum ad delectatio-
nem; at illorum conatus ad plus sibi acquirendum
contendit. & caliditas in acquirendo maxime sita
est. Arist. problem. sec. 11. tex. 4. char. 508.
Caliditas est talis facultas, quæ ad suppositum scopum
conducit ea, quæ agit, & assequitur; atque hoc qui-
dem, si propositum honestum sit, est laudabilis: si pra-
uum, est versutia. Vnde etiam prudentes, calidos,
& versutos esse dicimus. Aristotel. 6. ethico. nicom.
cap. 12. chart. 155.
Caliditas, quantum ad rationem spectat, est prudentiæ

proxima: quantum ad electionem, diuersa. Aristot. 7.
ethic. ad nicom. cap. 10. char. 179.
Calliditas in eo a prudentia differt, quod ipsa eorum,
quæ ad finem absolute aliquem spectant, & condu-
cunt, inuentrix est; prudentia vero ea prouidet, quæ
ad rectum, & honestum accedunt. Aristotel. in 6.
ethic. cap. 12. c. 346.
Calliditas est vis quædam, ac aptitudo a natura in ratio-
nali aîæ nostræ parte in sita. Eust. 6. ethic. c. 12. c. 344.
Caligo est nebulae decidentia eius, quæ est aquæ con-
cretionis, ideo est magis serenitatis signum, quam
aquarem. Arist. meteor. 1. su. 3. cap. 1. char. 474.
Caligo est veluti nebula sterilis. Aristotel. meteor. 1.
su. 3. cap. 1. c. 474.
Caligo fit ex transmutatione vaporis in nubes, cum non
fit similis, & æqualis ab omni parte vaporis, coagula-
tio, & consistencia. Alexan. Aphrod. in 1. meteor. cap.
34. char. 22. col. 1.
Caligo, si resoluitur, grossatur, & descendit per guttas; &
si restat subtile, signum est serenitatis: si descendit, &
subtilis, & grossior pars simul, significat pluuium.
Alber. mag. in 2. meteor. tract. 1. cap. 4. c. 85. col. 3.
Calippus situs sphaerarum eundem Eudoxo ponebat:
sed differt in hoc, quod Soli, & Lunæ duas adhuc
sphaeras addendas fore existimauit. Arist. 12. metaph.
su. 2. cap. 9. tex. 47. char. 257.
Calopus est animal Syriæ, astutum, & velox, cornua ha-
bens in seræ modum prætendentia, quibus etiam ar-
bores scindere dicitur: sed virgultis sæpe alligatur, &
clamore auditur a venatoribus, & capitur. Alb. mag.
de ani. l. 22. tract. 2. cap. 1. char. 175. col. 3.
Calua appellatur pars ea capitis, quæ capillis interiecta est,
cuius pars prior Sinciput, nouissimè consistere solita,
ultimo induratur: posterior occiput; media, Vertex.
Arist. de hist. anim. 1. cap. 7. char. 18.
Calua pars capitis tota os rarum est, rotundum, cute
gracili obductum: habet Sutures, quæ mulieris est,
vnam in orbem: quæ viri, tres in idem magna ex parte
coeunt. & iam visum est caput viri sine Sutura.
Arist. de hist. animal. 1. cap. 7. char. 91.
Caluescere minus solent, qui mento sunt bipartito. Arist.
hisor. anima. 3. cap. 3. char. 91.
Caluescunt minus, qui varices habent: & si calui habere
inceperint, pilos nonnulli producunt. Arist. de histor.
animal. 3. cap. 11. char. 92.
Caluescit nullus spado. Aristotel. de histor. anima. 9.
cap. 50. chart. 378.
Caluescunt aliqui homines; & pueri, & mulieres non
caluescunt. Arist. de gener. anim. 5. cap. 3. char. 272.
Caluescit homo parte capitis priore. canescit primo tem-
poribus, sed nemo vel temporibus, vel Occipite calue-
scit. Arist. de gen. ani. 6. cap. 3. c. 272.
Caluescit nemo, antequam coire incipiat. Arist. de ge-
nerat. anim. 6. cap. 3. char. 276.
Caluescit cur sola capitis prior pars? quia mollis, & laxa
est: facile enim pilus, cum nutrimento vacat defluit.
Alexand. aphrod. problem. prim. 2. char. 665.
Caluescunt citius, quibus capilli sunt crispi, & sero can-
nescunt: sunt enim capite siccori, & siccitas absumit
totam istam materiam puitosam. Alexand. Aphrod.
problem. 1. 2. char. 665.
Caluescunt aliqui vitio sui generis, vt de alijs corporis
affectibus constat. Alex. Aphrod. proble. 1. 2. c. 666.
Calui non faciunt pilos, vt arbores folia: quia anni inestesta-
tes redeunt, ætates vero non permutantur. ideo nec affe-
ctus, qui ob eas accidunt, permutantur. Aristotel. de
gen. anim. 6. cap. 3. char. 277.
Calui non sunt diminuti membro. Aristotel. 5. metaph.
cap. 27. tex. 32. c. 115.
Caluis cur pars anterioris capitis, & tempora fortiora
redduntur? quia partes capitis eminentiores humore

indigent: quamobrem suos continere pilos nequeunt. inferiores vero, & humidiores pilos, & ferunt, & feruant, vt sic loca telluris excelsa, & saxosa parum fructificant, & submissa fecundiora experiuntur. Alex. aphro. probl. 2. 13. c. 730.

Calui sunt homines, caloris, ac humoris inedia. Io. gram. in 5. de gene. anim. cap. 2. ch. 98. col. 3.

Caluitici causa est inopia humoris calidi, qualis est humor pinguis. Ari. de gen. ani. 6. cap. 3. ch. 276.

Caluities fit in anteriori parte capitis, quia ea pars est tenuior, & calidior ceteris cerebri partibus, cuius humiditas cito finitur. Auer. de gen. ani. 6. cap. 3. c. 252.

Caluitici causa est, humoris calidi, & pinguis diminutio. Alb. mag. de ani. l. 19. cap. 6. c. 161. col. 1.

Caluities quoquo modo prohibetur, si capilli intingantur aqua, & oleo: maxime si in ea decocta fuerint aliqua exsiccatia. Alb. mag. de ani. l. 17. cap. 7. c. 161. col. 3.

Caluitium appellamus capitis leuitate: quam rem in supercilij Salitium nuncupemus, quoad melius vocabulum inuenerimus. neutrum horum, priusquam ceptus coitus ueneris sit, accedere nouimus. Arist. de histor. anim. 3. cap. 11. ch. 91.

Caluitij immunes sunt mulieres, pueri, & spadones. Ari. de hist. ani. 3. cap. 11. ch. 91.

Caluitium ex siccitate oriri solitum est. Alex. ap. prod. problem. pri. 2. ch. 665.

Caluitium capillis non est subiectum, sed caput. Amo. in Por. c. 12. col. 4.

Calumnia est falsi criminis impositio. D. Tho. 2. politic. lec. 4. ch. 74. col. 3.

Camelopardulus est animal Aethiopiæ; colore rubeo, collo equi, capite cameli, pedibus cerui, vel bouis. Alb. mag. de ani. l. 22. trac. 2. cap. 1. c. 175. col. 4.

Camelus proprium inter ceteros quadrupedes habet in dorso id, quod Taber appellatur: sed ita, vt Baetrianæ ab Arabijs differant: alteris enim Bina: alteris singula sunt tubera. & omnes singula habent tubera in partima, quibus incubant cum in genua inclinantur: & papillas quatuor habent: caudam asino similem, & genitale retro. Arist. de hist. anim. 2. cap. 1. ch. 40.

Cameli genua in singulis erubris sunt, & flexus artuum non, vt quidam aiunt, plures, sed propter alij interualum plures esse videntur: & talum similem bubulo habent: clunes proportionem magnitudinis paruos. Bisulcum id animal est, neque vtrinque dentatur: sed ita bisulcum est, vt pes parte superiore excisus paululum sit in flexu digiti secundo: parte autem priore quadruparito finduntur: discretimine paruo, quantum primotenus digiti in flexu, & quidam inter fissuras, vt in asinum pedibus adiectu contexat. Pes vestigio est carnosus, vt vrsæ. ideo eas, quas per exercitum longiorum itinerum fatiscunt, calceat carbatinis. Ari. de hist. ani. 2. c. 1. c. 40.

Cameli se dente foemina coeunt, nec auerfi, sed completente mare, vt cetera quadrupedes agunt; & coitum tota die exercent. petunt recessuum solitudines cum coire libet: nec aliquis potest eo tuto accedere, præter quam pastor armentum. Genitale cameli neruo ita constat; vt ex eo confici possit, quo arcus fidelissime intendatur. Arist. de hist. anim. 5. cap. 2. ch. 148.

Camelus incipit coire in trimatu. singulos parit, & post partum, vno interiecto anno, coit. Arist. de histor. ani. 5. cap. 13. char. 164.

Camelus fert vterum mensis decem. parit semper vnum tantummodo. separant prolem anniculam a parente. Viuit plusquam 50. annos. parit in vere, & lac suum vt que eo seruat, quo iam conceperit. tum lac, tum caro cameli suauissima omnium est. Arist. de hist. anim. 2. cap. 26. char. 240.

Cameli matres nunquam superueniunt: & cum camelarius cooperatam matrem camelo admisisset, re confecta, discooperit matrem: quam, cum cognouit came-

lus, camelarium occidit. Aristot. de histor. animal. 4. cap. 48. char. 273.

Camelos nonnulli Asiæ superioris incolæ ad tria millia possident. Arist. de hist. ani. 9. cap. 48. ch. 379.

Camelus, & si non habeat cornua, caret tamen superiori mandibula: quia ei fuit melius habere duos ventres, quam priores dentes habere, ob coctionem cibi spinosi, & lignei. Arist. de partib. ani. 3. cap. 14. ch. 498.

Camelos matres suas non superuenire aiunt, qui ea animalia gubernant: & si quis cogat, non pariunt. etenim cum aliquando admittantur non haberetur, curator pullum matre operata admisit; qui, dum coiret, delapso operimento matrem cognouit, & quamuis coitum absoluerit, camelarium illum paulo post morsu defixo interemit. Arist. de admir. aud. 5. 2. ch. 840.

Cameli habent membrum proprium, quod non habent cetera animalia, id est gibbositas dorsum sui: & quidam habent gibbum vnum, quidam duos: & eorum feminae quatuor papillas mamillarum, vt vaccæ: & eorum caudæ sunt, vt caudæ asinorum: & virgæ camelorum sunt conuerse posterius, per conuersum modum omnium animalium. Carent mandibula superiori, & pedes fissos in duo habent, posterius autem in pedibus est aliqua fissura, sed corum digitos coniungit, vt in asinibus. Alb. mag. de ani. l. 2. trac. 1. cap. 2. ch. 30. col. 1.

Camela; cum appetit coitum, humiliat se super genua, & vadit ad camelum genibus flexis, & tunc mas ascendit saltando foeminam, & equitat per totum diem coeundo. & virga camelorum est valde nervosa, & dura: ideo ex virgis eorum fiunt cordæ arcuum. & coitus tempore solitarius est camelus, & nullus audeat tunc proximare eis, nisi solus pastor. Alber. magn. de animalib. lib. 5. tract. 1. cap. 2. ch. 52. col. 3.

Cameli post triennium coire incipiunt, & in vtero ferunt per 12. menses, & quiescunt per annum, vt, quod per semen exinanitum est, repleatur. Alb. mag. de ani. l. 5. tract. 1. cap. 5. c. 55. col. 1.

Camelus viuit annos 30. & amplius. Alb. mag. de ani. lib. 7. tract. 1. cap. 5. ch. 66. col. 1.

Cameli instinctu naturali cognoscunt matres, nec cum illis coeunt. Alber. magn. de animal. l. 8. tract. 5. cap. 2. char. 83. col. 2.

Camelus est animal deforme, bina habens in dorso tubera. vehit, & onera fert: sed facile non fert ultra onera consueta, & ad onera suscipienda flectit genua. Genus equinum odit. bibit aquam turbidam. sitim sustinere per triduum potest. rabies, & podagra ei accidit. tempore coitus solitudinem diligit, & non sustinet secum homines, nisi forte pastorem. Hordeum amat, cuius pabulum cito glutit, & tota nocte ruminat. Cameli cerebrum in aceto in potu datum dicitur valere caducis. Albert. magn. de animal. l. 12. tract. 2. cap. 1. char. 174. col. 4.

Camomilla est herba aromatica, & flos, est aromaticum, ex quo fit oleum camomillinum: & trium specierum est. alia, cuius flos est albus, alia, citrinus, alia, purpureus: & est calida, & sicca. Alb. mag. de veget. & plant. l. 6. trac. 1. cap. 4. c. 163. col. 3.

Campanæ sonantes, si tenentur, sonus obtunditur, & quandoque franguntur: quia partes liberam cessionem habere non possunt, & motum per tremitem, quem impedit tenens campanam. Alb. mag. in 2. de ani. trac. 3. cap. 12. c. 25. col. 2.

Camphoram alij herbam Indiæ esse dicunt, alij gummam, alij arborem. est frigida, & sicca, & vsus eius accelerat canitiam. odorata a maribus minuit luxuriæ appetitum: a foeminis auget: quia frigiditate retinet in maribus calorem in cerebro, qui detentus absorbet coitus materiam: in foeminis calor retentus auget materiam, cum non sit multus. Albert. magn. de veget. l. 6. tract. 2. cap. 4. char. 163. col. 4.

Cam-

Camphora in aqua distemperata, sentitur odor eius per spatium trecentorum cubitorum. Alb. mag. de propr. elem. l. 2. trac. 2. cap. 1. c. 115. col. 2.

Cancellus est communis cancellatis, & crustatis: quippe qui specie locustis similis sit, nascique seorsum per se solitus sit: deinde testam petit, in qua ingressus vitam traducit, genusque anceps esse videtur. Arist. de hist. anim. 4. cap. 4. ch. 121.

Cancellus dum crescit, mutat conchas de minori in maiorem. Arist. de hist. ani. 6. cap. 15. ch. 168.

Cancelli, qui perquam exigui in pisciculis reperiuntur pedes nouissimos, latiusculos habent, vt ad natandum sint vtilis. Arist. de partib. ani. 4. cap. 8. c. 525.

Cancrorum genus multiplex est, nec facile enumerandum. Maximum, quos maias appellant. Secundum, paguri, & quos heracleoticos appellant. Tertium, fluuiales. ceteri minutiores, & nullis nominibus nominati. Genus cancrorum litorale est in Phœnicia, summæ velocitatis. vt vix consequi possit: vnde equites appellarunt. ijs nihil fere est intus propter inopiam pabuli. Arist. de hist. ani. 4. cap. 2. c. 111.

Cancris ex crustatis solis deest cauda, & corpus rotundum est. Arist. de hist. ani. 4. cap. 2. ch. 112.

Cancris & locustæ brachia forcipibus denticulatis habent, vt eis, quasi manibus, vti possint. ideo contra quæ pedes his vti solent: at differunt, quia locustæ caudam habent, cancri non habent: locustis enim vtilis est, quia natant: cancri vero, cum quasi vitam terrenam agant, inutilis est. Arist. de part. ani. 4. cap. 8. ch. 525.

Cancris omnes & locustæ, forcipem dextrum maiorem habent sinistro, ac fortioerem. Aristot. de partib. anim. 4. cap. 8. char. 325.

Cancris soli peculiariter mouetur modo, non in rectum, sed in latus. Arist. de ani. inces. 5. cap. 11. ch. 560.

Cancrorum oculi in latus mouentur, vt eius membra. Mich. ephes. de ani. inces. ch. 62. col. 4.

Cancri species sunt multæ: inter quas est Karabo, vel locusta maris, & habet pedes decem. Secundus est astochor, vel cancer marinus, rotundus, multorum pedum, sine cauda, & pennis. Tertium genus est, quod appellatur achorim, & sunt quidam cancruli longi, qui confringuntur, & contrahuntur versus extremum caudæ. Quartum genus est modus cancrorum communium; vt tertium genus. Aliud est gibbosum propter eminentiam corporis sui, quam habent in dorso, & habent pedes duodecim. Aliud longissimum propter longitudinem corporis, & est medium inter hæc. Albertus magnus de animalib. l. 4. tract. 1. cap. 2. char. 46. col. 3.

Cancrorum omnium pedes, in extremitate sua flectuntur inferius versus domesticum. Alb. mag. de ani. l. 4. trac. 1. cap. 2. char. 40. col. 4.

Cancer Karabo differt a foemina; quia primus pes foeminae fissus est in duo, maris non. alæ, quæ sunt in dorso, sunt multæ, versus collum minores: & extremum posterioris pedis maris, & magnum, & acutum: foeminae, paruum, & leuc. Albert. magn. de anim. l. 4. trac. 1. cap. 2. char. 47. col. 1.

Cancrorum oculi omnes sunt duri, & magni, proportione sui corporis, & ad omnem partem mouentur. Alb. mag. de ani. l. 4. trac. 1. cap. 2. c. 47. col. 1.

Cancer communis coit, quando foemina sub ipsum intrat, & a mare equitatur sic, quod sua coopertoria testea, quæ tunica vocantur, inuoluuntur ad inuicem, vt porta vnus, quæ est inter duas tunicas, ad alterius portam supposita sit: sed neuter eorum habet membrum, quod intret corpus alterius, sed per portarum applicationem coeunt. Alber. mag. de anim. l. 5. trac. 1. cap. 2. char. 53. col. 1.

Cancer paruus generatur ex terra, & limo, & intrat loca vacua testarum aliorum animalium. Albert. magn. de

animal. l. 5. tract. 2. cap. 3. char. 55. col. 1.

Cancris lapidosi carnes comedunt. Alb. mag. de ani. l. 7. tract. 1. cap. 3. ch. 64. col. 1.

Cancri animalia sunt aquatica. alij sunt in genere mollis teste contenti, & sub hoc genere continentur tantum magni, & rotundi: alij parui gābari vocantur, & magnæ locustæ marinæ: tñ hoc loco sumuntur oīa animalia mollis teste multos pedes habentia, & retrorsum natando incedentia, & ambulando anterus nitētia. Horū humiditas crescit crescite Luna. In India est velox, qui miles vocatur, ob velocitatem, & nullam aruit in se habere humiditatem. illi putant ipsum non cibari, sed hoc impossibile est: sed fugendo humidum, vt plante, ci hatur. In occidentali pelago, ait Solinus, tā esse magnos cancos, vt homines mergant, & terga dura habent, vt crocodili. latent hyeme cancri, per quinque menses, vere procedunt, exuunt pelles vt anguis mares in ea parte, quæ corpus ad caudam continuat. Habent ungulas quatuor, quibus carent foeminae, & maris cauda rotundior, & spissior: & oua eius primo sunt intus, postea exeunt, & herent virgulis cutis, quæ insunt sub cauda donec compleantur, & medentur contra morsus serpentum. Cancer lacte potatus, sine aqua, multis viuit diebus. depascit ostrea, sed prius antequam ingrediatur, saxum imponit, ne concludi possit ostrea. Alb. mag. de ani. l. 24. cap. 1. c. 197. col. 1.

Cancer, scorpio, piscis, temperant lapidibus debite insculpti febres heceticas, excitant ad mendacium, iniustitiam, & inconstantiam: & scorpio est imago Mahometti, qui semper mendacium dixit. Alb. mag. in 1. de miner. ex tract. 3. cap. 5. c. 143. col. 1.

Caniceps est simia similis, & maior, validior, facie canina, vnde nomen accepit. moribus ferinis, & dente validiore, caninoque proprio. Arist. de hist. animal. l. 2. cap. 8. char. 48.

Canis, vt iuuenis, & senex.

Canis nisi caninos dentes mutant: ætatemque illorum dentibus agnosci certum est. Iuuenibus enim dentes candidi, & acuti sunt: ætate proeuctis, nigri, & obtusi. Ansto. de hist. ani. 2. cap. 2. c. 46. Idem Alber. de animal. lib. 2. tract. 1. cap. 4. c. 31. col. 3.

Canibus senescentibus vox grauior redditur. Aristot. de hist. ani. 5. cap. 13. char. 161.

Canes dentes non mutant præter caninos, & eos quarto mense, tam mares, quam foeminae. Arist. de hist. anim. 6. cap. 20. char. 232.

Canis leporarij vita est, vt frequentius, decem annorum: catulæ vero duodecim, quia fatigatur minus: sed maior pars canum viuit quatuordecim annis, & aliqui vsque ad viginti. Alb. mag. de anim. l. 6. tract. 3. cap. 2. char. 62. col. 2.

Canum coitus tempus.

Canes anniculi magna ex parte coeunt, sed nonnulla etiam mense octauo: quæ magis euenit foeminae quam mari. Verum gerit diebus sexaginta vno, aut duobus, aut ad summum tribus, nec minus, quæ sexaginta diebus, & post partum, non prius quam mense sexto implet. Aristot. de hist. anim. 5. cap. 13. char. 162.

Canis coit vsque ad annum, sed aliqui etiam prolificant vsque ad decimum octauum, & vigesimum annum. Arist. de hist. anim. 5. cap. 13. c. 164.

Canum genera plura sunt: laconicum coit mense octauo, canis implet vno initu: & gerit laconicæ vteru sexaginta diebus, vel vno, & altero plus, vel minus, canis gignitur, nec aperit oculos ante duodecimum diem. Arist. de hist. animalium 6. cap. 20. c. 130.

Canes

Canes coeunt sexto mense postquam pepererint, nec citius. Arist. de histor. anima. 6. cap. 20. char. 230.
 Canis tempus, quo libidine tenetur, diebus quatuordecim describitur: sed aliqui usque ad dies sexdecim prurunt. Arist. de hist. anim. 6. cap. 20. char. 231.
 Canes quinque diebus, antequam pariant, habent lac magna ex parte: licet in aliquibus anticipet per aliquot dies. Arist. de hist. anim. 6. cap. 20. char. 231.
 Canis parit duodecim, ut plurimum, sed magna ex parte quinque, vel sex, & aliqua vnum tantum peperit. Arist. de hist. anim. 6. cap. 20. char. 232.
 Canes Laconici magna ex parte octo pariunt, & coeunt quandiu viuunt, & mares, & feminae; & Laconicis proprium est, cum la. orant, coire, melius, quam per ocium possint. Viuit in hoc genere mas ad annos quatuordecim, sed nonnulli ad viginti protrahunt vitam. At eorum feminae, quia minus laborant, quam mares, viuaciores sunt maribus. At in alijs, quamuis non clare constet, viuaciores sunt mares. Arist. de hist. anim. 6. cap. 20. c. 232.
 Canes Laconici ex vulpe, & cane generantur. Aristot. de hist. anim. 8. cap. 18. char. 310.
 Canes Indici, ex tigride, & cane gigni affirmant; tertio coitu, canes alligant locis desertis, & nisi bellua sit accensa libidine, saepe lacerantur. Arist. de histor. animal. 8. cap. 18. char. 310.
 Canes insignes sunt, qui ex Molotico, & Laconico prodire. Arist. de hist. anim. 9. cap. 1. char. 315.
 Canis cum vulpe, generat tertium animal, quod accidere potest in omnibus his, quæ sunt vicina secundum complexionem, & cuius semen temperat semen alterius, & tempus impregnationis idem est. Alb. magn. in prædicam. c. 31. col. 1.
 Canis saltat post annum vnum, & forte post octo menses, & femina tardius quam mas ingenerat, & habet in utero per sexaginta dies. Alb. mag. de animalibus. l. 5. tract. 2. cap. 1. c. 54. col. 4.
 Canes non desiderant coitum, nisi in tempore statuto in sua vita; & pariunt ab vno anno ætatis, usque ad quindecim, vel decem & septem, & pauci usque ad viginti. Alb. mag. de ani. l. 5. tract. 2. cap. 1. c. 55. col. 1.
 Canis proficitur in specie leporarij ex coitu cum vulpe: & cum lupo, mastini. & canes Indi veloces, & feroces venerunt ex coitu canis cum tigride. Albert. magn. de animal. l. 7. tract. 2. cap. 5. char. 70. col. 1.

Canum morbi.

Canibus proprium vitium est, quod ab eodem animali nomen cynoraiatæ accepit. Arist. de hist. anima. 5. cap. 31. char. 190.
 Canes tribus laborant vitijs: rabie, angina, podagra. Aristot. de hist. anim. 8. cap. 22. char. 303.
 Canum rabies facit furorem: & cum momorderint, omnia rapiunt, excepto homine, & moriuntur. Sed Leonicens legit, prius homine. Ego vero scio cucullatum quendam ex fratribus crucem gerentibus in hac ciuitate Venetiarum commorantem qui a cane rabido morsus interijt. Arist. de hist. anim. 8. cap. 22. char. 303.
 Canes ægrescentes, herbam quandam comedunt, & ea comesta vomitant. Arist. de hist. anim. 9. cap. 6. ch. 324.
 Canes, cum lumbricis infestantur, herbam frumenti comedunt. Arist. de hist. anim. 9. cap. 6. char. 325.
 Canibus, & lupis accidit rabies, squinantia, & podagra. Alb. mag. de anim. l. 7. tract. 2. cap. 2. char. 69. col. 1.

Canum proprietates.

Canes magna ex parte crus tollentes, sexto mense ætatis mingunt; sed nonnulli serius, nonnulli maturius, & tunc, cum coire incipiunt, crus attollunt. Arist. de hist. anim. 6. cap. 20. char. 231.

Canes soli cur colligari post coitum venereum solent; quia, & ceruix vuluæ caninæ angusta est, & coles in vsu venereæ rei inflat, ac intumescit, nec protinus retrahi potest. Adde, quod semen lentum, glutinosumque est, & vtrumque per immodicam siccitatem accidit: nam & indescere, arctiusque colligere membra, & humores stringere, & durare siccitas potest. Alex. aphr. probl. 1. c. 689.
 Canes soli cur per ætatem rapiunt; propter habitus siccæ amplificationem, qui per ætatem magis exsiccatur. aliquibus placet, per influentiam coelestem syderis caniculæ rabiem canibus euenire, Alexand. Aphrod. problem. 1. 76. char. 689.
 Canes, vrsi, simiæ, & equi, quamuis rationem proprie non habent, tamen humana ratione aptantur, sed non ut homo. Simpl. 3. de ani. ex sect. 2. tex. 56. c. 80. col. 4.
 Canis est animal notum, fidele. in Albania ita sunt magni, ut leones, & elephantes prosternant, & indignantur ad lupos, & vrsos. Optimus est, quem mater primum deportat in cubile, quam vltimus in numero natorum; Rabiei canis mederi dicitur fimo gallinaceo cibus eorum immisto: & radix rosæ syluestris est medicina canis rabidi morsus. Albert. magn. de anim. l. 22. tract. 2. cap. 1. char. 174. col. 4.
 Canes vulnera sua, & aliorum lingua sanant; & si tangere non possunt lingua, pede saliuam sumunt & infecta loca tangunt, & sanant. Alb. mag. de animalibus. l. 22. tract. 2. cap. 1. c. 174. col. 4.
 Canes non debent multum dormire, & humido cibo cibari debent; eisque accidunt nouem infirmitates: lepra, vermes in vlcerebus, tumor, spina in membro aliquo, rabies, macies, pigrities, pulices, & costipatio ventris. Alb. mag. de ani. l. 22. tract. 2. cap. 1. ch. 174. col. 2.
 Canes marini sunt hirsuti, ut canes, lucentibus oculis, pedibus breuibus anterioribus, sed retro pelle stricta, ac tenui, magis ad caudæ gubernaculum formata, quam ad pedes. Est valde debilis incessus, mordax valde. Insequitur pisces magnos mordet: & occidet, gregatim venatur, & multos in vnum locum coagitat pisces. Alb. magn. de animalibus. lib. 24. c. 197. col. 2.
 Canis cor, si quis supra se habuerit, non inuadetur morsu canum, & si ad ipsum venerint, & olfecerint, auferunt statim ab eo. eius sterces vtile est ad squilentiam. Alb. mag. de ani. l. 22. tract. 2. cap. 1. c. 175. col. 3.
 Canes foeminae melius venantur lupos, quam masculi. Alb. mag. de ani. l. 8. tract. 1. cap. 1. c. 72. col. 4.

Canum prouerbiū.

Cane carere vitam turpissimum est, nam domus, in qua canis non erat contemptui esse solebat. Dan. barb. 2. rhetor. char. 113.
 Canini homines, de quibus in globis fit mentio, sunt similes, quæ homini in multis similes sunt. Albe. mag. de ani. l. 2. tract. 1. cap. 4. c. 32. col. 1.
 Canescit homo primo temporibus. Arist. de gen. animalium. l. 5. cap. 3. ch. 272.
 Canescunt homines, quod nullis fere ex cæteris animalibus accidit manifeste: quamuis equi euidentius, quam cætera ita afficiantur. Aristot. de gener. animalium. l. 5. cap. 3. char. 272.
 Canescit homo solus omnium animalium: quia aliorum pili decidunt, & alia non tam longe viuunt tempore. At homo nec deciduum gerit pilum, & longam ætatem degit. Aristot. problem. sec. 10. tex. 62. char. 447.
 Canescunt primo pili, qui sunt circum tempora, & in summa, quæ sunt circa infirma, & laborantia loca. Arist. de color. cap. 6. c. 891.
 Canescere mulieres, & spadones celerius solent; mulieres, quia naturæ frigidae sunt, & ex causa otij fit multa materia inutilis; maxime si menstrua defuerint: spado-

spadones vero, quia non amplius semen excernunt, sed excrementum illud feminis genitalis, quod pituitosum est, per totum corpus cum sanguine mistum gerunt. Alex. aphrod. probl. pri. 5. c. 667.
 Canescimus omnibus corporis partibus, alis vero non: quia locus iste calidior est, ut quia refectus est spiritu naturali, & sanguine, & etiam, quia laxior est, & solutior, ut excrementa pituitæ digerere, & distillare assidue possit: quod assidui sudoris alarum argumento constat. Alex. aphrod. probl. pri. 10. c. 668.
 Canescunt primo in homine tempora, deinde in anteriori capitis parte pili, postea in posteriori, vltimo in pectine inguinis: quia tempora frigidiora & humidiora sunt, quia non est cursus spiritus: anterior pars capitis humidior, & posterior est siccior, diutius tenes calidum naturale; exteriorum autem locorum calidissimum est inguen: ideo tunc de pili canescunt. Alb. mag. de ani. l. 3. tract. 3. cap. 2. c. 40. col. 2.
 Cani non fiunt animantes ceteri, homine excepto, quia paruum cerebrum, & id minus humidum habent: equis vero maxime omnium caluities innotescit; quia os, in quo cerebrum est, tenuius pro magnitudine habet: & cum pro tenuitate otis affluant humores, & per ætatem calor deficiat, pili isti canescunt. Arist. de gen. ani. 5. cap. 5. char. 279.
 Cani ne fiant pili, inuat vinctio aquæ, & olei. Aristot. de gen. ani. 5. cap. 5. c. 280.
 Cani sunt pili, quia pituitæ, ex qua orti sunt, color emittuntur. Alex. aphrod. probl. pri. 5. char. 666.
 Canitiem sentiunt prius tempora hominum, & priores partes, quam posteriores: & pubes nouissime canescunt. Arist. de hist. ani. 3. cap. 11. ch. 90.
 Canities est debilitas quædam humoris siti in cerebro, & cruditas. Arist. de gen. ani. 5. cap. 1. ch. 268.
 Canitiem effici putredine quadam, nec esse ariditatem, indicium est pilos canos oriri: nihil enim oritur aridum. Arist. de gen. ani. 5. cap. 5. c. 280.
 Canitiei causa, est calor debilis, & consumptio humiditatis vinctuosæ, ideo cum nutrimentum pilorum non conuertat pingue humidum trahit aquam leuem, & tenuem, quæ tota propter sui diaphaneitatem in albedinem conuertitur, cum sit terminati corporis materia, quæ est pilus. Alb. mag. de ani. l. 3. tract. 2. cap. 2. char. 40. col. 2.
 Canitiei causa aliquando est, si pili multum coarctantur; quia tunc summi repercutiuntur ad loca cooperata, & in phlegma conuertuntur, quæ est causa canitiei. Nec non anhelare multum causa est canitiei: ideo simul dormientes in vno loco citius canescunt, quia anhelitus suo calore aperit nimis vias pororum, & exire facit subtile pingue. Alb. mag. de ani. l. 3. tract. 2. cap. 2. char. 40. col. 2.
 Cantamus cur parhypate difficile, hypate facile, cum solum diexi discrepant; quia hypate remissior est, atque etiam leuius a constitutione ascenditur, hæc eadem causa est, quamobrem ad vnum cantari videantur, quæ ad hanc paranechemque cantantur: agendum enim est cum intentione conditioneque aptissima moribus pro voluntate, & instituto. Arist. proble. sec. 19. q. 9. char. 512.
 Cantandi immutatio, & varietas tragicum est; quia est inæquale, quod affert tristitiam, & magnitudini calamitatis, aut mæroris accomodatur, contra quod æquale, & continens est, minus id flebile auribus apparet. Arist. probl. sec. 19. q. 6. ch. 512.
 Cantatur aptius de acuto in graui, quam de graui in acuto, quia graue generosius, sonantiusque ab acuto oriri potest. Arist. probl. sec. 19. q. 33. ch. 519.
 Captare acutum cur difficilius est, quam graue, cum facilius est mouere exiguum quam, quod multum est; quia vocem natura emittere acutum non idem est, &

acutum cantare; sed mittunt acutam vocem omnia, quæ natura sunt imbecilla, quia non multum aeris eijcere possunt, parum vero aeris velociter fertur. Vnde Hæctici, id est, qui consumpto corporis habitu emarcuerunt, acutam proferunt vocem. At acutum, nisi viribus valeant, cantare non possunt. Cuius inditium est, quod velociter ferri solet, quod vehementer ferri: ita bonarum virium index acutum est, cum superna cantare admodum difficile sit: grauiam autem locum tenent inferiorem. Arist. probl. sec. 19. q. 37. c. 520.
 Cantantes parhypaton cur vox rampi non minus solet, quam in nocte, supremis que quamquam cum interuallo amplior; quia eius cantus perdifficilis est, & cantandi primordium obtinet. Difficilis autem propter intentionem, & pressuram vocis, quibus in rebus nimum veget: at corrumpi quæque maxime solent, quoties labore acris opprimuntur. Aristot. problem. sec. 19. q. 3. char. 511.
 Cantantes grauius, facilius, si absfonant, deprehenduntur, quam qui cantant acutius: nec secus in numeris accidit, euidentiores enim qui peccant in grauiori; vel quia plus temporis graue obtinet, plus autem plenius a sensu aurium percipi potest: vel quod in tempore ampliori agitur, hic etiam plus sensus adhibetur: velox autem, & acutum facile ob suam velocitatem lacescit. Arist. probl. sec. 19. q. 21. c. 516.
 Cantantes multi melius seruant numeros, quam pauci; quia multi melius vnum, summeque ducem aspiciunt; tardiusque incipiunt, sic facilius assequi idem possunt, quippe cum in accelerando eueniat, ut plus erroris committatur. Arist. probl. sec. 19. q. 22. c. 516.
 Cantare solet quisque hilari securoque animo, nisi aliqua coactus necessitate id faciat. Arist. proble. sec. 19. q. 41. c. 523.
 Canticis omnibus oblectari omnes solent, quia motibus naturalibus oblectari datum a natura omnibus est. Aristot. probl. sec. 19. q. 38. c. 521.
 Cantilenam, quam nouimus, suauiter audimus, quamquam ignoremus, quia cum quod cantatur, agnoscimus, tunc melius patet, an quod discere lætabile est, cuius ratio, vel in capienda doctrina, vel in vtendo, agnoscendo veratur. Adde quod res solita suauior est insolita auribus. Arist. probl. sec. 19. q. 5. c. 512.
 Cantilenas solitarias suauiter audire solemus, si ad tibiam, aut ad lyram vna cantantur, cum tamen ad fides canticumque idem utroque modo peragatur, quoniam euidentius in assequendo, quod spectatur est, cum ad vnam tibiam, ut lyram cantatur: ad plures vero suauitas seruari non potest, cum cantilena offuscetur, totaque pene deleatur. Aristoteles problematum, sectio. 19. q. 9. char. 513.
 Cantilena, quæ lex appellatur, cur non per antistrophos olim agebatur, cum tamen cæteris chorearum canticis antistrophi vsus non decesset; quia olim leges a magistris, & certandi peritis agebantur, qui cum iam egregie simulare, & valenter pertendere possent, cantum & prolixum, & variū consuebant. itaque ut verba, ut & moduli, & numeri varie simulatione insequerentur: imitari. n. modulamine magis quæ vocabulis necesse est. Quamobrem dithyrambi etiã postquam simulari ceperunt, antistrophis amplius non vtunt, & si plurimum ante vtentur; quia olim homines liberi, & ingenui, ad choream adire solebant: itaque difficile erat multos uti cætu certatorio. ideo illis in more fuerat, ut modulos & harmonias cantaret. Vnus enim cantilenæ crebros mutare facilius, quam multi possunt, & quicertat, quæ qui mores conseruat. Antistrophus simplex est, quæ vnitate mensuratur: & ideo in scena nullus, in chorea plurimus antistrophi vsus est. Hæctico. n. simul, & certator, & simulator est, & chorus minus imitatur. Arist. probl. sec. 19. q. 15. c. 514.

Captilenam suauis audimus, cum ad tibiam, quâ cum ad lyram catur: vt quia omne suauis mistum cum suauiori suauis est, vt tibia quam lyra suauior est; sonus enim lyrae, quia non fit uoce, ideo minus uoci immisceri potest, & tibia sonitu, & cognatione sua multos cantilenæ errores occultat. Aristot. problem. sec. 19. quæst. 44. char. 524.

Cantum, quem scimus, suauis audimus, quam quem ignoramus, vel quia cum cantilenam agnoscimus melius patet, qui veluti calcem, quod spectat, assequitur; hoc autem contemplationem facit suauiorē; vel quia auditor una cum eo afficitur, qui notam illam exprimit cantilenam, quippe qui aliquid succinat, sociumque se præbeat. Arist. probl. sec. 19. q. 41. c. 523.

Cantaploza est vas, cuius superius orificiū si claudatur, non exit aqua, quia aer non potest introire. Auer. in phys. 4. tex. 51. ch. 69. col. 1.

Cantharides ex eruris fici, piri, & pini, & etiam sentis caninæ oriuntur. petit fetida, quia ex tali materia genus sibi constitutum est. Aristot. de histor. animal. 5. cap. 19. char. 179.

Cantharides vermes sunt virides, auri colore superlucetes, & nascuntur in summitate ramorū fraxini, & aliorum arborum, ex humore, qui est in folijs, & conualescunt corrosione foliorum. vt eruce uolant per diē, nocte vero in unum globum colliguntur. in aceto mergunt, & seruant ad diuersos medicinæ vsus. alligatae faciunt pustulas, ex quibus fiunt cauteria utilia, quia multum trahunt. Albert. magn. de animal. l. 26. char. 204. colum. 2.

Capilli hominum crassissimi sunt. capitis enim cutis crassissima est, & humorem plurimum in se continet: rara enim admodum est. Aristot. de gener. animal. 5. cap. 3. char. 273.

Capilli hominum longissimi sunt, quia cerebrum humidum, & frigidum largam humoris copiā præbet. Arist. de gen. ani. 5. cap. 3. ch. 273.

Capillus, supercilium, & cilium genere cōgeniti pili continentur, qui aetate iam prouecta non crescunt, sed supercilia tantum in aliquibus condensantur, ac omnes hi pili usu immoderate libidinis decidunt. Arist. problem. sec. 4. q. 19. char. 388.

Capillos multū crispōs qui habent, timidi sunt, referuntur ad Aethiopes. Arist. physiogn. cap. 11. ch. 354.

Capilli in extremitate crispi, ad bonum animum referuntur. referuntur autem ad leonem. Arist. physiogn. cap. 11. char. 354.

Capillos qui habent in capite ad frontem iuxta nasum, sunt liberales. referuntur ad apparentem decentiam. Arist. physiogn. cap. 10. ch. 354.

Capilli, ossa, & vngues nullo sensu prædita cernuntur. Ale. aphrod. in 1. de ani. cap. 21. ch. 39. col. 4.

Capilli intereunt, cum cerebrum humidum caloris inops est. Io. gram. in 5. de gene. ani. cap. 2. c. 98. col. 3.

Capilli cani hominibus non modo senectutis causa, sed ob morbum etiam, qui vitiligo appellatur, fiunt. Ioan. gram. in 2. de gene. ani. cap. 5. c. 100. col. 2.

Capillus nutritur nutrimento vltimo, non phlegmate: nam phlegma est nutrimentum primum. Auer. de gen. ani. 1. cap. 5. ch. 253. col. 1.

Capilli stabiles, nigri, vel aquatici coloris, sordidi, & crassi animum indicant violentum, & apro similes sunt. Alb. mag. de ani. l. 1. tract. 2. cap. 2. ch. 6. col. 4.

Capilli molles & ultra modum tenues, rubei, penuriam sanguinis indicant & ingenium pigrum habent. Alb. mag. de ani. l. 1. tract. 2. cap. 2. ch. 6. col. 4.

Capilli nimium crispi, subdolum, asperum, timidum, & lucri cupidum indicant. Alber. mag. de ani. l. 1. tract. 2. cap. 2. char. 6. col. 4.

Capilli depressi nimium, & forte imminentes ferunt, declarant animum, & hos urinos Plato pronun-

tiavit: si autem sint supinati super mediam frontem ad cerebrum respicientes, callidum in nequitijs, & nimis sapientem ostendunt. Alb. magn. de animalib. l. 1. tract. 2. cap. 2. char. 6. col. 4.

Capilli rigidi, rari, timidum, & frigidū esse pronuntiant. Alb. mag. de ani. l. 1. tract. 2. cap. 2. ch. 6. col. 4.

Capilli flauī, & crassi, albi, indociles dicunt esse, & feros. Alb. mag. de ani. l. 1. tract. 2. cap. 2. char. 6. col. 4.

Capilli densi, & vasti circa tempora, & aures, calidum & libidinosum dicunt hominem. Alb. mag. de animalib. l. 1. tract. 2. cap. 2. char. 6. col. 4.

Capilli tenues, & rari iuxta tempora, frigidum ac sine viribus hominem ostendunt. Alb. mag. de ani. l. 1. tract. 2. cap. 2. char. 6. col. 4.

Capilli subnigri, moderate tenues bonos indicant mores, & bonam hominis compositionem, idem subflauī moderate tenues ostendunt. Alb. mag. de ani. l. 1. tract. 2. cap. 2. char. 6. col. 4.

Capillorum ultra modum densitas, & grossities in iuuetute, maniam in processu temporis, præloquitur. Alb. magn. de anim. l. 1. tract. 2. cap. 2. char. 6. col. 4.

Capillorum linea recta, ad quam capillorum generatio terminatur, quæ descendit, & fronti imminet, ostendit hominem animosum, & misericordem: si contra exhalatur in fronte, calidū, & parui intellectus hominem ostendit. Alb. mag. de ani. l. 1. tract. 2. ca. 2. c. 6. c. 4.

Capillorum generatio in parte occiput, si linea ad quam deferantur descendit versus ceruicem, indicat callidum in nequitijs, insipientem in bonis, & libidinosum. si multum exhalatur a ceruice, significat foemineum, timidum, tardum, & immundum. Alb. mag. de anim. l. 1. tract. 2. cap. 2. char. 6. col. 4.

Capillus ad mediam frontem descendens ex vtraque parte respersus, & reflexus, ad equi speciem similitudinē habet. Alb. mag. de ani. l. 1. tract. 2. ca. 26. c. 23. col. 3.

Capillorum crispitudo accidit, cum vapor est fumosus, calidus, siccus, quia terreum torquet trahendo inferius, & calidum torquet nitendo ad superius, & sic continuo torquentur; & accidit crispitudo capillorum, propter paucam humiditatem, & multitudinem partium terrestrium. Alber. magn. de animalib. l. 19. cap. 6. char. 16. col. 4.

Capita, quæ in Aristotelis libris sunt, primo dicenda sunt sex: intentio, utilitas, inscriptionis causa, an sit legitimus auctoris liber, ordo lectionis, diuisio in partes. Ammo. in præd. q. 4.

Capita, quæ in Aristotelis libris sunt tractanda, hæc sunt: libri intentio, utilitas, inscriptionis causa, ordo lectionis, si proprius sit philosophiæ liber: diuisio in capita, & sub quam philosophiæ partem redigatur hic liber. Simp. in præd. c. 2.

Capitatus est notus piscis in fluuijs Germaniæ, & Galliciæ, caput habens fere ad magnitudinem totius corporis: niger est, & fuscus sub lapidibus delitescens. Alber. mag. de anima. 24. cap. 1. c. 196. col. 4.

Capitones omnes limo pascuntur: quo fit, vt graues, & sordidi sint. Arist. de hist. ani. 8. cap. 2. c. 274.

Capparitis in locis cultis prouenire non potest facile, quia non omnia ex eadem materia constant. Arist. problem. sec. 20. quæst. 12. ch. 351.

Capparitis nascitur in locis petrosis. Est calida & sicca, & in loco frigido, & humido corrumpitur: si in multo ponatur impedit ebullitionem eius. Alber. mag. de veg. & plant. lib. 6. tract. 1. cap. 13. ch. 154. col. 1.

Capparitis nutrimentū maxime cū sale salatur, & valde paruum est. Alb. mag. de veg. l. 6. tract. 1. c. 13. c. 154. c. 1.

Capparitis radix, & folia resoluunt scrofulas, & confert ad paralyfim, & ad materiam grossam, & melancholicā. Alb. mag. de veg. l. 6. tract. 1. cap. 13. c. 154. col. 1.

Capris nullum ducem constituunt pastores, quia sunt instabiles natura. Arist. de hist. ani. 6. cap. 19. c. 230.

Capræ

Capræ in Syria sunt auriculis mensura palmari, & dorantali, & nonnullæ demissis, ita vt spectent ad terram. Arist. de hist. ani. 8. cap. 28. ch. 309.

Capræ in Sicilia tenduntur vt alibi oues. Arist. de histor. ani. 8. cap. 18. c. 309.

Caprarum ex grege, si quis vnam villo mento dependente, quem aruncum vocant apprehenderit, ceteræ stant, vt stupidae, suos in illam oculos iniicientes. Aristot. de hist. ani. 9. cap. 3. ch. 321.

Capræ, cum Sol auersus defiterit, non aduersis inter se oculis, sed auersis cubare accepimus. Arist. de hist. ani. 9. cap. 3. ch. 321.

Capræ syluestres in Creta insula, sagittis transfixæ, quarunt (vt aiunt) dictamnium herbam, hæc enim spicula ex corpore eiecit. Arist. de hist. ani. 9. cap. 6. c. 324.

Capræ Cretenses, cum sagitta transfixæ sunt, vt vulgo fertur, dictamnium illius insule proprium querunt, dictamniumque deuorato, confestim telum eiciunt. Arist. de admir. aud. 4. ch. 804.

Capras in Cephalenia affirmant aliqui quotidie, vt quadrupeda reliqua, non bibere, sed rictu flatuis opposito astare, ac ore aperto aera suscipere. Aristot. de admir. aud. 8. c. 841.

Capra quedam nassa in Pedasia Cariæ regionis ad Iouis sacrificium (vt aiunt) ex Pedasso per septuaginta stadia; ad locum sacrificij incedit per turbam multā, quæ eam contemplatur, & non conturbatur capra, nec ab itinere auertitur, cum vero funi alligatur, tramite pulchriori cū, qui sacerdotia exportat, præcedit. At quod ceteris aduenis stuporem inducit, est eius cornua calices quaternos occupare. Aristot. de admir. aud. 133. char. 871.

Capræ minus pingues esse dicuntur, quam omnia alia animalia pascualia. Albert. magn. de anim. l. 8. tract. 2. cap. 1. char. 74. colum. 2.

Capri montani a venatoribus sagittis transfixi, si ferrum non exit, manducant pulegium ceruinum, siue agræste, & eius virtute ferrū exit. alij dicit applicare dictamnium herbam plagg. Albert. magn. de anim. l. 8. tract. 2. cap. 2. char. 74. colum. 3.

Capri & capræ animalia sunt nota, quorū sanguis bulliēs, vel de nouo calidus extractus adamantem mollificat: etiam cum petroselino, & uino potantem frangit lapidē in renibus, & in vesica. Si duos testiculos capri pulverizatos quis comederit, generabit filium masculum: & si unum comederit, generabit filium, vnum tantum testiculum habentem. Alber. mag. de anim. l. 21. tract. 2. cap. 1. char. 175. col. 4.

Capreolis in cornibus magis præterit cerui speciei. Alb. mag. de ani. l. 21. tract. 2. cap. 1. c. 175. col. 4.

Capreoli ceruis similes non eiciunt dentes, sed ingrossantur. Alb. mag. de ani. l. 2. tract. 1. cap. 4. c. 31. col. 3.

Caprimulgum est auis, quæ capræ uera cum suxerit, capra exsiccat, & lacte priuatur. Arist. de hist. ani. 9. cap. 40. char. 341.

Captiones ex homonymia, & ambiguitate, quatuor sūt modis: cum nomen, & oratio multa significat: & cum sumus soliti ita dicere, & hi duo ambobus communes sunt. Tertius, cum coniunctum multa significat, separatum autem simplex est, & est proprius ex ambiguitate. Quartus tertio est contrarius. Alexan. aphrod. in l. elench. char. 81.

Captiones ex homonymia habent nomina, & orationē, quæ multa significant; ex ambiguitate autem ambiguum in oratione habent. Alexand. aphrod. in l. elench. char. 81.

Captiones ex accentu admodū pauca sunt. Alex. aphrod. in l. elench. char. 87.

Captionibus omnibus, quæ ex eodem uitio oriuntur, eadem adhibenda est explicatio. Alexand. aphrod. in l. elench. char. 95.

Captiosam in cyphisticis elenchis docet Aristoteles, vt nos ab illorum laqueis falli non sinamus. Ioan. gram. in pri. priorum. char. 2. colum. 3.

Capitis pars posterior inanis est, & causa omnibus propter singulis magnitudine variatur: quibusdam enim caput grande est, facies subiecta capiti parua, vt quæ rotunda sunt facie: aliis caput paruum. Maxillæ omnium iumentorum longæ sunt. Aristoteles de historia animalium pri. capit. 16. char. 29.

Caput constat ossibus, non quatuor, sed sex; quorum exigua circa aures sunt comparatione reliquorum Maxillæ a capite ossa duo proeundunt, quarum inferior ab omnibus animalibus mouetur, excepto crocodilo. Maxillis dentium genus heret, & partim cauum, partim solidum; adeo firmum, vt solum inter ossa ferri aciem respuat. Arist. de historia animal. 3. ca. 7. c. 85.

Caput hominis macilentum, carnēque prope omnium esse necessarium, ex ijs quæ de cerebro diximus, euenit. Ari. de parti. anima. 2. ca. 10. char. 449.

Caput, si esset carnosum, cerebrum non posset refrigerare; ideo non sunt audiendi qui dicunt, si esset carnosum, viuacius hominum genus futurum esse, & vim sentiendi cerebro esse: sensus enim expers cerebrum est. Arist. de parti. ani. 2. ca. 10. char. 449.

Caput caret in parte anteriori, & posteriori carne; quia erigi nihil potest pressum onere. Aristoteles de partibus animalium 7. cap. 10. char. 450.

Capiti caro non est, non vt cerebrum sentiat; quia pars posterior capitis cerebro caret, & tamen expers est carnis. Aristoteles de partibus animalium. 2. capit. 11. char. 450.

Caput non est venarum principium, sed cor. Aristoteles de partibus animalium 3. capit. 4. c. 475.

Caput abscissum loqui potuisse aliqui asserunt. In terra Caria res adeo pro certa habita est, vt reū quædā ex incolis egerint: cum enim Iouis Hoplosinij sacerdos esset occisus, & a quo non constaret, nonnulli sese audisse retulerunt a capite præciso, dicente sepius, virū super viro Certidas occidit, itaque hominem, cui nomen Certidas, in provincia quæserunt; compertoque in iudicio duxerunt: sed fieri non potest, vt caput præcisa arteria, & sine motu pulmonis loquatur. nec apud Barbaros, qui summa celeritate capita abscindunt, tale quid euenisse accepimus. Aristoteles de partibus animalium 3. cap. 10. char. 495.

Caput omnia animalia sanguine prædita habent exanguē. nonnullis indistretum est, vt cancris. Aristoteles de partibus animalium 4. cap. 10. char. 530.

Caput cerebri gratia potissimum est; hanc enim partem sanguinea omnia habeant necesse est, & loco cordi obiecto. Arist. de part. ani. 4. cap. 10. ch. 530.

Capiti ea pars, quæ aditum cibo præbet, natura subiecit, cum nec supra cor, & vitale principium, neuter constitui posset; neque, si inferius quam nunc est, poneretur, fieri posset, vt equæ aditus cibo pateret. Arist. de partib. anim. 4. cap. 10. char. 531.

Caput continuo a corde generat, & magnitudine ceteris præstat membris. Arist. de ge. ani. 2. cap. 4. ch. 171.

Capitis vlcera in corporibus plenis, & impuris non magno negotio sanantur: tibiæ autem ægre, quia humor eorum terreus, & granis est: graue autem omne deorsum tendit, & ideo superiora facile, inferiora difficile curantur. Aristoteles problem. sec. q. 18. ch. 337.

Caput alia animalia mouent, alia non. quæ collo carent, mouere caput nequeunt, & nonnulla collo carent. Aristoteles problem. sec. 10. q. 19. ch. 431.

Caput magnum habentes sentati, referuntur ad canes, qui parum insensati, referuntur ad Afinos, qui habent caput pineatum inuerecundi, referuntur ad haecentes vngues curuas. Arist. physioigno. cap. 5. ch. 352.

Caput rotundisse ad eutem supra lipitudinem iquat, quoniam

quonia melius caput distat, liberiusque per suos meatus digerit materiam vacantem, & fluitantem. Alex. aphrod. problem. 2. 37. chart. 737.

Capite magno existentes facile dormiant, quia a discretionem multa abscondit euaporatio. Mic. ephes. de som. & vig. c. 14. col. 2.

Capitis potentia in animalibus, est potentia radice in plantis: quia hoc est principium eius, per quod animal est, id est sensus, ideo animalibus dempto capite auferitur vita, & arboribus amputata radice. Auerr. 2. de ani. su. 2. tex. 38. c. 134. col. 4.

Capitis occiput non induratur, nisi postquam indurata fuerit omnia ossa; quia multum est medullosa, quæ molliter sequitur ad receptionem formarum sensibilibus. Albert. magn. de anima. l. 1. tractat. 2. cap. 1. char. 5. columna 4.

Caput, quod naturalè habet figuram est, vt sphaera compressa, aliquantulum oblonga, quæ est vt nauis. Albe. mag. de ani. l. 1. tract. 2. cap. 1. c. 5. col. 4.

Capitis pars anterior, quæ est sub occipite, magis est vacua, vt capiat spiritus, & formas sensibilibus in suis medullis. Albert. magn. de anima. l. 1. tractat. 2. cap. 1. char. 5. columna 4.

Caput hominis est ex osso duro, vt sit clypeus cerebri contra ictus, & passiones incidentes a eumate, & frigore: & est rotundum ob duas causas; quarum prima est propter sui capacitatem; alia quia figura illa in puncto tangitur, & minus læditur ab impulsu incidentium. Albert. magn. de animal. l. 1. tractat. 2. cap. 1. char. 5. columna 4.

Capitis ossium diuersitas est, tum propter ipsum os, tum propter contentum in osse. Propter os ob duas causas; Vna, vt si vni contingat læsio, alterum sit saluum, & protegat cerebrum. Altera, quia non poterat conuenienter fieri quod in vno, & eodem osse esset diuersitas raritatis, spissitudinis, subtilitatis, & grossitiei, mollitiei, & duritiei. Propter contentum ob quatuor causas. Vna ex parte cerebri, vt fumositas ipsius egrediendi locum habeat. Alia est ex parte eius, quod de villis neruorum a cerebro egreditur in exteriora, & superiora membra capitis. Tertia, vt viam habeant venæ, & arteriæ, quæ per caput per ipsam futuram in diuersis partibus egredi habent, vt exterioribus vitam, & nutrimentum afferant. Quarta, quia intra testam duæ pelliculæ continentur, quæ cerebrum inuoluunt, quarum superior propter eius duritiem, dura mater vocatur, quæ si in aliquo non esset suspensa, decideret, & læderet cerebrum, sed in plano alligari non potest: ideo dentibus futurarum, vnde est colligata, suspenditur. Alb. mag. de anima. l. 1. tract. 2. cap. 1. char. 5. col. 4.

Capita feminarum sunt magis dolentia, quam capita virorum, propter maiorem quam in viro clausuram iusturarum: quæ clausura fit propter maiorem frigiditatem, & humiditatem feminarum, propter quam quorundam maniatorum capite perforato sanitas illis red dita fuit. Alber. magn. de animal. l. 1. tracta. 2. cap. 1. char. 5. col. 4.

Caput duas eminentias habet: vnâ anteriorem in occipite: alteram superiorem in sincipite: vt nerui sensibiles descendentes sub prima, & nerui materia descendens sub vltima descendant, & largas habeant vias. Alb. mag. de anima. l. 1. tract. 2. cap. 1. c. 6. col. 1.

Caput maius, quam congruat, arguit sensus augmentum, virtutem, & magnificentiam. Alb. mag. de anima. l. 1. tract. 2. cap. 2. c. 6. col. 4.

Caput globulosum, breue, sine sensu, sapientia, & memoria est, & imprudentiæ est signum. Albert. mag. de animal. l. 1. tract. 2. cap. 2. c. 6. col. 4.

Caput enormiter prolixum, imprudentiæ est signum. Alb. mag. de ani. l. 1. tract. 2. cap. 2. c. 6. col. 4.

Caput humile superius, & quasi planum, insolentia, & dissolutionis est indicium. Albert. magn. de anima. l. 1. tract. 2. cap. 2. c. 6. col. 4.

Caput moderatum bonum indicat ingenium, & magnū sensum; aliquando tamen & timidum & illiberalem. Alb. mag. de anima. l. 1. tract. 2. cap. 2. c. 6. col. 4.

Caput immentum est stultum, indocile, & stolidum. Alb. mag. de anima. l. 1. tract. 2. cap. 2. c. 6. col. 4.

Caput oblique mensuratum designat imprudentiam; & si emineat in prima parte, insipientiam dicit. Alber. mag. de anima. l. 1. tract. 2. cap. 2. char. 6. col. 4.

Caput in priori parte vallicofum & quasi concauum, dolis, & iracundiæ est deditum. Alb. mag. de animal. l. 1. tract. 2. cap. 2. c. 6. col. 4.

Caput magnum cum lata fronte, & vultu ostia magna, tardum, pigrum, aliquando indocile ostendit. Alb. mag. de ani. l. 1. tract. 2. cap. 2. c. 6. col. 4.

Caput oblongum aliquantulum, & malleo simile, prouidum hominem, & circumspectum ante, & retro indicat. Alb. mag. de ani. l. 1. tract. 2. cap. 2. c. 6. col. 4.

Caput rectum, quod in medio est planum, & mediæ magnitudinis, sensibus, & magnanimitate vigere declarat. Alb. mag. de ani. l. 1. tract. 2. cap. 2. c. 6. col. 4.

Caput quibus imminet super frontem, tanquam frons obducta sit, & insolentes, & dissoluti sunt, quibus contrahitur in medio, tanquam sit obstructa, pauidi sunt. Alb. mag. de anima. l. 1. tract. 2. cap. 2. c. 6. col. 4.

Capitis humani eorum qui viuunt, quatuor sunt figura: & ex quatuor vna sola est naturalis, & hæc est, quæ est vt sphaera compressa in caput cranei aliquantulum, & oblongum; quia in eo est eleuatio Occipitis propter salutem sensuum, & aliqua eleuatio Sincipitis propter salutem virtutum motuarum. Tres alia sunt innaturales. Prima, quæ diminuitur ex parte Occipitis, eo quod Occiput nimis comprimitur ad craneum versus Suturam primam capitis. Secunda est, quæ diminuitur versus Sinciput, ita vt nimis comprimatur Sinciput versus Suturam vltimam capitis, & ibi diuertatur. Tertia est, quæ in vtroque ipsorum diminuitur, ita vt caput rotundetur vt sphaera, & vbi caput decurtatur, vel diminuitur, ibi significat debilitatem virtutis. Albert. magn. de anima. l. 1. tracta. 2. cap. 5. char. 8. col. 4.

Capitis diminutio ante significat defectum in sensu, & imaginatione; si retro, significat defectum in motu, & recordatiuis; si in medio significat defectum in ratione, & cogitatione; si in omnibus diminuitur, significat defectum in omnibus. Albert. mag. de ani. l. 1. tract. 2. cap. 5. char. 8. col. 4.

Capitis diuisiones, sunt decem & octo. prima post Occiput, cuius forma est semicirculus, & non clauditur statim post natiuitatem. Secunda, quæ transit per longitudinem capitis sub vertice capitis. Tertia est futura posterior, quæ est ante Sinciput, & habet trianguli figuram. Quarta, quæ vadit per longitudinem capitis. Tres autem sunt diuisiones mendosæ, quia sunt inuisibiles, quarum vna est in latere dextro capitis, a tempore ad os laudè posterius: alia a temporibus, in latere sinistro, usque ad idem os laudè posterius: tertia, quæ est sexta, quæ diuidit fauces in duas partes. Septima est lunaris, quæ ducitur a tempore per supercilium dextrum in latere dextro. Octaua respondens illi, quæ aucta est a tempore per supercilium oppositum in latere sinistro. Nona linearis est ab aure per genam dextram. Decima respondens ei, quæ ab aure per genam uenit in latere sinistro. Vndecima est diuisio frontis per transfuerum per gibbum superciliorum. Duodecima, quæ est sub osse laudè, & basi capitis, vbi illa duo ossa coniunguntur. Decimatertia est, quæ est sub osse, quod baxillare vocatur, & occipite, vbi illa duo coniunguntur. Deci-

Decima quarta est linea descendens ab intermedio superciliorum sub naso, ad medium coniunctionis dictorum anteriorum dentium superiorum. Decima quinta est linea ab eodem intermedio superciliorum descendens ad unum dentem caninum in parte dextra. Decima sexta est respondens illi parte sinistra. Decima septima est immediate sub naso a dextro in sinistrum, secundum nasi longitudinem. Decima octaua est in medio longitudinis nasi in nasi ossibus triangularibus, & hæc, tribus primis futuris exceptis, mendosæ sunt. Alb. mag. de anima. l. 1. tract. 2. cap. 5. ch. 8. c. 4.

Capitis Suturæ videntur perbellæ, si fortiter coquatur, & postea in terram per aliquos annos maceratum fuerit, quia quandiu in illo aliquid humoris est, multa sunt occulta. Albert. magn. de animalibus. l. 1. tract. 2. cap. 5. char. 9. col. 1.

Caput vsque ad diuisionem quartam, & quintam, quæ sunt in lateribus eius, est sicut semisphaerium, quod secat superficies plana: & hæc superficies est os latum, quod capitis basis, aut fundamentum appellatur; & super illud immediate eriguntur quatuor ossa. Primum in faciem frontis, & venit a supercilij vsque ad summitatem capitis primam, vbi incipit ortus capillorum. Secundò respondet ei posterius in capite, quod est in sincipite, & est parua latitudinis, quod stat super basim vsque ad capitis arcuationem posteriolem sub illo osse, quod laudè est simile. Tertium est paries dexter capitis sub craneo. Quartum est paries sinister capitis sub craneo sinistro: quæ duo vocantur ossa petrosa propter suam duritiem: & propter hæc sunt alia quatuor ossa, quæ concludunt testudinem sphaeræ capitis. Primum os coronale, quod incipit super frontem, & porrigitur vsque ad primam capitis futuram. Secundum est os laudè, in quo incipit testudinari caput, quod euenit a sincipitis osse inferiori, vsque ad futuram capitis posteriolem. Tertium est os cranei in dextera parte super os petrosum, vsque ad futuram, quæ vadit per capitis longitudinem. Quartum, quod huic responderet, quæ ossa mollia sunt, vt melius cerebrum recipiant. Sunt præterea duo ossa, quæ vocantur ossa poris, vnum in parte dextera, alterum in sinistra, additur etiam os baxillare, ita vt duodecim sint capitis ossa. Alber. mag. de animalibus. l. 1. tract. 2. cap. 6. char. 9. col. 1.

Capitis motus a dextris, & a sinistris fundatur super iuncturam spondilium primæ. Albert. magn. de animalibus. l. 1. tract. 2. cap. 11. char. 12. col. 2.

Capitis motus ante, & retro fundatur super spondiles iuncturæ secundæ cum prima. Albert. mag. de animalibus. l. 1. tract. 2. cap. 11. char. 12. col. 2.

Caput quosdam motus habet proprios, & quosdam communes cum quinque spondilibus colli inferioribus: sed quouis modo sit, non est nisi vno quatuor modorum: anterior, posterius, a dextris, & a sinistris. sed aliquando etiam circungiratur, qui motus compositus est. Albert. magn. de animalibus. l. 1. tract. 2. cap. 14. char. 14. col. 3.

Caput curuantes inferius sunt duo musculi descendentes ex lateribus capitis retro post aures superius: & miscentur, donec eleuentur ab osse thoracis inferioris. Cum autem vnus istorum musculorum mouetur se colligendo, caput inclinatur inferius: cum ambo colliguntur, caput cum inclinatione porrigitur anterior moderatè. Albert. magn. de animalibus. l. 1. tract. 2. cap. 14. char. 14. col. 3.

Caput & collum inclinantes musculi anteriori sunt parua musculorum, qui sub esophago ponuntur extendentes se ad partem spondilium primæ, & secundæ, si contrahendo se curuat caput solum. Si autem extensio ad spondiles dictas cooperatur, curuat ad caput, & collum anteriori. Albert. magn. de animalibus.

l. 1. tract. 2. cap. 14. char. 14. col. 3.

Caput curuantium musculorum posterius quatuor sunt paria: quorum duo prima caput posterius erigunt, aut sine declinatione, aut cum declinatione parua. Tertium rectificat torturas declinationis. Quartum curuat caput ad posteriora cum manifesta transfusione. at cum tertij, & quarti aliquis musculus declinauerit, declinabit caput ad partem eandem: & cum ambo retrahuntur, mouetur caput transfusione ad posteriora, absque declinatione. Tria paria sunt profunda, quæ caput cum collo curuant: quorum vnum est triangulum posterius cerebro: & alia descendunt in collo, & ad alas spondilium. Albert. magn. de ani. l. 1. tract. 2. cap. 14. char. 14. col. 3.

Caput ad latera curuantium musculorum sunt duo paria; caput cum spondili prima continuantia ante, retro, a dextro, & a sinistro spondilis. Quodcumque autem vnum ex quatuor musculis mouet, ad se curuabit caput cum transfusione: & quicumque duo ab vna parte contrahuntur, trahunt ad se caput sine transfusione; & si anteriores mouentur, iuuabunt in declinando caput ad inferiora: & si posteriores, posterius mouent caput: & si omnes quatuor musculi colligendo se mouebunt, stabit caput erectum. Et licet sint minores hi musculi, tamen loci bonitate recuperant, quod quantitate diminutum est ab eis. Albert. magn. de animalibus. l. 1. tract. 2. cap. 14. char. 14. col. 3.

Capitis futuræ in viris, sunt coniunctæ per modum trianguli: in mulieribus, rotundæ. Alb. mag. de animalibus. l. 3. tract. 2. cap. 1. char. 39. col. 3.

Capita virorum sicciora sunt, & acutiori calido acuntur: foeminarum autem humidiora sunt. Alb. magnus de anima. l. 3. tract. 2. cap. 1. char. 39. col. 3.

Caput viri iam inuentum fuit, in quo nulla fuit futura. Alb. mag. de anima. l. 3. tract. 2. cap. 1. c. 39. col. 3.

Caput caret carnositate propter duo; quia, si haberet, non retineret complexionem propriam frigidam, & humidam; & quia nimis ponderaret, & non posset erigi. Alb. mag. de ani. l. 12. tract. 2. cap. 6. c. 18. col. 1.

Caput animalis non est factum, nisi propter cerebrum. Alb. mag. de ani. l. 14. tract. 2. cap. 1. c. 122. col. 1.

Capitis magnitudo maior est quantitate aliorum membrorum; quia cerebrum est magnum, & humidum ex prima formatione. Albertus magnus de animalibus. l. 16. tract. 2. cap. 5. c. 143. col. 4.

Capitis rotunditas in nullo animali laudabilis est; quia in concauo sphaerico nimis defluunt spiritus, & male adunantur. Albertus magn. de ani. l. 23. cap. 2. c. 187. col. 2.

Caput paruim habentes impetuosi sunt, propter calorem cordis non reflexum a frigiditate cerebri sufficienter, at contra magnum caput habentes. D. Tho. de sens. & sens. lec. 5. char. 7. col. 1.

Capitis diminutio, est prioris status permutatio; & maxima est, cum libertas, & ciuitas amittitur, & dicitur deportatio. Media, in qua ciuitas amittitur, & libertas seruat; vt in latinis colonas transfugatio. Minima, cum nec ciuitas, nec libertas amittitur, sed status prioris qualitatis quoquomodo mutatur. Boet. in topic. Cic. l. 2. c. 781.

Carbonabilia sunt, quæcumque inflammabilia habent plus terræ, quam sumi. Aristotel. meteor. 4. sum. 3. tex. 47. c. 583.

Carbonem, non odore, sed halitu caput hominum, dum spiritum hauriunt, grauedine obtunditur; qua quidem plerumque occumbunt. Alex. aphrod. de sens. & sens. lec. 4. com. 49. char. 20. col. 3.

Carbones extincti aqua, & postea accensi minorem siccitatem habent, quam terra operti; quia in illis clauditur ignis intus, qui cõsumit totum humidum, quod in

ipsis est: & horum ignis, qui minus siccus est, lædit caput. Alb. mag. in 4. meteor. tract. 3. cap. 18. c. 131. col. 2.

Carbones alij fiunt ex lignis, alij naturaliter ex terra, cum adurit humidum vinctuosum, & remanet terra nigra grauis valde: & sunt calidiores, & inueniuntur in Germania, & in Gallia, iuxta Laodiceensem ciuitatem. Albert. magn. meteor. tractat. 5. capit. 19. char. 131. col. 3.

Carbunculus inter omnes lapides pretiosos pretiosissimus est, & est gemma gemmatum. Alb. magn. in 4. meteor. tract. 3. cap. 19. char. 131. col. 3.

Carbunculus rubeus fit, cum super perspicuum luminosum infunditur fumus tenuis succensus, & sic fiunt hyacinthi, & carbunculi, & granatæ. Quod cum est perspicuitas multa, & fumus super infusus, tenuis, & lucidus, color eius est, qui vocatur balasius. Cum & perspicuitas multa, & fumus quasi igneus accensus, spissus, tunc est carbunculus, qui lucet nocte: & maxime si superinfundatur aqua clara, in uase nigro. Si perspicuitas est aliquantulum spissa, & fumus obscurus, fiunt granatæ. Alber. magn. in pri. de miner. ex tract. 2. cap. 7. c. 137. col. 1.

Carbunculus, qui à nonnullis Rubius appellatur est perucidissimus, rubicundissimus, & solidus: & se habet ad alios lapides, vt aurum ad cætera metalla. Venenum aereum, & vaporosum fugat: & cum est bonus, lucet in tenebris vt carbo: cuius tres sunt species; balagium, granatum, & rubinum. Alb. mag. in 2. de miner. ex tract. 2. cap. 3. c. 139. col. 3.

Cardamonum est semen herbae, quod etiam cardamonium vocatur: aliud est nigrum, magnum: aliud paruum ut lens: utrunque calidum, & siccum: confert humido capiti, quia exsiccat. Albert. magn. de veg. l. 6. tract. 2. cap. 4. char. 164. col. 2.

Cardiaca uulgo nuncupata ægritudo, non cordis, sed stomachi est ægritudo. Alexand. Aphrod. in 1. de ani. cap. 32. c. 43. col. 1.

Carduelis est auicula parua, quæ carduis infidet, & eorum femine pascitur, & est trium generum: aliud est in dorso citrinum, in lateribus croceum, & hoc nobilissimum est: aliud est croceum, paruum: aliud totum in pectore rubeum, flammeum alij addunt, quod primo est simile, quod lino infidet. Albert. magn. de anim. 23. char. 187. col. 1.

Carere aliquo, quod habere apti sumus, duobus est modis: aut in tempore, in quo natum est habere: aut in tempore, in quo non est natum habere. Auer. in 5. metaph. tex. 10. c. 63.

Caricæ, id est ficus, à loco sic dictæ, bifidæ tantum dulcissimæ sunt: nec multitudine, nec infusæ dulcedinem præstant; quia ex multitudine respirauit pars dulcis, in infusis autem humoris diluti copia est, quod nihil fere inde exactum fuerit. At que fissæ quidem, sed multiplici figura, immunes utroque isto incommodo caruerunt. Arist. probl. sec. 12. tex. 7. c. 552.

Carmen, & soluta oratio non designant poetam, vel historicum. Arist. poetic. cap. 7. char. 268.

Caro quid est, & unde sit.

Carnium nihil aliud est materialis causa, quam uenarum sudor, qui sanguis purissimus est. Io. gra. de gener. & corr. l. 2. cap. 4. c. 45. col. 4.

Caro calida est. Mich. Ephes. de partib. animal. 3. cap. 13. char. 126.

Carnis mollities provenit ex sicco commisto cum humido, & eius laxitas ex multo humido frigido. Albert. Magn. de animalib. tractat. 3. capit. 23. char. 27. col. 1.

Caro est materialis pars influens per nutrimentum, & effluens per conuenientem calorem: ideo quouis mo-

do abscondatur, cito crescit. Alber. magn. de anim. l. 3. tract. 2. cap. 5. c. 43. col. 1.

Caro, vt ad sensum pertinet.

Caro, & quod carni proportionem respondet, sensorium est tangibile. Aristotel. de partibus anim. 2. cap. 1. char. 424.

Caro est medium tactui, quia sentit, cum aliquid super eam positum fuerit. Aristotel. 2. de anima. sum. 4. cap. 7. tex. 116. char. 644.

Caro non est vltimum sensorium, necesse enim esset discernens discernere tangendo ipsum. Aristotel. 2. de anima. su. 6. cap. 1. tex. 145. char. 651.

Caro non est proprium sensorium tactus. Simplic. in 2. de anima. tex. 106. char. 43. col. 1.

Carnem sensorium esse non ostendit apprehensio sine tempore, cum non impediatur aliquod supra carnem positum quin sentiat. Io. Gra. in 2. de ani. tex. 106. char. 67. col. 4.

Caro in tactu est potius, quod intercedit, quam sensorium: quia & materialior est, quod terreni plus continet. Io. Gra. in 2. de ani. tex. 106. c. 68. col. 2.

Caro est tactus sensorium. Mich. Ephes. 2. de partib. animal. c. 68. col. 4.

Carnem per se sentire per omnes partes patet: neruus autem non se extendit ad omnes partes sensationis. Auer. de part. anim. cap. 1. char. 68.

Caro non habet sensum, nisi subministrat à neruo. Alber. mag. in 2. de ani. tract. 3. cap. 34. c. 29. col. 4.

Caro est vltimum organum sensus tactus, quia, cum per sensum tactus fiat discretio, necesse esset, quod ipso contactu carnis à tangibili fieret discretio tangibilis ab alijs sensibilibus. D. Thom. in 3. de anima. l. 3. tex. 146. c. 50. col. 1.

Caro, vt hominis caro.

Carnes hominis, & ossa, & nerui, non conueniunt in forma, & specie cum carnibus, & ossibus, & neruis animalium brutorum. Alb. magn. de natur. & orig. ani. tract. 1. cap. 6. c. 70. col. 1.

Caro hominis, & bouis non est eiusdem speciei, & naturæ: totum enim, quod est in corpore hominis, secundum aliquid naturæ intellectualis est participatum. Alb. mag. ethic. 9. tract. 2. cap. 1. char. 100. col. 4.

Caro vt conuenit esui.

Caro cuiuscunque quadrupedis peior est, cum palustribus locis, quam editioribus pascit. Aristotel. de histor. animal. 8. cap. 10. char. 286.

Carnes aëlis elixis humidiores sunt. Aristotel. proble. sec. 1. quæst. 54. c. 350.

Carnes, quæ miltium appellatur, cur egræ concoquitur? quia sua leuitate fluitat in ventriculo per cibi humidum medium, nec eius corpus attingit quo tactu fit coctio, sed iuxta gulam redundat: cuius officium appetendi, non cococquendi cibum est. Alexan. Aphrod. problem. pri. quæst. 22. char. 672.

Caro, vt physiognomia inferuit,

Carnem qui mollem habent, apti mente sunt: qui duram, inepti. Aristotel. 2. de anima. sum. 4. cap. 5. tex. 94. c. 639.

Caro dura & boni habitus, insensibilem significat: leuis, ingeniosum, & instabilem: nisi in forti corpore, & habente extremitates potentes hoc acciderit. Arist. phycognom. cap. 4. char. 337.

Caro, vt corrumpitur.

Carnes cur quæ Luna plenæ expositæ pernoctant putrescunt? quia aer tunc calidus reddi solet, & humidus: quæ qualitas putredinem contrahit. Alexand. Aphrod. problem. 1. 66. char. 686.

Caro cur ossi corrupto supposita laxa sit, & fungosa, & liuida? quoniam ossis corruptio non fit, nisi per vitiosum habitum, qui mutandi potentiam deprauat: qua deprauata, caro integra, & solida gigni nequit. Alex. Aphrod. problem. 2. 63. char. 748.

Caro ob quid creatur a natura.

Carni, & quod carni simile est, inter cutem, & ossa in omni genere sanguineo est. Arist. de historia anim. 3. cap. 16. char. 95.

Caro in omnes partes diuisibilis est: aboletur, & in venas, & fibras transit; quoties animal extenuatur, & gracilescit: & item vertitur in pingue, quoties pabuli copia suppetit. Arist. de hist. anim. 3. cap. 16. c. 95.

Caro quibus multa est, his venæ arctiores, & sanguis rubeior, & venter æ viscera parua. Quibus parum, his venæ ampliores, sanguis atrior, viscera maiora, & venter auctior. Lingue sunt intra carnem, quibus paruus est venter. Arist. de historia animal. 3. cap. 16. c. 96.

Caro non creatur a natura; nisi vt suppleat concauitates; quæ sunt in membris principalia, & officialia; neruos, venas, arterias, panniculos, cordas, ligamenta, ossa, & cutem. Albert. magn. in prim. de gener. & cor. tract. 3. cap. 8. c. 65. col. 3.

Caro tripliciter accipitur. Primo membrum, quod est loco carnis in animalibus sanguinem non habentibus: Secundo, quod est vicinum mediæ, & æqualitati complexionis, quæ est in carne. Tertio, quod carni est committitur, vt nerui. Albert. mag. in 2. de ani. tract. 3. cap. 34. c. 29. col. 4.

Carnis species permanent eadem vt mensura quadam, non tamen semper permanet eadem materia, in qua talis species suscipitur. D. Thom. in 1. de generat. & corrupt. l. 15. te. 36. c. 14. col. 2.

Caro, vt diuisibilis, vel indiuisibilis.

Caro, vt corpus, in infinitum secari potest: at, vt caro, non potest secari in infinitum. Themist. in pri. physic. tex. 37. c. 18. col. 1.

Caro aliqua impartibilis est, & minima, & sic se habent alia simularia. Io. Gram. in 1. phy. c. 16. col. 2.

Caro, vt magnitudo, in infinitum diuidi potest, ideo minimam magnitudinem sumere non licet. caro autem vt species, non poterit in infinitum parti, sed ad minimam carnem deueniet, quam si diuiserimus, carnis forma destruetur. Io. Gram. in 1. phy. t. 2. c. 164.

Carnis prima quantitas est terminata, quia, vt caro, non diuiditur in infinitum. Auer. physicor. 6. text. 59. char. 130. col. 2.

Capere sunt fluuiales pisces, & lacunales noti pingues, sed non sani. sunt ruffi multum, valde squamosi, quorum lingua est dulcis, asfa. Albert. magn. de animalib. l. 24. cap. 1. char. 196. col. 4.

Carthagenenses, cum multos in ciuitate mercenarios milites haberent, nec mercedem soluere possent, edixerunt vt cuique ciui, in inquilino ius esset rapinæ aduerfus ciuitatem, aut priuatum quemcumque; si vellet recipere, is describeretur. Ita, cum frequentes descripti essent, naues, quæ in Pontum nauigabant, probabili inuenta causa diripiabant, certum statuentes tempus, in quo se ius de ipsis rebus dicere volebant: & multa coacta pecunia milites dimiserunt, & de direptionibus iudicio disceptarunt: & ijs, qui in-

iuste direpti erant, ciuitas de proprijs prouentibus satisfecit. Aristotel. œconom. 2. c. 808.

Carthates auis est nigra de mergorum genere, quæ in aquis submersa continet spiritum ad spatium, quo homo velox ambulare potest geometricum milliare, & nocet voracitate piscibus. Alb. mag. de anim. l. 23. cap. 10. c. 186. col. 4.

Cartilago differt ab osse pluris minorisve ratione, cum alias natura eadem, qua ossa, confet. Et quemadmodum os præcisum nunquam recrescit, sic & cartilago rupta nunquam reparatur. Aristotel. de histor. animal. 3. cap. 8. char. 87.

Cartilago terrestrium, quæ & animal gignunt, & sanguinem habent, nullo foramine hincit, nec ossium more medullam obtinet. At aquatiliu cartilagineis, quod per dorsum proportionatum ossibus tendit, cartilago est humorem in medullæ speciem continens. Quæ animal, gressilium gignunt, auriculæ, nares; extremaque ossa nulla cartilagine constant. Aristot. de hist. anim. 3. cap. 8. char. 87.

Cartilagineorum squatina vna bis parit, & incipit autumno, & circa vergiliarum occasum parit, sed per autumnum foelicus; & singulis feturis partus septeni, & octoni. Aristotel. de historia animalium 5. cap. 10. char. 156.

Cartilaginea omnia simul, & oua parte superiore circa præcordia continent complura, alia maiora, alia minora: & inferiore animalia iam exclusa. Vnde fit, vt genus id piscis sæpius eodem mense, & pariat, & coeat: quippe quod non vniuersa edere solear, quæ conceperit, sed particulatim repetens sepe, & diu peragens: vt dum superius oua contrahit, inferius coquat, atque perficiat. At musteli fetus stros, & emittunt, & recipiunt intra seipos, quod & squatinæ, & torpedines faciunt: & iam visa est torpedo, grandis, quæ fetus habebat intra se circiter 80. Sed spinas, & pastinaca non potest recipere fetum intra, illa ob spinæ impedimentum, hæc ob caudæ asperitatem, & raia ob capitis magnitudinem, & aculeorum impedimentum. Aristotel. de historia animal. 6. cap. 10. char. 210.

Cartilaginea superferant, & gerunt vterum mensibus cum plurimum senis, & initium coitus mense Septembris est. cæteræ mustelæ bis anno pariunt, excepta canicula, quæ semel parit. Repetunt littus, & vada, & pelago, & alto gurgite relicto cum tempore pariendi instat. Aristotel. de historia animal. 6. cap. 11. char. 212.

Cartilagine vacante medulla discreta: quod enim in os discretum est, id mistum per totum facit, vt cartilago res mollis, & mucosa constituitur. Arist. de part. animal. 2. cap. 9. char. 447.

Cartilagine natura media est inter carnem, & os. Auer. de part. anim. 2. cap. 9. char. 447.

Cartilaginea intra se ouum perfectum pariunt, mox animal foras edunt, excepta raia, ob magnitudinem sui capitis. Aristotel. de generat. animalium 3. cap. 3. char. 197.

Cartilagine sunt minus copiosæ genitura. Arist. de generat. anim. 3. cap. 7. char. 205.

Cartilago semper intercedit inter os, ne durum cum duro collidatur, & corrumpatur. Alber. mag. de animal. l. 1. tract. 2. cap. 1. char. 6. col. 1.

Cartilagine creatio secundum naturam propinqua est creationi ossis, ita vt solum duritie, & mollitie differant. Albert. magn. de animal. l. 3. tract. 2. cap. 1. char. 39. col. 4.

Caruen est de genere draconum, serpens valde magnus, & eius mortus est vt mortus viperæ. Alb. mag. de animal. l. 25. char. 201. col. 2.

Cafes fluuius nascitur in capis Syriæ, & peragrans om-

nes ciuitates eius, mergitur post cursum milliariorum 630. in Aegeo mari, in insula Cyprî. Alb. mag. de nat. locor. dist. 3. cap. 1. c. 101. col. 3.

Casci concretio, & omnis conferta mutatio principium temporale habet quo ceptum est: reale non habet, confertum namque ipsa fit. Psel. in phys. c. 3.

Cascus factus ab æquali quantitate lactis vaccæ ad lac capræ, sexquialter esse dicitur: quia lac capræ siccus est quam lac vaccæ, & minorem facit casum. Albert. mag. de ani. l. 3. tract. 2. cap. 9. c. 45. col. 2.

Casmata sunt, cum aliquod spacium coeli descendit, & flamma velut de hiscens in abdito ostentat, & est, cum multus vapor inflammatus est in nube aquosa, vel tenui valde. Alb. mag. in 1. met. tract. 4. cap. 9. c. 84. c. 2.

Cassia melior est illa, quæ est rubea, pura, plana, longæ, lineæ, & grossæ cannæ, & subtilis foraminis, solida, grossa, & boni odoris, quæ mordicat, & stringit. Quæ nigra est, mala est, & nihil de ea administratur, nisi cortex. Alb. mag. de veg. l. 6. tract. 1. cap. 14. c. 154. c. 2.

Cassia fistula arbor est de partibus Orientis versus meridiem allata, & est naturæ temperatissime, & melior est longa, grossa, multam habens humiditatem, & quæ est splendidior, & pinguior. Alb. mag. de veg. l. 6. tract. 1. cap. 19. char. 154. col. 2.

Cassiopea lapidibus debite inscripta somnum dat & corpora debilia recreat. Alb. mag. de mineral. ex tract. 3. cap. 5. char. 143. col. 1.

Castaneæ proprium est, si excidatur, multas procreare, & quasi syluam generare. Alb. mag. de veget. l. 6. tract. 1. cap. 10. char. 153. col. 1.

Castitas est species temperantiæ. D. Thom. 3. ethic. l. 2. 2. char. 57. col. 1.

Castores peregrini, cum ad aliquam regionem accedunt, illi castores, qui illam incolunt regionem, eos capiunt, & ligna fere cogunt, quibus fabricant domos ad habitandum. Alb. mag. de ani. l. 7. tract. 1. cap. 5. c. 65. col. 3.

Castor est animal posteriores pedes habens anserinus ad natandum, & anteriores ut canis: & dicitur a castrando, non quia seipsum castrat, sed quia quæritur ut castratur. fabricat sibi cameras in solarijs, ut crescente aqua ascendat, & descendat. cauda eius est lata, apta ad natandum, ut gubernaculum in nauis. Alb. mag. de anim. l. 2. tract. 2. cap. 1. c. 175. col. 4.

Castreæ solent duobus modis: aut testes nouellos adhuc frangere: aut adultos iam firmosque excidunt. Arist. de hist. ani. 3. cap. 1. char. 71.

Castrantur ea, quibus sunt testes. Aristotel. de histor. anima. 9. cap. 50. char. 377.

Castrantur gallinæ parte nouissima suæ alui, quæ cum coeunt, concidit, hanc enim, si duobus, aut tribus feramentis adusseris, capos facies. quod si perfectus est, quæ castratur, crista pallefcit, & cucurire definit, nec coitum venereu repetit. Arist. de hist. ani. 9. cap. 50. char. 377.

Castrantur si cerui cum cornua nondum gerunt per etatem, non edunt cornua: sed, si cornigeri exciduntur, non decidunt cornua, & eadem seruantur magnitudine. Arist. de hist. ani. 9. cap. 50. char. 378.

Castrantur cameli foeminae, cum eis uti in prælio libet, ne concipiant vtero. Arist. de hist. ani. 9. cap. 50. ch. 379.

Castrata omnia transeunt in foeminam. Arist. de historia animal. 5. cap. 13. char. 161.

Castrata omnia, nisi nouella castrantur, intereunt, excepto apro; non enim refert qua aetate castratur. Arist. de historia animal. 9. cap. 50. char. 378.

Castratio quadrupedum vix immutat in foeminam. Arist. de hist. animal. 9. cap. 50. char. 378.

Castratione mutantur animalium aliqua forma, & moribus. Arist. de hist. animal. 9. cap. 50. char. 377.

Castrati diutius viuunt, quam non castrati luxuriosi. Alb. mag. de mor. & vit. tract. 2. cap. 8. c. 62. col. 2.

Castrati non possunt generare, quia via spermatis non

sunt affixæ, & terminatæ ad proprias vias exitus seminis. Alb. mag. de anim. l. 15. tract. 1. cap. 3. c. 126. col. 4.

Casus, vt causa per accidens.

Casu quædam fiunt, quædam non fiunt casu. Arist. 2. physic. su. 3. cap. 2. tex. 40. char. 40.

Casu dicitur illud, quod fit ex rebus, quæ sunt propter aliquid, quando ex his fit aliud per accidens. Arist. 2. physic. su. 3. cap. 2. tex. 50. char. 42.

Casus, & fortuna causæ sunt secundum accidens in ijs, quæ possunt fieri, non simpliciter, nec frequenter: & horum quæcunque fiunt in his, quæ propter aliquid fiunt, differunt vero, quia casu quæ fiunt, simpliciter fiunt quam, quæ fiunt a fortuna: quia quod fortuna est, est casu; & quod casu est, non est a fortuna. Arist. 2. physic. su. 3. cap. 2. tex. 57. char. 44.

Casus in animalibus accidit, ac inanitatis multis. Arist. 2. physic. su. 3. cap. 2. tex. 60. char. 44.

Casu fiunt, quæ simpliciter propter aliquid fiunt, cum eius, quod euenit, gratia fiunt, cuius extra est causa, a fortuna, quæcunque a casu fiunt, eligibilium, in habentibus electionem. Arist. 2. physic. su. 3. cap. 2. tex. 61. c. 45.

Casu omnia esse absurdum est, & figmento simile. & non est in ijs, quæ sunt natura id, quod fit, ut accidit; neque id, quod ubique, & in omnibus est, fit a fortuna. Arist. 2. de Coelo, su. 3. cap. 2. tex. 45. char. 307.

Casu fiunt, id est per putrefactionem, quorum materia a seipsa moueri potest: at, quorum non potest moueri a seipsa, impossibile est fieri aliter quam ex ipsis. Arist. 7. metaph. cap. 10. tex. 31. char. 143.

Casus singulos generali sermone comprehendere facile non est. Arist. politic. 3. cap. 7. char. 581.

Casus aliquando solet, & in ijs, quæ a formis fiunt, prædicari, sed potius in naturalibus. Alex. Aphrod. in 2. de anima. cap. 57. char. 55. col. 4.

Casus est, quod vltro, & frustra fit. Alexand. & Eust. in 2. post. char. 65. col. 2.

Casu fiunt, quæ sine aliqua præelectione fiunt, ut quæ cõcussa terra nascit aquæ fons. Ammo. in l. de inter. q. 79.

Casus non per similitudinem, ac translationem, sed peculiariter ad inanimata pertinet, & ad animantia ea, quæ ratione carent. Them. in 2. phy. tex. 60. char. 24. col. 2.

Casus ab eo, quod fit, temere differt, sicut finis a causa efficiente. Them. in phy. tex. 63. c. 24. col. 2.

Casu, & fortuna quod fit, non oportet intrinsecam & apertam causam existentem sequi, sed externam, & manifestam. Simpl. in 2. phy. cap. 1. tex. 65. c. 114. col. 1.

Casus consideratur in ijs, quæ fiunt a natura præter naturæ intentionem. Ioã. Gram. in 2. post. cap. 11. c. 65. c. 1.

Casus esse non potest in rebus, quæ sunt ab intelligentia: id est non artificialibus, & eligibilibus, sed in solis naturalibus. Io. Gram. in 2. post. cap. 11. c. 65. col. 4.

Casus est eorū, quæ fiunt alicuius gratia: in his, quæ natura & raro eueniunt, cã per accidens. Ioã. Gra. in 2. phy. c. 41. c. 4.

Casus est, quod eligi non potest. Mag. in l. de int. q. 19.

Casus consideratio non est propria philosophiæ naturalis. Auer. in phys. 2. te. 46. char. 31. col. 3.

Casus non est in contingenti equaliter. Auer. in phys. 2. tex. 48. char. 31. col. 4.

Casu quod natum est existere, non est natum existere per intentionem. Auer. in phys. 2. te. 79. c. 37. c. 2. Oppositum vide 2. phy. te. 63.

Casu quod fit, semper est oppositum ei, quod fit natura. Auer. physic. 8. te. 46. c. 176. col. 3.

Casus non inuenitur nisi in possibilibus. Auer. 2. de celo. te. 44. ch. 60. col. 2.

Casus non est in coelo, cum non sit illic materia. Auer. 2. de celo, te. 45. c. 60. col. 3.

Casu quæ fiunt, non habent ordinem, nec sunt intenta a natura. Auer. in 12. metaph. te. co. 13. c. 14.

Casus sine aliqua actione non fit. Boet. in l. de inter. c. 360.

Casu

Casu aliquid euenit, cum per actionem, quam quis gerit, aliud quam spectabat, euenit. Boeth. in l. de inter. c. 360.

Casus secundum Aristotelis opinionem, inter exteriores causas numeratur: secundum Ciceronem dicit euentum causis latentibus effectum. Boet. in topic. Cic. l. 4. char. 837.

Casus non est aliquid de mundo, sed est permixtum ordini, & necessitati. Alb. mag. in pri. de celo, trac. 1. cap. 2. ch. 2. col. 1.

Casu quæ sunt, habent causam intrinsecam, ut eorum quæ sunt a natura: eorum autem, quæ sunt a fortuna, causa est extrinsecam, ut eorum quæ sunt a proposito. D. Tho. in 2. phy. l. 10. te. 66. c. 26. col. 1.

Casus est natura agens præter intentionem, & non assimilatur suis agentibus, quæ a casu sunt. D. Tho. 2. metaph. l. 3. te. 13. c. 843.

Casus, vt ad nomen, & verbum pertinet.

Casus nominum non sunt nomina, nec cum verbo est, verum vel falsum significant. Arist. perher. cap. 2. char. 120.

Casus verbi non sunt verba, & differunt a verbo; quia præsens significat tempus, verbi vero casus illud, quod circum circa est. Arist. perher. cap. 3. c. 120.

Casus a veteribus appellantur non solum hi quinque, qui sunt in vsu, sed etiã modi & inflexiones, quæ adijciuntur, quamuis quascumque formationes habeant. Sim. in præd. c. 8.

Casus tum ad nomē, tum ad verbum, tum ad orationem pertinet. Auer. in poet. cap. 7. c. 93. col. 1.

Casus est alicuius nominis principalis inflexio. Boet. de dist. topic. l. 2. c. 870.

Casus obliqui, & si non sint partes enunciationis, sunt tamen partes propositionis. Albert. magn. in prior. cap. 138. colum. 4.

Casus, vt fit denominatio.

Casus antiqui nominabāt aliquas transfigurationes, ut a iustitia iustus. Boeth. in præd. q. 118.

Casus singulos generali sermone comprehendere facile non est. Arist. politic. 3. cap. 7. ch. 581.

Cathapleba est animal modicum, & caput ægreferens propter grauitatem, in ripis Nili iuxta fontem, qui niger dicitur habitans. Habet ita venenosus spiritus in oculis, ut qui ipsum in oculis eius offenderit, statim moriatur. Alb. mag. de ani. l. 21. tract. 1. cap. 1. c. 176. col. 3.

Cataplasmatis virtus est, ut resoluat, ut moueat sudorē, ut euocet uaporem. Arist. probl. sec. 1. q. 30. c. 341.

Cataplasmata mutari debent, ut plenius sentiatur: solita enim, ut ea quæ uentriculo mandamus, non amplius medicamenta sunt, sed pro alimentis recipiuntur: & sic suo munere fungi nequeunt. Aristot. problem. sec. prim. quæst. 46. ch. 347.

Catarrhi accidunt, si sanguis, qui accedit ad cerebrum erit frigidior, vel cerebrum nimis frigidum: & assimilatur pluuijs, & vaporibus, qui fiunt in magno mundo. sed catarrhi causa melius secundum eius diuersitatem, consideratur a Medico. Albert. mag. de anim. l. 12. tract. 2. cap. 3. ch. 106. col. 3.

Catellæ, quæ ferunt vterum sexaginta diebus, edunt catellos luce carētes per dies duodecim. Quæ gerūt vterum per septuaginta dies, eodem tempore carent luce catelli. At quæ per dies nonaginta, carent luce catelli per dies decem & septem. Aristot. de hist. animal. 7. cap. 20. char. 230.

Catelli cæci gignuntur, nec ante duodecim dies visum accipiunt. Arist. de hist. ani. cap. 20. char. 230.

Categoricæ propositiones sunt cæ, quæ sine aliqua cõ-

ditione propositionis promouantur; ut homo iustus, reliquæ conditionales sunt Boet. in l. de inter. q. 357.

Catus est in Arcadia super ripam fluminis Tiberis habitans, infestum bobus, ita ut tres aliquando simul per caudas ad antrum trahat, & est species pulmonis ipsius adeo calidi, & subtilis veneni, ut ad modum flammæ consumat ea, quæ tetigit. Alb. mag. de anim. l. 22. tract. 2. cap. 1. c. 176. col. 1.

Catus est animal notum, muribus infestum, in multis simile leoni secundum figuram, vnguibus & dentibus armatum, ut leo. Fel cati agrestis magni inuamenti est contra oris torturam, & extrahit fætum mortuum de matrice, cum fit ex eo suffumicatio subtus mulierem in os vuluæ: & cum stercore nigro alicuius cati commixtum fuerit. Albert. magn. de animalibus. l. 12. tract. 2. cap. 1. c. 176. col. 1.

Caucasus est maximus mons eorum, qui ad Orientem estiualem, & multitudine, & altitudine. Arist. meteor. su. pri. 4. c. 483.

Caudæ animalium pellis corporis modum imitantur, dummodo cauda nota aliqua auctione dependeat; est enim nonnullis tam exigua, ut vix dignosci a sensu possit. Arist. de hist. ani. 2. cap. 1. char. 40.

Caudam omnia fere non solum viuipara, sed etiam ouipara habent: nam & etsi non magnam habent aliqua, tamen aliquid prominere, quod caudam describere possit. Arist. de part. ani. 4. cap. 10. char. 339.

Cauda homo vnus vacat: conuertitur enim alimentum, quod caudam addit, in carnes, quæ in membra interiora habet, quod nulli quadrupedum datum est ut ferreda possit commodius. Aristotel. de part. animal. 4. cap. 10. char. 539.

Caudarum differentia est, & natura his abutitur, non modo in tegendo, & tuendo sedem, sed etiam ad reliquum corporis vsum, & vtilitatem. Aristot. de part. animal. 4. cap. 10. char. 540.

Cauda piscium non omnibus similis est, sed aliquorum est spinosa, & longa: aliorum, carnosa, & breuis. Arist. de part. animal. 4. cap. 13. char. 552.

Caudas multa animalia, dum bladiuntur, peruiibrare cur solent? & leo, & taurus, cum sunt irati, costas verberant: quoniam dorso medullam ad caudam vsque porrectam habent, quod vim obrinet animalem, & motionis autorem. igitur cum animal notum sibi agnoscat, quasi manu ritu hominum excipit. leonis, & taurorum cauda, per iram mouetur. ut manus hominum: & cum animus vlscisci nequeat, alio quodammodo feruorem suum extinguit. Alexand. Aphrod. probl. pri. 147. char. 722.

Cauda quorundam animalium abscissa, cur magis quam ceteræ partes corporis mouentur? quoniam propter meatuum suorum angustiam magis seruant naturalem calorem, quo vis mouendi, & sentiendi continentur: vnde fit, ut si etiam quiescant, rursus moueantur, si tangas. Alex. aphr. probl. 2. 33. c. 735.

Cauda pilosa vocatur, quæ in toto pilis longis, & multis est repleta. Alber. Magn. de anim. l. 1. tract. 3. cap. 1. char. 24. col. 4.

Caudæ serpentum, & lacertorum post abscissionem recrescunt, sed non redeunt ita longæ. Alb. magn. de animalibus. 6. tract. 2. cap. 2. c. 34. col. 3.

Cauda principaliter est ad tegendum anum, ne infrigidetur; & homo non habet, quia carnositas coxarum supplet. Alb. magn. de anim. l. 14. tract. 2. cap. 4. char. 123. col. 3.

Cauhatus est, testæ Auicenna, serpens similis arundini, cubitalis longitudinis, arenæ coloris, & super dorsum habens linearum vestigia: in vulnere morfus inflatur maxima fluuit inde, & maximus dolor, interficat a terra in septimam, ideo est secundum ordinem. Alb. magn. de ani. l. 25. c. 201. col. 3.

Caulis in omni loco nascitur, sed terram pinguem habere vult, & bene fossam, non argillosam, non glaream, nec arena, vel sabulo immittam. Alb. mag. de veget. & plant. l. 7. tract. 2. cap. 2. char. 177. col. 3.

Caulis est multiplex, syluestris, & domesticus: & syluestris est porosus, marinus, & aquaticus: & in genere syluestris calidior est, quam domesticus. marinus declinat ad faldedinem, & ideo laxat ventrem, est vniuersaliter calidus, & ficcus, sed magis calidus quam ficcus. Cinis eius stiptum est fortis deficcationis. parum caulis nutrit. Alb. mag. de veget. l. 6. tract. 2. cap. 4. char. 164. col. 1.

Causam cum scimus, tunc scire putamus, causæ autem quatuor sunt: materia, forma, efficiens, & finis, quæ demonstrationis medium sunt. Arist. poster. l. 2. cap. 11. tex. 20. c. 369.

Causa vno modo dicitur, ex quo fit aliquid cum in sit, vt æs statuat: alio modo forma, & exemplum: hæc enim est ratio ipsius quod quid erat esse. Alio modo, cuius principium motus primum, aut genus, vt pater filij: & finis. Arist. phy. 2. su. 4. cap. 1. tex. 28. c. 36.

Causarum modi multi sunt: sed, cum adunantur, sunt pauciores: multipliciter enim dicuntur causæ: & ipsarum, alia est prior, alia posterior. Arist. 2. physic. su. 3. cap. 1. tex. 32. char. 38.

Causæ aliæ per se, aliæ per accidens. Statuarius enim per se facit statuam; quod autem sit statuarius Polyclethus, est causa per accidens. Arist. 2. physic. su. 3. cap. 1. tex. 33. c. 38.

Causæ omnes dicuntur, aut sunt actu, aut potentia. Arist. 2. physic. su. 3. cap. 1. tex. 34. char. 38.

Causæ diuisiones, aut dicunt sigillatim, aut compositæ. Arist. 2. physic. su. 3. cap. 1. tex. 56. char. 39.

Causarum modi sex sunt: vt propinquæ, & remotæ: per se, per accidens: compositæ, & diuisæ: & omnes hæc, aut actu, aut potētia. Arist. 2. phy. su. 3. cap. 1. tex. 36. c. 39.

Causæ multæ sunt eiusdem non per accidens, sed diuerso modo. Arist. 2. phy. su. 3. cap. 1. tex. 37. char. 39.

Causam vniuersiuiusque semper summam querere oportet. Arist. 2. physic. su. 3. cap. 1. tex. 38. char. 39.

Causarum aliæ sunt vniuersales, aliæ singulares. Arist. 2. phy. su. 3. cap. 1. tex. 38. c. 39.

Causas omnes cognoscere debet Naturalis. Arist. 2. phy. su. 3. cap. 2. tex. 64. c. 46.

Causa generationis vna est; vnde principium motus vna est materia. Aristot. 1. de generat. & corrupt. cap. 3. tex. 14. c. 389.

Causæ generationis plures sunt: sed principatum obnere videtur, quæ est vnius gratia. Aristot. de partib. anim. 1. cap. 1. c. 401.

Causarum diuisio, & ad quem pertinet earum consideratio.

Causæ quatuor sunt. Prima est causa formalis, quia dicitur substantia, & quid erat esse. Secunda materia, & subiectum. Tertia efficiens a quo est principium motus. Quarta eius opposita, quæ est finis. Aristot. 1. metaph. ex su. 2. cap. 1. c. 10. Idem Alex. & Eust. 2. post. tex. 58. col. 2. Idem Io. Gram. 2. post. cap. 11. tex. 64. col. 1.

Causarum genera quatuor esse, materialem, formalem, finalem, efficientem, testimonio Antiquorum, maxime probatum est. Aristot. 1. metaph. ex sum. 2. cap. 5. tex. 11. char. 21.

Causas singulas alterius, & alterius est scientiæ speculari. Arist. 3. metaph. ex su. 2. cap. 1. tex. 3. char. 43.

Causa dicitur vno modo, ex qua fit aliquid, vt in existente, vt æs statuat: alio modo vt forma, & exemplum. Tertio modo vt efficiens. quarto vt finis. Arist. 5. metaph. cap. 2. tex. 2. char. 85.

Causæ multipliciter dicuntur: aliæ propinquæ: aliæ remotæ; aliæ per se, aliæ per accidens: aliæ in potentia, aliæ in actu. & in causis secundum accidens, ita inueniuntur propinquum, & remotum, vt in caulis, quæ sunt essentialiter; aliæ complexæ, aliæ simplices: & sic sex sunt combinationes, quæ per potentiam, & actum duplicatæ faciunt duodecim. Arist. 5. metaph. cap. 2. tex. 3. char. 85.

Causæ non solum sunt intrinsecæ, sed etiam extra, vt mouens: differunt enim principium, & elementum: causæ de ambobus dicuntur: & principium in hæc diuiditur; quia id, quod mouet, vel aliquid quiescere facit, principium est. Elementa tria sunt, secundum analogiam: id est materia, forma, priuatio causæ. Principia sunt quatuor: id est, materia, forma, priuatio, & præter hæc cuncta mouens, vt omnium principium. Arist. 12. metaph. su. 1. cap. 4. tex. 23. char. 248.

Causæ per se aliæ sunt; aliæ per accidens, inter quas fortuna, & casus sunt. Alexan. aphrod. in 2. de anim. cap. 27. char. 55. col. 3.

Causæ vel sunt vna, vel plures, Non vna, quia effectum, & efficiens diuersa, ergo plures. Si plures, aut omnes infinitæ, aut aliquæ, aut vna. Non omnes, neque aliquæ, quia multa infinita esse non possunt. Non vna, cæteris finitis, quia infinitum, cum sit vbique, alteri, vel finito, vel infinito locum non relinquit. Alexand. Aphrod. ex pri. maio, pr. phil. vel secundum Latin. 2. co. 2. r. c. 53. col. 1.

Causarum alia eadem est cum eo, cuius est causa: alia ab eo diuersa, quæ diuersa, aut demonstrabilis, aut indemonstrabilis. Alex. & Eust. in 2. post. c. 44. col. 2.

Causa multis modis sumitur: vel pro eo accipi solet, ex quo immanente substanteque aliquid fit: vt æs statue, vel causam pro forma, & exemplari accipimus, hoc est pro definitione eius, vel vnde principium motus cepit: vt pater est causa filij: vel vt finis. Them. in 1. phy. tex. 28. c. 22. col. 4.

Causæ apud Arist. sunt efficiens, & finis: concausæ forma & materia, & postremo elementa. sed Plato causis addidit exemplarem, concausis instrumentalem. Themist. in 1. physic. char. 14. col. 2.

Causarum modi multiformes sunt: nam aut propinquæ, & singulares sunt, aut remotæ, & generales; aut per accidens, aut per se, aut vt genera. Item aut coniunctæ, aut separatæ. Quæ diuisiones non solum in efficientibus, sed etiam in ijs, quæ ad materiam pertinent, spectant; & omnes hi modi, vel actu, vel potētia sunt. Themist. in 2. physic. tex. 34. c. 23. col. 1.

Causa eadem vt efficit quales, qualitas est: vt operatur quales, potentia est. Simp. in præd. char. 60.

Causa tot modis dicitur, quot dicitur principium; nam substantia sunt idem, consideratione differunt: nã consideratio præcedit causæ considerationem. Simplic. in prim. physicor. c. 2. col. 1.

Causæ completæ compositi sunt materia, & forma, & propter hoc sunt materiales, & naturales. Simp. in 2. physicor. c. 111. col. 2.

Causæ aliæ sunt extrinsecæ, & inseparabiles; aliæ simul insunt. Dex. in prædicamenta, char. 27. a tergo.

Causæ aliæ cum causatis conuertuntur, aliæ non. In quibus conuertuntur multoties, quia causatum causa notius est, ex causato causam asserimus, & in ijs sepe causam existente causatū esse necesse est: non aut, cū fit causatū, est causa, & in alijs causato existente erit causa: & causa cū sit, nõ omnino erit causatū. quod propter æquocationem fit. Io. Gram. in 1. post. cap. 9. c. 27. col. 2.

Causarum aliæ sunt, & non sunt; vt in physicis, & metaphysicis: aliæ non sunt, sed sunt; vt in practicis. Io. gra. in pri. post. cap. 20. c. 47. col. 4.

Causarū, aliæ sunt formales, aliæ efficiētes, aliæ materiales, aliæ finales. Io. Gram. in 1. post. cap. 11. c. 64. col. 1.

Causæ

Causæ quatuor in naturalibus inuestigandæ sunt, in mathematicis formalis tantum. Ioan. gram. in 2. physic. tex. 74. char. 47. col. 1.

Causæ omnes non considerantur ab omnibus artibus: sed aliæ formales tantum considerant; vt mathematicæ: quædam efficientem formalem, & finem: vt diuina: & quædam omnes quatuor: vt naturalis. Auer. in phys. 1. tex. 1. char. 4. col. 2.

Causæ aliæ, natura excepta, quibus sunt res, sunt voluntas, & casus. Auer. in phys. 2. tex. 1. c. 23. col. 2.

Causæ vniuersales tantum sunt in simplicibus. Auer. 4. de coelo, ex paraphrasi. tex. 25. char. 151. col. 4.

Causa maxime dicitur de agenti, & fine, & quandoque de quatuor causis. Auer. in 8. metaph. tex. 10. c. 98. c. 1.

Causæ in metaphysicis sunt forma, finis, & aliquo modo agens; quia conditio agentis in hoc libro non est, quæ præcedat passum præcessione temporali, vt in rebus naturalibus. Auer. epitom. in metaph. tract. 1. c. 168. col. 4.

Causæ redduntur in metaphysicis ratione diuinitatis, & rerum diuinarum, quæ sunt entia non existentia in materia. Auer. epit. in metaph. tract. 1. c. 168. col. 4.

Causæ redduntur in scientia naturali ratione nature, & rerum naturalium. Auer. epitom. in metaph. tract. 1. char. 168. col. 4.

Causas docere vult Aristoteles eas, quæ restabāt de scientia, circa notitiam causarū vltimarū; quia duæ tantum causæ in scientia naturali declaratae erant, materia scilicet, & mouens: hic autem formam, & finem, & agentem declarat. Auer. epitom. in metaph. tra. 1. c. 168. c. 4.

Causa mouens perfecte non potuit declarari in scientia naturali. Auer. epitom. in metaph. tra. 1. c. 164. col. 4.

Causas qui aufert, aufert intellectum; quia intellectus est apprehensio entium cum causis suis. Auer. contra Algaz. de destruc. destruc. prim. char. 56. col. 4.

Causa dicitur de agenti, & fine æquiuoce. Auer. in prim. ethic. tex. 55. c. 163. col. 4.

Causæ quatuor modis intelliguntur; vt materia, forma, efficiens, & finis. Boet. in topic. Cic. l. 8. char. 834.

Causæ quatuor sunt; formalis, quæ quod quid erat esse significat: alia materialis, quæ cum sit, necesse est esse, nam in potentia materia non est causa: alia est efficiens, quæ ad primum mouet effectum: quarto est finis, & est cuius causa. Alb. mag. in post. c. 211. col. 2.

Causa, vt principium cognoscendi, & probandi causatum, pertinet ad demonstratorem: sed, vt rem constituit per motum, pertinet ad naturalem. Alber. mag. in 2. phy. tract. 2. cap. 1. c. 19. col. 4.

Causarum ordo tribus considerari potest modis. Primo, vt causa, & sic prima, est finis: secunda, efficiens; tertia, forma: quarta, materia. Secundo, vt se habent ad esse, & sic prima, est efficiens: secunda, materia: tertia, est forma: quarta, finis. Tertio, vt ad mouere, & sic prima, forma: secunda efficiens; tertia, finis: quarta, materia. Alber. mag. in 2. phys. tract. 2. cap. 5. char. 21. c. 3.

Causæ omnes per aliam intentionem agunt, per aliam mouent. Mouent enim, cum motum influunt, faciens autem influit ei id, quod facit, secundum quod subiectum mutat fecundum aliam formam. Alb. mag. in 1. de gener. & cor. tract. 5. cap. 7. c. 68. col. 1.

Causas corporis humani Physici est scire, non Medici. Alb. mag. in 1. de ani. tract. 1. cap. 7. c. 3. col. 2.

Causarū ordo in natura ideo est primi ad media, & mediorum ad vltima, quod aliquid causet in vltimis a medijs, quod a causa prima non sit perfectum; & dico de his causatis, quæ nomine suo significant aliquam nobilitatem, aliter ex vltimis ad media non esset recursus ad primum: & hoc esse non potest, cum omne, quod est, aliquam bonitatem a prima causa desideret, & propter illam agat quicquid agit. Siue ergo dicamus media aliquid agere in vltimorum productione, siue non, semper perfectio vltimorum principaliter,

& efficaciter est a prima causa; & ea, quæ inter media sunt operantur, vt instrumenta, si quid ad ea operantur. Albert. magn. de intel. & intelli. l. 1. tract. 1. cap. 4. char. 50. col. 4.

Causam primam adire dupliciter contingit: in genere, & extra genus. In genere, vt in passionibus discreti, vt continui, venit ad primam causam dicentem quid est passio, & propter quod inest subiecto. Extra genus, sicut cum fit demonstratio de genere in genus, quando vnum genus subiectum, ex additione se habet ad aliud genus subiectum: vt quædam magnitudines se habent ad numerum. Albert. magn. in 1. metaph. tract. 2. cap. 4. c. 60. col. 1.

Causarum mouentium ordinem, & numerum dupliciter accipere possumus in natura. Vno modo, vt mouentium ordo, & numerus accipitur cum ordine conuertente situm; & sic primum mouens est primū cœlum compositum ex motore, & ex corpore, quod primo mouetur; & media, quæ sunt mouentia, quod mota sunt omnia sic composita: & vltimum motum est corpus, in quo consistit virtus primi mouentis, quæ est actus eius, vt est mouens. Aliter accipitur ordo, & numerus mouentium per se, vt abstrahit a situ; & secundum hoc, mouens est primum simpliciter mouens, & non motum, & mouet motum primum per se, vniusforme, & postea venit motus per mouentia mota per se, vt in priori. Accipitur & hic ordo & numerus, per accidens, & non per se. Albert. magn. in 2. metaph. cap. 6. char. 75. col. 3.

Causarum passiones non sunt eiusdem nature: nam aliæ sunt efficientes, aliæ materiales, aliæ finales. Alb. mag. in 3. metaph. tract. 3. cap. 1. c. 83. col. 2.

Causarum theoriæ, ab vna & eadem scientia inquiri possunt, vt quæ situm, & conclusum per consequens; & vt pars subiecti, siue subiectum, de quo aliquid concluditur; & tertio vt principium, vel medium, per quod concluditur id, quod concluditur de subiecto, vel parte subiecti. & hoc tertio modo hic queritur, & sic causarum genera, vt partes entis, & passiones eius, pertinent ad Metaphysicam. Alb. mag. in 3. metaph. tract. 2. cap. 1. c. 83. col. 2.

Causas quatuor Metaphysicus considerat, non vt mobilis, sed vt causas vnde motus, vt in mobili: & materia est non determinata per subiectū mutationis, & motus: sed potius per hoc quod ipsa est fundans ens, & indiuiduans, & substans entitati, & huiusmodi, quæ sunt ante motus subiectum, eo quod non subijcitur mutationi, & motui nisi fundatum, & indiuiduum, & substans: & non conuertitur, quod causæ fundamentum, & indiuiduum, & substans in seipso mutationi subijciatur, & motui: & similiter est finis, qui est in primo motore, vniuersum esse in mobili, qui est in eo, vt in duce exercitus; qui non includit aliquos motus secundum se, & quo ad huius considerationes, terminatur primum mouens, & prima materia, substans, & abstractus ab omnibus finis. Alber. mag. in 3. metaph. tract. 3. cap. 1. c. 83. col. 3.

Causa essendi cuiusvis rei, aut est eadem, & est forma, & materia: aut est alia, & est efficiens, & finis, quæ quodammodo sunt causæ formæ, & materiæ, quia agens propter finem operatur, et vnit formam materiæ. D. Tho. in post. char. 86. col. 3.

Causæ dici possunt, & quæ sunt extra rem, & quæ sunt in re, ex quibus non componitur res primò. D. Tho. in pri. phy. l. 1. tex. 1. c. 1. col. 2.

Causæ, considerantur a philosopho naturali propter aliquam necessitatem; nec aliò modo de causis considerat, nisi vt sunt causæ naturalium mutationum; quia causæ, vt causæ, proprie considerantur a diuino Philosopho. D. Thom. in 2. l. 5. tex. 27. c. 20. col. 3.

Causarum quatuor sunt genera: duo, quæ sunt materia, & forma,

& forma, sunt essentiæ partes, finis nõ causat seorsum aliquod ab agente, agens tantum est illa, a qua potest aliquod denominari, vt ab extrinseco. D. Thom. in 3. physic. l. 5. tex. 22. char. 35. col. 4.

Causæ distinctio est per species, id est, penes diuersas causandi rationes: & est per modos penes diuersas habitudines causæ ad causatum. D. Thom. in 5. metaph. l. 2. tex. 2. char. 265.

Causa potest aliquid alicuius rei esse causa duobus modis. Vno modo ex parte causæ: quia, quod accidit causæ, dicitur causa per accidens. Alio modo ex parte effectus, quod potest esse tripliciter. Vno modo per ordinem necessarium ad effectum. Alio modo, cum habet accidens ordinem ad effectum, non tamen necessarium, & sic fortuna, & casus sunt causæ per accidens. Tertio cum nullum ordinem habet, nisi secundum existimationem. D. Thom. 5. metaph. l. 2. tex. 9. char. 266.

Causarum triplex gradus in rebus inuenitur. Primo causa incorruptibilis, & immutabilis; Secundo diuina, sub hac est causa incorruptibilis, & mutabilis causa, per gradus est simpliciter vniuersalis, & eius effectus proprius est esse causa. Secundus gradus est quodammodo vniuersalis, quodammodo particularis. particularis, quia se extendit ad aliquod genus entium, id est, ad ea, quæ per motum in esse producentur. vniuersalis, quia ad omnia generabilia, & corruptibilia se extendit. Causa tertio ordine est; & particularis, & ad proprios effectus secundum singulas species determinata. D. Thom. 6. metaph. lect. 3. tex. 1. char. 417.

Causa duplex: effectiua, & dispositiua, & licet cognitio particularis non efficiat cognitionem vniuersalem, tamen ad hanc disponit. Alexand. de Ales. in 1. metaph. char. 5. col. 1.

Causæ, quæ spectant ad vnam scientiam, dupliciter accidere possunt: vel quia reducunt in vnam formalitatem, vel quia vnum dependet ab alio. Alexand. de Ales. in 3. metaph. tex. 3. char. 52. col. 1.

Causæ diuersæ diuersas habent principalitates in diuersis scientijs. Alexand. de Ales. in 3. metaphysic. tex. 3. char. 55. col. 1.

Causarum species, & causarum modi, alio & alio modo accipiuntur; quia causarum species accipiuntur ex alio, & alio modo: causandi modi propter eundem modum causandi, vt reperiuntur diuersæ habitudines ad eundem effectum. Alexand. de Ales. in 5. metaphysic. text. 3. char. 106. col. 2.

Causa eadem in agentibus ex proposito, est per se & fortuita diuersa ratione, per se respectu illius, quod cadit sub proposito, fortuita verò, respectu illius, quod cadit extra propositum. Ale. de Ales. in 6. metaphysic. te. 6. char. 177. col. 1.

Causæ aliæ sunt in essendo, & cognoscendo simul, aliæ in cognoscendo tantum. Thom. de Vio. in post. c. 97. c. 1.

Causa tria significat. primo rem illam, cuius est causa. secundo modum; quo rem illam causat. tertio relationem ad causatum. Tho. de Vio. in post. pri. c. 212. col. 1.

Causam eandem esse secundum substantiam duobus intelligitur modis. primo accipiendo substantiam, vt contra accidens. secundo, vt distinguitur contra accidentale. Tho. de Vio. in post. c. 212. col. 1.

Causa in essendo duplex est. prima adequata effectui, alia excedens effectum. Thom. de Vio. in poster. char. 221. col. 2.

Causa quid est.

Causa mouens vaporum est circulus, in quo manifeste est Solis actio disgregans, aut congregans, ex eo quia prope sit, aut longius. Aristot. meteor. l. 1. su. 3.

cap. 1. char. 473.

Causæ omnes principia sunt. Aristot. 5. metaph. cap. 1. tex. 1. char. 85.

Causæ proximæ generationis sunt motus coelestes, quibus vertuntur ea quæ sunt hic: superiores autem causæ motuum vniuersales rationales sunt: & harum superiores intellectuales formæ, ex quibus primis formis illustratio, & decor ingeritur omnibus; secundum aptitudinem recipientium. Simplic. in 2. physic. char. 110. col. 2.

Causa alicuius id est, quo posito, necessario illud sequitur. Simplic. in 2. physic. tex. 91. c. 138. col. 1.

Causa est causato prior, etiam in ijs, quæ ad aliqd sunt. Simplic. in 2. de anima. tex. 34. c. 30. col. 4.

Causa diuiniore est ea, quæ magis comprehensibilis est, & magis se extendit. Sir. in 2. metaphysic. vel 3. secundum Latin. t. 6. c. 5.

Causæ rerum diuersarum sunt diuersæ. Auer. 1. de anima. tex. 24. char. 121. col. 4.

Causæ infinitæ non possunt reduci ad principium æternum. Auer. de gen. anima. 2. cap. 3. c. 221. col. 4.

Causæ naturales in superioribus corporibus, & inferioribus sunt vt ministri; formam consilij, & ordinem recipientes, & sibi incorporantes. Alb. mag. in 2. phy. tract. 3. cap. 4. char. 28. col. 4.

Causa est, qua posita, ponitur effectus; & destructa, destruitur. Alb. in 7. phys. tract. 1. cap. 1. c. 82. col. 1.

Causa, cum sit, quam de necessitate sequitur aliud, ideo cælum & elementum, cum aliquando causant, aliquando non, perfectam rationem causæ habent. Alb. mag. de caus. & proces. vniuers. a pri. cau. l. 2. tract. 1. cap. 4. c. 200. col. 3.

Causa est medium, per quod sciunt, quod vere sciunt. Albert. magn. 2. metaph. cap. 1. char. 74. col. 2.

Causa est, quam sequitur esse: & quæ facit aliud habere esse: & hæc aut intrinseca est ei, quod dat esse, aut extrinseca. Si intrinseca, aut est sicut dans esse, & rationem, hoc est, cuius esse continet sequitur esse: aut non continet sequitur esse; sed potentia tantum. Si vt quæ continet non sequitur esse, est causa formalis. Si autem sequitur esse continue, est materialis. vel sic. cum omne causatum sit hoc aliquid, quod est, aut causat ex parte esse, & sic est forma: vel ex parte huius, in quantum hoc, & sic est materia. At, si est extrinseca, aut est propter quod est esse, & est finis: vel a quo, & est efficiens. Albert. magn. in 2. metaphysic. tracta. 1. cap. 3. char. 99. col. 1.

Causæ omnes sunt principia, sed non conuertitur. Alb. mag. in 3. metaph. tract. 1. cap. 1. char. 98. col. 2.

Causa proprie est illa, quæ est vniuersalis. D. Thom. in post. char. 70. col. 4.

Causa est in plus quam elementum. D. Thom. in 1. phys. l. 1. tex. 1. char. 1. col. 2.

Causæ sunt, ex quibus res dependet secundum esse suum, ad fieri. D. Thom. in 1. physic. l. 1. tex. 1. c. 1. col. 2.

Causarum alicuius generis cognitio est finis, ad quem consideratio scientiæ pertingit. D. Thom. 1. metaphysic. char. 2.

Causarum inquisitio est quædam certa mensura ad certificationem naturæ rerum. D. Thom. in 1. metaph. l. 14. tex. 26. c. 36.

Causa est, ad quam de necessitate sequitur aliquid. D. Thom. 5. metaph. l. 1. tex. 2. c. 355.

Causa quanto superior est, tanto vniuersalior est. Alex. de Ales. prim. metaph. char. 7. col. 4.

Causæ altissimæ, & vniuersales habent aspectum quodammodo ad omnia. Alex. de Ales. in prim. metaph. c. 9. column. 1.

Causarum omnes modi includuntur infra modos principij. Alex. de Ales. in 5. metaph. tex. 1. c. 103. col. 2.

Causa

Causa, vt forma.

Causæ, & principia eorum, quæ natura sunt, si sunt ex quibus primis sunt, & facta sunt, & non secundum accidens; sed vnumquodque quod dicitur, secundum substantiam, manifestum est, quod omne ex subiecto, & forma fit. Arist. phy. pri. cap. 3. te. 65. c. 21.

Causa formalis est, ad quam reducitur omne, quare & omnis quæstio, quæ querit de quidditate. Aristot. pri. metaph. ex su. 2. cap. 1. c. 10.

Causa formalis, finalis, & mouens est idem subiecto, sed differunt ratione. Aristot. in 12. metaphysic. text. com. 7. char. 139.

Causa formalis substantia dicitur non immerito, quia res quæque est per formam id, quod est: per causam enim diffinita definiuntur. quæ enim quidditatem dicunt, diffinitionem, ac rationem significant. Alexan. aphrod. in prim. metaph. co. 19. char. 9. col. 1.

Causæ quatuor in naturalibus inuestigandæ sunt: in mathematicis formalis tantum. Ioan. Gram. in 2. physic. te. 74. c. 47. col. 1.

Causa formalis, & finalis coincidunt simul, licet modus causalitatis non sit vnus. Alb. mag. de ani. l. 15. tract. 1. cap. 1. c. 115. col. 4.

Causa formalis sola in immobilibus consideratur, quia forma est causa essendi absolute: aliæ causæ sunt essendi per aliquid, quod accipit esse. D. Thom. in 2. physic. te. 69. char. 26. col. 3.

Causa, vt efficiens.

Causa vnde principium motus, alia est immobilis, alia semper mouetur. Aristot. 1. de generat. & corrupt. cap. 3. te. 14. c. 389.

Causa illa putanda est prima, vnde motus principium. Arist. meteor. pri. su. 1. cap. 3. tex. 1. char. 453.

Causa agens respicit finem, & finis respicit esse. Aristot. 7. metaph. cap. 20. te. 59. char. 160.

Causæ effectiuae alicuius rei causa faciunt ea, quæ ab ipsis fiunt: atque est ipsis certus quidam, & diffinitus finis propositus, vt natura, ars, & electio. Ale. Aphrod. in 2. de ani. cap. 57. char. 55. col. 3.

Causa effectiua ea est, vnde est motus. Eust. 6. Ethicor. cap. 2. char. 278.

Causa efficiens duplex est; altera faciès per cognitionem: alia sine ratione, & reuerfione in seipsam. ordinata autem, & diffinita est gratia alicuius situs principalis. Simplic. in 2. physic. c. 110. col. 1.

Causa efficiens separabilis esse oportet, & seiuncta. Simplic. in 2. physic. c. 111. col. 2.

Causæ efficientes tripliciter dicuntur: aliæ immobiles, de quibus in metaphysicis: aliæ mobiles, aliæ proximæ: aliæ remotæ. De causis mouentibus incorruptilibus in libris de Cælo: de causis mouentibus, & quæ in generatione, & corruptione versantur, in libris de generatione, & corruptione, & in Meteoris: ac de plantis, & animalibus. Simplic. in 2. phy. c. 128. col. 1.

Causa efficiens in æternis absolute agit, in corruptibilibus autem vt plerumque. Simplic. in 2. physic. text. 74. char. 519. colum. 2.

Causa efficiens quod facit, ex non ente facit. Ioan. Gram. in 1. physic. c. 17. col. 4.

Causæ efficientes contrariorum, contrariæ sunt. Io. gra. in 4. phy. te. 64. c. 94. col. 1.

Causa efficiens necessario fiunt quæcunque fiunt, sine ipsa enim fieri non possunt. Ioan. Gram. in 5. de generat. animal. cap. 1. c. 82. col. 1.

Causa efficiens non est ex causis, quæ insunt rei: & propterea si effectum habuerit proportionem cum eo nõ accipietur in diffinitione effecti, nisi per accidens. Auer. in post. l. 1. te. com. 34. char. 138.

Causa efficiente posita, non sequitur ex ipsa, quod res sit propter causam efficientem. ideo hæc prædicatio si ponatur in speciebus prædicationis, non erit in demonstrationibus simpliciter, sed in ipsis signis, aut in demonstrationibus causarum. Auer. in post. l. 1. te. co. 34. c. 138.

Causa, quæ est extra rem, id est, efficiens, non ponitur in diffinitione, nisi per accidens. Auer. in post. l. 1. te. com. 35. char. 138.

Causam agentem omnes Antiqui negauerunt, præter Empedoclem, & Anaxagoram. Auer. in physic. 3. te. 30. c. 46. col. 4.

Causa agens differt a formali in hoc, quod agens cum fuerit, erit forma, & erit in patiente: sed forma cum fuerit, nihil fiet in patiente. causa vero materialis ab his differt in eo, quod recipit formam. Auer. 1. de generat. & cor. te. 65. c. 167. col. 4.

Causa agens non est extrinseca in rebus naturalibus, sed in artificialibus. Auer. in 5. metaph. te. co. 1. c. 48.

Causa agens maxime queritur in rebus generabilibus, & corruptibilibus. Auer. in 7. metaph. te. co. 59. c. 97.

Causa efficiens illa est, qua præcedente aliquid effectum est, non tempore, sed nature proprietate. Boet. in Topic. Cic. l. 2. c. 784.

Causa efficiens est, quæ mouet, & operatur, vt aliquid explicetur. Boet. de diff. Topic. l. 2. char. 367.

Causa efficiens est, quæ quamlibet rem præcedens efficit; non semper tempore, sed proprietate nature. Boet. de diff. Topic. l. 3. c. 874.

Causa efficiens alicuius extra ipsum est; formalis autem in ipso inest. ideo nil per causam efficientem ponitur in genere, vel specie: per formalem ponitur. Alb. mag. in sex prin. char. 70. col. 2.

Causa efficiens non est causa finis, nec vt est causa, neque vt finis: sed tamen secundum esse, quod habet in mobili, quod est subiectum. Albert. magn. in 2. phy. tract. 2. cap. 6. c. 21. col. 4.

Causa efficiens nihil habet a forma, vt est causa formalis, & actus materiæ: sed vt ipsa forma est principium motus, & operationum, sic habet efficiens a forma sua mouere materiam ad formam, ad quam mouet. Alb. mag. in 2. phy. tract. 2. cap. 6. c. 21. col. 4.

Causa efficiens essentialis est, cum causa secundum suum nomen, & formam, & principium illius operis, sine effectus, & in ratione talis causalitatis effectui comparatur. Alb. mag. in 2. phy. tract. 2. cap. 8. c. 22. col. 3.

Causa efficiens accidentalis est, cum id, quod accidit communiter indeterminatum est. Albert. magn. in 2. phy. tract. 2. cap. 8. char. 22. col. 3.

Causa efficiens propinqua est illa, inter quam & factum non est medium. Alb. mag. in 2. physic. tract. 2. cap. 8. char. 22. col. 4.

Causa efficiens remota est illa, quæ mouet per medium. Alb. mag. in 2. phy. tract. 2. cap. 8. c. 22. col. 4.

Causa efficiens propria est illa a qua non patitur, nisi vnum solum singulare effectum. Alb. mag. in 2. phys. tract. 2. cap. 8. c. 22. col. 4.

Causa efficiens communis est illa, a qua patiuntur multa. Alber. magn. in 2. phy. tract. 2. cap. 8. c. 22. col. 4.

Causa efficiens singularis est illa, quæ est causa vnius singularis operationis. Alber. magn. in 2. physic. tract. 2. cap. 8. c. 22. col. 4.

Causa efficiens vniuersalis est, cum naturalis causa est plus in operando, quam sit effectus. Albert. mag. in 2. phys. tract. 2. cap. 8. char. 22. col. 4.

Causa efficiens simplex est, quæ operatur vna virtute, ex qua prouenit opus eius. Alb. mag. in 2. physic. tract. 2. cap. 8. char. 22. col. 4.

Causa efficiens composita est, quæ operatur per plures virtutes coniunctas, quæ possunt esse similes, & diffimiles. Alb. mag. in 2. phy. tract. 2. cap. 8. c. 22. col. 4.

Causa in actu est efficiens, vt ignis accensionis causa in potentia,

potentia, vt ignis ratione combustionis, & si non sit adhuc accensus. Alber. mag. in 2. physic. tract. 2. cap. 8. char. 22. col. 4.

Causa efficiens, & si per se, & essentialiter sit idem specie cum forma, quæ est finis motus: nunquam tamen est idem numero, cum ipsa. Albert. magn. in 5. physic. tract. 1. cap. char. 60. col. 1.

Causa efficiens quadruplex est; perficiens, præparans, adiuuans, consilians. D. Tho. in 2. phy. l. 5. te. 16. c. 20. c. 4.

Causa efficiens perficiens est, quæ dat complementum motui, vel mutationi, quando introducit formam substantialem in generatione. D. Thom. in 2. physic. lect. 5. te. 28. char. 20. col. 4.

Causa efficiens præparans est, quæ aptat materiam, & subiectum ad vltimum complementum. D. Thom. in 2. phy. lect. 3. te. 28. char. 20. col. 4.

Causa efficiens adiuuans est, quæ non operatur ad proprium finem, sed ad finem alterius. D. Thom. in 2. phy. lect. 5. te. 28. char. 20. col. 4.

Causa efficiens consilians est in his, quæ agunt a proposito, & quæ dat agenti formam, per quam agit. D. Thom. in 2. phy. lect. 5. te. 28. char. 20. col. 4.

Causæ efficientis quatuor sunt species secundum Auer. cennam; perficiens, disponens, adiuuans, & consilians. perficiens est, quæ vltimam perfectionem dat. disponens, quæ præparat materiam ad formam. adiuuans, quæ operatur ad principalem effectum; consilians differt ab efficiente principali vt dat finem, & formam agendi. D. Tho. 5. metaph. l. 2. tex. 2. c. 260.

Causæ efficientes & finales solæ correspondent inuicem; quia efficiens est principium motus: finis terminus. D. Thom. 5. metaph. l. 2. tex. 2. char. 262.

Causa nulla agens est in istis inferioribus: quæ ordini primæ causæ non subdita sit. D. Thom. 6. metaph. l. 3. text. 7. c. 20.

Causa omnis agens agit propter bonum. D. Thom. Ethic. pri. l. 14. c. 15. col. 1.

Causa efficiens vocatur vnde principium motus: quia licet motus sit in mobili, tamen non est ibi, nisi per vim agentis. Alexand. de Ales in prim. metaphysic. char. 12. col. 1.

Causa efficiens dicitur in omnibus, cum dicitur, quia natum est sic moueri. Pet. de Auer. 4. de Cælo. l. 3. tex. 21. char. 73. col. 4.

Causa, vt finis.

Causa finalis, aut sit natura, aut arte; & fortuna nihil finis gratia fieri solet; quia etsi fortuna sit aliquid, id non est vt finis, sed præter intentionem accidit. Arist. post. 2. cap. 11. tex. 12. char. 371.

Causæ finales sunt omnia intermedia inter primū agēs, & finem vltimum, respectu præcedentis: sed in hoc differunt, quia aliæ sunt vt organa, aliæ vt opera. Arist. 5. metaph. cap. 2. te. 2. char. 85.

Causa finalis causæ efficienti opponitur, quia hæc prima, illa vltima est. Alexand. Aphrod. in prim. metaph. com. 21. c. 10. col. 1.

Causa vt finis, & vt forma, eadem est in quibusdam naturæ operibus. Ale. Aphrod. 3. meta. co. 115. c. 59. c. 2.

Causa finalis magis proprie habet rationem principij, quam efficiens. Simpl. in physic. char. 2. col. 1.

Causa finalis dicitur cuius gratia: gratia autem alicuius, quæ ante finem sunt. Ioan. Gram. in 2. poster. cap. 11. char. 65. col. 3.

Causæ finales in illis conspiciuntur, quorum sunt fines. Io. gram. in 3. physic. char. 76. col. 3.

Causæ finales, & efficientes sunt, quæ proprie causæ dicuntur: quia a casualibus solæ sunt abstractæ. Eust. 6. Ethic. cap. 1. char. 265.

Causa finalis non ingreditur diffinitionem, nisi forte

ignota sit differentia, & ponatur loco ipsius. Auer. in post. l. 1. tex. 11. c. 138.

Causæ finales digniores sunt essentia cæteris omnibus causis. Auer. de ani. su. 2. tex. 45. c. 136. col. 2.

Causæ finalis descriptio est, vt non sit propter aliam causam. Auer. in 2. metaph. tex. 10. ch. 15.

Causa finalis est, est quam fit aliquid. Boet. de dif. topic. 2. char. 867.

Causa finalis non mouet, nisi metaphorice: consideratur autem a naturali, in quantum natura nihil frustra facit. Alb. mag. in poster. c. 210. col. 2.

Causa finalis nihil habet a materia, sed in materia accipit esse a causa efficiente. Alber. magn. in 2. physic. tract. 2. cap. 6. char. 21. col. 4.

Causa finalis, & efficiens in idem coincidunt cum forma, in omnibus mobilibus ad formam. Alb. mag. de anim. l. 11. trac. 1. cap. 2. c. 96. col. 3.

Causa finalis siue causæ propter quam est vltimum intentum in rebus naturalibus, & artificialibus. Alber. mag. de anim. l. 11. tract. 1. cap. 2. ch. 96. col. 4.

Causa finalis, & finis opponitur agenti; quia finis est primus in intentione, & vltimus in operatione. Alex. de ales. in pri. metaph. ch. 12. col. 2.

Causa, vt materia.

Causa materialis est illa, ob quam semper est generatio, & corruptio secundum naturam. Arist. 1. de gener. & cor. cap. 3. tex. 5. ch. 390.

Causa vt materia, est causa generabilibus: vt autem cuius gratia, forma, & species. Arist. 2. de generat. & cor. su. 3. cap. 1. tex. 52. ch. 442.

Causæ circa materiam duæ sunt, agens, a quo est motus principium; & passio, vt forma. Arist. meteor. 4. su. 2. cap. 2. tex. 30. ch. 569.

Causam materialem, & formalem in rebus naturalibus reddimus; quia omnia naturalia composita sunt ex materia & forma. Ioan. gram. in secundo poster. cap. 11. char. 65. col. 4.

Causæ materiales, & efficientes, sunt magis viles ad generationem, nam præexistunt: forma autem, & finis post accedunt. Ioan. gram. in primo de genera. tex. 15. com. 57. char. 27.

Causa materialis est, ex qua, vel in qua fit aliquid. Boet. de dif. top. l. 2. c. 867.

Causa materialis habet ab efficiente quod mouetur, & patitur; sed efficiens, nec quod causa sit, nec quod sit, habet a materia. Albert. magn. in secundo physic. tract. 2. cap. 6. ch. 21. col. 4.

Causa materialis habet a fine appetitum, quo mouetur ad ipsum, secundum quod finis idem est cum forma. Alb. mag. in 2. phy. tract. 2. cap. 6. c. 21. col. 4.

Causæ vt ad effectum referuntur.

Causa eadem est de tempore præterito, præsentis, & futuro, præter quam quod in presenti est præsens, in præterito præterita, in futuro futura. Arist. poster. l. 1. b. 2. cap. 11. tex. 12. ch. 371.

Causarum dispositio in tempore præterito cum suis effectis est, vt cum existit posterius ex ipsis, id est, causatum, existat causa, & non conuertitur, & similiter in futuro, & eodem modo in rebus ante factis. Arist. poster. lib. 2. cap. 12. tex. 14. ch. 373.

Causa existente, necesse est esse rem. At re existente, non necesse est omne esse quodcumque causa est, sed causa quædam, non tamen omnis. Arist. poster. lib. 2. cap. 16. tex. 24. char. 382.

Causæ quot modis dicuntur, tot & causata dicuntur. Arist. 2. phys. su. 3. cap. 1. tex. 34. ch. 38.

Causæ, quæ sunt actu, inueniuntur cum illis, quorum sunt causæ,

causæ; & deficiunt cum illis; causæ vero in potentia sunt, licet causata non sint: non enim corrumpitur domus cum ædificatore. & in hoc differunt causæ actus a causis in potentia. Arist. in 2. phy. sum. 3. capit. 1. tex. 37. char. 39.

Causas easdem eorundem necesse est esse. Arist. 2. de celo, sum. 4. cap. 4. tex. 86. char. 322.

Causa mouens cui ratio inest, & forma est melior, & magis diuina sua natura quam materia. & cum melius sit separari a deteriori, quod melius est, ideo in quibus fieri potest, mas a foemina separatur. Aristote. de generatio. anim. 2. cap. 1. char. 140.

Causarum species si infinitæ essent, non sciremus effectum; quia tunc effectum scire putamus, cum causas cognoscimus. Aristoteles secundo metaph. capit. 2. tex. 13. char. 38.

Causas plures vna & eadem res habet. Arist. 3. metaph. ex sum. 2. cap. 1. tex. 3. char. 42.

Causæ multæ concurrere possunt ad vnum effectum, non per accidens, sed per se. Arist. 5. metaph. cap. 2. tex. 2. char. 85.

Causæ & principia diuersorum diuersa sunt, tamen secundum proportionem eandem omnium. Arist. 12. metaph. sum. pri. cap. 4. tex. 19. char. 247.

Causa propria congenita esse debet cum eo, cuius est causa; id est eodem tempore secundum generationem. Alex. & Eust. in 2. post. c. 70. col. 1.

Causa a causæ opere diuersa esse debet. Ale. aphr. in pri. metaph. char. 27. col. 1.

Causa omnis prior & potior effectu est. Them. in prim. post. cap. 4. c. 1. col. 4.

Causa quorum est, eorum cognitio vniuersalis nobilior, & antiquior est, quam sensus. Them. in pri. post. cap. 46. char. 8. col. 1.

Causam plurimarum rerum reddere poterit, qui diuisionem, ac anantomem præ manibus habebit. Them. in 2. post. cap. 25. char. 12. col. 2.

Causa potentia esse potest non actu, causato non existente. Ioan. gramm. in prim. poster. capit. 10. tex. 65. char. 28. col. 2.

Causæ, & causata quæ sunt, consequenter sunt immediata. Io. gra. in 2. post. cap. 12. c. 67. col. 1.

Causas quascunque quibuscunque effectibus temere assignare non oportet, sed sunt eiusdem ordinis, & cognatæ suis effectibus: si effectus sunt potentia, & causæ erunt potentia, si actu, & causæ actu erunt. Ioan. gra. in 2. phy. te. 32. c. 39. col. 3.

Causas omnes aliquarum rerum reddere licet. Io. gram. in 2. phy. te. 68. ch. 45. col. 4.

Causa suo effectu semper melior est. Io. gra. in pri. de ani. char. 4. col. 2.

Causata causis notiora sunt apud nos. Auer. in 2. physic. tex. 48. c. 31. col. 3.

Causa cum scitur cum scientia, tunc scientia erit perfectior. Auer. in phys. 4. tex. 118. c. 89. col. 3.

Causæ rerum contradictoriarum debent esse diuersæ. Auer. 2. de celo. tex. 93. char. 74. col. 4.

Causata suas causas consequuntur eodem modo in generabilibus, & corruptibilibus, vt in æternis. Auer. 2. de celo. tex. 104. char. 78. col. 1.

Causæ, quarum natura est eadem, & non differunt nisi secundum magis & minus, non causant nisi naturam diuersam secundum magis, & minus. Auer. 2. de celo. tex. 72. char. 106. col. 4.

Causa non est causa alicuius propter quantitatem suam, nisi accidentaliter. Auer. 3. de celo. text. 72. chart. 106. col. 4.

Causatum omne posse esse, verum est de causato composito. Auer. ex distin. dist. disput. 3. c. 28. col. 3.

Causæ dant per se, & primo essentiam causato. Auer. in epit. metaph. tract. 3. char. 177. col. 4.

Causa præter effectum esse non potest. Boet. in topic. Cic. l. 6. c. 845.

Causa, vt secundum actum ponit effectum, sic effectus secundum actum ponit causam. Alber. mag. in 2. phy. trac. 2. cap. 8. c. 22. col. 3.

Causæ duæ nunquam concurrere possunt ad unum, & eundem effectum, per unam, & eandem intentionem causæ causantis. Alber. mag. de anim. l. 3. trac. 2. cap. 8. char. 44. colum. 2.

Causa quicquid est suarum operationum ex seipso, nullo pacto dependet ab alio secundum suū esse, & essentia. Alb. mag. de nat. & orig. ani. trac. 2. cap. 6. c. 73. col. 1.

Causa cum sit, quam de necessitate sequitur aliud, & cælum, & elementum aliquando causent, aliquando non; ideo cælum, & elementum non proprie sunt causæ. Alb. mag. de cau. & proces. vniuer. a pri. cau. l. 2. trac. 1. cap. 1. char. 200. col. 3.

Causa gubernationis, & motus corporis alicuius quicquid est absque eo, secundum esse, & essentiam separatur ab eo, quod sic gubernat: quia quicquid gubernat, & mouet aliquod corpus, absque eo quod accipiat virtutem, & gubernationem, & motus formam a gubernato, & moto corpore, ex seipso est causa gubernationis, & motus, non dependens in aliquo ad corpus illud, secundum potentiam gubernandi, licet actus gubernationis non expleatur sine corpore. Alb. mag. de nat. & orig. ani. trac. 2. cap. 6. c. 73. col. 2.

Causa omnis determinas esse, ante se supponit esse: quia si non supponeret, non determinaret. Alber. magn. de caus. & proces. vniuer. a prima caus. lib. 1. trac. 2. cap. 8. char. 192. colum. 3.

Causatum nihil in se habet, quod prius non fuerit in causa. Alb. mag. ethic. 1. trac. 2. cap. 6. c. 5. col. 2.

Causa omnis naturaliter est prior, & nobilior suo effectui. D. Tho. in poster. ch. 40. col. 1.

Causa una in rebus habentibus quatuor causas, quodammodo est causa alterius. D. Tho. in post. c. 8. col. 1.

Causa motus non est simul cum toto eo, quod mouetur: quia prima pars motus est causa secundæ, & sic deinceps. at vt mobile per totum motum perducit mobile ad terminum motus, ita causa motus in simul cum eo mouetur. D. Tho. in post. c. 90. col. 4.

Causa omnis per se producit effectum suum, vel semper, vel frequenter. D. Thom. in secundo phys. l. 9. tex. 55. char. 24. colum. 4.

Causas proprias aliquo modo diuersas esse oportet diuersorum. D. Tho. 2. phy. l. 12. c. 91. col. 1.

Causa eadem quadoque facit unum per se, aliud per accidens. D. Tho. in 2. meteor. l. 13. ch. 148.

Causæ naturales, vt frequenter causant effectus suos, & non necessario. D. Tho. de diuinit. per somn. l. 1. char. 45. colum. 1.

Causa posita, necesse est sequatur effectus, nisi sit impedimentum. D. Tho. 6. metaph. l. 3. tex. 7. c. 415.

Causæ generatio tempore præcedit generationem effectus. D. Tho. 6. metaph. l. 3. tex. 7. c. 416.

Causa quanto altior est, tanto eius causalitas ad plura se extendit. D. Tho. 6. metaph. l. 3. tex. 7. ch. 418.

Causæ cuiuslibet potestati subest omne illud, quod potest contineri sub proprio obiecto eius uirtute. D. Th. ethic. 6. l. 1. ch. 110. col. 3.

Causa nulla particularis, & arctata, potest habere causalitatem super totum uniuersum: quia, si hoc esset, haberet causalitatem super seipsam. Alex. de ales. in pri. metaph. ch. 16. col. 1.

Causa ut per se, & per accidens.

Causa per se vna sola vni causato inest, at, si causa non est per se, plures causas esse contingit. Arist. post. l. 2. cap. 17. tex. 24. c. 383.

Causæ & causati consideratio per accidens esse potest, non tamen est demonstratio, at si maior de minori prædicatur per accidens, & medium erit per accidens: si æquiuoce æquiuocum erit: si per proportionem, & medium per proportionem. Aristot. post. l. 2. cap. 17. tex. 24. char. 383.

Causæ per se sunt finitæ, per accidens infinitæ. Aristot. 2. phys. su. 3. cap. 2. tex. 59. ch. 42.

Causarum per accidens, aliæ sunt alijs proximiores. Ari. 2. phys. su. 3. cap. 2. tex. 55. ch. 43.

Causa per accidens, non est prior ea, quæ est per se. Arist. 2. phys. su. 3. cap. 1. tex. 66. ch. 45.

Causa propter quid quærit semper, quare aliquid alicui alij inest, quia querere propter quod ipsum in ipsum nihil est querere. Aristot. septimo metaphys. cap. 10. tex. 59. char. 150.

Causæ per accidens, incertæ sunt humanæ cognitioni. Arist. 11. metaphys. ex su. 3. cap. 2. ch. 231.

Causa nulla per accidens prior est causa per se. Arist. 11. metaphys. ex su. 3. cap. 2. ch. 231.

Causæ per accidens, nihil conferunt ad generationem. Them. in pri. phys. tex. 78. c. 20. col. 4.

Causæ omnes per accidens indefinitæ sunt. Them. in 2. phys. tex. 53. c. 24. col. 1.

Causa per accidens dici potest, elementum non potest dici per accidens, nec fingi. Simp. in pri. phys. tex. 79. ch. 85. colum. 2.

Causæ per se determinatæ sunt, causæ per accidens indeterminatæ. Simp. in 2. phys. c. 119. col. 1.

Causa non omnis per accidens, & si prælectiua fuerit, & raro, & gratia alicuius fuerit, est fortuna, vt nec omne effectum per accidens est a fortuna; sed id, quod a causa prælectiua per se, sed nõ per se fit, est fortuna. Simp. in 2. phys. tex. 54. c. 120. col. 1.

Causæ per accidens, ope causarum per se, subsistunt. Io. gram. in 2. phys. tex. 66. ch. 45. col. 1.

Causæ non appropriatæ connumerantur cum eo, quod est per accidens, ideo in hoc errauit Abunazar. Auer. in post. l. 1. cap. 8. tex. 66. c. 149.

Causa ipsius esse essentialis rei quis quid est, est sui causa secundum se. Auer. in quæst. log. tex. 10. c. 372. col. 4.

Causa essendi ipsam rem per se, est causa ipsiusmet rei. Auer. in quæst. log. tex. 19. c. 375. col. 3.

Causæ per se sunt, quæ, cum auferuntur, auferuntur causata simpliciter. Auer. in quæst. log. ex epist. char. 380. colum. 1.

Causa per accidens est infinita, quia sunt infinita secundum formam ea, quæ accidunt uni, & eidem. Auer. in phy. 2. tex. 50. ch. 32. col. 3.

Causa per se una est, per accidens infinita. Auer. in phy. 2. tex. 54. ch. 33. col. 1.

Causus infinitas esse essentialiter impossibile est, accidentaliter possibile. Auer. 8. phys. tex. 47. c. 177. col. 1.

Causæ per accidens, reducitur ad causam agentem. Auer. in 6. metaphys. su. 2. tex. 10. ch. 72.

Causa per accidens efficiens, alia est remouens contrarium, alia prohibens obstaculum, alia, quæ non secundum formam in qua significatur per nomen causa est effectus, sed ei illud accidit: & cum aliquis fortitur finem actionis, quem non intendit, & propter quæ non operatus fuit. Alber. mag. in secundo phy. trac. 2. cap. 8. char. 22. col. 3.

Causa per se est, quæ essentialiter ordinatur ad effectum producendum. causa autem per accidens, est, quæ est adiuncta causæ per se per aliquid, quod accidit ei, & quandoque disponit ad effectum, quandoque nihil. Alb. mag. in 2. phys. trac. 2. cap. 15. c. 25. col. 1.

Causa per accidens dupliciter dicitur: primo ex parte causæ, secundo ex parte effectus. Ex parte causæ, cum causa per accidens coniungitur causæ per se, vt album dicitur causa domus, quia accidentaliter accidit ædi-

ficatori. Ex parte effectus, vt cum accipitur aliquid, quod accidentaliter accidit effectui; vt ædificator est causa discordiæ, quia ex domo facta accidit discordia. D. Tho. in 2. phys. l. 8. te. 50. c. 24. col. 1.

Causa per accidens alterius aliquid esse potest, & tamen illa duo habere ordinem per se. Tho. de Vio. in post. c. 216. col. 1.

Causa vt prima, posterior, remota, propria, & communis.

CAUSA prima non indigens est vlllo suorum bonorum. Arist. pri. de celo, te. 100. c. 276.

Causas primas quoad fieri potest propius est inquirere. Arist. de gener. ani. 4. cap. 1. ch. 226.

Causa omnis primaria plus est influens supra causatum suum, quam causa vniuersalis secunda. Arist. de caus. prop. 1. char. 973.

Causa vniuersalis secunda, cum remouet virtutem suam à re, causa vniuersalis prima non aufert virtutem suam ab ea; quia causa vniuersalis prima agit in causatum causæ secundæ, antequam agat in ipsam. Cum ergo agit causa secunda, quæ sequitur causatum, non excluditur ipsius actio a causa prima, quæ est super eam: & cum separatur causa secunda a causato, quod sequitur ipsam, non separatur ab eo prima causa, quæ est supra ipsam, quando est ei causa. Aristot. de caus. prop. 1. c. 963.

Causa prima superior est omni narratione, & non desciunt linguæ a narratione eius, nisi propter narrationem esse ipsius; quoniam ipsa est super omnem causam, & non narratur nisi per causas secundas, quæ illuminantur a lumine causæ primæ. Aristot. de caus. prop. 6. char. 979.

Causa prima non est intelligentia, nec anima, nec natura, immo est supra intelligentiam, animam, & naturam, quoniam est creans omnes res: verumtamen est causans intelligentiam absque medio & causans animam, & naturam, & reliquas res mediante intelligentia. Arist. de caus. prop. 9. char. 983.

Causa prima est supra omnem nomen, quod nominatur, quia non pertinet ad eam diminutio. Aristot. de caus. prop. 22. c. 993.

Causa prima regit res creatas omnes præter quod commiscetur cum eis, quia regimen non debilitat vnitatem eius exaltatam supra omne esse, nec destruit eam, nec prohibet eam essentia vnitatis eius seiuncta à rebus, quin regat eas: quia causa prima fixa cum vnitatem suam pure semper regit res creatas omnes, & influit super eas virtutem vitæ, & bonitates, secundum modum virtutis earum receptibilem, & possibilitatem earum. Aristot. de caus. prop. 20. c. 992.

Causa prima existit in omnibus rebus secundum vnam dispositionem: at res omnes non sunt in causa prima secundum vnam dispositionem: quia omnia recipiunt eam secundum suæ potentie modum: quia alia recipiunt eam receptione vnitatis, alia multiplicata, alia æterna, alia temporali, alia spiritali, alia corporali, quæ diuersitas non est a causa prima, sed a recipiente. Arist. de caus. prop. 24. c. 995.

Causa mouens est prior re: forma vero simul cum re, cuius est forma. Aristot. 2. metaphys. su. 1. cap. 3. text. 16. char. 246.

Causas vltimas, & principia totius entis naturales quarunt; quia hæc causæ, & principia, non sunt alicuius particularis nature causæ, sed vniuersalis. Arist. 4. metaphys. ex su. 1. cap. 1. char. 59.

Causæ secundæ proprium est variare, primæ vero præseruare. Them. in metaph. c. 12.

Causa prima immobilis est, tum per se, tum per accidens. Them. 12. metaph. ch. 17.

Causæ propinquæ æquales suis causatis non habentes inter

inter se, & causata sua medium sunt appropriate ex necessitate causatis suis. Auer. in post. l. 1. cap. 17. te. 155. c. 180.

Causa prima est Deus gloriosus; ipse enim est & causa propinqua essentia secundarum, & essentia intellectus agentis. Secunda sunt causæ corporum celestium, quolibet enim secundarum corporis celestis essentia pedit; quorum numerus est secundum corporum celestium numerum, & hæc secunda sunt, quæ dicuntur Angeli. Auerroes de ani. beatitud. cap. 5. c. 66. col. 2.

Causæ primæ esse est in se, causæ vero secundæ est ex relatione ad secundam causam. Auer. ex dest. distr. disp. 3. ch. 28. col. 3.

Causa prima, de qua in hac scientia loquimur, est causa & principium corporis diuini. Auer. in 12. metaph. te. co. 5. char. 138.

Causa prior est, quæ prior est iuxta effectum, & quia effectus sunt particularium, ideo causa prior particularis erit. Alb. mag. in 2. phys. trac. 2. cap. 8. c. 22. col. 3.

Causa posterior dicitur, quæ posterius se habet ad effectum, non per hoc, quod sequatur ad causam priorē, sed quæ longius respicit ipsum. Alber. magn. in 2. phys. trac. 2. cap. 8. c. 22. col. 3.

Causa remota, & propinqua est sicut immediata, & causa per mediu. Alb. mag. in 2. phys. trac. 2. cap. 8. c. 22. col. 3.

Causa propria est, quæ de sua forma huius effectus dicit causalitatem præter hoc, quod aliquid ei addatur. Alb. mag. in 2. phys. trac. 2. cap. 8. c. 22. col. 3.

Causa communis est, quæ indiget aliquo addito sibi, vt propria efficiatur. Alb. mag. in 2. phys. trac. 2. cap. 8. c. 22. col. 3.

Causa prima, nec in substantia, nec in actu mutabilis est. Alb. mag. 8. phys. trac. 1. cap. 15. c. 93. col. 4.

Causa prima dicitur dupliciter prima. Primo est essentia prima, quæ est Deus gloriosus, mundi creator, & gubernator. Secundo, causa prima est mens celestis, & primus motor primi celi: qui eodem motu mouet, & est in causa rerum naturalium. Alb. mag. in 2. de celo. tr. 2. c. 5. c. 30. c. 4.

Causatum primum multis dicitur modis. Primo secundum rationem primam, & est id, quod causatur non præsupponit quodam alio. Secundo, secundum esse primū, quod dupliciter intelligitur: vt primum simpliciter, & est intelligentia, quæ causatur à lumine primæ causæ: vel est principium in ordine causarum naturalium, & est primum mobile, quod omnia naturalia cum motu contemplantur. Alb. mag. in 2. de celo. trac. 2. cap. 5. c. 31. col. 1.

Causa prima est, in qua, vt in fonte effectiuo, & formali, & finali sunt omnia. Alb. magn. de caus. & proces. vniuers. a pri. cau. l. 1. trac. 2. cap. 2. c. 200. col. 1.

Causa prima, & si non possit esse nisi vna, primariæ tamē esse possunt plures, licet æque primariæ plures esse nõ possint. Alb. mag. de caus. & proces. vniuers. a pri. cau. l. 2. trac. 1. cap. 2. c. 200. col. 2.

Causæ primariæ, & si non possunt esse nisi quatuor in genere, tamen sunt septem substantiæ simplices, & primariæ: scilicet, causa prima, intelligentia, anima, materia, forma, coelum, elementum. Alb. magn. de caus. & proces. vniuers. a pri. cau. l. 2. trac. 1. cap. 3. c. 200. col. 2.

Causæ primariæ sunt quatuor: causa prima intelligentia anima nobilis, & natura, prout est natura forma diffusa in primis naturalibus principijs, omnia constituentibus in inchoatione, & motu, & perfecto esse naturali. Alb. mag. de cau. & proces. vniuers. a pri. cau. l. 2. trac. 1. cap. 2. c. 199. col. 4.

Causa primaria vniuersalis plus influit super causatum suum, quam causa secundaria; & vniuersalis dicitur causa, non quod dicitur de multis, sed quia influit in omnibus sub se existentibus vniuersaliter. Alb. magn. de caus. & proces. vniuers. a pri. cau. l. 2. trac. 1. cap. 5. char. 200. col. 4.

Causa prima sola principio, & fine caret. Albert. magn. de caus. & proces. vniuers. a pri. cau. lib. 2. tractat.

1. cap. 1. char. 202. col. 1.

Causæ primæ processus forma est, quæ in ipso processu a causa prima secunda efficitur, & in diuersitate essentia a prima causa ponitur, quia nihil distans a prima causa eiusdem est essentia cum ipsa. Alb. mag. de caus. & proces. vniuers. a pri. cau. lib. 2. tract. 1. cap. 14. char. 204. col. 1.

Causa prima creauit esse animæ, non quidem simplici esse, sed mediante intelligentia, quod est esse formatum ad lumen, & virtutem intelligentiæ, vt sit proportionatum secundum influentiam motus, & vitæ celestis circulo. Alb. magn. de caus. & proces. vniuers. a pri. cau. l. 2. trac. 1. cap. 16. c. 204. col. 3.

Causæ primæ lumen omnem causam format, vt agat ad formam virtutis agentis primi. Albert. magn. de caus. & proces. vniuers. a pri. cau. lib. 1. trac. 1. cap. 20. ch. 205. colum. 4.

Causa prima nullam potest habere causam, nec efficientem nec formalem, nec finalem, nec materialem. Quod, si efficientem haberet, non esset prima. Si formalem, sic hæc forma ab aliquo efficiente procederet, & sic ante se haberet causam, & in ipsa aliud esset esse, & quod est. At si finalem ad alterum relata esset, quod primo non conuenit. Si materialem, per se non esset, sed ab alio quodam, neque etiam esset simplex. Alb. mag. de caus. & proces. vniuers. a pri. cau. l. 2. trac. 1. cap. 24. c. 206. col. 4.

Causa prima processu sui luminis illuminat omne, quod est, & ab alio non illuminatur. Alb. mag. de caus. & proces. vniuers. a pri. cau. l. 2. trac. 1. cap. 4. c. 206. col. 4.

Causa prima cognosci non potest, nisi ex causa secunda, quæ eius causa est, quod intelligentia agens est, & non nominatur per nomen causati sui primi. Alb. mag. de caus. & proces. vniuers. a pri. cau. l. 2. trac. 1. capit. 24. char. 207. colum. 1.

Causarum prior in ordine vehementior est in potentia agendi, & virtute, quam sit id, quod sequitur ipsam in potentia suscipiendi, vel patiendi. Propter quod necessario sequitur, quod in virtute cognoscendi, id, quod consequens est per cognitionem, non totum sequitur id, quod prius est; propter id, quod consequens est, diminutam habet virtutem a præcedenti, & magis contractam. Alber. mag. de caus. & proces. vniuers. a pri. cau. l. 2. trac. 2. cap. 15. c. 212. col. 1.

Causa prima non est intelligentia, anima, vel natura; sed est supra intelligentiam, animam, & naturam, per creationem producens omnes res. Alb. mag. de caus. & proces. vniuers. a cau. prim. l. 2. tractat. 2. cap. 28. c. 215. col. 2.

Causa prima quæ causat, & quæ causat intelligentia, sunt esse, viuere, & intelligere. Albert. magn. de caus. & proces. vniuers. a cau. pri. l. 2. trac. 2. cap. 28. ch. 215. colum. 2.

Causæ primæ opus mirabile est, quod propter sui perfectionem nihil priorum rebus relinquunt, quin dederint ipsum in postremum, vt perfectum sit: & nihil posteriorum fecit, quod in primis non inchoauerit, vt sic sit principium, & finis. Alb. mag. de caus. & proces. vniuers. a cau. prim. lib. 2. tractat. 2. capit. 28. char. 215. colum. 3.

Causam primam in operando, si aliquis dicat medio non indigere, & omnia per seipsam facere, & medio non vti, dicit cælos propter nihil esse, & motus cælorum, & quod Deus in natura naturalia nõ operatur, quod stultum est. Alb. mag. de caus. & proces. vniuers. a cau. pri. l. 2. trac. 2. cap. 29. char. 215. col. 4.

Causa prima est diues per seipsam, omnibusque magis diues; quia vnitatis eius est vera, & idem est esse, & quod est: & vnitatis eius pura, & simplex est in sua simplicitate. Alb. mag. de caus. & proces. vniuers. a cau. l. 2. trac. 4. cap. 6. c. 225. col. 2.

Causa prima est super omne nomen, quod nominatur, vel nominari potest, quia ei non competit, nec nominis diminutio, nec nominis complementum. Alb. mag. de caus. & proces. vniuer. a cau. pri. l. 2. tracta. 4. cap. 8. char. 225. col. 4.

Causa prima in omnibus rebus existit secundum dispositionem vnam, sed vnaquæque recipit eam dispositionem secundum modum suæ potentia. Albe. magn. de caus. & proces. vniuer. a cau. pri. lib. 2. tracta. 4. cap. 13. char. 226. col. 3.

Causæ primæ maxime competit stare per essentiam. Alb. mag. de caus. & proces. vniuer. a cau. pri. tract. 5. cap. 13. char. 229. col. 1.

Causa prima in ordine naturæ influit in secundam & nõ e contra. Alb. mag. de intel. & intel. l. 1. tract. 1. cap. 3. ch. 50. col. 3.

Causæ vltimæ sunt formæ generabilium, & corruptibilium. Alb. mag. de intel. & intel. l. 1. tracta. 1. cap. 4. ch. 50. col. 4.

Causæ mediæ sunt motores orbium cælestium, quas intelligentias cælestes appellant philosophi. Alb. mag. de intel. & intel. tract. 1. cap. 4. c. 85. col. 3.

Causæ propriæ, quæ in materia sunt corporum, sunt calidum, frigidum, humidum, & siccum: & sunt complexionales, & non simplices, quia simplices non agunt ad animalis naturam. Complexionales autem existentes differentes habent actiones, vel passiones ab actionibus simplicibus, & passionibus. Et hæc differentia est in quinque modis, quorū Primus est in modo actionis possessionis earum. Secundus in forma actionis. Tertius in acumine, & hebetatione actionis. Quartus in actionis diuersitate. Quintus est in actionis fine. Alb. mag. de ani. l. 2. tract. 2. cap. 4. c. 168. col. 2.

Causa prima nullam æquam potentiam habet cum suis causatis. Albe. magn. in 5. metaph. tract. 1. cap. 3. char. 99. col. 3.

Causa prima cum irradiat ad constitutionem intelligentiæ primi ordinis, hoc fit per actum, qui est compositus, & est actus primæ causæ in orbe primo. Ideo fit, quod id, quod fit per huius irradiationem, est ordinis inferioris quam ipsa sit. Alb. magn. in 11. metaph. tract. 2. cap. 20. c. 157. col. 1.

Causa prima sola operatur creationem. Alb. magn. ethic. 6. tract. 2. cap. 8. c. 75. col. 2.

Causa sola in rificata potest dici alimentum. D. Tho. in 5. metaph. l. 1. c. 256.

Causa secunda operatur propter finem primæ causæ in omnibus agentibus per se ordinatis. D. Tho. 5. metaph. l. 2. te. 2. c. 260.

Causæ particulares si non continentur sub se inuicem, continentur sub vna communi cœlesti. D. Tho. 6. metaph. l. 3. te. 3. c. 419.

Causæ secundæ non constituunt legem necessitatis, vel contingentia: sed constituta a suprema causa vtuntur vnde causalitati cuiuslibet alterius causæ subdit, solaque eius effectus sit, quod autem sit necessario, vt contingenter dependet ex causa aliorū, quæ est causa entis, vt ens, a qua ordo necessitatis, & contingentis in rebus provenit. D. Tho. 6. metaph. l. 3. te. 7. c. 421.

Causa prima dicitur illa, quæ irrefolubilis est. Alexan. de ales. in pri. metaph. c. 11. col. 4.

Causa, vt actu, & potentia.

Causæ, quæ sunt in potentia, sunt causæ eorum, quæ sunt in potentia: & quæ actu, eorum, quæ actu sunt. Arist. 2. phy. su. 3. cap. 1. te. 38. char. 39.

Causa in actu differt a causa in potentia, quæ agētia in actu singularia simul sunt, & nõ sunt cū effectu in actu, cā in potentia nõ sic se habet, quia nõ simul corrūpū ædificiū, & ædificator. Arist. 3. metaph. cap. 2. te. 3. ch. 87.

Causæ, quæ sunt in actu, sunt illæ, quæ cū rebus, quarum sunt causæ, reperiuntur, quæ in potentia, nõ reperiuntur cum passo. Auer. 2. phy. exp. posit. media. c. 202. col. 3.

Causæ, vt relationem inter se habent.

Causæ quædam sunt ad inuicem. Arist. 2. phy. su. 3. cap. 1. te. 29. char. 37.

Causa eadem contrariorum est, vt gubernatoris nauis præsentia conseruat nauem, absentia destruit. Arist. 2. phy. su. 3. cap. 1. te. 9. c. 37.

Causæ tres plerumque in vnum veniunt: forma enim & finis vna est, efficiens autem specie eadem. Arist. phy. 2. su. 3. cap. 1. te. 69. c. 46.

Causæ omnes in re existentes sunt propter causam finalem. Arist. 2. metaph. cap. 2. te. 8. c. 37.

Causæ ad inuicem causæ sunt, vt efficiens, est cā finis, & finis, causa efficiens. Arist. 5. metaph. cap. 2. te. 2. ch. 86.

Causæ simplices in re sunt prima materia, & vltima forma: quæ enim præter has sunt, sunt materia, & forma compositæ. Auer. in phy. pri. c. 4. col. 2.

Causarū illa, quæ sunt a forma & sine, sequuntur causam: quæ vero sunt a causa agente, non semper sequuntur. Auer. ex deit. dest. disp. 3. c. 22. col. 4.

Causæ oēs non sunt principia, nisi propter primū principium. Auer. in 5. metaph. ex su. 1. te. co. 1. c. 48.

Causa reliquorum est semper dignior eo nomine, quo communicant cetera: & ceterorum dispositio ad causalitatem est, vt dispositio illorum cum illo nomine. Auer. in 7. metaph. ex su. 1. te. co. 1. c. 73.

Causæ eorum, quæ differunt genere, differunt genere: quæ differunt specie, specie: quæ numero, ipsa quoque numero differunt. Auer. 12. Metaph. tex. com. 28. c. 147.

Causæ quatuor dantur, & vltimum earū oportet vt sit vnū numero. Auer. in epit. metaph. trac. 3. c. 180. c. 4.

Causæ oēs reducuntur in vnum, quod est finis agens, & forma. Auer. in epit. metaph. tract. 3. c. 181. col. 1.

Causa vt pertinet ad argumenta, & prædicamenta.

Causa, & causatum si sunt simul, fit demonstratio circularis: si nõ sunt simul, fit demonstratio causæ per medium causati: per causam quidem ipsius fit demonstratio propter quid, per causatum autem fit demonstratio quia. Arist. post. l. 2. cap. 16. te. 24. c. 381.

Causa nõ in oibus simili modo pquirenda est: nõ in aliquibus satis est, si bene monstratū fuerit, quod sit, quod etiam in principijs contingit. Arist. 1. ethicor. capit. 7. char. 16.

Causæ vt demonstrent, oportet, vt duo concurrant: vt alia sit sub eo, cuius est causa, & vt non sit immediata. Ale. & Eust. in 2. post. c. 49. col. 1.

Causas diuersas secundum speciem, vt media secundum aliam & aliam demonstrationem, de eadem re sumere contingit. Ale. & Eust. in 2. post. c. 64. col. 1.

Causam qui per causatum cognoscit, non propter quid nouit, quia causam non nouit, sed per posterius prius coniecit. Ale. & Eust. in 2. post. c. 60. col. 1.

Causæ & si in syllogismo sint formæ, efficiens & finis est vt materia. Alex. & Eust. in 2. post. c. 60. col. 1.

Causa & signa sepe reciprocantur. Them. in pri. post. ca. 28. c. 6. col. 1.

Causa amat per affirmationem ostendi. The. in pri. post. cap. 3. c. 6. col. 3.

Causas entium considerare eiusdem viri est, & demonstratiua principia, per quæ & ipsa entia, & entium cognitiones considerantur, considerare. Sirian. in metaph. 2. secundum latin. cap. 2. c. 2. col. 3.

Causæ omnes, formalis scilicet, materialis, efficiens, & finis, sumuntur in demonstratione, vt medij termini. Io. gra. in 2. post. cap. 11. c. 64. col. 2.

Causa si per causatum demonstratur, est quidē demonstratio, impropria tñ. Io. gra. in 2. post. cap. 11. c. 65. col. 1.

Causæ

Causæ si non sunt simul cum causatis, non fit necessaria consequentia. Io. gra. in 2. post. cap. 12. c. 66. col. 2.

Causam omnino per causatum cum ostendimus, est syllogismus: cum per causam causatum, demonstratio proprie est. Io. gra. in 2. post. cap. 17. c. 73. col. 1.

Causæ rerum & si & propinquæ, & remotiores sunt, tamen a propinquieribus ratio reddenda est. Io. gra. de gen. ani. l. 4. cap. 1. c. 73. col. 3.

Causa si est, quæ tradit quid est res per demonstrationem extra essentiam, illa tradet essentiam, & existentiam simul, si fuerit existentia, aut essentia tantum, si fuerit existentia nota per accidens, cum fuerit essentia, aut pars essentia tantum, non tradet essentiam, nisi per accidens. Auer. in post. 2. cap. 5. te. 38. c. 211.

Causæ cum sint medium in demonstratione, ideo de ipsis agendum est. Auer. in poster. 2. capit. 6. text. 48. char. 216.

Causæ mediæ demonstrationis simpliciter, oportet vt sint causæ maioris termini, ex quo demonstrationes simpliciter largiuntur esse per se per causam per se. Auer. in quæst. logic. q. 12. c. 375. col. 3.

Causa non monstratur per effectum, nisi demonstratione quia. Alb. mag. in elench. c. 287. col. 3.

Causa materialis, & formalis sibi correspondent, quia forma dat esse, materia recipit. D. Tho. in 5. metaph. l. 2. te. 2. char. 262.

Causæ rationi quanto magis aliquid accedit, tanto magis accedit ad rationem certitudinis. Ale. de Ales in 1. metaph. c. 9. col. 1.

Cebesten fluuius nascitur in monte Tauro, & fluit in mare Tyrrenum, vbi est insula Rhodos. Errat toto coelo. Alb. mag. de nat. loc. tract. 3. cap. 3. c. 102. col. 4.

Cedrorum lignum in exteriori tunica est album, & interiorius quasi sanguis denigratus: & succus eius vt sanguis animalium. Alb. mag. de veget. l. 6. tract. 1. cap. 8. ch. 153. col. 2.

Cegolites est lapis in colore, & quantitate similis offi oliuæ: dissolutus in aqua, & rufus, & haustus dissipat in renibus, & vesica lapidem. Albert. magn. in 2. de miner. tract. 2. cap. 3. ch. 139. col. 4.

Celerius semper mobile tempus diuidit tardius magnitudine, idest spatium super quo itur. Psel. in 6. Physic. char. 50.

Celerius illud est, quod prius mutatur. Psel. in 6. phy. char. 50.

Celethi est genus animalis, multas sub se continens species: primo ouans, postea pariens: propter capitis pondus multum dormit, ita vt manu capiatur dormiens. Alb. mag. de ani. l. 2. cap. 1. c. 197. col. 2.

Celidonium vnus est niger, alter rufus: & trahuntur ambo de vtre herū dinis. Rufus valet si sub sinistra ascella gestatur contra insaniam, & Epilepsiam. Niger contra febres, iras, & minas operatur, & lotus aqua oculos sanat, & de mense Augusti melius est eos abstrahere. Alber. magn. 2. de miner. tracta. 2. cap. 3. ch. 139. col. 3.

Celidrus est serpens tam aquaticus quam terrestris, cuius dorsum fumans terram fumare facit propter virtutem veneni in magna quantitate. Erectus ambulat; quia, si se multum torserit, currens crepat. Alb. magn. de ani. l. 25. c. 201. col. 3.

Cella vinaria ad Aquilonem aperta esse debet, & clausa ad Meridiem. Alb. mag. de veget. & plant. l. 7. tract. 2. cap. 4. c. 179. col. 1.

Celonia cur faciunt iuxta puteos, ligno. n. plumbi adiungunt pondus, cum aliquando vas ipsum, & plenum, & vacuum pondus habeat? quia duobus temporibus hauriendi diuisum opus; contingit enim demittere vacuum, faciliter, trahere vero plenum, difficulter: commodius autem est paulo tardius demittere, & facilius trahere. Arist. quæst. mechan. te. 28. c. 802.

Census in quibusdam ciuitatibus fiunt annuatim, in maioribus vero per triennium, vel quinquennium. Arif. politic. 5. cap. 8. c. 666.

Centaurea est duplex; maior, & minor, calida & sicca: si coquitur cum carne incisa, coniungit eam; mundificat vulnera, sigillat vulnera antiqua, consolidat fistulas, & interficit vermes. Alb. mag. de veg. l. 6. tract. 2. cap. 4. char. 164. col. 2.

Centaureus lapidi insculptus sanitatem confert, ideo ab antiquis magister Achillis dicebatur, quia huic in manu tenebat. Albe. magn. 2. de min. tract. 3. cap. 5. ch. 143. col. 3.

Centipeda cum hamum deuorarit, euomit intestina, donec hamum eijciat, & recipit ea intro, & valet eadem, qua antea salubritate. Arist. de hist. anim. 9. cap. 37. c. 348.

Centipeda est serpens de genere draconum, multos pedes habens. Alb. mag. de ani. 25. c. 201.

Centris est serpens semper iter rectum serpens. Alb. mag. de anim. 25. ch. 201. col. 3.

Centrum idem est mundi totius, & corporis grauitatem habentis. Ale. Aphrod. in prim. meteor. cap. 4. co. 14. char. 7. col. 1.

Centrum est circuli principium, medium, & finis. Simp. in 8. phy. te. 76. c. 320. col. 1.

Centrum in circulari motu assumit sibi motus principium, medium, & finem. Psel. in 8. phy. ch. 78.

Centrum duplex; mathematicum, & naturale. Auc. phy. 8. tex. 76. c. 191. col. 4.

Centrum terræ idem est cum centro mundi. Auer. 4. de coelo, tex. 34. c. 120. col. 4.

Centrum, quod est terræ locus, est mundi centrum, ad quod secundum naturam terra mouetur. Albert. mag. de nat. locor. distin. 5. cap. 3. c. 43. col. 3.

Centrum terræ, & centrum mundi, licet subiectosint idem, non tamen, vt est medium terræ, est medium mundi. Alb. magn. de nat. locor. distin. 1. cap. 3. char. 33. col. 3.

Cera nihil aliud est, quam sex mellis. Alb. mag. de anim. l. 8. tract. 4. cap. 3. ch. 80. col. 1.

Ceraftes est serpens carens spinis in corpore, loco ipsarum habens cartilaginem, ideo corpus flexuosius habet alijs serpentibus. habet 8. cornua in capite flexuosa, vt arietis. est paruus, coloris pulueris, & est primi ordinis. veneno præsentem cornua cerafti sudare aiunt, quod tamen non est valde probatum. Alb. mag. de ani. l. 25. c. 201. col. 3.

Ceratus amat aerem frigidum, & terram humidam. Alb. magn. de veget. & plant. l. 7. tractat. 2. capit. 3. char. 178. col. 1.

Ceraurum lapis est, chrystallo similis infecto colore cæruleo, quod (vt aiunt) de nube cum tonitruo cadit, & inuenitur in Germania, & in Hispania. Prouocat dulces sonos & ad prælia, & ad causas vincendi & ad pericula tonitruui euitanda prodest. Alb. magn. in 2. de mineralib. ex tract. 2. cap. 3. c. 139. col. 3.

Cerebrum quid est, & vt ad sensum pertinet.

Cerebrum & medulla non sentiunt tactum. Arist. de histor. anim. 3. cap. 17. char. 98.

Cerebrum nec est excrementum, nec inter partes continuas enumerandum est, sed sui generis est, & tactum nullum habet sensum, & datum est ad totius animalis salutem. Arist. de part. anim. 2. cap. 7. char. 439.

Cerebrum non est medulla, sed est substantia in medulla, quæ in ossibus continetur. Mich. Ephes. 2. de part. anim. cap. 1. char. 60.

Cerebrum nullius sensus causa est. Mich. Ephes. 2. de part. animal. cap. 6. char. 74.

Cerebrū, & neruū ex anatomia, videtur in animalibus

P 2 habent

habentibus ipsa, aliquid prodesse ad tactum. Auer. de partib. ani. 2. cap. 1. c. 68.
 Cerebrum aliquid facit ad sensum, & motum, non quod sit principium motus, & sensus, vt ait Galenus. Auer. de partib. ani. 2. cap. 7. ch. 72.
 Cerebrum non habet virtutem sensitivam tangibilem, sed eius natura talis est, qualis est natura medullæ, quæ est in ossibus. Alb. magn. de ani. l. 1. 2. tract. 1. cap. 7. c. 105. col. 1.
 Cerebrum non est superfluitas, sed potius membrum principale: nec est ex membris omnino continuis, & compactis, sed eius natura est natura æterna quædam quæ durat, dum durat animalis vita. Alb. mag. de ani. l. 1. 2. tract. 2. cap. 3. c. 106. col. 1.
 Cerebrum cum nullo membrorum sensibilem habet continuationem, nec sensum tactus. Alb. mag. de ani. l. 1. 2. tract. 2. cap. 5. c. 106. col. 2.

Cerebri locus, qualitas, & substantia.

Cerebrum est sincipiti subditum, occiput inane est. Arist. de hist. ani. pri. cap. 7. ch. 18.
 Cerebrum priorem obtinet situm capitis, non tantum in hominibus, sed in cæteris animalibus, quibus ea pars data est: & in omnibus his est, quæ sanguinem obtinent, & ob id sanguinea appellantur, & quæ mollia nomine speciali nuncupantur. Arist. de hist. anim. pri. cap. 16. c. 28.
 Cerebrum omnibus priuatum sanguine est, nec venam intra se continet vllam, & ad tactum per naturam frigidum est. habet in suo medio plerisque omnibus cauum quoddam exiguum, membrana hærente venosa, ac cuticulari obducitur. Arist. de hist. ani. pri. cap. 16. c. 29.
 Cerebrum ipsum sanguinis expers est, nec aliquid venæ, vel auctioris, vel minoris in id cessat. Arist. de hist. ani. 3. cap. 3. ch. 80.
 Cerebrum vt adipe pinguescentium pinguiusculum est, vt suis, sic Sebo obeforum squalidiusculum sentitur, vt ouis. Arist. de hist. ani. 3. cap. 17. c. 96.
 Cerebrum partium omnium corporis frigidissimum est. Arist. de part. ani. 2. cap. 7. c. 439.
 Cerebrum omnium maxime humidorum sanguine caret, nihilque sanguinis habet. Aristot. de part. anim. 2. cap. 7. ch. 439.
 Cerebrum si humet, aut siccet supra modum, suo fungi officio non potest: sed aut non refrigerabit, aut coagulabit, & sic morbos, deliria & mortes afferet. Arist. de part. anim. 2. cap. 7. ch. 442.
 Cerebrum bipartitum est, & etiam sensoriũ vnumquodque, & sic cor suis ventriculis distinguitur. Aristot. de part. anim. 3. cap. 7. ch. 486.
 Cerebrum est frigidissimum omnium, quæ in corpore sunt. Arist. de somn. & vig. cap. 5. ch. 58.
 Cerebrum sero a frigiditate, & humiditate vendicatur in omnibus, sed præcipue in hominibus. Aristoteles de gener. animalium 2. cap. 4. char. 172.
 Cerebri pondere pueri longo tempore non possunt continere caput. Arist. de gener. anim. cap. 4. char. 172.
 Cerebrum calore præditum a dorso medulla est. Io. gra. in 5. de gen. anim. cap. 2. c. 98. col. 3.
 Cerebrum multæ humiditatis est velocis conseruationis, multæ obliuionis, & difficilis rememorationis. Sic cum habens est prauæ receptionis, & multæ rememorationis. Qui medium, bonam conseruationem, & bonam memoriam habet. Auer. de memor. & rememor. char. 196. col. 2.
 Cerebrum, hepar, & huiusmodi non sentiunt, & si aliquando in illis est dolor, dolor est in panniculis, qui sunt circa substantiam illorum. Alb. mag. in 2. de ani. tract. 4. cap. 34. c. 29. col. 4.

Cerebrum frigidius, humidiusque est cæteris omnibus partibus complexionatis corporis animati. Alb. mag. de sen. & sen. tract. 1. cap. 15. c. 9. col. 1.
 Cerebri substantia similior est in omnibus animalibus cæteris membris. Alb. mag. de animalibus. lib. 1. tract. 3. cap. 1. char. 23. col. 4.
 Cerebri substantia est frigida & humida secundum naturales qualitates ipsum complexionantes ob tres causas. Prima, quia si non esset frigida, ex motu sensibilem inflammaretur. Secunda, quia cum spiritus valde calidus ei a corde mittatur per duas arterias propter caliditatem confunderet omnes operationes. Tertia causa est, multitudo spirituum lucidorum, qui sunt in ipso, qui in ipso discursu, & lumine suo in cellas animalium virtutum inflammationem excitant dissoluentem animal. nisi esset frigiditas cerebri temperans. Alb. mag. de ani. l. 1. tract. 3. ca. 1. c. 24. c. 1.
 Cerebrum est molle, & pingue: & pingue, vt viscositate formas, quæ ad ipsum veniunt, teneat: quia, si durus, vel ficans esset, læderentur ex eo membra, & impedirentur operationes. Alb. mag. de ani. l. 1. tract. 3. cap. 1. char. 24. col. 1.
 Cerebri substantiæ nullus sanguis, nec vena ei vnitur, vt alijs corporis partibus vnuntur: ideo etiam est frigidum. Alber. magn. de ani. l. 1. tract. 3. cap. 1. c. 24. col. 4.
 Cerebrum in omni animali caret secundum suam substantiam sanguine, sed fugit nutrimentum ex extremis partibus venarum, & telarum, quæ circundant ipsum, & distinguunt, & in sibi similem colorem conuertit, vt proprium est omnibus membris. Alb. mag. de ani. l. 3. tract. 1. cap. 2. c. 36. col. 3.
 Cerebrum frigidum est: sed frigiditas sua non temperat calorem cordis, nec hepatis calorem, vt nec cordis siccitas temperat humiditatem cerebri, & hepatis. Alb. mag. de ani. l. 1. 2. tract. 1. cap. 2. c. 101. col. 3.
 Cerebrum non multum est frigidum, nec cor ficans: sed cor, respectu cerebri, & hepatis, ficans est, & cerebrum frigidum. Alber. magn. de animalibus. l. 1. 2. tracta. 1. cap. 2. c. 101. col. 3.
 Cerebrum molle est, vt remolliat duritiem neruorum, & vt bonum nutrimentum præstet neruis gradatim. Alb. mag. de ani. l. 1. 2. tract. 2. cap. 4. c. 107. col. 1.
 Cerebri substantia non est sanguis, vt ait Arist. & intelligendum est, quod non sit sanguis in forma sanguinis, quia mutatus est in alium humorem. Alb. mag. de ani. l. 1. 2. tract. 2. cap. 4. c. 107. col. 2.

Cerebrum, vt motus principium, & super quo innititur.

Cerebrum retrahitur sub sinciput, vt ibi sit principium motus, & membrorum motiuorum. Albe. magn. de animalibus. l. 1. tract. 2. cap. 1. ch. 5. col. 4.
 Cerebrum & tota superior capitis machina suspenditur super os baxillare, vel, quod fundamentum vocatur. Alb. mag. de ani. l. 1. tract. 2. cap. 6. c. 9. col. 1.

Cerebri opertorium, partes, diuisio.

Cerebrum hominis continent membranæ duæ, altera ossi adhærens, valida; altera ipsum cerebrum attingens, infirmior. Arist. de hist. ani. 1. cap. 16. c. 29.
 Cerebrum omnium bipartitum est, postremumque iungitur, quod Cerebellum appellatur, quod certe, & tactu, & specie formam habet diuersam. Arist. de hist. ani. 1. cap. 16. ch. 29.
 Cerebrum continetur osse postremo tenuissimo, ac in firmissimo omnium ossium capitis, cui nomen occiput. Arist. de hist. ani. 1. cap. 16. char. 29.
 Cerebrum adeunt meatus ab oculis terni, ita vt maximi, & mediocres ad cerebellum tendant, minimi ipsum

in cerebrum adeant. Minimi hi sunt, qui propioribus naribus oriuntur, maximi æqui distant, nec vsquam coire possunt. Mediocres cocunt: quod præcipue in genere piscium patet: & hi propiores sunt cerebro, quam magni. Minimi per quam laxo inter se distant interuallo, & nunquam ob eam rem possunt coire. Arist. de hist. ani. 1. cap. 16. ch. 29.
 Cerebri membrana plenior vulnerata, cur p secturâ oriiri soleant, q fungorũ nomine appellamus? qa vapores, q ex cerebro assidue proficiunt, digeri p rimas cõsueue re, disuncto iã osse, amploq; facto itinere, oēs effluunt, ossique gelido occurrant cõcrefcent, & spēm fungi faciunt: vt qui supra ampliusculi, infra prætenues, loci ratione perficiantur. Ale. aphr. probl. 2. q. 91. c. 765.
 Cerebrum in tres partes diuidit, quarum vna est substantia velata: alia medullarum; tertia est venter, qui sunt ipso spũ aiali pleni; nerui sunt quasi virgula quædam ex ipso proceduntia, non tamen sunt aliquid substantiæ ipsius. Alb. magn. de animalibus. lib. 1. tract. 3. cap. 1. c. 23. col. 4.
 Cerebrum totum per longitudinẽ protrahitur in duo p mediũ medullæ ipsius, & per mediũ pellicularũ suarũ, & per mediũ ventriculorum, vt sciant esse duplex auxiliũ ipsius, si accidat vni parti nocumẽtũ, vt alia præseruari possit. Alb. mag. de ani. l. 1. tract. 3. c. 1. c. 23. c. 4.
 Cerebri pars anterior, mollior, leuior, & pinguior est posteriori. Alber. magn. de anim. lib. 1. tractat. 3. capit. 1. ch. 24. col. 1.
 Cerebri velamẽ, ob duas causas est: prima, vt pars mollis separet a cõtactu duræ: secũda qd descendẽtes nerui ab ipso, fm suas originẽs diuidantur, & separentur inuicem: & oportuit, vt esset aliquid firmum, quod contineret eos, & ideo per ipsum velamen descendunt. Alb. mag. de ani. l. 1. tract. 3. cap. 1. char. 24. col. 1.
 Cerebrum cooperientes panniculi duo sunt, quorũ superior, q ad craneũ eleuatur, est spissior, & durior, vt resistat duritiẽ ossis, & prohibeat nocumẽta, q ab osse ad cerebrum prouenire possunt: & propter duritiẽ, & maternã custodiã dura mater vocat. Alius panniculus est mollis cerebro adhærens, & molliter excipiens ne ad duriorẽ eleuarũ duriter impingat, sic vt in clamore, & cantu eleuat, & iõ, qa pie custodit cerebrum, pia mf appellatur. Alb. mag. de ani. l. 1. tract. 3. cap. 1. c. 24. col. 1.
 Cerebri septem opertoria sunt; capilli, cutis, caro, os cranei, dura mater, & pia mater. Alb. magn. de ani. l. 1. tract. 3. cap. 1. char. 24. col. 2.
 Cerebrum fm suã longitudinẽ tres habet ventres; quorũ quilibet per latitudinẽ duas habet partes, dextrã & sinistrã, propter lineã, q per longũ diuidit. Anterior diuiditur in dextrã, & sinistrã, & iuuatur odoratu, & expellit supfluitates p os nasi. Postremus, licet sit minor anteriori, & nõ solũ anteriori, sed quauis parte anteriori, tñ fm se supplet magni mēbri vacuitatẽ, & qa est principium nucẽ in ipso & sunt spiritus seruatũ operationis, quẽ est operari, & reminisci. Alber. magn. de ani. l. 1. tract. 3. cap. 1. char. 24. col. 2.
 Cerebri cõmissuræ necessarię sunt, vt in eis contineatur spũ aialis, ad quẽ hauriendũ nõ continue aperit cerebrum; & vt in eis aialis spũ digeratur, qui cũ a corde mittitur non sufficeret, est assimilatus cõplexioni cerebri, iõ stat in anteriori parte, & digeri incipit, plus aut assimilatur in media, & in vltima perficitur eius digestio. Alb. mag. de anima. l. 1. tract. 7. cap. 1. c. 24. c. 2.

Cerebrum qua habent, ex quo compositum est, & superfluitatum quis exitus.

Cerebri superfluitates duos habent exitus: vnus est in coniunctione vetriculi anterioris, & medij; alius in medio. Albe. mag. de ani. l. 1. tract. 3. cap. 1. c. 24. col. 3.
 Cerebrum habent animalia omnia sanguinem habentia, & præterea multa, quæ sanguinem non habent,

habent cerebrum. Albe. mag. de ani. l. 1. tract. 3. cap. 1. char. 24. col. 3.
 Cerebrum compositum est ex aqua, & terra; cuius est inditium, quia, cum coquitur, efficitur durum, quia resoluuntur humiditas & restat terrestris pars. Alb. magn. de ani. l. 1. 2. tract. 2. cap. 3. c. 106. col. 3.

Cerebri ad cuius corporis partes relatio.

Cerebrum natura molita est aduersus cordis calorem, ipsique temperiem affert: ideo obtinet naturam aquæ & terræ. sed, vt quoque ea pars modico potiatore calore, venæ ad membranam cerebri deueniunt, ex vtraque vena maiore, & aorta; & ne calor nimius offenderet, non pauca amplæ, sed frequentes, & tenues venę ambiunt: nec sanguis copiosus, & crassus, sed tenuis, & sincerus subit eodem. Arist. de part. anim. cap. 7. char. 440.
 Cerebrum cum pulmone rem communem habet. Arist. probl. sec. 35. q. 1. c. 642.
 Cerebrum & hepar transmittit ea ad cor, in quibus operantur, non est inconueniens, ita quod sint operationes eorum, quasi seruientium. cordis vero operatio principalis est, neque est inconueniens dicere, quod venę orientur, & nerui a corde. Alb. magn. de anim. l. 3. tract. 1. cap. 4. c. 37. col. 1.

Cerebrum qua animalia maiorem habent, & ob quid datum est.

Cerebri plurimum homo inter cætera animalia habet respectu sui corporis, & mares plusquam feminæ. Arist. de partib. ani. 2. cap. 7. c. 441. Aristot. idem de hist. ani. 1. cap. 16. c. 29. & Alb. magn. de anim. l. 1. 1. tract. 1. cap. 3. c. 106. col. 4.
 Cerebri multum obtinent, qui rem veneream nõ agunt. Arist. probl. sec. 10. q. 56. char. 446.
 Cerebrum factum est ob necessitatem, & ob vtilitatem, & necessitatis duplex est causa: vna ad temperamentum compositionis corporis organici: altera ad operationes eiusdem. Causa vtilitatis est secundum bene esse determinata; quia aliter non bene saluarentur sensuum organa; & etiam, quia vapore suo infrigidante inducit somnum, qui est naturaliter quies animalium. Alber. magn. de anim. l. 1. 2. tractat. 2. cap. 4. char. 106. col. 4.

Cerebrum qua sanant.

Cerebrum sanant olfactibilia frigidum propter calorem sumi. Auer. de sen. & sen. ex. paraph. c. 192. c. 1.
 Certificatio proprie est in specie specialissima, & in differentia constituyente ipsam. Ale. de Ales. in 7. metaph. te. 82. char. 228. col. 1.
 Certitudo est excessus cognitionis. Auer. in quæstionib. logic. q. 15. c. 378. col. 2.
 Certitudo duplex; alia oritur ex natura rei, & alia ex parte nostra. Ale. de Ales. in pri. metaph. c. 8. col. 1.
 Certitudo rei est immutabilitas eius. Ale. de Ales. in pri. metaph. c. 8. col. 1.
 Certitudines diuersæ sunt in diuersis scientijs, per consequens diuersæ demonstrationes. Ale. de Ales. in 2. metaph. c. 7. col. 1.
 Certius natura tanto est, quanto magis subintrat habitum, & naturam necessarij. Ale. de Ales. in pri. metaph. c. 8. col. 1.
 Ceruix appellatur pars posterior extrema colli. Aristot. de hist. animalium. 1. cap. 12. char. 23.
 Ceruix, & humeri quibus eminentibus articulis sunt fortes, sunt secundum animam, & referuntur ad masculũ. Quibus imbecilles, & inarticulati, molles secũdũ animam

- nam sunt, & referuntur ad femina. hæc dico, quæ de pedibus, & coxis. Arist. physiogn. cap. 8. c. 349.
- Ceruis longa & tenuis**, significat illum, qui maligna meditat. Alb. mag. de ani. l. 1. tract. 2. cap. 22. c. 20. col. 1.
- Ceruis vasta cum quadam prolixitate**, dicit animosum. Alb. mag. de ani. l. 1. tract. 2. cap. 22. c. 20. col. 1.
- Ceruis rotunda** probat virtutem animæ, & corporis humilitatem. Alber. magn. de anima. l. 1. tract. 2. cap. 22. char. 20. col. 1.
- Ceruis soluta, & quasi decidens, & inualida, nocentes, & insidiosos homines designat.** Alb. mag. de ani. l. 1. tract. 2. cap. 22. c. 20. col. 1.
- Ceruis, quæ neruis patentibus composita est, ineptum, indocilemque ostendit:** & si occurrant alia signa, insanum monstrabit nimia neruorum, & venarum claritas: & idem venæ claræ, & enormes ceruici intextæ idem, quod nerui, indicant. Alb. mag. de ani. l. 1. tract. 2. cap. 22. c. 20. col. 1.
- Ceruis brevis, iudicium est audaciæ cū temeritate.** Alb. mag. de ani. l. 1. tract. 2. cap. 22. c. 20. col. 1.
- Ceruis, & spatula inter coniunctionem, si verticulus quidam eminet, nec cætera leuiter sibi conueniunt, sed interualla sunt ibi ac si sit nodorum superficies aspera superbos, & insolentes indicant hæc.** Alb. mag. de ani. l. 1. tract. 2. cap. 22. c. 20. col. 2.
- Ceruis dura, indocilem ostendit.** Alb. mag. de ani. l. 1. tract. 2. cap. 22. ch. 20. col. 2.
- Ceruis inclinata, docilem ostendit.** Alb. mag. de ani. l. 1. tract. 2. cap. 22. c. 20. col. 2.
- Ceruis rigida & recta, & tanquam defixa, indoctum & insolentem significat, & aliquando etiam insanum.** Alb. mag. de ani. l. 1. tract. 2. cap. 22. c. 20. col. 2.
- Ceruis defixa, significat indocilitatem, & contumaciã.** Alb. mag. de ani. l. 1. tract. 2. cap. 22. c. 20. col. 2.
- Ceruis stabilitas proportionata, optimos mores ostendit.** Alb. mag. de ani. l. 1. tract. 2. cap. 22. ch. 20. col. 2.
- Ceruis superius retorta, imitem, & insolentem declarat hominem.** Alb. magn. de ani. l. 1. tract. 2. cap. 22. ch. 20. col. 2.
- Ceruis infixa ad pedtoris partes animi cogitationibus occupatum ostendit:** & aliquando pertinet ad parsimoniam, & aliquando ad malignitatem, vt alia signa concurrentia ostendant nihil certe simplex, nil remisse, nil securum continere. Alb. mag. de ani. l. 1. tract. 2. cap. 22. char. 20. col. 2.
- Ceruis ad sinistram inclinata, stultum aliquantulum, & cinedum ostendit.** Alb. magn. de animal. lib. 1. tract. 2. cap. 22. char. 20. col. 2.
- Ceruis iuxta caput forte capillo sa, fortem, & animosum indicant.** Alber. magn. de ani. l. 1. tract. 2. cap. 26. ch. 25. col. 3.
- Cerula** (vt ait Plinius) est serpens paruus, sed veneni virtus est magna, & est ordinis primi. Alb. mag. de ani. l. 25. char. 201. col. 3.
- Cerussa fit, si super vas, in quo est acetum forte, superponantur laminae plumbi. vapor condensat, & corrumpit plumbi substantiam, & conuertit in colorem albū, qui cerussa dicitur.** Alb. magn. in 4. de miner. tract. 2. cap. 3. c. 147. col. 4.
- Ceruus, ex cornigeris vnus cornua tota solida habet ceteri caua quodam tenuis, & mucrone demum concreta.** Pars caua ex cute potius oritur, quam solidum quiddam subsistit: & ceruus solus habet cornua omnibus annis decidua, initio a bimatu: cæteris perpetua sunt, nisi per vim aliquam amittant. Arist. de hist. ani. 2. cap. 1. char. 42.
- Cerui vermes continent omnes in suo capite viuos, qui nascuntur sub lingua in concauo ceruiciter vertebram, qua ceruici innectitur caput, magnitudine non minores his vermibus, quos maximos carnes putres ediderunt. Gigni vniuersi, atque contigui solent numero**
- Cerui, & vaccæ mares suos, nisi raro, patiuntur, propter rigorem genitalis, nimiamque tæntiginem: sed clunibus subsidentibus semen recipiunt.** Arist. de hist. ani. 5. cap. 2. char. 148.
- Ceruus non in eadem cerua immoratur, sed mutat, breuique interposito tempore aliam, & aliam supergreditur.** Coitus ab æturo, mense Augusto, & Septembrij implentur paucis diebus, & ab eodem mense vterum ferunt octo menses. pariunt magna ex parte vnū sed nonnulli etiam geminos peperisse comperit, & metu beluarum iuxta vias maxime parere solent. Ducit suum hinnulum ad stabula, quem locum sibi habet refugium, petra disrupta vno aditu, vnde se defendere possint, & repugnare, ijs, qui inuadunt, vita eius est per quam longi. Arist. de hist. ani. 6. cap. 29. c. 241.
- Cerua omnes monte Asia Elapho scissa aure sunt, quæ nota, si alibi locum mutant, dignoscuntur.** Arist. de hist. ani. 6. cap. 29. char. 242.
- Cerua quaternaria vbera habent, & cum mares impleunt foeminas, ab ipsis separantur, & propter libidinis grauiolentiam quisque solitarius scrobes fodit: fetet, vt hirci, faciesque eorumque aspergine nigrescit, & ibi degunt, quousque imber accedat, & tunc pasua repetunt: quæ omnia accidunt ceruo, quia salax est, & pingui abundat.** Arist. de historia animalium. 6. cap. 29. char. 242.
- Cerui ætate pinguescunt: qua de re, nec currere possunt: sed secundo, vel tertio cursu capiuntur ab ijs, qui pedibus insectantur.** Arist. de hist. ani. 6. cap. 29. char. 242.
- Cerui propter æstum, & anhelitum in aquas fugiunt.** Arist. de hist. ani. 6. cap. 29. ch. 242.
- Cerui caro licidinis tempore vitatur, & foetet perinde quasi hircorum, ac hyeme extenuantur, & debilitantur, vere maxime vigent ad cursum.** Arist. de hist. ani. 6. cap. 29. ch. 242.
- Cerui, dum fugiunt, requiem inter currendum aliquam faciunt, consistentesque manent, dum, qui insequitur appropinquet, tunc fugam item arripiunt, quod ideo facere videntur, quia interiora laborant: intestinum enim tam tenue, ac imbecile habent, vt etiam, si leuiter percusseris, possit rumpi, cute adhuc integra.** Arist. de hist. ani. 5. cap. 29. c. 242.
- Cerua inter feras quadrupedes maxime prudentia præstare videtur: circa semitas enim parit, quo belluæ propter homines minus accedunt, & cum peperit, inuolucrum primum exedit, mox scilicet herbam petit, quam, cum ediderit, redit ad prolem. Hinnulum in stabulo ducens assuefacit, quo refugere debeat, saxum hoc est abruptum vno aditu, quo loco eam, si quis inuadit, expectare, & repugnare affirmant. Mas, cū pinguescit (quod fructuum tempore euenit) nunquam apparet, vt qui cognoscit sua corpulentia capi posse. Cornua locis difficilibus amittit, & qua inueniri nequeant. Cornu eius sinistrum a nemine adhuc comperit esse affirmant: oculit. n. id, tanquam aliquo medicamento præditum. Arist. de hist. ani. 9. cap. 5. c. 322.**
- Ceruis bimis primum cornua oriuntur simplicia, recta, nimis bifida, & sic annis sequentibus adhuc modum procedit numerus, vsque ad annum sextum.** Arist. de hist. ani. 9. cap. 5. char. 322.
- Ceruos senes cognoscimus, quia nullos, aut paucos dentes habent, & adminiculis carent: adminicula vocantur rami, qui imis cornibus ante frontem prominent.** Arist. de hist. ani. 5. cap. 5. ch. 323.
- Cerui singulis annis mense Aprilii cornua amittunt, & donec ea recipiant, noctu pasuntur.** Arist. de hist. ani. 9. cap. 5. char. 323.

Cervus

- Cervus captus iam fuit viridem hederam suis cornibus enatam gerens, quæ cornu adhuc tenello forte inserta, quasi ligno viridi coaluerit.** Arist. de hist. ani. 9. cap. 5. char. 323.
- Cerui morfi a phalangio, vel a quouis generis eiusdem, cæcos edunt, quos & homini prodesse putant, sed non caret fastidio.** Arist. de hist. ani. 9. cap. 5. c. 323.
- Cerui sibilo, & cantu capiuntur, mulcentur enim & alliciuntur ea voluptate.** Arist. de hist. ani. 9. cap. 5. c. 323.
- Ceruus, si arrectas aures teneat, acerrime sentit: si demissas, facile interimitur.** Arist. de hist. animal. 9. cap. 5. char. 323.
- Cerua nonnulla in Achaia eo in loco degunt, quo sua cornua deiciunt, vt caueant, ne facile inermes reperiantur: quod ea de causa faciunt, quia instrumentum, quo repugnare possunt, cum res exigit, non habent, & locum, quo cornua demisserunt, a nemine adhuc fertur comperit esse: plurimæque visæ sunt, quæ cornibus enatam hederam habent.** Aristoteles de admir. aud. 5. char. 841.
- Cerua, quæ in Epro oriuntur, dextrum cornu cum multa vtilitate defodere præditum aiunt.** Arist. de admir. aud. 72. ch. 851.
- Ceruus inscriptus lapidi, phreneticos, & maniacos saluat.** Alber. magn. in secundo de miner. ex tract. 3. cap. 5. char. 143. col. 2.
- Ceruorum, & taurorum foemina coitum vix pati possunt propter duritiam virgæ maris.** Alber. magn. de ani. l. 5. tract. 1. cap. 7. ch. 52. col. 3.
- Cerui discretiores sunt multis alij animalibus.** Alb. mag. de ani. l. 8. tract. 3. cap. 1. ch. 74. col. 2.
- Cerui cornu sinistrum cæctum nunquam inuentum est.** Alb. mag. de ani. l. 8. tract. 2. cap. 1. c. 74. col. 3.
- Cerui, si venenati sunt, congregant cancos, & eos pro medicina comedunt.** Alber. mag. de ani. l. 8. tract. 2. cap. 1. char. 74. col. 3.
- Cerui timent gannitum vulpium, & ipsi inter se pugnant tempore coitus, & demissus obedit victori forti obedientia, ac si esset seruus eius, & sequitur illum.** Alb. mag. de ani. l. 8. tract. 2. cap. 3. c. 74. col. 1.
- Ceruus est animal notum augens culmos in cornibus vsque ad sex annos. Signum senectutis eius est habere multos, vel paucos dentes. Hoc animal omnia visa rara, & audita miratur. venenata cerui fugiunt, & agitati contra ventum currunt, vt ventus ab eis auferat canum voces. Cornu cerui decoctum cum aceto si ponatur in ore, sedat dolorem dentium, & consolidat gingiuas: & combustum, & bibitum ad pondus vnciæ, & duorum aureorum, iuuat contra fluxum antiquum sanguinis.** Alber. magn. de animalib. l. 22. tract. 2. cap. 1. char. 176. col. 2.
- Cerystalys est serpens de genere viperarum, & est secundi ordinis: & est cinereus duorum cubitorum, & in loco morsus accidit inflatio: & vesicæ, & duritia apparent, & fluxus humiditatis sanguineæ nigra, & fit spasmus.** Alb. mag. de ani. l. 25. ch. 201. col. 3.
- Ceta, quæ non branchias habent, sed fistulam, animal generat: vt delphini, & balenæ, & his additur, & priestes, & bos.** Arist. de hist. ani. 6. cap. 12. ch. 212.
- Cete non refrigerationis causa suscipiunt mare, hoc enim sit ipsis respirantibus, habent enim pulmonem & stertunt, & si retibus capiuntur, cum respirare non possunt, suffocantur. sed quia alimentum ex humido faciunt, necesse est suscipientia humidum emittere, & ideo habent fistulam.** Arist. de iuuen. & sene. vit. & mort. & resp. cap. 14. char. 321.
- Cetus est piscis maior, cuius femina balena est, & est multorum generum. Alij hirsuti, & sunt maximi. Alij plana pellis, & minores. Maiorum fouea oculi vnus capit quindecim homines, & aliquando viginti. Os habet magnum, & cum spirat, euomit multam aquam;**

- vt nauiculas impleat & submergat. Caudam bifurcatam habet, cuius latitudo est plus quam 24. pedum. Expertum est huic piscem diuisum esse onus trecentorum curruum, tam in carne, quam in ossibus. habet virgam intus, & testiculos, & emittit virgam tempore coitus, & vt mulier habet vuluam femina. Eius semē, quod (est enim multi seminis) non totum concipitur intra vuluam, & queritur a medicis, & amphora vocatur: & est preciosum contra guttas, & paralysim. Ex oculo vnus ceti vndecim lagenæ sagiminis eductæ fuerunt tempore Alberti, & lagena vna vix portabatur ab vno homine. Duobus modis capitur. primo plures nauiculae querunt piscem, in quibus duo nauigant. & vnus est paratus ad iaculandum piscem hasta abiecta, in cuius extremitate est foramen iuxta manum percutientis, in quod immissa est corda fortis, & longissima, quæ circulariter posita est in nauis, vt sine errore expedite egrediens sequatur instrumentum, cui infixa est. Extremitas eius, & cuspis habet triangulum, vt sagitta, & multas acuitates, vt sagitta: & inuento pisce ipsum percutiunt. Si cetus repetit pelagus, relinquunt cordas, & conueruntur amissæ expensas, & labores. Si petit fundum, ad littus trahunt, & sic capiunt: Alio, sed eodem modo capiunt, sed balista iaculantur immissa corda, vt priori modo. Hirsuti sunt ceti, & longissimos habent culmos, & illis ad saxa in rupibus se suspendunt cum dormiant: & tunc piscatores, quantum possunt, pellem a sardo soluunt iuxta caudam, & immittunt cordas, & ligant montibus, & excitant piscem, & recedere volens piscis excoriatur, & sic moritur.** Alb. mag. de ani. lib. 24. cap. 1. c. 196. col. 2.
- Chabrias Atheniensis Taoni regi Aegyptiorum exercitum habenti, sed pecunijs indigenti, hoc consilium dedit, vt sacerdotibus diceret oportere tū ex sacris nonnulla, tum etiam sacerdotum multitudinem propter sumptum amoueri. quod cum ipsi audissent, pecunias tum priuatas, tum publicas illi attulerunt. tunc iussit illis imperari decimam dumtaxat partem eius, quod ante hac soliti essent, tum in seipos, tum in sacrum impendere: reliquas nouem sibi ipsi fenerarentur, donec bellum aduersus regem Persarum finem acciperet: & ab omnibus, qui ædes habebant, circumferri iussit, quæ illi videbantur, & singulis corporibus tributum indicit: & qui frumentum venderent, pro quaque mensura obolum pendere iussit, & decimam singulis officinis, & alijs opificijs pro tributo imperauit.** Arist. œconom. 2. char. 818.
- Chabrias supplementis in centū, & viginti nauibus coactis, cum ipsi sexaginta tantum opus esset, imperauit reliquis, vt vel nauigarent, vel frumentum in duorum mensium stipendium præberent: qui frumentū libenter dederunt, vt suis rebus curam habere possent.** Arist. œconom. 2. char. 825.
- Chalidicam herbam, & Amygdala ad mellificandum maximam afferre vtilitatem asserunt, & foetum plurimum ex ipsis fieri inquit.** Arist. de admir. aud. 19. c. 843.
- Chania est animal in Aethiopia ad modum lupi in figura, maculis albis per totum aspersum.** Alb. mag. de ani. l. 22. t. 2. c. 1. ch. 175. col. 3.
- Chameleo figura totius corporis, lacertam plane representat. Latera deorsum ducta ventri iunguntur vt piscibus: & spina modo piscium eminet; rostrum similitudine porcarum simillimum: cauda prolonga in tenue delinens, & longis implicata in se orbibus lori modo permultis. Elatior est a terra, quam lacerta: inflexus crurum perinde ac lacertæ. Pedes singuli biparito secantur, partesque talem inter se habent situm, qualem pollex ad manus reliquam partem obiectam. Sed relique partes paulotenus indigito quosdam funduntur, id est primores triplici fissura interius, duplici exterius; posteriores interius duplici, exterius triplici. Vnguiculae adunci.**

adunci. Corpus asperum totum, vt crocodilo. Oculi in recessu cauo intus recepti, pregrandes, rotundi, cute simili, atque reliquum corpus obducti, media sui parte perquam exigua detecti, qua videant, quæ uident sedes nūquam cute operitur, nec pupillæ motu: sed totius oculi uersatione in orbem, mutationemq; quoquo uersus aspicit, quæ uelit. Mutat suum colorem in flatus. Arist. de hist. ani. 2. cap. 10. ch. 51.

Chameleo gulam, & arteriam situ eodem continet quolacerta. Carnem nusquam nisi in capite, & maxillis, & postremo caudæ admodum exigua possidet, nec alibi sanguinem, quam in corde, & oculis, & loco a corde superiore, & uenulis hinc tendentibus. Cerebrum paulo superius oculis positum est. Cute exteriori detrahta oculis, quiddam lucēs, ueluti annulus æneus tenuis, nulla pelle interceptus cingit. Membranæ in omnes fere corporis partes multæ, & validæ, longæque firmiores, quam in cæteris, tendunt. Dissectus totus spirare præterea diu potest, motu exiguo adhuc circa cor extante. Lienem conspicuum nusquam continet; & subit cauernas, & latitat more lacertarum. Arist. de histor. anim. cap. 11. char. 52.

Chameleo niger est, non longe dissimilis crocodilo, & pallidus ut lacertæ, maculis distinctus nigris, ut pardus. Mutatur color toto in corpore: nam & oculi concolores reliquo corporis redduntur, & cauda eundem colorem accipit. Motus ei piger est, ut testudinis. Palliescit, cum moritur, & defunctus eundem seruat colorem. Arist. de hist. ani. cap. 11. ch. 52.

Chameleo onanium ouiparorum pedestriū tenuissimus est: quippe qui sanguinis inopia rigeat. causa ad mores animæ eius referenda est. præ nimio enim metu multiformis efficitur. metus enim refrigeratio per inopiā sanguinis, calorisque est. Aristot. de partib. animal. 4. cap. 11. char. 544.

Chameleo est animal in nihil potēs, nisi in formicas, quas deuorat, & ad omnia mutabile est, quod ex tenuitate congelatio spiritus sensum amittit, & motum: & color eius variatur ad omnem rem, quæ attingit ipsum. Alb. mag. ethic. 1. trac. 7. cap. 10. c. 22. col. 1.

Chaos dicitur a χῶς quod significat recipio, vel colloco. Simp. 4. phys. te. 49. ch. 255. col. 1.

Charidemus Orcitamus Aelidis quædam loca obtinēs, pecuniarum, quibus milites satisficeret, indigebat, primo proferebant, postea se amplius non habere dixerunt: at Charidemus, quem maximi prouētus locum esse censebat, iubebat incolas, si quid pretiosius haberent, in alium locum transmittere: & ipse princeps hoc idem palam faciebat. Et cum eos ab urbe paululū abduxisset abstulit quantum sibi opus esse putauit, illosque rursum in locum suum reduxit. Arist. oconom. 2. char. 820.

Charidemus per præconem edixit, ut quibus ciuitatibus imperaret, nemo ulla arma domi possideret, quod, si quis dicto audiens non fuisset, argentum indixit pro multa, & quod edixerat negligebat, nec illi curæ sibi esse significabat. & cum homines illum temere edixisset, quæ singuli habebant, immota suis locis tenere, sed ipse repente uniuscuiusque supellestem iussit promulsa repente, & sic multa exegit. Aristot. oconom. 2. char. 820.

Charondas Catanienfis ciuibus suis leges instituit, & cæteris ciuitatibus Calcidicis, quæ sunt circa Italiam, & Siciliam, & illi proprium est iudicia de falsis testibus. Arist. polit. 2. cap. 10. ch. 554.

Chartarum sectio, siue papyri, cur si quis æque a basi plana rectæque dimetiendo abscederit, recta euoluetur: si autem inclinarit, contorta exisset? quia, cum orbis secturæ alterius eodem in plano positi sint, declinans illa cæsuræ non æque opposita est, sed partim minus: itaque cum euolueris, orbis, qui plano eodem conti-

nentur, suumque initium in plano habent eodem, lineam explicabunt, quam suo ipsi conficiunt ordine: quippe cum ea ipsa extenta linea non nisi profecta ex orbibus sit, qui plano eodem continentur: itaque uel rectam eam quoque esse necesse est, quæ eodem in plano se porrigit. At obliquæ illius secturæ linea, quoniam primæ non æque appositæ est, sed partim plus distans, partim minus, utpote cum ipsa quoque sectura sic se habeat, hinc eodem in plano esse nequit. itaque nec recta hæc esse potest: etenim fieri non potest, ut rectæ lineæ pars alia in alio plano collocetur. Arist. probl. sec. 16. q. 6. ch. 99.

Chij pecunijs indigentes, cum esset lex, ut æs alienū publicæ scripturæ mandaretur, decreuerunt, ut omnes reipublicæ deferrent debita, & reipublica uisuras solueret, quæ uniuersalem sortem adæquarent. Arist. oconom. 2. char. 808.

Chilo animal maximum est, quod pascitur ad modum suæ gentis humiditate viscosâ. Albert. magn. de anim. l. 24. cap. 1. c. 147. col. 2.

Chimæra est bestia monstruosa, anterius alta, posterius demissa in Chaldea. Albert. mag. de anima. lib. 22. trac. 2. cap. 1. ch. 176. col. 2.

Chirogryllus est animal paruum, debile, in terræ foueis habitans, & animalibus in terrâ paruis habitatibus infestum. Albert. magn. de animalib. lib. 22. trac. 2. cap. 1. char. 176. col. 2.

Choleræ materia proxima est amara. Aristot. 8. metaph. cap. 6. tex. 11. c. 166.

Choleræ ruber efficiens causa est calor igneus superfluous in hepate proprie, ubi horum humorum est generatio nis locus proprius. Materialis causa est, quod cibus, & potibus nutrientibus est subtile, dulce, uisuosum, acutum. Formalis causa est digestio superflua. Finalis causa necessitas, & utilitas, quæ affert cholera, & qua indiget natura. Albert. mag. de anima. l. 3. trac. 2. cap. 4. char. 42. col. 3.

Cholera est humor spumofus, quasi sit sanguinis spuma, cuius color est rubeus, clarus, uernans, pondus leue, sa por acutus, & secundum proprietatem est calida, & sicca: & quo calidior, eo erit acutior, & hæc est cholera naturalis. Albert. magn. de animalib. l. 3. trac. 2. cap. 3. char. 41. col. 4.

Cholera innaturalis est, quæ a cholera naturali in aliquo deficit, vel in aliquibus. Albert. mag. de anim. l. 3. trac. 2. cap. 3. char. 41. col. 4.

Cholera naturalis secundum loca, in quæ inuenitur, diuiditur per duas differentias. Vna enim pars non separatur a sanguine, sed uadit cum ipso. Alia ad chistim fellis delegatur in animalibus quæ fellis chistim habet, & quæ cum sanguine uadit, dupliciter uadit: quædam generaliter per totum corpus, ut acumine suo, & calore aperiat meatus subtiles perforando ipsos, ut sanguis ubique penetret, & omnium membra nutrire possit: quædam ad locum terminatum uadit, ut nutriat membrum cholericum, quod non nisi sanguine cholerico nutrire potest. Quod uadit ad fel, uadit, ut nutriat fel, & emundet corpus a superfluitate cholere. Alb. mag. de anim. l. 3. trac. 1. cap. 3. ch. 41. col. 4.

Cholera innaturalis duobus fit modis: uel propter extraneum humorem sibi admistum: uel ex suæ generationis qualitatibus deficientibus. Primo modo duobus modis fit innaturalis, ex admistione duorum humorum peruertentium naturam eius, quia sanguis non peruertit naturam cholera: cum autem admisceatur in hepate phlegma, fit innaturalis duobus modis. Si est phlegma tenue admistum fit cholera citrina, quæ cholera consueto nomine uocatur. Si est grossum, est vitellinum, & quia cholera uincit, ideo cholera mistura appellatur. At, si melancholia miscetur, fit duobus modis. Aliquando ebullit cholera ipsa, & permista remanet

manet cum partibus cinereis, & hæc est ualde mala radens membra. Aliquando ab exteriori in eius substantia ingreditur melancholia, & color eius est ut sanguinis obscuri color. Quæ a seipsa generatur per adustionem secundum loca, in duplici est differentia: aliam hepate, & adusta appellatur: alia in stomacho, & hæc dupliciter: quia aliquando vitellino seruore nimio aduritur, & consumitur humidum eius, ita ut transeat in uiridem, quæ prassina cholera uocatur. Aliquando plus aduritur, & fit, ut erugo æris uiridis uire albescente, & clarescente, quæ peior est omnibus, & ueneni naturam habet. Albert. mag. de animalib. l. 3. cap. 3. tex. 2. char. 41. col. 4.

Cholerici hyeme acutius speculantur, & sunt facilius dementes æstate. Alb. mag. in sex princip. c. 73. col. 1.

Cholerici, ut faciles ad iram, & seruoerem, ignes uident formas. Alb. mag. de ani. l. 1. trac. 2. cap. 2. c. 6. col. 3.

Cholerici propter uelocitatem humoris, & actuum frenum rationis non expectant in desiderijs. Albert. mag. ethic. 7. trac. 1. cap. 12. ch. 87. col. 1.

Cholerici naturaliter sunt dispositi ad cito irascendum, & in ipsis ira exterior exhalata, requiescunt. D. Tho. ethic. 4. lec. 13. char. 72. col. 2.

Chori consistunt ex hominibus populi, ueterum uero singulos duces heroes, fuisse constat. Arist. problem. sec. 19. quæst. 49. c. 526.

Chori summam penes unum dumtaxat ex histrionibus esse oportet, & totius partem esse. Aristot. de poetic. cap. 18. char. 283.

Chorici ingressus, chori integri prima locutio est. Arist. poetic. cap. 10. c. 272.

Choro competunt mores, moduli que tranquilli, & flebiles: hæc enim humana potius sunt, quæ minus cæteri concentus præstare queunt, minimeque ipse subphrigius, hic enim animos lymphatis similes reddit, cogitq; debacchari. At mixolidius id præstare potest. Arist. proble. sec. 19. q. 49. ch. 527.

Chorus est cliens quidam, curatorq; ociosus: quippe qui beneuolentiam dumtaxat his exhibeat, quibus adest. Arist. proble. sec. 19. q. 49. ch. 527.

Cibi differunt potissimum ratione materiæ, ex qua ipsa, quæ aluntur consistunt. incrementum enim omnibus secundum naturam ex eadem est, ex qua constant, materia. Arist. de hist. ani. 8. cap. 1. ch. 269.

Cibi concoctio vi caloris fit, & eius mutatio. ideo animalia omnia principium naturale caloris habere necesse est. Arist. de parti. ani. 2. cap. 3. ch. 432.

Cibi prima administratio clara est, cum per os & partes ore contentas perficitur: sed hæc non est concoctio, sed facilitatem potius concoquendi præstat: cibi enim illa diuisio minutatim facit, ut calor facilius conficiendo expediat: At superior, & inferior uenter iam cum calore naturali suo concoquendi officio fungitur. Arist. de parti. ani. 2. cap. 3. c. 432.

Cibum sæpe appetunt, quibus intestina sunt recta, breuis enim fruendi usus est. Aristot. de partib. anima. 3. cap. 14. char. 500.

Cibus suauis existens, & siccus, & humidus, sæpe morbosus est. Arist. de sens. & sens. cap. 5. c. 22.

Cibum compositum esse debet: quæ enim nutriunt, non sunt simplicia. Arist. de sen. & sens. cap. 5. c. 24.

Cibus secatur prius, quam molliatur, qui comeditur. Arist. de gen. ani. 5. cap. 8. c. 289.

Ciborum mutatio minus quam aquæ grauis occurrit, quia plurimum aquæ consumimus: nam & in pane, & obsonijs, & in potu, aquæ usus plurimus est. Arist. proble. sec. 1. q. 14. char. 335.

Cibi, & aquæ mutatio grauis est, quia omnis mutatio temporis, & ætatis motu facilis est. Extrema namque generis cuiuscunque moueri facile possunt, quomodo & principia, & fines. Ergo & cibi, qui inter se distant, cor-

rumpere se inuicem queunt, quippe cum aut nuper, aut nondum adheerit, qui præcesserat. Ad hæc ut uariis cibus grauis est, (turbulenta enim, neque æqualis concoctio eius agitur,) sic in his accidit, qui aquam mutant, scilicet ut variæ potionis utantur alimento. estque id alimenti genus, quam siccum ualentius: quoniam plurimum est, nil enim nutriendi vim obtinet, nisi, quod dilutum est. Arist. probl. sec. 1. q. 15. c. 335.

Cibum immuere, laborem augere salubre est: quia cauam ægrotandi excrementorum nimietas habet, quæ tunc certè exultat, uel cum cibus superest, aut labor deest. Arist. probl. sec. 1. q. 47. ch. 347.

Cibus non protinus ab exercitatione, nec a medicamento epoto sumi debet, quia adhuc corpus purgatur, nec dum a labore quiescit, excrementa; excita redundat. Arist. proble. sec. 5. q. 28. c. 405.

Cibum sæpius siccum cætera animalia plus capiunt, quam humidum: homo humidum sæpius, quam siccum. an quod homo natura calidissima est, plus refrigerationis desiderat? Arist. probl. sec. 10. q. 45. c. 446.

Cibus triticus maxime corporibus nostris cõpetentior, & uescientior est, quam hordeaceus: quia hic medicorem habet lentitiam, quæ cibus habeat oportet: quippe qui adherere conglutinarique corpori debeat, quæ res non nisi lentore effici potest; hordeum uero rigidum est, itaque massa eius longe pertrita ualidius alit, quæ parum attractata. Arist. proble. sec. 21. q. 2. ch. 540.

Cibos crassos, & difficiles, concoquere aliqui cur facilius possunt: at laudabiles ægre concoquunt: alij rationem ad consuetudinem, alij ad habitum referunt. Alexand. aphrod. proble. pri. q. 52. ch. 681.

Cibum cur Hippocrates in febrim uigore offerre uetat, permittit in morbo lateris, & pulmonum inflammatione? quoniam in alijs morbis natura coquit humores, in alijs morborum causas expellit per urinas, & deiectiones. In his porro non oportet cibum sumere, ne morbi causa neglecta ad illum conficiendum natura incumbat, quam oportet singulari certamine cum morbo certare. In morbo autem lateris natura coquit uitiosum humorem, anima uero euacuat accedente multorum auxilio. Quamobrem nutrire cõsentaneum est, ut musculis roboratis, ad expellendam humorum molestiam insurgamus. Alexand. aphrod. problem. 2. quæst. 9. char. 727.

Cibi plus hyeme sumere, & plenius concoquere cur possumus? quia calor internus frigore exteriori augetur. Alex. aphrod. probl. 2. q. 122. ch. 772.

Cibi boni bonos generant humores: boni spiritus, & delectabilem uitam. Albert. magn. de motibus animal. lib. 1. trac. 2. cap. 5. ch. 44. col. 2.

Cibi concocti prima alteratio in animalibus perfectis est per separationem succositatis magis puræ a fece impura: & purior siccitas trahitur ad hepar. Et quia aquosa est ualde, & aqua humectat plusquam nutriat, & auget, quasi submergit membra, ideo secunda fit euaporatio in hepate ab aquositate superflua, quæ fit separatione aquei humoris ab eo, qui magis aereus est terminatus subtili terreo. Et in quibusdã animalibus aquea superfluitas attrahitur per renes ad uescicam, in alijs redit ad stomachum, & fluidam facit superfluitatem siccam, & exit cum ipsa. Tertia est in uenis, a qua etiam separatur superfluitas, quæ redit ad humidam, & aquosam superfluitatem per uias nutrimenti, & hypostases facit in urinis. In alijs autem animalibus coniungitur stercorei, & emittitur cum ipso, sicut fit in his, quæ uescicam non habent. Albert. magn. de nutrim. & nutrib. trac. 1. cap. 3. ch. 64. col. 3.

Cibum cum desiderio sumentes, qui prætentunt & extendunt os, ut occurrant manui, breuia, & decurata habent manus, & brachia: & sunt maleuoli, & inuidi, gauden-

gaudentes malis alienis. Alber. mag. de animalib. l. 1. tract. 2. cap. 26. char. 23. col. 2.

Cibus vniuersalis membrorum habet in se formam, qua mouetur ad membra, quæ nutrit. Alb. mag. de anim. l. 3. tract. 1. cap. 5. char. 38. col. 2.

Cibi forma, quæ est in ipso, a generante est, eo quod motus ad locum sic est a generante, quod cum generans det ei formam, dat ei ea, quæ consequuntur formam illam, quæ sunt motus, & locus, aut quies in loco, si iam est in ipso. Albert. magn. de animalib. lib. 3. tract. 1. cap. 6. char. 38. col. 3.

Cibus antequam sit assimilatus isti, vel illi membro, habet in se formam vniuersalem, qua cibi habet rationem, & qua mouetur ad corpus vniuersaliter. Albert. mag. de anim. l. 3. tract. 1. cap. 6. char. 38. col. 3.

Cibus formam illam habet ab aliquo vniuersali generante, quod habet rationem principij formatiui ad rotum corpus. Albert. magn. de animal. l. 3. tract. 1. cap. 6. char. 38. col. 3.

Cibus omnis, & spiritus, & corporis est substantia composita. Albert. magn. de animal. l. 13. tracta. 1. cap. 3. char. 113. col. 2.

Cibus, vt conuertitur in carnem nutriens, est in potentia: vt suscipit maiorem quantitatem, est augens. D. Thom. in 1. de generat. & corrupt. lect. 17. tex. 41. char. 15. col. 1.

Cibus compositum esse oportet ex pluribus elementis, quia simplicia non nutriunt. D. Thom. de sen. & sen. l. 14. char. 17. col. 3.

Cibus transit in cibatum ad deperditi restorationem. Alex. de Ales. in 3. metaph. tex. 14. c. 69. col. 3.

Cicada inter omnia animalia ore caret: prolixum quiddam compactum, indiuisumque gerit simile ei, quod linguæ speciem refert, in ijs quibus aculeus in ore: & eo rorem haurit, alimentum vnum, & peculiare, & nullum in alio ei reperitur excrementum. Aristot. de historia animal. 4. cap. 7. char. 129.

Cicadarum duo sunt genera: minores aliæ, quæ prius prodeunt, & nouissime intereunt; aliæ maiores, quæ canunt, eademque nouissime prodeunt, & prima pereunt. Arist. de histor. animal. 5. cap. 29. char. 188.

Cicadæ sunt, quæ canunt præcinctu diuiduæ, siue minores, siue maiores sunt. quæ non canunt indiuiduæ constant. maiores, & canentes nonnulli argutas, & minores mutas vocant. Aristot. de histor. animal. 5. cap. 29. char. 188.

Cicadæ nasci non possunt, vbi arbores desunt: ideo apud Cyrenam nullæ in campo sunt, cum circa oppidum multæ sint. Aristot. de hist. anim. 5. cap. 29. char. 188.

Cicadæ oleas amant, vt minus vmbrosas. loca enim frigidiora aspernantur, ideo in opacis, nemoribus non sunt. Arist. de hist. anima. 5. cap. 29. char. 188.

Cicadæ, & maiores, & minores supinæ coeunt complexu mutuo, & mas inserit in foeminam, vt cætera insecta agunt. genitale foemina rescissum habet, quo recipit id, quod a mare inijcitur. Aristot. de historia anim. 5. cap. 29. char. 188.

Cicadæ pariunt in aruis cessantibus, excavantes asperitate peracuta, parte posteriore quam habent: quomodo bruci etiam solo eiusmodi pariunt. & in arundinibus, quo adminiculo vires eriguntur, nidum ferunt excavant. & in caulibus squillæ herbæ interdum pariunt; sed hic fetus facile in terram dilabitur. Crescit primo in terra vermiculus: deinde fit ex eo, quæ Tetrigometra vocatur, parentis nomine: quo tempore gustu si iussimæ sunt, antequam cortex rumpatur. postremo circa solstitium noctu exeunt rupto cortice, & statim prodeunt cicadæ ex matrice illa cicada, quam modo Tetrigometram dixi, & canere incipiunt. mares canunt, foemina non. Arist. de historia animal. 5. cap. 29. char. 189.

Cicadæ mares suauiores sunt ante coitum: foeminae a coitu, quippe quæ oua candida gustu habeant grata. Arist. de hist. ani. 5. cap. 29. ch. 189.

Cicadæ, si quis contrahens digitum, ac remittens subinde appropinquet, magis expectant, quam si illico extendat: & in digitum transire alliciuntur: quod enim oculis hebetes sunt, quasi frons aliqua moueatur, digitum ita ad motum conscendunt. Aristot. de histor. anim. 5. cap. 29. char. 189.

Cicadarum maxima copia est in altero latere amnis in Cephallonia insula, in altero nulla. Aristot. de histor. anim. 8. cap. 28. char. 308.

Cicadæ eandem partem in usum, & oris, & linguæ aptissime habent, qua ueluti radice cibum ex humoribus trahunt. Arist. de part. ani. 4. cap. 5. ch. 520.

Cicadæ, apes, vespæ, & scarabei, & huiuscemodi bombæ reddunt, vt anhelantia spiritu, sonumque faciunt: Arist. de iuuen. & senec. vit. & mor. & resp. cap. 11. c. 317.

Cicada per pectus sonum mittit. Boet. in l. de inter. c. 311.

Cicada est uermis, quem nos gryllum vocamus, duorum modorum. vnus in rimis parietum in locis calidis habitat, & vespere, & nocte clamat, alius in herbis clamat, & arboribus: & capite amputato vtrumque diu uiuit, & cantat vt antea. Alber. mag. de animal. lib. 26. char. 204. colum. 2.

Cicatrices reliquo corpore nigræ, oculis albæ inducuntur, quia cicatrix colorem priori contrarium contrahit, vt omnia quæ ægrotant: vlcera vero oculi parte nigra contrahi solent. sed in corpore in principio albescunt, neque in oculo semper nigre, sed demum vel ex toto, vel magna ex parte redduntur. Arist. proble. sec. 9. q. 2. char. 421.

Cicatrices hominum, qui vitio lienis tenentur, nigræ sunt: quia eorum sanguis corruptus est propter admissionem morbosam, & diluti sanguinis, qui a liene procedit. Cicatrix igitur cute pertenui, & summa consistit. sanguis vero ille, quia vt dilutus, & calidus sit, niger est, cicatricem nigram transpexit utique ostendit, & sæpe. Etiam fit nigrior, quia sanguis cutis imbecillitate frigescit, & calore euaporante atrior redditur. senioribus etiam cicatrices atriores sunt, quam iunioribus. est enim corpus eorum vibicatum ob defectum caloris. Arist. proble. sec. 9. q. 5. ch. 422.

Cicatrix atra ducitur, si eodem loco sæpius vlcus extiterit: quia quacumque parte vlcus se ostenderit, hæc admodum debilitatur, & eo magis quo ulceratum sæpius est: debile autem omne frigescit, humorisque plenum est: quo fit, vt nigrum quoque appareat. Et quidem ulcera magna, & uetera cicatrix atra obducta videmus. Sepe autem vlcus cepisse non aliud est, nisi vlcus diu habuisse. Arist. proble. sec. 9. q. 11. c. 424.

Cicatricem cur ambusta difficulter recipiunt? Quoniam per ignem meatus corporis omnes extruduntur, vt caro propemodum mortua sit. fit enim vt materia in hisse inclusa perquam difficulter educatur. Alex. aphro. proble. 2. q. 129. c. 773.

Cicendula est vnus vermis de noctilucis, paruus vt musca, & cum volat extensis alis lucet magis, & spiritu intermoto lucidior fit. De die autem lucens color extinguitur. Alb. mag. de ani. l. 26. c. 204. col. 1.

Cicer est de genere leguminis, minima habens folia, quæ faseolus, & faba, & maiora quam lens, & vicia: & est rubeus, & albus, pyramidalis: & est calidus, & ficcus leniens & inflans. Alber. mag. de veget. l. 6. trac. 2. cap. 4. char. 163. colum. 4.

Cicer & pisum serenda sunt in terra facili, soluta, loco tepido, aura humida, & colligi debet exsiccatis granis, decrescente luna postquam multum processerit in defectu. Albert. magn. de veget. & plan. l. 7. trac. 2. cap. 1. char. 177. colum. 2.

Ciconiæ, & cæteræ aues, cum vultus acceperint per pugnam,

gnam, cunilam plagæ apponunt. Arist. de hist. anim. 9. cap. 6. char. 325.

Ciconiæ genitorum senectutem inuicem educant; sed sunt, qui & meropem idem facere dicunt. Arist. de histor. ani. 9. cap. 23. c. 333.

Ciconia videns serpentem alatum, clamat alias ciconias, & ipsæ in luto se simul ponunt, & postea in terra puluerulenta, vt adherat viscositati luti, & sic armatæ aggrediuntur serpentem. Alber. magn. de animal. l. 8. trac. 2. cap. 2. ch. 74. col. 4.

Ciconiæ inter alas deserunt antiquos parentes, & defendunt ab aibus vulnerantibus eos, & dant eis cibum. Alb. mag. de ani. l. 8. trac. 2. cap. 4. c. 76. col. 1.

Ciconia auis nota est, varia ex albo, & nigro, alas nigras habet, & reliquas partes albas. est plus aquatica, quam terrestis: acerrime pugnat pro nido, & tam diu nutrit parentes, quam diu nutrita est ab eis. Albert. magn. de ani. l. 23. cap. 1. c. 186. col. 4.

Cicorea sponsa Solis vocatur. infrigidat, & valet estuantibus febre. Albert. magn. de veget. l. 6. trac. 2. cap. 4. char. 164. colum. 4.

Cicuta est herba venenosa, petroselino similis, calida, & sicca. Alb. mag. de veg. l. 6. trac. 2. cap. 4. c. 164. col. 4.

Cilium habent palpebris adiunctum omnia, quæ pilos obtinent: & quæ cortice integuntur, cum pilos non habeant, cilio carent. Aristot. de histor. animal. 2. cap. 14. char. 455.

Cilia venularum clausulis summis innituntur. nam vbi cutis finitur, ibi etiam venulæ desinunt. ideo propter vaporem, qui ibi crassiusculus prodit, pilos ijs locis enasci necesse est, nisi quid naturalis opificij alium usum impediatur. Arist. de partib. anim. 2. cap. 15. ch. 457.

Cilium superius inflatum aliquantulum pendens super oculum, somnolentum, & visum quasi ligatum significat. Alb. mag. de ani. l. 1. trac. 2. cap. 2. c. 7. col. 1.

Cilium inferius grossum, & spissum, vinolentum significat. si autem tenue, & retractum inferius, ita vt non cooperiat oculum, destituta interiora significat ex siccitate. & si est infirmus aliquis, tale cilium ex infirmitate accipiens, imminere significat mortem. Alb. mag. de ani. l. 1. trac. 5. cap. 2. c. 7. col. 2.

Cimices fiunt ex humore, qui per summa corporis animalium consistit. Arist. de hist. ani. 5. cap. 31. c. 189.

Cimex vermis est latus, in parietis rimis iuxta lectum hominum conualescens, & homines mordens, & ab herba cimice eiusdem fetoris sic appellatur. Alb. magn. de ani. l. 26. cap. 2. c. 204. col. 2.

Cinēdi signa. Oculus contractus, genu flexibile, inclinatio capitis ad dexteram, motus manuum supini, & dissoluti, & ambulationes duplices, hæc quidem circumclinantis, alia tenentis lumbos, & oculorum circumspersiones, qualis fuit Dionysius Sophista. Aristot. physio. cap. 6. char. 341.

Cinctus fluuius nascitur de monte Tauro, & fluit in mare Adriaticum contra insulam Cypri. Errat toto coelo. Alber. mag. de natu. loc. trac. 3. cap. 3. char. 102. col. 4.

Cinis est combustorum amarus, omnium exhalatum enim est ex ipsis potabile. Arist. de sen. & sen. cap. 4. c. 17.

Cineris, & aquæ tantundem simul vas idem capere potest, quantum plurimum vtriusque seorsum infusi capiatur: quia cineris sunt complura caua, & inania in quibus aquam recipiunt, & condensant. Aristot. problem. sec. 25. quæst. 8. char. 574.

Ciuis si non seruat proprium terminum, cum sit sicca, potest tamen aceruari, quod humido non inest. Ioan. gra. in 2. de gen. & cor. tex. 9. co. 9. c. 107.

Cinifes sunt vermes volantes, longis cruribus, & paruule mufce, in capite habentes rostra, quibus perforant pelles hominum. ex humore nascuntur, & iuxta aquas habitant, & abundant. sequuntur spiritus humidus ani-

malium, ideo nocte directe volant super capita sudantium, & importuni similes sunt. Alber. mag. de anima. l. 26. char. 204. col. 1.

Cinnamomum est medium inter arborem, & fructicem. nascitur in India sub cancro, & in Ethiopia. non excedit longitudinem duorum cubitorum, & in hoc conuenit cum fructice: at in quantitate saporis conuenit cum arbore. Fructum emittit quæ ad summum ad modum nebulæ, vel pulueris. Alber. mag. de veg. l. 6. trac. 1. cap. 12. c. 153. col. 4.

Cinnamomi tres sunt species: prima declinans ad nigredinem, & hæc est montana grossa: alia ad albedinem: tertia habet odorem vt castia nigra. Alber. mag. de veget. l. 6. trac. 1. cap. 12. c. 153. col. 4.

Cinnamomum ex speciebus longo tempore durat in sua uirtute. Albert. magn. de veg. l. 6. trac. 1. cap. 12. char. 153. colum. 4.

Cinnamomi bonitatis signum est, quod compositum cum alijs, vel coniunctum, vincat omnem alium odorem, ita vt quasi nisi odor ipsius percipiatur. Alber. mag. de veg. l. 6. trac. 1. cap. 12. c. 154. col. 1.

Cinnamomi oleum est calidum, valde resolutiuum, & liquefactiuum, & est mirabile in tremore iuneturarum, sed grauat caput. Albert. magn. de veget. lib. 6. trac. 1. cap. 12. char. 154. col. 1.

Circulus solus inter recta corpora suo motu directe circulum describit. Albert. magn. de mot. anim. l. 1. cap. 3. char. 46.

Circulus quid est, & eius proprietates.

Circulatio est mensura motuum: & quia primus motus est mensura aliorum. Arist. phy. 8. su. 3. cap. 5. tex. 36. char. 236.

Circulus erit prima planarum figurarum. Arist. 2. de celo, su. 2. cap. 3. tex. 22. ch. 298.

Circulus ex contrarijs est constitutus, ex mobili, & manente, & lineæ, cum sit sine latitudine circulari contraria quodammodo inesse apparent, scilicet curuum, & concauum, quæ a se inuicem distant modo, quo magnum, & paruum: illorum enim medium æquale, horum vero rectum. quapropter, cum ad se inuicem commutantur, illa prius equalia fieri necesse est, quam extremorum vtrumlibet: lineam vero rectam, quando ex curua concaua, aut ex huiuscemodi fit curua, & circularis: & contrarijs mouetur motibus circulus, simul enim, & ad anteriorem, & ad posteriorem mouetur, & extremum primum efficitur. Aristot. quæstio. mechanic. char. 776.

Circuli diffinitionis partes non sunt semicirculi, quia sunt in materia sensibili semicirculi, & ideo sunt partes circuli particularis, & non vniuersalis. Arist. 7. metaphy. cap. 13. tex. 39. char. 149.

Circulatio vniuersi est ueluti quædam uita. Theophrast. metaphy. lib. 2. cap. 8. ch. 326.

Circulus nullum punctum habet in circumferentia actu, in quo factus motus stet, vt ei omnino adsit, vel absit. Simp. in 8. phys. ch. 467. col. 1.

Circulus habet principium & finem coniunctum. Simpl. in 8. phys. c. 467. col. 2.

Circuli principium, medium, & finis est centrum. Simp. in 8. phys. c. 470. col. 1.

Circulus ideo perfectus est, quia omnis ipsius pars principium, medium, & finem obtinet. Simp. in 1. de celo, tex. 12. com. 12. c. 8. col. 3.

Circulus, cum sit perfectus, in infinitum producit perfectionem suam. Simpl. in primo de celo, tex. 12. co. 12. char. 8. colum. 3.

Circulus dicitur infinitus, eo quod terminis non clauditur. Io. gra. 3. phys. ch. 59. col. 1.

Circulus est figura plana una linea contenta, in cuius medio est

dio est punctum, quod cœtrum appellatur, a quo omnes lineæ ad circumferentiam ductæ sunt æqua les. Boet. in præd. c. 187.
 Circulus non habet terminum suæ essentia in se, sed extra, quod est in medio, id est in centro. Albertus mag. in posterior. chart. 178. col. 3.
 Circuli esse, extra materiam sensibilem, non inuenitur. Alber. mag. in 1. phy. tract. 1. cap. 1. c. 1. col. 2.
 Circulatio primi mobilis de natura, & substantia sua infinitus motus est, & perpetuus, quia nihil est in ipso accipere, quod secundum substantialem rationem, & naturam non sit, a quo, & in quo est motus. Albert. mag. de caus. & process. vniuer. a caus. prim. lib. 2. tractat. 3. cap. 1. char. 220. col. 2.

Circulus ut ad motum pertinet.

Circularis latio prior est recta, magis enim simplex est & perfecta. Aristote. physicorum 8. sum. 3. cap. 4. te. 74. char. 235.
 Circularis motus est alicuius simplicium corporum, minorum enim est secundum prædominans in missione simplicium. Aristoteles prim. de cœlo. te. 12. c. 247.
 Circulari motui nihil est contrarium. Aristoteles pri. de cœlo. te. 24. c. 252.
 Circulariter quod fertur, necesse est, vndeunque incipit, ad omnes contrarietates peruenire, & sic, si contrarietas esset, aut essent ambæ æquales, & sic quiescerent aut altera fortior, altera debilior, & sic debilior quiesceret. Arist. pri. de cœlo. te. 32. c. 233.
 Circulo quod fertur, impossibile est esse infinitum. Arist. prim. de cœlo. te. 38. c. 257.
 Circulus cum non sit infinitus, nec motus circularis infinitus erit. Arist. pri. de cœlo. te. 38. char. 257.
 Circuli mouentur, astra quiescunt, & infixa circulis feruntur. Aristot. 2. de cœlo su. 3. ca. 2. te. 46. c. 307.
 Circulus maior cœli mouetur circa idem centrum. Aristot. 2. de cœlo. su. 3. ca. 20. te. 46. c. 307.
 Circulari latio omnia, quæ mouentur, sub deficere videntur, ac moueri pluribus vna latio, præter primam spheram, ita, si terra circa medium mouetur, duabus latioribus mouetur, & si hoc acciderit, necessarium est fieri mutationes, & conuersiones astrorum fixorum, quod non videtur fieri. Arist. 2. de cœlo. su. 4. capit. 6. te. 97. ch. 326.
 Circulus si projicitur, cur primam rectam lineam ducet, deinde cochleam, siue clauiculam ager, dum decidat, primo quidem rectum, quia æqualiter ab aere hinc inde dirigitur, at ubi in partem alterutram vergere ob inæqualitatem circumfusi aeris cepit, non amplius æqualem illam partem interiorē, exteriorēq; ducit, sed circulem necessitate aeris diuersi, & incompoliti. Aristot. prob. sec. 19. quæst. 10. c. 502.
 Circulus secundum contrarias mouetur motiones, & ob id architecti instrumentum fabricant celantes principium, vt machinæ manifestum solum sit illud, quod admirationem præstat, & causa lateat. Aristote. quæst. mechanic. char. 777.
 Circulus maior cur æquale minori circulo conuoluitur lineam, cum circa idem centrum fuerint positi, foris vero reuoluti, vt alterius magnitudo, se habet ad magnitudinem alterius, sic & illorum inuicem fiunt lineæ. Et vno, & eodem existente centro, aliquando tāta fit linea, quam conuoluitur, quantam minor per se conuoluitur circulus, quandoque quantam maior. Cuius rei principium fumendum est, quod eadem potentia, & æquali hanc tardius mouet magnitudinem hanc celerius, si enim fuerit quippiam, quod a seipso moueri nō sit aptum, si simul, & illud mouetur, quod moueri aptum est, tardius inouebitur, quam si ipsum per se moueretur, & si natum fuerit moueri, nō simul

autem mouentur, similiter se habebit, & impossibile est plus moueri quam mouens: non enim suam mouet motionem. Arist. quæst. mechanic. quæst. 24. ch. 796.
 Circularis motus si esset prima causa motus nō esset optimi, quippe cum is, qui animæ est, præstantior sit: primus autē est vel maxime qui cogitationis est a qua appetentia existit. Theophrast. metaph. ch. 3. 18.
 Circulatio eorum, quæ sunt circa terram, nō est eque velox vt cœlestia corpora, nec æqualiter est sequens ad ipsa, nec perfecte spherica, cum talis latis non sit secundum naturam eorum, quæ in mundo mouentur: quippe quæ ab ipsorum diuinarū corporum quodammodo trahantur. Alexander aphrod. in prim. meteor. cap. 8. co. 28. chart. 17. col. 2.
 Circularis latio æterna, & continua est. solū ergo id, quod mouetur circulari latio, est æternum. Alex. aphrod. in pri. natu. quæst. cap. 1. ch. 1.
 Circularis motus corporis in ijs, quæ determinate faciūt, verum est, si priuatum est, & ex necessitate posterius erit: at in generatione singularium, in quibus maximam vim habet proximarum agentium causa, non valet hæc consequutio. Alex. aphr. in 3. nat. q. cap. 5. ch. 12.
 Circularis motus est omnium aliorum motuum, & mutationum causa. Simp. in 4. phy. ch. 277. col. 2.
 Circularis motus solus perfectus est, quia nihil extra se relinquit. Simp. in 8. phy. ch. 467. col. 2.
 Circulo quod mouetur, non est velocius eo, quod mouetur recto motu. Auer. 4. phy. te. 129. c. 92. col. 3.
 Circulares motus sunt magis simplices quā ceteri. Auer. phy. 7. tex. 10. ch. 143. col. 3.
 Circularis motus non est æqualis recto. Auer. phy. 8. tex. 21. chart. 148. col. 3.
 Circulariter nihil mouetur secundum naturā, nisi sphera. Auer. 1. de cœlo. tex. 10. ch. 5. col. 2.
 Circularis motus ordine naturæ non potest esse nisi in corpore spherico. Auerroes ex paraphras. pri. de cœlo. tex. 9. chart. 126. col. 2.
 Circularis motus, vt sit simplex, duo exiguntur: primo quod mobile non habeat aptitudinem naturalem, nisi ad motum circulem: secundo mouentis simplicitas. Albertus magnus in primo de cœlo, tractat. primo, cap. 4. chart. 3. col. 4.
 Circularis motus qui in elementis, per accidens non est simplex, cum non habeat duo prædicta, quæ ad simplicitatem motus requiruntur. Alb. magn. in pri. de cœlo, tract. 1. cap. 4. ch. 4. col. 4.
 Circularis motus principium, vt circularis, est a dextro in sinistrum. Alb. mag. de caus. & process. vniuer. a cau. 1. l. 2. tract. 2. cap. 38. ch. 218. col. 1.
 Circularis motus continuus est, quia mobile non vtitur aliquo signo, vt principio, vel fine in actu. sed vt medio tantum. Diuus Thom. in 8. physicorum. l. 16. tex. 65. chart. 140. col. 2.
 Circuli vnus medietatis motus non est per se contrarius motui alterius contrarietatis circuli, sed secundum respectum radij ad locū generationis: quia cum recedit, respicit obliquiori modo, & tunc dominatur frigus mortificans. D. Thom. in 2. de gener. & cor. l. 10. text. 57. chart. 34. col. 3.
 Circularis motus ignis, & aeris non est naturalis, nec contra naturam, sed supra naturam. D. Thom. 1. de cœlo, tex. 11. chart. 464. col. 1.

Circulus vt ad syllogismum, & demonstrationem pertinet.

Circulo monstrare est per conclusionem, & eo quod prædicatione retrouersum se habet, alteram accipientem propositionem reliquam concludere, quam accipiebat in altero syllogismo, & fit tantum terminis conuertibilibus, & vniuersale per vniuersale monstratur. Arist. prior. l. 2. cap. 5. chart. 254.

Circulo

Circulo in syllogismo in partem vniuersalem propositio nem non est monstrare, atque in parte est. Arist. prior. l. 2. cap. 5. ch. 255.
 Circulo in secunda figura non est monstrare affirmatiuam, negatiue est: quia non monstratur affirmatio, nisi per duas affirmatiuas. Aristotel. prior. l. 2. capit. 6. char. 256.
 Circulo in tertia figura, cum ambæ sunt vniuersales, non contingit per se inuicem monstrare: quia vniuersale per vniuersale monstratur, & sic hæc vniuersalis, alia particularis aliquando erit, aliquando non. Arist. prior. l. 2. cap. 6. ch. 256.
 Circulo impossibile est demonstrare, quia ex prioribus, & notioribus est demonstratio, & idem, & eidem prius, & posterius esse nequit. Aristot. post. l. 1. cap. 3. tex. 6. char. 300.
 Circularis demonstratio non fit nisi pro his, quorum termini sunt conuertibiles, vt propria, & definitiones. Arist. post. l. 1. cap. 3. tex. 6. ch. 301.
 Circulo nihil demonstrari potest. Themist. in post. cap. 7. char. 2. col. 3.
 Circularis demonstratio necessaria est in ijs, in quibus necessarius est circularis motus. Themist. in 2. post. cap. 18. ch. 11. col. 2.
 Circulares ostensiones ex conuertibilibus terminis factæ non sunt abiiciendæ. Simp. in secundo de cœlo. tex. 59. co. 39. ch. 72. col. 4.
 Circularis demonstratio non est utilis demonstrationi. Ioan. gram. in 2. prior. cap. 4. ch. 71. col. 4.
 Circularis demonstratio fit fumentibus conclusionem, & alteram ex propositionibus conuertentibus, probandoque reliquam. Ioan. gram. in pri. post. cap. 2. char. 8. col. 4.
 Circularis syllogismus per primam figuram potest confici, in alijs non item. Ioan. gram. in pri. post. cap. 2. char. 10. col. 3.
 Circularis syllogismus est quedam petitio principij: ideo in demonstrationibus non fit, nisi per duos modos, id est cum propositiones sunt notiores conclusionem, & conclusio notior propositionibus. Auer. in 2. prior. cap. 7. ch. 106. col. 1.
 Circulo idem per idem demonstratur, & sic non est demonstratio. potest tamen effectus per causam, & causa per effectum. Alb. mag. in post. c. 177. col. 4.
 Circulari demonstratione duabus de causis absque reprehensione uti licet. Primo, cum circulari discursu ante regressum admiscetur aliquis alius discursus, vel quodcunque aliud admisculum, quo augetur cognitio conclusionis. Secundo, cum non ad hoc sit circularis discursus, vt ad principium manifestandum regrediatur, sed vt reducat id, a quo incepimus, ad illud, ad quod peruenimus, vt effectus in suā causam. Tho. de Vio in post. c. 141. col. 1.

Circuli diuersa considerationes.

Circulatio est omnium mensura, quia maxime regularis est. Arist. phy. 4. cap. 9. tex. 133. ch. 121.
 Circulo versatile corpus omnium optimum est. ergo & animatum. Alex. aphrod. in pri. nat. q. cap. 1. c. 1.
 Circulo maiorem cum minori in æquali tempore restitui in circulis, qui in octaua spherā sunt, verum est: in erraticis autem non adhuc verum. Simp. in 2. de cœlo. tex. 47. cap. 32. c. 68. col. 4.
 Circulis in planis, spherā in solidis, capacissima figura est. Ioan. gram. in pri. de ani. tex. 16. c. 10. col. 4.
 Circularis longitudinis dispositio est, vt extrema sint adunata: imò in rei veritate non habet extrema. Auer. 2. de cœlo. tex. 35. c. 56. col. 2.
 Circuli totalitas alia est secundum materiam, & subiectum, & sic non refertur ad motum circuli, & locum,

nisi per accidens: alia secundum formam conuexi, & concaui, quæ est in ipso. Alber. mag. in 6. phys. trac. 3. cap. 3. char. 77. col. 1.
 Circulo diffinit Euclides ante triangulum, quia prior figura est; tractauit autem trianguli passiones prius, quia circuli passiones non inueniuntur, nisi per passiones trianguli. Alber. magn. in secundo de cœlo, trac. 2. cap. 1. char. 18. col. 1.

Circuli consideratio, vt ad quadraturam pertinet.

Circuli quadratura est, cum dato circulo, æquale quadratum descriperimus. Simp. in præd. c. 50.
 Circulo quadrarunt Pythagorici, vt asserit Iamblicus. Simp. in præd. c. 50.
 Circulo quadrare tentauit Archimedes per lineam Nichomedis appellatam, & Nichomedes per quadratam lineam, & Apollonius per lineam sororem lineæ tortuosæ; & Carpus per lineam ab ipso duplicis motus lineam vocatam: quod nomen adhuc exquisitè inuenit. Simp. in præd. c. 50.
 Circuli alicuius circumferentiam æqualem esse figuræ polygoniæ falsum est. Auer. phy. 7. tex. 29. c. 150. col. 3.
 Circularis figuræ proportio ad alias figuras est proportio substantiæ cœli, aut corporis cœli ad omnia corpora. Auer. 2. de cœlo. tex. 22. ch. 51. col. 4.
 Circulo est prior triangulo, vt linea circularis est prior lineæ rectæ, & circulare est perfectum, & rectum diminutum. Auer. 2. de cœlo. tex. 22. c. 51. col. 4.
 Circulo describitur figuram, quod ex toto continetur ad figuram continentis, & conuerso. Alb. mag. in 6. princ. char. 73. col. 2.
 Circulo descriptio triplex: alia corporis continentis, & est quedam actio: alia circumscripti, & est passio: alia ab ambobus proficiens, & hæc est ubi prædicamentum. Alb. mag. in 6. princ. c. 73. col. 2.
 Circulo constantia sunt, quis, quid, ubi, quando, aut quo modo, quibus adminiculis. Boet. de diff. topic. l. 4. c. 880.
 Circulo constantia sunt, quæ conuenientes substantiam quæstionis efficiunt. Boet. de diff. topic. l. 4. ch. 884.
 Circulo constantia alia personis attributa sunt; vt quis, alia rebus; vt, quid, cur, quomodo, ubi, quando, quibus auxilijs, in attributis rei. Boet. de diff. topic. l. 4. c. 884.
 Circulo constantia nil aliud sunt, quam quedam singulares conditiones humani actus, quæ vel ex parte causæ actus, vel ex ipso actu sumi possunt. D. Tho. 3. ethic. l. 3. char. 37. col. 3.
 Circulo crethes est bestia, quæ voces hominū imitatur: nunquam claudit oculos, nullam habet gingiuam, sed prode habet os continuuum. omnia comminuit, & generari dicitur de lupo, & de cane. Alber. mag. de ani. l. 22. trac. 2. cap. 1. c. 176. col. 3.
 Circulo est pepo uiridis, plani corticis, & odore liberar sincopim habentes. Alber. mag. de veg. l. 6. trac. 2. cap. 4. char. 164. col. 4.

Ciuitatis diuisio.

Ciuilitatis tres sunt species, totidemque transgressiones, quasi corruptiones quedam illarum. Aristot. 8. ethic. nicom. cap. 10. c. 104.
 Ciuitatis species sunt regnum, & optimi potentia, & censi potentia, quam rempublicam multi appellant, quarum optimū regnū est pessima est respublica. Arist. ethic. nicom. cap. 10. ch. 204.
 Ciues in duas partes diuiduntur: in eos, qui arma tenent, & in eos, qui consulunt; & cum decens sit dijs cultum exhibere, & requiem suscipere eis, quæ pro tempore in his laborauerunt, & defessi sunt, his sanctior cura demandanda est. Aristot. politic. 7. cap. 9. char. 832.

Ciui-

Ciuitatis quatuor sunt partes: legislator, iudicialis, exercitatrix, medicina. Eust. in 1. ethic. c. 1. Idem Alb. mag. 1. ethic. tract. 3. cap. 1. c. 5. col. 4. Sed loco medicinae communicatiuam ponit.

Ciuis quis est, & eius finis.

Ciuilis facultas magnam diligentiam adhibet, vt ciues quodammodo afficiat, bonosque, & ad honesta agenda idoneos reddat. Arist. 1. ethic. cap. 9. c. 20.

Ciuiles hoc maxime curare debent, vt ciues bonos legibus obtemperantes efficiant. Arist. 1. ethic. cap. 13. c. 26.

Ciuiilis facultas medicina melior est. Arist. 1. ethic. cap. 18. char. 27.

Ciuiilis operatio negotiosa est, præter ipsam etiam ciuitatis administrationem, dum potestates ciuitatis sibi, & ciuibus comparat, ideo differt a foelicitate contemplatiua. Arist. 10. ethic. Nicom. cap. 7. c. 257.

Ciuiilibus in rebus si quis solers esse debet, eundem moris esse studiosum oportet. Arist. magn. mora. 1. cap. 1. char. 370.

Ciuiilis est optima facultas, ergo ipsius finis bonus est. Arist. mag. mora. 1. cap. 2. ch. 271.

Ciuiilis scientia considerat de bono, & optimo nobis. Arist. mag. mora. 1. cap. 2. c. 273.

Ciuem habitatio non facit: nam aliqui peregrini, & serui ciues essent. Arist. politic. 3. cap. 1. c. 558.

Ciuis est, cui habitus est participandæ potestatis publicæ deliberatiuæ, & iudiciariæ. Aristotel. politic. 3. cap. 1. char. 560.

Ciuis nulla alia re diffinitur magis, quam participatione potestatis publicæ iudicandi, & decernendi, & potestates alie sunt determinatæ, secundum tempus, alie indeterminate. Arist. politic. 3. cap. 1. c. 559.

Ciuem alij consueuerunt dicere eum, qui ex duobus ciuibus ortus est, patre scilicet, & matre: alij vero magis vltra requirunt, vt auos, & proauos, vel plures. Arist. politic. 3. cap. 1. ch. 560.

Ciuis boni est posse, & scire, præesse, & subesse. Arist. politic. 3. cap. 5. c. 565.

Ciues non omnes dicendi sunt, sine quibus ciuitas esse non potest. Arist. politic. 3. cap. 3. c. 566.

Ciues, qui neque opes habent, nec virtutis vllam existimationem, si magistratibus potiuntur magnis, non est tutum propter iniustitiam, & ignorantiam. Si excluduntur, periculosum est: ciuitas enim plena hostium esset. Restat, vt ad consultandum, & ad decernendum recipiantur; sic enim permitti melioribus profunt reipublicæ. Arist. politic. 3. cap. 7. c. 578.

Ciuilem hominem, & legislatorem latere non debet, an sit simpliciter optima respublica, & quæ quantum fieri potest optima, & dat quomodo constitui posset, & constituta seruari quam plurimo tempore. Arist. politic. 4. cap. 1. char. 601.

Ciuilem hominem non solum his, quæ scriptæ sunt, rebus publicis, sed etiam illis, quæ reuera existunt, auxiliari posse decet. Arist. politic. 4. cap. 1. c. 602.

Ciues optimi rempublicam gubernant, vbi lex dominatur, & vbi lex non dominatur, ductores populi oriuntur. Arist. politic. 4. cap. 4. c. 611.

Ciuiilis societas, quæ per mediocres fit, optima est. Arist. politic. 4. cap. 11. c. 624.

Ciuiilis societas indiget multis præsentibus. Arist. politic. 4. cap. 10. ch. 625.

Ciuiilis facultatis est primo videre de multitudine hominum, quam multos, & quales natura esse oportet: de regione eodem modo, & quanta, & qualis esse debet. Arist. politic. 7. cap. 4. ch. 722.

Ciues seipsos cognoscere debent: alioqui male res procedit ad magistratus demandandos, & circa iudicia. Arist. politic. 7. cap. 4. ch. 724.

Ciues ob tria sunt studiosi; natura, more, & ratione. Arist. politic. 7. cap. 13. char. 743.

Ciuis vnusquisque non debet se suum existimare, sed omnes ciuitatis, nam particula ciuitatis vnusquisque est. Arist. politic. 8. cap. 1. char. 758.

Ciuiilis administratio optima ea est, quæ de ijs, quæ propria sunt regionis eligitur: proxima, quæ de mercatibus, & ijs, quæ ad certamina, & ludos pertinent: postrema est, quæ ex annuis, & in orbem redeuntibus. Arist. œconom. 2. char. 803.

Ciuiilis est qui vtilitati publicæ consulit. Ammo. in Por. char. 2. col. 4.

Ciuiilis est species actiue philosophiæ, quæ de ciuitate, & de in ea habitantium, & existentium, æqua, & concordia administratione pertractat. Eust. in pri. mor. c. 2.

Ciuiilis absolute ea est, quæ in gente aliqua, aut ciuitatibus bonum aliquod exequitur: aut ciuiilis quædam non absolute est, quæ in vno homine tantum illud idem efficit. Eust. in 1. mor. ch. 12.

Ciuiilis qui est futurus, in multa versatur, vt in multis expertus esse debet. Eust. 5. mor. cap. 1. ch. 207.

Ciuium sepultura indignus habetur, qui seipsum interficit. Eust. in 5. mor. cap. 10. c. 257.

Ciuiilis vitæ honor fere finis est: dixi fere, quia honor per se appetitur, sed non propter se. Alb. mag. ethic. 1. trac. 5. cap. 8. ch. 12. col. 2.

Ciuiile, & politicum aliter sumitur apud Aristotelem, & aliter apud Iuristas. Nam Aristoteles politicum appellat iustum, vel ciuile ex vsu quo ciues vtuntur: Iuristæ vero ex causa, appellant ius ciuile, vel politicum, quod ciuitas aliqua sibi constituit. D. Tho. ethic. 1. 12. char. 91. col. 2.

Ciues Romani, vt fiebant.

Ciuis Romanus fiebat, qui consentiente, vel iubente domino, nomen detulisset in censum, & seruitutis vinculo soluebatur: nec non, qui vindicta virgula scilicet a lictore, ac quibusdam verbis solennibus supra caput posita liber fiebat, & qui testamento libertate donabatur. Boeth. in topic. Cic. 1. c. 771.

Ciuilitas, vt corrumpitur, & in quod.

Ciues ne in offensionem incurrant, duobus provide-re necesse est, & qui potetiores, & qui ad hæc vtilis sint. Arist. rhetor. 1. ch. 19.

Ciuum controuersitas perbreui dissoluere, nec tempus trahere conuenit. Arist. rhet. ad Ale. cap. 2. c. 189.

Ciuilitas ex optimi potentia mutatur in ciuilitatem pauci potentie vitio principum, qui præter dignitatem res ciuitatis distribuunt; & omnia, aut pleraque bona sibi ipsis reseruant, & semper magistratus iisdem demandant, diuitias plurimi facientes, vnde pauci, & prauis dominantur. Arist. 8. ethic. Nicom. cap. 10. c. 204.

Ciuilitatum antiquorum opiniones.

Ciuium patrimonia æqualia esse debere constituit Phaleas Carthaginensis, quæ possunt æquari si diuites dent dotes, & non recipiant, pauperes contra. Arist. politic. cap. 5. c. 531.

Ciues eosdem semper imperare, alios obedire melius est: sed cum facile id fieri non possit, omnes similiter vicissim imperandi, & parendi participes sint. Arist. politic. 7. cap. 14. char. 743.

Ciuilis vt ad rhetoricam pertinet.

Ciuilium causarum genera tria sunt: deliberatiuum, demonstratiuum, & iudiciale; & horum septem sunt.

sunt species: suasio, dissuasio, laus, vituperatio, accusatio, defensio, & quaestio, aut ipsa secundum se, aut ad aliud. Arist. rhetor. ad Ale. cap. 1. c. 181.

Ciuitas quot dicitur modis, & eius partes.

Ciuitas omnis e re domestica constat: res domestica constat e seruis, & liberis. Arist. politic. 1. cap. 3. c. 391.

Ciuitates, quæ populariter reguntur æqualitatem maxime complectuntur: ideo si excellentissimum virum habent, cum ad tempus extra ciuitatem relegant. Arist. politic. 3. cap. 9. ch. 586.

Ciuitas cum constat ex dissimilibus, non necesse est omnium ciuium vnam esse virtutem. Arist. politico. 3. cap. 3. c. 564.

Ciuitas esse non potest ex pauperibus omnibus, vt nec ex seruis, nec sine iustitia, & arte bellica: sed in hoc differt, quod si non sint ingenui, & in census ferri non possunt ciues, esse nequit ciuitas: at sine iustitia, & arte bellica non bene permanere potest. Arist. politic. 3. cap. 8. char. 583.

Ciuitas omnis plures habet partes: vna versatur circa alimenta, quam agricolos dicimus; altera mechanica, quæ circa artes, sine quibus ciuitas habitari non potest. Et harum alie sunt necessariæ, alie ad delicias pertinent, alie ad vitæ cultum, Tertia pars est forensis; multitudoque circa mundum videndum, & circa mercaturam, & numulariam versatur. Quarta pars mercenarij. Quinta propulsatores belli. Sexta est opulentium, qui onera reipublicæ sustinent. Septima est eorum, qui in magistratibus occupati sunt. Arist. politic. 4. cap. 4. c. 607.

Ciuitatis præcipuæ partes sunt, inopes, & opulenti. Arist. politic. 4. cap. 4. ch. 610.

Ciuilitatum omnium tres sunt partes; nam alij diuitijs excellunt, alij paupertate deprimuntur, alij inter hos sunt mediij. Arist. politic. 4. cap. 11. c. 623.

Ciuitates paruas facile est in duas partes diuidi. Arist. politic. 4. cap. 11. c. 625.

Ciuitas magna, & populosa non est idem: nam, quæ populosa est, forsitan impossibile est, vt optime gubernetur, nam multitudo magna non potest recipere ordinationem. Arist. politic. 7. cap. 14. c. 713.

Ciuitatis diuilio per genera apud Aegyptum incepit, comestationes ab Oenotriæ rege. Arist. politic. 7. cap. 10. char. 734.

Ciuitas multipliciter dicitur: vno modo locus ciuitatis, alio modo, populus ciuitatis. D. Th. 3. pol. 1. 2. c. 33. c. 4.

Ciuitas aliqua, & si non inclinatur a virtute coelesti ad gubernandum, tamen in studio, & diligentia contigit esse intellectiuos, & bene gubernantes. D. Thom. 7. politic. 1. 5. char. 108. col. 4.

Ciuitas quid est.

Ciuitas id maxime videtur esse, quod præstantissimū in ipsa est. Arist. 9. ethic. ad Nicom. cap. 8. c. 230.

Ciuitas omnis est societas quædam. Arist. politic. pri. cap. 1. char. 487.

Ciuitas est, quæ ex pluribus pagis conficitur, societas constituta viuendi gratia, & existens bene viuendi gratia. Arist. politic. 1. cap. 2. ch. 489.

Ciuitas est omnis natura, & homo natura ciuile animal est. Arist. politic. 1. cap. 2. ch. 490.

Ciuitas secundum naturam prius est homine, & quam singuli nostrum; totum enim prius est parte. Arist. politic. 1. cap. 2. ch. 490.

Ciuitas est multitudo quædam secundum naturam, quæ specie differt. Arist. politic. 2. cap. 1. char. 515.

Ciuitas est ciuium multitudo quædam. Arist. politic. 3. cap. 1. ch. 558.

Ciuitas vocari non meretur, quæ natura serua sit. Arist. politic. 4. cap. 4. c. 608.

Ciuitas est ex quali, & quanto, quale est, vt libertas, diuinitas, disciplina, nobilitas. quatum est multitudo populi prævalentis. Arist. politic. 4. cap. 12. c. 627.

Ciuitatem magnam esse non tantum ad numerū, quantum ad potentiam habitantium existimanda est. Arist. politic. 7. cap. 4. ch. 722.

Ciuitatis magnitudinis est quædam mensura, vt in omnibus animalibus, plantis, & instrumentis. Arist. politic. 7. cap. 4. ch. 723.

Ciuitas communio est quædam similitum gratia vitæ, vt maxime fieri potest optimæ. Arist. politic. 7. cap. 7. char. 730.

Ciuitas est multitudo domorum, agro, & pecunijs sufficienter abundans ad bene viuendum. Arist. œconom. pri. cap. 1. ch. 776.

Ciuitas est principium omnibus totis, quæ ratione humana cognosci, & constitui possunt. D. Thom. in pri. politic. 1. c. 1. col. 2.

Ciuitas est principalissimum eorum, quæ humana ratione constitui possunt. Idem, eodem loco col. 3.

Ciuitati quid prodest, & nocet.

Ciuitatis salus in legibus sita est. Arist. rhetor. pri. char. 19.

Ciuitati vtilia sunt concordia, vires ad bellum, pecuniæ, & prouentuum copie, sociorum virtus, & multitudo. Arist. rhetor. ad Alex. cap. 1. c. 182.

Ciuitati iniuriam facit, qui seipsum enecat, vnde & ipsum ciuitas multat, in sepulchrum enim relinquit. Arist. 5. politic. nicom. cap. 11. ch. 136.

Ciuitates magis pecunijs indigent, quam domus. Arist. politic. pri. cap. 7. ch. 509.

Ciuitatis est senectus, vt etiam corporis. Arist. politic. 2. cap. 7. char. 544.

Ciuitatis finis est bene viuere. Arist. politic. 3. cap. 6. char. 576.

Ciuitas absque magistratibus esse non potest. Arist. politic. 4. cap. 4. ch. 609.

Ciuitates magnæ, quia in ipsis est mediocrium hominum multitudo, ideo minus seditionibus subiacent. Arist. politic. 4. cap. 11. ch. 625.

Ciuitatibus dissidentia omnis disfunctionem facit, vt in bello transitus fossarum: & si parue sunt, interrumpunt ordines militum. Arist. politic. 5. cap. 3. c. 650.

Ciuitatis nulla pars debet esse turbanautica; nam pugnatōres, qui naues conscendunt sunt homines ingeniosi, & terra militare consueti. Arist. politic. 7. cap. 6. char. 726.

Ciuitas esse non potest sine alimento, sine artibus, sine armis, sine pecunijs, sine cultu diuino, & sine iustitia. Arist. politic. 7. cap. 7. ch. 730.

Ciuitas positionem sortiri debet, ad quatuor respiciendo. Ad sanitatem: ad orientem enim solem conuerse, & ad eos ventos salubriores sunt, & si hoc non forte potest ad Boream. Aquarum sit abundantia naturalis, & si naturalis non addit, cisternæ, & lacus quam magni comparentur. Arx ad dominationem vnus, in populari statu æqualitas loci, in optimatum gubernatione loci plures ardui, & totam urbem non facere penetrabilem, sed quasdam partes, & loca, & moenibus circundandæ sunt ciuitates. Arist. politic. 7. cap. 10. c. 736.

Ciuitatem studiosam esse non est fortunæ opus, sed scientiæ, & electionis, & ea est ciuitas studiosa, cuius ciues studiosi sunt. Arist. politic. 7. cap. 13. c. 742.

Ciuitas foelix non est existimanda, nec legislator laudandus, quod vincere docuerit, & finitimis dominari: nec exercitatio rerum bellicarum meditanda est, vt in seruitutem adigant inermes: sed primo, vt ipsi seruiant.

uire alijs non compellantur; deinde, vt imperium que- rant gratia vtilitatis subiectorum: tertio, vt eis domi- nentur, qui feruere digni sunt. Aristot. politic. 7. cap. 14. char. 747.

Ciuitates, in quibus sunt plures principes, facile incur- runt corruptionem, cum habeant vnitatem quodam accidentis modo. Auer. epitom. metaphy. tract. 4. c. 183. col. 2.

Ciuitates, quæ constitutæ sunt ex diuersis gentibus pro- pter dissensiones, quas habuerunt, propter diuersita- tem morum destructæ fuerunt. D. Tho. 3. politic. l. 2. char. 34. col. 1.

Ciuitatem regi per plures melius est, quam per vnum. D. Tho. 3. politic. l. 1. c. 48. col. 4.

Ciuitatis dispositio non tantum consideratur ex figura cælesti absoluta, sed etiam ex dispositione partium re- gionis, vel ciuitatis secundum habitudinem, quam ha- bet ad montes, vel mare, vel loca paludosa, vel munda, quæ variant caliditatem, & frigiditatem regionis. D. Thom. 7. politic. l. 5. c. 108. col. 3.

Ciuitatis quæ magnitudo esse debet.

Ciuitas ex ea multitudine constat, quæ per seipsam sufficiens est ad bene viuendum in ciuili societate, & facile inter se cognosci potest. Aristot. politic. 7. cap. 4. char. 723.

Ciuitatem naualem potentiam vsque ad aliquam quan- titatem habere melius est, non solum sibi ipsi, sed etiam finitimis: magnitudo autem, & multitudo ad mores ciuitatis est accommodanda. Aristot. politic. 7. cap. 6. char. 727.

Ciuitatis magnitudo tanta esse debet, vt fertilitas regio- nis ei sufficiat, & vt hostes repellere possit. D. Tho. 3. politic. l. 2. c. 33. col. 2.

Ciuitatum Rectores qui esse debent.

Ciuitatis gubernatoris, & regis, & patris familias, & domini qui putant eandem esse rationem, errant. Aristot. politic. pri. cap. 1. ch. 488.

Ciuitas cum constet ex dissimilibus, non necesse est, om- nium ciuium vnam esse virtutem. Aristot. politic. 3. cap. 3. char. 564.

Ciuitas optima nunquam opificem faciet ciuem. Aristot. politic. 3. cap. 3. c. 566.

Ciuitatis principalissimum est id, quod vbique gubernat, & regit ciuitatem: vt in populari populus, in pau- corum vero potentia pauci. Aristot. politic. 3. cap. 3. char. 567.

Ciuitatis gubernationem qui habere vult, vel propter diuitias, vel propter genus, nihil iuste dicere videtur. Aristot. politic. 3. cap. 8. ch. 584.

Ciuitatibus optabilius est ab optimis gubernari, quam a rege, modo plures optimi reperiri possint. Aristot. politic. 3. cap. 11. char. 593.

Ciuitatum tranquillarum proprium est creare magistra- tus de mulierum disciplina, de legibus seruandis, de disciplina iuuentutis, de gymnasiolorum gubernatione, de ludis gymnasticis, ac musicis. Aristot. politic. 6. cap. 8. char. 711.

Ciuitates qui regere volunt, ad minus experientiam ha- bere debent. Auer. 10. ethic. cap. 9. c. 78. col. 4.

Ciuitates orbis terrarum, & earum quæ sit sensi- bilis distantia.

Ciuitates quarto meridionalis habet Arabiam, Su- ciolios, Thebas, Thebas, Beronice, Arnozon, Tole- maudis, Cirene, Sibesili, Narnacæ, Sabrata, Leptis ma- gna, Talepas, Dispræsum, Tenis, Tapfas, Lepsis mi-

nor, Hadeunctum, Meapolis meridiana, Dipeis, Char- taginem, Vticam, Hyppone, Zaritum, Tubarcha- chia, Hyppone, Regium, Nisitadem, Callisoldis, Quin- quagentiani, Rusitora, Timpora, Cæsarea, Tartenas, Portus magnus, Experides, Ballos, Lambos, Picens, Obba, Sulilis, Affulis, Samoregiam, Susibet, Suffecu- la, Cilio, Cebeptis, Capsea, Medea, Cenellis, Madu- ros, Tirbur, Siccunium, Cuidia, Calamia, Constanti- na, Militum, Rannigode, Lirbese, Sirisi, Maga, Sabi, Tabufucia, Bida. Alber. magn. de nat. loc. trac. 3. cap. 4. char. 103. colum. 1.

Ciuitas quæcunque elongatur ab alia per quinquaginta stadia, sensibilibiter habet alium Ortum, & Occasum stel- larum, secundum tempus sensibile. Alber. mag. de nat. loc. dist. 1. cap. 110. c. 97. col. 1.

Ciuitates famosas quarta Occidentalis habet 128. in Au- gusti descriptione, Fauëtiam, Aquilegiam, Arelatum, Mediolanum, Taurinum, Armotum, Galpani, Calpis, Spalis, siue Expalis: Secundam Calpis, Cordubam, Be- rones, Toletum, Bracharum, Lucasum, Collybriam, Cæsaream Augustam, Terrachonam, Imbianis, Turi- giam, Octauiam, quæ nunc est parua villa iuxta Leo- dium: Coloniam, in qua istud volumen compilatum est, Treuerim, Smirnum, Sterones, Augustudunum, Augustanometum, Augustam Taurinorum, Lugdu- num, Mangetiam, Viennam, Masiliam, Allenium, Ve- ronam, Tarnisium, Vincentiam, Doronam, loco cuius Mondusium extat: Feltrum, Belboria, Patauium, in qua multo tempore vixerunt studia literarum; Ver- cellis, Laude, Mutinam, Lador, Salona, Britansium, Hycayas, Vicacomum, Signidunum, Narsia, Sisia, quæ nunc Ascisia vocatur; Armetum, Bogutione, Argen- toratum, Carmacum, Sabana, Patamonem, Bonatum, Argentinam, Saromacum, Nemausum, Corocordo- res, Amamberes, Santonas, Angonis, Menapum, Me- tas, Betos, Nepe, Sucricolletto, Florencassi, Forosem, Sermi, Foro orbium populi, Foro Cornelium, Foro Flamini, Foro nouo, Foro subuertere, Spoletinum, Nar- nia, Interaminia, Ruphinis, Aretium, Penestre, Curia- lo, Carium, Corobelitas, Terracina, Announ, Hostia, Fundis fornas, Veturnas, Capua, Neapolis, Ardea, Cu- mas, Acrepas, Nola, Caudi, Beneuentum, Etas, Eydo- nas, Ausidenna, Salmona, Venasto, Lucasia, Futona, Arphos, Cropinos, Lipros, Tarentum, Odosium, Ca- nipsium, Marcilianum. Multæ autem harum deletæ sunt, & in locum earum factæ, & constructæ sunt hæc, Brundisium, Salernum, Sinapulia, Bononia, Fauëtia, Bergomum, Ianua, Papiæ, Alexandria, Regia, Triden- tum, Brixia in Lombardia; Pifa, Luca, Pistorium, Flo- rentia, Senæ, Perusium, Crusinum est ciuitas philoso- phorum, Rotomagum, Senone, Tacerimis, Furonis, & aliæ multæ in Gallia. Costantia, Basilea, Argentina, Vormatia, Maguntia, Herbeopolis, Augusta, Tradispon- na, Vicena, Salunga, Pytauia, Ephordia, Aluetast, Ma- deburg, Benabunda, Monasteriû, Assuenich, Pedem- bruna, Lubrech, Targetum, & aliæ multæ; in quibus ponendis, cum modo destruantur, modo adificentur de nouo, non est magna vis faciendæ. Alber. mag. de nat. loc. dist. 3. cap. 2. c. 102. col. 1.

Ciuitates quartæ Septentrionalis sunt 50. Eracia, Sardi- ca, Pelia, Tefabonica, Phyridos, Calcedonia, Nicome- dia, Acrios, Gumnis, quæ incertis sedibus vagantur, Tarfes, Pepriapoles, Olymphis, Tibaria, Aragata, Pri- mistuteria, Sciride, Alexandrinus, Cecidus, Euine- faxis, Ramidos, Ephesos, Cretica, Calliuffe, Sexoos, Aquecidos, Viu, Troia, Helidos, Troas, Antheon, Ni- tia, Tarifa, Fouis, Crita, Deleis, Bertoccon, Acaruerna, Dicitium, Athene, Bitote, Istium, Arche, Thecas, Ma- leon, Cancantria, Phylopolis, Thebe, & aliæ multæ, quæ postea conditæ sunt. Alber. mag. de nat. loc. dist. 3. cap. 3. ch. 102. col. 4.

Clara,

Clara, vel sunt clara absolute, & simpliciter, vt causæ ad causata, aut quoad nos. Eust. pri. mora. c. 21.

Claudi homines, & aues salaces nimirum sunt, alimen- tum enim vtriusque scorsum quidem exiguum pro- fuit propter vitium cruris: in sublime vero assatum effertur, atque in semen conuertitur. Arist. probl. sec. 4. q. 2. char. 393.

Claudus oriri maxime potest homo cæterorum omniû animalium, vel quia crura hominis sunt debiliora, car- ne, & osse constant: cæterorum osse, & neruo; vel quia ex omnium animalium genere solus varia gene- rationis obtinet tempora, & ita cum fetui mouentur, extrema, quæ tenerrima sunt, facile infringuntur, & eo magis quo plus temporis intercellit. Arist. prob. sec. q. 40. char. 438.

Clausula, & exitus est periodi finis numerosus. Dan. bar. 3. rhetor. char. 166.

Clautius, qui & glatus vocatur, est piscis astutus, qui nõ deglutiens hamum auersis moribus expoliatur eum. Alb. mag. de ani. l. 25. cap. 1. c. 196. col. 4.

Clazomenij, cum, & annonæ, & pecuniarum indigentia premerentur, decreuerunt, vt quibus oleum esset pri- uatim, fenerarentur illud ciuitati: nam in hac regione est magna olei copia; & cum nauigia ad mercatum, miserunt, vnde ipsi veniret frumentum, olei pretium pignoris loco obligantes, & militibus vsuram denario- rum debitorum dederunt pro viginti talenta quater- na quoquo anno; & cum incassum semper impen- derent, & nihil de sorte detraherent, pro argento fer- rum excuderunt ad viginti talentorum summam, quæ opulentissimis in ciuitate pro rata tribuenes ab illis tantumdem receperunt. At cum de prouentibus vsuram illam detulissent, atque vnique semper diuidentes pro rata parte distribuissent, ferreos nummos retule- runt. Arist. economic. 2. c. 811.

Cleomenes Alexandrinus Aegyptum imperio obtinens, fame in alijs locis vehementer exorta, in Aegypto au- tem sane tolerabili, frumentum exportari vetuit. At cum singuli, qui prouinciæ præerant, tributa non posse soluere iactarent, nisi frumentum exportaretur, exportationem concessit, sed ingens frumento tributum imposuit: & sic tributum ingens accepit, & præfecti excusatione destituti sunt. Aristot. econo- mic. 2. char. 812.

Cleomenes Alexandrinus cum veheret in eam præse- cturam, in qua pro Deo colitur crocodilus, & raptus ei esset vnus puer, conuocatis sacerdotibus dixit, cum ipse prior læsus esset, velle se crocodilos vlcisci, itaque venationem crocodilorum imperauit, at sacerdotes, ne duces Deos ipsorum ludibrio haberent, quantum cogere potuerunt, argenti summam attulerunt illi: qui quidem quieuit. Arist. economic. 2. c. 822.

Cleomenes Alexandrinus, ab Alexandro rege iussus apud Phanyum urbem condere, & mercatorum con- uentum, qui prius apud Canobum agebatur, ibi con- stituere ad Canobum naue prouenit: conuocatisq; sa- cerdotibus, & ijs, qui possessiones habebant, dixit, qd migrare oportebat: ipsi ne migrare cogentur, multâ pecuniam attulerunt, qua accepta abiit, & non multo post multa postulata pecunia, & dicentibus ipsis non habere, ipsos traduxit. Arist. economic. 2. c. 823.

Cleomenes Alexandrinus, cum frumentum denis drag- mis in illa regione veniret, conuocatis cultoribus, ab ipsis eodẽ p̄tio frumentum emit, qd postea binis & tre- centis dragmis vendi imperauit. Arist. econ. 12. c. 824.

Cleomenes Alexandrinus, cum misisset quendam, vt sibi emeret quædam, & ille paruo pretio emisset, & intel- ligeret multo pretio emptum fuisse: relatum esse, ami- cos illius vocauit, & ipsi dixit, audiuisse se illi immo- derato pretio emisse, & stoliditatem illius cum qua- dam simulatione iræ insectabatur, & obiurgabat, quâ

rem, cum illi adueniente emptore, ei renunciaissent, & ille dum operam suam probare vellet, quâti vere eme- rat, indicauit. Arist. economic. 2. ch. 823.

Cleomenes, sacerdotibus conuocatis, dixit immodera- tos sumptus in sacra suæ regionis fieri, & oportere ex- sacris nonnulla, & ex sacerdotibus quamplurimos dis- solui; & illi, ne id faceret, tulerunt illi quas priuatim quisque, & communiter vniuersi pecunias habebant. Arist. economic. 2. ch. 824.

Clepsydra quæ accidunt, ob id eueniunt, quia fistula su- perior obturata, aer, qui in se excipitur, causa est, ne aqua ingredi possit: quod verum est, si sit directa, sed si obliqua fertur, nil prohibet acrem pelli ab humore, ele- mētorum enim motus indirectum est, spiritus autem aqua potentior est. Arist. probl. sec. 16. q. 8. c. 500.

Clepsydra est vas angustioris, latam habens basem paruis foraminibus perforatâ, quæ hydarpage vocatur. Simp- pri. de celo, tex. 81. com. 55. c. 79. col. 2.

Clepsydra est vasculum ferreum, superius os paruum, & angustum habens, & interius foramina densa, & mini- ma: cuius, si quis superius foramen diligentissime ob- cluserit, per inferiora foramina non ingreditur aqua, nec ingressa egreditur. Mich. ephes. de respir. char. 36. colum. 2.

Clibanus in anteriori parte corporis existens in duas par- tes diuiditur, in pectus, & ventrem; & inter ea sepa-rans est quædam pellicula, quæ diaphragma appella- tur, quod separat pulmonem, & cor, membra spiritua- ria, a membris nutritiuis. Alber. mag. de ani. l. 1. trac. 2. cap. 23. ch. 20. col. 2.

Clima quartum, & quintum est magis temperatum ho- mini, & plurimis animalibus, & plantis; quia præter hæc climata est maxima caliditas, & maxima frigiditas. Auer. meteor. 2. cap. 6. c. 199. col. 1.

Climata duplex temperamentum habent, & duplicem excessum: est enim excessus in calidissimo, & frigidissi- mo. calidissimum est sub torrida, frigidissimum est post septimum clima. temperatum est in climate quarto, & aliud est sub æquinoctiali. Alber. mag. de nat. loc. dist. 1. cap. 11. c. 97. col. 2.

Clima sextum, & septimum temperata sunt: quia homi- nes illorum climatum pulcherrimi sunt, corporum pro- cerum, & pulchræ staturæ, & venusti coloris. Alb. mag. de nat. loc. dist. 1. cap. 11. c. 97. col. 3.

Clysteris vsus inuentum esse traditur ex Ibidum, & Ar- deaurum modo, quo sibi clysteres imponunt. Alb. mag. de ani. l. 23. cap. 24. ch. 193. col. 4.

Coactus & non vi aliquid facit aliquis, cum malum boni gratia, vel ob maioris mali repulsionem agit. Arist. mo- ral. eud. 2. cap. 9. ch. 399.

Coactum est violentum, & cuius principium est in altero. Alb. mag. in 11. metaphy. trac. 2. cap. 7. c. 152. col. 1.

Coagulata omnia nõ possunt coagulari, nisi aut frigidus, aut calido sicco, & contrarijs soluuntur quæ soluuntur. Arist. meteor. 4. su. 2. cap. 3. tex. 36. c. 570.

Coagulantur quæ communia sunt terræ, & aquæ, & a ca- lido, & a frigidis. a calido, humidum educendo: a frigi- do, calidum exprimendo, cum quo humidum simul re- cedit. Arist. meteor. 4. su. 2. cap. 3. tex. 37. c. 571.

Coagulata omnia aut coagulantur aquæ existentia, aut terræ, & aquæ. Aristot. metaphy. 4. sum. 2. cap. 3. tex. 35. char. 570.

Coagulum est lactis substantia, quippe quod in eorû ven- triculo, quæ adhuc lactent, contineatur. Arist. de hist. anim. 3. cap. 2. char. 103.

Coagulum est lac ignem habens intra se, quod cum ani- malis tempore concoqueretur, caseum traxerit. Arist. de hist. ani. 3. cap. 21. ch. 103.

Coagulum habent omnia ruminantia, & inter vtrinque dentata, lepus; & quo vetustius est coagulum, eo præ- stantius. Arist. de hist. ani. 3. cap. 21. c. 103.

Coagulum vetus profluuium alui mederi præcipue potest, atque etiam, quod leporis est, sed laudatissimum hinnuli. Arist. de hist. ani. 3. cap. 21. c. 103.

Coagulum omnia animalia habent, quæ plures ventres habent, eo carent, quæ vnum habent, excepto lepore: & habent, quæ habent, in omaso, quod est inter vltimum, & duos primos positus, Arist. de hist. ani. 3. cap. 15. c. 502.

Coagulum habent animalia, quæ plures ventres habent ob lactis crassamentum. Arist. de hist. ani. 3. cap. 15. char. 503.

Coagulum est lac continens calorem vitalem, qui partes similes ducit eodem, & vnit, atque constituit. Arist. de gener. ani. 2. cap. 4. c. 160.

Coagulata omnia exsiccantur. Ale. aphro. 4. meteor. cap. 6. co. 28. c. 106. col. 1.

Coagulum, & induratum a calore naturali, necessario est calidum. Auer. meteor. 4. c. 213. col. 1.

Coagulum nil facit, nisi quod virtus eius totam apprehendit lactis quantitatem, & non immutat quantitatem ipsius distribuendo, & formando. Alber. magn. de ani. 1. 18. tract. 2. cap. 2. c. 156. col. 1.

Cochleæ quædam bestiolas inter se habent, & gammaris pusillis similes, qui in flumine gignuntur: sed hoc differunt, quod præmollem intra suam testam carunculam habeant. Arist. de hist. ani. 4. cap. 4. char. 123.

Cochlearum testudines in lapidibus inveniuntur, quia humiditas ad locum illum euaporauit, & a circumstante retenta est, & conuoluta, & exterius primum confilas intra se circumacta spiritum vitalem accipit. Alb. mag. in pri. de miner. ex tract. 1. cap. 2. c. 134. col. 4.

Cochleæ, tam aquaticæ, quam etiam terrestres dicte sunt lumaces, & testudines agiratione testæ, quam inhabitant. Alb. mag. de ani. 1. 14. cap. 1. c. 196. col. 4.

Coelitus principium, corpora diuina intelligi potest; etiam forsitan corpora circulariter mota intelligit Arist. 10. gra. de gen. ani. cap. 1. c. 27. col. 4.

Coelum quid est, an finitum, eius partes, vt appellatur, & celestium vires.

Coeli longitudo est distantia, quæ est secundum polos, & polorum hic quidem est sursum, & alius deorsum: differentia enim in his solis hemispheriorum videmus, quia non mouentur poli. Arist. pri. de cælo, su. 2. tex. 14. c. 195.

Coelum finitum ac terminatum esse patet. Arist. pri. de cælo, tex. 47. c. 258.

Coelum dicitur vno modo substantia extrema vniuersi circumlationis, aut corpus naturale, quod in extrema est circumlatione vniuersi. Alio modo corpus continuum extremæ circumlationi ipsius vniuersi, in quo astra quædam Sol, & Luna sunt: & hæc in cælo esse dicimus. Tertio contentum ab extrema circumlatione, totum enim, & vniuersum dicimus cælum. Arist. pri. de cælo, tex. 96. char. 273.

Coelum, quod totum ab extrema continetur circumlatione, constat ex omni naturali, & sensibili corpore; quia extra cælum, nec est, nec esse contigit vllum corpus, nec simplex, nec mistum. Arist. pri. de cælo, tex. 97. c. 274.

Coelum animatum est, & habet motus principium. manifestum est quod habet sursum, deorsum, dextrum, & sinistrum. Arist. 2. de cælo, su. 2. te. 11. c. 292.

Coeli pars deorsum est polus, qui supra nos apparet; qui vero nobis immanitellus, sursum. Arist. 2. de cælo, su. 2. te. 14. c. 295.

Coeli dextrum, est oriens; sinistrum, occasus; sursum, polus antarcticus; deorsum, arcticus. Arist. 2. de cælo, su. 2. te. 15. c. 295.

Coelum est quoddam corpus diuinum. Arist. 2. de cælo, su. 2. cap. 1. tex. 17. 297.

Coelum est unum ingenerabile æternum, & habens motum singularem. Arist. secundo de cælo, su. 3. cap. 5. tex. 40. char. 305.

Cæli extremi latio simplex, & uelocissima est: aliorum vero tardiores, & plures sunt. Arist. secundo de cælo, su. 3. cap. 4. tex. 58. c. 311.

Cælestia naturalia sunt corpora, ob motum localem, non ob substantialem mutationem. Simpl. in pri. physic. char. 76. colum. 2.

Coelum æternum est, & ea, quæ sub Lunæ orbe constituta sunt, corruptibilia. Simp. in 4. physic. 226. col. 1.

Coelum tribus modis appellatur ab Arist. Primo inerrantium spherarum. Secundo totum diuinum, & circulare corpus. Tertio totum corpus diuinum, & mundum. Simp. in pri. de cælo, ex pri. entis. c. 2. col. 1.

Coelum dicitur elementum, vt est corpus simplex, non autem proprie, quia nihil ex illo componitur. Simp. in pri. de cælo, c. 2. col. 3.

Cælestia corpora tradunt sibi inuicem suas bonitates, & in seipsa agunt secundum diuersasfigurationes. Simp. in pri. de cælo, tex. 21. co. 24. c. 18. col. 1.

Cælam est motus mensura, nec est aliquod tempus extrapsum. Simp. in 2. de cælo, tex. 1. co. 1. c. 55. col. 3.

Cælestia corpora non sunt impassibilia simpliciter, sed omnis mortalis difficultatis. Simp. in secundo de cælo, tex. 41. co. 28. c. 66. col. 3.

Cæli partes sunt octo spheræ, astra autem sunt partium partes. Simp. in 3. de cælo, tex. 1. co. 1. c. 83. col. 4.

Cælestia corpora semper eodem modo se habent, nihilque fit contingenter. Ioan. gram. in secundo phy. tex. 39. char. 40. col. 3.

Cælo nullum corpus datur maius. Ioan. gram. in 3. physic. tex. 61. c. 71. col. 2.

Coelum sphericum est: quia, quod omnia comprehendere debet, capacissimum esse oportet. Ioan. gram. in pri. de anim. tex. 16. ch. 10. col. 4.

Coeli ultima spheræ in loco per partes est. Ioan. gram. in pri. de anim. tex. 39. ch. 18. col. 1.

Cælestis motor, cuius potentia excedens est, nobilior est eo, a quo exceditur. Auer. in phy. 4. tex. 7. c. 75. col. 1.

Cælestis corporis esse sensibile est per se. Auer. 1. de cælo, tex. 4. c. 3. col. 4.

Coelum est sensibile per materiam, intelligibile per formam. Auer. pri. de cælo, tex. ch. 29. col. 3.

Celum respectu vniuersi est quasi forma, & elementa quasi materia. Auer. pri. de cælo, tex. 94. c. 30. col. 3.

Coeli natura est non existens per se in actu, sed est materia formæ corporis cælestis, quæ est in actu. Auer. pri. de cælo, tex. 95. c. 30. col. 3.

Coelum tribus dicitur modis: primo, de toto mundo; secundo, de corpore rotundo cælesti; tertio, de superiore orbe. Auer. pri. de cælo, tex. 55. c. 111. col. 3.

Coeli partes vicinantes aeri necesse est, vt diuersentur in suis operationibus in motione aeris, & eius calefactio ne, secundum diuersitatem earum in raritate, & densitate. Auer. 2. de cælo, tex. 42. c. 59. col. 1.

Coeli pars, quæ vicinatur aeri, non agit in aerem, nisi per totam suam potentiam existentem in tota profunditate illius corporis. Auer. 2. de cælo, tex. 42. c. 59. col. 1.

Coeli pars, in qua est stella, maioris actionis est in aerem sibi vicinum, quam pars, in qua non est stella, pars scilicet æqualis partii, in qua non est stella; quævis non tangat corpus passuum per se, quia stella densior est pars sui orbis. Auer. 2. de cælo, tex. 42. ch. 59. col. 1.

Coelum nec est contrarium, nec ex contrarijs compositum. Auer. in 4. metaph. tex. co. 6. c. 34.

Cæleste corpus est vnum per continuationem, & formam totalem, & per motum vnum continuum. Auer. in 5. metaph. ex su. pri. tex. co. 11. ch. 53.

Coelum imaginari debemus esse totum vnum, vel figuræ sphericæ, cuius conuexum est gibbum orbis stellati, & concauum spheræ contingit spheram ignis, habens unum motum vniuersalem: & quod motus, cuiuscunque sideris sit partialis, & motus magnus sit similis motui animalium, & particularis motibus membrorum eius, & propterea indigent isti motus centris, super quibus reuoluantur, vt terra ad motum magnum. Auer. in epitom. metaph. trac. 4. char. 182. columna 2.

Coeli natura est natura animæ mouentis in loco. Auer. de sub. orbis, cap. 2. c. 4. col. 1.

Cælestes potestates quædam anima rationabilia sunt, non tamen apta ad risum. Boet. in Porph. ex dia. q. 17.

Coeli natura est corpus rotundum, quod circulariter mouetur. Alb. mag. in 2. phy. trac. 1. cap. 1. c. 1. col. 2.

Coelum potentia infinita esse secundum operationem, licet ipsa nec finita sit, nec infinita secundum essentiam, non est inconueniens: eoque est impartibilis partitione sui subiecti. Alb. mag. in 2. de cælo, trac. 1. capit. 1. c. 23. col. 3.

Coeli nobilior pars stella est, per quæ cognoscimus actu, quod scimus de corpore primo. Albert. magn. in 2. de cælo, trac. 3. cap. 1. c. 31. col. 3.

Coeli pars, quæ non micat, non emittit lumen. Albert. magn. in 2. de cælo, trac. 3. cap. 3. c. 32. col. 4.

Cælestis virtus est operatrix, & formatrix in plantis, vt virtus masculi in instrumento masculorum. Albertus mag. de veget. 1. 2. trac. 1. cap. 2. c. 135. col. 1.

Coelum a natura solum non moueri, omnes Peripatetici quinque rationibus doceant. Primo, quia natura est corporis forma, & non est nisi ad vnum, in quo, cū peruenit, quiescit in illo, & non mouetur ab ipso: & cæli motus ad nullum vbi terminatum est, nisi sit eua ab ipso. Secundo, quia motus naturalis est localis a generante, cælum autem ingenerabile est. Tertio, quia nihil motum naturale in loco suo mouetur, sed extra locum existens, & quantum accipit de forma a generante, tantum accipit de motu ad locum: & cum perfecte acceperit formam, tunc est in loco suo, & quiescit in illo, aut violenter prohibetur, ne mouetur ad ipsam: & tunc mouetur ab eo, quod mouet prohibens, & horum nil cælo conuenire potest. Quarto, quia motus localis in his, quæ natura mouentur, non est nisi existens in potentia ad formam substantialem, quia in his consequitur natura: at cælum non est in potentia adesse. Quinto, quia motus localis, qui per naturam est, nec vniuersalis est; quia, quo formæ generanti est vicinior, eo velocior est, & magis regularis est; quia minus, & magis habet de potentia, at cæli motus, & regularis, & vniuersalis est. Albert. magn. de cau. & proces. vniuer. a caus. pri. 1. 1. tract. 4. cap. 7. c. 197. col. 3.

Coelum est substantia corporea, existens in potentia ad vbi solum, ingenerabile, & incorruptibile; secundum naturam, secundum formam, secundum figuras, per motum tardiozem, & velociorem diuersificatam virtute animæ, propter quod formas influit ab anima conceptas, quæ diuersificantur secundum diuersitatem figurarum, quas super materiam generabilium, & corruptibilium, describunt motus orbium velocitate, & tarditate, & ascendentes, & descendentes, & cæteris aspectibus. Alb. magn. de caus. & proces. vniuers. a cau. prim. lib. 2. tract. 1. cap. 3. ch. 200. col. 3.

Coeli anima non nisi intellectum, & desiderium habet de animæ viribus; nec non animæ differentiam omnem intellectus habet, sed eam solum, qua est agens formas. Alb. Mag. in 11. metaph. trac. 2. cap. 10. ch. 154. col. 2.

Coeli duo primi non habent stellas: quia spheræ, quæ vniuersitatis est causa, non debent esse differentis in habendo stellas, vel stellam; & sic primum non habet stel-

las, secundum nec etiam habet, quia compositio, quæ tantum est ex principijs substantiæ, non habet difformitatem. Albert. mag. in 11. metaph. trac. 2. cap. 26. c. 158. col. 3.

Coelum tertium multas habet stellas, quia figuræ sunt plurimæ, & propriæ, quibus distinguuntur entia quæta. Alb. magn. in 11. metaph. trac. 2. cap. 26. c. 158. c. 4.

Cælestia omnia, & genere, & specie diuersa sunt. Albert. mag. in 11. metaph. trac. 13. cap. 1. c. 162. col. 2.

Coelum accipiendo continuè ab intelligentia exerit per motum lumen intelligentiæ, quod est forma esse, ac vitæ omnium eorum, quæ sunt, & viuunt: & ideo esse cæli est saluatum in motu, nec saluaretur in esse, nisi sic continuè moueretur. & motus eius est actus perfectus, vt & motus cordis in animalibus. Alb. mag. 11. metaph. trac. 3. cap. 2. c. 163. col. 1.

Cælestium corporum vires indirectè redundant ad intellectum; & voluntatem; vt intellectus & voluntas, vtuntur viribus sensitiuis. D. Tho. in perihier. c. 14. c. 4.

Coelum non est subiectum variationi, nec temporis, quare non est quantum duratione, nec finitum, nec infinitum, sed est quantum secundum quantitatem corporis extensi, & sic finitum. D. Thom. in prim. de cælo. 1. 6. tex. 20. ch. 6. col. 2.

Coelum est elementum, non vt veniat in compositionem corporis misti, sed in compositionem totius vniuersi: vel vt elementum accipitur omne corpus simplex. D. Tho. in pri. de cælo, l. 18. tex. 31. c. 19. col. 1.

Cæli dextrum semper est in Oriente; quia virtus illa intelligitur quasi immobiliter stans, etiam partibus cælestis corporis motis. Diu. Thom. in 2. de cælo. l. 3. tex. 16. cap. 33. col. 1.

Cælestia corpora sunt vnius naturæ secundum genus, diuersa autem secundum speciem, quarum generis naturam sequitur figuræ, & motus circularis; quia si stellæ essent, vt indiuidua eiusdem speciei, eadem haberent operationes, & eosdem effectus, ac eodem motu vniuersi mouerentur: & hoc repugnat perfectioni corporum cælestium, quæ est; vt sit solum vnum in vna specie, contra Auerroem. D. Tho. in 2. de cælo, lib. 16. tex. 59. c. 45. col. 3.

Cæleste corpus principium est generationibus. D. Tho. in pri. meteor. l. 4. c. 15.

Coelum est terminus corporum sensibilibus. D. Thom. 3. metaph. l. 7. tex. 7. c. 138.

Cælestia corpora sunt quasi instrumenta substantiarum separatarum mouentium. Diuus Thomas 12. metaph. l. 9. tex. 48. c. 882.

Coelum vtrum in loco, vt mouetur, & motus principium, & eius cognitio.

Cæli ob id in loco maxime putamus esse, quia semper mouetur. Arist. phy. 4. su. 1. cap. 6. tex. 32. c. 85.

Coelum non est in aliquo loco, quia nullum corpus ipsum continet, in quo autem mouetur, hoc etiam est locus partibus. Arist. phy. 4. su. 1. cap. 9. tex. 45. c. 90.

Coelum, & anima sunt in loco per accidens. Arist. physic. 4. sum. prim. cap. 9. tex. 45. char. 90.

Coeli partes quodammodo omnes sunt in loco, in circulo enim continentur alia omnia. Aristotel. phys. 4. sum. pri. cap. 9. tex. 45. char. 90.

Coelum totum non est alicubi: quod enim alicubi est, oportet & ipsum esse aliquid, & adhuc aliud aliquid esse præter hoc, in quo est, quod continet. præter vniuersum, & totum nihil extra est. Arist. physic. 4. sum. pri. cap. 9. tex. 45. char. 90.

Coelum non moueretur circulariter, si esset infinitum. Arist. pri. de cælo, tex. 33. c. 255.

Coelum si sit infinitum, & moueatur circulo in tempore finito infinitum erit præterire. Arist. de cælo. t. 4. l. c. 257. Coeli

Cœli motus, & si nunquam incepit, principium tamen habeat necessarium est, unde incepisset, si inciperet, quod mouetur, moueri; atque si feterit, mouebitur utique iterum. Arist. 2. de celo. su. 2. tex. 13. c. 295.

Cœli circulationis principium est, unde astrorum ortus sunt: quare hoc erit dextrum, sinistrum occasus. Arist. 2. de celo. su. 2. tex. 15. char. 295.

Cœli motus omnium motuum velocissimus est. Arist. 2. de celo. su. 2. cap. 3. tex. 27. char. 299.

Cœlum si circulariter fertur, & velocissime mouetur, sphericum esse necesse est. Aristot. 2. de celo. su. 2. cap. 3. tex. 29. char. 300.

Cœli partes non mouentur irregulariter, quia distantia astrorum in infinito tempore facta fuisset, hoc multo velocius, & hoc tardius. Arist. 2. de celo. su. 2. cap. 5. tex. 37. char. 304.

Cœlestium lationum numerum ex philosophia Mathematicorum, maxime ex Astrologia sumere oportet. Arist. 12. metaph. cap. 4. tex. 45. char. 256.

Cœlum habet principium quiescendi, nam circa idem conuerti, nec locum mutare; id ipsum quiescere est, itaque immobiliter mouetur, & cum mirabiliter moueatur, quiescit. Alex. Aphrod. in 5. metaph. vel in 6. sec. Lat. cap. 20. char. 172. col. 2.

Cœlum, cum moueatur motu circulari, motu partium tantum mouetur. Them. in 4. phy. tex. 43. c. 37. col. 1.

Cœlum & simul moueri, & stare dicitur: quia principium, & finis rotundorum proprie est centrum: quia eius diffinitio è centro nascitur. Themist. in 8. physie. tex. 75. char. 58. col. 4.

Cœlum non immobile, sed semper mouetur, & circumducitur. Simp. in 4. phy. tex. 32. char. 205. col. 1.

Cœlum non est in loco. Simplic. in 4. physie. text. 39. char. 209. col. 2.

Cœli partes non solum mutant positionem, sed etiam totum: nam alia est nunc positio vniuersi, alia erit post horam. Simp. in 4. phy. c. 229. col. 2.

Cœli partes, cum mouentur secundum locum, & totum, merito dicuntur secundum locum moueri, quia mutant ordinem, & determinationem positionis. Simpl. in 4. physie. char. 229. col. 1.

Cœlum, cum motu circulari mouetur, & secundum locum mouetur. Simp. in 4. phy. tex. 130. c. 276. col. 2.

Cœlum non habet melius seipso, nec secundum totum, nec secundum partes, ad quod feratur. Simp. in 1. de celo. tex. 19. com. 20. c. 12. col. 1.

Cœlum mouetur secundum suas partes ad mundum, & non mouetur vniuersaliter, quia non mutat locum. Ioan. gram. in pri. post. cap. 9. c. 22. col. 4.

Cœlestia semper in fine, ac principio sunt. Ioan. Gram. in 2. poster. char. 31. col. 2.

Cœlum in loco est per accidens, quod intelligendum est per aliud, id est per partes. Vide Themist. Ioan. Gra. 4. phy. tex. 43. c. 89. col. 1.

Cœlestia circulariter mouentur, quia intellectum imitantur, cuius proprium est ad seipsum verti. Io. Gra. in pri. de anima. tex. 16. c. 11. col. 1.

Cœlum in loco esse secundum partes, id est, secundum orbem, quos cõtinet maximus orbis, ait Themistius, non autem secundum totum. Auer. in phy. 4. tex. 43. char. 66. col. 1.

Cœlum est in loco secundum partes, quæ sunt in concavo: aut quia partes eius sunt in loco præter vltimam: aut quia partes loci sunt in loco, si posuerimus, quod motus diurnus est totius orbis essentialiter, & nõ stellati cœli. Auer. in phy. 4. tex. 43. c. 66. col. 1.

Cœleste corpus est in loco per accidens, id est, propter centrum, quod est in loco essentialiter: quia, cum sit fixum secundum totum, necesse est, ut hoc modo sit quiescens, quia quies est ei propter quietem centri, quod est terra: & quies est, quia est in loco essentialiter. ideo

dicitur cœlum esse in eodem loco, & non transmutatur ab eo per accidens, quia centrum eius est in loco essentialiter. Auer. in phy. 4. tex. 43. ch. 66. col. 3.

Cœlum secundum totum est in loco, quia centrum eius est in loco. Auer. in phy. 4. tex. 43. ch. 67. col. 2.

Cœlum si quiescere possibile esset, possemus nos esse in esse non transmutabili. Auer. in phy. 4. tex. 98. char. 82. col. 4.

Cœlestia, licet nõ sint in tempore, ut tempus non continet illa, tamen sunt existentia cum tempore, scilicet quod esse eorum, quod est in motu, est existens cum esse temporis, existentia quantitatis cum quantitate: res autem separata non habent continentiam, nec coexistentiam. Auer. in phy. 4. te. 117. c. 88. col. 3.

Cœlestibus in virtutibus non mouet vnaqueque potentia quodcumque corpus cœleste, sed quælibet potentia mouet corpus proprium in velocitate propria, sed omnes conueniunt in hoc, quod mouent in infinitum. Auer. phy. 7. te. 35. c. 152. col. 3.

Cœlestibus potentijs accidit proportio ad motum ex diuersitate naturarum mouentium, quæ non sunt in materia in nobilitate secundum magis, & minus, & diuersitate naturarum corporum, quæ mouentur ex eis. Auer. phy. 7. te. 35. c. 152. col. 3.

Cœlestium corporum motus esse in tempore, licet non sit proportio inter potentias motiuas, & mobiles, accidit ex natura motus. Auer. phy. 7. te. 3. ch. 152.

Cœlestis corporis motus est simpliciter naturalis, & ex parte animæ, & ex parte corporis. Auer. physie. 8. te. 27. chart. 166. col. 2.

Cœli potentia passiuæ, scilicet susceptiuæ motionis, est finita. ut. n. actio infinita non est formæ in corpore, sic passio infinita non est formæ in corpore, scilicet composito ex materia, & forma. Auer. roes physie. 8. te. 78. chart. 194. col. 1.

Cœli motus non est contrarius, quia cœlum non mutat locum suum totaliter, quamuis mutet eum secundum formam. Auer. 1. de celo. te. 51. ch. 11. col. 2.

Cœlum nõ habet motum naturalem alium a modo voluntario. Auer. 2. de celo. te. 5. ch. 45. col. 4.

Cœli motus non prouenit a natura, ut motus elementorum: quia, si esset naturalis, contingeret, quod esset compositum ex materia, & forma, ergo generabile, & corruptibile. Auer. 2. de celo. tex. 3. c. 45. col. 4.

Cœlum proprie mouetur ex parte Orientis. Auer. 2. de celo. tex. 13. char. 48. col. 2.

Cœlum non potest recipere motum rectum, nec violentem, nec naturaliter, quoniam, si reciperet eum violentem, reciperet naturaliter, & ideo non recipit diuisionem, quoniam, si reciperet eam, accepisset corruptionem. Auer. 2. de celo. tex. 47. c. 61. col. 2.

Cœlum habere animam non est dictum, nisi propter appetitum existentem in eo, & motum localem. Auer. de sub. orbis. cap. 1. c. 4. col. 1.

Cœlum acquirit continuationem motus per motorem, ad quem finitur motus: & est intellectus abstractus à materia, nec cœli mouentur, nisi secundum quod intelligunt ipsum. Auer. de subst. orbis. cap. 6. c. 7. col. 1.

Cœlestium orbium orbis quilibet est viuens, quoniam habent corpora determinata mensuræ, & figuræ, & mouentur ex se ex partibus determinatis, non ex quacunque parte: & omne quod est tale, est viuens necessario. Auer. ex destr. disput. 1. c. 11. col. 4.

Cœli motus non est compositus ex multis reuolutionibus, nisi intellectu tantum. Auer. ex destr. disput. 4. char. 30. col. 3.

Cœlum non mouetur natura, sed anima: & eius motus non habet esse, nisi in intellectu. Auer. ex destr. disput. 14. char. 52. col. 2.

Cœlum mouetur duobus motibus contrarijs, ergo, non a natura: quia, quæ natura mouentur, vno tantum mouentur

mouentur motu. Auer. ex destr. destr. disput. 14. char. 52. col. 2.

Cœlestia corpora sunt animata, & non habent virtutibus animæ, nisi intellectum, & virtutem desideratiuam, quæ mouetur in loco. Auer. in 12. metaph. te. com. 36. char. 149.

Cœlestia corpora mouens, in nulla existente materia, est forma abstracta. Auer. in 12. metaphysic. text. com. 36. chart. 149.

Cœli motus principium non est nec phantasia, nec sensus, sed imaginatio per intellectum, & desiderium, & quod hoc corpus mouet in loco, est ab imaginatione in actu. Auer. in 12. metaph. te. co. 37. c. 150.

Cœlestium motuum principia videntur esse electa, & desiderata per motum diurnum: quod autem hunc motum facit, videtur esse desideratum per se. Auer. in 12. metaph. tex. co. 37. char. 150.

Cœli motus componitur ex duobus motibus, quorum vnus est finitæ motionis, & est anima existens in eo; alius est infinitæ motionis, & est potentia, quæ non est in materia. Auer. in 12. metaph. tex. co. 42. ch. 152.

Cœlum non habet possibilitatem aliquam, nisi ut quiescat: quod impossibile est propter motorem, in quo nulla est potentia omnino, nec essentialiter, nec accidentaliter. Auer. in 12. metaph. tex. co. 41. char. 152.

Cœlestium corporum motus sunt triginta octo, videlicet, trium superiorum planetarum Saturni, Iouis, & Martis, quinque: Lunæ, quinque: Mercurij, octo: Veneris, septem: Solis, vnus: & vnus ipsius orbis circum-euntis, qui est orbis stellarum fixarum. Sed vtrum reperitur Nonus orbis, dubium est. Nam Ptolomæus putauit dari motum tardum zodiaco præter motum diurnum, qui complet suum circuitum in quinque millibus annorum. Auer. in epitom. metaph. tract. 4. c. 182. col. 1.

Cœlum, primaque sphaera in loco est, ut vas, ut continens, & saluans. Alb. mag. in 6. princ. c. 74. col. 3.

Cœli motus non dicitur natura, sed intelligentiæ: quia si esset natura, non moueretur in loco suo. Alb. mag. in 2. phy. tract. 1. cap. 2. char. 16. col. 2.

Cœlum, si mouetur per partes, necesse est, si omnes partes mouentur, & totum moueatur. Albert. mag. in 4. phy. tract. 1. cap. 13. char. 44. col. 4.

Cœlum est in loco per accidens, & tamen mouetur in loco per se, quia suum centrum est in loco per se, & ideo circumferentia orbis dicitur esse in loco per accidens. Alb. mag. in 4. phy. tract. 1. cap. 13. ch. 45. col. 2.

Cœlum actu mutabile est, non autem substantia. Alb. mag. in 8. phy. tract. 1. cap. 13. char. 93. col. 4.

Cœlestes motus impedire potest materiæ inhabilitas, & confusio. Albert. magn. in 2. de mineral. ex tracta. 3. cap. 2. char. 142. col. 3.

Cœlestium corporum forma non mouetur, nec per se, nec per accidens. Albert. magn. de nat. loc. distinct. 1. cap. 2. char. 93. col. 1.

Cœlestia corpora, proprie loquendo, non habent locum, sed sunt aliorum locus. Albert. magn. de nat. loc. distinct. 1. cap. 2. char. 93. col. 1.

Cœlum duos motus habere Alpetraius ait: vnum vniuersalem, & primum, & vnum omnibus communem, qui sicut desideratum quemlibet proprium mouet motorem, & ille est primus motor. Albert. magn. de caus. & proces. vniuersit. a pri. cau. l. 1. tract. 4. cap. 7. char. 198. col. 2.

Cœlesti motus, non est motus corporis, sed motus compositi, & viuus, quod compositum est ex principio vitæ, & viuificato; & ideo in virtute eius mouet, quod est vitæ principium, ut motus spiritus in corpore hominis, non est motus corporis simplicis, sed motus compositi ex vitæ principio, cuius vehiculum est spiritus: & ex corpore aereo, quod ex sui animatione est vehi-

culum virtutis vitæ, siue materialiter, siue vitaliter, siue aliter spiritus operetur. Alb. mag. de caus. & proces. vniuers. a cau. pri. l. 2. tract. 2. cap. 39. char. 218. c. 3.

Cœlestes virtutes non mouent materiam, nisi prius ingrediantur materiam cum virtutibus elementalibus. Alb. mag. in 1. metaph. tracta. 5. cap. 8. char. 71. col. 4.

Cœlum non habet virtutem corporis ad motum, nisi eam, quæ est aptitudinis, & instrumenti. Alb. mag. in 11. metaph. tract. 2. cap. 16. char. 154. col. 4.

Cœlorum motus, iuxta Ptolomæum, in quinquaginta motibus completur. Tres octauæ sphaeræ, diurnus, imaginum, & accessionis, & recessionis, capitis Arietis, & Libræ a Chebit inuentus, Solis vnus, Lunæ quinque, Mercurij septem, & cuilibet aliorum octo. Alb. mag. 11. metaph. tract. 2. cap. 20. char. 158. col. 1.

Cœlorum motus omnes nunquam comprehensos esse ab aliquo mortalium existimat Albertus. Alb. mag. in 11. metaph. tract. 2. cap. 25. char. 158. col. 3.

Cœli motus non est proprie de potentia ad actum, sed est de actu ad actum, & est motus perfectissimi, cuius esse est in motu esse. Albert. magna. in 11. metaph. tract. 3. cap. 3. c. 163. col. 1.

Cœlestia corpora sunt semper secundum esse substantiæ illorum, non autem secundum vbi: ideo eorum duratio non mensuratur tempore, sed motus localis ipsorum tempore mensuratur. D. Thom. in 4. physie. l. 20. tex. 117. char. 68. col. 1.

Cœlestis corporis aliqua pars si à toto extraheretur, nec sursum, nec deorsum moueretur, quia eadem ratio est de toto, & partibus. D. Thom. in prim. de celo. l. 5. tex. 19. c. 5. col. 4.

Cœleste corpus non habet priuationem alicuius formæ, sed solum priuationem ad vbi. D. Thom. in prim. de celo. l. 6. tex. 20. c. 6. col. 2.

Cœli motus, & si semper continuus sit, tamen vna circulatio perficit omne opus suæ speciei. D. Thom. in pri. de celo. l. 4. tex. 13. char. 4. col. 3.

Cœlum mouetur à primo motore immobilis, ut desideratum, & intellectum; & sic mouetur à natura, & ab anima. a natura, vt a causa secundaria, quia natum est aptum sic moueri. ab anima, vt à principio principali, & actiuo motus. D. Tho. in 2. de celo. l. 3. tex. 13. c. 32. col. 1.

Cœli motu cessante, omnis motus inferiorum corporum cessaret. D. Thom. in 2. de celo. l. 9. text. 20. chart. 34. col. 3.

Cœlestia corpora per animam intellectualem eis vnitam cognoscunt, quæ inferiora per sensum; quod est contra Simplicium. D. Thom. in 2. de celo. l. 13. tex. 50. char. 43. col. 1.

Cœlestia corpora habent accidentia perceptibilia sensu, quod est contra Simplicium. D. Tho. in 2. de celo. l. 14. tex. 53. c. 43. col. 4.

Cœlestia corpora si sunt animata, habent intellectum, sine sensu, & cognoscunt non solum vniuersalia, sed etiam particularia: quia perfectiones inferiorum per multa, superiorum sunt per vnum. D. Thom. 2. de celo. lec. 13. tex. 51. c. 47. col. 4.

Cœlum, vel astra in ipso lata sunt ea, quæ primo mouent elementa ad missionem. D. Thom. in 1. de gener. & cor. l. 24. tex. 84. c. 22. col. 3.

Cœlum moueri ab aliquo firmato ab aliquo corporeo, quod intra cœlum sit, inconueniens est. D. Thom. de ani. motu. l. 3. c. 49. col. 3.

Cœli natura, quam experti sumus, est vt perpetuo moueatur. quod tamen non præiudicat diuinæ potentia, ac voluntati, à qua dependet motus cœli, & esse eius. D. Thom. 9. metaph. l. 9. tex. 17. char. 601.

Cœlum licet moueatur localiter, non tamen mouetur ad formam. Alexand. de Ales. in 4. metaph. tex. 23. c. 95. col. 1.

Cælum necessario mouetur non motu violento, quia nullum violentum durabile, sed necessitate immutabilitatis. Alexand. de Ales. in 6. metaphysic. text. 5. ch. 175. col. 3.

Cœlestia corpora sunt instrumentum mouentium, ita vt secundum ordinem instrumentorum est ordo mouentium. Alexand. de Ales. 12. metaphysic. text. 43. c. 347. col. 2.

Cælum in inferiora agit, & de eo cognitionem habere possumus.

Cœlestia, & si leuiter attingere possumus, tamen ob eius generis cognoscendi excellentiam amplius oblectamur, quam cum hæc nobis iuncta omnia tenemus; vt quamlibet partem, minimaq; corporis nostrarum puellæ deliciarum vidisse gratius, & iucundius est, quam cæterorum hominum membra tota perspexisse & contrectasse. Arist. de histo. ani. 1. cap. 5. colum. 416.

Cœlestia agentia in hæc inferiora non repatiuntur ab eis, quia non est illis vna subiecta materia. Ioan. Gram. in pri. de gen. & cor. tex. 43. co. 103. c. 65.

Cœli calor largitur vitam vegetabilem, & animalem: calor ignis illuminantis corrumpit, & destruit entia, contra Alchimistas. Auer. de subst. orbis. cap. 2. c. 5. col. 1.

Cœlestia corpora in generabilibus casu sunt illa, quæ dant istis aliquod loco feminum, & virtutum; quæ sunt in feminibus, & in eis, quæ generantur ex femine. Auer. in 7. metaph. tex. 18. char. 85.

Cœlestibus formis obediunt inferiores formæ, vt aiunt astrologi, loquentes de figuris stellarum. Auerroes in 12. metaph. tex. 50. char. 156.

Cœlestia corpora sunt in causa, vt elementa habeant esse. Auer. in epitom. metaph. trac. 4. c. 185. col. 1.

Cœlestia corpora agunt formas essentialiter, spiritualiter, & intellectualiter. Alber. mag. in secundo de cælo, trac. 3. cap. 5. c. 34. col. 2.

Cœli scientiam abijcere non debemus, quia non possumus totum illud comprehendere, quod quæri potest de illo. Alb. mag. in 2. de cælo. trac. 3. cap. 11. c. 37. c. 3.

Cœlestis natura non venit in compositionem corporum generabilium, & corruptibilium. Alber. mag. de sen. & fen. trac. 2. cap. 12. c. 7. col. 4.

Cœlum diffundit virtutes formatiuas in homine, & maxime per radios missos a lumine stellarum. ideo quælibet radiorum figura, & angulus diuersus in inferioribus causat virtutes. Alber. mag. de natu. loco. distin. 1. cap. 5. c. 99. col. 3.

Cœlestis effectus speciales, & obseruatas materias suarum imaginum requirit. Alber. magn. in 2. de miner. trac. 3. cap. 4. c. 142. col. 4.

Cœli virtus, quæ influitur, non durat semper, sed aliquo temporis periodo: postea cassa, & inutilis permanet. Alb. mag. in 2. de miner. ex trac. 3. cap. 3. c. 142. col. 4.

Cœlestes & elementares virtutes faciunt in vasis naturalibus, quæ faciunt in artificialibus; sed ad modum naturalis formationis: & quæ facit natura, caliditas Solis, & stellarum, hoc facit ars calore ignis, dummodo corrumpetur sic, quod non excedat virtutem se mouentem, & informantem, quæ est in metallis. Alb. mag. in 3. de miner. ex trac. 1. cap. 9. c. 145. col. 3.

Cœli motus cum indicat esse, & vitam, & sensum, motus ille est animæ intellectualis, quæ intrinseca est in corpore, quod mouetur. Albert. magn. in 11. metaph. trac. 2. cap. 13. char. 155. col. 2.

Cœlestia corpora, cum non communicent cum corporibus inferioribus in materia, sic agunt in ea, vt non patiantur ab eis: & tangunt, & non tanguntur. D. Thom. in 3. physic. l. 4. tex. 16. char. 34. col. 2.

Cœli corpora agunt in corpora nostra, non autem di-

ctè in animas nostras, sed motis corporibus per accidens, mouentur & animæ vires, quæ sunt actus corporalium organorum. D. Thom. 8. physicor. lec. 4. te. 2. char. 124. col. 1.

Cœlestis virtus in rebus naturalibus potest non habere suum effectum propter materiz indispositionem. D. Thom. 6. metaph. l. 3. tex. 7. char. 419.

Cœlestis corpus quanto est superius, tanto habet vniuersalior, & diuturnior, & potentior effectum. D. Thom. 12. metaph. lect. 9. tex. 93. char. 882.

Cœlestis figuræ virtus non recipitur in contento, nisi mediante continente proximo. D. Thom. 2. politic. lect. 5. char. 108. col. 3.

Cœlestis virtus cum sit materialis, & corporea, & intellectus immaterialis, & separatus, non agit per seipsam, sed tantum per accidens, in quantum dependet a sensu, & ideo intellectus, & voluntas non necessitantur in operationibus suis a virtute cœlesti, per se. D. Thom. 2. politic. lect. 5. char. 108. col. 3.

Cœlestis dispositio, per comparisonem ad hæc inferiora, duplex est. Vna, quæ attenditur secundum propinquitatem, vel remotionem a via Solis, & sic quidam sunt calidi, quidam frigidi. Alia est dispositio in ordine ad ea, quæ hic sunt, quæ attenditur secundum figuram stellarum erraticarum ad se inuicem, & ad fixas: & hæc continue est alia, & alia alio modo, & si sensibiliter non appareat; & sic ciuitas, aliquando nata est gubernari, & aliquando gubernare. D. Thom. 7. politic. lect. 5. char. 108. col. 3.

Cælum vt à prima causa dependet, & an genitum, vel incorruptibile sit.

Cœlum Antiqui genitum esse dicunt omnes: sed hi quidem genitum sempiternum. Alij vero corruptibile, vt alia, quæ natura constant. Alij vicissim, quandoque, sit quandoque aliter. Aristotel. prim. de cælo. tex. 101. c. 276.

Cœlum genitum esse, & sempiternum impossibile est. Arist. prim. de cælo. tex. 102. char. 277.

Cœlum, & qui sursum est locum, Antiqui Dijs attribuerunt, vt pote quod solum est immortale. Aristot. 2. de cælo. su. 1. cap. 1. tex. 2. c. 291.

Cœlum ingenerabile, & incorruptibile, & impassibile omnes mortales asseruerunt, & sine labore: quia nulla indiget violenta necessitate, quæ prohibens detineat ipsum aptum natura aliter ferri. Arist. 2. de cælo. su. 1. cap. 2. tex. 3. char. 291.

Cœlum non est sempiternum ab anima cogente: Arist. 2. de cælo. su. pri. cap. 3. tex. 6. char. 292.

Cœlum, & natura oportet vt dependeat ex prima intelligentia. Aristotel. 12. metaphysic. sum. 2. cap. 2. tex. 38. c. 253.

Cœlum ingenitum, & corruptibile esse nemo ausus fuit asserere. Simplic. in 1. de cælo. cap. 44. tex. 101. c. 98. col. 3.

Cœlestis corpus est medium inter æternum, & corruptibile; quia est generabile, & corruptibile quo ad vbi, & manens quantum ad substantiam. Auer. phyf. 8. tex. 15. c. 160. col. 1.

Cœlum ingenerabile esse, posuit primus ex Græcis naturalibus Aristoteles. Auer. in 1. de Cælo. tex. 27. c. 9. col. 3.

Cœlestis corpus non habet potentiam, vt corrumpatur, quia non habet contrarium. est igitur permanens per se, & per suam substantiam. Auer. in 12. metaph. tex. co. 41. char. 152.

Cœlestis motus æternitas est propter motorem, in quo nulla potentia existit ad aliquem motum transmutationis, nec essentialis, nec accidentalis. Auer. in 12. metaph. tex. com. 41. char. 152.

Cœlestis

Cœlestis corporis motor est potentia, non materialis necessario. Auer. in 12. metaph. tex. co. 41. char. 152.

Cœli factio a prima causa procedit in esse ante esse, per modum motus recti: & illi adiacet tempus concensatum illi, vt ait Plato; quod non male, & naturaliter dixit. Alb. mag. in 3. phy. tract. 2. cap. 3. char. 35. col. 3.

Cœli fluunt a prima causa, secundum electionem suæ voluntatis. Albert. magn. in 8. physic. tract. 1. cap. 15. char. 94. col. 3.

Cœlum Zabij dixerunt, quod non incepit per generationem, nec finem habebit per corruptionem. Stoici, quod per generationem incepit, & quod per corruptionem non finietur. Pithagorici, & per generationem incepisse, & per corruptionem desitutum. Sarceni quidam, quod per generationem non incepit, per corruptionem tamen desitutum. Alb. in 1. de cælo. tract. 4. cap. 1. char. 18. col. 1.

Cœlum esse factum in quantum habet principium actuum, sic esse, Platonem existimasse, Platonici aiunt: non autem ita, vt habet durationis suæ principium. D. Tho. in 8. phy. l. 2. tex. 10. c. 100. col. 4.

Cœlum posuerunt Philosophi a Deo productum esse cœternè sibi: nos autem ponimus cœlum productum a Deo, secundum totam sui substantiam, ab aliquo determinato principio temporis. D. Thom. in 1. de cælo. l. 6. tex. 20. char. 6. col. 2.

Cœlum omne non est factum, nec corruptum, nec contingit corrumpi propter Dei voluntatem. D. Thom. in 1. de cælo. l. 1. tex. 1. c. 29. col. 3.

Cœlum corrumpi impossibile est simpliciter, & per se: quia motor cœli, vt est causa mouendi, ita & essendi causa est. D. Thom. de anim. motu. l. 2. c. 9. col. 2.

Cœlestia, & natura substantiarum separatarum, non habent corruptionem in se, nec malum. D. Thom. 12. metaph. l. 12. tex. 54. c. 912.

Cœlum, nec substantiæ separatae componuntur ex contrarijs. Alex. de Ales. 4. metaph. tex. 6. c. 81. col. 3.

Cœlum ideo incorruptibile est, quia eius forma non est iuncta cum priuatione. Alex. de Ales. in 5. metaph. tex. 17. char. 131. col. 3.

Cælum ut materiam, principia, quantitates, proprietates, & figuram habet.

Cœlum figuram sphericam habere necesse est: hæc enim est & maxime propria, & substantia, & naturæ prima. Aristotel. 2. de Cælo. sum. 2. cap. 3. tex. 72. char. 298.

Cœlum si esset rectilineum, accideret, & locum esse extra, & corpus vacuum. Rectilineum enim, quod circulariter vertitur, nunquam eandem occupabit regionem: sed vbi prius erat corpus, nunc non est; & vbi nunc non est, iterum erit, propter permutationem angulorum. & de omni alia figura non æquales habente lineas, quæ ex medio, sic erit. Arist. 2. de Cælo. su. 2. cap. 3. tex. 27. c. 299.

Cœlum totum sphericum esse, & astrorum vnumquodque rationale est. Ad eum enim motum, qui in eodem sit, sphaera figuram maxime utilis est: sic enim velocissime mouetur, & maxime occupabit locum eundem. Ad eum autem, qui in ante fit, ineptissima est. Et cum cœlum in eo, qui in ipso est, motu, moueri debeat, & astra non progredi per seipsa, rationabiliter vtrunque erit sphericum. sic hoc maxime mouebitur, hoc quiescet. Aristotel. 2. de Cælo. sum. 3. cap. 2. tex. 51. char. 309.

Cœlum cur nocte media, & meridie maxime solet tranquillari? quia venti tranquillitas, aeris statio est, qui tunc constare maxime solet, cum, vel vincit, vel vincitur. Etenim, quamdiu pugnat, mouetur, & inquietatur, vincit autem nocte dimidiata, vincitur meridie;

vt enim medio noctis Sol remotissimus, sic in meridie proximus est. Ad hæc flatus, vel ortu Solis, vel obitu incipit; cessat, qui ortu ceperit, cum victus est: qui vespera, cum parta victoria desinit. itaque fit, vt alij meridie, alij noctis medio cessent. Arist. problem. sec. 25. q. 4. c. 573.

Cœlum purum & placidum, serenum indicat, turbulentum vero hyemem; quia hyems aere consistente, & spissescente fieri solet; ergo cum Sol vincit, & illustrat aerem; cum euincitur, nubibus obscurat, & incaffrat. Quod si constitutio valida, hyems continuo luce prima erumpit. sed si imbecillior sit, nec ex toto succumbens, occasum versus depellitur, quod consistit, ac inibi manet, eo quod aer terræ, proximus hyeme instante crassissimus est, & mox reliquus quoque consistit, eo quod initium, & firmamentum obtinet stabilitatis, quod suscipere, & colligere possit, quantum subinde accesserit. & cum occasus est perturbatus, constitutionem minime victam esse à Sole diu pugnante firmissime indicatur; itaque plus posse consistere consentaneum est. Et quidem minus timendum, cum hyeme prægressa, quam cum post serenum id accidit, quippe cum illa ratione veluti reliquias quasdam restare, ac initium consistendi oriri videatur. Aristotel. problem. sect. 26. tex. 6. c. 581.

Cœlum non est e natura elementorum, alioquin esset corruptibile, sed nec est generabile, immo est causa generationis. Aristotel. de caus. & propr. element. cap. 1. char. 962.

Cœlum materiam habere nihil prohibet, id est materiam ad vbi. Arist. 9. metaph. cap. 4. tex. 17. char. 188.

Cœlum & hic mundus, multa, eaque præclara, & beata sortitus est ab eo, qui genuit; fuit etiam nihilominus corporis particeps, idcirco partis principium, & finem obtinet. Simp. in pri. phy. c. 35. col. 1.

Cœlestia non habent materiam, sed subiectum. Simp. in 2. phy. tex. 69. c. 128. col. 1.

Cœlestium corporum substantia tota est subdita ortui, videri enim, & tangi potest, & corpus habet. Simplic. in 4. physic. char. 284. col. 1.

Cœlestium sphaerarum aliquam differentiam esse non negat Aristoteles, non autem secundum materiam. Simp. in pri. de cælo, tex. 11. co. 11. c. 6. col. 4.

Cœlestis corpus Solis radios tanquam immateriale immaterialiter non prohibet ferri ad corpus id, quod sub luna est. Simplic. in 2. de cælo, tex. 42. com. 29. chart. 67. col. 2.

Cœlestia formam, & materiam, vt principia habent, non autem priuationem. Ioan. gram. in 1. physic. text. 67. char. 26. col. 3.

Cœlestia non egent sensu, semper enim intellectuè operantur, & nunquam ab vniuersalibus recedunt; sensus autem est particularium apprehensiuus, & circa ea agitatus, & inuolutus non finit intellectum immorari in vniuersalibus: sed nugaci vicino similis est, qui multum loquitur, & legentem interturbat. Io. Gra. in 3. de ani. tex. 60. c. 96. col. 3.

Cœlestia rationalem habent animam: sed Aristotelici sensum non habere affirmant, eo quod ab affectione, & passione aliena sunt. Ioan. Gram. in 3. de ani. tex. 60. c. 67. col. 4.

Cœlum non habet in se qualitatem tangibilem. Auerr. physic. 4. tex. 58. char. 70. col. 4.

Cœlum impossibile est, vt sit velocius. Auerr. 6. physic. tex. 15. c. 117. col. 3.

Cœlum non habet materiam, quia si haberet, haberet contrarium, & esset generabile, & corruptibile. Auer. 1. de cælo. tex. 95. char. 50. col. 3.

Cœli materia, si non fuerit composita, non habebit formam ita, vt sit intellecta, sed est vna numero indiuidua per se, & est intellecta in respectu ad aliud; vt est

est de communi materia, scilicet, quod non operatur per se corpus celeste, nisi in quantum est subiectum formæ operantis intellectus: sicut intelligitur materia in quantum est subiecta formæ, tamen prima materia est in potentia & ista est in actu; & ideo in hac nulla est potentia, vt possit denudari a sua formâ, & non habet nisi potentiam ad vbi. Auer. in 1. de Cælo. tex. 95. c. 30. col. 3.

Cælum est natura ad hanc naturam, quæ est subiectum intellectus, non quod habet formam, & materiam. Auer. pri. de cælo, tex. 95. c. 30. col. 3.

Cælum non est compositum ex materia, & forma, vt alia simplicia: quia haberet contrarium, nec ex elementis in actu, quia est simplex. Auer. 2. de cælo. tex. 1. c. 45. col. 2.

Cæli forma non coheret cælo mediantibus dimensionibus, vt formæ generabiles, & corruptibiles: ideo cæli materia caret potentia. Auerr. 2. de cælo; text. 3. chart. 45. colum. 4.

Cælum & si non sit nec graue, nec leue, melius tamen dicitur leue esse, quàm graue. Auer. 2. de cælo. tex. 4. c. 46. col. 1.

Cæli differentia dextrum, & sinistrum non sunt materiales, sed secundum similitudinem: & modus assimilationis est, quia apparet in orizontibus determinatis. erit ergo locus ortus Solis primi inhabitabilis locus, in quo primo apparet virtus motionis: vt si in isto loco imaginaueris locum extrinsecum, quamuis illic, nec sit intrinsecum, nec extrinsecum. Auer. 2. de cælo. tex. 15. c. 49. col. 2.

Cælum non componitur ex materia, & forma. Auer. 2. de cælo. tex. 15. char. 58. col. 2.

Cælestia corpora manifeste videntur intelligere, & moueri, sed non nutrirî, neque sentire. Auer. 2. de anima. tex. 15. char. 129. col. 4.

Cælestia corpora non habent de virtutibus animæ, nisi concupiscentiam, & intellectum. Auer. 2. de anima. sum. 2. tex. 32. char. 133. col. 1.

Cælum nunquam inuenitur diaphanum in potentia, eius enim natura semper est illuminata. Auer. 2. de anima. tex. 69. char. 140. col. 4.

Cælestis natura nunquam recipit obscuritatem, nisi hoc, quod existimant de Luna in eclipsi, & apud diuersitatem situm eius a Sole, si concesserimus: quia natura Lunæ fit ex naturis diaphanis, non ex naturis luminosis, & forte composita est Luna ex istis duabus naturis. Auer. 2. de ani. tex. 91. c. 141. col. 1.

Cæli forma non existit per suum subiectum, & suum subiectum est simplex non compositum ex materia, & forma: quia si ista essent, esset generabile, & corruptibile. Auer. de subst. orbis cap. 1. c. 4. col. 1.

Cæli materia habet esse medium inter materiam, quæ est in potentia, & actum purum, scilicet tres dimensiones, in quibus non est potentia omnino; & sic potentia habebit gradus, & materia habebit gradus, & per hanc potentiam, indigent corpora cælestia motore, in quo non est potentia omnino. Auer. de subst. orbis. cap. 5. char. 6. col. 2.

Cælum habet naturam existentem sibi propriam, aliam ab ea, quæ est generabilem, & corruptibilem, cum semper sit in presenti, præterito, & futuro: & omnia generabilia, & corruptibilia sint transmutabilia. Auer. in 1. metaph. tex. co. 22. c. 8.

Cælum habet materiam localem, tamen non habet materiam generabilem, & corruptibilem. Auer. in 8. metaph. tex. co. 4. c. 99.

Cælum nihil prohibet esse in potentia secundum materiam ad vbi, sed prohibet, vt sit in potentia secundum formam. Auer. in 9. metaph. tex. co. 17. c. 114.

Cæleste corpus non habet potentiam diuisibilem, secundum diuisionem corporis; scilicet formam mate-

rialem: nam, si ita esset, esset in eo materia, quæ est in potentia. Auer. in 12. metaph. tex. co. 10. c. 139.

Cælestia corpora quia non sentiunt, ideo desideratum in eis non differt ab intellectu. Auer. in 12. metaph. tex. co. 36. c. 149.

Cælestia corpora non habent virtutes phantasticas, quia non reperiuntur virtutes phantasticæ sine sensibus. Auer. in epito. metaph. tract. 4. c. 182. col. 3.

Cælum, & elementa ex eadem fieri materia nihil prohibet, si materia sumatur generaliter, vt materia vltimæ sunt dimensiones quantitatis, alioquin non est compositum ex materia & forma, proprie loquendo. Alb. mag. in 1. de cælo. tract. 1. cap. 8. c. 5. col. 3.

Cæli materia significatur per potentiam ad vbi, materia autem generabilium determinatur per potentiam ad vbi, ad motum, & formam. Albert. mag. in 1. de cælo. tract. 3. cap. 8. c. 17. col. 1.

Cæli materia est æquiuoce materia ad materiam generabilium, & corruptibilium. Albert. mag. in 2. de cælo. tract. 1. cap. 1. c. 23. col. 2.

Cælestia corpora non sunt in potentia ad formam, sed ad vbi tantum. Albert. magn. in 1. meteor. tracta. 1. cap. 2. c. 28. col. 2.

Cælestia corpora multo maiora sunt (præter Lunam, & Mercurium) quam terra. Alb. magn. in 3. meteor. tract. 4. cap. 3. c. 110. col. 2.

Cælum, quia per aliud, & per accidens materiæ coniungitur, non de necessitate efficit, nec causat id, quod per se potentia figurarum, & imaginum est in seipso. Alb. mag. de caus. & proces. vniuer. a cau. prim. lib. 2. tract. 5. cap. 5. char. 227. col. 4.

Cælestium corporum materia priuationem designat, sed tamen suppositi determinatione. Albe. magn. de caus. & proces. vniuer. a cau. prim. lib. 2. tract. 5. cap. 5. char. 227. col. 4.

Cælestia non habent sensus; quia si haberent, haberent, vel propter dignius aliquid in anima, aut propter dignius aliquid in corpore: sed non per hoc, quia intellectus per sensibilia minus intelligeret, & corpus cæleste propter sensus, non esset melius, sed potius nihil erit propter corruptionem, quæ est ex sensu. Alb. mag. in 3. de ani. tract. 5. cap. 1. char. 49. col. 1.

Cælorum figuræ, primæ sunt figuræ, & ante omnium generatorum natura, & arte figuræ. Alber. mag. in 2. de mineral. tract. 3. cap. 3. c. 142. col. 3.

Cæli raritatem, & densitatem habent, non vt a forma in formam mutantur, sed vt per partes ipsorum magis propinqui sunt, & minus. Albert. magn. in prædic. char. 41. col. 3.

Cælestis virtus appetitus est, omnem speciem, quæ est in potentia, educere in actum. Alb. mag. in 7. metaph. tract. 9. char. 217. col. 4.

Cælestia corpora omnia sunt ex materia sua tota; quia quicquid est de potentia ad formam dantem esse, nihil habet extra formam, quam habet, & ex materia sua tota est. Alber. magn. in 11. metaph. tracta. 3. cap. 1. char. 162. col. 2.

Cælestia corpora, per numerum non sunt multiplicabilia; quia multiplicatio per numerum est ex materia, & nihil potest multiplicari per materiam, quod ex tota sua materia constat. Albert. magn. in 11. metaph. tract. 9. cap. 1. char. 162. col. 2.

Cæli salus est in continua acceptione luminis intelligentiæ, & explicatione ipsius per motum; quia per hoc habet esse, vt est cælum, & hic sequitur, quod tota materia per partes esse accipiat diuersum, vt diuersimode elongatur vel obliquatur ad effectum. Alber. mag. in 11. metaph. tract. 3. cap. 3. c. 163.

Cælestium corporum vires indirecte reducuntur ad intellectum, & voluntatem: vt intellectus, & voluntas vtuntur viribus sensitiuis. D. Tho. in Periher. c. 14. c. 4. Cæleste

Cæleste corpus nullam grauitatem, nec leuitatē habet, alioquin vel ad medium, vel a medio moueretur. D. Tho. in pri. de cælo, l. 5. te. 19. c. 5. col. 4.

Cælestis materia est alia a materia inferiorum per habitudinem ad diuersas formas, quarum vna est totalis, alia partialis; sic enim potentia sunt diuersæ secundum diuersitatem actuum, ad quos sunt. D. Tho. in 1. de cælo, l. 6. te. 20. c. 6. col. 2.

Cælestia corpora nil prohibet alterari alteratione pfectiua, q̄ sit, cū aliquod ab alio pfectitur, absq; alterius abiectione; vt Luna a Sole alterat, alteratione aut passua nō alterant. D. Tho. in 1. de cælo, l. 7. te. 22. c. 7. c. 2.

Cælestia corpora, in tantum dicuntur simplicia, vt non consistit ex contrarijs naturis, & tamen in illis aliqua diuersitas secundū naturā speciei licet fm genus conueniunt. D. Thom. in 2. de cælo, l. 10. te. 41. c. 39. col. 2.

Cælestia corpora oīa secundū virtutem luminis calefacere debent: sed secundū proprias virtutes singulis corporibus attributas, non solū calefacere, & infrigidare debēt, sed etiā oēs alios effectus corporales in hæc inferiora efficere. D. Th. in 2. de cælo, l. 10. te. 43. c. 40. c. 1.

Cælestia corpora non habent nec calorem, nec frigus, sed in illis est virtus horum efficiens. D. Tho. in 2. de cælo, l. 10. te. 43. c. 40. col. 1.

Cælum non habet sensum, quia ei propter sensum nihil melius proueniret. D. Thom. in 2. de cælo, l. 13. tex. 51. char. 42. col. 4.

Cælum separatum esse a materia, & esse mobile impossibile est; quia nihil mouere potest, quod separatum sit a materia. D. Tho. 3. metaph. l. 7. te. 7. c. 140.

Cælestia non habent materiam ad esse, sed tantum ad vbi. D. Tho. 7. metaph. l. 15. te. 53. c. 55.

Cælestia habent alterationem secundum illuminationē, & obscuritatem, non tamen generabilia, & corruptibilia sunt. D. Tho. 8. metaph. l. 1. te. 4. c. 587.

Cælestia corpora animata esse ponit Arist. D. Thom. 12. metaph. lec. 4. te. 23. ch. 85. 1.

Cælum fm Arist. est animatum aīa intelligente, & desiderante. D. Thom. 12. metaph. l. 8. tex. 39. char. 874.

Cælum, & elementa sunt diuersa genere; quia nec vnum resoluitur in aliud, nec ambo in tertium: ideo non habent materiam communem. Ale. de Ales. 5. metaph. tex. 32. char. 164. col. 2.

Cælum non habet materiam, quia in eo non est natura necessarij, nec possibilis. Alex. de Ales in 8. metaph. tex. 14. ch. 216. col. 1.

Cælum vt a terra distat, & quæ pars sub ipso habitabilis est.

Cælum a terra distat per spatium duorum signorum Zodiaci. Io. gra. in 2. de ani. tex. 69. c. 53. col. 4.

Cæli pars superior, vel inferior non intelligitur, nisi secundum partem mundi habitabilem, quæ est tantum quantum Septentrionalis hemispherij. In quo decipitur (vt patet) per ea, quæ de nouo inuenta sunt. Albe. mag. in 2. phy. tract. 1. cap. 5. c. 26. col. 2.

Cœnosa in somnis, ac male olentia sentire signum est morbi, crassos enim & viscosos laborare humores significat. Mich. Ephes. de diu. per som. c. 22. col. 1.

Cœruleum est animal nomine, & re cœrulei coloris aquaticum, quod Ganges fluuius nutrit. habet brachia duo longitudinis cubiti vnus valde sæua, quibus ad portam fluminis magnas bestias capit, & trahit in profundum. Alb. mag. de ani. l. 24. cap. 1. ch. 197. col. 2.

Cogi dicimus, quibuscunque exterior est causa aliquid contra naturam faciendi, & præter quam volunt: at, quibus ipsis inest causa, hos cogi non dicimus. Arist. mag. mora. 1. cap. 13. c. 290.

Cogitatio, id est, intellectus actiuus, quod in affirmatione habet, idem habet in negatione, appetitum, in persequendo & fugiendo. Arist. 6. Ethic. nic. cap. 2. c. 140.

Cogitatio nihil mouet, sed ea, quæ causa alicuius est, & actiua. Hæc enim etiam effectiua domipatur, quippe cum alicuius causa facit vnusquisque, qui facit, nec finis tantum, sed aliquid & alicuius sit, quod sit, non tñ agit, bona enim actio finis est, finis vero ipsius est appetitus. Arist. 6. ethic. ad Nicom. cap. 2. char. 140.

Cogitatio nostra, & phantasia, quia remoto corpore, existimant quandam inanem intercapedinem relinquere, est causa, vt locus appareat interuallum vacuum esse. Simp. 4. phy. te. 4. c. 210. col. 2.

Cogitatio est discursiua rationis actio. Simp. in 3. de ani. ex sec. 1. tex. 152. ch. 54. col. 1.

Cogitatio licet vere, licet falsè cognoscibilibus occurrit, non contenta est occurru, nec assentitur, nisi insuper quoque iudicet, quod intellectio illa sit vera, siue recte, siue non id faciat. Nonnunquam enim in iudicio illo errat. Simplicius in 3. de anima, ex sec. 1. text. 153. ch. 54. col. 2.

Cogitatio aliquando mentitur, nō tamen idcirco est sensu inferior, qui in proprijs sensibilibus est verus. Simp. in 3. de ani. ex sec. 1. te. 152. c. 54. col. 2.

Cogitatio primo sensu indiget, postea experientia, & memoria, vt vniuersale cognoscere queat. Simp. in 3. de ani. ex sec. 1. te. 153. c. 54. col. 2.

Cogitatrix nostra ab imperfecto ad perfectum, a propositionibus ad conclusionem progreditur. Ammo. in 1. de inter. char. 36.

Cogitatio est via quædam a propositionibus ad conclusiones. Io. gra. in 1. de ani. ex proem. c. 2. col. 1.

Cogitatio est quædam alteratio, & cerebri, & alij corporis, maxime autem faciei: sed ipsa eam sequitur, quæ est propter cerebrum, vt quædam causa. Io. gra. in 1. de ani. tex. 64. c. 27. col. 2.

Cogitatio differt a sensu, quia cito decipitur: sensus non cito. Io. gra. in 3. de ani. te. 10. c. 79. col. 1.

Cogitatio sola ratiocinatur, ideo & decipitur. Io. gra. in 3. de ani. te. 150. c. 79. col. 1.

Cogitatio sine imaginatione operari non potest. Io. gra. in 3. de ani. te. 150. c. 79. col. 1.

Cogitatio non ratiocinatur, quoniam sensus cogitationi præbet ea, in quibus versatur, & hæc particularia sunt. Magen. in prior. c. 47. col. 3.

Cogitabilem, quorū finis eligibilis est, vt in artificialibus, & plerisque alijs, horum est eligibilis finis. Mic. ephes. de ani. mot. ch. 48. col. 4.

Cogitativa virtus apud Arist. est virtus distinctiua individualis, quæ non distinguit nisi individualiter, non vniuersaliter. Auer. 3. de ani. te. 6. c. 167. col. 1.

Cogitatiuam virtutem existimauit Galenus esse rationalem materialem, & in hoc errauit. Auer. 3. de ani. tex. 6. ch. 167. col. 1.

Cogitativa virtus est de numero virtutum sensibilibum: item imaginatiua, & rememoratiua. Auer. 3. de anim. tex. 7. c. 367. col. 3.

Cogitativa virtus est aliqua ratio: & actio eius nil aliud est, quam ponere intentionem formæ imaginationis cum suo indiuiduo apud rememorationem; aut distinguere eam ab eo apud formationem. Auer. 3. de ani. te. 20. ch. 171. col. 1.

Cogitativa virtus quando iuuabit se cum informatiua, & rememoratiua innata est præsentare ex imaginibus rerum aliquā, quam nunquam sensit in ea dispositione, fm quam esset, si sensisset eam fide, & informatione, tunc intellectus iudicabit illas imagines iudicio vniuersali. Auerroes 3. de ani. te. 3. c. 174. col. 3.

Cogitationis intentio nihil aliud est, quam vt cogitativa virtus ponat rem absentem a sensu, quasi rem sensatam: & ideo comprehensibilia humana diuiduntur in hæc duo, in comprehensibilem, cuius principium est sensus; & comprehensibilem, cuius principium est cogitatio. Auer. 3. de ani. te. 33. c. 174. col. 3.

Cogitativa virtus non est intellectus materialis, nec intellectus, qui est actu, sed virtus particularis materialis. Auer. 3. de ani. te. 33. c. 174. col. 3.
 Cogitativa non componit intelligibilia singularia; quia intellectus materialis ea componit. Cogitatio enim non est, nisi in distinguendo individua illorum intelligibilium, & præsentare ea in actu, quasi essent apud sensum: & cum fuerint præsentia apud sensum, tunc cadit cogitatio, & remanebit actio intellectus in eis. Auer. 3. de ani. te. 33. c. 174. col. 3.
 Cogitativa, quam appellavit Aristot. intellectum possibilem, est generabilis, & corruptibilis: quod manifestum est, cum habeat instrumentum terminatum, quod est medius cerebri ventriculus. Auer. 3. de ani. te. 33. char. 174. col. 3.
 Cogitativa est, qua prævidet homo, si est conueniens, vel non. Auer. de ani. beat. cap. 5. c. 66. col. 2.
 Cogitativa differt ab æstimativa, quia cogitativa apprehendit individuum, & sub natura communi, quod ei contingit, vt intellectiva vnitur in eodem subiecto. æstimativa non apprehendit individuum, vt est sub natura communi, sed solum vt est terminus, aut principium alicuius actionis, vel passionis. D. Tho. in 2. de ani. l. 13. tex. 65. c. 34. col. 1.

Cognitionis diuisio.

Cognoscere est alia quidem prius cognoscere, quorundam vero simul accipere cognitionem, vt vniuersale cognoscere potest, & p hoc, & particulare cognoscere. Aristot. poster. l. 1. cap. 1. tex. 3. char. 295.
 Cognitionis bonorum altera, altera est honorabilior, aut secundum certitudinem, aut ex eo, quod & meliorum, & mirabiliorum est. Aristot. de ani. l. 1. c. 1. te. 1. c. 587.
 Cognitionis duplex: altera intellectualis, quæ verum tantum nouit; alia cogitativa, cui est oppositum falsum. Ammon. in prædic. char. 106.
 Cognitionis cum alia per distinctionem, alia per elementa fit, inter vtique media est, quæ intellectiva potius, quam opinatrix dicitur, etiam inferiori, deteriorique certitudine antecedit, & a superiori, meliori que deficit, quod diuisa fit, & magis vilis. Simpl. in 1. physic. char. 4. col. 2.
 Cognitionis rationalis, quæque iudicat, an intellectio sit vera, ita assentitur, vt omnino rationi innitatur, aut necessariæ, aut persuasibili, aut vt loquenti personæ, quæ fide digna sit, quod rationem quandam indicat. Simp. in 3. de ani. ex sec. 2. tex. 156. c. 55. col. 3.
 Cognitionis, vel expers erroris est, & vera, & hoc modo componitur argumentum demonstratiuum; vel falsa semper, quomodo captiosa ratiocinatio constat; vel interdum vera, interdum falsa, & dialectica cõficitur ratiocinatio. Io. gra. in 1. prior. c. 2. col. 3.
 Cognoscens facultas diuiditur in mentem, intelligentiã, opinionem, phantasiã, visionem, & sensum. Io. gra. in 1. prior. cap. 2. c. 2. col. 1.
 Cognitionis omnis (vt ait Plato) disciplina, & inuentio duobus modis fit: vel cū altero differentes cognoscimus, vel ipsimet inuenimus. Io. gram. in 1. post. cap. 1. col. 3.
 Cognoscendi duo sunt modi: vnus, cum in præcognitū indicimus obliuione non intercedente; alius cum vniuersalis habentes cognitionem incidimus in particulare, quod prius non vidimus, mox id vniuersali, cuius notitiã habemus, inseruimus. Io. gram. in 1. post. cap. ch. 3. col. 4.
 Cognitionis scientificæ duo sunt modi: demonstratiuus, & præceptorius. Io. gra. 1. phy. te. 2. c. 3. col. 2.
 Cognitionis duplex: mente, & intellectu vna; altera sensu. Io. gra. de gen. ani. l. 1. cap. 20. c. 27. col. 1.
 Cognitionis rei duplex est: vel in seipsa, & hæc non est demonstratiua, qua cognitione cognoscitur res in pro-

pria natura melius quam in vniuersali, & est cognitio rei secundum potentiam, qua fluunt ex ipsa suæ passionis naturales, & conuertibiles, & tunc cognoscitur res, cum in ipsa cognoscitur principium illarum passionum. Alb. mag. in post. c. 197. col. 2.
 Cognitionis per sensum triplex est: vel secundum sensum particularem tantum, & est sensibilis proprii, vt coloris: vel secundum communem simul, & particularem, & est subiecti in quo vniuntur sensata propria: vel secundum particularem, & communem, & aliquam cognitionem confusæ rationis in sensu, vel cognitionis, quæ loco rationis est, quæ a quibusdam dicitur extimatiua, quæ est pars animæ sensibilis, & est super rei naturam, in qua sunt accidentia, quæ sunt sensata priorum sensu, & cuius est magnitudo subiecta sensibilibus proprijs, quæ accipitur per sensum communem. Alb. mag. in 1. phy. tract. 1. cap. 6. c. 3. col. 2.
 Cognitionis per facultatem acceptionis, vno horum trium modorum est: aut vt causa ambit causatum: aut vt influxus recipitur ab eo, cui influitur: aut vt est in abstractionibus, quod potentia cognoscitiua recipit cognitum, & abstractum. Alb. mag. de caus. & process. vniuer. a cau. l. 1. 2. tract. 2. cap. 9. c. 210. col. 2.
 Cognitionis certa alicuius complexi duplex est: vel ex proprijs terminis, vt in primis principijs: vel ex alicuius necessaria connexion ad prima principia. Thomas de Vio in post. c. 178. col. 1.

Cognitio quid est, & vt fit.

Cognoscimus nonnulla per sensum absque syllogismo. Aristot. post. cap. 1. tex. 3. char. 295.
 Cognoscere vnumquodque tum putamus, cum causas primas cognouerimus, & prima principia vsque ad elementa. Aristot. physicor. prim. sump. prim. cap. 1. text. 1. char. 3.
 Cognitionis omnis in omnibus est per prima: prima autem eorum, quæ sunt, elementa sunt. Aristot. 3. de celo, tex. 29. char. 342.
 Cognoscimus omnia in quantum unum aliquid, & idē, & in quantum vniuersale aliquid est. Aristot. 3. metaph. ex su. 2. cap. 3. tex. 12. char. 49.
 Cognitionis finis est etiam rei finis. Hinc elicitur principia cognoscendi, & essendi, eadem esse. Aristot. 3. metaph. cap. 17. tex. 22. char. 108.
 Cognitionis est in actu, quia diuidentes actu inueniunt, manifesta que redduntur ea, quæ unmanifesta erant, vt in potentia. Aristot. 9. metaphysic. cap. 5. text. 19. char. 889.
 Cognitionis alicuius eorum, quæ sequuntur ad ea, quæ alterius gratia sunt, destruit id fieri ab illo per accidens. Alexand. aphrod. in 2. naturalium quæstion. cap. 21. char. 9.
 Cognitionis rerum natura constantium; vt pleræque aliarum, ob seipsam est expetenda. Alexand. aphrod. in prim. metaph. cap. 1. c. 3. col. 1.
 Cognitionis rerum, ex causarum cognitione dependet. Alexand. Aphrod. ex pri. minor. vel secundum Latin. 2. metaph. c. 19. c. 52. col. 1.
 Cognitionis cuiusque pendet ex cognitione eorum ex quibus constituitur. Alexand. Aphrod. in 3. metaph. vel secundum Latin. 4. co. c. 20. col. 2.
 Cognitionis omnis non fit ignotæ cuiusvis rei per syllogismum. Alexander, & Eustr. in 2. post. chart. 32. col. 2.
 Cognitionis omnis scientifica per mediam definitionem fit. Alexand. & Eustr. in secundo posteriorum. char. 103. colum. 1.
 Cognitionis est media inter cognoscere, & rem, quæ cognoscitur, & aliquid est præstantior re, quæ cognoscitur, vt cū representandis ciuilibus rebus singulas res, vt ciuilia cognoscendo referimus. Aliquid est par illi rei, quæ cognoscitur.

scif, vt cū contēplaf nostra mēs seipsam, suamque essentia. Aliquid deterior est, vt si cōsiderat de diuinis descriptionibus, quæ sit cuiusque proprietates. Am. in l. de iter. c. 75.
 Cognitionis genus est scientiæ. Simp. in 1. phy. c. 2. col. 2.
 Cognitionis mentis est comprehensio terminata, & non indefinita, quæ etiam fit secundum ea, quæ specie sunt finita. Simp. in 1. phy. c. 58. col. 1.
 Cognitionis omnis effectrix scientiæ demonstratiuæ colligitur ex ijs, quæ sunt per se. Simp. in 5. phy. tex. 3. c. 292. col. 2.
 Cognitionis omnis non appellatur scientia, sed certa tantum, & quæ veram parit notitiã. Simpl. in prim. de ani. tex. 1. c. 1. col. 1.
 Cognitionis illa, quæ scientiam parit, ex substantia ipsa nascitur actiones. Simp. in pri. de ani. te. 10. c. 3. col. 2.
 Cognoscibilia non sunt in animæ substantia, sed tantum formales proprietates cognatæ cum illis, magis autem formales in intellectu sunt, rationales autem in anima ipsa. Simp. in pri. de ani. te. 75. c. 18. col. 1.
 Cognitionis eam significat comprehensionem, quæ per rationem scientiam parit. Simpl. in prim. de anim. tex. 3. c. 1. col. 3.
 Cognitionis omnis, quæ actu fit, determinatur forma cognoscibilis rei, non patiens, sed agens, non patiendo, sed iudicando, & complectendo. Simpl. in 2. de ani. tex. 121. c. 45. col. 1.
 Cognoscit plura, qui plurium differentiam cognoscit. Simp. in 3. de ani. ex sec. 1. te. 146. c. 52. col. 2.
 Cognoscitiua actio tota intrinsecus locata est, & formæ, per quas cognoscitur, intus sunt collocatæ. Simp. in 3. de ani. ex sec. 2. te. 38. c. 73. col. 3.
 Cognitionis nostra fit per formas; ideo materia sua ratione est incognoscibilis. Io. gram. in 1. post. cap. 26. char. 55. col. 4.
 Cognitionis alicuius rei ignotæ fit, vel per methodum diuisiuam, vel per definitionem, aut per demonstrationem, vel per resolutionem, aut per syllogismum. Io. gra. in 2. post. cap. 7. c. 60. col. 3.
 Cognitionis communior est ipsa scientia. Io. Gra. in pri. physic. tex. 35. char. 16. col. 1.
 Cognitionis naturalium est maxime nobis propria. Ioan. gra. in 1. de ani. ex procem. ch. 3. col. 3.
 Cognitionis est mentis operatio, quæ mutatur à potentia in actum. Io. gra. in 3. de ani. te. 1. char. 83. col. 2.
 Cognitionis est vniuersalior scientia; quia cognitio est de simpliciter cognoscibilibus, & de cognitionibus. scire autem de illis rebus, quæ eodem modo semper se habent. Psel. in 1. physic. char. 1.
 Cognitionis vniuersaliumque rei est quasi norma eius rectitudinis in mente cognoscens sita; cui rem applicat cognoscens, & facile videt, an congruat, vel ne. Eustr. pri. mor. c. 16.
 Cognitionis vera rem debet eo modo, quo se habet, cognoscere. Eustr. 6. Ethic. cap. 1. char. 269.
 Cognitionis omnis similis debet esse rei, quam cognoscit. Eustr. 6. Ethic. cap. 1. char. 270.
 Cognitionis facultas prima est sensus, ab inferioribus inchoatis, supra quem imaginatio est. hanc opinionem cogitatio antecedit, vltra quam supremum locum obtinet intellectus. Eustr. 6. Ethic. cap. 1. char. 272.
 Cognitionis cuius est per medium, fieri nequit, vt non prædicetur de aliquo. Auer. in post. 1. tex. co. 4. char. 129.
 Cognitionis perfecta in pluribus rebus non est, nisi secundum quod est in posse hominis, vt veniat ad illam rem per demonstrationem, non secundum rem in se. Auer. 2. de celo. tex. 80. char. 71. col. 2.
 Cognitionis rerum non fit nisi per cognitionem principiorum. Auer. 3. de celo. tex. 30. char. 93. col. 1.
 Cognitionis cuiuslibet generis, & speciei non completur, nisi per cognitionem substantiæ illius speciei, & eorum, quæ contingunt ei. Auer. in 1. de ani. te. 2. c. 108. col. 4.
 Cognita prima a nobis naturaliter in quolibet genere en-

tium sunt, sicut locus ianuarum in domo, quem nullus ignorat. Auer. in 2. metaph. tex. 1. r. char. 14.
 Cognoscens cognoscit omne id, quod a se procedit. Auer. epit. metaph. tract. 4. char. 189. col. 3.
 Cognitionem rerum qui exprimere cupit, non luculentam oratione, sed incorrupta veritate vt oportet. Boet. in Porph. c. 46.
 Cognoscendi, & essendi principia eadem sunt. Alb. mag. in post. char. 274. col. 1.
 Cognitionis, quæ est perceptio sensus cum permissione aliqua rationis, vel extimationis, est accipiens sensibile per accidens. Alb. mag. in 1. phy. tract. 1. cap. 6. c. 3. c. 2.
 Cognitionis rerum in physicis non fit, nisi ex principijs, ex quibus est. Alb. mag. in 1. phy. tract. 1. cap. 5. ch. 2. col. 4.
 Cognitionis omnis est per assimilationem. Albert. Magn. in 1. de anima. tract. 2. cap. 4. char. 5. col. 3.
 Cognitionis rei principium esse nequit, quod non est esse rei; quia omnis rei cognitio scitur ex his causis, principijs, & elementis, ex quibus est. Alb. mag. contra Auer. de vnit. intel. cap. 5. c. 81. col. 1.
 Cognoscibile ita cognoscitur, vt lux Solis videtur. Nam lux Solis triplex est: alia in Sole, quæ ab oculo valde coadunato videtur: alia in aere sereno, & est visus oculorum non offensorum: alia est in tenebris, vt in crepusculo, & etiam oculi non multum sani vident. Sic triplex est cognoscibile. Primū, & diuinum, & est lux primæ causæ in seipsa. Secundum est lux primæ causæ ab ipsa procedens, in fulgore suæ lucis, vigore intelligentiæ. Tertium est lux procedens ab ipsa, in prima rerum entitate, & substantia, antequam contrahatur determinatione quantitatis, & contrarietatis ad imaginatam, & sensatam. Prima sunt theoremata metaphysicæ. Secunda sunt mathematica, quæ vel sunt simplicia, & sunt Arithmetices; vel minus serena, & sunt Geometricæ; vel minus, & sunt Astronomiæ. Tertia vero sunt Physica concepta cum materia, & tempore. Alb. mag. in 2. metaph. cap. 2. c. 74. col. 3.
 Cognitionis nostra cadit sub tempore, ideo anima nostra componendo, & diuidendo addit tempus. D. Thom. in perih. c. 15. col. 1.
 Cognitionis conclusionum fit in nobis ex præexistente cognitione intellectiua principiorum, id est ex habitu: sed principiorum cognitio fit in nobis ex præexistente cognitione sensitiua. D. Thom. in posterior. char. 100. col. 1.
 Cognitionis nostra, cum sit à potentia in actum, & principium cognitionis nostræ sit à sensibilibus, quæ sunt materialia, & intelligibilia in potentia, ideo ea, quæ sunt in potentia, sunt nobis prius nota, quam substantiæ separatæ. D. Thom. in prim. physicor. lect. 1. text. 2. char. 1. col. 3.
 Cognitionis confusa hæc intelligitur, quæ cognoscit ea, que in se continet aliqua in potentia, & indistincte. D. Thom. in pri. phys. l. 1. tex. 2. c. 1. col. 4.
 Cognoscitur vnumquodque, vt est ens. D. Thom. in 1. phys. lect. 1. tex. 2. char. 1. col. 3.
 Cognitionis, qua aliquid indistincte cognoscimus, est media inter puram potentiam, & actum perfectum. D. Thom. in 2. phys. lect. 1. tex. 2. c. 1. col. 3.
 Cognitionis nostra a sensu dependet, ideo cui deficit sensus, deficit vna scientia. D. Thom. 2. phy. l. 1. tex. 6. ch. 17. col. 1.
 Cognitionis omnis fit per hoc, quod cognitum est aliquo modo in cognoscente, id est secundum similitudinem. D. Thom. in 2. de anima. tex. 60. char. 32. col. 4.
 Cognita naturalia sunt, quæ nullo extrinsecò se tenere ex parte intellectus cognoscuntur. D. Thom. in 2. metaph. lect. 1. tex. 1. char. 100.
 Cognitionem rerum per sensum accipimus. D. Thom. 4. metaph. lect. 1. tex. 21. char. 229.
 Cognitionis fit per assimilationem cognoscens ad rem cognitam. D. Thom. 5. metaph. l. 9. tex. 22. char. 375.

Cognoscitur vnum quodque magis, cum scitur eius substantia, quàm cum scitur eius quantitas, uel aliud accidentium. D. Tho. 7. metaph. l. 1. tex. 1. c. 429.

Cognitio sensitua ordinatur ad cognitionem intellectuam, quod hæc est finis sensitua. Alexand. de Ales. in pri. metaph. c. 3. col. 4.

Cognitio nostra omnis à sensu oritur, ideo si deficit vnus sensus, deficit vna scientia. Alexand. de Ales. in pri. metaph. c. 7. col. 3.

Cognitio nostra ex hoc oritur, quod cognitum proportionetur cognoscenti. si cognoscibile excedit proportionem cognoscentis, tunc est difficile cognoscibile; ve de substantia separata, quæ propter debilitatem intellectus nostri est difficilis cognitionis. Alexand. de Ales. in pri. metaph. char. 7. col. 4.

Cognitio perfecta habetur per resolutionem ad aliquod fixum, vel est de aliquo fixo. Alexan. de Ales. in 2. metaphysic. char. 35. col. 1.

Cognitio rei haberi non potest, nisi per definitionem: & diffinitio rei non est nisi explicatio conceptuum contentorum in re. Alex. de Ales. in 2. metaph. c. 44. col. 3.

Cognitio perfecta haberi non potest vnus, quod ab alio dependet, sine cognitione eius, à quo dependet. Alex. de Ales. in 3. metaph. te. 3. c. 52. col. 2.

Cognitio nostra ex actu oritur, quia potentia non cognoscitur, nisi per actum. Alex. de Ales. in 4. metaph. te. 2. char. 278. col. 4.

Cognitio, & fallacia idem faciunt in processu intellectus, quod in nature processu generatio, & corruptio. Thom. de Vio in periherm. char. 34. col. 1.

Cognitio quæcunque interior sensitua non sufficit ad generationem habituum principiorum, sed requiritur frequens actus cogitatus circa idem formaliter. Thom. de Vio. in post. c. 229. col. 1.

Cognitio que nobilior, prior, & vt à cæteris differt.

Cognitio virtutis in optimis est contemplationis finis. Alex. aphro. in pri. top. cap. 9. c. 12. col. 4.

Cognitio actione nobilior est; ita vt si duo in eadem re versentur, alter illam intelligat tantum, alter efficiat, agatque, intelligens tantum quomodo agendum sit, agente, & efficiente honorabilior est; vt architecti artificibus. Ale. Aphrod. in pri. metaph. c. 31. col. 1.

Cognoscere, & dicere differunt. qui cognoscit, debet prænoscere. qui dicit, potest non prænoscere; & cognoscuntur, quæ prius quodam genere scienis: dicuntur, quæ nescieris. Them. in 1. post. ca. 5. c. 1. col. 3.

Cognitio, & scientia similiter idem esse non possunt: nam cognitio est eorum, quæ sensu, uel opinione per immediatas propositiones comprehendimus: scientia est eorum, quæ per demonstrationem scimus. Simplic. in pri. phy. char. 2. col. 2.

Cognitionem crassam, aut confusam sensuum quousque sequimur, haud secus, quàm fatui, & pueri, res cognoscimus. Simp. in pri. phy. char. 4. col. 2.

Cognitio omnis ex causis accommodatissima est ad scientiam: quæ autem ex causa finali, omnium est principatissima. Simp. in 2. phy. char. 108. col. 2.

Cognitio ea certior est, quæ necessaria existit, ac in variabilis: tum quæ cognoscibili rei propria, ac familiaris existit. Simp. in pri. de ani. tex. 1. c. 1. col. 2.

Cognitio substantiæ accidentium substantiam præcedit. Simp. in prim. de anima. tex. 3. char. 1. col. 4.

Cognitio de animalibus certior est cognitione de rebus cælestibus, ob propinquitatem. Simplic. in prim. de ani. tex. 2. c. 1. col. 2.

Cognitio, quæ de oppositis habetur, manifestior est actione, quæ de actionibus. Simplic. in 1. de anim. te. 10. c. 3. col. 2.

Cognitio, quæ actu est, iuxta cognoscituum ipsum consistit. Simp. in pri. de ani. te. 75. c. 18. col. 1.

Cognitio omnis a cognoscibilis forma characterizatur, & effingitur. Simp. in 3. de anima. ex sect. 1. te. 136. c. 50. col. 3.

Cognoscitiua proprietas ab ea, quæ cognoscibilis est, diuersa est: ob vnitionem vero, vna. Simp. in 3. de anima. ex sect. 1. te. 138. c. 50. col. 4.

Cognitio rei non idem est cum comprehensione, quod vera sit res illa. Simp. in 3. de anima. ex sect. 1. te. 152. c. 54. col. 1.

Cognitio quanto nobilior est, tanto nobilior est vnitio ipsius cum cognoscibili. Simp. in 3. de anima. ex sect. 1. te. 15. c. 62. col. 3.

Cognitio prior est natura, lætitia, tristitia, & huiusmodi alijs affectionibus. Simp. in 3. de anima. ex sect. 2. te. 28. c. 69. col. 4.

Cognoscituum omne præstantius est appetituum, eo quod sibi cognatum est, quia appetituum cognitione indiget, vt appetat. Simplic. in 3. de anima. ex sect. 2. te. 43. c. 75. col. 4.

Cognitio, & inuentio differunt; quia cognitio sine inquisitione, & ignorantia non præuia manifestum inserit vniuersale; inuentio vero præcedente ignorantia, & cum inquisitione fit. Ioan. Gram. in 1. poster. cap. 1. char. 4. col. 1.

Cognitio vniuersalium præcedit cognitionem particularium. Io. Gra. in 1. phy. te. 57. char. 24. col. 2.

Cognitio existentia rerum nobis est difficilis, quia est prior cognitione essentia ipsius. Auer. in poster. 2. te. 44. cap. 5. c. 215.

Cognitum prius apud intellectum est magis vniuersale: apud sensum est magis particulare. Auer. in physic. 1. te. 48. char. 15. col. 1.

Cognitio alicuius per suam causam est magis firma, quàm in sui esse tantum. Auer. 1. de anima. text. 2. char. 108. col. 4.

Cognitio perfecta vniuersaliusque rei non est, nisi considerando in principijs proprijs illius rei. Auer. in 1. de anima. tex. 17. char. 111. col. 3.

Cognitio vniuersalis semper debet præcedere cognitionem propriam. Auer. 1. de ani. su. 1. te. 1. c. 126. col. 3.

Cognitio nulla in nobis est præexistens ad diuinationis scientiam. Albert. Mag. de som. & vig. l. 3. tex. 1. cap. 2. char. 35. col. 3.

Cognitio sensitua prior in nobis est intellectuam, cum hæc ex sensu procedat. D. Tho. in post. c. 40. col. 1.

Cognitio nulla certior est cognitione principiorum. D. Thom. in post. c. 100. col. 1.

Cognitio sensus, quæ est singularium, præcedit cognitionem intellectus, quæ in vniuersalitate consistit. D. Thom. in 1. phys. lect. 1. tex. 2. char. 1. col. 3.

Cognitio non quæcunque in scientijs requiritur, sed cognitionis certitudo. D. Thom. in 4. physic. lect. 1. tex. 2. char. 1. col. 3.

Cognitio in vniuersali non sufficit ad perfectam cognitionem rei; quia talis cognitio imperfecta est in potentia, sed oportet applicare ad sensibilia. D. Thom. de anima. motu. lect. 1. char. 46. col. 4.

Cognoscitiua vis quanto est immaterialior, tanto est perfectior in cognoscendo. D. Tho. 1. metaph. lect. 2. c. 4.

Cognitionum diuersitas accidit, secundum diuersitatem naturarum, & habituum. D. Thom. 2. metaph. lect. 5. tex. 14. char. 114.

Cognoscuntur res magis per suam speciem, quàm per suam qualitatem. D. Thom. 4. metaph. lect. 13. tex. 23. char. 236.

Cognitionis certitudo ex certitudine principiorum pendet. D. Tho. 4. metaph. lect. 6. tex. 9. char. 204.

Cognitio affirmatiua melior est cognitione negatiua, quia hæc oritur ex illa. Alexand. de Ales. in 3. metaph. tex. 1. char. 54. col. 4.

Cognitio cui consentanea est.

Cognitio sola ad artes sufficit: sed ad virtutes, cognitio parum, vel nil valet. Aristote. 2. ethicorum nico. mac. cap. 4. char. 36.

Cognitio omnis aut artibus, aut scientijs est consentanea. Ammo. in Porph. c. 1. col. 4.

Cognitio determinat, & finit cognoscibile. Simplic. in 3. de coelo. tex. 35. com. 37. c. 92. col. 1.

Cognitione, & luciditate sic vnumquodque participat, vt veritate, & esse, vt ait Plato. Sirian. in 12. metaph. vel 13. secundum latin. ex cap. 1. t. 6. char. 54.

Cognitio entis per accidens, est per accidens; quia scientia debet esse consentiens scito. Auer. in poster. 2. cap. 10. tex. 94. c. 233.

Cognita in mathematicis simpliciter, & sunt causæ priores in esse sunt cognita apud nos. Auer. in phys. prim. tex. 2. char. 4. col. 3.

Cognitio nulla persistens in nobis est ad diuinationis scientiam. Alb. mag. de som. & vig. l. 3. trac. 2. capit. 1. char. 35. col. 3.

Coitus nec similes omnibus sunt, nec similem in modum aguntur. Omnibus enim masculis, qui ex sanguine pedestria sunt, & viuipara, datum est membrum generationi aptum: sed alij alio coeunt modo. Qui retro vrinam mittunt, auersi coeunt, vt leones, lepores, lince. Leporum enim femina sæpe marem prior superuenit. Cæteris magna ex parte coeundi modus idem est, mas enim supergreditur foeminam, & ita aues coeunt quoque. Arist. de hist. anim. 5. c. 2. c. 147.

Coitus differentia in aibus hæc sunt, vt vel alia femina confidente humi coeant, mare superueniente, vt gallina: alia non confidente femina, sed stante; vt grues, & quæ ita coeunt, rem quàm celerrime peragunt. mas enim persiliens cito, vt passer, perficit. Arist. de hist. ani. 5. cap. 2. char. 147.

Coeundo omnia diutius morantur, quæ animal generant, quam quæ ouant. Arist. de hist. animal. 5. cap. 5. char. 150.

Coitus tempora, & ætates certas ad Venerem singulis animalium natura fixit, & statuit. Aristot. de historia anima. 5. cap. 8. char. 154.

Coitus tempus in omnibus animalibus determinatum est, nisi quid præmaturet, aut aliquam ob rem monstruosam, aut ex natura vitio anticipet. Arist. de hist. anim. 5. cap. 14. char. 160.

Coitus tempus in hominibus innotescit, cum vocis mutatione, tum testium non solum magnitudine, sed specie, vt mammis, & emissionem pilorum pubis. Semen incipiunt ferre circiter annos bis septem, sed vim genitale recipiunt circa 21. Arist. de historia anim. 5. cap. 13. c. 158.

Coitus tempore multi ob coitum ex morbis sani facti sunt, & multi contra. Arist. de hist. ani. 7. cap. 1. c. 251.

Coeunt celerius, quæ testes intra habent: quæ enim extra habent, non prius semen emittunt, quàm retrahant testes. Arist. de gener. ani. pri. cap. 4. char. 101.

Coitus voluptas non solum accidit ob emissionem seminis, sed ob spiritum, ex quo consistente semen emittitur. Arist. de gener. ani. 1. cap. 20. char. 130.

Coeunt animalia quædam semel, alia sæpe, alia certo tempore, alia prout inciderit, vel propter pabulum, calorem, & laborem, cum venus comes fatietatis fit. Arist. problem. sec. 10. q. 46. char. 441.

Coitus omnis alterius, quàm coniugis penitus sit interdicitus, quandoquidem fit, & appelletur coniunx. Quod si quis deprehendatur contrafacere per tempus procreationis, dignam pro delicto poenam reportet. Arist. polit. 7. cap. 16. char. 753.

Coitus desiderium animalia multi cibi multum habent; vt homo, & equus, & animalia parua, quæ proportio-

ne sui corporis multum accipiunt cibum; vt passer, & perdx. Alber. mag. de nutriment. & nutr. trac. 2. ca. 2. c. 66. col. 3.

Coeunt lupi, vt canes, & propter tumorem virgæ lupi, & canis, & nimiam clausuram interioris orificij vuluæ lupæ, & catulæ remanent pendentes ex se inuicè post coitum. Albertus mag. de anim. lib. 2. trac. 1. cap. 2. char. 52. col. 3.

Coeunt animalia bruta ferè omnia saltando super dorsum foeminarum suarum. Alber. mag. de anima. lib. 2. trac. 1. cap. 3. c. 30. col. 4.

Coeunt vulpes proicientes se super terram, & sic se applicantes. Albert. mag. de anim. l. 5. trac. 1. cap. 2. c. 52. col. 3.

Coeunt hiritij agrestes stantes in pedibus erectis, applicantes dorsum dorso propter dispositionem suorum genitalium. Albert. mag. de ani. l. 5. trac. 1. cap. 2. c. 52. col. 3.

Coitum vix pati possunt foemina ceruorum, propter duritiem virgæ maris, & similiter vaccæ. Alb. magnus de anima. l. 5. trac. 1. cap. 2. c. 52. col. 3.

Coitus tempus animal generantium maius multo est, quàm ouantium. Albertus magnus de anima. l. 5. tracta. 1. cap. 2. c. 52. col. 4.

Coire nequeunt aues in hyeme per leuitatè carnis suæ, & defectum cibi: nec in æstate, quia euaporauit humidum: & in autumno, quia vt frequentius est incineratum. ideo in vere coeunt. Albertus mag. de anim. l. 5. trac. 3. cap. 3. c. 53. col. 3.

Coeundo generant omnia animalia, quæ generantur ab alijs animalibus assimilantibus ea in vtero. Albert. mag. de anim. l. 5. trac. 1. cap. 1. c. 52. col. 1.

Coitus est permissio corporalis sexuum, in qua semen maris in loco, & materia formandi conceptus recipitur. Alb. mag. de ani. l. 5. trac. 1. cap. 1. c. 52. col. 2.

Coitus materia est humor foemininus, qui formatur a semine maris. Albertus magnus de animal. l. 5. tract. 1. cap. 1. c. 52. col. 2.

Coitum rem diuinam esse Antiqui tradiderunt, eo quod in coitu, id, quod diuinum est, non separatur a coeuntibus, & secundum virtutes diuinis operatur. Alb. mag. de ani. l. 5. trac. 1. cap. 1. c. 52. col. 2.

Coit quodcunque animal, in quo est mas & foemina. Albertus magnus de animal. lib. 5. trac. 1. cap. 2. char. 52. col. 2.

Coitus dispositio naturalis vniuersaliusque animalis cognoscitur ex situ, & figura genitalium membrorum corporum suorum. Albertus magnus de animal. l. 5. trac. 1. cap. 2. char. 52. col. 2.

Coitus animalium gressibilium sanguinem habentium, & in vtero formantium, & animal generantium non est vniformis: quorum enim foemina retrorsum mingunt, vt leo, catus, & lepus, & similia vno modo coeunt. Albertus magnus de ani. l. 5. trac. 1. cap. 2. c. 52. col. 2.

Coeunt plura genera quadrupedum mare super foeminam equitante, siue per saltum ascendente, eo quod virga maris porrigitur a posteriori ad anterius ventris, & foemina vulua respicit posterius. Albertus magnus de anima. l. 5. trac. 1. cap. 2. c. 52. col. 2.

Coeunt omnia genera animi nobis nota ascensione maris super foeminam: sed totus mas ascendit super dorsum foeminae, & regirat parum, per quem egreditur semen, sub cauda ad anum foeminae, super quem est via, per quam recipitur semen. Alber. mag. de anima. l. 5. trac. 1. cap. 2. char. 52. col. 2.

Coeunt aliqua foeminae declinantes se super terram, vt gallina, alia non inclinatur, sed stant eleuatae, vt grues, & ciconia. Albertus magnus de animal. lib. 5. trac. 1. cap. 2. c. 52. col. 3.

Coeuntia animalia sæpe sunt sterilia, quia cum semen

emittitur, crudum, & phlegmaticum emittitur, at, quæ raro, coeunt, secundum habent semen, quia decoctum emittitur. Alb. mag. de ani. l. 7. tract. 3. cap. 3. c. 72. c. 3.

Coitus delectatio, ex hoc accidit, quod membra genitalia per inflationem, & calorem, motum, & resolutionem remouentur a naturali, & propria consistencia; sine dolore tamen hoc accidit propter libidinis feruorem, & sperma ex tribus facit delectationem. Prima causa est motus. Secunda est pinguedo, & unctura spermatis. Tertia est spiritus motus. Alb. mag. de ani. l. 9. tract. 2. cap. 3. c. 90. col. 3.

Coitus delectatio non tantum fit ab exitu spermatis, quantum ab exitu spiritualis ventositatis, & spiritus. Alb. mag. de ani. l. 15. tract. 2. cap. 7. c. 132. col. 2.

Coitus velocior est animal carens testiculis; & quanto maiores sunt viarum spermatis inuolutiones, tanto tardius coit. Alb. mag. de animalibus. l. 15. tract. 1. cap. 3. char. 126. col. 3.

Coitus maxima delectatio fit ex profundo, & forti motu spermatis, quod inferius tangit loca neruosa genitalium, & precipue locum præputij in viro, & neruos matricis in foemina. Cooperatur autem hæc frictio aperiens, & calorem inducens; cuius est signum, quod minus delectantur in coitu, qui multum coeunt, quoniam infrigidati sunt ex multo coitu, & laxæ sunt viæ per quas fluit semen: ideo non subtiliter tangit. Alb. mag. de ani. l. 15. tract. 2. cap. 3. c. 130. col. 3.

Coitus calor intrat in cerebrum, & oculos, & exsiccat ipsos. Alb. mag. de ani. l. 16. tract. 2. cap. 7. c. 144. c. 2.

Coecum tria necessaria habent: appetitum, imaginatiuum spiritum, humorem; quibus addit Auicenna quartum, ventositatem scilicet. Alb. mag. de ani. l. 22. tract. 1. cap. 1. c. 173. col. 1.

Coeuntes multum cito senescunt, citius moriuntur, debilitant cerebrum, & membra cerebri vicina. Alber. mag. de ani. l. 22. tract. 1. cap. 4. c. 173. col. 3.

Colicam & iliacam passionem incurruni multi, cum porus felis, qui ad intestina inferiora dirigitur, obturatur; quia tunc latera intestinorum sibi appropinquantia constringuntur, & quasi strangulata superfuitas fiat, & oppilat transitum. Alb. mag. de ani. l. 20. tract. 1. cap. 4. char. 163. col. 4.

Collatio triplex est, æqualis, relata, & instituta. Mag. in lib. de inter. c. 7.

Collectio non est nisi plurimorum. Boeth. de syllog. char. 609.

Collectio & adunatio secundum substantiam sunt idem, differunt ratione: nam collectio incipit a multis, & terminatur ad vnum. adunatio incipit ab vno, & terminatur ad multa, quæ in vno vniuntur. Alb. mag. in præd. char. 27. col. 1.

Collectiua magis esse multorum duobus modis intelligitur. Primo intensiue, & sic species magis colligit, quia magis vnit adunata. Secundo extensiue, & sic magis colligit genus; quia plura sub ipso cadunt. Thomas de Vio. in præd. char. 13. col. 2.

Colliguntur aliqua quinque modis. Primo in vnum locum continentem, sed non vniuentem, vt acerus lapidum. Secundo est collectio multorum ad vnum mouens, & ad vnum finem, vt collectio exercitus. Tertio in vnam perfectæ quantitatis figuram, vt fundamentum parietis. Quarto est forma, quæ colligit partes, non tamen culibet totam suam addit potestatem; vt forma regni. Quinto est alia forma, quæ vnit partes ita, vt singulas colligit; hæc est generis, speciei, & ceterorum vniuersalium. Alb. mag. in præd. c. 17. col. 2.

Colligamentum est, quod ex incremento seceruatur resolutione præter naturam. Arist. de gener. anim. cap. 18. char. 122.

Colligamenta sunt præter naturam, nec quicquid oriri potest ex ijs, quæ præter naturam sunt. Arist. de gen.

ani. cap. 18. char. 122.

Collocatio est numerosa dictionum compositio. Dan. barb. 3. rhetor. cap. 7. c. 166.

Colloquintida est arbor in locis calidis nata, cuius folia viridia apostemata resoluunt, & ea maturant, & contrariatur dolori iuncturarum, & sciaticæ frigidæ. Albert. magn. de veget. lib. 6. tr. 1. cap. 16. c. 154. col. 4.

Collum est, quod in uer pectus, & faciem est; cuius pars prior, Guttur, posterior, Gula, quantumque colli ipsius cartilagineum priorem obtinens situm, vocem transmittit, & habitum, id Arteria nominatum est. At quantum interius carneum spinæ præiacet, Gula dicitur. Pars autem posterior colli extrema, Ceraix appellatur. Arist. de hist. ani. 1. cap. 12. c. 23.

Collum capiti subiacet his, quæ habent guttur, & gula, & quæ pulmone carent, collo quoque carent. Arist. de part. anim. 3. cap. 3. char. 471.

Collum omnibus viuiparis est: ouiparorum alijs est, alijs deest: quæ enim pulmonem habent, collum etiam obtinent: quæ autem spiritum extrinsecus non accipiunt, carent hac parte. Aristotel. de partib. anima. 4. cap. 10. char. 530.

Collum factum est à natura arteriæ gratia: quippe, quod eam, atque etiam gulam protegat, amplexuque suo teatur, quod animalibus cæteris flexibile, & vertebri compactum est: at lupo, & leoni osse perpetuo riget. commodius enim ad robur quam ad cæteros usus his esse natura voluit. Arist. de part. ani. 4. ch. 10. c. 531.

Collum serpens non habet, sed proportionale colli habere videri potest. Arist. de part. ani. 4. cap. 11. char. 544.

Collum grossum qui habent, fortes sunt secundum animam, referuntur ad masculum. Qui gracile imbecilles sunt, & referuntur ad feminam. Quibus crassum collum est, & carnosum, iracundi. referuntur ad iracundos tauros. Quibus ingens, non valde crassum, magnanimi, & referuntur ad boues. Quibus est longum, gracile, timidi sunt. referuntur ad ceruos. Quibus breue valde, dolosi & insidiatores, & referuntur ad lupos. Arist. ad physio. cap. 4. char. 349.

Collum retro qui pilosum habent, liberales sunt, referuntur ad boues. Arist. physio. cap. 100. char. 354.

Collum principaliter creatum est propter tracheam. Albert. mag. de ani. l. 1. tract. 2. cap. 11. c. 12. col. 1.

Colli spondyli septem sunt, & nisi sit miraculum semper in hoc sunt numero. Alb. mag. de ani. l. 1. tract. 2. cap. 11. c. 12. col. 1.

Collo cum sit motus necessarius propter caput, ideo oportuit laxam esse iuncturam ossium colli, & propter colli stricturam strictas habent bases. Alber. magn. de ani. l. 1. tract. 2. cap. 11. char. 12. col. 1.

Colli spondylorum vnusquisque nec non & dorsi in loco coniunctionis, & basis, in quo coniungitur proxime superiori sibi, & proxime sibi inferiori est dilatata, vt apte locetur: & cartilagine supposita ne lædatur duritie alterius, & in loco coniunctionis, ante portionem circuli est a latere foraminis, per quod transit nucha, ad ditamentum duplex inferius aspiciens sub alis suis: & duplex superius aspiciens super alas suas existens: & inter illa est foramen, ex quo nerui motiui ad dexteram, & sinistram egrediuntur in corpus; & hæc est dispositio spondylorum, quasi ex nouem ossibus composita, quorum Vnum est portio circuli cum duabus basibus suis. Secundum est os durum, quod est circa foramen alterius. Tertium est, additamentum, quod est in medio illius, quod foramen concludit. Quartum, & quintum sunt duæ alæ: vna hinc, alia inde. Sextum est sub ala additamentum aspiciens inferius in vna parte. Septimum est respiciens inferius in alia parte. Octauum aspiciens superius super alam in alia parte. Nonum respiciens superius, & respondens illi in alia parte. Alb. mag. de ani. l. 1. tract. 2. cap. 11. c. 12. col. 2.

Collum

Collum mouentium musculorum sunt paria duo: vnum a dextris, aliud a sinistris; & quicumque istorum solus contrahitur, transuerse trahit ad se collum. Si autem duo simul ab vna parte existentes contrahantur, collum rectum ad illam partem inclinabitur: & collum erectum stabit, si omnes quatuor simul operantur. Alb. mag. de ani. l. 1. tract. 2. cap. 14. c. 14. col. 4.

Collum est membrum, quod est inter faciem, & clibanum pectoris, & quod sequitur linguam. Alb. mag. de ani. l. 1. tract. 2. cap. 22. ch. 19. col. 3.

Collum duos cannales habet. vnus est in anteriori, & vocatur canna vocis. alius in posteriori, & vocatur os fimo machi, vel grece, ephagus. Alb. mag. de ani. l. 1. tract. 2. cap. 22. char. 19. col. 2.

Collum breue, valde calidum, defraudatorem, astutum, & dolosum ostendit. Alber. magn. de anim. l. 1. tract. 2. cap. 22. c. 20. col. 2.

Collum grossum habens, stolidus, & comeffor magnus est. Alb. mag. de ani. l. 1. tract. 2. cap. 22. c. 20. col. 2.

Colli spatium ad vmbilicum æquatur spatio ad vmbilico ad finem pectoris. Alber. mag. de anim. l. 1. tract. 2. cap. 26. char. 22. col. 4.

Colontes lapis est purpurei coloris, & inuenitur in corpore testudinis, nec ab igne corrumpitur. Alb. mag. 2. de miner. tract. 2. cap. 3. ch. 139. col. 4.

Colorum diuisio.

Colores alij constant proportionem, alij excessu quodam, & in commensuratione proportionatissimi sunt, quod delectabilissimi videntur; vt purpureus, & & puniceus, & hi pauci, quia etiam in numeris pauca consonantia. Alij autem colores sunt, qui per alios apparent, vt pictores alterum super alterum facientes apparere. Arist. de sens. & sens. cap. 3. c. 12.

Color duplex esse habet: ynum, quod est in diaphano non terminato, & est illud, in quo est extraneum: aliud in diaphano terminato, & est esse eius naturale. Auer. 2. de ani. tex. 76. ch. 182. col. 1.

Color duplex habet esse: corporale in corpore colorato, & esse speciale in diaphano. Auer. secundo de ani. tex. 76. char. 181. col. 1.

Colores dupliciter miscentur: in materia, & in differente. In materia, vt cum substantiæ nigre cum albis miscentur, & fit color rubeus. In differente, spisso, tunc enim si differens habet aliquem colorem, vt in vitro viridi, tunc resultat color vnus quasi diffusus in alio, & sub alio. Alber. mag. in secundo phy. tract. 2. cap. 6. char. 21. col. 4.

Color duplex esse habet: materiale, & formale; Materiale est, quod fit per qualitates transmutantes materiam, quæ sunt calidum, frigidum, humidum, & siccum. Hæc enim diuersimode variantia superficiem corporis terminati diuersos inducunt colores, licet nihil horum sit de essentia coloris; & secundum hoc esse, colores actu sunt in tenebris, & si non mouent diaphanum. Formale autem esse habet a lumine, quia lumen est colorum hypostasis, quod procedit ab hoc, quod lumē influitur extremitati perspicui. Alb. mag. in 2. de ani. tract. 3. cap. 7. c. 22. col. 1.

Color quid est.

Color est omne id, quod in lumine videtur, vnde non videtur sine lumine; hoc enim erat ipsi colori esse, motiuum esse secundum actum perspicui. Arist. 2. de ani. su. 4. cap. 3. tex. 73. ch. 633.

Color, aut in extremitate, aut extremitas est: sed est in extremitate, non autem est extremitas, sed eandem naturam existimare oportet, quæ exterius, & inferius coloratur. Arist. de sen. & sen. cap. 3. ch. 10.

Color est perspicui in corpore determinato extremitas. Arist. de sens. & sen. cap. 3. char. 10.

Colores simplices sunt, qui elementa, ignem scilicet, terram, aquam, & aerem sequuntur. Aristotel. de color. cap. 1. char. 876.

Color niger elementa consequitur, cum in seipsa mutantur. Arist. de color. cap. 1. char. 876.

Color est perspicui extremum terminati, vt perspicuum: quia vt corporis, est superficies. Alex. Aphrod. in 1. natur. quæst. cap. 2. char. 1.

Colores non sunt illi, qui videntur in tenebris. Alexand. Aphrod. in 1. de ani. cap. 13. c. 35. col. 3.

Coloris quodam modo transparentia materia est. Alex. Aphrod. in 2. de ani. cap. 39. c. 51. col. 1.

Color est perspicui terminus: is enim solus visibilis actu est. Alex. Aphrod. in 2. de ani. cap. 39. c. 51. col. 3.

Color est affectio, quæ luce presente perspicuum mouet. Them. in 3. phys. tex. 10. char. 27. col. 3.

Color est motus actu perspicui. Them. in 2. de ani. cap. 22. tex. 66. char. 75. col. 1.

Color est motiuus actu diaphani transparentis, id est, quo videntur colores: vel est terminus perspicui, quia perspicuus est. Simpl. in 3. phys. c. 151. col. 1.

Colores secundum Platonem lumina quædam sunt: secundum Aristotelem motiua eius, quod actu diaphanum est. Simp. in 2. de ani. tex. 60. c. 36. col. 1.

Color est illud, quod mouet diaphanum ei proximum. Simp. in 2. de ani. tex. 73. char. 37. col. 4.

Color minimus terminatus est per se, vt minima forma est terminata per se, & sic de corporibus simplicibus. Auer. phys. 6. tex. 50. char. 128. col. 1.

Color nil est nisi admistio corporis lucidi cum corpore diaphano. Auer. 2. de ani. tex. 67. c. 140. col. 1.

Color est vltimum diaphani terminati. Auer. 2. de ani. tex. 67. c. 140. col. 2.

Coloris esse magis apparet spirituale, quam odoris esse. Auer. 2. de ani. te. 97. c. 146. col. 2.

Coloris intentio alia est a colore. Auer. 2. de anim. te. 121. c. 151. col. 2.

Color albus, & niger sunt elementa reliquorum colorum mediourum. Auer. de sen. & sen. ex paraphr. char. 192. col. 2.

Color distinguitur à luce, quia lux est perfectio diaphani non terminati, & color non fit in composito ex vicinitate partium minimarum diaphanarum, quæ sunt in elementis. Auer. de sen. & sen. ex paraphr. c. 192. c. 2.

Colores sunt infiniti in natura, licet in arte sint finiti. Auer. de sen. & sen. ex paraphr. c. 192. col. 2.

Colores ostenduntur esse passibiles qualitates, quia in nascuntur in nobis ex passionibus quibusdam præcedentibus in nobis. Alb. mag. in præd. c. 55. col. 1.

Coloris essentia formalis est ex luce, materialis ex qualitatibus subiecti, in quo est. Albert. mag. in 3. meteor. tract. 4. cap. 9. char. 111. col. 4.

Color est extremitas perspicui terminati. Alb. mag. in 3. de mineral. ex tract. 2. cap. 3. c. 146. col. 3.

Color albus, & niger sunt elementa colorum. Alb. mag. de passion. aeris. char. 121. col. 4.

Color est principium visus, quo aliquid videtur. D. Thom. in 3. de celo. lect. 7. te. 28. c. 61. col. 3.

Color est qualitas diaphani, terminati, & interminatum se habet ad terminatum, vt potentia ad actum. D. Thom. de sen. & sen. lect. 5. c. 6. col. 1.

Color, vel est extremitas corporis, vel est in extremitate corporis; at non est extremitas, quia esset linea, vel superficies: ergo est in extremitate. D. Thom. de sen. & sen. lect. 6. char. 8. col. 1.

Color est in genere qualitatis, quia non est extremum corporis, sed in extremitate. D. Thom. de sen. & sen. lect. 6. char. 8. col. 2.

Colores

Colores ut fiunt, & miscentur.

Color fulgidus in nigro, vel per nigrum facit puniceum. Arif. meteor. 3. fu. 2. cap. 3. ch. 548.
 Color albus, ut niger fractus propter debilitatem fit nigrior, sic minus albus videtur, & adducit ad nigrum, & fortior in puniceum permutatur, minus fortis in viridem, & debilior in purpureum. Arif. meteor. 3. fu. 2. cap. 3. char. 548.
 Colores multi sunt, quoniam multis cōtingit proportionibus misceri sibi inuicem, quæ miscentur. Arifto. de sen. & sen. cap. 3. c. 14.
 Colores alij, qui ex albo, & nigro intelliguntur, fiunt mixtione sibi inuicem temperaturum. Arif. de color. cap. 1. char. 876.
 Colores medij ex albi, & nigri temperamento fiunt. Arif. de colorib. cap. 2. ch. 878.
 Color niger & vmbrosus mixti lumini, puniceū faciunt. Arif. de colorib. cap. 2. char. 878.
 Color halurgus fit splendidus & floridus, cum mediocri albo, & vmbroso infirmi Solis radij temperantur. Arif. de color. cap. 2. c. 878.
 Color vinosus fit, cum nigro, puro, & coruscanti temperantur radij aerij, ut racemorum, acini, & dum maturantur: at simul, atque nigruerunt, puniceus in halurgum mutatur. Arif. de color. cap. 2. c. 879.
 Colorum generatio manifesta fit ex his, lumine Solis, igne, aere & aqua, prout miscentur: & magnas colorum mutationes faciunt carbones, fumus, arugo sulphur, & pennæ. Arif. de color. cap. 2. c. 880.
 Colorum multiformitas, & infinitas accidit, aut quia impariter, & inæqualiter, cum lumine, & vmbri temperamenta sumuntur, lumen enim & vmbre, secundū magis, & minus, plurimum differunt a se inuicem; quare tum per se, tum coloribus mixta creant colorum mutationes: aut eo quod qui temperantur multitudinem; & viribus differunt: aut quia non habent eandem rationes: & cum splendidum, & coruscans est id, quod admiscetur: aut contra squallidum, & non splendens. Arif. de color. cap. 3. c. 881.
 Colorum nullum purum videmus qualis est, sed omnes alij temperatos ad minus lumine, & vmbri. Arif. de color. cap. 3. char. 882.
 Colores omnia, quæ tingunt a tingentibus sumunt. Arif. de color. cap. 4. c. 883.
 Colores omnes mixti ex tribus gignuntur, lumine, & per quæ apparet lumen, ceu aqua, & aere, & subiectis coloribus, a quibus lumen refrangitur. Arif. de color. cap. 3. char. 883.
 Colores in generatione punicej posteriores sunt nigris. Arif. de color. cap. 5. c. 887.
 Colores medij obscuriores, & clariores euadunt ex maiore, vel minore copia, vel admixtione albi vel nigri, secundum quandam proportionem. Ale. aphr. de sen. & sen. ex sec. 2. c. 12. col. 1.
 Colores, quidam nascuntur ex his, quæ commiscuntur quadam proportione & æqua inter se: quidam autem ex maiore copia simplicij prodeunt, & illi suaues, & grati videntur, qui cum quadam proportione eorum, quæ excedunt, oriuntur, qui secus admiscuntur, similes sunt his cocutibus, qui nulla mensura, ac proportione consentiunt. Ale. aphr. de sen. & sen. sec. 3. com. 19. c. 12. col. 2.
 Color viridis, & halurgus naturales sunt in auriglutino, & in eo, qui color ostrinus est: compositi vero, vel ex artefacti, viridis ex coeruleo, & luteo, siue pallido fit: halurgus ex coeruleo, & phœniceo. Ale. aphr. in 9. meteor. cap. 4. co. 24. c. 82. col. 1.
 Color luteus, si cum coeruleo miscetur per collustrationem, viridem efficit: si cum phœniceo, halurgum. Alex. aphr. in 3. meteor. cap. 4. co. 24. c. 82. col. 1.

Coloris diuersitas accidit corporibus visis propter diuersitatem rerum, quibus mediantibus videntur: nec non ob diuersitatem magnitudinis, paruitatis, propinquitatis, & remotioris: nec non id accidit ex debilitate visus, & propter ambo. Auer. meteor. 3. cap. 1. char. 204. col. 2.
 Colores diuersi fiunt, secundum paucitatem, & multitudinem lucis; & paucitatem, & multitudinem diaphaneitatis. Auer. de sens. & sens. ex paraphr. char. 192. col. 2.
 Color albus fit ex admixtione ignis clari cum elemento, quod est valde diaphanum, id est aere. Auer. de sen. & sen. ex paraphr. char. 192. col. 2.
 Color niger fit ex igne turbido admixto terræ. Auer. de sen. & sen. ex paraphr. char. 192. col. 2.
 Colores medij fiunt secundum diuersitatem corporis lucidi, & corporis diaphani. Auer. de sen. & sen. ex paraphr. char. 192. col. 2.
 Colorum differentia recipiunt magis, & minus. Auer. in 10. metaph. tex. co. 23. char. 127.
 Color subalbus fit ex septem causis: ex abundantia spiritus visui, vel claritate ipsius, vel ex abundantia crystallini humoris, vel quia exiit multum extra versus foramen vuae, aut quia albugineus humor diminutus est, vel nimis clarus, aut quia claro nutrimento impleta vuae demonstrat crystallini coloris candorem. Alb. mag. de animal. l. 1. tract. 2. cap. 7. c. 10. col. 1.
 Colores non recipiuntur à luce Solis, sed potius ab ipsa causantur. Alber. magn. in 11. metaph. tract. 2. cap. 33. c. 160. col. 3.
 Color fit luminis presentia in perspicuo terminato per opacum. D. Thom. in 3. meteor. ex digres. de color. lect. 6. char. 196.
 Colores diuersi fiunt per diuersam proportionem luminis ad opacum. D. Thom. in 3. meteor. ex digres. de color. lect. 6. char. 196.
 Color albus fit ex multo lumine, & pauco opaco. D. Tho. in 3. meteor. ex digres. de color. lect. 6. char. 196.
 Color niger fit ex pauco lumine, & multo opaco. D. Tho. in 3. meteor. ex digres. de color. lect. 6. char. 196.
 Color, qui fit ex debili visu, non est verus color. D. Tho. in 3. meteor. ex digres. de color. lect. 6. char. 198.
 Color duplex principium habet: formale, lumen: materiale, perspicuum. D. Thom. de sens. & sens. lect. 6. char. 7. col. 3.

Coloris quid proprium, & eius causa.

Coloris susceptiuum est, quod sine colore est, & soni, quod sine sono. Aristotel. 2. de anima. sum. 4. cap. 3. te. 71. c. 632.
 Colorum causa cæteris animalibus cutis est: sed hominibus nihil causæ cutis affert, nisi ad canitiem, id est, ea, quæ morbo, non quæ senio accidit, eo enim vitio corporis, quæ vitiligo vocatur, pili efficiuntur albi. Arif. de gener. anim. 5. cap. 4. char. 276.
 Color vim eundi perlucidum habet. Alexan. Aphrod. de sen. & sen. ex sec. 3. com. 52. c. 13. col. 1.
 Color non apparet in aere, at in pupilla apparet: quia perspicuorum alia solum perspicua sunt, ceu aer: quædam non solum transparentia, sed apparentia quoque sunt, quæ propter leuitatem, ac densitatem retinere, & colligere apparentiam possunt, ut specula, vitrea, vasa, & translucidi lapilli, & aqua, nec non oculi pupilla, quæ aquea est. Alexand. Aphrod. in 2. de ani. cap. 38. char. 50. col. 2.
 Coloribus proprium est, ut alij adueniant. Simplic. in prædic. char. 68.
 Colores non per omnia permeant corpora, aer enim non est visibilis. Ioan. Gram. in 2. de generat. & corrupt. tex. 6. co. 6. char. 106.

Coloribus

Coloribus proprium est in luce videri. Ioan. Gram. in 2. de anima. tex. 66. char. 52. col. 1.
 Colorum profunditatem, & si in gemmis cernere videntur, tamen reuera profunditatem non cernimus, sed solum superficiem. Ioan. Gram. in 2. de anima. text. 66. c. 53. col. 2.
 Color non denudatur a quantitate, nec calor, & frigus, quæ appropriantur tactui. Auer. 2. de anima. tex. 65. c. 139. col. 3.

Color ut visibilis, & quid significat, quid facit, & virtus eius.

Color visibilis per se est: hic autem est id, quod in eo, quod secundum se visibile est: secundum se autem, non ratione, sed quoniam in seipso habet causam, ut sit visibile. Arif. 2. de ani. fu. 4. cap. 3. tex. 66. c. 631.
 Color omnis motiuus est eius, quod est secundum actum, perspicui, & hoc est ipsius natura. Arif. 2. de anima. sum. 4. cap. 5. te. 67. char. 631.
 Color, & sonus, & odor, non alunt, nec faciunt augmentum, nec decrementum. Arif. 3. de anima, sum. 3. cap. 1. te. 64. char. 670.
 Color minus hilaratur his, qui nimis dormiunt, quam qui modice se somno recreant: nam dormiens astringitur, & propemodum strangulatur. Arif. problem. sect. 2. q. 30. char. 360.
 Coloratiores sunt in nauibus degentes, quamuis in aqua, quam, qui in paludibus; quia loca commode aspirata coloris præbere hilaritatem possunt. Pallidos autem humor efficit, cum putrescit: quod euenire immobilitatis causa solet. ideo subpallidi sunt, qui loca palustria colunt. Aristotel. problem. sectio. 14. quæstio. 12. char. 485.
 Colores acuti significant calidum, & sanguineum, albi, cum rubore, bonam indolem, quando in leui corpore accidit hic color. Arif. physio. cap. 4. c. 337.
 Color phœniceus naturalis in ipso Cinabary videri potest, & in draconteo, quod ex animalis sanguine est. Alex. Aphrod. in 3. meteor. cap. 4. text. 23. c. 83. col. 1.
 Colores non syllogismis, sed visu iudicantur. Themist. in 2. physic. tex. 6. char. 21. col. 1.
 Color visibilis est, si appropinquetur lumini, alioqui videri nequit, quia motiuus est perspectiui actu. Simpl. in 7. physic. tex. 13. char. 376. col. 1.
 Color est formalis causa, ut videatur coloratum, non ut color, sed ut diaphani immutatum. Simplic. in 2. de anima. tex. 65. char. 36. col. 1.
 Colorem extraneum vna duarum causarum producit. Vna est calor extrinsecus, cum fuerit non conueniens calori naturali: nam frige facit ipsum, & dissoluit. Alia est frigiditas caloris naturalis, & congelatio eius: nam, cum fuerit debilis, non potens congregare materiam, & dominari super ipsam, putrescit materia, ut in corporibus mortuis, & senibus. Et sæpe accidit hoc materię propter humiditatem, & hoc propter facilitatem passionis eius ab extrinsecis, & propter eius debilitatem in retinendo formam. Auer. meteor. 4. char. 210. col. 4.
 Coloris extranei prima operatio est indecoctio, vel combustio; quia de eius natura est extinguere calorem naturalem, & resolueret humiditates ei subiectas. Auer. meteor. 4. char. 211. col. 1.
 Colores in obscuro sunt in potentia, & lux facit eos in actu. Auer. 2. de anima. te. 67. char. 140. col. 1.
 Color visibilis est in secundo modo dicendi per se, non in primo. Auer. 2. de anima. te. 66. c. 140. col. 1.
 Color, licet fiat a corpore lucido, tamen differt ab eo definitione, & essentia, nam color est vltimum diaphani terminati. lux est complementum diaphani non terminati. Auer. 2. de ani. te. 67. c. 140. col. 1.

Colore proprio non videntur, quæ in obscuro apparent. Auer. 2. de ani. te. 93. c. 141. col. 2.
 Color visibilis est non mediante alia forma sibi contingente. Auer. 2. de ani. te. 67. c. 140. col. 2.
 Colores duobus modis permutantur, primo tingendo, secundo transeundo subiectum in alium colorem. Alb. mag. de sen. & sen. tract. 2. cap. 2. c. 10. col. 4.
 Color viridis extremæ, & aqueæ frigiditatis est indicium, ut in vrimis viriditas est indicium caloris mortificantis, & consumentis. Alber. magn. de anima. l. 23. cap. 12. char. 189. col. 1.
 Color hyacinthinus acream & euandam indicat complexionem. Alber. magn. de anim. l. 23. cap. 12. char. 189. col. 1.
 Color croceus corruptentem choleram indicat. Alber. mag. de ani. l. 23. cap. 12. c. 189. col. 1.
 Coloris virtus in agendo imperfecta est, comparata ad virtutem luminis. D. Thom. in 2. de ani. l. 15. te. 70. char. 35. col. 3.
 Coloris virtus in agendo imperfecta est ratio luminis; quia nil aliud est color, quam quædam lux quodammodo obscura ex admixtione corporis, unde non habet virtutem, ut possit diaphanum illuminare, quod lux pura facit. D. Thom. de nat. lumin. opus. 51. char. 84. col. 2.
 Colores illuminati videntur ab eo, qui est in obscuro, ob id, quia medium illuminatur. D. Tho. de nat. lumi. opus. 51. c. 84. col. 2.
 Coloris tertij apparentiam facit id, quod secundum se est vnus coloris, si per alium colorem videtur. D. Tho. de sen. & sen. l. 7. c. 9. col. 2.

Color herbarum, plantarum, nubium, & iridis.

Color herbaceus est in omnibus plantis, principium etenim germina & folia, & fructus fiunt initio herbacei: is enim color omnibus in terra nascentibus accidit. Nam aquæ vetustæ virides primo fiunt, deinde radijs solis nigra. Arif. de color. cap. 4. c. 884.
 Colores in nube positos Sol claritate sua non tegit, sed potius debilem reddit visum aspicientis, ne eos a corpore distinctos videre possit, quod corpus non fit in speculo aquæ opposito. Alb. magn. 3. meteor. tract. 4. cap. 1. c. 114. col. 2.
 Color plantarum exterior omnibus est viridis, sed progressu temporis, in corticibus quarundam plantarum maguarum declinat ad glaucum, & nigrum colorem. Inuenit etiã rubeus, & interior est albus, & croceus. Alb. magn. de veget. l. 2. tract. 1. cap. 6. char. 133. col. 3.
 Colores florum præcipue quinque sunt: albus, caeruleus, rubeus, hyacinthinus, & purpureus. Alb. mag. de veg. l. 2. tract. 2. cap. 7. c. 136. col. 1.
 Color viridis, & niger raro eueniunt in floribus. Alber. mag. de veget. l. 2. tract. 2. cap. 7. char. 136. col. 2.
 Colores iridis non possunt imitari à pictoribus, quia ipsi faciunt colores admixtione aliorum, sed tres iridis colores non fiunt per aliquam admixtionem. D. Tho. 3. meteor. l. 3. char. 174.
 Colores iridis habent essentiam veri coloris, debiliter tamen, & imperfecte. D. Tho. in 3. meteorol. ex digress. de colorib. lect. 6. char. 197.
 Colores hostis asinus est: dormit enim in præsepe asinorum, & narem subiens asini ne comedat impedit. Arif. de hist. ani. 9. cap. 1. char. 318.
 Columba, palumbes, turtur, vinago bina pariunt: sed columba, vel decies in anno generat: aliæ semel in anno, & parcius. Arif. de hist. ani. 6. cap. 1. c. 194.
 Columbis facultas est retinendi oua, etiam tempore parturiendi. Nam si ab aliquo vexetur, aut penna in nido euulsa, vel quavis alia infestetur re, aut quæ nte mortuosus habeat, ouum per tristitiam retinet, partumque differt.

differt. Peculiare columbis etiam est, ut in coitu, nisi ante mutuo se osculentur, mas non ascendat. sed iunior, an senior sit, interest. Senior enim primum coitum osculo exorditur, sequentem, & sine osculo agit. at iunior, quoties libet coire, toties osculatur. Fœminæ etiam siliant, & supergressæ mutuo agant, si mas non sit: & cum osculo, ut mares: & quamvis nihil altera in alteram emittat, tamen plura sic ova, quam ex maris coitu pariunt: sed omnia sunt irrita. Aristot. de hist. anim. 6. cap. 2. char. 198.

Columbæ bina ova magna ex parte pariunt, sed ut plurimum ternâ palumbes, & turtures, ut columbæ omni tempore. Pariunt palumbes, & turtures bis; nec plus, & vere: at & si tria procreant ova, nunquam plus duobus pullis educunt: & nonnunquam vnum tantum, reliquum semper irritum est, quod vrinum vocant. Arist. de hist. ani. cap. 4. char. 203.

Columbæ magna ex parte marem, & fœminam generant: priorem marem, posteriorem fœminam: & cū primum pepererint ouum, vno interposito die secundam pariunt. incubant ambo vicissim, interdum mas, noctu fœmina. concoquunt, atque aperiunt, circa diē vigesimum, ouum, quod prius ediderint. Perforant ouum pridie eius diei, quo pullum excludunt: & fouent prolem ambo ad certum tempus, eodem modo, quo ova. Fœmina in sobolis opere acerbior est mare, ut cæteris quoque a partu euenit animalibus. Arist. de hist. ani. 6. cap. 14. char. 203.

Columbæ pariunt decies anno: nonnullæ etiam vndecies; Aegyptiæ vero, & duodecies. Aristoteles de hist. ani. 6. cap. 4. c. 204.

Columbæ semestres incipiunt nosse Venerem, & die trigesimo, prole expedita superiore, parit. Arist. de hist. ani. 6. cap. 4. c. 204.

Columbi pleraque contemplationis humanæ vitæ afferunt, non enim cum pluribus coniunguntur, nec coniugium a primo ortu deserunt, nisi cælebs, vel vidua. parturienti fœmina mas adest, cultuq; ac omni officio fungitur, & sine fœminam ob partus laborem pigre euntem ad nidum mas percutit, & cogit intrare. at interdum nonnullæ etiam ex maritatis cum alijs coeunt. Aristoteles de historia animalium 6. capit. 7. char. 326.

Columbarum, turturum, & palumborum proprium est, cum bibunt, ne resupinant collum, nisi satis biberint. Arist. de hist. ani. 9. cap. 7. char. 326.

Columbis ætate proceris vngues accrescunt, quos recidere solent, qui alunt. Arist. de hist. ani. 9. cap. 7. c. 326.

Columbæ, & turtures, ad annum octauum viuunt. Arist. de hist. ani. 9. cap. 7. char. 326.

Columbos ferunt cognoscere omnia accipitrum genera, ut vel volando, vel humi confidendo, vel super arborem manendo, ab eo aufugiant. Arist. de hist. animal. 9. cap. 36. char. 346.

Columba naturaliter non pullificat tempore, quo Sol intrat tropicum hyemalem: sed expertum est, si calidam habitationem habet, & multum cibum, quod & etiam tunc pullificat. Alber. magn. de animalib. lib. 3. tract. 1. cap. 6. c. 54. col. 1.

Columbarum quatuor sunt modi apud nos notati. Primum græce belem vocatur, quæ sunt domesticis similes, licet minores, quæ in cauernis arborum nidificat. Aliud genus est palumbes. Aliud minimum est genus turturis. Et columbæ communes. Alber. mag. de animalib. l. 5. tract. 1. cap. 6. c. 54. col. 2.

Columbæ frequentius ouant masculum, & fœminam, & qui nascitur sæpe prior est masculus, posterior fœmina: & columbus de die cubat ova, columba de nocte: & primum ouum completur in septem diebus, & fouent per quatuordecim, & ouant decies, & vndecies, & in calidis regionibus duodecies. Alb. magn.

de anima. l. 6. trac. 1. cap. 5. c. 58. col. 2.

Columbæ, & omnia genera palumbarum hoc commune habent, ut vno tractu potent demisso capite, & in potu non erigunt capita sæpe, ut alæ aues, quia simul multam aquam hauriunt. Alber. mag. de animal. l. 8. trac. 2. cap. 3. c. 75. col. 2.

Columba est auis, sed in hepate non habens, quolibet mense pullos educat: complet, & non exeuntibus de nido pullis iniuriam percussione alarum irrogat. Sanguis de sub ala dextra recenter eductus valet lippientibus oculis, & humidis, cum sit acutus, & dissolutiuus. Pulli columbini verni autumnalibus sunt saniores. Albertus magnus de animalib. lib. 13. cap. 1. char. 186. col. 4.

Columella est vitium gargaris, cum in longum per fluxionem adducitur. Alexand. aphrodisien. problem. 2. char. 725.

Columna generatur ex circulo sursum super lineam rectam moto. Alb. mag. de veg. l. 3. tracta. 1. cap. 2. char. 137. col. 2.

Columna fit, cum mouetur circulus directè procedendo, ita quod centrum eius procedat in linea recta. Alber. magn. in 5. metaph. tracta. 3. capit. 5. char. 109. colum. 3.

Comam alere apud Lacædemonios laudabile erat, quod signum erat libertatis. Arist. rhetor. pri. char. 39.

Combustibilia sunt, quæ habent meatus susceptiuos ignis, & humiditatem in his, qui secundum directum meatibus, debiliorem igne. incombustibilia sunt, quæ non habent, aut fortiolem, ut glacies, & quæ valde viridia sunt. Aristoteles meteorum 4. sum. 2. cap. 2. tex. 48. c. 582.

Combustibilia sunt, quæcunque in cinerem dissoluuntur. & omnia hoc patiuntur, quæ concresecunt, aut a calido, aut ab ambobus calido, & frigido, minime autem lapidum, sigillum, qui vocatur carbunculus. Arist. meteor. 4. su. 3. cap. 2. tex. 47. c. 583.

Combustibilem hæc inflammabilia sunt, hæc non: & horum quædam carbonaria. Arist. meteor. 4. su. 3. cap. 2. tex. 47. c. 583.

Combusta, & quæ dissoluuntur, & liquefunt in igne, hæc multos habent colores, quorū fumus est tenuis, & aeris etiam colores vmbrosi, ut is, qui sulphure, & ex æruginosis æramentis exhalat, & quæcunque sunt densa, leuiaque, ut argentum. Alia, quibus vmbrosi sunt colores, etiam leuitatem participant, ut aqua, & nubes, & auium pennæ. etenim hæc tum propter radios incidentes, tum leuitatem, alias aliter temperatos, diuersos efficiunt colores, ut est tenebra. Arist. de color. cap. 3. c. 881.

Combustibilia sunt illa, in quibus sunt viæ pertransitionis, & recipiunt ignem, & humiditas in eis est aerea, non aquea, ut in ligno, & oleo. Et alia faciunt flammam, ut ligna, & alia non, propter dominium terræ, ut carbones. Auerroes meteoror. quarto. chart. 212. colum. 3.

Combustionis omne principium est extra, cui calor intrinsecus naturalis, ut naturalis, nihil confert. Albert. mag. in 4. meteor. trac. 6. c. 118. col. 1.

Comete differentia.

Cometæ materia, si principium habet in ipso inferiori loco, per se apparet. Si sub astro, uel errantium aliquo, uel non errantium a motu constiterit exhalatio, tunc cometes fit horum aliquis. Non enim apud ipsa astra coma fit, sed ut aera circa Solem, & Lunam apparent, assequentes etiam si transferantur astra, cū sic fuerit condensatus aer, ut passio hæc fiat sub Solis itinere, sic & coma astris ut aera est. Aristot. meteor. 1. sum. 2. cap. 3. char. 468.

Cometa

Cometa appellatur si figuræ est exhalatio, quasi sphaericæ, si tendit ad longitudinem, pogonias, & barbata nominatur. Alex. Aphrod. in 1. meteor. cap. 8. tex. 55. co. 29. char. 16. col. 2.

Cometæ diuersæ sunt secundum diuersitatem figuræ eorum, & hoc ex parte materiæ, & ex eis est, cuius cauda est rotunda, seu circularis. Auer. 1. meteor. cap. 1. char. 182. col. 2.

Cometæ differunt ob vapores grossos, vel subtiles, & dicuntur secundæ stellæ, quia significant planetarum vires in diuersis locis. Alb. mag. in 1. meteor. tract. 3. cap. 10. char. 83. col. 1.

Cometa quid est, & in quo loco fit.

Cometas esse apparentiam stellarum errantium dixerunt Anaxagoras, & Democritus, se inuicem enim tangere videntur. Aristot. meteor. 1. sum. 2. cap. 3. tex. 1. char. 463.

Cometam vnum esse erraticarum stellarum dicunt Pythagorici, sed post multum tempus ipsius apparitionem esse, & excessum ad modicum, quod accidit, & circa Mercurij stellam; quia enim modicum superascendit, sæpe non apparet, ita ut post multum tempus appareat. Et similiter Hippocrates Chius, & Aeschilus: sed comam non habere, at propter locum aliquando sumere, refracto nostro visu ab humore attracto ab ipso ad Solem. Arist. meteor. 1. sum. 2. cap. 3. tex. 1. char. 463.

Cometæ multi visi sunt extra Zodiacum, & plures vno simul sæpe sunt facti. Aristot. meteor. 1. sum. 2. cap. 3. tex. 1. char. 464.

Cometas fieri omnes ad Vrsam solum, & Sole existente circa versionem æstiuam, non est verum. Magnus enim cometes factus fuit circa eum, qui in Achaia fuit, terramotum, & circa fluctus ascensum ab occasibus æquinoctialibus ortus. & multi ad Austrum facti sunt. Arist. meteor. 1. sum. 2. cap. 3. tex. 1. char. 464.

Cometes fit per principium igneum, cum propter superiorum motum incidit in exhalationem calidam, & siccam, neque sic multum valde, ut cito, & ad multum exurat: nec sic debile, ut extinguatur cito, sed maius, & ad multum, simul autem ab inferius accidit ascendere bene temperatam exhalationem, utcunque fuerit figuratum exhalatum. Si enim omniquaque similiter, Cometæ: si autem in longum, est Barbata. Arist. meteor. 1. su. 2. cap. 4. tex. 1. c. 466.

Cometa fit per se sæpe, & frequentius, quam circa aliquas determinatarum stellarum. Arist. meteor. 1. sum. 2. cap. 3. char. 468.

Cometas non sæpe, nec multos fieri, & magis extra tropicos, quam intra, causa est Solis, & astrorum motus, non solum segregans calidum, sed & disgregans, quod consistit: & maxime causa est, quod plurimum in laetis congregat regionem. Arist. meteor. 1. sum. 2. cap. 3. char. 469.

Coma non fit circa Solem, nec circa Lunam; citius enim disgregat, quam ut coacta sit talis concretio. Arist. meteor. 1. sum. 2. cap. 6. char. 472.

Cometæ non multi fiunt, quia continue sub lacteo circulo segregatur consistentia, ex qua fiunt cometæ. Arist. meteor. 1. su. 2. cap. 6. char. 473.

Cometæ, stellæ micantes, & ignita omnia generantur in regione diuino corpori propinqua. Alex. Aphro. meteor. 1. tex. 1. co. 1. char. 1. col. 2.

Cometæ non fiunt in parte Australi, quia constipatio non fit supra centrum circuli, quod est sub terra, nec a nobis conspici potest, cum maior pars Australi circuli sit sub terra. contra in Boreali. Alexand. Aphrod. in pri. meteorol. cap. 7. text. 24. com. 24. char. 14. col. 1.

Cometa nil aliud est, quam statio, & permanētia discurrentis astri. Alexand. Aphrod. in prim. meteor. cap. 18. tex. 29. co. 29. char. 17. col. 1.

Cometæ, & omnia ignita fiunt in suprema aeris regione, quæ æstus appellatur. Albert. Magn. in 2. de Cœlo. tract. 3. cap. 2. char. 32. col. 2.

Cometes nil aliud est, quam vapor terrestris, grossus, cuius partes sibi multum coniacent, paulatim ascendens ab inferiori parte æstus ad superiorem eiusdem, ubi concauitas ignis contingit, & ibi diffusus est, & inflammatus, & ideo sæpe longus, & diffusus videtur. Alb. Mag. in 1. meteor. tract. 3. cap. 8. char. 82. c. 2.

Cometæ sunt stellæ habentes comas, quod fit propter aerem inflammatum contentum a stellis, siue planetis, qui igniunt aerem, qui est in circuitu eorum, & sic videntur illæ stellæ cometæ propter radiorum conjunctionem. Albert. magn. de passio. aeris. char. 121. colum. 4.

Cometa quid significat, & de quo fit.

Cometæ cum multi, & crebri apparent, anni fiunt sicci, & spirituosius notabiliter. Cum autem rariores, & tenuiores magnitudine, similiter non tale, sed frequenter fit excessus spiritus, aut secundum tempus, aut secundum magnitudinem. Aristot. meteor. 1. sum. 2. cap. 3. char. 468.

Cometa cum fit, aer debet esse sicciore, & euaporatio humida dissolui a multitudine calidæ exhalationis, ita ut non cogatur facile in aquam. Aristot. meteor. 1. sum. 2. cap. 3. char. 468.

Cometæ coma ex attractæ humiditatis constantia generatur. Alex. Aphrod. in 1. meteor. cap. 7. tex. 24. com. 29. char. 13. col. 2.

Cometæ sunt signa indicantia mortem, quia signat fortitudinem Martis, qui significat mortem maxime violentam: non tamen est causa necessaria, sed potius inclinans ad hoc, & magis significat Regum mortes, quam pauperum, non quod sit ita, sed quia Regum, ac diuitem, ac potentum mors magis obseruatur. Albert. mag. in 1. meteor. tract. 3. cap. 10. char. 83. col. 1.

Cometa quid habet in se, & quantum durat.

Cometæ in seipsis lucem habent. Alex. Aphrod. in 1. meteor. cap. 10. co. 33. char. 20. col. 2.

Cometis durationem adiuvat exhalatio, quæ ab inferiori parte sursum eleuatur apte ad inflammationem disposita. nam etiam cometæ ipsius durationem adiuvat. Alexand. Aphrod. in 1. meteor. cap. 8. tex. 25. com. 29. char. 17. col. 1.

Cometa, quæ sub stella fit, quo motu mouetur,

Cometæ si facta est sub stella, tali motu moueri necesse est, quo stella fertur. cum constiterit per se, tunc tardantes videntur. Aristot. meteor. 1. sum. 2. cap. 3. char. 467.

Cometæ, quæ sub stellis videtur, apud ipsas apparet, ac cum ipsis etiam circunducitur, ut Halo circa Solem, & Lunam. Alex. Aphrod. in 1. meteor. cap. 8. tex. 29. com. 29. char. 17. col. 1.

Cometa cum fit secundum aliquam stellam, simul cum ipsa circummouetur. cum vero inferius per se constiterit, non æque alicui stellarum velociter mouetur, sed semper deficiens, & posterior apparet. Ale. Aphr. in pri. meteor. cap. 8. co. 29. c. 17. col. 2.

Cometa aliquando circundat aliquam stellam erraticam, & accidit moueri motu stelle, & aliquando mouetur motu totius, cum fit cometa sub locis in quibus non est super eos stellæ. Auer. 1. meteor. cap. 1. char.

char. 182. colum. 2. Nota de cometa, qui apparuit anno 1571. sub Cassiopea stella, quod illa erat cometa, & mouebatur motu ipsius stellæ, quæ & si non erat erraticæ, nihil tamen refert.

Commensurabilia sunt quæcunque comprehensibilem manentem habent comprehensionem. Alex. Aphro. problem. 2. char. 725.

Commensurati iusti, & fortes erunt: cuius commensuratio relationem habere debet ad corporis bonam motionem, & bonam natiuitatem, sed non ad formam maris. Arist. physiog. cap. 10. char. 357.

Commensurabilia communi mensura mensurari consueverunt. Eustr. 5. ethicor. cap. 5. char. 234.

Commensuratio non est sine proportione commensurantis. Alb. mag. ethic. 5. trac. 2. cap. 3. char. 63. col. 3.

Commensurabilia sunt illa omnia, quæ mensurari possunt per aliquod tertium: ita ut illud tertium aliquoties sumptum mensuret vtrumque. Alex. de Ales. in 5. metaph. tex. 20. char. 141. col. 2.

Commentationes sunt quæ non modo orationi, & negotio aduersantur, sed & alijs rebus omnibus. Arist. rhetor. ad Alex. cap. 10. char. 205.

Commissio impeditur à frigido, quia frigus sistit, & abscindit modum euaporationis, comprimic humidum aquæ in se, & terreum, ita ut exprimat humidum ex se quod habet, & sic remanet status simplicium, & impeditur commissio. Albert. magn. de nat. locorum, distinct. 2. cap. 7. char. 99. col. 4.

Communes erant in Lacedæmone serui vicissim, tamquam forent vnusquisque, & præterea equi, & canes, & vehicula. Arist. politic. 2. cap. 3. char. 521.

Communes esse res vsu, sed ut sint propriæ melius est. Arist. politic. 2. cap. 3. char. 521.

Communitas, & conuentus, rerum humanarum omnium est difficilis. Arist. politic. 2. cap. 3. char. 521.

Communitas rerum omnium tollit liberalitatem, & temperantiam. Arist. politic. 2. cap. 3. char. 525.

Commune quod multorum est, in eo minima adhibetur diligentia. Arist. politic. cap. 2. char. 517.

Communia, aut quædam, aut nulla esse inter ciues necesse est: at nulla impossibile est, cum ciuitas sit communitio quædam. Arist. politic. cap. 1. char. 515.

Communitio multorum continet multas perturbaciones, & ad finem opportunum ciuitati impossibilis est. Arist. politic. 2. cap. 1. char. 515.

Communia non sunt notiones simpliciter, sed à quibusdam, & de quibusdam: & hæc sunt singularia, & ab his fiunt, quæ communia non sunt, eo quod ab eis intelligentia, separatur: hæc verò per se differentia in rebus singularia sunt, quibus ablatis, quod relinquatur, est notio. Alexan. Aphrod. in prim. natur. quæst. cap. 14. char. 8.

Commune dicitur, quod in partes diuisibile est, ut panis; vel quod & si diuidi nequit, in vsum tamen à multis sumitur, ut equus, & seruus: & quod præoccupatione alicuius sit, & post vsum iterum in commune redit, ut theatrum: vel quod totum simul in vsum multorum euadit absque vlla diuisione, ut vox præconis, & hoc in loco sumitur. Porphy. in prædicamenta, char. 3.

Commune quatuor dicitur modis: vel quod citra diuisionem possidetur, ut seruus: vel quod in partes sectum à pluribus possidetur, ut prandium: vel quod in præoccupatione, ut locus in atrio: vel quod simul à participibus ex æquo capitur, ut vox præconis. Ammo. in prædicam. char. 11.

Commune aliud in partes non diuidi potest, ut seruus: aliud ut vox diuidi potest, aliud non potest. Quod diuidi potest, vel ita diuiditur, ut sit occupantis, ac post vsum reddit commune, ut forum: aut manet proprium, ut spolia hostium militibus. Dix. in præ-

dic. c. 30. Idem Simp. in prædic. c. 6.

Communia sunt priora quò ad naturam. Dix. in prædic. char. 37.

Commune tribus dicitur modis. Primo ut animal, secundum vnã naturam cunctis animalibus quatenus animalia se se impartitur, & secundum diuersas differentias, diuersæ species animalium subsistunt. Secundo, quod à communi causa differentibus speciebus distribuitur, & eisdem inest; ut illud; quod vniciue animali inest. Tertio, quod in nostris intellectibus per abstractionem subsistit. Simpl. in prædic. char. 20.

Communes notiones indemonstrabiles sunt. Io. Gram. in 1. poster. cap. 2. char. 5. col. 2.

Communia omnibus quinque præsertim sunt: materia, forma, locus, tempus, & motus. Io. Gram. in 1. phys. com. 2. char. 2.

Communia primum, deinde singula nobis percipienda sunt. Mag. in lib. de inter. cap. 2. c. 4. col. 2.

Commune vbi est, ibi & ius, & amicitia est. Aspaf. in 8. Ethicor. Nicom. cap. 11. char. 426.

Commune omne est, cuius est aliqua definitio. Auer. in quæst. logic. tex. 16. char. 378. col. 1.

Commune nullum est substantia. Auer. in 7. metaphys. tex. com. 57. char. 96.

Communitas, quæ intelligitur in formis communibus, habet esse extra animam in potentia. Auer. in 12. metaphys. tex. com. 14. char. 141.

Commune multis dicitur modis. Quod in partes diuiditur, & totum non est commune, sed eius partes, ut domus. Quod non diuiditur in partes, sed vsus communis est, ut seruus. Vel quod cum vtitur est proprium, redit tamen in vsum commune, ut theatrum; quod & si non diuiditur, eodem tamen tempore omnibus commune est, ut vox. Boet. in præd. c. 16.

Communia metaphysici sunt essentialia, at communia, quæ a dialectico considerantur, sunt signa, & non causa. Alb. mag. in top. c. 221. col. 3.

Communis postis, singula ponere non est necesse. Alb. mag. ethic. tract. 3. cap. 5. c. 7. col. 1.

Commune aliquod quæcunque consequuntur, seorsum sunt tractanda, ne oporteat ea multoties pertractando, omnes eius partes repetere. D. Thom. in 1. phys. lect. 1. tex. 2. char. 1. col. 2.

Communia prius in vnoquoque genere consideranda sunt, deinde particularia. D. Thom. in 1. de anima. lect. 1. tex. 1. char. 1. col. 1.

Commune omnibus animatis est anima. In hoc enim omnia animalia conueniunt. D. Thom. in 1. de anima. lect. 1. tex. 1. char. 1. col. 1.

Communia sunt omnibus scientijs, quæ in hac scientia metaphysica considerantur. D. Thom. 5. metaphys. lect. 1. tex. 1. char. 255.

Commune aliquod de quocunque prædicatur, oportet prædicari aliquod eorum, quæ sunt ab illo communi. D. Thom. 16. metaph. lect. 10. char. 809.

Commune de se aliquid esse potest, tamen contractum efficitur proprium. Alex. de Ales. in 7. metaphys. tex. 54. c. 236. col. 3.

Communicantia, quæ sunt inter agens, & patiens, mouens, & motum physice, non est inter intellectum possibilem, & id quod mouet ipsum ad formam intelligibilem. Alb. mag. in 3. de ani. trac. 2. cap. 6. ch. 37. c. 1.

Communicabile multis per genus alijs conuenit, quia si species multis se communicat, hoc ei conuenit, ut est aliquid generis. Albert. magn. in 5. metaphys. cap. 15. char. 115. col. 3.

Commus siue planctus est luctus communis chori, cum ijs, qui in scena sunt. Arist. poet. cap. 11. char. 272.

Commutatio est tractatio secundum qualitatem. Boet. in prædic. c. 213.

Commutatio existente semper manet communicatio. Albert.

Albert. magn. ethic. 5. tract. 2. capit. 10. char. 63. col. 3.

Comædium Megarense sibi vendicant. Arist. poetic. cap. 1. char. 259.

Comædia est peiorum imitatio, non tamen secundum omne vitij genus, quamquam ridiculum a turpi proficiscitur. Arist. poetic. cap. 1. c. 262.

Comædia, quia parum sui studiosos habuit, principio lauit, sero enim ab Archote comædorū chorus, ut quisque se se obtulisset, inductus est. Arist. poet. c. 1. c. 262.

Comædians Denfaricus Megares primus inuenit. Alber. mag. ethic. 4. tract. 1. cap. 13. c. 51. col. 4.

Compar est, cum duæ partes enunciantur clausule. Arist. rhetoric. ad Alex. cap. 26. ch. 221.

Comparabilia omnia sunt, quæ non sunt æquiuoca. Arist. phy. 7. su. 4. cap. 1. tex. 21. c. 187.

Comparabilia sunt illa, quæ sunt in vno primo susceptiuo, ut homo, & equus vtrum albius; in quo enim primo idem est, superficies, & similiter secundum magnitudinem. Arist. phy. 7. su. 4. cap. 1. tex. 27. c. 188.

Comparabilia non solum oportet non esse æquiuoca, sed & non habere differentiam, nec quod, nec in quo. Arist. phy. 7. su. 4. cap. 1. tex. 28. c. 189.

Comparabilia esse debent omnia, ex quibus fit permutatio: ob id numus in vsum venit, qui quodammodo medium efficitur, metitur enim omnia. Arist. 5. ethic. Nicom. cap. 5. ch. 120.

Comparabilia sunt, quæ aliquo eodem, vel similiter eodem participant. Alexan. aphrod. in top. cap. 13. ch. 18. colum. 3.

Comparatio in accidentibus solum fit, sola enim accidentia magis, & minus suscipiunt. Alex. aphrod. in 3. top. cap. 1. ch. 35. col. 1.

Comparatio fit aliquando circa duo, aliquando circa plura, aliquando vnius, vel plura. Alex. aphr. 3. top. cap. 1. char. 35. col. 1.

Comparatio non fit in vno solum, nisi secundum tempus, & tunc etiam illud ratione diuersorum temporum rationem duorum habet. Alex. aphrod. in 3. top. cap. 1. c. 35. col. 3.

Comparatiua problemata habent quæstionem in habentibus occultam excellentiam. Alex. aphr. in 3. top. cap. 1. ch. 35. col. 2.

Comparatio fit inter ea, quæ sunt eiusdem speciei. Sim. in præd. char. 28.

Comparationes dicuntur secundum relationem ad perfectum. Simp. in præd. c. 76.

Comparatio idem est, quod vnum alteri assimilare, & conferre, & omnino simul considerare, ac examinare. Simp. in 7. phy. cap. 1. tex. 21. c. 383.

Comparabilia non sunt, quæ sunt eiusdem generis, & non eiusdem speciei. Simp. in 7. phys. tex. 31. char. 387. col. 2.

Comparatio non modo in rebus æqualibus inuenitur, sed etiam in maioribus, & in minoribus reperitur. Psel. in 7. phy. ch. 61.

Comparationem non habent ad inuicem ea, quæ non communicant in eadem natura. Auer. in phy. 4. text. 71. c. 74. col. 2.

Comparationis proprium est æqualitas. Auer. phy. 7. te. 34. char. 152. col. 1.

Comparatio quod aliquid dicitur, non necesse est, ut habeat illud per se, nisi substantia rei diceretur in respectu alterius. Auer. 3. de celo, su. 1. tex. 9. c. 83. col. 4.

Comparatio est accidens separabile a re. Auer. 3. de celo. su. pri. tex. 9. char. 73. col. 4.

Comparatio non accidit inter illa, quæ sunt diuersi generis. Auerroes in 10. metaph. tex. com. 14. char. 123.

Comparationes vbi sunt, ibi magis, & minus etiam sunt. Boet. in præd. c. 186.

Comparatio maior est, quoties ei; quod minus est; id quod maius comparatur. Boet. in top. Cic. l. 2. c. 776.

Comparatio parium est, cum paria inter se comparantur. Boet. in Top. Cic. lib. 2. char. 776.

Comparatio minor fit, quoties minora maioribus comparantur. Boet. in Topic. Cic. lib. 2. char. 776.

Comparatio duplex; aut æqualia comparantur, aut inæqualia. Boet. in Top. Cic. lib. 2. char. 845.

Comparatio in æquali semper est in eadem æqualitate: at quæ in inæquali, vel maioris, vel minoris. Boet. in Top. Cic. lib. 6. char. 845.

Comparatio omnis, aut constat in numero, aut in specie, aut in vi, aut in aliqua extrinsecus locata affectione. Boet. in Top. Cic. lib. 6. char. 845.

Comparantur quæ numero, si ex eodem sint genere, plura paucioribus anteponuntur, & quæ secundum tempus comparantur. Boet. in Topic. Cic. lib. 6. char. 845.

Comparatiua secundum quæ magis, & minus fit comparatio sunt, ut vnum, vel genere, vel specie, vel proportionem; nec non ut duo, ut purius, & minus purum, quæ non sunt in genere dicto. Alb. mag. in sex princ. char. 76. colum. 4.

Comparabilia vniuoca esse debent in eo, in quo comparantur. Alber. Magn. in 6. physico. tractat. 3. capit. 6. char. 81. colum. 2.

Comparata omnia secundum magis, & minus, & æquale, mensurant se inuicem per partes. Albert. Magn. in 7. phys. tract. 2. cap. 1. c. 85. col. 4.

Comparatio duorum ad vnum, ut ad materiam, clare ostendit vnum eorum esse formam simpliciter, alterum, ut instrumentum, & imperfectum, propter hoc est deductio in ratione alicuius materialis, & ideo cum tam agens, quam speculatiuus intellectus comparantur ad possibilem intellectum, agens erit simpliciter forma, & speculatiuus erit non simpliciter, sed ut instrumentum. Alber. Magn. in 3. de anima, tractat. 3. cap. 11. char. 44. col. 4.

Comparata omnia vniuoca sunt. Alber. magn. de animalib. l. 1. tract. 2. cap. 2. c. 99. colum. 4.

Comparata vniuoce secundum magis & minus habent naturam vnã communem, quæ est genus ipsorum. Ea autem, quæ comparantur secundum proportionem ad vnum, non habent genus commune, nec vnã naturam communem. Alber. magn. de anima. lib. 11. tract. 2. cap. 2. ch. 99. colum. 4.

Comparatio fit inter distincta. Tho. de Vio in poster. char. 146. colum. 1.

Complexio alia fit, cum aliquid copulatiua particula connectitur, ut Socrates, & Plato, alia cum simul ex eo res proferuntur, quod alterum alteri accidat, ut Socrates ambulat. Porphy. in præd. c. 5.

Complexio partium orationis, compositio, & non elementorum compositio, a veteribus appellatur. Dex. in prædicam. char. 31.

Complexio multis dicitur modis. Vel per continuationem coniunctionem, & hoc duobus modis, vno simpliciter, ut si dies est, lux est, alia per copulatiuam particulam, ut & dies est, & lux est, vel per cognationem, ut cum accidentia de substantijs dicuntur. Vel omnis compositio elementorum complexio appellatur. Simp. in præd. char. 10.

Complexio duntaxat efficit corpus aptum, idoneumque ad suscipiendam animam rationalem. Ioan. gram. in pri. phy. tex. 82. char. 30. col. 2.

Complexio decernit vnionem complexi per modum denominantis, & per hoc fit complexum vnum. Auer. epitom. logic. char. 361. col. 3.

Complexio aliqua impossibile est, ut sit temperata, ut posuit Galenus. Auer. 2. de gener. & corrup. tex. 48. ch. 173. colum. 1.

Complexiones sunt secundum magis, & minus in eadem specie. Auerro. 2. de generat. & corrup. tex. 58. char. 174. colum. 3.

Complexionum signum magis forte sunt capilli, & color. Auer. meteor. 2. cap. 2. c. 198. col. 1.
 Complexionem mediam inueniri posse inter duo extrema hinc elicitur contra Galeum. Auer. in 10. metaph. tex. 10. 23. char. 127.
 Complexio omnis non facit propositionem: nam ubi verum, vel falsum non est, non est propositio. Boeth. in præd. c. 127.
 Complexio, & incomplexio non accidunt rei, vt res, nec voci, vt vox; sed vt refertur ad intellectum simplicem, vel compositum, id est, qui est intuitius vnius rei simplicis. Alb. mag. in præd. c. 3. col. 1.
 Complexio est designatio vnius cum altero, vel in altero. Alb. mag. in præd. c. 35. col. 2.
 Complexio pertinet ad intellectum componentem, fm naturam compositionis. Alb. in præd. c. 35. col. 2.
 Complexio est qualitas vna proueniens ex reciproca actione; & passionis qualitatum contrariarum in corporibus commissis. Alber. magn. in 2. phy. tracta. 2. cap. 1. char. 20. col. 1.
 Complexio cholericæ adusta, sicca adusta, aliquid amaritudinis habentia desiderat; vt valde asæ. Alb. magn. de nutrim. & nutrib. tract. 1. cap. 1. c. 63. col. 4.
 Complexio sanguinis desiderat temperate calida, & humida, vt carnes leues, oua trementia, vinum rubeum, & panem album frumentum. Alb. mag. de nutrim. & nutrib. tract. 1. cap. 1. c. 63. col. 4.
 Complexio phlegmatis desiderat frigida, humida, vt pisces. Alb. mag. de nutr. & nutr. trac. 1. c. 1. c. 63. col. 4.
 Complexio est qualitas, accidens ex qualitatum contrariarum compositione, in particulis minimis diuidentibus, & alterantibus se inuicem. Alb. mag. de ani. l. 12. tract. 1. cap. 1. c. 100. col. 4.
 Complexionum quædam est æqualis secundum omnem speciem, non æqualis secundum Arithmeticam medietatem, sed secundum exigentiam suæ speciei, & secundum geometricam medietatem. Alb. mag. de ani. l. 12. tract. 1. cap. 2. c. 101. col. 3.
 Complexionis æqualis temperantia in homine solo inter omnia alia reperitur, quia magis est equalitati ceteri similis. Alb. mag. de ani. l. 12. tract. 1. ca. 2. c. 101. c. 3.
 Complexionis æqualitas in homine octo modis videtur: vel æqualitas secundum conuenientiam speciei, & non in diuidui, vt hominem dicimus temperatum respectu asini: aut in in diuiduo ratione propriæ speciei, vt homo in natura hominis: aut in natura communi hominibus fit comparati sexus ad sexum, vt virum dicimus temperatum respectu mulieris: aut in eodem sexu respectu coparationis ad alia in diuidua eiusdem sexus, vt mulier in muliebri sexu, & vir in virili: aut in eodẽ in diuiduo respectu diuersorum temporum, vt iuuenis respectu pueri, & sui ipsius senis dicitur esse temperatus: aliquid sumitur comparatio alicuius membri dupliciter, vt ad diuersum tempus, & alia membra. Alber. magn. de anim. l. 12. tract. 1. cap. 2. char. 101. colum. 3.

Compositio quid est, & quotuplex.

Compositum ex finitis multitudine, & magnitudine finitum est, & multitudine, & magnitudine. Arist. 1. de celo, tex. 34. c. 254.
 Compositio triplex: prima est elementorum, sed melius dicitur ex virtutibus elementorum: secunda sunt partes similes, vt ossis, carnis; tertia est partium dissimilium, vt faciei, brachij, & horum. Arist. de partib. ani. 2. cap. 1. char. 42. l.
 Compositum est omne, quod ex elementis est. Arist. 4. metaph. cap. 3. c. 299.
 Compositum est illud, quod fit a primo efficiente, & fit ex materia, & forma: nec forma fit nisi per accidens. Arist. 7. metaph. cap. 7. tex. 26. c. 140.

Compositum est illud, quod fit ex aliquo, ut unum, non ut cumulas, sed vt syllaba. Arist. 7. metaph. si. cap. 20. tex. 60. char. 161.
 Compositum est, quod corruptibile, & generabile est, & separabile simpliciter. Aristotel. 8. metaphysicor. cap. 2. tex. 3. char. 163.
 Composita si definiuntur, definiuntur per materiam, & formam. Arist. 8. metaph. cap. 3. tex. 6. c. 165.
 Compositorum est definitio; principiorum autem componentium non est definitio, & sic in definitione non est progressus in infinitum. Arist. 8. metaphysic. cap. 4. tex. 6. char. 167.
 Compositum est i lud, quod est in diuiduum, ac recipit hoc aliquid, non autem materia informis. Simpl. in præd. char. 26.
 Compositis perfectio in forma, est status, materiæ autem est forma participare. Simpl. in pri. phy. c. 87. col. 2.
 Compositum magis proprie substantia appellatur. Simpl. in 2. phys. tex. 6. char. 94. col. 2.
 Compositum tantum est hoc aliquid, quod ex materia, & forma resultat. Simpl. in 2. de ani. tex. 2. c. 23. col. 2.
 Compositum est notius nobis quam causæ. Auer. in q. logic. c. 377. col. 4.
 Compositum ex duobus compositis, quorum vtrumque existit per se, si alterum fuerit separatim ab altero, & reliquum separatim erit a reliquo. Auer. phys. 8. cap. 27. char. 171. col. 3.
 Compositum ex simplicibus, est compositum ex contrariis: & compositum ex contrariis est generabile, & corruptibile. Auer. 2. de celo, tex. 1. c. 45. col. 2.
 Compositio est conditio in esse compositi. Auer. ex destru. dest. disput. 3. char. 26. col. 3.
 Compositio est conditio in esse rei, ideo partes compositi rerum naturalium, cum resoluntur, non erit nomen dictum de eis, nisi æquiuocè. Auer. ex destru. dest. disput. 6. char. 35. col. 4.
 Compositum omne ex materia, & forma diuisibile est. Auer. in 1. metaph. tex. com. 7. char. 5.
 Compositio est in positione partium ad inuicem. Auer. in 5. metaph. tex. co. 25. char. 63.
 Compositum est omne, cui potentia admiscetur. Auer. in 12. metaph. tex. com. 57. char. 150.
 Compositum omne est nouum, nisi aliqua ex se componerentur, & sic exiunt de potentia ad actum per se, & mouerentur sine motore per se. Auer. 12. metaph. tex. com. 39. c. 151.
 Compositio in corporibus animalium triplex est modus. Primus est compositio originalis, vel mixtio elementorum ex calido, & humido, frigido, & sicco. Secunda compositio facit complexionem, quæ vocatur compositio humorum faciens ex ipsis membra consimilia animalium, quæ ex humoribus generantur: & ideo ista compositio dicitur fieri ex illis membris, quæ habent consimiles partes ad inuicem naturaliter, vt os, caro, neruus, & huiusmodi. Tertia compositio est ex membris eterogeneis, quæ habent partes dissimiles, vt facies, manus, pes. Albert. magn. de animal. l. 11. tract. 1. cap. 1. c. 100. col. 4.
 Compositum omne est quid aliud a suis componentibus. Albert. magn. in 7. metaphysic. tractat. 5. cap. 9. chart. 133. col. 3.
 Compositum ex materia, & forma est vnum, & non multa; quia id, quod est mouens ipsum ex potestate ad actum, mouendo ipsum ex potentia ad actum non largitur ei nouam essentiam aliam. Albert. mag. in 8. metaph. tract. 2. cap. 5. c. 137. col. 2.
 Compositum est magis substantia, quam materia: quia est separabile, & hoc aliquid; forma vero, & si non sit separabilis, & hoc aliquid, tamen per ipsam compositum est ens actu, & sic potest esse separabile, & hoc aliquid. D. Thom. 7. metaph. lect. 2. tex. 8. c. 438.

Compositum,

Compositum, & si sit separatim simpliciter, tamen secundum rationem aliorum, quæ dicuntur substantiæ, quædam sunt separabilia, quædam non. D. Thom. 8. metaph. lec. 1. tex. 3. lib. 8. ch. 586.
 Compositio duplex quantitatis, vna essentialis, alia quæ est ex materia, & forma. Alex. de Ales. pri. metaph. ch. 16. colum. 3.
 Compositio in rebus creatis, prima est, quæ est ex actu & potentia. Alex. de Ales. in 4. metaph. char. 79. col. 1.

Compositio vt differt ab ordine, & non repugnat simplicitati.

Compositio differt ab ordine, quia compositio dicitur esse in ijs, quæ inuicem habent compositionem concinnam, quædam eorum, quæ sita sunt, ac posita appropinquatio, & si ibi nullus adsit ordo. Ordo autem dicitur cum in his, quæ habent compositionem, partes aliquæ primæ, aliquæ secundæ, & reliquæ deinceps sunt. Simpl. in 1. phy. tex. 47. c. 163. col. 1.
 Compositio, quæ fit ex potentijs, non repugnat simplicitati. anima enim simplex est, & si componitur e suis potentijs. Alb. mag. in 2. de ani. tract. 1. cap. 11. char. 16. colum. 3.

Compositio e quibus fit, in quid resoluitur, & vt cognoscitur.

Compositum tunc cognoscere arbitramur, cum cognoscimus ex quibus, & quod fit. Arist. phy. i. sum. 2. cap. 2. tex. 35. char. 13.
 Compositum semper est omne, quod fit, & est aliquid; quod fit, est autem aliquid, quod hoc fit, & hoc duplex: aut subiectum, aut oppositum; oppositum autem est forma, & priuatio. Arist. phy. prim. cap. 3. text. 64. char. 22.
 Compositum omne in sua componentia resolui ex hoc textu elicitur; componitur enim musicus homo ex homine, & musico quodammodo, dissolues enim rationes in rationes eorum. Aristoteles phy. prim. cap. 3. tex. 65. char. 22.
 Compositum omne resoluitur in id, ex quo est. Aristot. phy. 3. cap. 4. tex. 66.
 Composita proprie corrumpuntur, ideo partes materiales proprie corrumpuntur; species vero, quæ per se non corrumpuntur, nec partes, nec principia sunt, corrumpitur enim statua lutea in lutum. Arist. 7. metaph. cap. 12. tex. 34. ch. 145.
 Compositio exuperantiam multum ostendit. Aristot. rhetor. pri. ch. 33.
 Compositum vel est ex quibusdam, tanquam ex partibus, quæ permanent in toto, ac in ipso seruantur, in quas etiam totum diuiditur ac dissoluitur, vt domus ex lateribus; vel ex quibusdam est cõmixtum, vt mulsum ex aqua, & melle, in quæ non amplius diuiditur: aut ex materia, & forma, vt statua ex ære, & figura, quomodo animal ex corpore, & anima constat. Alex. aphrod. in pri. de ani. cap. 4. ch. 31. col. 3.
 Compositum omne, quod est esse, & agere dicitur, intercedente altero; quod in compositione sit, habitum, & formam habet id; per quod est id, quod est: per quod peculiaritate ratione fungitur id, quod in re ipsa primariũ est; secundariũ verò est materia, & subiectũ: & vt secundariũ est qd in seipso excipit, & vt primariũ est id, quod excipit. Ale. aphr. in 1. de ani. c. 9. c. 34. c. 1.
 Compositorum rationem inquirentes: ex naturæ prioribus ea indicare oportet: principiorum autem ex his, quæ nobis priora sunt ostendere oportet. Them. in 1. phy. tex. 3. char. 15. col. 2.
 Compositum omne naturale est. Them. pri. phy. char. 10. colum. 2.

Composita nobis sunt manifestissima, simplicia naturæ. Them. in 2. de ani. cap. 8. tex. 12. ch. 71. col. 2.
 Composita reducuntur sub illis predicamentis, sub quibus & simplicia, ex quibus componuntur, reducuntur. Simpl. in præd. c. 33.
 Composita tunc cognoscuntur, cum ea, ex quibus composita sunt, cognoscuntur. Io. gram. in pri. phy. char. 16. colum. 3.
 Componi similia dicuntur, non autem dissimilia. Ioan. gram. pri. phy. ch. 25. col. 2.
 Composita omnia secundum prædominans elementum mouentur. Mich. Ephes. de respir. char. 40. colum. 3.
 Compositio non potest intelligi, nisi intelligantur res compositæ. Auer. in perih. capit. 3. char. 36. colum.
 Compositionis via notior est apud nos, quam diuisionis via; quia principium compositionis, quod est in diuiduum, notius est quo ad nos, quam principium diuisionis, quod est genus. Auer. in post. 2. cap. 8. te. 72. c. 223.
 Compositionis via quod inquiritur, potest esse non manifestum per se, & hoc dupliciter: aut quod potest monstrari per syllogismũ, quod si sic, perficitur diuisione, & compositione: vel potest monstrari per sensum. & huic confert compositio, quæ est ex rebus sensatis, & diuisio rebus sensatis non confert, quia eius principium est ab intelligibilibus. Auer. in post. 2. cap. 8. tex. 62. char. 225.
 Compositionis via melior est in naturalibus; quia incipit a sensatis, diuisionis via melior est in mathematicis, quia intelligibilia ibi sunt notiora sensibilibus. Auer. in post. 2. cap. 8. tex. 72. ch. 226.
 Composita ex incomplexis sunt duarum specierum. Vna cuius compositio est compositio enuntiationis, cuius via est, vt verificetur, vel falsificetur. Secunda est compositio conditionis, & copulationis, quæ nec verificatur, nec falsificatur, sed vtimur ea informatione, & est trium specierum: definitio, descriptio, & sermo qui non est, nec definitio, nec descriptio. Auer. epir. in logic. c. 342. col. 1.
 Compositionis tres sunt modi: compositio speciei ex suis causis: compositio generis ex speciebus, & harum duarum vtraque est notior apud intellectum, quam suæ partes. tertia est compositio in diuidui, ex suis partibus, & hæc notior est, apud sensum suis partibus. Aue. in phy. pri. char. 5. col. 1.
 Compositio omnis, necessarium est, vt dissoluatur in ea, ex quibus fit, aut saltem hoc possibile est, si quis non concesserit dissolutionem eius in actu. Auer. 3. de celo, sum. 1. tex. 15. ch. 85. col. 1.
 Composita & actiones eorum manifestiora sunt apud nos quam suæ causæ. Auerr. 3. de celo, tex. 61. char. 103. col. 3.
 Compositiones, quæ fiunt in eadem re, sunt primæ: quæ autem fiunt in re aliena, non primæ. Auer. in 2. metaph. tex. co. 4. ch. 30.
 Compositum ex duobus definitur, ex duabus scilicet definitionibus illorum duorum, ex quibus compositum est. Auerr. in 7. Metaph. tex. com. 11. char. 76.
 Composita per se ex congregato habent aliquid additũ aliud a componentibus. Auerr. in 7. metaph. text. com. 60. ch. 98.
 Compositi partes sunt in potentia, non in actu. Auer. in 10. metaph. te. co. 23. c. 128.
 Compositum omne ex duobus, quorum alterum potest esse per se, possibile est & alterum esse per se, nisi compositio sit substantiæ, & accidentis. Auer. in 12. metaph. tex. com. 35. c. 149.
 Compositum præter elementa, habet quandam substantiam, quæ forma appellatur. Auer. in epit. metaph. tract. 2. c. 174. col. 4.
 Compositum omne quo speculanda in se continet: quædam,

dam, ex quibus est compositum, & qua nam sit suarū partium coniunctione compositum. Boeth. in topic. Cic. l. i. char. 761.

Compositio vera est ex materia, & forma, ac fit quedam compositio ex genere, & differentia. Alb. magn. in sex princ. char. 66. col. 4.

Compositum non cognoscitur nisi sciatur ex quot, & qualibus est. Alb. mag. in perih. c. 80. col. 1.

Compositi principia sunt coponentia: & quia sunt principia in esse, sunt etiam principia sciendi rem illā, cuius sunt principia. Alb. mag. in 1. perih. c. 80. col. 1.

Compositio omnis ex tribus fit, qualitate, ordine, & positione, qualitati respondet species, ordini torum, positioni compositio. Alb. mag. in 2. phys. tract. 2. cap. 7. char. 22. col. 1.

Compositum ex aliquo diuiditur in illud, in quod compositum est. Alb. mag. in 6. phys. tract. 3. de lineis indiuis. cap. 5. c. 80. col. 3.

Compositum omne causam aliquam habet suæ compositionis. Alb. magn. in 8. phys. tract. 1. cap. 13. c. 93. c. 3.

Compositi naturam nescimus, nisi eorum, ex quibus componitur, naturam cognoscamus. Alb. mag. in 4. de miner. ex tract. 2. cap. 5. c. 148. col. 2.

Compositum omne re, vel intellectu ante se habet coponentia, ex quo ipsum sequitur simpliciter esse unū, in quo nullus penitus est numerus, & quod nulli penitus innitur ad hoc, quod sit. Alber. magn. de caus. & process. uniuers. a cau. l. lib. 1. tractat. 1. cap. 9. chart. 189. colum. 1.

Componitur unumquodque ex ijs, in quæ resouitur. Albert. magn. de sens. & sens. tractat. 1. capit. 13. char. 8. colum. 1.

Composita omnia, & participantia necessario reducuntur in ea, quæ sunt per essentiam, vt in causas. D. Tho. 2. metaph. l. 2. tex. 3. ch. 104.

Compositionis & diuisionis duplex modus. Vnus est secundum species cum resouuntur in genera. Alius est secundum naturam, sicut corpora naturalia componuntur ex elementis, & in hæc resouuntur. D. Tho. 2. metaph. l. 3. tex. 2. ch. 122.

Compositum, vt animal vel homo, potest sumi, vel vt uniuersalis homo animal, vel vt singularis vt homo Callias. D. Tho. 7. metaph. l. 19. tex. 3. c. 499.

Compositionem quæ faciunt, alia sunt prima, quæ non sunt resolubilia in aliam materiam priorem: alia non prima, quæ resouuntur. Ale. de ales. in 5. metaph. te. 4. ch. 107. col. 3.

Compositionis modus omnis claudit in se rationem possibilem. Alexand. de ales. in 5. metaph. text. 6. chart. 113. col. 1.

Compositum omne cognoscitur ex resolutione ad suam formam, & forma habet rationem vnus. Ale. de ales. in 5. metaph. tex. 11. ch. 117. col. 2.

Compositio duplex: essentialis, & quantitativa. Alex. de Ales. in 10. metaph. te. 4. c. 281. col. 3.

Compositum ex aliquibus resouitur in ea, ex quibus est compositum. Petr. de aluer. de long. & breu. vit. l. 1. char. 58. col. 3.

Compositionis vires in quo sunt, & eius proprietates.

Composita non vbiq; eadem graua esse videntur, & leuia propter differentiam primorum, vt in aere grauius erit talenti vnus lignum plumbi vnus libra, in aqua vero leuius: quia omnia grauitatem habent præter ignem, & leuitatem, præter terram: Arist. 4. de celo, sum. 3. cap. 2. tex. 29. c. 370.

Composita, quæ habent plurimum ex terra, vbiq; grauitatem habent: ex aqua, vbiq; præterquam in terra: ex aere, vbiq; præterquam in aqua, & terra. Arist. 4. de celo, su. 3. cap. 2. te. 29. ch. 370.

Composita si seruari debent, oportet, vt vires contrariarum rerum æquatae sint. Them. in 3. phy. tex. 42. ch. 30. colum. 3.

Composita, cum à primo rerum principio longe ab sint, ad pauciora pertinent. Ammo. in Porph. ch. 6. col. 2.

Composita nobis manifestiora sunt. Ammo. in præd. char. 16.

Compositorum ordo a simplicibus sumendus est, non autem simplicium a compositis. Simplic. in prædic. char. 54.

Compositum & si non fit in alio, habet tamen formam, quæ in alio est, vt in materia. Simp. in præd. c. 19.

Compositorum & materialium hoc proprium est, vt aliud sint ipsa, & aliud esse ipsorum. Simp. in præd. char. 33.

Composita secundum dominium simplicium, habent in ipsis differentiam secundum inclinationes. Simp. in 1. de celo, tex. 72. co. 73. c. 37. col. 1.

Compositio dissolutione laboriosior est. Simp. in 3. de celo, te. 50. co. 47. c. 94. col. 4.

Componi & dissolui idem ratione eadem simul impossibile est: secundum aliud autem potest. Simp. in 3. de celo, te. 52. co. 48. ch. 91. col. 1.

Compositum ob cognationem cum materia in potentia existit. Simp. in 1. de ani. te. 6. c. 2. col. 2.

Compositum, & in potentia, & in actu est. Io. gra. in 1. de ani. te. 6. ch. 7. col. 3.

Componentia aliquid, ac id, quod illud perficit, id alterū in altero non esse potest. Dex. in præd. c. 37.

Compositionis vnio per se decernit translationem ipsius sensus a resolutione ad complexionem, & ex complexione ad resolutionem, & ex multitudine ad vnitate, & ex vnitate ad multitudinem. Auerr. epit. in logic. quæst. 1. ch. 36. col. 4.

Compositum omne ex materia, & forma, cum inuenimus habere actum finitum, dicimus infinitatem actionis prouenire, aut ex parte formæ, aut ex parte materia: sed forma non potest dici finita, ergo finitas ei est ex finitate materia. Auer. phy. 8. te. 78. ch. 193. col. 1.

Componi aliquid aliqua compositione æquali in corporibus compositis, impossibile est. Auer. 1. de celo, te. 7. char. 4. col. 2.

Compositum omne tendit ad locum partis distantis. Auer. 1. de celo, te. 19. ch. 8. col. 1.

Compositum ex aliquibus necessario in se habet quoquo modo existentia in componentibus. Auer. 2. de ani. te. 158. char. 158.

Compositum non intelligit seipsum, quoniam substantia eius est alia ab eo, per quod intelligit, nam intelligit per substantiam sine parte, quia intellectus est ipsum intellectum, tunc si intellectus intelligit seipsum, conuertitur compositum in simplex, & totum fit pars. Auer. contra Algazel. disput. 2. c. 62. col. 3.

Composita habent naturam additam naturæ componentium. Auer. in 5. metaph. te. co. 7. c. 52.

Compositum ex materia, & forma non est in actu, nisi per formam. Auer. in 7. metaph. te. co. 7. c. 74.

Composita ex duobus, debent habere ex vno minus, ex altero magis, quia impossibile est, vt ambo sint æquales: vna enim debet prædominare, cui attribuitur forma. Auer. in 10. metaph. te. co. 23. c. 127.

Compositæ res ad inuicem non addunt in nobilitate sibi in paucitate compositionis, & propinquitate eorum, primo simplici in illo genere. Auer. in 12. metaph. te. co. 5. 1. char. 158.

Compositum omne eorum suscipit naturam, ex quibus totum compositi ipsius corpus efficitur. Boeth. in l. de inter. char. 227.

Compositum omne suis partibus posterius est, genus autem partibus prius est. Boeth. in l. de inter. c. 334.

Compositorum vitium reperitur, vel in ijs, ex quibus est

est compositum, vel in modo compositionis. Boeth. de syl. categ. char. 581.

Composita impartibilia non faciunt aliquid maius. Alb. Magn. in 5. phy. tract. 3. de lineis indiuis. cap. 4. chart. 79. colum. 4.

Compositio in rebus, triplex: vna ex materia, & forma, ex qua accipitur numerus, & species: alia ex genere, & differentia, ex qua accipitur vnum genere: tertia ex essentia, & esse, ex qua sumitur vnitas analogiæ. Alex. de Ales. in 3. metaph. te. 13. c. 118. col. 2.

Compositio vt naturalis.

Compositi partes sunt, materia, & forma. Porph. in præd. char. 10.

Compositum per formam maxime est substantia. Simp. in præd. char. 19.

Compositio nulla naturalis, vel artificialis sine ordine est. Simp. in 1. phy. ch. 63. col. 2.

Compositum, quod ex materia, & forma constat, non est natura, sed est natura duce. Simp. in 2. phys. chart. 100. col. 1.

Compositio naturalium habetur per mitionem simplicium, & non per appositionem. Io. gram. in 3. phys. char. 62. col. 3.

Compositum non augetur, quia in augmentatione materia non augetur, ergo nec compositum, quod ex materia, & forma constat. Io. gram. in 1. de gen. & corr. tex. 35. co. 94. ch. 54.

Compositum est dignius hoc nomine substantia, quam materia; quia est actu, & materia est in potentia. Auer. roes in phy. tex. 4. ch. 24. col. 1.

Compositum ex elemento motum naturalem impossibile est habere, nisi motum elementi habeat: præcipue cum compositum non differat ab elemento, nisi quantitate. Auer. 3. de celo, tex. 53. c. 99. col. 1.

Compositum omne est per se per suam materiā, & formam, & omne, quod est in aliquo per se, aut per materiam eius, aut per formam, aut per vtranque. Auer. in 3. metaph. tex. co. 23. c. 62.

Composita ex materia, & forma fiunt vnum, & aliquod ens per formam. Auer. in 8. metaph. tex. 10. c. 105.

Compositorum ex accidentibus vltimum est substantia, compositorum ex formis vltimum est materia. Auer. in 9. metaph. tex. co. 12. ch. 112.

Compositio in rebus naturalibus triplex, (vt ait Auer. in pri. phy. co. 5.) prima vniversalis ex particulari, vt generis ex speciebus, secunda diffinita ex partibus definitibus. tertia indiuidui, cuius partes notiores sunt secundum sensum. Alb. mag. in 1. phy. ex 1. tract. cap. 6. char. 3. col. 2.

Compositum esse compositum ex materia, & forma accipit Physicus a Metaphysico. Alb. mag. in 1. phy. ex 3. tract. cap. 18. ch. 15. col. 4.

Compositio dupliciter consideratur in ijs, quæ componuntur, & sic consideratur a metaphysico, vel vt principia concurrunt ad compositionem, & sic cum per motum fiat a physico contemplatur. Alb. mag. in 1. phy. ex 3. tract. cap. 18. c. 15. col. 4.

Compositum omne efficitur hoc aliquid per vnā formam substantialem, quæ est sua perfectio prima. Alb. mag. in 3. de ani. tract. 1. cap. 7. c. 37. col. 3.

Compositum ex materia, & forma determinata est species, sic compositum ex materia, & forma communi est genus. D. Tho. 7. metaph. l. 12. tex. 43. c. 516.

Compositæ rei essentia est principium formale, seu forma totius. D. Tho. 7. metaph. l. 17. tex. 59. c. 583.

Compositio ex essentia, & supposito facit, quod essentia specifica multiplicari possit i separatis a materia p multa indiuidua; vt est compositio ex forma, & materia in naturalibus. Ale. de ales. in 5. metaph. te. 12. c. 119. c. 1.

Compositum ex materia, & forma dicitur substantia, quia est illud, quod per se est, licet sit per formam. Alex. de Ales in 7. metaph. tex. 7. c. 188. col. 2.

Compositum si consideratur, vt est per se, sic est magis substantia, quam forma, vel materia, quæ non sunt nisi in composito. sed quia ista ratio essendi est a forma, ideo (causaliter loquendo) forma habet respectu compositi prioritatem. Alexand. de Ales. 7. metaph. tex. 7. char. 189. col. 1.

Compositum vt ad logicam pertinet.

Compositum omne, aut verum, aut falsum est. Arist. 3. de anima. su. pri. cap. 4. tex. 6. char. 661.

Compositio est affirmatio, diuisio est negatio. Simpl. in 5. phys. char. 296. col. 1.

Compositio generis, & differentia est eadem, quæ est rei, quæ est in potentia, & rei, quæ erit in actu: quia natura, quam significat genus, non reperitur in actu aliquo in tempore. Auer. ex destr. destr. disp. 7. c. 41. c. 4.

Compositioni naturali respondet compositio logica, quæ ex genere, & differentia fit. Albert. magn. in 6. princ. c. 67. col. 1.

Compositio non est causa veritatis in propositione vera, nec falsitatis in falsa; sed potius adæquatio compositionis cum intellectu componente, & cum re. Alb. mag. in perih. c. 81. col. 3.

Compositio vt artificialis.

Compositio artificialium differt a compositione naturalium: quia in artificialibus est tantum cumulus, in naturalibus componentium quedam inter se conuenientia, & cognatio, quæ complexio uocatur. Ioan. Gram. in 1. phys. char. 18. col. 3.

Componuntur appositione artificialia. Ioan. Gram. in 3. phys. c. 64. col. 3.

Comprehensio alia est cum disciplina, alia sine disciplina. Auer. phys. 5. tex. 31. c. 104. col. 3.

Comprehenditur vere quicquid comprehenditur, cum aliqua eius pars prima comprehenditur, ac percipitur. Alex. Aphrod. de sen. & sen. sect. 5. co. 72. char. 26. c. 3.

Computum ex finitis finitum est. Ioan. Gram. 1. poster. cap. 18. char. 41. col. 4.

Concauum est locus ille semper, qui magis appropinquat regioni, ad quam nata est confluere aqua, & ad quam fluit non prohibita. Simplic. in 2. de Cælo. tex. 31. com. 17. c. 63. col. 2.

Concauum percussum ideo sonum edit, quia aer, qui exire nequit, primus percussus, propter concauitatem eius, quod ipsum ambit, nunc ad has, nunc ad illas concaui partes, latus, & repercussus, & violenter reuolutus, plus sonat, quam plures istus faciat. Ioan. Gram. in 2. de ani. tex. 78. c. 59. col. 2.

Concentus cur veteres cum septem sidibus disponent, hypaten non netem relinquerebant? hoc ne est falsum? quia triten tantum adimere solebant, an non? sed quia grauior sonum potest acutiore, idcirco netem reliquerunt; ergo hypate magis antiphonum, quam nete reddebat. nam vt acutum desiderat vim plenior, sic graue exprimi facilius potest. Aristot. proble. sect. 19. q. 7. char. 512.

Concentus cum septem neruis cur veteres disponent, cur hypaten non netem reliquerunt? an non hypaten sed eam, quæ paramese nostra tempestate vocatur, tonique interuallum reliquerunt. vltima vero dies in acutum pro media vsi sunt. quamobrem mediam quoque eam appellarunt: vel quia superiores tetra-chordi finis erat principium inferioris, & medium tono proportionem extremorum tenebat. Aristot. proble. sect. 19. q. 48. char. 526.

Conceptisse mulierem indicium est certum, cum statim à coitu locus siccificat, ut si oris, quo concipitur, labia sunt leuā, incepta sunt ad conceptum; labitur enim, & effluit semen. nec vero, si crassa sunt, commode vsum præstāt. sed si ad digitum tactum asperitacula, & herentia sint, atque etiam si tenuiora, ita commode ad conceptionem se habent. Talis igitur præparandus est uterus, qui concipiat; & si semen in septimum diem intus permanferit, conceptum iam esse certum est. Arist. de hist. anim. 7. cap. 3. char. 253.

Conceptio non fit semper, cum coniungitur vir, & mulier, sed tunc, cum inciderit, ut pari emissione in coitu vrantur. Si enim mulier incitata in venerem, & præparata, cogitationesque idoneas ad rem veneream habens accedat, vir autem merore aliquo confectus, ac frigidus, tunc in effusione inter se concurrant necesse est: quia tarditas mulieris plerumque impedimento est in feminis emissione, & conceptione. Arist. de hist. animal. 10. cap. 7. char. 393.

Conceptum manumatum esse nemo statuerit, sed animam habet in se vegetabilem; & sensualem, qua animal est tempore præcedente recipi: & rationalem, qua homo certum est. non enim simul, & homo, & animal fit. Arist. de gener. ani. 2. cap. 3. char. 151.

Conceptus, & genitura actu non habent animam, potentia habent. Arist. de gen. anim. 2. cap. 3. char. 153.

Conceptus omnes simplices, ut fundantur super conceptus entis simplicis, sic conceptus omnes compositi fundantur super hoc primo principio, De vnoquoque verum est affirmare, vel negare. Alex. de Ales. 11. metaph. tex. 1. char. 310. col. 4.

Concepti sine maris emissione, & sine menstruo excremento impossibile est. Aristotel. de generat. animal. 2. cap. 4. char. 159.

Concipitur sine ea voluptate, quæ foeminis per coitum euenire solet, si locus turgit, & vultu descendit propius. Arist. de gener. ani. 2. cap. 4. char. 159.

Conceptus omnis in certa, & definita ratione fit. Alexand. Aphrod. in pri. de ani. cap. 8. c. 33. col. 2.

Conceptus mentis alij simplices sunt, alij compositi, ut quia de compositis vocibus dicuntur. Ammon. in lib. de inter. c. 10.

Conceptus mentis sunt imagines rerum animæ instar. Ammon. in lib. de interpret. c. 10.

Conceptus communis animi nostri sponte innati, consentientes sunt his, quæ voce proferimus, ut magnus Syrianus ait. Ammon. in lib. de inter. char. 142.

Conceptus imaginarij mouent intellectum, & non mouentur. Auer. 3. de anima. tex. 5. char. 163. col. 2.

Concepta vel sunt concepta, ut bona, vel ut mala. Si ut bona, aut ut præsentia ad vsum, vel ut absentia: si ut præsentia cor dilatatur, & per diastolem super illa diffunditur, & est gaudium; si ut absens dirigitur cor, & erigitur spiritus, & fit spes. Si ut malum, aut ut præsens, aut ut futurum. si primo modo, dolorem: si secundo, merum. Alb. mag. in tex. princ. c. 71. col. 1.

Conceptus signa sunt, cum mulier post emundationem menstrui somniat virum coire secum, & leuiter in ipsam projicere sperma, ut in coitu uigilando, & quo multoties, eo melius, & humor qui in pollutione emittitur, debet esse maturus, albus, & viscosus. Alber. mag. de ani. l. 10. tract. 1. cap. 1. c. 97. col. 3.

Conceptum omne duplici indiget nutrimento. primo, quod concipitur in ipso semine. Secundo, quod atrahitur. Albert. magn. de animal. 6. tractat. 1. cap. 17. char. 141. col. 3.

Conceptum cum materia duobus modis dicitur. Primo dicitur, in cuius ratione est materia designata, & determinata, & hoc ex accidentibus, ut simum, & in subiectis, ut Socrates. Alio modo cum materia conceptum dicitur, in cuius ratione non inest quidem ma-

teria, sed materiæ designatio ad actum terminatum, & hoc modo genus proprium physicum dicitur materiæ designationem. Albert. mag. in 7. metaph. tract. 3. cap. 9. char. 129. col. 1.

Concipere duobus dicitur modis: per modum naturæ, & per modum scientiæ. Per modum naturæ concipitur, quod nihil rationis habet. Albert. magn. ethicor. pri. tract. 1. cap. 3. char. 2. col. 2.

Conceptiones intellectus sunt rerum similitudines. & ea, quæ circa intellectum sunt, dupliciter considerantur: vel secundum se, vel secundum rationem rerum, quarum sunt similitudines. D. Tho. in perih. ch. 2. c. 3.

Conceptiones intellectus in secunda operatione, tribus modis possunt accipi: primo, ut sunt absolute, secundo secundum ea, quæ repræsentant absolute. tertio secundum ea, quæ repræsentant, ut sunt, in ipsis optionibus. D. Thom. in perih. c. 34. col. 4.

Conceptiones animi communes habent aliquid commune cum alijs principijs demonstrationis, & aliquid proprium commune, quia est necesse tam illa quam illa esse vera, proprium, ut viderentur vera esse, & non solum quod sint per se vera. D. Tho. in post. char. 51. col. 2.

Conceptuum compositorum, & dictionum compositorum veritas tota insurgit ex necessaria habitudine prædicati ad subiectum. Alex. de Ales. in 2. metaph. char. 37. col. 3.

Conceptuum compositorum veritas oritur ex quidditatibus conceptuum simplicium. Alexand. de Ales. 2. metaph. char. 37. col. 3.

Conceptus omnes simplices, ut resoluuntur ad ens, ita omnes conceptus compositi resoluuntur ad hoc principium, De quolibet affirmatio est, vel negatio. Alex. de Ales. 4. metaph. tex. 9. char. 83. col. 4.

Conceptus informis est, cum duæ intentiones sunt in vna realitate. tunc illa realitas est quasi quid informe apud intellectum, & formabilis est per intentionem, & intentionem, & distinguibilis per easdem. Alexand. de Ales. in 5. metaph. tex. 20. char. 148. col. 3.

Conceptus omnis de sui natura vel est natus aptus esse in se, vel in alio. Ale. de ales. in 7. metaph. te. 5. c. 185. c. 3.

Conceptus partialis, vel pars denominatiua per modum nominantis totum, potest prædicari de toto. Alex. de Ales. in 7. metaph. tex. 43. c. 231. col. 1.

Conchæ, chumæ, vngues, pectines, locis arenosis sui ortus initia capiunt. Arist. de hist. ani. 5. cap. 15. char. 167.

Conchilia animalia sunt cognitione carètia, quia propter platur sunt, & animalibus sensus enim sensus est in causa, ut hæc animalia dicantur. Arist. 1. de plan. cap. 1. c. 360.

Concha vnde conchilia dicuntur, sunt duræ testæ, habentia conchas ad modum nauium formatas puppi rotunda retro, & prora rosstrata, in quibus sæpe inueniuntur margaritæ. Alb. mag. de ani. l. 24. cap. 1. c. 197. c. 1.

Conciones habere, quam de iure contendere difficilius est, quia de futuris in concione, in iudicio de præteritis agitur. Arist. rhetor. 3. char. 171.

Conciones qui agere debent, melius deliberabunt, si omnibus consilijs inter sit populus cum nobilioribus, & nobiliores cum populo. Cõfert et per electionem assumi eos, qui deliberaturi sint, vel p sortē æqualiter ex partibus omnibus ciuitatis. Aristote. polit. 4. cap. 14. c. 633.

Conclusio quid est.

Conclusio omnis similis est principijs. Aristotel. pri. prior. sect. 2. cap. 28. c. 208.

Conclusio est cum propositio iam est demonstrata. Alex. Aphrod. in prim. prior. cap. 4. char. 9. col. 2.

Conclusio est ratiocinationis forma. Mag. i prior. c. 29. c. 4.

Conclusio fallax est repugnantia ratiocinatio. Mag. in prior. c. 58. col. 1.

Conclusio

Conclusio est aliqua materia, & notior est apud nos propositione, quæ comprehendit ipsam secundum naturam. Auer. in post. l. 1. cap. 20. tex. 176. char. 190.

Conclusio est argumenti approbata propositio. Boeth. de diff. top. l. 1. c. 857.

Conclusio vt sequitur propositiones syllogismi.

Conclusio vna per plura principia demonstrari potest, non solum accipiens medium ex eadem coordinatione, sed & ex diuersa coordinatione; non tamen ut ita sint diuersa, ut neutrum de alio dicatur: aliquam enim propositionem affirmatiuam esse necesse est. Arist. post. lib. 1. cap. 23. tex. 43. c. 346.

Conclusiones sunt infinitæ, termini finiti. Arist. poster. lib. 1. cap. 25. tex. 43. char. 350.

Conclusio semper deteriori, ac peiori ex ijs, quæ sumpta sunt, similis est. Alexan. aphrod. in pri. prior. cap. 4. c. 10. Idem Ammon. in lib. de interpr. c. 65. Idem Io. Gram. in pri. prior. cap. 13. col. 2. Idem Magen, in lib. de inter. c. 16.

Conclusioni, vel vtræque propositiones similes sunt, vel vna, si affirmatiua, ambæ, si negatiua, vna sufficit. Alexan. aphrod. in pri. prior. cap. 24. c. 47. col. 1.

Conclusio repugnantiam concludere non potest, nisi sit repugnantia in præmissis. Alex. aphrod. in li. elen. cor. char. 82.

Conclusio nihil habere in se potest, quod in propositionibus non sit præacceptum. Ioan. Gramma. in pri. post. cap. 8. char. 22. col. 4.

Conclusio indicat nobis, per quam propositionem facta sit ratiocinatio. Magen. in prior. char. 29. col. 4.

Conclusio sequitur negatiuam, non ut negatiua est vihor, sed quia est negatiua. Auer. in prim. prior. sect. 1. prim. cap. 10. char. 65.

Conclusionis consequentia ex syllogismo non est cõuertibilis. Auer. in 2. prior. cap. 2. c. 101. col. 2.

Conclusio non destruitur, nisi destruantur propositiones. Auer. in 2. prior. cap. 8. c. 108. col. 3.

Conclusionis coniuñctio cum præmissis in syllogismo categorico, non est per se nota simpliciter, & hoc etiã in prima figura, in syllogismo autem conditionali est per se nota simpliciter. Auer. in quæstio. logic. ch. 369. colum. 4.

Conclusio iuxta Eudemi, Theophrasti, & veteriorum peripatericorum opinionem sequitur viliorum duarum præmissarum. Auer. in quæst. logic. c. 371. col. 1.

Conclusionis causa est habitudo medijs ad extrema. Alber. mag. in prior. char. 104. col. 3.

Conclusionem eandem probare possunt plura media duobus modis: primo ut non sint continua, nec communicantia: secundo possunt in aliquo modo communicare, qui se habeat, ut connectens ea. Alber. magn. in prior. c. 129. col. 1.

Conclusio cognoscitur in principijs suis in potentia formali. Alb. mag. in post. c. 174. col. 1.

Conclusio secundum materiam fit ex maiori extremo, & minori extremitate. Alb. mag. in elen. c. 287. col. 2.

Conclusionis prædicatum per prius inest medio, quam subiecto, cui proprius inest medium, quam prædicatum. D. Thom. in poster. char. 40. col. 3.

Conclusiones infinitæ fieri possunt ex finitis terminis, secundum diuersas combinationes, & hoc probabiliter arguitur, non analiticè. D. Thom. in post. c. 77. col. 1.

Conclusiones si cognosci debent, oportet, ut resoluantur vltimæ ad medias, mediæ ad primas, primæ ad principia, principia ad terminos, & quia difficile est cognoscere omnes istas resolutiones, ideo faciliter erratur circa conclusiones. Alex. de Ales. in 2. metaph. char. 35. colum. 1.

Conclusio demonstratiua duobus modis cognoscitur:

Primo secundum consequentiam eius ex præmissis, & sic sufficit cognoscere necessariam connexionem talis conclusionis ad tale medium. Secundo modo secundum seipsam conclusionem consequentem, propter tamen tales præmissas. Tho. de Vio in poster. c. 97. col. 1.

Conclusionem eandem per plura media non sibi inuicem demonstrari, dupliciter contingit. Primo per media diuersarum scientiarum, & sic nec est augmentum, nec plura media potissima. Secundo per medium eiusdem generis subiecti, & sic augmentatur demonstratio, non tamen per media eius propria. Tho. de Vio in poster. c. 173. col. 1.

Conclusio, vt ad figuras syllogismi pertinet. & vt probatur.

Conclusiones omnes in 2. figura sunt negatiuæ, tam vniuersales, quam particulares. Arist. prim. prior. sect. 1. prim. cap. 5. char. 160.

Conclusio in tertia figura in mistione necessarij, & inexistens eam sequitur propositionem, quæ ad faciendam primam figuram euadit maior. Arist. prim. prior. sect. 1. prim. cap. 11. char. 169.

Conclusiones omnes in eodem syllogismo non sunt in eadem figura. Arist. pri. prior. sec. 3. cap. 39. char. 228.

Conclusio in prima figura qualitatem a maiore, quantitatem a propositione minore semper sumit. Alexand. aphrod. in pri. prior. cap. 4. c. 10. col. 2.

Conclusio nulla sine instantia est respuenda. Alex. aphrod. in 8. topic. cap. 3. c. 96. col. 3.

Conclusio in prima figura sumit quantitatem a secunda, vel minori propositione, quod etiam in secunda figura verum est, quamuis in tertia non ita vñ ve ait. Ammon. in lib. de interpret. c. 67.

Conclusio in tertia figura in mistionibus contingetibus, & de inesse, semper est contingens, & eodem modo in mistionibus de necessario, & contingenti. Io. Gramma. in prim. prior. cap. 20. c. 42. col. 2.

Conclusio omnis, vel probatur ostensiuè, vel ex suppositione. Io. Gram. in pri. prior. cap. 22. c. 42. col. 1.

Conclusionem conuersã, & vna propositione eadem manente, necesse est tolli aliam propositionem, & ostendi ipsam, vel contrarium concludentem, vel conuictorie oppositum. Io. Gramma. in 2. priorum. cap. 8. char. 73. col. 3.

Conclusiones omnes in secunda figura concluduntur per syllogismum ad impossibile, non quod affirmatiuæ directe concludunt, sed concluduntur suppositiua aliarum destructione. Io. Gram. in 2. prior. cap. 12. c. 75. col. 4.

Conclusio non penes hoc sequi, duobus dicitur modis: vel quando medijs termini non copulantur inter se: vel cum connectuntur: non tamen ob suppositionem ex principio sequitur absurdum. Io. Gramma. in 2. prior. cap. 19. c. 79. col. 3.

Conclusio facilius præparatur quo plures propositiones descripte fuerunt, & quo veriores facilius demonstrabitis: quo probabiles, facilius fiet syllogismus dialecticus: & quo secundum opinionem ductæ ex ijs, quæ rebus accidunt, litigiosus syllogismus. Magen. in prior. c. 33. col. 1.

Conclusiones quæruntur in figuris, quæ ex ordine terminorum concludant, non quæ ex alicuius materis necessitate. Auer. in prim. prior. sect. 1. prim. cap. 5. char. 57. col. 2.

Conclusio, vt affirmatiua, vel negatiua.

Conclusionem affirmatiuam ambæ propositiones affirmatiuæ esse debent, negatiua, vna tantum sufficit. Ioannes Grammat. in prim. priorum. cap. 24. char. 46. colum. 2.

Conclusio

Conclusio, ut vniuersalis, particularis, & indefinita.

- C**onclusionem existente vniuersali, termini vniuersales erant: non autem contra. Aristot. prim. prior. sec. prim. cap. 24. char. 201.
- C**onclusionem vniuersali existente, ambas vniuersales esse necesse est. Alexan. aphrodisien. in prim. prior. cap. 24. char. 47. col. 1.
- C**onclusio omnis vniuersalis ex extremis in propositionibus sumptis componitur. Alex. aphrodisien. in pri. prio. cap. 3. c. 62. col. 1.
- C**onclusio nunquam fit vniuersalis non existentibus propositionibus vniuersalibus. Io. Gramm. in prim. prior. cap. 24. c. 46. col. 1.
- C**onclusio vniuersaliter, aut fit ob causam vniuersalitatis, aut ob causam connexionis. Vniuersaliter appello dici de omni. Connexionem, quod dici de omni obseruet esse medium terminum prædicatum affirmatiue de minore solum, absque quod contineat modum minoris præmissæ; sed contineat suum genus, quod est solum affirmatio, & eius connexio perfecta, quæ est, quod ambæ præmissæ sint affirmatiuæ, & aliqua est imperfecta, quæ est, quod maior sit vniuersalis negatiua, & minor affirmatiua solum. Auer. in quæstio. logicis. char. 370. col. 4.
- C**onclusionem vniuersali, ambæ propositiones vniuersales esse debent. Alb. mag. in prior. c. 128. col. 4.
- C**onclusio si esse debet, altera vniuersalis, & altera affirmatiua esse debet. Alber. mag. prior. c. 128. col. 4.
- C**onclusio vniuersalis est, in qua proprium subiectum, & per se subiectum signo vniuersali distributum subijcitur passioni propriæ, quæ est per se prædicatum ipsius. Alber. mag. in post. c. 173. col. 4.
- C**onclusio particularis est, in qua subiectum proprium, & per se determinatum ad propriam naturam subijcitur passioni propriæ, & per se sine signo vniuersali, quæ passio est prædicatum ipsius. Alber. mag. in post. c. 173. col. 4.

Conclusio ut modalis.

- C**onclusio de existenti in tertia figura in missione necessarij, & de inesse, non fit, nisi ambabus existentibus de inesse propositionibus. Alex. aphrodisien. in 1. prior. cap. 10. char. 26. col. 2.
- C**onclusionem impossibili existente, vel ambas impossibiles, vel alteram propositionem necesse est esse. Alex. aphrodisien. in pri. prior. cap. 24. c. 47. col. 2.
- C**onclusio necessaria est quædam ratiocinatio. Ammon. in post. c. 9. col. 1.
- C**onclusio ut sequatur necessario non fit propter materiam, sed propter propositionum combinationem. Io. Gram. in pri. prior. cap. 5. c. 15. col. 1.
- C**onclusio in missione necessarij in secunda figura, & in-existentis, sequitur negatiuam propositionem. Ioann. Gram. in 1. prior. cap. 10. c. 27. col. 4.
- C**onclusio necessaria, licet sit necessaria per accidens, est de inesse per se, quia non inuenitur in ea significatum dici de omni, ex eo, quod ipsa est de inesse. Auer. in q. super lib. log. tex. 5. c. 364. col. 4.
- C**onclusio in missione necessarij, & inesse non est necessaria in prima figura, nisi maiore existente necessaria: in secunda, & tertia, nisi vniuersali negatiua existente necessaria: & in affirmatiuis tertiæ vniuersali necessaria: & in negatiuis tertiæ vniuersali negatiua necessaria; & propositio de inesse sit simpliciter de inesse. Alber. mag. in prior. char. 126. col. 4.
- C**onclusio in missione contingentis, & inesse in prima figura fit maiore vniuersali, minore negatiua de inesse: in secunda vniuersali negatiua de inesse: in tertia ma-

iore vniuersali negatiua de inesse, & tantum de contingenti erit ipsa conclusio, ad vtrumlibet in prima, in secunda per possibile, in tertia, & ad vtrumlibet, & per possibile. Alb. mag. in prior. char. 126. col. 4.

Conclusio in missione contingentis, & necessarij, ut fiat, maior vniuersalis esse debet, minor necessarij, in secunda vniuersalis negatiua necessaria, in tertia, altera vniuersalis, minor non sit negatiua necessarij. Alber. mag. in prior. char. 127. col. 1.

Conclusio ut vera, vel falsa.

- C**onclusionem falsa existente, aut omnia, aut quædam erunt falsa, cum est vera non necesse, & aut quædam, aut omnia esse vera, sed est, & verum esse, ex falsis non ex necessitate tamen, quia verum vniuersalius est vero, quod monstratur per syllogismum. Aristot. prior. ref. 1.2. cap. 4. char. 253.
- C**onclusionem falsa existente, vel ambas propositiones, vel alteram falsam necesse est esse. Alex. aphrodisien. in prim. prior. cap. 24. char. 47. col. 2.
- C**onclusionem vera existente, non necesse est, vel ambas, vel alteram veram esse. nam etiam ex falsis verum sequi potest. Alex. aphrodisien. in pri. prior. cap. 24. char. 47. col. 2.
- C**onclusio, quæ impossibilis demonstratur ex ipso, & altero, ex terminis in suppositione sumptis constat. Alex. aphrodisien. in 1. prio. c. 3. char. 57. col. 1.
- C**onclusionis falsæ causa est propositio falsa. Alex. aphrodisien. in 8. topi. cap. 3. char. 97. col. 1.
- C**onclusio vera, & ex veris fit, & ex probabilibus, quamuis ex veris verum tantum colligatur. Them. in 1. poster. cap. 26. char. 5. col. 4.
- C**onclusio ut sit vera, oportet, ut propositiones ambæ sint de subiecto. Ammon. in prædic. char. 24.
- C**onclusio certa oritur ex certis, & diffinitis, & ex incertis incerta. Ioan. Gramma. in 1. prio. cap. 3. char. 11. c. 2.
- C**onclusio vera ex falsis potest concludi. Ioan. Gramma. in prim. prior. cap. 24. c. 46. col. 2.
- C**onclusio vera ex propositionibus falsis sumitur. Magent. in prior. c. 48. col. 4.
- C**onclusio ex propositionibus veris semper est vera. Magent. in prior. char. 48. col. 4.
- C**onclusiones veræ non declarantur, nisi a propositionibus, & propositiones a sensu, & experientia sermonum verorum, non est, nisi ut conueniat sensatis. Auer. physic. 8. tex. 22. c. 162. col. 3.
- C**onclusio, & si aliquando ex falso sequitur, nihil tamen probatur. Alb. mag. in prædicam. c. 59. col. 3.
- C**oncoctio est opus calidi. Aristot. meteor. 4. sum. prim. cap. 3. tex. 14. char. 561.
- C**oncoctionis operatio est maturatio, elixatio, & affatio. Aristot. meteor. 4. sum. prim. cap. 3. tex. 14. char. 561.
- C**oncoctio est perfectio a naturali, & proprio calido ex oppositis passiuis, hæc enim sunt propria vnicuique materia. Aristot. meteor. 4. sum. prim. ca. 3. tex. 14. c. 561.
- C**oncoctio, & si ab aliquo exteriori auxilium sumperit, ut per balnea, & per alia talia, tamen principium eius est caliditas propria. Aristot. meteor. 4. sum. pri. cap. 3. tex. 15. char. 561.
- C**oncocta necesse est, ut fiant crassiora, & calidiora, operatur enim in illis calor naturalis siccitatem, & spissitudinem. Aristot. meteor. 4. sum. prim. cap. 3. tex. 17. char. 562.
- C**oncoctio est quædam perfectio. Aristot. meteor. 4. sum. prim. cap. 24. tex. 19. char. 563.
- C**oncoctio fit ab eo igne, qui est in humido. Aristot. meteor. 4. sum. pri. cap. 4. tex. 24. char. 564.
- C**oncoctio, quæ fit in corpore, similis est elixationi. etenim in humido, & calido a caliditate corpus fit. Et inconcoctiones similes sunt inquinationi. Aristot. meteor.

- teor. 4. su. 1. cap. 4. tex. 27. char. 566.
- C**oncoctio est, cum humor, & calor proprium terminum conseruiunt. Aristot. de plantis secundo. cap. 1. c. 378.
- C**oncoctionem calidum operatur. Aristot. in 2. de anima. sum. 3. cap. 2. tex. 50. char. 627.
- C**oncoctum in quouis genere dulcius est. Aristot. de generat. animal. 3. cap. 1. char. 189.
- C**oncoctio, neque sine anima, neque sine caliditate est. Aristot. de iuuent. sen. vit. & mort. & respirat. cap. 11. char. 316.
- C**oncoctum aliquid a calore naturali nequit, vel quia generis peruiacis est, vel quia modum excedit. Aristot. problem. sect. prim. q. 43. char. 345.
- C**oncoctio est rei concoquendæ immutatio, siue alteratio. Aristot. problem. sect. 12. q. 7. char. 476.
- C**oncoquuntur cur aliqui carnes bubulas, pisces vero saxatiles non concoquunt? quoniam carnes bubulæ cum sint duræ, & magna calorificiuntur: & piscis, si subito corrumpitur, deurit, & ad cruditatem perducitur. Alex. Aphrodisien. problem. 7. c. 731. 18.
- C**oncoctum omne a calore concoctum est. Ioan. Gram. de gener. anim. l. 4. cap. 1. char. 74. col. 1.
- C**oncordia esse quid simile amicitia videtur. Aristot. 8. ethic. Nicom. cap. 1. char. 189.
- C**oncordia ad amicitiam spectare videtur: nam amicitia civilis esse videtur, & inter probos viros est, prauis enim cõcordes, nisi parumper esse non possunt. Aristot. 9. ethic. Nicom. cap. 6. char. 225.
- C**oncordia est confinis amicitia. Aristot. mag. moral. 2. cap. 16. char. 360.
- C**oncordia est eadem de principatu, & subiectione electio, & voluntas non alterutrius, sed publici boni gratia; ideo est quædam amicitia civilis. Aristot. moral. eudem. 1. cap. 9. char. 451.
- C**oncordia circa operabilia est ad conuersationem, & communionem vitæ humanæ pertinentia. Albert. magn. ethicor. 4. tract. 2. cap. 4. c. 102. col. 1.
- C**oncretio est quædam exsiccatio. Aristot. meteor. 4. sum. 2. cap. 2. tex. 30. char. 559.
- C**oncreta sunt, sed non incrassantur, quæ mollia, & non humida sunt, ex eante humido, velut affata, ut fictile, & quæ mistorum sunt incrassantur, ut lac. Aristot. meteor. 4. su. 2. cap. 3. tex. 37. char. 571.
- C**oncreta, quia calidum egreditur, liquefunt, calido iterum ingrediente, ut lutum. Aristot. meteor. 4. sum. 2. cap. 3. tex. 38. char. 571.
- C**oncreta per infrigidationem, & calido omni euaporante, insolubilia sunt, ut ferrum, & cornu, nisi superabundet caliditas, sed mollificantur. Aristot. meteor. 4. sum. 2. cap. 3. tex. 39. char. 571.
- C**oncreta a sicco calido indissolubilia sunt quædam, ut fictilia, & lapides; quædam solubilia sunt, ut sal, & nitrum. Aristot. meteor. 4. sum. 2. cap. 3. tex. 40. ch. 572.
- C**oncreta a duobus, quæ scilicet, primo calefacta sunt, deinde frigidata insolubilia sunt. Aristot. meteor. 4. su. 2. cap. 3. tex. 41. char. 575.
- C**oncreta, & indurata patiuntur hoc a calido exsiccante humidum, & a frigido exprimente calidum, & hoc humidi absentia. ut quæ terræ sunt, hoc calidi absentia patiuntur, ut quæ sunt aquæ. Aristot. meteor. 4. sum. 3. cap. 2. tex. 43. char. 577.
- C**oncretum, & abstractum idem significant. Alexand. de Ales. in 7. metaph. tex. 5. char. 184. col. 4.
- C**oncupantes, & spadones, quare minime vtantur venerea, in acumine oculorum offendantur? quia alteris ob libidinem, alteris ob excisionem partes superiores plus iusto exsiccantur, quod perspicuum in his est, quorum opus exquisitum administratur, aspectus autem talis est, humoribus autem deorsum ductis superiora sicari necesse est, quod concubitu fieri patet; spadonum crura intumescunt, & alui faciles sunt,

- cum deorsum se humoris copia seuocet. Aristot. problem. 4. tex. 3. char. 382.
- C**oncupandi ratio cum calore contineatur timor, & mors refrigerandi vim obtinent: plerique tamen cum ab his tenentur affectibus semen excurrit; quia cum quædam corporis loca refrigerantur, alia in tepefuit, cum & suum calorem habeant, & pulsus de locis refrigerantibus illum ipsa suscipiunt, quamobrem frigiditibus id euenit, verum non vt frigent, sed vt calent, quod patet etiam cum superiores partes timentium sanguine priuentur: inferiores humescunt, & soluitur alius, & vesica, calor igitur cum se per timorem deorsum, per mortem sursum deuius agitat madificare, & seminis excitare profluuium potest. Aristot. problem. 4. tex. 3. char. 383.
- C**oncupere non possumus celeriter vesica plena. Aristot. problem. 4. tex. 10. char. 384.
- C**oncupitus res omnium suauissima est: quia aut ut quidam aiunt ex toto corpore semen profluit, aut quia si non ex toto corpore, tamen per eam partem se premit in quam motus omnes, venæque omnes applicantur, & coeunt: cum uoluptas similis sit in libidine, atque in prurigne efficitur, uel pariter vniuersum corpus gestiet. Prurigo enim est secessio humoris spirituosius inclusi contra naturam, & genitura est secessio humoris eiusmodi, ad rem naturalem, & suauis est, tum ex necessitate, tum rei cuiuspiam necessitate; quia omne quod pertinet ad rem naturalem suauis est, si modo a sensu percipi queat, rei vero cuiuspiam gratia, est, ut ortus sit animantium perpetuus, facit enim uoluptas, ut animantia ad coitum ardentius excitentur. Aristot. problem. sect. 8. tex. 66. char. 387.
- C**oncupiscentia est appetitus quidam. Aristot. 3. de anima. sum. 2. cap. 2. tex. 50. char. 666.
- C**oncupiscentia omnis est cum tristitia, quia inexplibile desiderium est libidinis. Albert. mag. ethic. 3. tract. 3. cap. 6. char. 46. col. 4.
- C**oncupiscentis mens si libera sit, & serena; nunquam contingit contra scientiam, si perfecta sit, nec in maiori, nec in minori propositione aliquid facere. Et si scientia sit perfecta in maiori, & non in minori, sed minor sit conceptus delectabilis ligans non delectabile, ignorantia erit in minori propositione puræ negationis. Alb. mag. ethic. 7. tract. 1. cap. 4. char. 83. c. 4.
- C**oncupiscentia est appetitus quidam. D. Tho. in 3. de ani. lect. 15. tex. 50. c. 64. col. 3.
- C**oncupiscentia peruertit rationis iudicium, ut videatur bonum delectabile. D. Tho. metaph. 1. 3. te. 36. c. 867.
- C**oncupiscentia non est bonum, nisi quod desideratur secundum rationis dictamen. D. Thom. 12. metaph. lect. 2. tex. 36. char. 867.
- C**oncupiscentia, quando est vehemens, potest mouere quamlibet particulam animæ, etiam rationem, nisi sit sollicita ad resistendum. D. Thom. ethicor. 7. lect. 3. char. 118. col. 3.
- C**ondalus Mausoli legatus, cum per prouinciam iter faceret, & quispiam pecudem, vel vitulum afferret, describat, & nomen eius, qui dedisset, & tempus, quo dedisset: tum eum alere iubebat donec reuertetur. At ubi se satis diu commoratum putauerat, ratiocinabatur quantum interim fructus percipi potuisset; & vtrumque, & animal, & fructum exigebat. Arborum etiam, quæ in vias regias, aut cadebant, aut impendebant, fructum precio addicebat. & si quis miles decessisset, vectigalem drachmam pro corpore efferendo exigebat. & cum videret Lycios capillo impensius gaudere dixit venisse literas a Mausolo, ut eos tonderent, ut capillos mitteret ad capitum ornamentum. a men si quandam pecuniæ summam velint pendere, e Græcia capillum aduecturum, quod illi libenter ei tribuerunt, ne tonderentur. Aristot. econom. 2. ch. 809.

Conditio-

Conditionale omne impossibile est, quod redeat categoricum. Auer. in q. logic. char. 364. col. 1.

Conditionalis non potest omnis in prædicatium conuerti, vt si peperit, cum viro concubuit. Boet. in Topic. Cic. lib. 4. char. 822.

Conditionalis est vera, cuius antecedens est præsens, & eius consequens quandoque est futurum. D. Thom. 6. metaph. lect. 3. tex. 7. char. 416.

Confidentia est ex protensione spiritus, & sanguinis ex corde ad exteriora. Albert. magn. in 1. de ani. tract. 1. cap. 6. char. 2. col. 4.

Consistentes aliquid fecisse, aut nomen non consistunt, aut id, quod nomine continetur. Arist. rhet. 1. char. 57.

Confirmare cupiens primo opinionem dicere debet. Si id non potest, rerum consuetudines ordinare, deinde exempla afferre, & similitudines adducere, deinde sententias vti licet. At si narratis rebus continuo sit fides adhibenda, probationes relinquendæ sunt; & a iusti, & legitimi, & vtiles, & honesti, & iucundi, & facili, & possibilis, & necessarij partibus ante dicta negotia confirmabimus. Aristotel. rhetoric. ad Alexand. cap. 3. char. 231.

Confusa nobis sunt notiora. Ioan. Gram. in 1. physice. char. 4. col. 2.

Confusio in intellectu fit duabus de causis: æquiuocatione, & multiplicitate rei. Alber. mag. in 1. de Cælo. tract. 4. cap. 1. char. 19. col. 1.

Confusa est bellua monstruosa, cuius anteriora crura prætendunt similitudinem brachiorum, & manuum hominis; posteriora similitudinem crurum, & pedum hominis, & est animal de specie fimarum. Alb. magn. de animal. lib. 22. tract. 2. cap. 1. char. 176. c. 1.

Confusum esse, est esse potentiale respectu distincti. Alex. de Ales. in 3. metaph. tex. 15. char. 69. col. 3.

Confusa prius a nobis concipiuntur. Alex. de Ales. in 5. metaph. tex. 32. c. 163. col. 4.

Confusa prius cognoscuntur a nobis, tamen paruam notitiam faciunt de re, vt cognoscere hominem, quia animal. Alex. de Ales. in 7. metaph. tex. 6. c. 186. col. 3.

Confutatio vnus rei per accidens est probatio eorum, quæ illi repugnant. Simpl. in 1. physice. tex. 23. c. 33. c. 1.

Congelatio, & exarso sunt superabundantia; hæc caliditatis, illa frigiditatis. Arist. 2. de generat. & corrupt. sum. 1. cap. 3. tex. 2. char. 428.

Congelatio non accidit ex eo, quod expellitur in superiorem locum frigidum, sed quia fit circumobstantia calido, & frigidum inuicem. Arist. meteor. 1. sum. 3. cap. 2. char. 478.

Congelatio, vel coagulatio est quædam ficitas. Auer. meteor. 4. char. 211. col. 3.

Congelata a calido non liquefiunt, quædam a frigido, è contra propter materiam. Auer. meteor. 4. c. 2. 11. c. 1.

Congelatio non accidit aquæ simplici, sed commixtæ egredienti de loco suo. Alb. mag. in 4. de cælo. tract. 2. cap. 6. char. 57. col. 2.

Congelatio est restrictio humidæ aquæ per frigus dominans. Alb. mag. in 1. meteor. tract. 1. cap. 4. c. 78. c. 2.

Congelatio est quædam aquæ mutatio, & congelatur dupliciter, solubiliter in aere, insolubiliter in terra. Alb. mag. in 1. meteor. tract. 1. cap. 4. char. 78. col. 4.

Congelatum differt a coagulato; quia coagulatum est, cuius partes aqueæ constant per frigidum comprimens, ita vt partes terrestres non apprehendant aqueas, & è contra; coagulatio autem fit ex calido, & frigidum: quia in lacte per calidum, in metallis per frigidum fit. Albert. magn. in 4. meteor. tracta. 2. cap. 5. char. 125. col. 2.

Congelatio fit per frigus constringens aquam, quæ conuersa est. Alb. mag. de pass. aeris. char. 118. col. 2.

Congenitum est, quod consequenter est, & tangit non vi. Arist. physice. su. 1. cap. 10. tex. 48. char. 91.

Congenitum alicui est id, quod sicut cum illo est, secundum generationis tempus. Alexand. & Eust. 2. post. c. 70. col. 2.

Congregata, & disgregata necessario mutant locum, & augibile, & diminubile secundum magnitudinem mutant locum. Aristotel. physic. 2. sum. 3. cap. 1. tex. 55. char. 223.

Congregatio est mistio. Aristot. de generat. & corrupt. sum. 4. cap. 1. tex. 43. char. 403.

Congregare, quod inquit facere ignem, est congregare ea, quæ eiusdem generis sunt, & contingit excipere aliena. Aristot. 2. de generat. & corrupt. sum. 1. cap. 2. tex. 8. char. 425.

Congregatio est actio alicuius similis igni, & non perficitur, nisi per segregationem. Auer. 3. de cælo. tex. 74. char. 104. col. 3.

Congruui sunt pisces noti, à quibusdam anguilla marinarum vocantur. Albert. magn. de anima. lib. 24. cap. 1. char. 196. col. 4.

Coniectura, & commentatio differunt; quia coniectura circa dictionem, & actionem contrarietas est, commentatio vero circa reliquas species contrarietatis excipit. Arist. rhetor. ad Alex. cap. 14. char. 208.

Coniecturas multas capies intuens, si ipsa, vel aduersarij contradicit oratio, siue res ipsa contradicit dictioni. Arist. rhetor. ad Alex. cap. 9. char. 204.

Coniecturæ sunt, quæ hinc rebus, de quibus omnis habetur dictio, repugnarent, & quibus ipsa sibi oratio aduersatur. Arist. rhetor. ad Alex. cap. 9. char. 204.

Coniecturatum finis non est in artifice. Alex. Aphrod. in 1. Topic. cap. 3. char. 6. col. 2.

Coniugata à casibus differunt, quia coniugata res sunt: casus non rerum subiectarum indicatiui, sed modorum actionis, vel dispositionis. Alexan. Aphrod. in 2. Topic. cap. 3. char. 32. col. 1.

Coniugationes omnes in secunda figura de contingenti ad syllogisticæ sunt. Ioan. Gram. in prior. cap. 15. char. 38. col. 2.

Coniugationes omnes in secunda figura in missione de inesse, & contingentis, quæ affirmatiuam habent de inesse, non concludentes sunt, ac syllogisticæ. Ioan. Gram. in prior. cap. 17. char. 40. col. 2.

Coniugationes secundæ figuræ in missione de inesse, & contingentis, quæ negatiuam de inesse affirmatiuam contingentem habent, concludunt. Ioan. Gram. in prior. cap. 17. char. 40. col. 2.

Coniugationes, quæ in secunda figura sunt in missione de necessarij, & contingentis, si necessaria negatiua fuerit, fit syllogismus contingentis, non secundum determinationem, sed quod de inesse prædicatur. At si necessaria fuerit affirmatiua, & negatiua contingentis, non est syllogismus. Ioan. Gram. in prior. cap. 18. char. 40. col. 4.

Coniugatio in tertia figura ex contingentibus ambabus est syllogistica. Ioan. Gram. in 1. prior. cap. 19. char. 42. col. 1.

Coniugata sunt quæcunque ab vno nomine variâ prolatione flectuntur, vt a iustitia, iustus, iustum, iuste. Boet. in Topic. Cic. lib. 2. char. 775.

Coniugata sunt, quæ ab eodem diuerso modo deducta fluxerunt. Boet. de diff. topic. lib. 2. char. 870.

Coniuncta sunt, quæ vniciuque rei finitimam naturam tenent, vt timori pallor adiunctus est. Boet. in Topic. Cic. lib. 2. char. 775.

Coniunctorum natura est, vt separari quidem possint, tamen se se inuicem monstrant. Boeth. in topic. Cic. 1. 2. char. 787.

Coniuncta sunt omnia, quæ ad se referuntur. Boeth. in topic. Cic. lib. 6. char. 844.

Coniunctio vox est non significans, quæ nec impedit, nec efficit vocem aliquam, significare apta ex pluribus vocibus

vocibus componi, extremo, & medio orationis congruens; quam in initio orationis sua natura poni non conuenit. Arist. poetic. cap. 20. char. 285.

Coniunctiones principaliter non significant, sed conificant, & non sunt orationis elementa, sed elocutionis. Simp. in præd. c. 16.

Coniunctio, & vnio sunt propter humiditatem. Auer. meteor. 4. char. 212. col. 3.

Coniunctionis, ac propositionis, cum per se ipsas nihil significant, non sunt interpretationes. Boeth. in lib. de inter. char. 215.

Coniunctiones conificant quidem possunt, per se tamen nihil significant. Boet. in 1. de inter. c. 290.

Connascentia differt à tactu; quia in tangentibus nihil aliud necesse est esse præter tactum: in connascentibus vero est aliquid vnum idem in ambobus, quod facit vnum simul cum alio secundum continuum, & quantum, non tamen secundum æquale. Arist. 3. metaph. cap. 4. tex. 5. char. 88.

Connexum rei connumeratur cum ipsa re. Auer. prim. rhetor. tract. 2. cap. 9. c. 33. col. 3.

Consanguinitas auorum, & proauorum nunquam extinguitur, sed fratrum, fororum, & aliorum lateraliter coniunctorum extinguitur per quatuor generationes: quia auorum, & proauorum, & parum quilibet aliquid sui, quod potentia est, & virtute, totum, quod ipse est habet in successore proximo. At non ita colliguntur à fratre, & aliorum orti, sed ob id, quod ab vno aliquo, hoc, quod sunt, per generationem originale acceperunt, per quod colligitur, quod per hoc quod alterius est, & non suum, potest dirimi eorum cognatio. Albert. mag. de ani. lib. 18. tract. 2. cap. 9. char. 158. col. 3.

Consensio est sententia indicatiua recta equi, & boni viri: at ea recta est, quæ est veracis. Arist. 6. ethic. nicom. cap. 11. c. 152.

Consequenter id est, inter quod post principium solum existens, aut positio, aut natura, aut aliquo alio sic determinatum, nihil est medium eorum, quæ sunt in eodem genere. Aristotel. physic. 5. sum. 2. cap. 1. tex. 25. char. 131.

Consequenter est ad aliquid consequenter, & posterius aliquid est. Aristotel. physic. 6. sum. 2. cap. 1. text. 25. char. 132.

Consequenter est prius naturaliter omnibus supradictis quia quod tangit, consequenter est: at non contra, & si continuum est, necesse est tangere, & sic de alijs. Arist. phy. 5. su. 2. cap. 1. tex. 28. char. 132.

Consequenter est, quod sequitur primo aliquod principium, id est, quod ordinate sequitur ad aliquod, vt species, vel aliter, ita vt non sit medium eiusdem generis. potest tamen esse medium alterius generis. Arist. metaph. sum. 4. cap. 4. char. 241.

Consequenter continuum, & contactum sic se habent, vt consequenter sit primum. quia enim consequenter, non tangit. secundum locum tenet contactum, quia si tangit, non adhuc est: vnum ergo tertium continuum. Arist. 11. metaph. su. 4. cap. 4. c. 242.

Consequenter sunt, quorum medium eiusdem generis. Ioan. Gram. in 2. post. cap. 12. char. 67. col. 2.

Consequenter se habere ad alterum non est in continuis. D. Thom. in 2. physice. lect. 7. tex. 45. char. 95. c. 2.

Consequentia, alia sunt priora, alia posteriora, & sæpe posteriora prioribus meliora sunt. Alexand. Aphrod. in 3. Topic. cap. 2. char. 34. col. 1.

Consequentia necessaria non temporaria est ea, in qua semper ex eo, quod sumptum est, consequitur aliquid, propterea quod est tanquam antecedens id, quod sumptum est. Alex. Aphrod. in 1. prior. cap. 14. char. 30. col. 1.

Consequens in plus esse oportet, quam antecedens, vel

æqualis. quod si fuerit in minus, non sequitur antecedens. Ioan. Gram. in prior. cap. 14. char. 32. col. 4.

Consequenti sublato tollitur antecedens, non autem contra. Ioan. Gram. in prior. cap. 14. char. 32. col. 4.

Consequentium necessariorum magna pars simul cum causis efficientibus est in accidentibus, cum subiectis suis, & hæc sunt, quæ sciuntur per accidentia substantialia: & ideo sunt, vt plurimum demonstrationes absolutæ in hoc genere. Auer. in poster. 2. cap. 7. tex. 67. char. 223.

Consequentia duo cum fuerint, quæ se complete sequuntur, & posuerimus aliquod esse ipsum præcedens, aut disponi per præcedens, necessario sequitur consequens, licet sit impossibile illud disponi per præcedens: vt quia dies sequitur ortum Solis, in quacunque hora ponatur Solem oriri, sequitur diem esse, licet impossibile sit Solem in illa hora oriri. Auer. in physice. 4. tex. 93. char. 81. col. 3.

Consequentia inter accidens, & consequens non est vera. Auer. ex dest. dest. disput. 2. char. 18. col. 3.

Consequens est quicquid id, quod antecedit, sequitur, vt ab antecedentibus separari nequeat. Boet. in Topic. Cic. lib. 2. char. 775.

Consequentia natura sunt, cum altero præcedente comitatur alterum. Boet. in Topic. Cic. lib. 4. char. 819.

Consequens aliquid si sequitur ad aliquid antecedens absque conuersione, & oppositum antecedentis sequitur ad oppositum consequentis, & non è conuerso. Alb. mag. in prior. char. 143. col. 4.

Consequens est id, quod sic inferitur ex antecedente. Alb. mag. in elench. char. 288. col. 2.

Conseruatur tunc proprie aliquid, quoties vna cum ijs omnibus quæ natura in eo insunt, conseruatur, restatque incolume; in quorum numero est figura. Alex. Aphrod. de mist. char. 60. col. 3.

Consideratio de proprijs posterior est ea, quæ est ex communibus. Arist. phy. 3. sum. 1. cap. 1. tex. 1. ch. 54.

Considerationes aliæ contemplatione egent, aliæ ad acquisitionem, & negotia spectant. Arist. moral. eudem. 1. cap. 1. char. 367.

Consideratio rerum propriarum, communium considerationem consequitur. Psel. in 3. physice. char. 20.

Considerationis figura, & qualitas debet esse vna & eadem apud virtutem sensibilem, & rationalem, in rebus diuersi generis, & in contrarijs. Auer. 3. de ani. tex. 32. c. 174. col. 1.

Considerationis suæ principium ponit homo de rebus possibilibus ex rebus presentibus, quæ accidunt. Et ideo possibile est, vt homo cogitet in alia re, adeo quod inueniet ex eo aliquod indiuiduum, quod ante non sensit, sed sensit ei simile, non ipsum idem. Auer. 3. de ani. tex. 33. c. 174. col. 2.

Consideratio, & substantia abstracta est postrema in cognitione, & prima in esse contra insensibile. Auer. in 4. metaph. tex. co. 9. char. 33.

Consideratio eadem est de obiecto, & de habitu, vt de obiecto. & quanto obiectum latius est, & ad plura se extendit, tanto scientia latior est. Alex. de Ales. in 1. metaph. char. 7. col. 3.

Consilium nemo capit de rebus desperatis. Aristot. rhetoric. 2. char. 82.

Consilio in omni videndum est, si is, qui dicit, in alijs falli opinione solitus sit: nam, & in hac falli indicium est. Arist. rhetor. 3. char. 171.

Consilium non fit de æternis, nec de his, quæ necessario sunt: quia ob consilium nihil plus acquiritur, sed tantum de ijs consultamus, quæ a nobis sunt, & futura sunt. Alex. Aphrod. de fato. c. 7. char. 25.

Consilium est prudentiæ defectus. Ammo. in prædicam. c. 90. Idem Ammo. in 1. de inter. c. 75.

Consilium, ac deliberatio in coniecturis solum locum obtinet.

obtinere. Simpl. in 2. phy. tex. 56. char. 136. col. 1.
 Consilium ob prudentiæ egestatem suscipitur. Ioan. Gram. in 2. phys. c. 49. col. 2.
 Consilium de ijs tantum dicitur, quæ ex æquitate efficiuntur. sententia vero de ijs, & de alijs quoque multis. Eust. 6. Ethic. cap. 11. char. 132.
 Consilio, & consultandi facultate a brutis differimus. Mag. in l. de inter. c. 19. a tergo.
 Consilium ea, de quibus est consilium. Auer. 1. rhetoricor. tract. 2. cap. 8. c. 33. col. 1.
 Consilium non est de necessarijs, sed de contingentibus. D. Thom. in perihorm. char. 13. col. 4.
 Consilio non est opus in ijs, in quibus media sunt determinata. D. Thom. in perihorm. char. 15. col. 3.
 Consulunt prius prudentes viri, quid agendum, antequam quicquam agere instituant. Dan. Barb. 1. rhetoric. cap. 24. char. 60.
 Consistentiæ, quæ concretæ sunt in frigido, aquæ sunt, ut glacies, ut grando, & pruina: quæ a calido, terræ, ut ficile, caseus, nitrum, sales: quæ ab ambobus, amborum. Arist. meteor. 4. su. 4. cap. 1. c. 585. col. 3.
 Consolidata non sunt unum secundum qualitatem, sed secundum continuationem, e conuerso miscibilibus. ista enim reuertuntur in unum secundum qualitatem, & continuationem. Auer. in 5. metaphys. tex. com. 5. char. 51.
 Consonantiæ diapason antiphonum ita latitat, ut unisonum esse videatur, ut in punico, vel atropo; quæ enim posita in acutis sunt, non unisona, sed ex proportione sibi diapason concinentia respondent. Quoniam modus proportionis facit, ut sonus quasi idem esse appareat; proportio enim in sonis æqualitas est; æquale autem omne ad unitatem referendum est. Hoc idem etiam in fistulis euenit, ut falli aures possint. Arist. problem. sect. 19. q. 14. char. 514.
 Consonantia diapason sola cantatur, hanc enim solum magadare, nec ullam aliam consueuerunt. Quia hæc sola ex fidibus inter se se obsonis constat, atque in absolis etiam, si alteram canis, identidem efficit. voces enim ambarum vna quodammodo illa continet. Ergo in hoc consonandi genere, cum vel vna canitur, consonantia tota perfici potest; & cum ambæ, aut altera canitur, altera tibia sonatur, vna quasi de duabus exultat. atque ita efficitur, ut sola hæc cantilenam patiat, eo scilicet, quod obsona vocem nerui obtinent eiusdem. Arist. problem. cap. 19. q. 17. char. 515.
 Consonantia bis diapente, & bis diatessaron componi non potest, bis diapason potest; quia non bis diapente, nec bis diatessaron instrui possunt, sed diatessaron, ac diapente proportionales apte in vnam diapason continentiam copulantur. Aristotel. problem. sect. 19. q. 34. char. 519.
 Consonantia ideo demulcere potest; quia mistio, & temperatio contrariorum est iunctorum apte inter se se portionemque inuicem custodientium. Aristot. problem. sect. 19. q. 38. char. 521.
 Consonantia diapason omnium pulcherrima est: quia integris terminis huius proportionales continentur; cæterarum autem non integris. Cum enim nete dupla ad hypaten sit, quocumque in genere nete duo tenuerit, hypate unum habebit: & ubi hypate duo, nete quatuor resonabit, ac ita deinceps. At sexquialtera non integris numeris posita est; maior enim minore in se continet totum, & eius partem dimidiam: quam ob rem non integri cum integris comparantur, sed partes supersunt. Item diatessaron sexquialtera continetur, quæ terminis constat, quorum maior minorem continet, & tertiam eius partem. Vel quia quæ ex ambabus consistit perfectissima est, & quoniam modulandi mensuram hæc tenet, merito omnium elegantissima constat. Arist. problem. sect. 19. q. 35. c. 519.

Consonantia sola, quæ diapason vocatur, est illa in qua magadari solitum est; quia ut pedes carminum portionem, aut paris ad par, aut dupli ad subduplum, aut aliquam aliam inter se obtinent: ita soni, quibus consonantia continetur, motus portionem inter se aliquam seruant, & rationem clausulæ. Cæterarum igitur consonantiarum alterius termini imperfecti sunt, cum finiant ad partem: quæ mobrem fieri non potest, ut pari sint facultate. Et cum dispare sint, discrimen auribus pariunt. adde, quod hypate accidit, quod exitum soni circuitalis habet cum nete; vltimus enim a nete ictus aeris factus hypate est: quod cum finiant in idem, quamuis non idem fecerint, euenit, ut opus absolui vnum, communeque possit, non secus, ac illis accidit, qui sub postremam cantilenam pulsant, quia magis delectat eo ipso sine, quam discrimine angunt, quo ante finem discrepant. Cum igitur in diapason consonantia ex diuersis, quod commune exultet, suauissimum sit, magadare autem ex contrarijs vocibus consistat, hinc magadare consonantia diapason consueuerunt. Arist. problem. sect. 19. q. 40. c. 522.
 Consonantia ipsa est veluti extremorum temperatura. Simp. in 3. de ani. ex. sec. 1. tex. 143. c. 31. col. 3.
 Constans est id, quod non cito fit, nec facile dissoluitur. Arist. moral. eud. 7. cap. 4. char. 439.
 Constantia nulla existit tanta circa humana opera, quanta est circa opera secundum virtutes. Alb. magn. ethic. pri. tract. 7. cap. 11. char. 22. col. 2.
 Constellatio dicitur specialis conuentus, & respectus plurium stellarum, quia speciali modo congregant, vel opponunt, vel alio modo se respiciunt. Alb. mag. in 4. meteor. tract. 1. cap. 11. c. 119. col. 3.
 Constellatio quamuis sit in figuris cœlestibus per modum necessitatis, est tamē in implerione causarum, per quas descendit in sphaeram actiuorum, & passiuorum, per modum contingentie & valde mutabilis. Alber. mag. ethic. pri. tract. 7. cap. 9. c. 21. col. 4.
 Constitutiones videntur esse iuris naturalis inuestigatio, & consensus. Alexand. Aphrod. in 2. de anima. cap. 4. c. 52. col. 3.
 Constitutio coniecturalis nominatur, cum quaeritur, utrum sit. Boet. de diff. top. l. 4. char. 882.
 Constitutio diffinitiva est, cum factum constat, quid sit autem ignoratur. Boet. de diff. top. l. 4. c. 882.
 Constitutio generalis qualitatis est, cum factum constat, & quid sit, certum est, cui generi subijciatur, quaeritur. Boet. de differ. topic. l. 4. char. 882.
 Constitutio generis triplex est: vel de præterito, & iudicialis constitutio appellatur: vel de presenti, vel de futuro, & negotialis constitutio dicitur. Boet. de differ. topic. lib. 4. char. 882.
 Constitutio iudicialis duplex est: aut n. in ipso facto vis defensionis inest, & absoluta qualitas vocatur: vel extrinsecus assumitur, & assumptiua dicitur. Boet. de diff. Top. l. 4. char. 882.
 Constitutio assumptiua est, cum aut conceditur crimen, aut remouetur, aut refertur, aut comparatur. Boet. de differ. topic. lib. 4. char. 882.
 Constitutio assumptiua, cum conuertitur crimen, est, cum nulla facti sit defensio, sed venia postulatur, & hoc, vel si deprecis, vel si purges, in fortunam, in casum, in necessitatem culpam ascribens. Boet. de differ. topic. l. 4. tex. 2. char. 882.
 Constitutio assumptiua remouens crimen est, cum ab eo, qui incesit, transfertur in alium, quod duobus modis fit. nam vel causa remouetur, vel factum. causa, cum aliena potestate factum contenditur. factum, cum alijs, aut potuisse, aut debuisse facere monstratur. Boet. de differ. topic. lib. 4. char. 883.
 Constitutio assumptiua, cum crimen refertur, est, cum offendimus, quod is, in quem crimen commissum sit, iniurius

iniurius est, atque id pati meruit. Boeth. de diff. top. l. 4. c. 883.
 Constitutio assumptiua, quæ per comparisonem fit, est, cum propter meliorem, vtilioremque factum, quod aduersarius arguit commissum esse defenditur. Boet. de differ. top. l. 4. char. 883.
 Constitutio constitutionem ad fidem confirmat. Boet. de diff. top. l. 4. c. 883.
 Constructionis, & destructionis prædicatorum locus primus. Difficilius est construere, quam destruere terminum. Arist. top. l. 7. cap. 2. char. 543.
 Constructionis, & destructionis prædicatorum locus secundus. Si omni inest, quod sub nomine est, at non soli, interempta est diffinitio. Aristot. topic. l. 7. capit. 2. char. 544.
 Constructionis, & destructionis prædicatorum locus tertius. In accidente vniuersali facilius est destruere quam construere, & destruenti satis est vni non inesse, construenti, omni inesse. Arist. top. l. 8. c. 2. c. 544.
 Constructionis & destructionis prædicatorum locus quartus. Facilius est construere quam destruere. construenti satis est ostendere alicui, inesse destruenti nulli. Aristot. top. l. 7. c. 2. char. 545.
 Constructionis & destructionis prædicatorum locus quintus. Ad terminum contingit, & per alia argumentari. siue enim non propria sit definitio, siue non genus, quod assignatur, siue non inest aliquod eorum, quæ sunt in diffinitione, interempta est definitio. Aristot. top. l. 7. c. 2. char. 545.
 Constructionis, & destructionis prædicatorum locus sextus. Proprium post diffinitionem difficilius est destruere, quam construere, quia ex pluribus plerumque fit. Arist. top. l. 7. c. 2. char. 543.
 Constructionis, & destructionis prædicatorum locus septimus. Accidens facilius est omnium construere. Arist. top. l. 7. c. 2. char. 546.
 Constructionis, & destructionis prædicatorum locus octauus. Destruere accidens difficillimum est, non in terminis enim, nisi ostendendo, quod non inest. Arist. top. l. 7. c. 2. c. 546.
 Consuetudo est tanquam natura. Arist. de mem. & rem. cap. 3. c. 42.
 Consuetudo maxime impedit veritatis cognitionem, quod leges declarant, in quibus puerilia, & fabulosa magis possunt, quam veritas in se. Arist. 2. metaphys. c. 3. tex. 14. char. 38.
 Consuetudine fiunt, quæ ideo fiunt, quia sepe fecerunt. Arist. rhetor. pri. char. 45.
 Consuetum iam quasi natura insitum est, simile enim est nature, quod enim sæpe fit, prope accedit ad semper. Arist. rhetor. pri. char. 43.
 Consuetudinem, quam naturam, facilius est imitari. Arist. ethic. nicom. c. 10. c. 179.
 Consuetudo, ob hoc est valida, quia naturæ insidet, Arist. mag. moral. 2. cap. 7. c. 336.
 Consuetudo vertitur in naturam. Mich. eph. de mem. & rem. c. 7. col. 3.
 Consuetudo est magni vigoris. Auer. epit. in log. c. 360. colum. 3.
 Consuetudo est maxima causa dependens a pluribus rebus manifestis per se. Auer. in phy. pri. tex. 6. c. 17. colum. 4.
 Consuetudo est habitus, quem acquirit agens, qui facit eundem ut plurimum reiteratione actionis. Auer. contra Algaz. in phys. disp. pri. char. 56. col. 4.
 Consuetudinis est, quod apud aliquos permutatur. Boet. de diuis. c. 640.
 Consuetudinis in reminiscencia maxima est vis; quia ea, quæ consueuimus per ordinem enuntiare, dicto vno priori occurrit, aliud etiam absque attentione. Alber. mag. de mem. & rem. trac. 2. c. 3. c. 23. col. 2.

Consuetudo sibi succedere in corde similes passiones facit, ita ut tristitia tristitiam, timor timorem sequitur, & vigor cordis audaciæ, & sic in alijs. Alb. mag. de mot. ani. l. 1. trac. 2. c. 6. char. 44. col. 3.
 Consuetum, quod est nobis, est magis notum; quia consuetudo vertitur in naturam. D. T. ho. 2. metaph. l. 5. tex. 14. c. 114.
 Consuetudo aliquid facit in his, quæ pertinent ad virtutes morales, & non ijs, quæ sunt secundum naturam, vel præter naturam. D. Thom. 2. ethic. l. 1. c. 22. colum. 2.
 Consuetudo praua est quedam egritudo animalis. D. Th. ethic. 7. l. 5. c. 121. col. 2.
 Consuetudo est altera natura. Alex. de ales. in 2. metaph. c. 46. col. 3.
 Consultatio non est de fine, sed de his, quæ sunt ad finem, & hæc sunt quæ in actionibus vtilia sunt. Arist. rhetor. pri. c. 25.
 Consultans, & qui in iudicio loquitur, primo suas rationes fide probare debet, deinde contrarijs occurrere. Quod si aduersa causa multiplex sit, primo contrarijs, contra quæ secundo loco dicitur ex ijs, quod insulsiimum est, primo attingere debet. Arist. rhetor. 3. c. 172.
 Consultatio de septem rebus fit: vel de sacrificijs, vel de legibus, vel de apparatu civili, aut de societatibus, & fœderibus aduersus alias vrbes, aut de bellatore, de pace, aut de pecuniarum prouentibus. Arist. rhetor. ad Alex. cap. 2. c. 185.
 Consultatio de sacrificijs est, cum aut dicimus seruanda esse in præsentis statu, aut ut magnificentius, aut humiliter agendum sit. Aristot. rhetor. ad Alexan. capit. 2. char. 185.
 Consultatio non est de omnibus: nam non est de æternis, nec de his, quæ in motu quidem sunt, sed semper circa eadem versantur, siue necessaria, siue naturalia, nec quæ fortuna contingunt, nec de humanis omnibus, ut de his, quæ per nos ipsos agi non possunt. Aristot. 3. ethic. cap. 3. char. 56.
 Consultamus de ijs, quæ in nostra sunt potestate, & vnus quisque de ijs, quæ per seipsum agi possunt, consultat. Arist. 3. ethic. c. 3. char. 56.
 Consultatio nulla est de scientijs certis, ut de literis: non enim dubitamus quomodo scribendum sit. Arist. 3. ethic. cap. 3. char. 56.
 Consultamus de ijs, quæ per nos fiunt, nec semper eodem modo eueniunt. Aristoteles 3. ethicor. capit. 3. char. 57.
 Consultatio est magis in artibus, quam in scientijs; quia in ipsis magis ambigere consueuimus. Arist. 3. ethic. cap. 3. c. 57.
 Consultatio est de illis, quæ ut plurimum fiunt, incerta tamen sunt, quomodo eueniant, & in quibus determinatio existit: & ad magnas res consultores adhibere solemus, quasi nobis ipsis diffidentes, quasi sufficere nos ipsi soli nequeamus. Aristotel. 3. ethic. cap. 3. c. 57.
 Consultatio non est de finibus, sed de his, quæ ad finem tendunt. Arist. 3. ethic. c. 3. char. 57.
 Consultatio omnis quaestio est, non autem omnis quaestio est consultatio. Arist. 3. ethic. c. 3. char. 57.
 Consultamus interdum instrumenta, interdum vsus eorum, aliter in reliquis, per quæ, quo pacto, aut per quid quippiam fieri debeat. Aristotel. 3. ethicor. cap. 3. c. 58.
 Consultabile, & eligibile idem plane est. Arist. 3. ethic. cap. 3. c. 58.
 Consultare, & ratiocinari idem sunt. Arist. 6. ethic. nicom. cap. 1. c. 139.
 Consilium non est de ijs, quæ aliter se habere non possunt. Arist. 6. ethic. nicom. c. 1. char. 139.

Consultat nemo de ijs, quæ aliter esse non possunt, aut nequeunt sub actionem ipsius cadere. Arist. 6. ethic. ad Nicom. cap. 5. ch. 143.
 Consultor bonus is est absolute, qui, quod optimum homini ex agendis rebus est, coniectura ratiocinando assequi potest. Arist. 6. ethic. Nicom. cap. 7. c. 147.
 Consultator errat, vel circa vniuersale, vel circa singulare, dum errat. Arist. 6. ethic. Nicom. cap. 8. c. 149.
 Consultare, & querere inter se differunt, vniuersalius enim est querere, nam consultare querere aliquid est. Arist. 6. ethic. Nicom. cap. 9. ch. 149.
 Consultatio bona non est scientia, non enim de ijs, quæ sciunt, inquirunt. Arist. 6. ethic. ad Nicom. cap. 9. char. 129.
 Consultatio bona non est bona coniectatio, quippe cū, & absque ratione, & cito fit coniectatio: longo autem tempore oportet, vt consultant consulentes. Arist. 6. ethic. Nicom. cap. 9. ch. 149.
 Consulendum tarde, & diu: cito agenda sunt, quæ cōsuleris. Arist. 6. ethic. Nicom. cap. 9. ch. 150.
 Consultatio bona, & solertia diuersa sunt. Arist. 6. ethic. Nicom. cap. 9. ch. 150.
 Consultatio bona non est opinio. Arist. 6. ethic. Nicom. cap. 9. ch. 150.
 Consultatio bona est rectitudo, & non est sine ratione: ergo est consultatio rectitudo quædam. Arist. 6. ethic. Nicom. cap. 9. char. 150.
 Consultatio bona est rectitudo, quæ secundum vtilitatem ad quandam finem spectat, cuius prudentia vera existimatio est. Arist. 6. ethic. Nicom. cap. 9. c. 151.
 Consultamus de ijs, quæ in nostra potestate sunt, & quomodo euasura sint, incertum est. Alex. Aphro. 1. prior. cap. 1. ch. 3. col. 4.
 Consultat animal nullum præter hominem, & non fit consultatio, nec de æternis, nec de necessarijs, sed tantum de ijs, quæ ad finem conducunt, non autem de fine. Alex. aphr. in 4. nat. quæst. cap. 29. c. 22.
 Consultatio in nobis est: possumus enim, & consultari, & non. Alex. aphr. in 3. nat. q. cap. 13. ch. 15.
 Consultatio hoc nobis boni tribuit, vt eligamus illud ante illud, quod ratione eligibilis nobis visum fuerit, & quod non prius consultant non egissemus. Alex. Aphrod. de fato. cap. 7. ch. 25.
 Consulimus, quod appetimus. Alex. aphr. de nat. q. cap. 22. char. 20.
 Consultatio inutilis esset, nisi foret in hominis arbitrio facere, vel non facere id, de quo consilium fuerit. Alex. Aphro. in 2. de ani. cap. 56. c. 55. col. 1.
 Consultans in contingentibus versatur, & agibilibus alio, & alio modo se habentibus ad vnum, quod, vel vtile, vel iucundum respicit, vel si vtilius, & iucundius. Simp. in 3. de anim. ex sec. 2. tex. 57. c. 81. col. 1.
 Contacta non congregantur per aliquod commune in eis, per quod fuerint vnum: consolidata autem fiunt vnum, cum aliquod consolidans sit, in quo communicant. Auer. in 5. metaph. tex. 10. ch. 51.
 Contactus naturalis est per corpus: contactus mathematicus potest esse per lineam, & per superficiem. Auer. phy. 5. tex. 30. ch. 104. col. 1.
 Contactus non est nisi in vltimo, quod est superficies, vt quæ non tangitur propter superficiem, sed propter totum corpus. Alb. mag. 4. phy. tract. 1. cap. 10. char. 43. colum. 4.
 Contemnens paruifacit. Aristot. rhetor. 2. c. 70. col. 3.
 Contemplari assidue magis aliquid, quam operari possumus. Arist. 10. ethic. Nicom. cap. 7. c. 256.
 Contemplatio homini externa potius sunt impedimento: at vt homo, cum pluribusque vitæ degit ex virtute agere proponit, talibus igitur ad humanæ se gerendū indigebit. Arist. 10. ethic. Nicom. cap. 8. ch. 259.
 Contemplatiuam felicitatem perfectam quandā opera-

tionē esse cōstare, vel inde potest, quia Deos maxime beatos, & felices esse existimamus. Arist. 10. ethic. ad Nicom. cap. 8. c. 259.
 Contemplatiuæ cogitationis, & non actiuæ, nec effectiuæ bene, maleve esse est verum, & falsum, hoc enim totius cogitatiuæ opus est, sed actiuæ, & cogitatiuæ veritas est, quæ appetitui recto consentanea fit. Arist. 6. ethic. Nicom. cap. 2. char. 140.
 Contemplari interdum nouum sanitati assert. Arist. 9. ethic. Nicom. cap. 12. c. 182.
 Contemplatio nil aliud, quam de diuinis inspectionem, & cognitionem significat. Alex. aphr. in lib. 1. prior. char. 3. col. 2.
 Contemplationem actioni præstare indicio est, quod omnis actio ad alium finem refertur: nam, & virtutum actiones, quæ alioqui omnium maxime sinate sponte videntur expetendæ, ad aliud tamen quiddam referri videntur. Alex. aphr. in 1. metaph. cap. 1. c. 3. col. 2.
 Contemplationis finis, actionis principium est. Ammo. in Porph. c. 6.
 Contemplatiua sunt, in quibus de vero, & falso consideratur. Ammo. in præd. c. 3.
 Contemplatiuæ philosophiæ, finis est consensus ad vniuersum omnium principium. Simp. in præd. q. 2.
 Contemplatiuæ, & actiuæ philosophiæ finis est felicitas, quam qui attingit, non homo, sed Deus dici debet. Simp. in præd. ch. 2.
 Contemplatio alia est de intellectualibus [substantijs]: alia de mathematicis immobilibus substantijs: alia de mobilibus semper substantijs, quæ semper in gyrum vertitur, vt Astrologia. Simp. in præd. c. 83.
 Contemplatio ex manifestis, ac sensu apparentibus rebus, ad veritatem processum denotat. Simpl. in 1. de ani. tex. 3. c. 1. col. 2.
 Contemplari significat vniuersalius aggredi sermones. Io. gra. in 1. de ani. tex. 1. c. 6. col. 2.
 Contemplatiuus, exceptis quæ ad vitam sunt necessaria, reliqua contemnere consuevit. Eufra. siue Micha. Ephes. 10. ethic. cap. 7. c. 522.
 Contemplationis nostræ finis est, quod anima hypostasim formarum omnium, quæ est lumen intelligentiæ purum ab omni eo, quod materiale est, vel virtutis materiæ inueniat: quia tunc recte inuenit se ipsam, prout ipsa est solus, & purus intellectus, sine cōtinuo, & tempore. Alb. mag. in 1. metaph. tract. 5. cap. 16. c. 74. col. 1.
 Contemplatiua felicitas est omnis intellectualis nature, secundum naturam optimam. Alber. magn. de nat. & org. ani. tract. 2. cap. 6. c. 73. col. 4.
 Contentio est, quæ contrarium nomen simul, & vim oppositis rebus habet, aut horum alterum: sed pulchrior est, quæ ex ambabus constat. Arist. rhet. ad Alex. cap. 25. char. 221.
 Contentum ita se habet ad continens, vt materia ad formam, id est, vt materia perficitur per formam, sic per continens perficitur contentum. Auer. in phy. 4. tex. 49. ch. 68. col. 2.
 Contentum, omne habet aliquid extra se terminans ipsum, & conseruans continendo. Alb. mag. in 1. de cœlo, tract. 1. cap. 5. c. 4. col. 1.
 Contiguum est, quod, cum consequenter est, tangit. Arist. phy. 1. cap. 1. tex. 25. c. 132.
 Contiguum omne consequens est. Simp. 2. phy. tex. 76. c. 314. colum. 2.
 Contiguum omne in mathematicis est cōtinuum. Auer. phy. 5. tex. 30. c. 104. col. 1.
 Contiguum per naturam diuisum est, ex proximo per potentiam continuo. Alb. mag. in 1. meteor. tract. 1. cap. 3. c. 78. col. 2.
 Contigua sunt, quorum vltima sunt simul. D. Tho. in 4. phy. 1. 21. tex. 121. c. 69. col. 2.

Continētis, & contenti extrema in eodem sunt. Arist. phys. 4. sum. 2. cap. 7. tex. 36. char. 87.
 Continentiam, & temperantiam in iuuenibus, & diuibus maxime recensemus: iustitiam vero in pauperibus: quia si quis re abstinet, cuius maxime indiget, laudabilior est, quam e contrario. pauper igitur facultatibus indiget, iuuenis, & diues fructione. Arist. problem. sect. 28. q. 4. char. 605.
 Continens cum electione agit, non cum cupiditate. Arist. 3. Nicom. Ethicor. cap. 2. char. 54.
 Continentia non est virtus, sed quoddam aliud mistum. Arist. 4. ethicor. Nicom. cap. 9. char. 107.
 Continentia, & tolerantia, nec quasi iisdem cum virtute, & prauitate habitus sunt, neque vt diuersum genus existimanda sunt. Arist. 7. ethic. Nicom. cap. 1. c. 159.
 Continens, & tolerans: & incontinens, & mollis circa voluptates, & dolores versantur, Aristot. 7. ethic. Nicom. cap. 4. char. 166.
 Continens, & incontinens circa voluptates versatur: tolerans vero, & mollis circa dolores. Aristotel. 7. ethic. Nicom. cap. 7. char. 173.
 Continentia consistit in continendo, & cohibendo. Arist. 7. ethic. Nicom. cap. 7. char. 174.
 Continentia est expetibilior tolerantia, vt vincere, quam non superari. Arist. 7. ethic. Nicom. cap. 7. char. 174.
 Continens medius est inter eum, qui corporalibus minus quam oportet, oblectatur, nec in ratione persistit, & inter incontinentem, qui, magis quam oportet, delectatur, & in opinione non persistit: & vt continentia est honesta, sic his alij contrarij habitus prauisunt. Arist. 7. ethic. Nicom. cap. 9. char. 178.
 Continentia, & incontinentia versantur circa id, quod multitudinis habitum excedit, nam alter amplius, alter minus præstat, quam multitudinis facultas fit. Arist. 7. ethic. Nicom. cap. 10. char. 179.
 Continentia est circa voluptates, tolerantia circa ægri-monias, & in hoc differunt. Aristot. 2. mag. moral. cap. 7. char. 333.
 Continens est non solum, qui præsentis cupiditates cohibet, sed etiam qui talis est, vt si nullæ adsint cupiditates, ita instructus est, vt eas possit cohibere. Arist. 2. mag. moral. cap. 7. char. 336.
 Continentia virtus est, & proinde iustiores efficit suis studiosos. Arist. moral. eud. 2. cap. 8. char. 396.
 Continentia est virtus cupidæ, qua cupiditatem, quæ in malas fert voluptates, ratione inhihet. Aristotel. de virtut. libel. char. 477.
 Continentiæ est, posse cohibere ratione cupiditatem ferentem ad malas delectationes, & voluptates, & pati, & tolerare pro natura indigentia, & ægri-tudinis. Arist. de virtutib. libel. char. 479.
 Continentiæ prodest nuptias, feri feriores, intemperatores enim esse videntur, cum puellæ veneri affuescunt. Arist. polit. 7. cap. 16. char. 750.
 Continens vel maius, vel æquale contento esse debet. Simpl. in 4. phys. char. 219. col. 1.
 Continens dicitur de tribus, de contingenti, & de non contingenti, & de forma. Auer. in physic. 4. tex. 34. char. 63. col. 2.
 Continens si est diuisum a contento, non dicitur esse in contento, sed contra contentum in ipso: vt aqua dicitur esse in cado, vel in vrna. si non est diuisum, tunc dicitur esse in contento, vt pars in toto, & oculus in capite. Alb. mag. in 4. phy. tract. 1. cap. 8. char. 43. c. 1.
 Continentes vocantur, qui morantur in forma mente concepta; & si huic motores inferiores subministrant organice, tunc omnia fiunt ordinate, & bene. Albert. mag. de motib. anima. l. 2. trac. 2. cap. 5. char. 48. col. 1.
 Continentia non ad opinionem, vel ad fidem, vel ad dubitationem, vel ambiguum determinanda est, sed ad scientiam. Alb. mag. in ethic. 7. trac. 1. cap. 2. c. 82. c. 2.

Continētis & incontinētis opus est vnius potentiæ; sed duas habet complexiones, & quatuor propositiones. Alb. mag. ethic. 7. tract. 1. cap. 5. c. 84. col. 1.
 Continens abstinere cum sensu passionis in contrarium mouentis. Alb. mag. 7. ethic. tract. 1. cap. 5. c. 84. col. 1.
 Continentia non accipitur, vt medium, vt cardinales virtutes. Alb. mag. 7. ethic. tract. 1. cap. 11. c. 86. col. 1.
 Continentia habetur tanquam magnum, & venerabile. D. Thom. ethic. 7. l. 2. c. 115. col. 2.
 Continentia est melior perseverantia, mollities est peior incontinentia. D. Tho. 7. ethic. l. 7. c. 124. col. 3.
 Continentiæ, & incontinentiæ subiectum est voluntas. D. Tho. 7. l. 7. ch. 128. col. 2.

Contingentis diuisio.

Contingens multis dicitur modis: necessarium, non necessarium, & possibile. Aristot. prior. lib. 1. cap. 4. char. 151.
 Contingens, aliud vt plurimum, & deficit necessarium, vt canescere hominem: aliud infinitum, quod sic, & non sic possibile. Aristotel. prim. prior. sect. 1. cap. 11. char. 173.
 Contingere hoc huic inesse duobus accipitur modis: aut cui inest, aut cui inesse contingit. Aristot. pri. prior. sec. 1. cap. 11. ch. 174.
 Contingens diuiditur, vel vt genus in species, vel vt totum in partes. Alexand. aphrodisien. in 1. prior. cap. 12. char. 27. col. 3.
 Contingens, vel sæpe euenit, & circa hoc versatur natura, & ars: vel raro, & circa illud versatur fortuna, & casus: vel quod ex æquo euenit, circa quod versatur præelectio. Ammo. in lib. de interpret. c. 76.
 Contingens tribus dicitur modis: vt in pluribus, in quibus affirmatio magis est vera, quam negatio: vel ex æquo, vt in ijs, quæ in nobis consistunt: vel vt in paucis, in quibus est casus, & fortuna. Mag. in lib. de inter. char. 19.
 Contingens in tria diuiditur: in id, quod æqualiter contingit: & in id, quod raro: & in id, quod plerumque. Magen. in priora. ch. 6. col. 3.
 Contingens aliud materiæ necessario accomodatur, vt contingens est Solem oriri: aliud, quod in ortu, & interitu versatur, quod potest a subiecto euelli, vt accidentia. Io. gra. in pri. prio. cap. 3. c. 11. col. 4.
 Contingens, aliud vt plurimum, in quo sunt naturalia, & artificialia, & hoc contingens vtile est arti ratiocinandi: aliud æquale, vt lauare, & non lauare, quod nullo vni est demonstrationi: aliud raro, quod non est vtile demonstrationi. Ioan. gra. in prim. prior. cap. 3. c. 12. col. 1.
 Contingens aliud definitum est, aliud indefinitum, circa definitum natura, & ars versatur, fitque plerumque. circa indefinitum, quod æqualiter, vel raro fit, circa æqualiter præelectio versatur, vt ambulare, non ambulare: circa contingens, quod accidit raro, versatur fortuna. Ioannes grammaticus in priora, cap. 12. char. 30. col. 3.
 Contingens id est, aut quod casu venit, aut ex libero arbitrio, aut naturæ facilitate in vtranque partem redire potest. Boet. in lib. de interpret. c. 58.
 Contingens aliud, necessarium est, aliud non necessarium, & hoc, aliud est finitum, aliud infinitum, & aliud contingens possibile. Alb. mag. in priora, char. 98. colum. 4.
 Contingere hoc prædicatum huic subiecto inesse, duobus dicitur modis: aut quia actu inest subiecto: aut id, cui subiectum contingit inesse. Alber. magn. in priora. ch. 112. colum. 1.
 Contingentium triplex est genus, primum in paucioribus, quæ accidunt casu, & fortuna. Secundum ad

utrumque, quæ ex electione proueniunt. Quædam, vt in pluribus, quæ proficiuntur a natura. D. Thom. in perih. char. 13. col. 1.
 Contingens alio modo, & impossibile sumuntur cum demonstratur aliquid de genere, & cum demonstratur de specie; quia cum agitur de specie, oportet accipi, vt impossibile, esse illud, cui repugnat, vel genus, vel differentia speciei, ex quibus ratio speciei constituitur. Cum agitur de genere, accipitur vt contingens omne illud, cui non repugnat ratio generis, licet ei repugnet ratio constituens speciem. D. Tho. 7. phy. lect. 3. tex. 10. char. 109. col. 3.
 Contingentia dupliciter cognosci possunt: vno modo secundum rationes vniuersales: alio modo secundum rationes particulares. D. Thom. ethic. 6. lect. 1. char. 100. col. 3.

Contingens quid est, & quibus est.

Contingens est, quod cum sit necessarium, nihil sequitur impossibile. Aristot. pri. prior. sec. prim. cap. 11. char. 173.
 Contingens est, vt ait Theophrastus, vt quod non est, esse statuatur: nam siue necessarium, siue existens quippiam esse sumpserit, impossibile quicquam non sequitur, sed & necessarium, & existenti oratio erit accommodata. Alexander aphrodisien. in pri. prior. cap. 12. char. 26. col. 4.
 Contingens est possibile in generatione, quo nondum quidem est, generari tamen, & fieri potest. Ale. aphr. in pri. prior. cap. 14. c. 31. col. 1.
 Contingens est, quod cum non sit necessarium, & existere tamen statuitur, nihil impossibile consequitur. Alex. Aphr. in prim. prior. cap. 30. char. 58. col. 4.
 Contingenter fieri dicuntur, in quibus etiam contingere non fata locum habent. Alexand. Aphrod. de fato. cap. 6. char. 24.
 Contingens æquiuocum est, nam prædicatur de necessario, & de eo, quod sit plerumque. Simplic. in 2. physicor. tex. 57. char. 121. col. 2.
 Contingens non est in æternis, & sempiternis, quia ibi nihil corrumpi potest, priusquam in opus venire queat. Simp. in 3. phy. tex. 32. ch. 166. col. 1.
 Contingens esse, cum non sit necessarium, si ponatur esse, nihil, quod fieri nequit, sequitur. Ioan. gramm. in 1. prior. cap. 3. ch. 11. col. 2.
 Contingens est, quod non ex necessitate est, quod si ad actum esse poneret aliquis, nullum impossibile sequitur. Io. gram. in prior. cap. 12. ch. 19. col. 4.
 Contingens possibile est non esse. Ioan. gram. in pri. post. cap. 6. ch. 15. col. 2.
 Contingens est, quod interdum aliter se habet. Io. gram. in 1. post. cap. 6. c. 16. col. 1.
 Contingens est, quod cum non sit, esse tamen potest. Magent. in prior. char. 3. col. 4.
 Contingens est, quod cum non sit necessarium, si actu esse ponatur, nihil sequitur propter hoc impossibile. Alber. Magn. in prior. c. 11. col. 3.

Contingens vt raro plerumque, & in pluribus.

Contingens quod raro sit, indefinitum dicitur, quia temere, & sine causa euenit. Alex. aphrod. in prim. prior. cap. 12. char. 27. col. 4.
 Contingens, quod plerumque fit, recipitur cum eo, quod non necessario existit. Alexan. aphrod. in prim. prior. cap. 12. char. 27. col. 4.
 Contingens proprie quod æque fieri, ac non fieri potest, æque se habet, vt sit, & non sit. Ioan. gram. in prim. prior. cap. 3. char. 11. col. 4.
 Contingens, vt æqualiter, & raro inutile est ad ratiocina-

tionem. Magen. in prior. char. 6. col. 4.
 Contingentia æque ea dicuntur, quæ in electione consistunt: & vt fiant, vel non, electio est causa. Magen. in prior. c. 18. col. 4.
 Contingentis perferutatio pro maiori parte est propria scientiæ theologicæ. Auerroes in quest. super lib. logic. tex. 6. char. 366. col. 3.
 Contingens, vt in pluribus, & necessarium non differunt, quia contingens, vt in pluribus habet impedimentum: vt in paucioribus, & necessarium non habet, vt ait Auicenna. Auerroes in phy. 2. tex. 48. ch. 31. col. 4.
 Contingens, vt in pluribus est illud, in cuius natura est possibilitas, vt actio eius deficiat in minori parte, & ideo inuenitur impedimentum extrinsecum; necessarium vero, quia non habet hoc in sua natura, ideo non habet hoc impedimentum. Auerroes in phy. 2. text. 4. char. 32. col. 1.
 Contingens æqualiter non inuenitur in potentijs agentibus per se, sed in potentijs passiuis, & in eis, quarum præparatio est ad receptionem duorum contrariorum æqualis: in potentijs autem passiuis, quæ dignius recipiunt vnum contrarium, altero, non est contingentia æqualiter. Auer. in physicor. 2. text. 48. char. 32. col. 1.
 Contingenter inesse in pluribus est, quam inesse simpliciter. Alb. mag. in prior. c. 106. col. 4.
 Contingens infinitum non confert ad scientiam demonstratiuam. Alb. mag. in prior. c. 112. col. 1.
 Contingens ad vtrumlibet, & quod concludit in tertia figura, & in missionibus tertiæ figuræ. Albe. magn. in priora. ch. 124. col. 3.
 Contingentia, vt nunc vera sunt, & non vt semper. Alb. mag. in post. c. 178. col. 2.
 Contingens, vt in paucioribus est, causam determinatam non habens, & est de genere causæ efficientis. Albertus Magnus in secundo physicor. tract. 2. cap. 12. char. 24. col. 2.
 Contingens ad vtrumlibet est secundum causam materialem, non secundum causam agentem. Alb. magn. in 2. phy. tract. 2. cap. 12. c. 24. col. 2.
 Contingens, vt in paucioribus est illud, a quo est casus, & fortuna secundum intensiorem causæ efficientis. Albertus magnus in 2. physic. tractat. 2. cap. 13. char. 24. col. 3.
 Contingens ad vtrumque omne est, quod deficit necessario. Diuus Thomas de diuinat. per somn. lib. 1. char. 45. col. 1.

Contingentis consequentia, & vt differt a ceteris modalibus propositionibus, & quid significat.

Contingentes, quod natum est esse, conuertitur cum eo, quod est ex necessitate esse. Aristoteles 1. prior. sect. pri. cap. 11. c. 137.
 Contingens infinitum conuertitur cum eo, quod nihil magis sic, quam illo modo. Aristot. prim. prior. sect. pri. cap. 11. char. 137.
 Contingens æquiuocum est, ac de necessario, de possibili, & de existente accipitur. Alexan. aphr. in pri. prior. cap. 3. char. 8. col. 3.
 Contingens est illud, quod non est, sed si esse statuatur, nihil impossibile habet, quod sequatur. Alex. aphr. in pri. prior. cap. 11. c. 26. col. 3.
 Contingentium contradictionum, quarum alteræ partes sese mutuo consequuntur, earum alteræ quoque partes sese mutuo consequuntur. Alex. aphrod. in pri. prior. cap. 12. c. 26. col. 4.

Con-

Contingentes affirmationes, negationesque contingentes sese mutuo consequuntur, vt omne quod esse contingit, non esse etiam contingit. Alex. Aphrod. in 1. prior. cap. 12. char. 27. col. 1.
 Contingentem materiam id efficere dicitur, quod ita se habet, vt insit, & non insit. Ammo. in lib. de interpret. char. 49.
 Contingens differt a necessario, & impossibili, quod forte tantum dicimus necessarium: impossibile, non forte; contingens autem esse, & non esse dicimus. Ammo. in lib. de interpret. char. 80.
 Contingens a possibili solum nomine discrepat. Ammo. in lib. de interpret. char. 137.
 Contingens est, quo, cum necessarium minime sit esse, posito, nullum accidit impossibile. Ammo. in lib. de interpret. char. 137.
 Contingens proprie tempus futurum significat. Ioan. Gram. in 1. prior. cap. 3. char. 11. col. 4.
 Contingens contrario sese habet cum necessario. Ioan. Gram. in 1. post. cap. 6. char. 16. col. 1.
 Contingens futurum tempus indicat, quod inest, præsens. Magent. in prior. char. 21. col. 1.
 Contingentem mutare, id est inesse, falsum est. Magent. in prior. char. 21. col. 1.
 Contingens dicitur analogice de necessario, & non necessario. Alb. mag. in prior. char. 111. col. 3.
 Contingens non necessarium duplex: natum, & infinitum. Natum est, quod innatum in subiecto habet causam, vt canescere hominem in senectute. Infinitum est, quod non sic se habet ad esse, quam ad non esse, vt hominem ambulare. Alb. mag. in prior. ch. 111. c. 4.
 Contingenti, & possibili posito, licet sit falsum, nihil impossibile sequi debet. Albert. magn. in 7. physic. tract. 1. cap. 2. char. 82. col. 4.
 Contingentium, nec demonstratio, nec definitio est. Alb. mag. in 7. metaph. tract. 5. cap. 4. char. 132. col. 1.
 Contingentia si reducantur in causam altissimam diuinam, nihil inueniri poterit, quod ab ordine eius exeat, cum eius causalitas extendat se ad omnia. vt sunt entia, non potest eius causalitas impediri per indispotionem materiæ, quia & ipsa materia, & eius dispositiones non deficiunt ab ordine illius agentis, quod est agens per modum dantis esse, & non solum per modum mouentis, vel alterantis. D. Thom. 6. metaph. lect. 3. tex. 6. char. 419.
 Contingentium, vniuersales rationes immutabiles sunt, & secundum hoc his demonstrationes dant, & ad scientias demonstratiuas pertinent eorum cognitio. at cum considerantur in particularibus, variabilia sunt. D. Tho. ethic. 6. l. 1. char. 100. col. 3.
 Contingens alicui, vt tale, conuenit omni tali. Alex. de Ales in 7. metaph. tex. 17. char. 197. col. 2.

Contingentis natura, & eius vis in propositionibus.

Contingens ita se habet in propositionibus, vt verbum est, cui si additur negatio, propositio est negatiua: si ipsi non additur negatio, propositio quæque est affirmatiua. sic contingenti accidit. Aristot. prior. lib. 1. sect. 1. cap. 4. char. 152.
 Contingens, de quo fiunt propositiones, & considerationes, est de ijs, quæ nata sunt esse. Aristot. 1. prior. sect. 1. cap. 11. char. 174.
 Contingentis in prima figura non sit syllogismus, si maior est particularis, quouis modo sint alia. Aristot. prim. prior. lib. 1. lect. 1. cap. 13. char. 176.
 Contingit non esse, figuram affirmatiuam habet. Alex. Aphrod. in pri. prior. cap. 12. c. 27. col. 1.
 Contingens materia hoc proprium solum habet, vt affirmationes recipiuntur in negationes, & negatio-

nes in affirmationes. Alex. Aphrod. in 1. prior. cap. 13. char. 28. col. 4.
 Contingens negatiua, vt plerumque recipitur vna affirmatiua, quæ raro euenit. Alex. Aphrod. in 1. prior. cap. 13. char. 28. col. 4.
 Contingentes negationes, & si aliquæ ratiocinandi vim habent, inutiles tamen sunt, atque ad ratiocinandum ineptæ. Alexand. Aphrod. in prim. prior. cap. 13. char. 28. col. 4.
 Contingenti maiore propositione in missione de contingenti, & inesse in prima figura, & minori de inesse, contingens sequitur conclusio in omnibus modis: si autem minor sit contingens, sequitur de inesse. Aliter Theophrastus, & Eudemus sentiunt. nam conclusio semper est de contingenti, sequitur enim semper deterioiorem partem. Alex. Aphrod. in 1. prior. cap. 14. char. 29. col. 3.
 Contingente maiore vniuersali in missione de contingenti, & inesse in prima figura, sine affirmatiua, sine negatiua, & minore affirmatiua existente de inesse, sequitur ratiocinatio perfecta. At si termini transpositi fuerint, & maior existens vniuersalis, minor particularis contingens efficiatur: vel vtræque affirmatiuæ, vel negatiuæ fuerint vel vna affirmatiua, alia negatiua, vtralibet sit, ratiocinatio sequitur, sed imperfecta. perficitur enim, vel per reciprocationem, vel per impossibile. Alex. aphrod. in pri. prior. cap. 14. c. 34. col. 2.
 Contingens maior, minor necessaria si sit, vel ambæ affirmatiuæ vniuersales, vel altera tantum vniuersalis, contingentis est conclusio. At si negatiua sit contingens, necessaria affirmetur in prima figura, fit conclusio de eo, quod contingit non existere. Si autem negatiua necessaria est, siue vtræque, siue altera necessaria, conclusio, & contingentis, & inexistens erit. Alex. Aphrod. in 1. prior. cap. 14. char. 34. col. 4.
 Contingente minore negatiua, & maiore affirmatiua necessaria in prima figura, cum negatiuum contingens recipiatur possit, apta est conclusio. Alex. Aphrod. in 1. prior. cap. 15. char. 36. col. 1.
 Contingentis materia nulla ratiocinatione in secunda figura concluditur, quouis modo positæ fuerint propositiones; quia ex duabus affirmatiuis nihil concluditur, & negatiuæ contingentes affirmatiuam vim habent. Alexand. Aphrod. in prim. prior. cap. 15. char. 37. col. 1.
 Contingentis conuersio eundem terminorum ordinem seruat, qualitatem autem mutat ita, vt vniuersales affirmatiuæ in negatiuas vniuersales conuertantur. & particulares negatiuæ ad particulares affirmatiuas. Ioan. Gram. in prior. cap. 12. c. 30. col. 1.
 Contingentis negatio non conuertitur, nec ad seipsam, nec ad alias. Ioan. Gram. in prior. cap. 16. char. 38. col. 3.
 Contingentes syllogismi maxime vtilis sunt dialectico, quia cum fuerit vniuersalis negatiua secundum minus, conuertitur in eum secundum plus. Auer. in pri. prior. lect. 1. cap. 14. char. 69. col. 4.
 Contingentis natura est contingenter in propositione prædicari. Boet. in lib. de inter. char. 367.
 Contingens in finitum conuertitur in eadem significatione: vt contingens est hominem aliquem ambulare, & contingit aliquod ambulans esse hominem. at contingens natum non conuertitur: quia si contingit aliquem hominem esse grammaticum, non contingit aliquem grammaticum esse hominem. Albert. magn. in prior. char. 99. col. 3.
 Contingens, quod concluditur in secunda figura, accipiendum est pro possibili. Albert. magn. in prior. char. 120. col. 1.
 Contingens materia proprie ad singularia pertinet. D. Tho. in perih. c. 12. col. 3.

Continuum quid est, & eius proprietates.

Continuum est, quod in infinitum diuisibile est. Arist. phy. 3. sum. 1. cap. 1. tex. 1. char. 53.
 Continuum in infinita diuiditur, versus autem maius non est infinitum, nihil enim maius est celo. Aristot. phy. 3. su. 1. tex. 69. c. 74.
 Continuum est, quod contiguum est, & vnus vtriusque terminus quibus tangunt, & vt significat nomen continentur, & hoc esse nequit si extrema sunt duo. Arist. phy. 5. su. 2. cap. 1. tex. 26. ch. 132.
 Continuum est in ijs, ex quibus vnum aptum natura est fieri secundum contactum. Arist. phy. 5. sum. 2. cap. 1. tex. 27. char. 132.
 Continuum id est, quod est diuisibile in semper diuisibilia. Aristot. phy. 6. sum. 1. cap. 2. tex. 15. c. 149.
 Continuum omne dupliciter dicitur infinitum, vel diuisione, vel extremis. Aristot. phy. 6. su. 1. cap. 3. tex. 19. char. 151.
 Continuum nullum indiuisibile est, alioqui accideret diuidi indiuiduum. Aristot. phy. 6. sum. 1. cap. 3. tex. 22. char. 152.
 Continuum omne huiusmodi est, vt aliquid sit vniuocum inter fines. Arist. phy. 6. su. 1. cap. 1. tex. 26. c. 153.
 Continuum est, quod diuisibile est in semper diuisibilia. Arist. 1. de celo, tex. 2. char. 244.
 Continuum est, cuius motus indiuisibilis est secundum se, nec aliter se habere potest: est vnus autem indiuisibilis, indiuisibilis vero secundum tempus. Secundum se vero continua, quæ secundum tactum non sunt vnum. Aristotel. 5. metaphysic. capit. 5. text. 7. char. 92.
 Continua est attiguum aliquod, quod vtriusque est idem & vnus terminus, quibus tangunt, & se continent. Aristotel. 1. metaphysic. sum. 4. capit. quarto. char. 242.
 Continua, & indiuisibilis res omnis habet in se minus æquale, & plus; & hæc, vel quantum ad ipsam rem atinet, vel quantum ad nos. Aristot. 2. ethic. ad Nicom. cap. 6. char. 39.
 Continuum omne diuisibile in se, excessum, defectum, & medietatem habet; & hæc, vel mutuo ad se inuicem, vel respectu nostri. Aristotel. moral. eud. cap. 5. char. 386.
 Continuum est id, cuius partes quodam termino coaptantur. Ammon. in præfatio. in Porph. c. 2. col. 4.
 Continua sunt, quorum vltima, terminique sunt vnum. Simp. in præd. c. 31. a tergo.
 Continuum, & discretum, vt habent magis, & minus, prius, & posterius, non sunt quanta: sed vt communicant, & participant quanto, quanta sunt. Simp. in præd. ch. 31.
 Continuum quantum est, quatenus dimensum est sui ipsius ratione ad vnū, duo, vel tria. Simp. in præd. c. 34.
 Continuum inest infinitum per intentionem, non per dimensionem. Io. gra. in phy. tex. 15. c. 7. col. 4.
 Continuum est quasi genus corporis, quoniam continet in se corpus, locum, tempus, superficiem, lineam, & motum. Auer. 1. de celo, tex. 2. c. 2. col. 3.
 Continuum non est motus a natura illa, quæ fluit, sed potius est causatum ab illo, in quo est motus, vt in subiecto. Alb. mag. in præd. c. 44. col. 1.
 Continui actus sunt esse, viuere, & intelligere, qui sunt in fieri a primo ente, & a prima vita, & a primo intellectu extracti. Albertus magnus de caus. & process. vniuers. a caus. prim. lib. prim. tractat. 2. cap. 2. chart. 191. colum. 2.
 Continuum duobus modis diffinitur ab Aristotele. Primo, diffinitione formali in prædicamentis, quod est, cuius partes ad vnum communem terminum copulantur. Alio diffinitione materiali, vt in secundo

Physicorum, tex. 31. & in hoc loco, quod diuisibile est in semper diuisibilia. Diuus Thomas in pri. de celo, lect. 1. tex. 21. ch. 1. col. 4.
 Continuum diffinitur in metaphysicis per motum, non per vnitatem termini, ad quem partes continui coniunguntur, vt in prædicamentis, & in libro physicorum. & quia ex ista diffinitione potest sumi diuersus gradus vnitatis in diuersis continuis. D. Thom. 5. metaph. lect. 8. tex. 8. char. 298.
 Continui finiti cuiuslibet est accipere aliquod vltimum, extra quod nihil est eius, cuius est vltimum, vt nihil lineæ est extra punctum, quod lineam terminat. D. Thom. in 6. phys. lect. 5. tex. 25. char. 90. col. 4.
 Continuum secundum modum loquendi, non est nisi numerus situatus. Alexand. de Ales in 1. metaphys. char. 17. col. 4.
 Continuum in quantum est principium multitudinis, non est vnum: in quantum continuum indiuisibile, vnum est. Alexand. de Ales in 10. metaphys. tex. 1. char. 227. col. 4.
 Continuum cum dicat solum potentialem diuisionem, non actuaalem, ideo dici potest vnum. Alex. de Ales in 10. metaphys. tex. 1. char. 279. col. 4.

Continuum quod mouetur, & eius partes.

Continue mouetur, quod nihil temporis intermittit, & rei intermittit nihil, aut paucissimum. Arist. phys. 5. sum. 2. cap. 1. tex. 23. char. 131.
 Continuum habet hanc aliam, illam vero aliam partem, & diuiditur in sic diuersas, & loco separatas. Aristot. phys. 6. sum. 1. cap. 11. tex. 2. char. 146.
 Continuum habet infinita dimidia potentia non actu. Arist. phys. 8. sum. 3. cap. 3. tex. 68. char. 230.
 Continuum nihil esset, si actus partes eius in toto diuisæ essent, eo quod indiuisibilis est magnitudo, id est continua, intelligentia autem diuisa est. Alex. Aphrod. in 1. natur. quæst. cap. 22. char. 5.
 Continuum in se potentia habet prius, & posterius, non autem actu, alioqui non esset continuum. Alexand. Aphrod. in 1. natur. quæst. cap. 22. char. 5.
 Continuum in quot diuidi potest, ex tot compositum est. D. Thom. in 3. phys. tex. 56. c. 31. col. 3.
 Continuum partes, & si per se non mouentur secundum locum, tamen inter se mouentur. Simplic. in 6. phys. tex. 35. char. 347. col. 1.
 Continuum in motu locali manifesta est: at in cæteris motibus est quæstio non parua: & vide 8. phys. tex. 23. Auer. phys. tex. 76. char. 134. col. 2.
 Continuum nullam vt continuum mouet se. Auer. phys. 8. tex. 30. char. 167. col. 3.
 Continuum est impossibilis essentialiter in omni moto primo, quia est non corpus. Auer. phys. 8. tex. 44. char. 175. col. 2.
 Continuum omne magnum diuiditur in paucas partes actu, & in infinitas potentia. Alb. mag. de lineis incabilib. cap. 2. char. 78. col. 4.
 Continuum non habet partes actu, sed in potentia. D. Thom. in 1. de celo. lect. 3. tex. 5. char. 3. col. 2.
 Continuum moueri potest per se vno modo, & pluribus modis per accidens. D. Thom. 5. metaphys. lect. 6. tex. 6. char. 294.

Continuum à natura.

Continuum hæc sunt facile diuisibilia, hæc minus diuisua: & diuisua alia minus, alia magis, & has figurarum causas esse putandum est. Arist. 4. de celo. sum. 3. cap. 7. tex. 44. char. 376.
 Continuum a natura, magis est continuum, quam continuum ab arte. Arist. 5. metaphys. cap. 5. tex. 7. ch. 92. Continua

Continua non diuiduntur actu in infinitum, sed potentia. Ioan. Gram. in 1. post. cap. 16. char. 37. col. 4.
 Continua in naturalibus sunt, quorum vltima vnum sunt in naturalibus: in artificialibus, quorum vltimū fit vnum per artificium: in mathematicis, quorum vltimum vnum imaginatur esse commune cum eis. Auer. phys. 5. tex. 26. char. 103. col. 1.
 Continuatio in naturalibus fit, quando duo vltima fuerint vnum absque eo, quod vltimum non corrumpatur. Auer. phys. 5. tex. 39. char. 106. col. 3.
 Continuo duo sunt necessaria; primo continuatum, secundo continuans, continuatum est pars continui, continuans non est pars continui, alioqui idem esset continuans, & continuatum. Alber. mag. in 6. phys. tract. 1. cap. 1. char. 68. col. 4.

Continuum in quibus est, & de quibus.

Continuum ex indiuisibilibus esse impossibile est. Arist. phys. 6. sum. 1. cap. 1. tex. 1. char. 145.
 Continuum non est nisi in his, ex quibus est natum fieri vnum secundum contactum. Arist. 11. metaphysic. sum. 4. cap. 4. char. 242.
 Continuum componentia omnia diuiduntur in vltimum, & in habens vltimum. Auer. 6. physicor. tex. 1. char. 113. col. 2.
 Continuatio primo inuenitur in magnitudine, & per ipsam in motu, & per motum in tempore. Auer. phys. 6. tex. 73. char. 134. col. 2.
 Continuatio non inuenitur primo, nisi in magnitudine. Auer. 2. de gener. & cor. tex. 62. c. 175. col. 2.
 Continuum si comprehenditur essentialiter, ergo sua priuatio comprehenditur essentialiter. Auer. 2. de anima. tex. 133. char. 153. col. 1.
 Continuitas primo, & per se, & proprie inuenitur in motu locali tantum, qui solum esse potest continuus, & regularis. D. Thom. in phys. lect. 5. text. 32. char. 92. col. 3.
 Continuum omne secundum esse est in materia. Alex. de Ales in 2. metaphys. char. 36. col. 3.

Continui consideratio ad quem pertinet.

Continuitas, & ad motum, & ad tempus pertinet. Themist. in 4. phys. tex. 99. c. 42. col. 1.
 Continui consideratio, vt est in materia, appropriatur naturali. Auer. 3. de celo. sum. 1. tex. 5. c. 82. col. 2.
 Continuum videtur esse vnum per vltima terminata. Auer. in 12. metaphys. tex. co. 10. char. 121.

Contradictio quid est, & quid significat.

Contradictio fit affirmatio, & negatio opposita. Arist. per her. cap. 4. char. 122.
 Contradictio est oppositio, cuius non est medium secundum seipsum, cuius particula, quæ aliquid de aliquo, est affirmatio, & quæ aliquid ab aliquo, est negatio. Arist. post. lib. 1. cap. 2. tex. 5. char. 298.
 Contradictiones nihil medium habent, sed necessarium est verum, vel falsum dicere. Aristotel. 4. metaphysic. cap. 5. tex. 15. char. 81.
 Contradictio est prima oppositio, & contrarietas, & contradictio non sunt idem, quia inter contradictoria non est medium, inter contraria contingit. Arist. 10. metaphys. cap. 3. tex. 15. char. 202.
 Contradictio est pugna affirmationis, & negationis, quæ semper verum, & falsum diuidit. Ammon. in lib. de inter. c. 51. Idem Magen. in lib. de inter. c. 12. Idem Mag. in lib. de inter. c. 19.
 Contradictio aliquando significat affirmationem, & negationem, quæ verum, falsumque semper diuidunt:

& affirmationem, & negationem, quæ circa idem predicatum, & idem subiectum versantur. Ammon. in lib. de inter. quæst. 62.
 Contradictio est oppositio, cuius non est medium secundum se. Io. Gra. in pri. post. cap. 2. c. 7. col. 1.
 Contradictoria sunt, quæ impossibile est, quod coniungantur simul in vno subiecto ex vna parte, & in vno tempore. Auer. epit. logic. c. 347. col. 1.
 Contradictiones solæ sunt illæ propositiones, quarum natura in complexione est. Boet. in lib. de inter. c. 264.
 Contradictorie sunt angulares, omnis, non aliquis, nullus, aliquis. Boet. ex inter. ad cat. fil. quæst. 584.
 Contradictoria sunt, quando de eodem eandem rem hæc affirmat vniuersaliter, illa negat particulariter, vel contra. Boet. ex inter. ad cat. fil. c. 584.
 Contradictionis oppositio est, quæ affirmatione, & negatione proponitur. Boet. de diuis. char. 642.
 Contradictio consistit in sola remotione affirmationis per negationem. D. Thom. in per her. c. 10. col. 3.

Contradictio vt sit, quot requiruntur, & eius proprietates.

Contradictionis nihil est medium. Aristotel. phys. 5. sum. 2. cap. 1. tex. 26. c. 132.
 Contradictio si esset simul vera, omnia accidentia dicere necesse erit. Aristot. 4. metaphysic. ex sum. 2. cap. 2. tex. 13. char. 69.
 Contradictoria si simul sunt vera, omnia erunt vnum. Arist. 4. metaphysic. cap. 1. tex. 15. char. 70.
 Contradictio, impossibile est, vt simul sit vera. Aristot. 4. metaphysic. cap. 5. tex. 27. char. 81.
 Contradictionis necesse est, vt altera pars sit vera, altera falsa. Io. Gram. in pri. prior. cap. 42. c. 66. col. 1.
 Contradictio intra seipsum nullum tertium admittit. Io. Gra. in pri. post. cap. 2. char. 7. col. 1.
 Contradictionem nihil est, quod effugit. Io. Gra. in pri. phy. tex. 6. c. 5. col. 1.
 Contradictio non fit, si termini sint æquiuoci, & si cum sint vniuoci, vniuocatio ponitur in negatione; & si ad aliam, & aliam partem affirmatio, & negatio ponatur, & si ad aliud tempus, & si diuerso modo. Boet. in lib. de inter. char. 337.
 Contradictio fit, cum eiusdem prædicati de eodem subiecto non æquiuoce, sed vniuoce, ad eandem partem, ad idem relatum, & eodem modo fit enunciatio. Boet. in lib. de inter. c. 338.
 Contradictiones duobus modis fiunt in angularibus, vt omnis, non aliquis, nullus, aliquis; & quæ sit in singularibus, remotis sophisticis captionibus vniuersaliter. Boet. in lib. de interpret. c. 341.
 Contradictiones in propositionibus cum modo fiunt, cum negatio modo additur. Boet. in libr. de interpret. char. 341.
 Contradictoria opponuntur, quæcunque idem de eodem, hæc ponit, hæc aufert, si illa sit affirmatiua, hæc negatiua, & nihil æquiuocationis, aut vniuersalium determinationis impediatur. Boet. in lib. de interpret. char. 435.
 Contradictoria diuidunt in omni materia verum à falso, contraria verò in materia necessaria. Auer. in post. lib. 1. tex. co. 13. c. 132.
 Contradictio non est in sermone, nisi secundum quod refertur ad rem, & est in re sicut in causa, in sermone autem, vt in signo rei. Albert. magn. in prædicament. char. 60. col. 4.
 Contradictio tria habere debet: vt affirmatio, & negatio ad eandem rem referantur; secundo ad eundem intellectum componentem, & diuidentem: tertio quod eadem identitas obseruetur in sermone. Alb. mag. in prædicament. char. 60. col. 4.

Contra-

Contradictoria, vt sint simul vera, duo requiruntur: primo, vt possit facere: secundo vt possit fieri in re. Alb. mag. de caus. & proces. vniuer. a pri. cau. l. 1. tract. 3. cap. 3. c. 193. col. 3.

Contradictioni requiruntur infra scripta: primo, vt sit circa idem prædicatum: secundo, circa idem subiectum: tertio, vt non solum nomine, sed etiam ratione idem sit subiectum & prædicatum: quarto, vt sit res, & secundum eandem partem, in eodem loco, & tempore, & eodem respectu. D. Tho. in perih. c. 8. col. 4.

Contradictio de sui ratione non requirit, nec aptitudinem, nec essentiam alicuius subiecti. D. Tho. 10. metaph. l. 6. tex. 15. c. 710.

Contradictoria duorum mutuo se sequentium, mutuo se sequuntur. Tho. de Vio. in perih. c. 28. col. 4.

Contradictio vt in propositionibus consideratur.

Contradictorium sumendum est, vt fiat syllogismus ad impossibile, non autem contrarium. Arist. prior. l. 2. cap. 11. c. 265.

Contradictio priuatiua similem ordinem seruat ad simplicem contradictionem, in collocacone, & consecutione, quam cōtradictio ex suppositione habet. Alex. aphrod. in pri. prior. c. 42. c. 72. col. 3.

Contradictoria vt opponantur propositiones, necesse est, vt termini non sint æquiuoci, & nō capiamus eos ad aliud, & aliud, & in eodem tempore, & quod eodem prædicentur modo, id est actu, & facultate. Ammo. in lib. de inter. c. 47.

Contradicere qui vult opinioni alicuius, bifariam argumentatur: vel rationes, quæ illam cōfirmant euerit, vel funditus, & radicis eā destruit, & euellit. Simp. in pri. phy. tex. 15. char. 22. col. 2.

Contradictorium sumere debet ducens ad impossibile, non autem contrarium. Io. gram. in 2. prior. cap. 11. c. 75. colum. 1.

Contradictionis dignitas si in syllogismo debet concludi, in maiori termino sumenda est. Io. gram. pri. poster. c. 8. ch. 23. col. 1.

Contradictio proprie in propositionibus, est contradictio in terminis. Io. gram. in pri. post. c. 8. c. 32. col. 1.

Contradictiones quas docet Aristoteles in libro perihermenias, & quot sunt.

Contradictiones quæ in libro perihermenias traduntur, sunt 15 12. propositiones 3021. Auer. in l. de inter. c. 122.

Contraria quot dicuntur modis, & in quo sunt.

Contraria nata sunt fieri circa idem, aut specie, aut genere. Arist. prædica. trac. 3. c. 1. char. 93.

Contraria omnia, vel in eodem genere sunt, vel in contrarijs generibus, vel ipsa sunt genera. Arist. præd. trac. 3. cap. 1. c. 93.

Contrarium vnum est in omni genere, & substantia est vnum genus, ergo est una substantia, & vna contrarietas. Arist. phy. ex su. 3. c. 1. tex. 50. char. 18.

Contrarietas semper est in vno genere, & omnes contrarietates reducuntur ad vnum. Arist. physic. pri. cap. 2. tex. 56. c. 16.

Contrarietas per diuersitatem motus existentis per diametrum secundum aliquem modum est in circulo: motus vero totius circuli non habet contrarium. Arist. pri. de celo, tex. 77. char. 269.

Contraria alia insunt per accidens, quibus insunt, vt album, & nigrum; alia secundum suam naturam, vt corruptibile, & incorruptibile. Arist. 10. metaph. cap. 9. tex. 26. char. 212.

Contraria cūcta semper de subiecto sunt, & nullum in-separabile. Arist. 14. metaph. c. 1. char. 296.

Contrarietas in vitijs maior est, quam ipsorum cū medio; longius enim a se mutuo distant, quam a medio, vt paruum magis distat a magno, quam ab æquali: & extrema medio magnam similitudinem habent, extremis dissimiles sunt. Arist. Ethicor. nicom. c. 8. c. 46.

Contraria circa idem nata sunt fieri. Alex. aphro. in pri. nat. q. c. 9. char. 3.

Contraria simul eidem inesse possunt secundum diuersa. Alex. aphrod. in pri. nat. q. c. 12. char. 4.

Contraria alia habent medium, vt album, & nigrum; alia non, vt par, & impar. Ammo. in præd. c. 18.

Contraria alia carent medio, vt par, impar; alia non carent medio: & horum alia, vtraque possunt a subiecto abesse, vt album, nigrum in homine; alia vt vnum ex necessitate, præfinitæ autem vnum, non quodlibet, ut calor in igne, semper enim illi inest caliditas. Ammo. in præd. c. 107.

Contrarietas, quæ est in coelo, distincta est a contrarietate intellectuali; quia hæc vni inest secundum vnam substantiam, sed illa in alio, & alio est, ac circa aliam, & aliam substantiam contrarias naturas efficit. Simp. in præd. c. 29.

Contrarium, vel consideratur circa substantiam, & circa quantum, & tunc nihil illi est contrarium: vel circa qualitates, quæ accidunt ipsis, & sic habent contrarietatem. Simp. in præd. c. 36.

Contraria, alia immedia, alia mediata, quæ habent medium, alia plura media habent, vt colores; alia solum vnum medium; alia nominata sunt; alia non. Simp. in præd. c. 100.

Contraria alia sunt in subiectis, vt album, & nigrum; alia dicuntur de subiecto, vt par, & impar. Simp. in præd. c. 100.

Contraria, & si sint in eadem specie, nō tamen sunt semper in eadem parte speciei, vt quæ secundum habitum, & priuationem opponuntur, etiam in eadem parte esse oportet. Simp. in præd. c. 100.

Contrariorum tres sunt differentiæ: alia, quæ vt bonum malo opponuntur, vt sanitas ægritudo: alia vt malū malo, vt auaritia prodigalitas: alia vt neutrum, vt album nigro. Simp. in præd. c. 106.

Contraria ea diuidi dicuntur, quæ secundum vnam, & eandem diuisionem comparata, sunt eiusdem generis. Simp. præd. c. 109.

Contraria alia sunt magis nota sensui, vt calidum, & frigidum; alia rationi, vt lis, amicitia: & horum alia vniuersalia, alia particularia. Io. gram. in pri. phy. tex. 48. c. 20. colum. 1.

Contrarium quod reddit concretum, hoc ab altero contrario liquefit. Io. gram. de gener. anim. l. 2. capit. 2. char. 33. colum. 2.

Contraria plura eidem esse possunt, aut cum contrarietas, quæ est inter ea non est maxima, vt media, quæ sunt inter contraria: aut cum idem habeat plura contraria diuersis modis. Auer. 8. phy. te. 63. c. 183. col. 3.

Contrarietas non inuenitur in circulationibus, nisi ob diametrum, & diameter est linea recta. Auer. primo de celo. tex. 87. char. 27. col. 3.

Contrarietas nō inuenitur, nisi in duobus extremis longitudinis rectæ. Auer. pri. de celo. tex. 87. c. 27. col. 3.

Contrariorum aliud est forma, & habitus; aliud priuatio. Auer. 2. de celo. tex. 19. char. 51. col. 1.

Contrarietas inuenitur in forma, & in loco æquiuoce. Auer. 4. de celo. tex. 38. c. 121. col. 4.

Contrarietate eadem contrariari oportet inuicem duobus extrema, cum cōtrariantur medio, sed in se non sunt contraria. Auer. 2. de gene. & cor. tex. 36. c. 171. col. 3.

Contrarium nullum est de essentia materiæ. Auer. in 12. metaph. tex. 10. char. 138.

Contraria alia habent medium, alia non. Quæ habent medium,

medium, alia vnum medium habent, alia plura; & alia habent medium nominatum, alia non. Boet. in præd. c. 194.

Contraria alia mediata, alia carent medio. Boet. in top. Cic. lib. 4. c. 813.

Contrarietas multis dicitur modis. Primo, perfecta oppositarum differentiarum distantia in eodem genere, cuius subiectum est primum genus, & sic contrarium non habet substantia. Secundo, quod substantia dicitur essentialis forma, quæ est differentia, & sic substantia habet contrarium. Tertio, habitus, & priuatio, & sic non est contrarium. Quarto, distantia completa passionum, & qualitatum circa idem subiectum, quod remanens vnum & idem recipere possit contraria, & sic hoc conuenit substantiæ. Alber. mag. in præd. c. 40. col. 2.

Contraria alia ita sunt, vt sit necesse alterum extremorum inesse subiecto; alia non est necesse, sed potest esse medium. Alber. mag. in præd. c. 59. col. 3.

Contraria vel sunt in proprio genere, vel in contrarijs generibus, vel ipsa sunt genera. Alb. mag. in præd. c. 62. colum. 2.

Contraria duobus modis accipiuntur: simpliciter, & secundum se, vt habent virtutem formarum substantiarum. Alb. mag. in 5. phy. trac. 1. c. 4. c. 61. col. 3.

Contraria duobus modis accipiuntur; secundum intentiones suas, & secundum esse suum. Primo modo quædam sunt formæ miscibiles secundum actum suum formalem, & sic habent medium, vt album, & nigrum: & quædam non sunt formæ miscibiles, sed vincunt in proprijs subiectis, & tunc non habent medium. Si autem considerantur secundum esse suum, omnia habent medium; quia numquam est processus ab extremo in extremum, nisi per media multa, quæ sunt in potentia, & secundum existentiā motus exeunt in actum. Alb. mag. in 5. phy. tract. 1. c. 4. c. 61. col. 4.

Contrarietas in motibus potius est pænes id, quod retinetur, & accipitur, quam pænes id, quod abijcitur, cū hoc non habeat esse. Alber. mag. in 5. physic. tract. 3. cap. 5. c. 66. col. 3.

Contrarium nullum in cōtrario permanet, nec accedit ad ipsum, nec ab ipso perficitur, sed potius aufugit, & corrumpitur ab ipso. Alber. mag. in 5. physic. tract. 3. cap. 6. c. 67. col. 1.

Contrarietas differentiarum inuenitur in quolibet genere, non autem cōtrarietas specierum. Ideo, & si figuræ nihil sit contrarium, rectum, & circulare cōtraria esse possunt. D. Thom. in pri. de celo. l. 8. tex. 26. c. 8. colum. 1.

Contraria adæquate in eodem simul esse fieri nequit. D. Tho. in 2. de gen. & cor. ex quæst. de mist. char. 37.

Contraria duobus modis dicuntur. Primo per repugnantiam duarum formarum æqualiter, & maxime distantium sub eodem genere, vt calidum, & frigidum. Secundo vt se extendunt ad principia opposita, vt forma, & priuatio. D. Thom. in 3. meteor. ex digres. de color. l. 6. char. 196.

Contrarietatis subiectum duobus modis accipi potest. Primo, vt genus, quod comparatur ad differentias contrarias, vt potentia ad actum. Alio modo, vt est substantia, quæ est subiectum generis, cuius sunt contrarietates. D. Tho. in secundo de ani. l. 2. tex. 108. c. 43. colum. 3.

Contraria pertinent ad eandem potentiam, & ad eandem scientiam, non tamen ad eundem habitum. D. Thom. ethic. 5. l. 1. c. 79. col. 1.

Contraria omnia reducta eē ad vnum, tribus modis potest verificari. Primo, quia omnis multitudo ad vnum reducitur, quia multa in numero sunt vnū in specie, & quæ sunt multa specie sunt vnum genere. Secundo contraria ita se habent, quod in omnibus contrarijs

vnum se habet ad modum priuationis, alterum ad modum habitus: & priuatiua reducuntur ad prima priuatiua, inter quæ prima est vnum, & multitudo. Tertio verificari potest, quod non intelligitur de omnibus contrarijs, sed tantum de eodem, & æquali, quæ ad vnum, & multitudinem cum suis contrarijs reducitur. Alex. de ales. in 4. metaph. tex. 3. c. 78. col. 1.

Contrariorum alterum se habet ad modum priuationis, alterum ad modum habitus. Alex. de ales. in 4. metaph. tex. 28. c. 99. col. 1.

Contraria possunt esse in eodem secundum suum incompletum esse, vt cum vnum est actu, aliud potentia; & cum ambo sunt secundum quid. Alex. de ales. in 4. metaph. tex. 4. char. 263. col. 1.

Cōtrarietas quo ad rem prius est in forma, quam in vbi. quantum ad notitiam nostram prius est in vbi, quam in forma. Alex. de ales. 11. metaph. c. 325. col. 4.

Contraria de sui ratione esse debent infra vnam potentiam communem, & hæc vocatur materia. Alex. de ales. 12. metaph. tex. 6. char. 331. col. 2.

Contrarietas duobus modis intelligitur. Vno modo cōmuni, & sic est, vt perfecta differentia. Alio modo proprie, & sic est maxima distantia sub vno genere. Thom. de Vio. in præd. char. 51. col. 1.

Contraria inesse naturæ alicui, duobus modis potest intelligi. Primo, vt natura est principium passiuum. Secundo vt est principium quasi actiuum, eo modo, quo subiecti naturam passio sequitur, & sic in hoc loco intelligitur. Tho. de Vio. in præd. c. 84. col. 1.

Contraria quæ sunt, & quæ requiruntur vt sint.

Contrarium ei, quod non potest sumi per seipsum, sed ad alterum refertur, nihil est. Arist. præd. trac. 2. cap. 2. c. 69.

Contraria in quibus nata sunt fieri, & de quibus prædicantur, necessarium sit alterum ipsorum inesse, non habent medium, quorum vero non est necessarium alterum inesse, horum est aliquid medium. Arist. præd. trac. 3. c. 1. char. 87.

Contrarium bono malum ex necessitate est: malo vero interdum bonum, interdum malum, sed in pluribus malo bonum cōtrarium est. Arist. præd. trac. c. 1. c. 92.

Contraria sunt, quæ circa opposita versantur. Arist. perih. l. 2. cap. 4. c. 147.

Contraria non conueniunt in simul in aliqua hora temporis infiniti: quoniam si conueniunt in aliquo tempore, idem habebit potentiam, vt sit, & nō sit in tempore infinito, quod impossibile est. Arist. pri. de celo, tex. 135. char. 288.

Contraria secundum locum plurimum distāt secundum locum. Arist. meteor. 2. su. 2. c. 3. tex. 36. c. 518.

Contraria dicuntur, quæ nō possunt simul adesse eidem differentiæ secundum genus; & quæ plurimum differunt eorum, quæ sunt in eodem genere: & quæ plurimum differunt eorum, quæ sunt in eodem susceptibili: & quæ plurimum differunt eorum, quæ sunt sub eadem potestate: & quorum differentia maxima, vt simpliciter, aut secundum genus, aut secundum speciem. Alia dicuntur contraria, hæc quidem talium habitu, alia talium susceptione, alia existendo, aut actiua, aut passiuua, alia ut agentia, alia vt patientia, alia vt expulsiōnes, aut acceptiones, aut habitus, aut priuationes talium. Arist. 5. metaph. c. 10. tex. 16. c. 96.

Contrarietas est maxima differentia; quia cōtingit differre ad inuicem differentia plus, & minus, & quia in vno quoque genere, maximum, & perfectum idem sunt, ideo perfecta differentia est vltima, ergo vltima differentia perfecta, & maxima est contrarietas. Arist. 10. metaph. ex su. 2. c. 1. tex. 13. c. 201.

Contrarietas est maxima differentia eorum, quæ sunt sub

sub eodem genere. Aristot. 10. metaph. sum. 2. cap. 2. tex. 4. char. 201.
 Contraria sunt, quæ maxime distant in eadem materia, & in eodem susceptibili. Aristot. 10. metaph. ex sum. 2. cap. 2. tex. 14. char. 201.
 Contraria sunt, quæ maxime distant, & quæ cadunt sub eadem scientia. Aristot. 10. metaph. ex sum. 2. cap. 2. tex. 14. char. 201.
 Contrarietas omnis est quædam priuatio, sed priuatio, quæ saluatur in extremis. Aristot. 10. metaph. cap. 3. tex. 16. char. 202.
 Contrarietas omnis habet priuationem alterius contrarij, sed non similiter omnia: quia priuatum dicitur si non habet, & si non habet quando natum est habere, vel in illa parte, vel in illa ætate, aut in principali, aut omnino. & priuatorum aliorum est medium, aliorum non. & alia habent subiectum determinatum, alia non. Aristot. 10. metaph. cap. 3. tex. 16. char. 202.
 Contrarietas in diuisione, & medijs prius fit quam ad indiuidua deueniatur. Aristot. 10. metaph. cap. 8. tex. 24. char. 209.
 Contrarietas non differt specie, sed est differentia secundum speciem: specie enim solum differunt illa, quæ sunt sub eodem genere. Aristot. 10. metaph. cap. 7. tex. 4. char. 209.
 Contraria secundum locum sunt ea, quæ secundum reatum plurimum distant. Aristot. 11. metaph. cap. 5. char. 241. Idem Aristot. physic. sum. 2. cap. 1. tex. 24. char. 131.
 Contraria vni eiusdem generis; quæ enim sub eodem genere cadunt, & sub vno sensum cadunt. Alexand. Aphrod. de sen. & sen. ex sect. 5. co. 67. char. 26. col. 1.
 Contrarium est quædam forma, priuatio vero forma absentia, cuius secundum naturam subiectum est receptuum. Alexand. Aphrod. in 2. natural. quæstio. cap. 11. char. 8.
 Contrarietas perfecta eorum est, quæ sunt in eodem genere, extra quam nihil accipi potest; & subditorum vni potentia, extra quam nihil sumere licet; nec non eorum, quæ diuersis generibus subiacent, contrarietas perfecta est, extra quam nihil sumere licet, cui par ratio in cæteris reperitur. Alex. Aphrod. in 9. metaph. vel secundum Latinos. 10. com. 13. char. 255. col. 2.
 Contraria prima ea vocantur, quæ sunt maxime generalia. Them. in 1. phys. tex. 41. char. 18. col. 3.
 Contraria sunt, quæ eiusdem generis extremos margines obtinent. Them. in 1. phys. tex. 47. char. 18. col. 4.
 Contrarijs quod est subiectum, nullum contrarium obtinere oportet. Them. 1. phys. tex. 53. c. 14. col. 2.
 Contrarium terræ, potest esse naturale alicui alij elemento. Them. in 5. phys. tex. 61. c. 48. col. 3.
 Contraria quæcunque sunt materia commista inuicem transmutantur, potentia enim sunt. Them. 2. metaph. tex. 25. c. 6. col. 2.
 Contraria proprie sunt, quæ habent medium. Ammo. in præd. c. 18.
 Contraria sunt extrema: magis, & minus est via ad extrema. Ammo. in præd. c. 48.
 Contraria sunt, quæ per se subsistentiam habent propriam, ac inter se pugnantia commiscunt. Ammo. in prædicamen. c. 62.
 Contraria illa reuera contraria sunt, quæ contraria de eodem existant. Ammo. in l. de inter. c. 145.
 Contraria sunt, quæ plurimum a se separata sunt. Dix. in præd. c. 39.
 Contraria sunt, quæ sub eodem genere reducuntur, ac maxime distant. Simplic. in præd. c. 73.
 Contrarium necesse est esse id, quod fugit, & propius est id, in quo discedit res. Simplic. in 5. physicor.

tex. 54. char. 325. col. 1.
 Contrarium est id, quod est præter naturam ei, quod est secundum naturam. Simplic. in 5. physicorum. tex. 54. c. 325. col. 1.
 Contraria naturaliter sunt, quæ contrarios habent secundum naturam motus. Simplic. in 1. de Cælo, tex. 109. co. 114. char. 47. col. 3.
 Contraria cum sint, quæ maxime distant, ideo priuatio erit contraria affirmationi, & non negatio: quia magis a iusto distat iniustus, quam non iustus. Mag. in l. de inter. c. 36.
 Contrariorum vnum melius est, aliud peius; & sic excessum, & defectum dicimus contrarium. Ioan. Gram. in 1. phys. tex. 32. c. 15. col. 2.
 Contrarium propter se magis contrarium dici potest, quam, quod est contrarium per aliud. Auer. in periherm. l. 2. cap. 4. char. 52. col. 1.
 Contrarium, cum quo coniungitur aliqua priuatio, est vnum eorum, de quibus dicitur forma. Auer. in phys. 2. tex. 15. c. 25. col. 4.
 Contraria sunt falsa in eo, quod non est subiectum proprium eorum. Auer. in physic. 4. text. 107. c. 86. col. 3.
 Contraria non sunt ea, quæ sunt idem subiecto, & diuersa diffinitione. Auer. physic. 5. tex. 47. c. 108. col. 4.
 Contraria distant in summo ab inuicem. Auer. 4. de cælo, tex. 19. c. 113. col. 4.
 Contraria omnia, quæ contrariantur alicui eadem contrarietate, sunt eiusdem speciei. Auer. 2. de gener. & corrupt. tex. 36. c. 171. col. 3.
 Contrarij consuetudo semper est facere oppositum actioni eius. Auer. meteor. 4. char. 212. col. 1.
 Contraria sunt illa, quæ non congregantur in eodem subiecto, & eodem modo. Auer. in 10. metaph. tex. co. 24. char. 128.
 Contrarietas est completa diuersitas, quæ non intelligitur nisi inter duo eiusdem nature. Auer. in 10. metaph. tex. co. 24. char. 128.
 Contraria sunt illa, in quorum diffinitionibus sumuntur differentie contrariæ. Auer. in 10. metaph. tex. co. 25. char. 129.
 Contraria sunt forma diuersa, & eadem genere. Auer. in epitom. metaph. tract. 3. char. 180. col. 1.
 Contraria sunt, quæ a se in eodem genere longissime distant. Boet. in præd. c. 152. Idem Boet. in Topic. Cic. l. 2. c. 775.
 Contrarium omne per se consistit, nec illud ad alterius comparisonem, ac relationem profertur. Boet. in præd. c. 153.
 Contraria sunt, quæ vniuersaliter eidem idem hæc affirmat, hæc negat. Boet. ex introd. ad cat. syllo. c. 584.
 Contraria sunt, quæ sunt opposita circa idem subiectum. Alb. mag. in periherm. char. 95. col. 2.
 Contraria, quæ sunt simul falsa, in nullo stant simul, quia falsum. Alb. mag. in prior. char. 159. col. 3.
 Contraria vere ut sint, quatuor requiruntur. Primo, ut sint agentia in se inuicem, vel patientia, vel per se, vel per alia, quæ sunt priora ipsis. Secundo, quod sint formæ, non simpliciter simplices, sed multiplicatæ in materia multiplicata, & diminutæ in subiecto diminuto, ut sunt omnes formæ corporales. Tertio, ut omnia contraria habeant medium, per quod fit motus. Quarto, quod mutuo se expellant ab eodem susceptibili expulsionem propria, & non per formam alienam. Alb. mag. 5. phys. tract. 1. cap. 4. char. 61. col. 4.
 Contrarietas nulla est in genere, sed in specie. Alb. mag. in 5. phys. tract. 1. cap. 9. char. 63. col. 4.
 Contrarietas vera motuum duo requirit. Primo, ut motus sint contrarij. Secundo, ut corpora ipsa mota sint contrarijs qualitibus distincta. Alb. mag. in 8. phys. tract. 3. cap. 2. char. 103. col. 1.

Contraria,

Contraria, vt in motu sunt, sant potestate, nec in actu, ideo quamdiu potentia sunt, non dant nomen rei, Alb. mag. in 4. metaph. cap. 3. char. 94. col. 1.
 Contraria in misto nõ sunt secundum excellentias suarum actionum, ideo in illo non sunt, vt maxime distant. At si sit in fieri, tunc vnum inest, vt quandoque, & in exitu, & alterum, vt simpliciter, & semper, & permanens, in fieri enim sunt contraria secundum potentiam, non secundum actum purum. Alb. mag. in 4. metaph. tract. 3. cap. 8. char. 96. col. 1.
 Contrarietas prima est secundum locum. si secundum esse accipiatur, tunc prima est loci inferioris, & superioris: sed si accipiatur secundum rationem, est generis primi, & est substantia. Alb. mag. in 10. metaph. tract. 2. cap. 4. char. 144. col. 3.
 Contrariorum cum dicitur esse maximè distantia in eodem susceptibili, accipiuntur ambo contraria, vt actus puri educti de potentia susceptibili quod est medium inter ea, & æqualiter se habens ad vtrunque, in quo sunt simul in potentia, sed non in actu, & vtrunque est in potentia ad reliquum. Alb. mag. in 10. metaph. tract. 2. cap. 4. c. 144. col. 3.
 Contrarij ea proprie sunt solum, ex quibus fiunt ad inuicem mutationes vltimorum, & maxime distantium, & illa se a sunt priuationes ad inuicem. Alb. mag. in 10. metaph. tract. 2. cap. 4. c. 144. col. 3.
 Contrarietas omnis, quæcunque supponatur inducendo, habet alterum contrariorum, vt priuationem sui, & potentiam. Alb. mag. in 10. metaph. tract. 2. cap. 5. char. 144. col. 4.
 Contrarietas differentiarum, quæ est in omnibus generibus, attenditur secundum communem modum contrarietatis, quæ quidem est excellentia, & defectus, ad quam oppositionem omnia contraria reducuntur. D. Thom. in 5. phys. lib. 3. tex. 9. char. 75. col. 1.
 Contrarietatis rationem non habet omnis diuersitas, sed duo requiruntur. Primo, quod sint nata esse in eodem subiecto, vel proprio, vel remoto. Secundo, vt sese mutuo expellant. D. Thom. in 2. de Cælo. lec. 10. tex. 41. char. 39. col. 1.
 Contrariorum formæ in materia sunt diuersæ, & contrariæ; in anima autem est quodammodo contrariorum vna species; at in materia sunt contraria, in anima non. D. Thom. 7. metaph. lib. 6. tex. 23. char. 472.
 Contraria cum dicimus aliqua esse, accipiendum est vtrunque eorum, prout habent formam, non autem, vt est pars habentis formam, nam se non opponunt, sed est esse eius pars materialis alterius. D. Thom. 10. metaph. lec. 4. tex. 9. c. 699.
 Contrarietas est illa distantia, quæ est in vno genere, quia hæc sunt infra vnam distantiam. quæ verò sunt intra genera, diuersa, sunt infra duas distantias. Alex. de Ales 10. metaph. tex. 14. col. 2.
 Contrarietas est maxima distantia secundum formam. Alex. de Ales in 9. metaph. tex. 4. c. 263. col. 1.
Contraria ut differunt à cæteris oppositionum speciebus; & inter se.
 Contrarietas prima est inter habitum, & priuationem, sed non in omni priuatione, sed in illa, quæ est secundum perfectam distantiam. Alia vero contraria dicuntur, vel quia includunt formas contrarias, vel quia actu faciunt, & introducunt contrarietatem; alia quia possunt facere, & introducere contrarietatem: alia quæ sunt acceptiones contrariorum; & alia, quæ sunt acceptiones, & remotiones contrariorum. Arist. 10. metaph. cap. 3. tex. 15. c. 202.
 Contraria prima à non primis differunt: quia exprimis omnia fiunt. Alexand. Aphrod. in 1. natur. quæst. cap. 16. c. 4.

Contrarietas si est inter vnum, & multa, hoc non est, nisi gratia formarum, sed verissime sunt opposita, vt ad aliquid. Albert. magn. in 10. metaph. tract. 2. cap. 8. char. 145. col. 4.
 Contrarietatis principium est oppositio priuationis, & habitus. D. Tho. in 1. phys. lect. 11. tex. 50. c. 10. col. 2.
 Contradictio, & contrarietas non sunt idem, quia contrarietatis extrema sunt in eodem genere, contradictionis non; quia sunt in ente, & non ente. Alexand. de Ales in 10. metaph. tex. 15. c. 291. col. 3.
 Contrarietas ita denominat contrarium, & non denominat se ipsam; quia contrarietas non est contrarium, sed forma denotans contrarium. Alex. de Ales in 10. metaph. tex. 24. char. 301. col. 3.
Contraria ad quæ reducuntur, vt permutantur, cognoscuntur, fiunt, & que faciunt.
 Contraria se mutuo corrumpunt, & impediunt, sed motus in latus non impedit motum superius. Arist. phys. 8. sum. 3. lib. 64. cap. 3. char. 227.
 Contrarijs semper vna materia supponenda est, siue secundum locum, siue secundum augmentationem, & diminutionem, siue secundum alterationem transmutetur. Arist. 1. de gen. & cor. cap. 1. tex. 1. char. 380.
 Contrarietates non transmutantur. Arist. de generat. & corrupt. sum. 1. cap. 7. tex. 7. char. 424.
 Contrarietates non omnes formas, & principia faciunt, sed solum, quæ secundum tactum, & secundum contrarietatem tangibilem differunt. Aristot. de gener. & corrupt. sum. 1. cap. 7. tex. 7. char. 424.
 Contraria omnia reducuntur ad ens, & non ens, ad vnum, & multa. Aristot. 4. metaph. ex sum. 1. tex. 6. cap. 2. char. 63.
 Contraria vnum fieri nullo possunt modo. Alex. Aphrod. in 1. prior. cap. 29. char. 56. col. 1.
 Contraria potest, quod vere aliquid potest. Alex. Aphrod. in 1. Top. cap. 1. char. 1. col. 3.
 Contrariorum eadem est scientia. Alex. Aphrod. in pri. Top. cap. 8. char. 12. col. 2.
 Contraria efficiunt quædam qualitates contrarias habentia diuersis causis. Alexand. Aphrod. problem. 2. quæst. 66. char. 751.
 Contrarietas, quæ secundum rationem spectatur, species differentes gignit, non autem affectiones secundum materiam. Alexand. Aphrod. in 2. de anima. cap. 54. char. 54. col. 2.
 Contraria contrariorum obseruatione emendantur. Ammo. in Porph. c. 3. col. 1.
 Contraria permutantur inuicem in receptiuis; habitus, & priuatio non possunt permutari. Simplic. in prædicamen. c. 104.
 Contraria omnia ad vnam, supremam, oppositionem reducuntur. Simplic. in pri. phys. tex. 51. c. 67. col. 1.
 Contraria, quæ mutuo fiunt, non solum velut ex contrarijs fiunt, sed etiam velut ex negationibus. Simplic. in 5. phys. tex. 9. c. 298. col. 1.
 Contraria simul pati impossibile est, agere quidem nil prohibet. Simplic. in 3. de anim. ex sect. 1. tex. 144. c. 52. col. 1.
 Contrarietatem non habentia non transmutantur. Ioan. Gram. in 3. phys. tex. 47. c. 66. col. 1.
 Contraria mutuo non paterentur, si causa efficiens, & patiens non essent in materia, id est, si non essent in materia naturales affectiones. Ioan. Gram. in 4. phys. tex. 39. c. 83. col. 2.
 Contrarium idem numero non mutatur in contrarium idem numero: vt album in niue non mutatur in nigrum, quod est in ebaino: sed contrarium in contrarium secundum speciem mutatur. Ioan. Gram. in pri. de gener. & cor. tex. 52. cap. 74. char. 111.
 Contraria

Contraria non in diuersis, sed in eadem re considerari debent. Eustr. in 3. ethic. cap. 2. char. 123.
 Contrarium non generatur ex contrario, id est non mutatur in illud. Auer. in phy. pri. tex. 41. c. 13. col. 4.
 Contrarium non recipit suum contrarium, id est, alteratur in eius forma. Auer. in phy. 1. tex. 51. c. 15. col. 4.
 Contrariorum alteratio inuicem coegit antiquos credere, omnia corpora composita, & non simplicia, & quod in eis sint aliqua plura vno, & maxime prima corpora. Auer. in phy. pri. tex. 51. c. 15. col. 4.
 Contraria nisi attributa essent alicui vni, de eis non consideraret vna ars. Auer. in 4. metaph. tex. co. 6. c. 34.
 Contraria omnia opponuntur secundum priuationem, & habitum; quia vilius contrariorum accidit ei, vt sit perfectioris priuatio. Auer. in 10. metaph. tex. com. 15. char. 123.
 Contraria in suis qualitibus semper considerantur, priuationes autem, non quod ipsa sint ad aliquid, sed ex habitus absentia colliguntur. Boeth. in topica. Cic. 1. 4. c. 815.
 Contrariorum eadem differentia cum dicitur, verum est in distinctionibus passionum, in quibus subiectum est loco differentie. Alb. Mag. in top. c. 268. col. 1.
 Contraria reducuntur ad priuationem, & habitum secundum causam, non autem secundum modum oppositionis, qui accipitur in formis oppositis oppositorum. Albert. magn. 10. metaphysic. tractat. 2. cap. 8. chart. 145. col. 5.
 Contraria reducuntur omnia ad priuationem: semper enim alterum, perfectius scilicet, habet rationem habitus, alterum imperfectius, priuationis. D. Thom. in pri. meteor. 1. 6. c. 150.
 Contraria sola faciunt differre specie ea, quæ sunt unius generis. D. Tho. 10. metaph. 1. 10. tex. 24. c. 737.
 Contrario, & priuatione fit res; tamen nec priuatio, nec contrarium manet in re, sed distribuitur in aduentu rei. Ale. de Ales in 3. metaph. tex. 10. c. 62. col. 2.

Contraria quæ suscipiunt, & magis, & minus.

Contrariorum nulla res est simul receptiua, licet simul habeat ipsorum potentias. Alex. Aphrod. in 2. natural. q. cap. 5. char. 8.
 Contraria, quæ inter se misceri nata sunt, suscipiunt magis, & minus. Ammon. in præd. c. 47.
 Contrariorum ea susceptiua dicenda sunt, quibus alterum insitum non est natura, nec inseparabili modo. Dex. in præd. c. 42.
 Contraria quod suscipit, non est ideo contrarium. alioqui contrarium aliud suscipere non posset. Dex. in præd. char. 39.
 Contraria nihil simul recipit. Simpl. in præd. c. 28.
 Contraria in eodem esse possunt, sed ratione diuersorum. Ioan. Gram. in pri. prior. cap. 4. col. 3.
 Contraria in eodem esse non possunt. Boeth. in Porphy. char. 87.
 Contraria ea suscipit substantia, quæ in eius natura insita non sunt. Boet. in præd. c. 142.
 Contrariorum, quæ diffinita sunt per naturam, vt albedo niui, unum tantum illi inest. Boet. in prædicamen. char. 200.
 Contraria vno, eodemque tempore alijs, & alijs subiectis inesse possunt. Boet. in l. de inter. c. 351.
 Contrarietas saluatur in illis, in quibus est non vniuocce, sed secundum prius, & posterius. Alex. de Ales. in 10. metaph. tex. 15. c. 291. col. 2.

Contrariorum proprietates.

Contraria simul suscipere nihil potest. Arist. præd. tract. 2. cap. 2. char. 69.

Contrarium nihil sibi ipsi esse potest. Arist. prædicam. tract. 2. cap. 2. char. 70.
 Contraria in eodem subiecto esse possunt, nisi alterum insit natura. Arist. præd. tract. 3. cap. 1. char. 90.
 Contrariorum non est necessarium, si alterum est, & reliquum esse. Arist. præd. tract. 3. cap. 1. char. 92.
 Contraria, & plura esse, & æquipolentia esse oportet. Arist. physic. 3. cap. 4. tex. 42. char. 65.
 Contrariorum contrariæ sunt lationes. Arist. 1. de Cælo. tex. 20. c. 250.
 Contrariorum si alterum determinatum est, & alterum determinatum erit. Aristotel. prim. de Cælo. tex. 44. c. 258.
 Contrariorum si alterum natura est, & alterum natura erit. Arist. 2. de cælo. sum. 2. cap. 2. tex. 16. c. 297.
 Contrariorum eadem est materia. Aristot. 2. de Cælo. sum. 2. cap. 2. tex. 16. char. 297.
 Contraria sensibilia sunt iuxta seipsa posita. Arist. 2. de cælo. sum. 2. cap. 5. tex. 90. char. 305.
 Contraria, & faciunt, & patiuntur inuicem. Aristot. 1. de gen. & cor. sum. 4. cap. 4. tex. 51. char. 407.
 Contrarium contrariæ sunt causæ. Arist. 2. de gener. & cor. su. 3. cap. 2. tex. 56. c. 444.
 Contrariorum idem eadem vt idem non est causa. Arist. meteor. 4. sum. 2. cap. 3. tex. 36. char. 571.
 Contraria simul eidem inesse non contingit: quia vnum contrarium est negatio alterius. Arist. 4. metaphysic. cap. 5. tex. 27. c. 81.
 Contraria simul actu existere impossibile est. Aristot. 9. metaph. cap. 5. tex. 19. c. 188. Idem Alex. Aphrod. 2. Top. cap. 3. char. 30. col. 1.
 Contraria illa faciunt differre specie, quæ sumuntur ex parte formæ, quæ vero sumuntur ex parte materiæ, non faciunt differre specie. Arist. 10. metaphysic. cap. 8. tex. 25. c. 211.
 Contraria, cum vnum in aliud transmutatur, indigent tertio, id est, materia. Aristotel. 12. metaphysic. sum. 1. cap. 2. tex. 6. c. 244.
 Contrariorum proprie nullum principium est, sed alterum. Arist. 14. metaph. cap. 1. char. 297.
 Contraria nunquam simul vera possunt esse, falsa tamen simul esse possunt. Alexand. Aphrod. in 2. Topic. cap. 3. char. 29. col. 3.
 Contraria, vel in eodem genere sunt, vel in contrarijs generibus, vel ipsa sunt genera. Alexan. Aphrod. in 4. Topic. cap. 3. c. 53. col. 1.
 Contraria ex sese fieri non possunt ipsis permanentibus: non enim manet vnum contrariorum sub altero. Alex. Aphrod. 1. natur. quæst. cap. 16. char. 4.
 Contrarijs natura insitum est, vt alteram in alterum agat, & alterum ab altero patiatur. Simpl. in pri. phy. tex. 47. c. 63. col. 1.
 Contraria, quæ mutuo sunt, & eorum extrema mutuo contraria erunt. Simpl. in 8. phy. c. 466. col. 1.
 Contrariorum, si aliud est secundum naturam, & aliud secundum naturam esse necesse est: sunt enim ad aliquid contraria. Simpl. in 2. de Cælo. tex. 17. com. 9. c. 60. col. 1.
 Contrariorum eadem est materia ad ambo similiter nata. Simpl. in 2. de cælo. tex. 19. co. 11. c. 60. col. 3.
 Contrarietas vbi non est, ibi non est generatio, nec corruptio. Simpl. in 2. de cælo. tex. 41. co. 28. c. 66. col. 3.
 Contrarietas vbi est, ibi non est necesse esse generationem, & corruptionem, nisi in ijs contrarijs solis, quæ in eodem subiecto nata sunt fieri, & coexistere inuicem non possunt. Simpl. in 2. de Cælo. tex. 41. co. 28. c. 66. col. 4.
 Contrarium ex contrario non est dicere, quod contrarium mutetur in suum contrarium. Auer. physic. 8. tex. 4. c. 155. col. 2.
 Contraria impossibile est, vt attribuantur eidem agen-

ti eodem modo. Auer. 2. de cælo. tex. 92. c. 74. col. 2.
 Contraria debent habere causas contrarias in eodẽ genere. Auer. 3. de cælo. tex. 76. c. 107. col. 4.
 Contraria non in omni materia diuidunt verum a falso. Auer. in paraph. de cælo. 1. tex. 121. c. 133. col. 2.
 Contraria naturæ diuersæ sunt; quia subiectum eorum est duo in potentia. Auet. pri. de gen. & cor. tex. 74. c. 165. col. 2.
 Contraria sua contraria recipere illis permanentibus impossibile est. Auer. in 12. metaph. tex. co. 6. c. 138. Idẽ Auer. phy. 5. tex. 14. c. 100. col. 4.
 Contraria nūquam possunt esse relatiue opposita. Alb. mag. in præd. c. 50. col. 1.
 Contraria omnia, quæ manant ab æquali, & inæquali necessario sunt immediata, & sunt contradictoria in genere. Alb. mag. in præd. c. 59. col. 3.
 Contrarium aliquod cum inest alicui naturæ, ideo inest, quia inest, vt potentia naturalis. Alb. mag. in præd. c. 61. col. 3.
 Contraria omnia fiunt circa idem, vel specie, vel genere, vel numero. Alb. mag. in præd. char. 62. col. 2.
 Contrarietas vbi non est, non potest esse motus: non autem contra, vbi est contrarietas, est motus, vt ait The mistius; quia si contraria largo modo sumantur, comprehendunt sub se oppositionem priuationis, & habitus, inter quæ non est motus, sed mutatio. Alb. magn. in 5. phy. trac. 1. c. 4. c. 61. col. 3.
 Contraria secundum potentiam possunt esse simul eadem, vt vnum sit sicuticiens, aliud sicut intras. Alb. mag. in 6. phy. trac. 3. c. 2. c. 77. col. 1.
 Contrariorum vno existente in rerum natura, & reliquum esse necesse est. D. Tho. in poster. c. 45. col. 2.
 Contraria uni secundum diuersa plura esse possunt, secundum idem vnum solum. D. Tho. in 1. de cælo. l. 4. tex. 11. c. 4. col. 2.
 Contrarietas motuum naturalium, consequitur proprietatem actiuorum principiorum; siue formalium, ad quæ consequitur motus, non autem contrarietatem principiorum passiuorum, siue materialium; quia eadem materia susceptiua est contrariorum. D. Thom. in 1. de cælo. l. 6. tex. 20. c. 6. col. 4.
 Contraria non distant proprie secundum formam, sed quia sunt maxime dissimiliter. D. Tho. in 2. meteor. l. 10. c. 127.
 Contrariorum omnium vnum est, ut perfectum: alterum, vt imperfectum, & priuatio alterius. D. Tho. 9. metaph. l. 2. tex. 3. c. 634.
 Contraria simul esse non possunt; quia potentia vna est ad duo contraria propter vnitatem distantie, & vna potentia perfecta non potest amplius perfici stante illa perfectione, ideo illa potentia perfecta per vnum contrarium non potest perfici per aliud. Alex. de ales in 5. metaph. tex. 16. c. 127. col. 1.
 Contrarietas secundum locum est nobis magis nota, quam quæ est in formis. Alex. de ales. in 11. metaph. c. 329. col. 3.

Contraria vt habent medium, vel non, & vt sunt in medio.

Contrariorum, quorum subiectum diffinitum est, ut pares, & impares numeri, horum nullum medium habetur; quorum minus ijs aliquid intercedit, ut bono, & malo, horum subiectum non est determinatum, vt quæ in omnibus sunt prædicamentis. Alex. aphro. in 9. metaph. co. 16. c. 257. col. 2.
 Contraria omnia (Platonis opinione) medium obtinet; Aristotelis vero non omnia. Amo. in præd. c. 48.
 Contraria mediata, alia nominibus explicantur, ut in albo, & nigro fuscum: alia orationibus, ut studiosum, vitiosum, inter quæ medium extremorum genera-

tionem indicatur. Amo. in præd. c. 107.
 Contraria proprie sunt quæ habent medium. Amo. in præd. c. 18.
 Contraria immediata ea sunt, quorum semper alterum receptiuo inesse debet. Simp. in præd. c. 103.
 Contraria mediata non necesse est, vt alterum non insit receptiuo. Simp. in præd. c. 103.
 Contrariorum media sunt hæc, in quibus contrariorum negationes sunt sic veræ, vt aequaliter ipse participet contrarijs, non autem omnia de quibus negationes sūt veræ. Sim. in 1. de cælo. tex. 124. co. 119. c. 50. col. 3.
 Contrarietas minus sunt in medijs elementis, quam in extremis. Auer. in phy. 1. tex. 54. c. 16. columna 2.
 Contraria plura non transferuntur ad extremum, nisi prius transferantur ad medium. Auer. 2. de ani. tex. 116. c. 150. col. 3.
 Contraria quæ carent medio, necesse est, vt alterum illorum proprio insit subiecto. Boet. in præd. c. 194.
 Contraria, quæ habent medium, ita intelliguntur, ut si vnū negatur, non statim inferitur aliud, possunt enim intelligi media. Boet. in l. de inter. c. 283.
 Contraria per comparisonem ad subiectum, & prout eorum est motus, considerantur a physico, & sic habent medium: sed secundum intentiones suas formales, quandoque sunt immediata. Alb. mag. in præd. c. 59. col. 4.
 Contraria sensibilia omnia habent medium. Alb. magn. in præd. c. 60. col. 1.
 Contraria immediata, non sunt immediata, ut contraria, sed quia proficiscuntur a priuatione, & habitu, ut sanum, & æquum. Alb. mag. in 5. physic. trac. 1. cap. 4. c. 61. col. 4.
 Contrariorum excellentiæ quamuis in medio actu missionis fractæ sint, tamen adhuc manent essentie contrariorum in ipsis. Alb. mag. de mor. & vit. trac. 2. c. 7. char. 59. col. 4.
 Contraria, inter quæ est medium, dicuntur secundum priuationem, & si in omni priuatione non est medium, quia in talibus contrarijs alterum contrariorum non ponitur priuatio, quasi tollens totam rationem alterius oppositi, sed quia est priuatio vltimæ speciei, vt tollit completam rationem totius speciei. D. Tho. 11. metaph. lec. 3. char. 765.

Contraria ut sunt in prædicamentis.

Contraria omnia in eodem sunt genere. Arist. pri. de gener. & corrup. sum. 4. c. 4. tex. 51. char. 407.
 Contraria non sunt ea, quæ sunt ad aliquid, quia ex sese mutuo dicuntur. Alex. aphro. in pri. nat. q. c. 7. c. 2.
 Contraria, vt ostendunt naturas quasdam maxime differetes inter se, nõ sunt ad aliquid, sed quatenus sic appellatur, sunt ad aliquid. Alex. aphro. in pri. nat. q. c. 7. c. 3.
 Contrarium ipsum nihil potest esse, cum contrarium sit ad aliquid. Io. gram. in pri. phy. tex. 50. c. 20. col. 4.
 Contrarietas maxime prima in qualitate est rarum, & densum. Io. gram. in pri. phy. c. 21. col. 2.
 Contraria prima in vnoquoque genere esse, non dicitur æquiuoce, nec vniuocce, sed secundum prius & posterius: & est vnus modorum nominis ambiguitatis. Auer. in phy. pri. tex. 56. c. 16. col. 4.
 Contraria inueniri in eodẽ genere est propositio famosa, & verificabitur in prima philosophia. Auer. physic. 5. tex. 8. c. 98. col. 2.
 Contrarietas, & medium inuenitur in quantitate, qualitate, & loco solum, licet in loco aliquantulum lateat. Auer. physic. 5. tex. 9. char. 98. col. 4.
 Contrarietas primo, & principaliter non inuenitur, nisi in loco. Auer. phy. 5. tex. 59. c. 112. col. 1.
 Contrarietas naturalis in loco nõ est nota per se. Auer. 8. physic. tex. 16. char. 160. col. 2.
 Contrarietas non apparet in motu locali, & in alijs motibus.

tibus. Auerroes 8. phisic. tex. 61. char. 182. colum. 2.
 Contraria in loco non manifesta sunt per se. Auer. 4. de celo. tex. 33. c. 120. col. 2.
 Contrarium aliquid cum est in aliquo genere, necesse est in eodem inuenire aliud contrarium. Auer. pri. de gener. & corrup. tex. 68. c. 164. col. 4.
 Contraria cum sunt diuersa in generibus, tunc virtutes erunt diuersæ. Auer. 2. de ani. tex. 108. c. 148. col. 4.
 Contraria prima secundum actionem, & passionem sunt in qualitate, non in positione. Alb. mag. in præd. c. 57. colum. 1.
 Contrarietas non inest in substantia, quia formaliter in ea non inest: non autem, ut ait Alexander, quia substantia composita non habet contrarium. Alb. mag. in 5. phisic. trac. 1. c. 4. char. 61. col. 3.
 Contraria, quæ vere, & proprie sunt in genere aliquo, illa non sunt composita ex aliquo suorum mediourum. Necesse enim est, quod illa, quæ sunt in eodem genere composita componantur ex incompositis, & simplicibus eiusdem generis, aut quod maneant incomposita, & simplicia. Alb. mag. in 10. metaph. trac. 2. ca. 9. c. 146. col. 1.

Contrarietas, ut est in propositionibus.

Contrariæ propositiones utreque falsæ esse possunt, ambæ autem veræ nõ. Boet. in l. de interpret. c. 344.
 Contraria a repugnantibus Cicero separare non videtur. Daniel barbar. pri. rhetor. c. 4. char. 19.

Contraria, ut sunt in opinionibus.

Contrarium, quod est in opinione propter materias, debet dici potius non esse contrarium simpliciter in opinione. Auer. in perihel. l. 2. c. 4. c. 82. col. 1.
 Contrarietas in opinionibus fit, cum de vna, & eadem re contrarie opinatur. Boet. in lib. de interpret. c. 457.
 Controversiæ sunt, aut factum non esse, aut non iniustum, aut non tantopere. ideo confellis in rebus non est insistendum, nisi quid ad illud attineat, ut si factum est, at non iniustum. Arist. rhetor. 3. c. 168.
 Conualescentium ex pedibus magna ex parte squamæ distinguuntur; quoniam materia ferri deorsum aptissima est. & uero pedes a sede cordis positi longius, & ob eam rem frigidiores, minus materiam cõcoquere possunt. Alex. aphro. proble. 2. c. 42. c. 738.
 Conueniens fit a conuenienti, intelligitur, ut sit in agente, non in instrumento: in propinquo, non remoto: in agente essentialiter, non accidentaliter. Auer. in 12. metaph. tex. 24. char. 145. Vide etiam 2. coeli com. 42. & 7. metaph. com. 28.
 Conuenit per se illud, quod cõuenit alicui, ut tale; quod autem conuenit ratione alterius, conuenit per accidens. Alex. de ales. in 4. metaph. tex. 1. c. 75. col. 3.
 Conuenire aliquid alicui duobus modis accidit: primo per se, & per naturam suam, & per quandam analogiam ad aliquid aliud. Alex. de ales. in 5. metaph. tex. 14. c. 122. col. 1.
 Conuenire alicui secundum accidens dicitur illud, quod conuenit alicui, de cuius modo non est, quod sibi conueniat; nec de modo alterius est, quod illi conueniat, vel inheret. Alex. de ales. in 5. metaph. tex. 16. c. 124. colum. 1.
 Conuenire in vna forma duobus est modis: vno, quia in forma, & esse formæ conueniunt: secundo, quia tantum in forma conueniunt, non inesse formæ. Alex. de ales. in 11. metaph. tex. 30. c. 215. col. 3.
 Conuenit omni tali, quod cõuenit alicui per se. Alex. de ales. 12. metaph. char. 328. col. 2.
 Conueniens fieri a conuenienti sibi, verum est in agente

propinquo, non in remoto; in principali, non in instrumentali, nec in agentibus a casu. Alex. de ales. 12. metaph. tex. 24. c. 337. col. 2.
 Conuersio syllogismo non est destruere vniuersaliter, per cõuersionem propositionis maioris in prima figura; semper enim tollitur per tertiam figuram: necesse namque ad vltimum extremum ambas accipere propositiones. Arist. prior. l. 2. c. 8. c. 259.
 Conuersiuus syllogismus est transponente conclusione, facere syllogismum, quoniam aut primo medium nõ inerit, aut hoc vltimo; necesse enim est altera propositione manente & conuersa conclusione, interim reliquam propositionem. Arist. prior. resol. l. 2. c. 8. c. 259.
 Conuertere oppositæ, ut omni, non omni, alicui, nulli; & contrariæ, ut omni, nulli, alicui, non alicui differt. Arist. prior. resol. lib. 2. c. 8. c. 259.
 Cõuersiuus syllogismus semper fit vniuersalis in prima figura, si oppositæ fuerit conuersa conclusio. fit enim in syllogismo particularibus. Arist. pri. resol. l. 2. ca. 8. c. 259.
 Conuersiuus syllogismus particularis in prima figura, si oppositæ cõuertitur cõclusio, & tolluntur ambæ propositiones: quando vero contrariæ, neutra. Arist. prior. resol. l. 2. c. 8. c. 260.
 Conuersio syllogismo in secunda figura maiorem non est interimere contrariæ quouis modo fiat conuersio; quia semper est conclusio in tertia figura. & si syllogismus est particularis, & contrariæ conuertatur conclusio, neutra propositio tollitur, ut & in prima: si oppositæ ambæ. Arist. prior. resol. l. 2. c. 9. c. 261.
 Conuersio syllogismo in tertia figura si contrariæ conuertitur conclusio, neutra tollitur in nullo modo: si oppositæ, ambæ, & in omnib. Arist. pri. resol. c. 262.
 Conuersiuus syllogismi in prima figura sũt per mediam, & vltimam: minor per mediam, maior per vltimam tollitur in secunda per primam, & vltimam: minor per primam, maior per vltimam. in tertia per primam, & mediam: maior per primam, & minor per mediam. Arist. prior. l. 2. c. 10. c. 263.
 Conuersiuus syllogismus quæcunque suscipiunt, etiã suscipiunt per impossibile syllogismum. Arist. prior. l. 2. cap. 11. c. 264.
 Conuersio cum sit, ut extrema cõuertantur, necesse est, ut & medium conuertatur ad vtraque eodem modo, sic affirmatiua, ut & negatiua. Arist. prior. l. 2. cap. 22. char. 285.
 Conuertuntur cum subiecto ea, quæ soli, & omni insunt. Alex. aphr. in 1. top. tex. 47. c. 4. col. 3.
 Conuersio in resolutorijs alia est secundum terminos, alia secundum affirmationem, & negationem. in hoc loco autem secundum nomẽ est. Alex. aphr. in 2. top. c. 1. te. 20. co. 1.
 Conuersio est cum alterum de altero nil magis, quam de reliquo illud prædicatur. Am. in præd. c. 70.
 Cõuersio multiplex: vel syllogismi, ut cõclusionem cõuersa, & altera propositione, altera manente eadẽ oino conuertit, ut in secundo priorũ: vel propositionis alternatione terminorũ, ut nullus homo lapis, nullus lapis homo: uel rerũ, ut studiosũ cultor Dei sequit, uel eorũ quæ sunt ad aliqd, ut seruus dñi seruus. Sim. in pd. c. 47.
 Conuertentia dicitur cum hoc ad aliud, & illud ad hoc prædicatur. Sim. in præd. c. 46.
 Conuertentia in illis, quæ sunt ad aliquid, non tantum est matura prædicatio, sed matura quædam habitudo eorum. Sim. in præd. c. 47.
 Conuersio differt a reuersione, quia conuersio exigit veritatem in utrisque propositionibus, sed reuersio nõ. Io. gram. in 1. prio. c. 5. c. 72. col. 2.
 Conuersio alia est in terminis, de qua in prædicamentis: alia in propositionibus, de qua in libro de interpretatione: alia in syllogismo, de qua conuersione in hoc libro priorũ agitur. Io. gram. in 2. prio. c. 8. c. 73. col. 3.

Conuer-

Conuersio syllogismorum est, cum accipimus cõclusionem factam, & illam transponimus, vel in cõrarium, vel in oppositum contradictoriæ, & aliam propositionem sanam seruamus, & reliquæ propositionis contrarium concludi ostendimus, vel contradictione oppositum. Io. gra. in 2. prio. cap. 8. c. 73. col. 3.
 Conuersio in contrariũ conclusi diuersos facit syllogismos, si in contradictoriũ diuersos. nam in prima figura in vniuersalibus cõtradictione opponit, cõclusio in particularibus, si sumitur contradictoria, tollit propositionem, si cõtraria nõ tollit. Io. gra. in 2. pri. c. 8. t. 74. c. 1.
 Conuersio in secunda figura si fit in contrarium, non tollitur propositio: si in contradictorium, tollitur. Ioan. gra. in 2. pri. cap. 9. c. 74. col. 2.
 Conuersatio in mendacijs, priusquam verum cognoscatur maxime verenda est, ne mali habitus contrahantur. Ioan. gram. 1. post. cap. 1. c. 2. col. 2.
 Conuersionis lex est, ut sumpto opposito consequentis probetur oppositum antecedentis. Io. gram. 1. phisic. tex. 22. c. 9. col. 3.
 Conuersio tunc propositionis est, cum cõuertens sumit contrarium termino subiecto, & ei, cui annunciat, contrarium sumit. Magen. in pri. c. 4. c. 3.
 Conuersiuus syllogismus est quasi contrario modo se habens syllogismo circulari. Auer. in 1. pri. c. 8. c. 108. c. 3.
 Conuersio est, quod partes enunciationis continuo conuertantur, subiecta in prædicata, & prædicata in subiecta, & qualitas, & eius veritas obseruetur. Auerr. epit. in log. c. 345. col. 4.
 Conuersio in propositionibus nil aliud est, quã dũ, vel sibi, vel alijs propositionibus cõuerti dñr mutato ordine terminorũ, ita ut quod erat subiectũ prædicatum sit, & quod prædicatum subiectũ fiat, obtinentque simul veritatẽ, & falsitatẽ. Boet. ex intr. ad cat. syl. c. 574.
 Conuersio terminorum in propositionibus per oppositionem dicitur, cum vnusquisque terminorum negatione pposita, terminis simpliciter pronunciatis videtur oppositus, ita ut vel negetur tantum prædicatũ, vel subiectũ, vel vtrunque. & in hac conuersione vniuersalis, & particularis negatio sibi ppositis conuertuntur; negationes autem vniuersales, & particulares non semper conuertuntur. Boet. ex int. ad cat. syl. c. 576. & 584.
 Conuertuntur esse in toto, & dici de omni. Boet. ex int. ad cat. syl. c. 592.
 Conuertentia dicitur eorum, quæ ad inuicem referuntur per habitudinem, ut sicut primum ad secundum, sic secundum ad primum sub eodem, vel diuerso casu. Alb. mag. in præd. c. 50. col. 2.
 Conuertibilitas proprij, & speciei, cuius est proprium, est vt vnum, quod sit antecedens, & consequens ad alterum. Alb. mag. in præd. c. 50. col. 2.
 Conuersio in transpositione subiecti in prædicatum est, & econuerso sub eadem qualitate, & quantitate, vel diuersis. Alb. mag. in præd. c. 50. col. 2.
 Conuertere est cõuertit, transponẽdo cõclusionem syllogismi prius cõclusi, in oppositionem cõtrariæ, vel cõtradictoriæ: & sic cõclusionis oppositũ cõ altera præmissarum sumendo facere syllogismũ, ad alterius præmissarum interemptionem. Alb. mag. in prio. c. 153. col. 1.
 Conuersio simplex est, in qua nihil mutatur, nisi situs terminorum. Alb. mag. in pri. c. 98. col. 1.
 Conuerti dupliciter contingit. Primo, per adæquationem prædicati. Secundo, per adæquationem probationis. Tho. de Vio in post. tex. 197. col. 1.
 Conuictum est quædam contumelia, dum tale quid in conuictio dicitur, ex quo homo infamatur. D. Thom. ethic. 4. lect. 16. c. 77. col. 1.
 Cooperans omne aliquo modo operatur. Alex. de ales. in 7. metaph. tex. 10. c. 216. col. 2.
 Coordinatio est ab vnoquoque genere deducta catena. Io. gra. 1. post. cap. 11. tex. 31. col. 1.

Copiam propositionum habebimus, si sumpto subiecto, & prædicato vtriusque diffinitionem, ac propriam sumperimus, necnon & consequentiam, quæ non solum sunt diffinitiones, & propria, sed etiam genera, & diffinitiones: & ea cõsequentia, ex quibus ea, quæ in questione posita sunt, cõsequuntur: & quæ ipsi inesse nõ contingit: & quæ sequuntur, vel in substantia continentur, vel vt propria, vel vt accidentia; & horum, quæ ex veritate, & quæ ex opinione consequuntur, & consequentia, quæ oẽm rem consequuntur sumenda sunt. Alex. Aphrod. in 1. prior. cap. 28. char. 51. col. 4.
 Copiam propositionum dum habere cupimus, non sunt eligenda ea, quæ ex continente, id est, ex animali consequuntur ad demonstranda ea, quæ ex eo sequuntur, quod continetur, id est, homo: quia iam hæc occupata fuere, quãdo animal ex homine sequi sumptum fuit; nec ea, ex quibus suppositus terminus consequitur, & ea, quæ vt plerunque consequuntur, & ex quibus termini, vt plerunque consequuntur, sumenda sunt. Alex. Aphrod. in 1. prior. cap. 28. char. 57. col. 3.
 Copiam propositionum dum habere cupimus, non sunt intelligenda, quæ communiter terminos consequuntur; quia ex duabus affirmatiuis non fit syllogismus in secunda figura. & si particulare affirmatiuum demonstrare volumus, sumenda sunt, ex quibus vtrunque consequitur. & si particulare negatiuum, sumenda sunt, quæ ipsi inesse nequeunt. Alex. Aphrod. in 1. prior. cap. 28. char. 52. col. 3.
 Copiam propositionum demonstratiuarum habebimus, si eligemus medium ex diffinitionibus, & ex ijs, quæ sunt per se: dialecticarum, si eligemus ea, quæ sunt, vt in pluribus, & secundum opinionem: sophisticarum, si acceperimus ea, quæ per accidens prædicantur. Ioan. Gram. in 1. prior. cap. 28. char. 50. col. 3.
 Copula est quædam coniuñctio. Auer. epitom. in logic. ex quæst. quæst. 1. char. 361. col. 1.

Cor quid est, eius locus, & motus.

Cor proprie in medio pectore omnibus est, præterquam in homine: habet enim potius homo in parte læua. omnibus alijs tendit potius priorem in partem, præterquam piscibus, in quibus non ita videtur. Arist. de hist. anim. 2. cap. 17. char. 61.
 Cor in parte priore est, atque in medio situm, in quo principium vitæ, & omnis motus, & sensus est: ideo igitur guttur ante gulam necessario positum est. Arist. de part. anim. 3. cap. 3. char. 474.
 Cor in medio positum est, sed magis superius, quam inferius; & parte priori, quam posteriori. Arist. de part. anim. 3. cap. 4. char. 475.
 Cor cæteris animalibus in medio pectore est, homini tantummodo vergit ad læuam, ut eius partes refrigeratione moderetur, & compenferet. Aristot. de partibus animal. 3. cap. 4. char. 477.
 Cor homini tantum (prope dixerim) palpitat: quia solus homo spe rei futuræ, & expectatione mouetur. Arist. de part. anim. 3. cap. 6. char. 484.
 Cor, & pudendum maxime mouentur: quia vtraque partium est quasi animal separatum. Cor quidem, quia est principium sensuum. Pars genitalis, quia ex ipsa exit, velut animal quoddam, seminis virtus. Arist. de ani. motu. cap. 8. char. 93.
 Cordis tria accidunt, saltus, pulsus, & respiratio. Arist. de iuuent. senect. mor. & vit. & respir. cap. 15. char. 329.
 Cordis substantia neruos habet. Aristotel. de spiritu. cap. 4. char. 908.
 Cor est sentiendi, & mouendi principium, in quo est spiritus vitalis: & refrigerationis principium continetur. Them. de fom. & vig. cap. 11. char. 97. col. 3.
 Cor est motum primum per se in animalibus, quod non mouetur

mouetur secundum totum, quia pars eius mouet se, & totum. Auer. phy. 7. tex. 1. c. 139. col. 4.

Cordis motus est a retro in ante, & eius instrumenti, quod est spiritus. Alb. magn. de mot. anim. l. 2. tract. 1. cap. 2. c. 45. col. 4.

Cor est creatum ex carne dura, & forti, vt per hoc magis resistat alterantibus, & nocuentis, quia in ipso est principium vitæ: in ipso etiam omnes villorum diuersitates contextæ sunt, vt per eas omnis species motuum vitæ participetur. Alb. mag. de ani. l. 1. tract. 3. cap. 4. c. 26. col. 3.

Cordis est in tribus proportionata quantitas. Primo, quod secundum illam comparationem est paruum, vt omne principium vniuersale, quod ad omnia alia habet influentiam suæ virtutis, est paruum quantitate, magnum virtute. Secundum est, quod proportionatur arterijs, quæ ex ipso oriuntur, & panniculis, qui suspenduntur ex ipso: & propter illud est dilatatum in basi, vt hæc sufficiat possint oriri ex eo, & non grauent nimiam quantitatem, propter continuas diastoles eius, & sistoles. Tertio, quod proportionatur pectori, & pulmone, vt si tanta eius mensura, quæ in pectore locari possit, & a pulmone sufficere euentari. Alb. mag. de ani. l. 1. tract. 3. cap. 4. c. 26. c. 3.

Cor locatur in loco alto ab ossibus, ne tactu duro, & percussionibus lædatur. Alia pars protenditur versus ossa, quia ibi nisi in puncto lædi poterat, & motus in illa parte non est ei proprius, tamen durius est in illa parte, vt nocuentis resistat duritie sua. Alb. mag. de ani. l. 1. tract. 3. cap. 4. c. 26. col. 3.

Cor ponitur in medio pectoris, quia est temperatior locus, & a nocuentis tutior, sed parumper declinat ad sinistram, vt det locum hepatis, & vt frigiditas, ex splene sinistræ partis temperetur, & ne comprimatur venam concauam, quæ inter ipsum, & hepatis gibbum est. Alb. mag. de ani. l. 1. tract. 3. cap. 4. c. 26. col. 4.

Cor Salmonis piscis extractum per multum temporis palpitat, ita vt piscatores decipiant emptores, vendentes partes piscis recentes, quasi sint illius Salmonis, cuius cor palpitat. Alb. mag. de ani. l. 1. tract. 3. cap. 4. c. 26. c. 4.

Cordis tremor non est certum signum naturæ ipsius, quia accidit ex multis causis, quæ sunt multitudo sensibilitatis, eius meditatio, timor aliquis, & multa alia. Alb. mag. de ani. l. 1. tract. 3. cap. 4. c. 27. col. 1.

Cor in oibus animalibus positum est in medio pectore, præterquam in homine, quia in illo parumper ad sinistram declinat. Alb. mag. de ani. l. 2. tract. 2. cap. 1. c. 33. col. 4.

Cor est membrum, in quo primo recipiuntur virtutes sentiendi, & mouendi. Alb. mag. de ani. l. 1. tract. 1. cap. 1. c. 101. col. 2.

Cor in homine declinat aliquantulum ad sinistram, vt temperetur pars sinistra, quæ frigida est, in alijs vero animalibus in medio est, quia homo habet partem sinistram frigidioram. Alb. mag. de ani. l. 1. tract. 1. ca. 4. c. 114. col. 3.

Cordis pulsus præcipue in homine accidit, eo quod passionibus timoris, & spei, & gaudij, & tristitiæ magis mouentur cor hominis, quam aliorum animalium. Alb. mag. de ani. l. 1. tract. 1. cap. 6. c. 115. col. 3.

Cor est organum motus localis in animalibus. D. Thom. in 3. de ani. l. 15. tex. 55. c. 65. col. 3.

Cor non mouetur ab anima nutritiua, quia animæ nutritiue operationes sunt generare alimento, vt augmentatio, & diminutio, quorum nullus cordis motus esse videtur; & hæc anima plantis etiam inest. D. Thom. de motu cordis opus. 35. c. 83. col. 1.

Cor non mouetur ab anima sensitua, vel intellectiua; quia hæc non mouentur, nisi mediante appetitu, quod verum est, & non mouetur ab anima simpliciter, sed vt est forma corporis. D. Thom. de motu cordis opus. 35. c. 83. col. 1.

Cordis motus non videtur esse naturalis, cum sit per

contraria, vt per pulsus, & tractum, quod est falsum; quia sunt quasi motus vnus, vt a motu circulari simplicitate deficiunt. D. Tho. de motu cordis opus. 35. ch. 83. col. 1.

Cordis motus non est ab extrinseco, quia semper adest, & naturalia in seipsis motus principium habent. D. Tho. de motu cordis opus. 35. c. 83. col. 1.

Cordis motus est primus motus animalis. D. Thom. de motu cordis opus. 35. c. 83. col. 1.

Cordis motus est naturalis, quasi consequens animam, in quantum est forma talis corporis, & principaliter cordis. D. Tho. de motu cordis opus. 35. c. 83. col. 2.

Cordis partes, figura, & eius proprietates.

Cor arteriæ iungitur obesis cartilagineis, fibrosisque vinculis; & qua annectitur, cauum est. Spiritus, dum arteria inflatur, an subeat cor, minus in minutis patet, in grandioribus animalium spiritum cor subire apertum est. Arist. de hist. ani. 2. cap. 16. c. 30.

Cor hominis triplicem sinum habet, iacet paulo a pulmone superius ad arteriæ fissuram, opertum membrana inuolucro pingui, & copulento, qua venæ maiori adnectitur, & aorta iungitur cum aorta suo mucrone to turbine, in pectusque parte eadem vergit omnium pariter, quæ pectus foriuntur. Arist. de hist. ani. 1. cap. 17. char. 31.

Cor omnibus animalibus, tam pectore constitutis, quæ ea parte carentibus, æque suo mucrone in partem vergit priorem, sed latere sapius potest; quoniam dissecto animante dimouetur. At parte ampliore, & gibba superiora corporis spectat. Arist. de hist. ani. 1. cap. 17. char. 32.

Cor habet maiorem partem sui mucronis carnosam, & spissam, & nervulos suis in canis continet. Cæteris animalibus in pectore est, in quibus est pectus. Homini tantum in partem sinistram potius vergit, paulo a mammarum distinctione ad leuam inclinans papillam pectoris parte superiore, nec magnum est, & specie tota non oblongum, sed rotundius. Parte tamen extrema in acutum se colligit, exitque pene in mucronem. Arist. de hist. ani. 1. cap. 17. c. 32.

Cor triplicem sinum habet: maximum dextro in latere, minimum in sinistro, medium magnitudine inter sinistram, & dextrum. Omnes ad pulmonem foraminibus peruij redduntur, quæ res in vno tantum perspicua est. Inferius a nexu suo maximo sinu venæ coniungitur maiori, ad quam etiam lactes sunt. Sinu medio aortæ annexum est, & ad pulmonem a corde perpetui decuntur meatus, findunturque eodem, quo arteria, modo in omnes pulmonis partes: & meatus, qui eodem ab arteria tendunt, sequuntur. Sed hi superiores obtinent situm, nec villo communi foramine commeant, sed sua ipsi copulatione spiritum, quem cordi transmittant, recipiunt; pertinet enim alter ad cauum dextrum, alter ad sinistram. Arist. de hist. ani. 1. cap. 17. c. 32.

Cor vnu ex reliquis visceribus sanguinè hêt, & cum pulmone intra se, sed in venis continet sanguinè, cor eundem continere apertum est: singulis. n. suis sinibus sanguinè tenet, verum tenuissimè medio. Arist. de hist. ani. 1. c. 17. c. 33.

Cor cum tres sinus habeat, a magno supremo; sinu oritur vena maior, sedemque dextram tenet, mox per medium sinum formam recipit venæ, vt pote cum ipse ventriculus cordis venæ particula sit, in qua sanguis restagnet. Aorta de sinu medio exit, non eodem modo, sed per fistulam multo arctiorem inicit societatem, & tendit ad latere cordis, cum vena maior sua radice cor transgat, cum se promit. Arist. de hist. ani. 3. cap. 3. c. 78.

Cor est dissimulare, & in partes similes diuiditur, omnium capax sensibile est, & in animalium sanguine exper-

expertum id, quod ipsi è ratione respondet. Arist. de part. anim. 2. cap. 1. char. 424.

Cordis medium spissum, cauumque est, & plenum sanguinis. Arist. de part. anim. 3. cap. 4. char. 476.

Cor sine osse est omnium, quæ nos nouimus, præterquam equi, & cuiusdam generis bouum, quibus præ magnitudine aduinculum subditum est. Arist. de part. animal. 3. cap. 4. char. 478.

Cor ventriculum triplicem in magnis animalibus habet, duplicem sine minoribus, vnum ad postremum, nullumque sine ventriculo constat. Arist. de partib. animal. 3. cap. 4. char. 478.

Cordis ventriculus dexter plurimum sanguinis & calidissimum continet: sinister frigidissimum: medius mediocrem, tum copia, tum calore. Arist. de partib. animal. 3. cap. 4. char. 478.

Cordis corpus inter carnem, & neruum medium quippiam tenet ex ijs vtrisque corporibus præmolli firmitate composita, vt qua parte carnis naturam habet ad sensiles susceptiones, qua vero nerui proprietatem obtinet, ad principia motionis idoneum sit. Ad necessariam caloris redundantiam; habet attrahentis, & reddentis spiritum officinæ suppetias, quibus intercedentibus ad æquabilem caliditatis mensuram, admota refrigeratione, deducitur: & præter hæc ad subitos imaginum insultus, adiacet pulmo spongiosus, fistulis cauis, & cessilis: & ne vlla in parte cor lædatur, velut tergi dux auxiliariis occurrat. Alex. Aphrod. in 1. de anima. cap. 32. char. 43. col. 3.

Cor animalium triplicem ventriculum habere non credit Galenus, sed omne animal habens pulmonem habere duos ventriculos, & non habens pulmonem vnu tantum habere ventriculum. Auer. de partib. animal. 3. cap. 4. char. 84.

Cor tres habet ventriculos, dextrum, sinistram, & medium. Albert. mag. de som. & vig. lib. 1. tract. 2. cap. 10. char. 31. col. 2.

Cordis sinister thalamus puriorem sanguinem continet. Albert. magn. de mot. animal. lib. 1. tract. 2. cap. 4. char. 44. col. 4.

Cordis ventriculus dexter sanguinem grossiorem, & minus de spiritu continet; sinister plus spiritus, & minus sanguinis. Alb. mag. de spir. & resp. lib. 1. tract. 1. cap. 9. char. 53. col. 4.

Cordis figura est pinealis, vt eius motus, qui est in ventribus basis eius, apte procedat ab vno indiuiso, & referatur ad idem. Albert. Magn. de animal. lib. 1. cap. 4. tex. 3. c. 26. col. 3.

Cordis panniculus durior est omnibus panniculis, vt protegat cor; nec tangit cor, nisi in ea parte, in qua oritur, id est, in qua oriuntur arteriæ, ex quarum tunicis videtur esse contestus. in alijs locis congruo spatio separatur ab eo, vt in ipso dilatari valeat. Albert. Mag. de anim. lib. 1. tract. 3. cap. 4. char. 26. col. 3.

Cordis ventriculi sunt tres, & basis ventriculi sinistri arctior est, quam dextri, ita vt sanguis grossus in dextro mittitur, & ab illo in medium, & a medio subtilior in sinistram, a quo arteriæ oriuntur, & spiritus sumunt. Albert. Magn. de animalibus, lib. 1. tract. 3. cap. 4. char. 26. col. 4.

Cor duas aures habet: unam in dextro, in qua recipitur sanguis ab hepate: alia in sinistro, in qua recipitur spiritus, qui recipitur a pulmone. Alb. mag. de ani. l. 1. tract. 3. cap. 4. c. 26. col. 4.

Cordis pars acuta declinat ad arterias pectoris in omnibus animalibus, præterquam in piscibus: quia in illis pars cordis acuta est pendens versus superius ad partem capitis, vbi est motus branchiorum. Alb. magn. de ani. lib. 2. tract. 2. cap. 1. c. 33. col. 4.

Cor tres habet thalamos: dextrum, qui recipit sanguinem a vena, quæ dicitur aorta, & est principium ve-

narum non pulsatilem, quæ communiter venæ vocantur; & sinistram, qui recipit sanguinem a vena magna, & est principium venarum pulsatilem: & medium, qui recipit sanguinem ab vtroque, & ibi fit discretio sanguinis puri ab impuro. D. Thom. de som. & vig. lect. 6. char. 38. col. 3.

Cor ut regit omnia membra, & eorum est principium.

Cor primo in animali generatur, ex quo est principium actionis in illis, quæ cor habent, in alijs proportionale. Arist. de gen. anim. 2. cap. 1. char. 148.

Cor est principium sensus, & motus: hæc enim vni soli membro conuenire debent, ab ipsoque pendere. Arist. de part. ani. 2. cap. 1. char. 425.

Cor, quia sanguinis principium est, & vim sanguinis creandi primam obtinet, idcirco ex tali materia constare, quare recipit alimentum, ratio est. Arist. de partibus animal. 2. cap. 1. char. 425.

Cordis locus principium est sensuum. Arist. de partibus animal. 2. cap. 10. char. 450.

Cor est venarum principium, ex hoc enim venæ, & per hoc esse videntur. Arist. de partibus animal. 4. cap. 4. char. 475.

Cor nullum vitium patitur graue; quia, si principium corrumpitur, nil est, quod cæteris, quæ inde pendent, præbere auxilium possit. Arist. de partibus animal. 4. cap. 4. char. 479.

Cor & iecur omnibus animalibus necessaria sunt: alterum, cor scilicet, propter caloris originem: alterum, iecur, dico propter cibi concoctionem: & hæc sunt omnibus, quæ sanguinem habent, & quæ spirant, pulmonem quoque habere necesse est. Arist. de partibus animal. 3. cap. 7. char. 487.

Cordi nullus humor appropinquare potest, quoniam illud affectum nullum patitur uiolentum. cæterorum uiscerum nullum necessarium est, præter iecur. Arist. part. ani. 4. cap. 2. c. 507.

Cor est principium sanguinis, quo alimur, nec non principium, & finis spiritus uitalis. Alex. Aphr. in 1. de ani. cap. 32. c. 42. col. 2.

Cor auctoris, & nutrimenti dispensationem in uniuersum corpus tradit. Alex. Aphrod. in 1. de anima. cap. 32. char. 42. col. 3.

Cor sanguinem in se habet, vt vas vinum. Mich. Ephes. 3. de par. ani. cap. 4. c. 102.

Cor principium vitæ in animante est: habet enim in ipso, nutritiuam, auctiuam, & sensitiuam facultatem, quæ subiecto vnum sunt, diuersa tantum diffinitione. Mich. Ephes. de som. & vig. c. 12. col. 2.

Cor principium, & causa motus est. Mich. Ephes. de som. & vig. c. 12. col. 3.

Cor cætera membra regere signum est, quod prius nutrit, nutritiuamque virtutem in se habeat. Mich. Ephes. de iuuen. sene. mor. & vita. c. 19. col. 2.

Cor non esse principium motus, ait Galenus, sed caput; tamen ait Auerroes vidisse arietem, postquam fuit abscissum ei caput, ambulare huc, & illuc multoties. Auer. phy. 7. tex. 4. char. 141. col. 2.

Cor, & cerebrum sunt causa somni. Auer. 8. physic. tex. 20. c. 161. col. 4.

Cor habet de necessitate prioritatem in generatione, est enim principium caloris naturalis, venarum, & sanguinis. Auer. de gen. ani. 2. cap. 4. c. 226. col. 4.

Cor est principium spiritus: nam oportet vt illud, quod vehit operationes virtutum in quodlibet organum, deriuetur ab illo, a quo est fluxus virtutis: hoc autem est ab anima, quæ est in corde. Albert. mag. de som. & vig. l. 1. tract. 1. cap. 7. char. 27. col. 1.

Cor est principium venarum, contra Galenum, & Medicos.

dicos: Alber. magn. de som. & vig. l. 1. tract. 2. cap. 6. eh. 29. col. 4.

Cor neruorum principium esse durities ipsa ostendit, quæ non est aliunde caulata, nisi quod ex carne neruo fa tota eius substantia caulata est, plusquam caro alicuius alterius membri. Alb. mag. de mot. ani. l. 1. tract. 2. cap. 3. ch. 43. col. 2.

Cor principium est motus vitæ. Alb. mag. de mot. anim. l. 1. tract. 2. cap. 3. c. 43. co. 3.

Cor, cum solum membrum sit, ad quod nulla vena aliunde directa vadit, & a quo omnes venæ protenduntur, principium venarum est. Alb. mag. de ani. l. 3. tract. 1. cap. 5. char. 38. col. 1.

Cor principium est generationis, & esse omnium membrorum corporis. Alb. magn. de ani. l. 3. tract. 1. cap. 6. ch. 38. col. 3.

Cor est principium sensus, & motus. Alb. magn. de ani. l. 3. tract. 1. cap. 6. c. 39. col. 1.

Cor arteriarum est principium fm esse, & substantiam, à quo ramificatur: venarum vero non pulsantium principium est substantiæ tantum, non ramificationis. Alb. mag. de ani. l. 3. tract. 1. cap. 6. c. 39. col. 1.

Cor est principium in animali, & in ipso modica facta alteratione caloris, vel frigoris, maxima fit in partibus exterioribus. D. Tho. de ani. motu. l. 6. c. 53. col. 3.

Cor quibus inest, vt prius creatur, & vt sentit.

Cor inest omnibus sanguine præditis. Arist. de part. ani. 3. cap. 4. c. 475.

Cor omnium partium primum consistit, sanguinolentumque est, & motus letitiæ, & tristitiæ, & denique omnium sensuum hinc oriri, eodemque desinere videntur. Arist. de part. ani. 3. cap. 4. c. 476.

Cor di vis sentiendi primo illi tribuitur, quod primo sanguine præditum est. Arist. de part. ani. 3. cap. 4. c. 477.

Cor, vt alterum animal, inest ijs, quæ corde vitali originem continent. Arist. de part. ani. 3. cap. 4. c. 477.

Cor animalia omnia prædita sanguine habent, quod est, & sensus, & motus principium, ad cuius salutem natura dedit spiritum, & respirationem, & refrigerationem. Arist. de som. & vig. cap. 3. c. 52.

Cor primo distinctum inspicitur in omnibus animalibus, quæ sanguinem habent. Arist. de gen. ani. 2. cap. 4. char. 161.

Cor primo gignitur in animali, & moritur: & prius post ipsum gignuntur interiora, quam exteriora, & superiora, quam inferiora. Arist. de gen. ani. cap. 4. c. 165.

Corde aut iecore toto carens, nullum animal vnquam ortum est, quamquam liene carens, & duplicem lienem, habens ortum sit, & altero vacans rene. Felle item priuata prodire cum sua natura habere deberent, vel etiam locis permutatis, visum est contineri iecur late re sinistro, lien dextro. Arist. de gen. ani. 4. cap. 4. c. 241.

Cor fit primo in animalibus sanguine præditis. Arist. de iuuent. & senect. mort. & vit. & respirat. capit. 2. char. 302.

Cor omnium primum procreatur: ex obitu enim perspicuum est, quia omnium nouissime corrumpitur. Ioan. gram. de gen. ani. l. 2. cap. 4. c. 43. col. 3.

Cor excellentius sentit, quam ceteræ corporis partes. Alb. mag. de sen. & sen. tract. 2. cap. 15. c. 9. col. 1.

Cor timore non mouetur, nisi secundum sibilem. Alb. mag. de motib. ani. l. 1. tract. 2. cap. 6. c. 44. col. 2.

Cor ut calidus, & frigidus, & unde.

Corde infrigidato moritur animal. Aristotel. de iuuent. & senect. vita & mort. & respir. capit. 2. char. 304.

Corde caliditatis principium anima ipsa est. Michael

Ephes. de respir. c. 41. col. 3.

Corde calor propinquus est calori pulmonis. Michael Ephes. de respir. c. 43. col. 4.

Cor calidissimum omnium partium corporis esse debet, quem calorem non retineret, nisi creatum esset ex carne dura, ac solida, & huiuscemodi caro maxime terræ habet. Alb. magn. de sen. & sen. tractat. 1. cap. 16. char. 9. colum. 1.

Cor, vt refrigeratur ab aere ingrediente per pulmones, sic cerebrum mitigatur a calido rerum odoratarum, ingrediente per nares. Alb. mag. de sen. & sen. tract. 1. cao. 14. ch. 9. col. 1.

Corde refrigerium est primum principium non quidem mouens, sed desideratum a mouente. Albertus magnus. de spiritu, & respir. l. 1. tractat. 2. cap. 2. char. 57. colum. 4.

Corde caliditatem, ita, & naturalis, & præmeditata, & non posse in vno loco stare, vel sedere significat, contraria his frigiditatem significant, nisi studio acquisita sint, aut consuetudine. Alb. magn. de ani. l. 1. tract. 3. cap. 4. c. 77. col. 1.

Cor, cum sit caloris principium, est quoque principium digestionis, & nutrimenti, quæ sunt per calorem, & principium venarum, quæ desunt nutrimentum. Alb. mag. de ani. l. 3. tract. 1. cap. 5. c. 38. col. 1.

Cor in se habet calorem, & spiritum principia vitæ, & humiditas incrementi principium in ipso est. Alb. mag. de ani. l. 2. tract. 1. cap. 2. c. 101. col. 3.

Corde calor nascitur propter intermissionem in thalamo cordis, & continet cursum illius in thalamo dextro eius. D. Tho. de som. & vig. l. 4. c. 35. col. 1.

Corde diuersa qualitates, & vt diuersa in corpore gignit.

Corde articulariora sunt eorum, quæ sensu melius valent: in articulariora, quæ sensu hebetiora sunt, vt suum. Arist. de part. ani. cap. 4. c. 479.

Cor durum, & spissum habent, quæ sensu sunt hebetiora, mollius, quæ sensu valent. Arist. de part. ani. 3. cap. 4. char. 479.

Cor magnum est pauidus, audentiora vero, & fidentiora minus, & mediocriter habent. Arist. de part. anim. cap. 4. char. 479.

Cor magnum proportionem est lepori, mure, hyænæ, asino, pantheræ, mustellæ, & reliquis fere omnibus, quæ aperte sunt timida, aut propter motum malefica. Arist. de part. ani. 3. cap. 4. c. 479.

Cor in causa est concoctionis: in ipso enim principium caloris consistit, ideoque quod bene concoquere potest, mas est: quod non potest, femina. Io. gra. de gen. ani. l. 2. cap. 2. c. 75. col. 4.

Cor, si mundum spiritum, clarum, subtilem, calidum, & humidum temperatum habet, aptissimum est gaudio, & delectationi, & non tristatur, nec angustiatur nisi ex magna causa: & hæc est optima dispositio, quæ quasi vitam florentem facit: tamen propter coniunctam sibi dissolutionem, impedit studium scientiæ, & doctrinæ. Alb. mag. de mot. ani. l. 1. tract. 2. cap. 15. c. 44. c. 1.

Cor, si pauci spiritus, subtilis, & clari, & humidus est, facile gaudebit ex qualibet occasione, sed cito deficit; quia spiritus ex paucitate exsiccat, vt est puerorum spiritus. Alb. magn. de mot. ani. l. 1. tracta. 2. cap. 1. ch. 44. colum. 1.

Cor, si est pauci spiritus, & tenuis, & non clari, vt spiritus conualescentium, & macilentorum, siccorum, hic non gaudet de facili, quia vix spiritus sufficit principio vitæ, & sic retinetur in corde, nec diffunditur in delicias corporis. Alb. magn. de motib. ani. l. 1. tract. 2. cap. 3. ch. 44. col. 1.

Cor, si habet spiritum grossum, calidum, obscurum, aptissi-

aptissimum est ad fortissimam iram, & diu in ea permanebit, nec de facili sedabitur, nec de facili delectabitur. Alb. mag. de mot. ani. l. 1. tract. 2. c. 3. c. 44. col. 1.

Cor, si habet spiritum paucum, & non clarum, sed subtilem, calidum, aptus est ad iram breuem, & feruentem, sed non diu tenet eam: & propter spiritus paucitatem, & propter subtilitatem eiusdem, nec de facili gaudet. Alb. mag. de motib. anim. lib. 1. tract. 5. ca. 3. char. 44. col. 3.

Cor, si habet spiritum paucum, grossum, obscurum, & frigidum, hoc erit de conditione senij, & melancholici, & in tantum potest excedere, vt nunquam gaudebit, sed semper tristabitur, & ex quauis causa pauidus erit. Alb. mag. de motib. ani. l. 1. tract. 2. c. 44. col. 2.

Cor timiditati nimia spiritus tenuitas, & paucitas parat: sed spissitudo spiritus, & attenuatio parat angustiam, & tristitiam. Alb. mag. de motib. anim. l. 1. tract. 2. ca. 6. char. 44. col. 4.

Cor quadio aptat sanguis multus, clarus, temperatus inter tenuitatem, & spissitudinem, sed est causa remota, propinqua autem spiritus. Alb. mag. de motib. anim. l. 1. tract. 2. c. 7. char. 44. col. 3.

Cor debilitati aptat sanguis aquosus, tenuis, clarus frigidus; quia spiritus, qui fit ex tali sanguine, grauis est ad mouendum ad exteriora membra. Alber. mag. de mot. ani. l. 1. tract. 2. c. 7. c. 44. col. 3.

Cor iracundia aptat sanguis clarus, qui est gracilis spumæ citrinæ propter spiritum similis complexionis. Alb. mag. de mot. ani. l. 1. tract. 2. c. 7. c. 44. col. 4.

Cor tristitiæ apta sanguis grossus, turbidus, distemperatus in colore. Alb. mag. de mot. ani. l. 1. tract. 2. cap. 7. c. 44. col. 4.

Cor iræ non duranti parat sanguis flauus, & tenuis quia spiritus generatus ex tali sanguine cito accenditur. Alb. mag. de mot. ani. l. 1. tract. 2. cap. 7. c. 44. col. 4.

Cor audacissimum, fortissimum, & non contristabile parat sanguis grossus, non turbidus, cum fuerit multus: calor: quod tamen ab calore, qui subtiliat sanguinem, raro euenit. Alb. mag. de mot. ani. l. 1. tract. 1. c. 7. c. 44. col. 4.

Cor nec multum letum, nec multum iratum, nec multum contristabile parat sanguis grossus, non turbidus, distemperatus in frigiditate. Alb. mag. de motib. ani. l. 1. tract. 2. c. 44. col. 4.

Corde magno animalia timida sunt; quia calefacere non potest quantitatem sanguinis ad ipsum accedentem, & quæ cor paruum habent, calida, & audacia sunt. Alb. mag. de ani. l. 1. tract. 3. c. 4. c. 26. col. 4.

Corde dispositiones accidentales, & naturales significat pulsus, anhelitus, foramina pectoris ea, quæ nascuntur supra pectus, tactus corporis, & accidentia eius: mores, virtus corporis, & debilitas eiusdem, imaginationes, vel meditationes. Alb. mag. de anima. l. 1. tract. 3. cap. 4. char. 27. colum. 1.

Corde magna respectu suæ quantitatis reperiuntur in leporibus, ceruis, asinis, hircis, & muribus, & similib. animalibus timidis. Alb. mag. de anim. lib. 13. tract. 1. c. 4. c. 114. col. 4.

Cor subtilis substantiæ, & futuræ est inditium subtiliorum operationum animæ: grossæ contra. Alb. magn. de ani. l. 13. tract. 1. c. 4. c. 115. col. 1.

Cor molle habens animal est minus capax, sed id, quod concipit diu tenet. Alb. mag. de ani. lib. 13. tract. 1. c. 4. c. 115. col. 1.

Corde virtus, & varia de eo philosophorum opiniones.

Corde ventriculorum dextrum putat. Arist. esse calidiorum, Galenus vero frigidiorum. Arist. de partib. animalium 3. cap. 4. char. 84.

Cor aere nutrir, ut ait Galenus, falsum est: nihil enim (vt ipse ait) simplici nutrir, & aer simplex est. Auer. de partib. anima. 3. c. 6. char. 85.

Cor, & non caput primum mouens Philosophi Peripatetici tradiderunt. Alb. mag. de mot. ani. l. 1. tract. 2. c. 2. c. 43. col. 1.

Corde virtus vna est, & vniuersalis ad membra, vt est virtus: sed vt est cordis, singularis est. Alb. magnus contra Auer. de vnita. intellec. cap. 7. c. 83. col. 4.

Cor quiescere vnde sit expulso, & ad quod fit attractio, non recte ait Auerroes; quia oportet immobile, a quo est motus, esse coniunctum organo motus, quod ostendit anathomia, cor non esse coniunctum. Alb. mag. in 3. de ani. tract. 4. c. 8. c. 47. col. 4.

Corallus absque dubio generatur de lignis, & plantis. Alb. mag. in pri. de miner. tract. 1. c. 7. c. 136. col. 1.

Corallus a mari extrahitur, alius rubeus, alius albus, valet contra sanguinis fluxum collo suspensus, contra epilepsiam, contra menstruum operationes, fulmina, & grandines. puluerizatus super herbas, & arbores aspersus cum aqua fractus multiplicare facit, & principia, & fines negociorum expedit. Alb. magn. in 2. de miner. ex tract. 2. c. 3. c. 139. col. 4.

Corallus rubeus, positus directe super eum locum stomachi, in quo est dolor, ipsum sedat. Alber. magnus in secundo de miner. ex tract. 3. c. 6. c. 143. col. 2.

Corde omnis est neruus quidam, sed non eorum. Alber. magnus de ani. l. 1. tract. 2. c. 14. c. 14. columna 1.

Corde uba est ciuitas temperatorum Andalusia, cuius temperamentum ostenditur ex virtutibus hominum eius, & bonitate intellectus, habentque naturaliter optimos mores, præsertim virtutes, quæ paci, & bonæ opinioni tribuuntur, & differunt ab hominibus Sicilia, cum tamen sint propinqui. Auerroes de gener. ani. 5. cap. 3. c. 25. 1. columna 4.

Corde dulcis est auis sic vocata, quia venatione viuunt, & corda edit. Alb. mag. de ani. l. 23. cap. 1. c. 186. col. 4.

Corætes sunt aues pugnantes cum coruis sine federe, non tamen a pugna cessant, sed omni alio pugnante tempore, & sibi inuicem pullos rapiunt. Alb. mag. de ani. lib. 23. c. 1. c. 186. col. 3.

Coriandrum est herba frigida, & sicca, & multitudo eius succi frigiditate sua interficit, & prohibet humores, ne ad caput serpent. Alb. mag. de veget. l. 6. tract. 2. cap. 4. char. 164. col. 1.

Corij principium materiale est humiditas viscosa, mucilaginosas, & phlegmate glutinosa, cuius partes multæ sunt se tenentes: & hæc humiditas diuersificatur multum secundum magis, & minus, & multum abundat in hedis, vaccis, & ouibus. Alber. mag. de ani. l. 3. tract. 2. cap. 2. c. 40. columna 1.

Corium in omni loco, ubi absconditur, caret sensu, nisi tangatur caro, & maxime capitis corium. Alb. magn. de ani. lib. 3. tract. 2. c. 2. c. 40. col. 1.

Corneus est lapis coloris rubei, qui cum politur, multum micat: inuenitur prope Rhenum, constringit sanguinem, & maxime hemorrhoidarum, nec non iras mitigat. Alb. mag. in 2. de miner. ex tract. 2. cap. 3. c. 139. columna 4.

Corneola fit ex perspicuo terminato, quod spisso fumo aquo, & terrestri succenso superinfusum est. Alb. mag. in pri. de min. ex tract. 2. c. 2. c. 137. col. 1.

Cornicum feminae solum incubant, mares his cibum fugerunt, & pascunt incubantes. Arist. de hist. ani. 6. c. 8. c. 207. Idem Alber. magn. de anim. l. 23. cap. 1. c. 186. columna 4.

Cornix dissidet cum noctua, cornix enim meridie oua surripit noctuæ absumit, cum non clare interdum videat noctuam: contra noctua nocte cornicis oua excidit. est altera interdum, altera nocte potentior. Arist. de hist. ani. 9. c. 1. char. 316.

Cornix,

Cornix, ardea, & alauda, galgulus, & ledus amici sunt, & diuersis locis contenti vitam degunt. Arist. de hist. ani. 9. cap. 2. c. 319.

Cornua quæ gerunt, non sunt vtrinque dentata, quippe quæ primoribus maxillæ superioris careant dentibus, quamquam sunt nonnulla, quæ cornibus vacant, & vtrinque dentata non sunt, vt Camelus, alia dentes habent exertos, vt Aper. Arist. de historia animalium 2. cap. 1. char. 45.

Cornua parte plurima eua sunt à radice, quatenus ambiunt os, quod ortum a capite cauo cornu inferitur, totumque implet, in mucronem tamen solidum exiit, simplici parte extrema constant. Arist. de hist. ani. 3. cap. 9. c. 88.

Cornua nullum animal mutat, præter ceruum, & ceruina animalia, quæ omni anno mutant cornua, nisi castreantur. Albert. magn. de animalib. lib. 3. tract. 2. cap. 1. char. 39. col. 4.

Cornua, quæ reuera cornua sunt, dantur a natura animalibus in arma. Albert. magn. de animalibus. l. 12. tract. 3. cap. 7. char. 112. col. 2.

Cornua nullum animal habet in capite, quod multarum fissurarum est in pede, & in multis digitos diuidit pedem. Causa est, quia horum arma sunt in dentibus, & vnguibus pedum. Albert. magn. de animalib. l. 12. tract. 3. cap. 7. char. 112. col. 2.

Cornu vnicum non inuenitur animal aliquod fissi pedis habere, nisi vnicornu: sed cornu suum est adeo ingens, & longum, quod materia duobus non sufficit. Albert. magn. de animalibus. lib. 12. tract. 3. cap. 7. char. 112. col. 3.

Cornua ceruorum magis sunt naturæ purgamenta, quam arma, ideo eiiciunt ea, & quia feminæ sunt caloris, & siccitatis terrestres minores, ideo non habent cornua. Albert. magn. de anima. lib. 12. tract. 3. cap. 7. c. 112. col. 3.

Cornuta quæ sunt, omnia quadrupeda sunt, nisi quid per translationem dicatur. Aristotel. de histor. ani. 2. cap. 1. c. 42.

Cornuta aspis (vt dicunt Auicenna, & Semeryon) est serpens ordinis primi, cuius longitudo est ab vno vsque ad duos cubitos, & super caput eius sunt duæ eminentiæ, vt duo cornua, & color corporis eius est color rubeus, & venter, vt squamæ sicca duræ, quæ, cum ambulat, strident, & dentes æquales habet, & est huius generis paruum, & sunt plures species. Morsus signa sunt, quod sentiuntur in morsu eius acus pungentes, & maxima ei, qui morsus est, contingit grauitas in corpore, insistantur labia, & patitur vertiginem, & tenebrositatem oculorum, & alienationem rationis. Alb. mag. de anim. l. 25. char. 101. col. 3.

Corollarium est illud, quod cum alterius rei demonstratione reliquum colluceat. Ammo. in præd. c. 82.

Corona in aere est cum velut corona cingente introrsus ignem cœli, recessus est simul effossa in orbem specu. Albert. magn. in prim. meteor. tractat. 4. cap. 9. char. 84. col. 2.

Corona fit circa Solem, ex vapore humido ascendente, & multiplicato in aere, & reflexo in seipsum, & non longe à terra fit, & circa Solem: raro fit circa stellas, & Lunam sæpe. Alb. mag. de pass. aer. ch. 121. col. 4.

Cornix, ardea, & alauda, galgulus, & ledus amici sunt, & diuersis locis contenti vitam degunt. Arist. de hist. ani. 9. cap. 2. c. 319.

Cornua quæ gerunt, non sunt vtrinque dentata, quippe quæ primoribus maxillæ superioris careant dentibus, quamquam sunt nonnulla, quæ cornibus vacant, & vtrinque dentata non sunt, vt Camelus, alia dentes habent exertos, vt Aper. Arist. de historia animalium 2. cap. 1. char. 45.

Cornua parte plurima eua sunt à radice, quatenus ambiunt os, quod ortum a capite cauo cornu inferitur, totumque implet, in mucronem tamen solidum exiit, simplici parte extrema constant. Arist. de hist. ani. 3. cap. 9. c. 88.

Cornua nullum animal mutat, præter ceruum, & ceruina animalia, quæ omni anno mutant cornua, nisi castreantur. Albert. magn. de animalib. lib. 3. tract. 2. cap. 1. char. 39. col. 4.

Cornua, quæ reuera cornua sunt, dantur a natura animalibus in arma. Albert. magn. de animalibus. l. 12. tract. 3. cap. 7. char. 112. col. 2.

Cornua nullum animal habet in capite, quod multarum fissurarum est in pede, & in multis digitos diuidit pedem. Causa est, quia horum arma sunt in dentibus, & vnguibus pedum. Albert. magn. de animalib. l. 12. tract. 3. cap. 7. char. 112. col. 2.

Cornu vnicum non inuenitur animal aliquod fissi pedis habere, nisi vnicornu: sed cornu suum est adeo ingens, & longum, quod materia duobus non sufficit. Albert. magn. de animalibus. lib. 12. tract. 3. cap. 7. char. 112. col. 3.

Cornua ceruorum magis sunt naturæ purgamenta, quam arma, ideo eiiciunt ea, & quia feminæ sunt caloris, & siccitatis terrestres minores, ideo non habent cornua. Albert. magn. de anima. lib. 12. tract. 3. cap. 7. c. 112. col. 3.

Cornuta quæ sunt, omnia quadrupeda sunt, nisi quid per translationem dicatur. Aristotel. de histor. ani. 2. cap. 1. c. 42.

Cornuta aspis (vt dicunt Auicenna, & Semeryon) est serpens ordinis primi, cuius longitudo est ab vno vsque ad duos cubitos, & super caput eius sunt duæ eminentiæ, vt duo cornua, & color corporis eius est color rubeus, & venter, vt squamæ sicca duræ, quæ, cum ambulat, strident, & dentes æquales habet, & est huius generis paruum, & sunt plures species. Morsus signa sunt, quod sentiuntur in morsu eius acus pungentes, & maxima ei, qui morsus est, contingit grauitas in corpore, insistantur labia, & patitur vertiginem, & tenebrositatem oculorum, & alienationem rationis. Alb. mag. de anim. l. 25. char. 101. col. 3.

Corollarium est illud, quod cum alterius rei demonstratione reliquum colluceat. Ammo. in præd. c. 82.

Corona in aere est cum velut corona cingente introrsus ignem cœli, recessus est simul effossa in orbem specu. Albert. magn. in prim. meteor. tractat. 4. cap. 9. char. 84. col. 2.

Corona fit circa Solem, ex vapore humido ascendente, & multiplicato in aere, & reflexo in seipsum, & non longe à terra fit, & circa Solem: raro fit circa stellas, & Lunam sæpe. Alb. mag. de pass. aer. ch. 121. col. 4.

Corpus quot dicitur modis, eius differentia, & que sunt eius vincula, & solutiones.

Corpora alia sunt simplicia, vt ignis, terra, & horum species, & cognata; alia composita. Arist. pri. de celo, tex. 7. char. 246.

Corporibus perfectis has distantias esse necesse est: sursum, deorsum, ante, retro, dextrum, & sinistrum. Arist. 2. de celo. su. 2. cap. 1. tex. 8. char. 293.

Corpus omne non habet sursum, deorsum, dextrum, & sinistrum, ante, & retro, sed solum ea, quæ cum anima

mata sint, motus principium in seipsis habent. Arist. 2. de celo, sum. 2. cap. 1. tex. 9. char. 293.

Corporeæ differentia sunt finita, sensibilibus enim differunt, & hæc sunt finita. Aristotel. 3. de celo, tex. 36. c. 344.

Corpora omnia habent leuitatem, præter terram, & grauitatem, præter ignem. Arist. 4. de celo, sum. 2. cap. 2. tex. 29. char. 370.

Corpori terminato, hæc duæ primum insunt passiones: durum, & molle. Aristotel. meteor. 4. sum. 2. cap. 1. tex. 26. char. 568.

Corporum quædam sunt humida, quædam mollia, quædam dura. Aristotel. meteor. 4. sum. 4. cap. 1. tex. 48. c. 585.

Corpus diuiditur primò in has partes: caput, collum, thorax, brachium duplex, crus duplex. Aristotel. de histor. anim. 1. cap. 7. c. 18.

Corpora natura facit differentia feruorum, & liberorum; alia enim robusta ad necessarios vsus, alia recta, & inutilia ad has operationes, sed vitia ad civilem vitam. & hæc diuisa sunt in belli, & pacis opportunitates. At sæpe accidit contra hos corpora habere liberorum, illos animos. Arist. politic. pri. cap. 3. char. 495.

Corpus perspicuum aliud terminatum, aliud interminatum. Interminatum, ut aer, & aqua, quæ a continentibus terminantur, quæ cum proprium terminum non habeant, ita nec proprium habent colorem. & iure natura, quod colores alienos subministrare debet, fecit absque colore perspicuum; perspicuum quidem, vt recipere possit colores: interminatum, & absque colore, ne prius eius color ex mixtione eius ad ea, quæ per ipsum videntur, impediatur veram ipsorum representationem. Alexand. Aphrod. in pri. natural. quæst. cap. 2. char. 1.

Corpus omne, vel est naturale, vel mathematicum. cœleste non est mathematicum, quia omne corpus, quod est in motu, est naturale. Alexand. Aphrod. in prim. natural. quæst. cap. 10. char. 3.

Corpora alia artificialia, alia naturalia, in quæ naturalis scilicet anima versatur. Alexand. Aphrod. in 2. de ani. cap. 4. char. 43. col. 4.

Corpora perlucida, alia proprio termino clauduntur, alia nullo clauduntur termino, è quorum varietate omnium colorum, qui in illis inhaerent, orta videtur differentia. Alexand. Aphrod. de sen. & sen. ex se. 2. c. 13. c. 10. col. 4.

Corporis duo sunt vehicula; vnum, quo corpus cum animo coniungitur, & est naturale: alterum, quo corpori animus alligatur, & est voluntatis, ac iudicij. Ammo. in Porph. c. 1. col. 3.

Corporis duæ sunt solutiones, mors scilicet, qua ab animo corpus seiangitur: consilij alia, qua reuocare conantur philosophi animam a contagione corporum. Ammo. in Porph. c. 1. col. 3.

Corporis uoluptates tot sunt, quot sensus: alia enim sunt aïsus, alia auditus, alia reliquorum sensuum. Eustr. in 3. moral. cap. 10. char. 153.

Corpus omne, aut est agens, aut patiens, aut utroque participans. Auer. in pri. de celo, tex. 63. c. 21. col. 2.

Corpora duo cum tangunt aliud, & fuerit vnum eorum profundius altero, necesse est, vt actio profundioris, & spissioris in corpus, quod tangit, sit maior, quamuis eius superficies, qua tangit ipsum, sit æqualis superficiali, qua tangit illud ipsum, quod est minoris profunditatis. Auer. 2. de celo, tex. 42. c. 59. col. 1.

Corpora duo cum fuerint æqualia, & aliud est densius alto, necesse est, vt densius sit fortioris actionis. Auer. 2. de celo, tex. 47. char. 59. col. 1.

Corpora figurata sunt in duobus modis: in modo, in quo possibile est esse diuisionem in figuram totius, id est, in corpora similia toti, quousque totum consu-

metur, vt cubum; & in modo, in quo hoc est impossibile, vt pyramidem, & spheram. Auer. 3. de celo, tex. 65. c. 104. col. 1.

Corpora homogenea 18. differunt differentijs, Quædam enim sunt congelabilia, vel non congelabilia. Quædam liquefiunt, vel non. Quædam miscentur, vel non. Quædam sunt mollia, vel non. Quædam sunt pastabilia, vel non. Quædam inseparabilia, vel non. Quædam comprehensibilia, vel non. Quædam expressibilia, vel non. Quædam laticifabilia, vel non. Quædam extensibilia, vel non. Quædam flectuntur, vel non. Quædam franguntur in duas partes, quædam non. Quædam minutim franguntur, quædam non. Quædam sensibilia, quædam non. Quædam insensibilia, quædam non. Quædam combustibilia, quædam non. Quædam fumosibilia, vel vaporabilia, quædam non. Auer. 4. meteor. c. 211. col. 3.

Corpori quæ non communicant, impossibile est, vt sint in rebus existentibus in corpore. Auer. prim. de ani. tex. 15. c. 110. col. 3.

Corpus aliquod non esse, aut virtutem in corpore quatuor dicitur modis. Primo de subiecto intelligibili, quod est intellectus materialis. Secundo de aptitudine, quæ in materijs existit, & is modus non est valde ab similibus ab eo, quo dicimus priuationem absolutam non esse corpus, nec potentiam in corpore. Tertio de materia prima dicitur. Quarto de formis separatis. Auer. 3. de ani. tex. 5. c. 162. col. 4.

Corporum quoddam est compositum ex materia, & forma, ita quod forma non constituitur per materiam, ita quod materia est subiectum tantum, & non materia, cuius esse est in potentia, vt corpus cœleste: & quoddam est compositum ex materia, quæ est in potentia, & forma, quæ constituitur per materiam, vt corpora generabilia, & corruptibilia. Auer. de substant. orbis. cap. 3. char. 5. col. 4.

Corporum genera sunt sex: corpus cœleste, rationale animal irrationale, animal vegetabile, minerale, & quatuor elementa, & ex his compositus est mundus. Auer. de ani. beatitu. cap. 5. char. 66. col. 2.

Corporale quatuor dicitur modis. Primò quantitate corporea distensum, ita vt ipsa quantitas sit aliquid sui. Secundo secundum distensionem quantitatis in subiecto ea suscipiente sunt distensa. Tertio omne corpori, vt suscipienti terminatum. Quarto non, quod aliquid sit partis, vel corporalis quantitatis, sed quia corporis, & quantitatis est principium. Alb. mag. de præd. char. 7. col. 3.

Corpus, qui fit ex vaporazione aquea, diuiditur in duas species. Aliud, quod habet humidum viuum, licet sit repressum sicco; & hoc liquefit calido sicco afflatiuo, quod extrahit humidum intrinsecus ad exteriora ut est aurum, argentum, & similia. Aliud, in quo retinetur humor intrinsecus ab actu humidis, qui est manere, se non ab actu diffuso per siccum terreste sibi commistum, & hoc calido afflatiuo molle fit, non autem fluit, sed dilatatur malleis, vt ferrum. Alb. mag. in 3. meteor. trac. 5. c. vnico. c. 116. col. 2.

Corpora duplex humidum habent continuans, & quasi nutriens. Albert. magn. in 4. meteor. tractat. 1. cap. 10. c. 119. col. 2.

Corporum consideratio tres ordines habet. Primò, vt consideramus prius uniuersum, quam partes. Secundo, simplicia prius quam mixta. Tertio, vt inter simplicia prius consideramus primum corpus, quod est corpus cœleste, per quod omnia alia formantur. D. Tho. in pri. de celo, ex proce. char. 1. col. 2.

Corpora alia sunt simplicia, alia composita. Simplex est, cuius principium alicuius motus naturalis in seipso est. Compositum, quod mouetur secundum prædominans. D. Thom. in primo de celo, lect. 3. tex. 3. char. 3.

char.3.col.3.
 Corpora duo cum componuntur, dici non potest, quod amborum superficies maneant, sed utraque desinat esse. D. Thom. 3. metaph. lect. 13. tex. 18. char. 177.
 Corporeum ens solum intelligebant Antiqui philosophi propter debilitatem intellectus, sed peccabant; quia ens maioris ambitus est, quam ens corporeum. Secundo, quia non distinguebant inter corpus, quod est in genere substantiæ, & in genere quantitatis. Alex. de Ales. in 3. metaph. tex. 27. c. 73. col. 2.
 Corpus duobus modis sumitur: pro corpore in communi cum abstractione ab inferioribus, & pro corpore, ut supponit personaliter, indefinite tamen. Tho. de Vio. in post. c. 138. col. 1.

Corpus quid est, & quæ eius uirtus.

Corpus est, quod diuisibile est secundum omnes mensuras. Arist. pri. de celo. tex. 2. char. 244.
 Corpus solum in magnitudinibus perfectum est, terminatur enim solum tribus; omnis enim mensura diuiditur alia ad vnum, alia ad duo. Aristotel. prim. de celo. tex. 3. c. 245.
 Corpus est aliquod ab his, quæ circa nos sunt, separatum, tanto honorabilius, quanto ab his plus distat, quæ hic sunt. Arist. pri. de celo. tex. 16. char. 248.
 Corpus omne, nec grauitatem, nec leuitatem habet. Arist. pri. de celo. tex. 17. c. 249.
 Corpus omne, quod aut iursum, aut deorsum fertur, vel habet leuitatem, vel grauitatem, vel ambo: non autem ad idem, sed ad alia sunt graua, & leuia, ut aer ad aquam, & ad terram aqua. Aristotel. prim. de celo. tex. 17. c. 249.
 Corpora si grauiora sunt multitudine superficialium, lineæ, & punctum grauitatem habent, & tandem possibile est nullam esse magnitudinem, & continget puncta solum esse, corpus autem nullum. Aristotel. 3. de celo. sum. 1. cap. 1. tex. 14. char. 336.
 Corpus fieri nulla alia præxistente magnitudine impossibile est. Arist. 3. de celo. tex. 29. char. 342.
 Corpus omne non est inane, patitur a sono, & ab odore, & quod patitur non est determinatum, nec permanens. Arist. 2. de ani. su. 4. cap. 8. tex. 127. c. 646.
 Corpus est è femina, anima è mare. Aristot. de generat. anim. 2. cap. 4. char. 158.
 Corpus omne tactile est non absque aliqua contrarietate per se, quæ subsistit. Alexand. Aphrod. de anim. lib. 1. cap. 2. c. 3. col. 3.
 Corpus organicum illud appellamus, quod plures aut diuersas partes sibi vendicat, quæ naturalibus potestibus fungi valeant, vitamque potentia habent. Alex. Aphrod. in pri. de ani. cap. 4. c. 32. col. 1.
 Corporum uniuersorum est communis quedam natura, & affectio transparentia, uel perspicuitas, sed alia magis, alia minus. Alexand. Aphrod. in 2. de anima. cap. 39. char. 51. col. 1.
 Corpora perlucida sola vocantur, quæ translucida, ac perspicua sunt, quoniam uisu apprehendi potest eorum color. Alexand. Aphrod. in 2. de anima. cap. 39. chart. 51. colum. 1.
 Corpus omne non est perspicuum, nec colorum receptiuum. Alex. Aphrod. in pri. nat. quæst. cap. 2. char. 1.
 Corpora colore nigro, superficie priuata sunt. Ale. Aphr. in 1. nat. q. cap. 2. c. 1.
 Corpus omne necesse est esse aliqua figura, & colore. Alex. Aphrod. in 1. nat. quæst. cap. 8. char. 3.
 Corporis folii proprium est in tres dimensiones diffundi. Them. in 4. physic. tex. 29. c. 34. col. 1.
 Corpus nullum est, cui aliqua ex tactilibus qualitatibus annexa non sit. Them. in 2. de anim. cap. 41. tex. 119. c. 79. col. 3.

Corpora fluxa, & interminata maxime opportuna iniuriæ, & passioni sunt. Them. in 2. de anim. cap. 44. tex. 127. c. 80. col. 1.
 Corpus, longitudinem, latitudinem, ac profunditatem habet. Ammon. in Porph. char. 1. col. 4.
 Corpus est, quod longitudinem, latitudinem, ac profunditatem habet: prima vndecimi Euclidis definitio. Ammon. in prædicamen. char. 54.
 Corpus est, quod longitudinem, latitudinem, ac profunditatem habet: quarum dimensionum vnaqueque secundum aliud est pars, secundum aliud est terminus. Simplic. in prædic. char. 40.
 Corporea natura, & animastica media sunt inter æternum, quod semper est, & æternū, quod semper fluit, sed animastica propior est ei, quod vere est. Simplic. in 4. physic. char. 285. col. 2.
 Corporum est per se ortus, & interitus. Simplic. in 6. physic. tex. 59. c. 355. col. 1.
 Corpus figuratum impossibile est esse sine colore, & sine figura. Simplic. in 3. de celo. tex. 29. co. 28. char. 90. col. 3.
 Corpus nunquam esse spacium potest trina dimensione constans, nec etiam corpus diuisibile. Ioan. Gram. in 4. physic. tex. 39. c. 83. col. 2.
 Corpus non est trina dimensio, sed est substantia, cui accidit quantitas trina. Ioan. Gram. in 4. physicor. in digress. c. 84. col. 1.
 Corpus est, ut ex materia constat, & quantum est trifariam diuisibile. Io. gra. in 4. phy. char. 84. col. 1.
 Corpus omne figuratum est. Auer. in physicor. 3. tex. 40. c. 48. col. 4.
 Corpus est uniuersale subiectum istius artis. Auer. pri. de celo. tex. 2. c. 2. col. 3.
 Corpus nullum est præter mathematicum, & sensibile. Auer. in 3. metaph. tex. com. 17. char. 29.
 Corpus perfectum est, quia nihil est diuisibile in plures diuisiones, quam corpus. Auer. in epitom. metaphys. tract. 1. c. 171. col. 4.
 Corpus omne passibile est in materia, & quod non patitur, omnino est actus, & non est corpus. Auer. ex deff. deff. disput. 16. char. 47. col. 2.
 Corpus inter continui species est magis diuisibile, quia diuiditur secundum omnes dimensiones. Alb. mag. in pri. de celo. tract. 1. cap. 2. c. 1. col. 3.
 Corpus non potest intelligi, cuius ultimum non sit superficies. Albert. magn. in prim. de celo. tractat. 2. cap. 8. c. 12. col. 3.
 Corporis animati maior dimensio longitudo est. Alb. mag. in 2. de celo. tract. 1. cap. 4. c. 24. col. 3.
 Corporis totius est anima vna, & substantia, quæ est forma vna. Albert. magn. de spirat. & respirat. l. 1. tractat. 2. cap. 1. c. 55. col. 1.
 Corpus non est animæ instrumentum, sed spiritus. Alb. mag. in prim. de anim. trac. 3. cap. 13. char. 10. col. 3.
 Corporis virtus est, quæ innititur compositioni corporis, ut omnis sensus. Alber. mag. de caus. & proces. vniuers. a cau. pri. l. 1. tract. 1. cap. 10. char. 189. col. 2.
 Corporalis virtus est, quæ maior est in maiori corpore, & minor in minori. Alber. mag. de caus. & proces. vniuers. a cau. prim. lib. 2. tract. 1. cap. 9. char. 202. col. 2.
 Corporis virtus, alia est a virtute in corpore. Alb. Magn. de caus. & proces. vniuers. a cau. pri. lib. 2. tract. 2. cap. 7. char. 208. col. 2.
 Corpus omne capillis refertum potius quadrupes animal, quam hominem ostendit. Alb. mag. de anim. l. 2. cap. 26. char. 23. col. 3.
 Corporum diuersitas omnis est propter diuersitatem potentiarum animæ animalium. Alb. mag. de animal. l. 12. tract. 1. cap. 1. char. 101. col. 1.
 Corporis esse non pendet ex habere tres secundum actum dimensiones, sed potius idem corpus, quod aptum est

est tribus dimensionibus mensurari. Itaque tres diametri orthogonaliter ad vnum angulum coniuncti mensurabunt ipsum, nec plures possunt orthogonaliter in ipso in vno angulo conuenire, licet plures, & infiniti possunt non orthogonaliter penetrare per ipsum, & huius aptitudinis forma facit corpus esse corpus, sed mensuræ secundum actum in ipso acceptæ consequuntur esse ipsius, & eius substantiam, & succedunt sibi substantia manente vna, & eadem. Albert. magn. in 5. metaph. tract. 2. cap. 3. char. 104. col. 1.
 Corpus vitam habens intelligitur substantia composita viuens. D. Tho. in 2. de ani. lect. 1. tex. 4. c. 20. col. 4.
 Corpus, cuius actus est anima, est habens vitam in potentia, quæ potentia habet principium operationis, non autem operatur secundum ipsum. D. Thom. in 2. de anima. lect. 2. tex. 10. c. 22. col. 1.
 Corpora inanimata sunt instrumenta animatorum, & propter ipsa facta. D. Thom. in 2. de anima. lect. 7. tex. 37. c. 28. col. 2.
 Corpora maxime formalia, & mobilia sunt actu lucida: quæ autem his propinqua sunt, sunt receptiua luminis, ut diaphana, quæ autem sunt maxime materialia, nec habent lumē in sui natura, nec sunt receptiua luminis, sed sunt opaca. D. Th. de nat. lumin. opus. 51. c. 84. c. 1.
 Corporalia omnia sunt entia in actu in quantum participant aliquas formas. D. Thom. 2. metaph. lect. 2. tex. 3. char. 104.
 Corpus, & quælibet eius pars est organum animæ, & instrumentum. Alex. de Ales. in 7. metaph. tex. 34. char. 221. col. 3.

Corpora è quibus componuntur, & quæ est eorum causa propinqua.

Corpus omne terminatur tribus dimensionibus, longitudine, & latitudine, & profunditate. Arist. phys. 4. sum. 1. cap. 1. tex. 10. c. 79.
 Corpus omne, aut est elementum, aut ex elementis. Arist. 3. de celo. sum. 8. cap. 3. tex. 65. char. 354.
 Corporum materia, nec linea, nec punctum esse potest. Aristotel. prim. de generatio. & corrupt. sum. 2. cap. 2. tex. 29. c. 397.
 Corpora omnia terminata hic non sine terra, & aqua sunt. cuiuscunque autem plus secundum huius potentiam vnumquodque videtur. si sicciora, est terra potentia; si humidiora, est aqua. Aristot. meteor. 4. sum. 2. cap. 1. tex. 28. c. 568.
 Corpora simularium partium ex aqua, & terra constant, & in plantis, & in animalibus, & in metallis. Aristot. meteor. 4. sum. 3. cap. 14. tex. 42. char. 576.
 Corpus animatum ex aere, & aqua solum constare necesse est, & esse solidum quoddam. Arist. 2. de anima. sum. 4. cap. 7. tex. 111. char. 643.
 Corpora ex numeris composita esse, & numerum hunc esse mathematicum impossibile est, nec inuiduas magnitudines verum est. Aristot. 3. metaphys. sum. 3. cap. 3. char. 185.
 Corpora omnia ex materia, ac forma constant. Alexand. Aphrod. de ani. lib. 1. cap. 2. char. 30.
 Corpora omnia ex terra composita, si perspicua sunt, maiorem partem aquæ in sua compositione habebunt. Alex. Aphrod. de sen. & sen. ex sec. 2. co. 13. c. 11. col. 2.
 Corporis partes non sunt superficies, contra Ammon. in præd. 55. Porph. in præd. c. 14.
 Corpora non possunt ex punctis constare, cum simplicia sint puncta, & nulla admixtione concreta. Ammon. in Porph. c. 1. col. 4.
 Corpus fit per superficiem in profundum motam. Videtur contrarium sentire in præfatione, pagina prima col. 4. & contrarium tenet Porph. super prædicamen. pagina 14. Ammon. in præd. q. 55.

Corporis nostri causa propinqua est proportio humorum in materia, ut forma pater, & in vnoquoque particularis natura. Ioan. Gram. in 1. post. cap. 2. c. 5. c. 4.
 Corpus omne constat materia, & forma, & simplicissimis elementis. Io. gra. in pri. phy. tex. 23. c. 10. col. 4.
 Corpus oē constat ex cōtemperatura calidi, frigidi, sicci, & humidī. Ioā. Gram. in 2. de ani. tex. 115. c. 70. col. 4.
 Corpora indigent dimensionibus, sed non duobus modis dimensionum, scilicet dimensionibus, quibus constituuntur, & dimensionibus, quibus subiiciuntur: non enim est necessitas, ut habeat corpus dimensiones, præter dimensiones sui ipsius, nam si ita esset, inuenirentur dimensiones infinitæ: quia dimensiones indigerent dimensionibus, quibus subiicerentur, Auer. in phy. 4. tex. 77. c. 77. col. 2.
 Corpus non perficitur per corpus, cum non sit innerum esse in subiecto. Auer. 2. de anima. sum. 1. text. 26. char. 131. col. 3.
 Corpus vnum ex pluribus materiis non potest dari, nisi vel compositione, aut mixture. Auer. 1. de gener. ani. cap. 20. c. 215. col. 4.
 Corpus omne ex materia, & forma constat. Boet. in Porph. char. 33.
 Corpus omne tribus constat dimensionibus, longitudine, latitudine, & profunditate. Boet. in præd. c. 144.
 Corpus generatur ex fluxu superficiæ in profundum. Alb. mag. in prædic. char. 43. col. 2.
 Corpus ab actuali trina dimensione trium diametrorum habet, ut sit corpus mathematicum: sed à forma perficiente materiam sensibilem in aptitudine trinae dimensionis existentem, habet, quod est corpus naturale, in quantum est naturale, & ab actuali trina dimensione materiæ sensibilis, quæ forma substantiali perfecta est, habet, quod est corpus naturale; hoc, vel illud. Alb. mag. in 1. phy. tract. 1. cap. 3. c. 2. col. 1.
 Corporibus omnibus plantarum, & animalium oportet ineffe aeream raritatem. Alb. mag. de veget. l. 4. trac. 1. cap. 1. c. 140. col. 4.
 Corpora habent quatuor a terra; quod tenent figuras per sicum terreum, & frigidum aliquantulum comprimens humidum: & ne corpora fierent inania, nisi esset siccitas, & frigiditas reprimens imbibitum humidum: & ut sustententur ob soliditatem terræ fulcientem corpora animatorum: quarto propter mobilitatem membrorum, non enim esset motus giratus in vertebis membrorum, nisi esset fortissima terreni elementi decocta soliditas. Alb. mag. de ani. l. 20. tract. 1. cap. 2. char. 162. col. 4.
 Corporis creatio est propter animam, & eius operationes. Albert. Magn. de anima. lib. 1. tractat. 2. cap. 3. char. 100. col. 2.
 Corporum principia non sunt dimensiones secundum esse aliquod, sed potius consequentia esse eius, quod est corpus. Alb. mag. in 1. metaph. trac. 1. c. 1. ch. 65. c. 2.

Corporibus, quæ accidunt ob ætatem, & quæ corpus consequuntur.

Corpora male olent, cum per ætatem coeundi data est facultas, prius ante pubem non ita olent, nec viri, nec mulieres, quoniam, quæ incocta sunt, sapores deteriores habent, tum odores reddunt foetidiores. Contra concocta sapores dulces, aut minus amaros, & odores suauiores, aut minus infuaves præstant. Calor autem naturalis semen genitale concoquit, quod quidem exiguum est, vim tamen obtinet maximā; quia ex multo admodum tam exiguum constitutum. Quamobrem ubi id secessit, resolumur magna ex parte vehementius, atque refrigeramur: & humores incoctiores redduntur patefactis meatibus propter seminis excursus: quo fit, ut sudor ob crudita.

eruditatem & falsior, & fætidior tunc sit, quam in puerili ætate. Quod si cui forte talis natura sit, ut partem subsidentem sudoris fætidam habeat, huic magis, & magis innotescit, & maxime in eisdem locis, quibus, & cæteris maxime consistit, ut in alijs. Aristot. probl. sec. 4. tex. 13. c. 385.

Corpori tali, talem formam consequi necesse est: nunquam enim animal factum, vel generatum est tale, quod formam haberet alterius animalis, animam vero alterius, sed semper eiusdem corpus, & animam. Arist. phy. cap. 1. c. 333.

Corpus, ut corpus, non indiget ad subsistentiam, nec loco, nec tempore, & si habeat hæc cōsequentia. Ammon. in præd. q. 20.

Corporis beneficio, & tempus, & locus, & motus sunt continua. Ammon. in præd. c. 56.

Corpus, & incorporeum non sunt contraria. Simplician. præd. ch. 36.

Corpora sunt apta per passiones ad receptionem talium colorum. Simp. in præd. c. 68.

Corpus sine loco, & locus sine corpore, esse non potest. Alb. mag. in 6. prin. c. 74. col. 2.

Corpus omne multum rarum, natura sua ascendit super aquam natando. Alb. magn. de veg. l. 4. tracta. 1. cap. 2. ch. 141. col. 1.

Corporis actum rectum esse, & informatum forma intelligentiæ necesse est in omni opere, quod intelligentia motum corporis exerceat. Alb. magn. de nat. & origine animæ. tract. 2. cap. 1. c. 66. col. 4.

Corpori dependentiam non habet, quicquid de se inuenit rationes honestorum, & piorum ad religionem, & honestatem pertinentium: quia honestum est id, quod propria sua ut essentiali nos trahit, & allicit, & hoc per se appetimus, & si nihil utilitatis, vel dilectionis nobis afferat. Alb. mag. de nat. & orig. ani. tract. 2. cap. 6. c. 73. col. 3.

Corpus, ut simplex, compositum, magnum, & paruum.

Corporis magni, & parui, eadem est materia. Aristot. phy. 4. sum. 2. cap. 6. tex. 84. c. 104.

Corpora composita mouentur secundum prædominans. Arist. 1. de celo. tex. 7. c. 246.

Corporis simplicis, motus est simplex. Arist. 1. de celo. tex. 7. c. 246.

Corpus aliquod simplex esse natura sua, necessarium est, quod natum est ferri circulari motu. Aristot. 1. de celo. tex. 8. c. 247.

Corpus omne, aut simplex, aut compositum esse, necesse est. ergo & infinitum, vel simplex, vel compositum est. Arist. 1. de celo. tex. 34. c. 254.

Corporibus simplicibus finitis manifestum est, & compositum corpus finitum esse. Aristotel. 1. de celo. tex. 34. c. 254.

Corporis simplicis motus, simplex est. Arist. 1. de celo. tex. 57. c. 261.

Corporum simplicium naturam existimare, aliam esse, si distent minus, aut plus a proprijs locis, absurdum est. Arist. 1. de celo. tex. 81. c. 268.

Corporum mistorum, alterum separatum non necesse est maiorem locum obtinere. Cum autem ex aqua fit aer, maiorem occupat locum, quod enim subtiliorum est partium in maiori loco sit. Arist. 3. de celo. sum. 8. cap. 1. tex. 58. char. 352.

Corpora simplicia figurare irrationabile est. Arist. 3. de celo. sum. 8. cap. 3. tex. 66. char. 355.

Corpora omnia simplicia figuram accipere a continente loco videntur, præcipue aer, & aqua. Arist. 3. de celo. sum. 8. cap. 3. tex. 67.

Corpora mixta, quæcunque circa medijs locum sunt, ex

omnibus simplicibus composita sunt. Aristot. 2. de generat. & corrupt. sum. 3. cap. 2. tex. 49. c. 440.

Corpora omnia erunt, & composita, & terminata, non sine concretione. Aristot. meteor. 4. summa 2. cap. 2. tex. 30. ch. 569.

Corpus nullum simplex suapte natura sapit, & degustatur. Alexander Aphrod. de sensu, & sensato, ex sec. 4. c. 15. col. 2.

Corpora composita materiam habent, corpus materia, & forma compositum; simplicia autem non habent corpus loco materiae, sed simplicem quandam, & specie sequestratam naturam, quæ suapte ratio est informis, & insignurata, omni; forma carere dignoscitur. Alexand. Aphrod. de anim. l. 1. cap. 2. char. 30. col. 3.

Corpora simplicia non mouent se in loco, nisi per accidens, & quæ in loco mouentur, sunt animata. Auer. phy. 5. tex. 18. c. 101. col. 4.

Corpora, quæ simplicem subiectum habent, horum quoque materia proprie, & simplex materia est. Alexander Aphr. de animalib. lib. 1. capit. 2. chart. 30. column. 3.

Corporum simplicium materiae interitus propriae formæ abiectioe consistit. Alex. aphr. de ani. lib. 1. cap. 2. char. 30. col. 3.

Corpora simplicia vnus simplicisque motus in seipsis principium adepta sunt: composita autem non solum nutritionis, sed auertricis quoque motionis ad omnia discrimina principium habere cernuntur. Alex. aphr. de ani. l. 1. cap. 3. c. 31. col. 1.

Corpora composita, quæcunque plurimum terræ habent, simile cum terra communicant animastica potentia quadam, eo quod & corpus plurima eius substantiæ pars, minus diuina potentia participat. At quæ copiosiores habent igneam, & calidam substantiam, hoc perfectione anima participant, eo quod superabundans in eis corpus plus participet diuina potentia. Alex. aphr. in 2. nat. q. cap. 3. c. 7.

Corpora exilia per facile aduersariorum ictum recipiunt, ergo si exile esset corpus, quod ab oculis mittitur, per facile impediret. Alex. aphr. de sen. & sen. sec. 1. ex dig. co. 7. c. 8. col. 2.

Corporibus simplicibus inest vis motus, & cum in seipsis animam non habeant, quia non est in eorum substantia huiuscemodi vis ab extrinseco eis, & præexistentibus post accedens corpora simpliciter sunt. Et quæ ex horum temperamento fiunt, ac in horum generatione seminata est animæ potentia, non solum motus principium in se habent, sed quoddam principium animasticum a diuina potentia habent, quæ natura, & anima per qualitatem simplicium corporum, ex quibus est habens ipsam corpus, quorum aliud communicat magis diuina potentia, quia propinquius est diuino corpori, & subtiliorum partium puriusque est. Alex. aphr. in pri. nat. q. cap. 3. c. 7.

Corpora simplicia, & immaterialia se mutuo absque diuisione se permeare, & duo simul fieri solida corpora, secundum Pithagoricos, & Platonicos non est impossibile, sed duo corpora materialia, & contraria eundem occupare locum maxime dicunt impossibile. Sirian. in 1. 2. metaph. ex cap. 1. c. 44.

Corpus simplex nullum sensum habet. Simp. in 3. de ani. ex sec. 2. tex. 65. c. 85. col. 2.

Corpus nullum simplex apud Aristotelem est, sed compositum ex materia prima, & trina dimensione. Io. gram. in 1. phy. tex. 15. c. 7. col. 4.

Corpora composita non ex quauis materia temere affecta fiunt, sed vnaquæque forma eget materia tali modo affecta, ut ex ea sic disposita educi, ac ei aduenire queat. Ioannes grammaticus in prim. physic. char. 16. col. 2.

Corpo-

Corpora simplicia in seipsis solum motum localem habent. Io. gram. in 3. physicor. charta 32. col. 1.

Corpora composita secundum id simplex, quod dominatur, & superat, motum naturalem habet. Io. gram. in 4. phy. tex. 4. c. 75. col. 3.

Corpus simplex non inuenitur, quod alteretur ex se, aut quod generetur ex se, ut inuenitur corpus simplex, quod transfertur in loco ex se. Auer. in phy. 2. tex. 1. char. 23. col. 2.

Corpore vno maius est id; quod ex duobus corporibus congregatur. Auer. in phy. 3. tex. 43. c. 49. col. 2.

Corpora simplicia contraria sunt, quæ motu recto mouentur. Auer. in phy. 3. tex. 49. c. 50. col. 3.

Corpora quatuor simplicia existimantur mouere se in loco, sed non habent quiescere ex se. Auer. physico. 5. tex. 18. char. 101. col. 4.

Corpora simplicia cum non diuidantur secundum diffinitionem, nec secundum partes, ergo ex se non mouentur. Auerroes physicor. 8. text. 30. charta 167. col. 2.

Corpora simplicia sunt tria, & omnia finita sunt. Auer. 1. de celo. tex. 54. ch. 19. col. 2.

Corpora facta ex congregatione elementorum non sunt, nisi quia elementa essentialiter mouentur motu ordinato. Auer. 3. de celo. tex. 25. c. 88. col. 1.

Corpora permixta cum separantur ab inuicem, non replentur, alioquin illorum locus maior esset loco, quæ repleuit, dum erat permixtum. Auer. ex paraphr. 3. de celo. tex. 58. c. 148. col. 4.

Corpora simplicia a natura magis ad rotundam figuram inclinantur. Auer. meteor. 3. c. 2. c. 205. col. 1.

Corpora subtilia facilius corrumpuntur, grossa contra. Auer. meteor. 4. ch. 210. col. 4.

Corpus simplex recipere formam vitæ impossibile est. Auer. de gen. ani. 3. c. 11. c. 237. col. 4.

Corpora simplicia si aliqua sunt, quæ carent formis contrarijs, contingit, quod illæ formæ sunt, nec generabiles, nec corruptibiles, nec habent subiectum commune. Auer. de sub. orb. cap. 1. c. 3. col. 3.

Corpora quod sint cum dormimus minora, quam cum vigilamus, hoc non est propter somnum, sed propter frigus. Albertus magnus de som. & vig. l. 1. rrac. 1. c. 6. c. 26. col. 3.

Corpora simplicia, quæ sunt primum generabilium, & corruptibilium, ut ignis, & aqua, quæ in ambabus qualitatibus contraria sunt, & sicut his proxima in altera qualitate cum eis conuenientia, quæ sunt aer, & terra, sunt primæ causæ generationis, & corruptionis, ut ea, quæ non habent eandem potentiam ex qualitatibus actiuis, & passiuis, sed ad inuicem contrariam. Alb. mag. de mor. & vit. trac. 2. c. 2. char. 59. col. 3.

Corporis magnitudo, nec paruitas viuorum non est causa quare sint incorruptibilia, siue longioris vitæ, quam minora corpora, & parua. Alber. mag. de mor. & vit. trac. 2. c. 5. c. 60. col. 4.

Corpora mixta, alia sunt composita ex contrarijs mixtis, alia sunt complexionata super mixtionem, quæ est multiformis secundum dominium, vel æqualitatem humorum, qui sunt frigidi ex contrarijs permixtis. Alia sunt mixta, & composita ex partibus eterogeneis, ut manus, pes, Mors, & vita non sunt mixti, ut est mixtum, sed potius, ut est compositum. Alber. mag. in 4. met. trac. 1. c. 6. c. 118. col. 2.

Corpora simplicia duobus modis considerantur, vel ut substantia simpliciter, & sic verius habent esse extra compositum, quam in ipso; & habet suas operationes per intentiones suorum contrariorum. Vel considerantur, ut elementa, & sic secundum materiam accipiuntur. Alb. mag. in 4. meteo. trac. 4. cap. 7. char. 134. col. 4.

Corpora simplicia, quæ rectum habent motum, & com-

posita ex ipsis secundum naturam locum habent, ad quem est motus eorum, simplicibus debetur locus per se, compositis vero per simplicia, & hæc motus naturales habent ad loca sua, & extra sua loca corrumpuntur. Alb. mag. de nat. locorum, dist. 1. pri. ca. 2. c. 93. col. 1.

Corpore maiori sunt animalia sanguinem habentia, quæ sanguine expertia exceptis quibusdam marinis. Alber. mag. de ani. l. 1. trac. 1. c. 7. c. 5. col. 1.

Corpora simplicia omnia habent motus locales naturales. D. Tho. in 4. phy. tex. 64. c. 57. col. 1.

Corpus mixtum ut sit requiritur, ut elementa sint in vnum commista, ut autem sit mundus, quod elementa in suis locis per ordinem distributa sint, oportet. D. Tho. in 8. phy. lec. 1. tex. 3. c. 118. col. 4.

Corpus mixtum sublatis formis substantialibus non sic ex simplicibus corporibus componitur, ut in eo remaneant elementa. D. Tho. 2. de gen. & cor. ex q. de mist. char. 37.

Corpus secundum quamcumque dimensionem additum, & subtractum facit maius, & minus. D. Tho. metaph. lec. 1. 2. tex. 16. c. 171.

Corpus, ut se habet ad animam, & ad corporis partes.

Corporis continui, quod est similitudinem partium, partes cum non separantur, sunt in potentia in loco, cum separantur, sunt secundum actum. Arist. phy. 4. su. 1. c. 9. tex. 44. c. 89.

Corpus totum animæ gratia conditum est, & membra officiorum gratia constant, & munera, ad quæ singula accommodantur. Aristotel. de par. ani. 1. capit. 3. char. 419.

Corpus animam habere, & intellectum discretium impossibile est, quin & sensum habeat non mansuū existens, generabile autem. At vero neque ingenerabile. Quare enim non habebit? aut animæ erit melius, & aut corpori. nunc autem neutrum; illa enim non magis intelligit, hoc autem nihil erit magis propter illud. Aristot. 3. de ani. sum. 3. c. 11. tex. 61. c. 669.

Corpus nullum non manens habet animam sine sensu, at si habet sensum, necesse est corpus esse, aut simplex, aut mixtum: non simplex, tactum enim non haberet, cum necesse sit hunc habere. Arist. 3. de ani. su. 3. c. 1. tex. 2. c. 670.

Corporis pars exterior, & frigida est, & offensionem exposcit. Arist. de gen. ani. c. 11. c. 107.

Corpori quicquid inest, aut est pars secundum naturam similis, vel dissimilis, vel præter naturam, ut vel papula, vel excrementum, colliquamētum, vel alimentum. Excrementum appello, reliquias alimenti. Arist. de gen. ani. c. 18. c. 121.

Corporum natura inter se differt, prout nobilitate, ignobilitate, & animæ inter se differunt. Arist. de gen. ani. 2. c. 3. c. 153.

Corporis dextra pars calidior est sinistra. Arist. de gene. ani. 4. c. 11. c. 226.

Corporis partes cur distendendæ sunt, quod, qui se exercitant, faciunt? quia meatus spiritu suo perpurgari oportet. Arist. probl. sec. 6. q. 1. c. 409.

Corpus cōpati a passionibus, maxime compertum est circa amores, dolores, & voluptates. Arist. phy. c. 1. c. 337.

Corpus organicum, in quo est anima, ab anima habet esse organicum, nec priusquam animam haberet, erat organicum, nec cum abiit anima est amplius organicum. non igitur anima est in corpore, ut in subiecto, nec in alio corpore ab hoc: semen enim est in potentia animatum, cum hoc corpus, cuius anima perfectio est, effici possit, & cui esse hoc quod est, ab anima est. Alex. aphr. in 2. nat. q. cap. 25. char. 111.

X Corpus

Corpus potentia uitam habere non intelligitur, quod prius sit sine anima, postea ipsam accipiat, sed quod uiuere potest, organaque obtinet ad uitæ munia obtinenda, Alexand. Aphrod. in secundo de ani. cap. 5. char. 43. colum. 4.

Corporis qualitates sunt sensibiles, animæ autem qualitates non sunt sensibiles. Alex. Aphr. in 2. de anim. cap. 24. c. 45. col. 3.

Corpus omne, uel actu, uel potentia sensibile est: anima, nec actu, nec potentia sensibilis. Alex. Aphr. in 2. de ani. cap. 24. c. 45. col. 3.

Corpus perspicuum, ut duas habet perfectiones, hanc perfectiorem ut Sol, & hanc imperfectiorem, ut lumen, sic animalium forma duas habet perfectiones: animam, quæ de foris aduenit, quæ perfectior est: & anima, quæ intus ad singula pertinet, quæ imperfectior est. Them. in prim. de anima. capit. 24. text. 60. char. 67. colum. 1.

Corpus ab aia duobus modis mouetur: aut partes corporis motu loci mouentur, ut cum irascimur, sanguis, qui quasi loco excitus proflit, & emicat, & quam reliquæ corporis partes uehementius exardescit: aut corporis partes non demigrant loco, sed alterascunt, ut cum metuimus, extrema corporis pallor, frigusq; obsidet. Them. in 1. de ani. cap. 25. text. 63. c. 62. col. 2.

Corpora brutiora habent impotentiam consequendi rationales scientias. Ioan. gram. in 1. physic. tex. 50. ch. 21. colum. 3.

Corporis pars aliqua cum animæ potentia maiorem aptitudinem obtinet, ut ex ea propter continuationem in reliquum quoque corpus, vis illa dimittatur. Ioan. gram. in 1. de ani. tex. 94. c. 84. col. 2.

Corpora sunt animis instrumenta, animæ sunt fines, ut cui. Io. gra. in 2. de ani. tex. 35. c. 45. col. 3.

Corporum partem quiescere, quoniam impossibile est, ut corrumpantur, aut quiescant, quodammodo est possibile: ut aliquod corpus, impossibile, Auer. phy. 7. tex. 2. ch. 140. col. 3.

Corpori non spherico accidit, ut partium eius locus non sit existens in actu, antequam sit in ipso. Auer. 2. de celo, tex. 27. c. 53. col. 2.

Corpus non habet partes, nisi in quantum materia: partes autem sunt in fluxu, ut partes, & in permanentia, ut habent formam, & quia augmentum non est augmentum, nisi ut permanet, contingit, ut non sit augmentum in partibus, nisi in quantum habent formam. Auer. 1. de gener. & cor. tex. 38. c. 161. colum. 2.

Corporis permutationes impediunt animæ operationes, & corrumpunt tales habitus. Alb. magn. præd. ch. 53. colum. 2.

Corporis partes ad corpus se habent, ut animæ partes ad animam, in aliquo est verum, & secundum aliquid non; quia potentia animæ sequuntur naturam animæ, non ut partes naturales, sed ut proprietates naturam animæ constituentes. Alb. mag. in præd. c. 54. col. 4.

Corporis particulae essentialis quanti locati, copulatur particulis loci. Alb. mag. in 6. princip. c. 74. col. 1.

Corpus animatum ex simplici corpore componi non potest tribus causis. Primo, quia nullum medium actu debet habere qualitatem illius sensibilis, cuius est medium. Secundo, quia non esset susceptibile diuersitatis organorum. Tertio, quia ut corpus uitæ operationes faciat, formam esse oportet ex aqua, & terra commistam. Alb. Magn. in 2. de anima. tract. 3. cap. 31. char. 29. col. 1.

Corporis figuræ diuersitas est diuersis animæ potētis, Alb. mag. ethic. 1. tract. 7. cap. 2. c. 19. col. 2.

Corpus hominis propter animæ uitæ receptionem, secundum aliquem modum disponitur ad ipsius animæ

immortalitatem. Alb. magn. ethic. 9. tract. 2. cap. 1. char. 100. col. 4.

Corporis bonam complexionem sequitur nobilitas animæ; quia omnis forma est proportionata suæ materiæ. Diuus Thomas in 2. de anima. lib. 19. tex. 94. ch. 40. colum. 3.

Corporis partes propter partes animæ sunt. D. Thom. in 3. de ani. l. 14. tex. 46. ch. 63. col. 3.

Corpus, & ipsius perfectiones sunt propter animam. D. Tho. 2. politic. l. 11. c. 117. col. 3.

Corpus respectu animæ quodammodo est seruus. D. Tho. 7. politic. l. 9. c. 114. col. 1.

Corpus ut animatum, inanimatum, & visibile.

Corpora perspicuis viciniora sunt, quæ candida uidentur; quia magis visibilis est color albus. Alexand. Aphr. de sen. & sens. sec. 2. co. 13. c. 11. col. 2.

Corpora per suas extremitates in aspectum cadunt. Alex. aphr. de sen. & sens. sec. 2. co. 17. c. 11. col. 2.

Corpus inanimatum non calescit, nec humescit, nec aliquid patitur, nisi tangant ipsum agens, & alterans. Simp. in phy. c. 376. col. 1.

Corporis animati membra superiora sunt magis sanguinea, & cholericæ, inferiora terrestria, & melancholica. Albertus Magnus 2. de celo. tractat. prim. cap. 4. char. 24. colum. 4.

Corpora inanimata non cognoscunt suam alterationem; quia latet ea. D. Thom. in 7. physic. l. 4. text. 12. chart. 110. colum. 3.

Corpora polita, & lenia ex proprietate suæ naturæ habent quandam fulgorem; qui in corporibus asperis non accidit. D. Thom. de sen. & sens. l. 3. c. 4. col. 1.

Corpus, ut est in loco, tempore, & uacuo, & ut se tangit.

Corpus omne sensibile in loco est. Aristot. phy. 3. cap. 4. tex. 54. c. 69.

Corpus illud in loco est, extra quod est aliquod corpus, quod continet ipsum; quod autem nullum corpus habet extra, non est in loco. Aristot. phy. 4. su. 1. cap. 9. tex. 43. char. 88.

Corpus omne natura manet in proprio loco. Arist. phy. 4. su. 1. cap. 10. tex. 47. c. 91.

Corpora duo impossibile est simul esse. Arist. phy. 4. su. 2. cap. 1. tex. 55. ch. 93.

Corpus cubum si ab omnibus qualitatibus sensibilibus separatur, in aqua adhuc sibi æquale spatium occupabit, & sic si datur uacuum, infinita corpora occupabunt eundem locum. Arist. phy. 4. su. 2. cap. 4. tex. 76. c. 101.

Corporeis elementis tribus existentibus, tria erunt & loca elementorum. Vnus subsistentis corporis, qui circa medium est graue, terra, & aqua. Alter eius, quod circulariter fertur, qui est extremus, cælum scilicet. Tertius, qui inter hæc medius est, qui medij est corporis, id est leue, ignis & aer. Aristotel. prim. de coc. tex. 71. ch. 271.

Corpora, quæ se tangunt inuicem in aqua, cum extrema sicca non sint, necesse est aquam habere mediam, qua repleta sunt vltima. Aristot. 2. de anim. su. 4. cap. 7. tex. 114. ch. 644.

Corpus omne est tangibile, tangibile autem est sensibile tactu. Aristot. 3. de anima. su. 3. capit. 1. text. 63. chart. 670.

Corpus in eadem materia aliquando maiorem occupat locum, aliquando minorem, eo quod eadem materia effectuarum utrausque corporum qualitatum est receptiua, crassior enim, & solidior maiori loco indiget, humidior, & tenuior minore. Alexand. aphrod. in 2. nat. q. cap. 12. c. 8.

Corpo-

Corpora sola se mutuo contingunt. The. 2. phy. tex. 74. c. 39. col. 1.

Corporibus auctis augeri locum necesse non est. nam terminus nullus per se augetur, nec diminuitur. Them. in 4. phy. tex. 47. c. 37. col. 3.

Corpus omne non est in loco, ut sphaera immobilis, Am. mo. in præd. c. 20.

Corporis status est, cum corpus est totum erectum: accubitus, cum totum hæret obliquum, cecissio, cum partim stat, partim iacet. Am. mo. in præd. c. 67.

Corpus loco cingitur, & motus inhæret in corpore, & tempus vna cum motu labitur. Simp. in 4. phy. c. 186. colum. 1.

Corpus omne, cuius est aliquid extra continens, continetur in loco: cuius autem nihil est extra, non est in loco. Simp. in 4. phy. tex. 49. c. 2. col. 2.

Corporis & si sit locus, terminus locum esse non est necesse: non enim sunt termini separati, neque complectuntur; quæ ipsæ, quæ loco insunt, conueniunt. Simp. in 4. phy. tex. 47. c. 216. col. 1.

Corpus omne manens in proprio loco conseruat vnum quodque quasi adepturum sit id, quod conuenit naturæ, & id, quod est secundum naturam. Simp. in 4. phy. c. 219. col. 2.

Corpus inter id, quod percutit, & quod percutitur esse oportet: quia non datur uacuum. Simp. in 2. de anim. tex. 78. c. 38. col. 3.

Corporibus omnibus secundum speciem eiu scdem eadem sunt loca propria. Simp. in pri. de celo, tex. 59. co. 79. c. 38. col. 3.

Corpus nullum inclinationem habens possibile est manere non prohibente aliquo extra, si non sit in proprio loco. Simplic. in pri. de celo, tex. 100. co. 96. c. 43. colum. 4.

Corpus omne continuum occupat locum, & in tempore est. Io. gram. in 3. phy. tex. 3. c. 52. col. 4.

Corpus recipi per uacuum, nihil aliud est, quam ipsum implere. Io. gram. in 4. phy. ex digres. tex. 39. char. 83. col. 2.

Corpora tria secundum idem mutuo sese tangere nequeunt. Io. gram. in 4. phy. c. 84. col. 2.

Corpus si tangit corpus, id per accidens corporibus inest, quia vniuersum non est continuum, sed diuisum. Io. gram. in 4. phy. c. 85. col. 4.

Corpus nulla alia de causa est in loco suo, nisi per mole, quamuis grauitas, & leuitas dicat aliquid in suo loco. Io. gram. in 4. phy. tex. 76. c. 99. col. 2.

Corpus idem nunquam in æquali tempore idem spatiū plenum, & uacuum pertransibit. Io. gram. in 4. phy. c. 102. col. 1.

Corpus omne fit in tempore, quia, quod mouetur, non potest simul esse in ambobus extremis. Io. gram. in 4. phy. c. 102. col. 1.

Corpori attribuitur esse in loco ab ipsis dimensionibus, a qualitatibus autem esse in hoc, vel in illo. Io. gram. in pri. de gen. & cor. tex. 27. c. 39.

Corpus non potest esse maius suo loco, nec locus naturalis maior ipso. Auer. 3. phy. c. 206. col. 2.

Corpus si est in loco, est per se: sed si superficies, & linea, & punctum sunt in loco, sunt per accidens. Auer. in phy. 4. tex. 9. c. 58. col. 3.

Corpus esse in loco, quod aliquid habet extra, intelligendum est de corpore, quod mouetur motu recto, non de moto motu circulari. Auer. in phy. 4. tex. 43. c. 66. colum. 2.

Corpus nullum est, quod non sit in loco. Auer. in phy. 4. tex. 43. c. 66. col. 3.

Corpora, quæ sunt natura in aliquo loco, necessario aut sunt illud corpus existens in illo loco, aut aliquid, super quod dominatur illud. Auer. 2. de gen. & cor. tex. 49. char. 173. col. 1.

Corpus omne motum in loco, habet potentiam ad ubi. Auer. 8. metaph. tex. com. 12. char. 103.

Corpora duo in eodem loco esse non possunt. Alb. magnus in præd. char. 73. col. 3.

Corpus locatum gratia sui totius est in loco, sed tamen virtus loci coniungitur ei primo per superficiem, & per superficiem diffunditur in toto locato. Alb. mag. in 4. phy. trac. 1. cap. 10. c. 43. col. 4.

Corpora omnia, quæ diu sunt extra locum suæ generationis, quia elongata sunt a principio suæ conseruationis, & sui esse, proprijs virtutibus distrahuntur. Alber. mag. de nat. loc. dist. 1. cap. 1. c. 92. col. 3.

Corporum corruptio, & huiuscemodi indicant; quia ea quæ sunt extra loca sua, sunt in ipsis, non natura, sed vi. Albertus magnus de nat. loc. dist. 1. cap. 1. char. 93. colum. 3.

Corpori non debetur locus ratione materiæ, nisi secundum quod materia continetur sub dimensionibus, ideo quod duo corpora non possint esse simul, non est ex parte materiæ, vel passionum sensibilibus, sed solum ex ratione dimensionum, in quibus non potest esse diuersitas, si sunt æquales, nisi secundum situm. D. Tho. in 4. phy. l. 13. tex. 76. c. 60. col. 3.

Corpus comparatur ad locum, ut substantia ad accidens. D. Tho. 8. metaph. lec. 4. tex. 2. char. 618.

Corpora duo esse in eodẽ loco prohibet quæritas. Alex. de ales in 3. metaph. tex. 7. char. 61. col. 2.

Corpus ut finitum, infinitum, diuisibile, & indiuisibile.

Corpus infinitum si esset simplex, infinita simplicia, & loca, & elementa essent, quod impossibile est. Aristot. phy. 3. cap. 4. tex. 49. char. 67.

Corpus aliquod impossibile est esse infinitum. Arist. phy. 3. cap. 4. text. 55. char. 69.

Corpus, quod fertur circulariter, si esset infinitum, infinite essent, quæ a medio eiciuntur, & infinitorum distantia infinita est. distantiam dico linearum, extra quam nullam est sumere magnitudinem tangentem lineas. Arist. pri. de celo, tex. 35. c. 255.

Corporis infiniti, finita grauitas esse non potest. Arist. 1. de celo, tex. 50. c. 260.

Corpora habere infinitam grauitatem, vel leuitatem, impossibile est. Arist. 1. de celo, tex. 54. char. 261.

Corpus nullum infinitum est Aristot. 1. de celo. tex. 54. c. 261.

Corpus omne, aut finitum est, aut infinitum, & si infinitum aut dissimulare omne, aut simile, & dissimulare, aut ex finitis speciebus, aut ex infinitis. Arist. pri. de celo. text. 58. char. 261.

Corpus, nec continuum, nec magnitudo discreta infinita esse potest, quia eadem impossibilia sequerentur. Aristot. pri. de celo, tex. 59. char. 262.

Corpus cum vndiq; dimensionem habeat, impossibile est plura esse dissimilia, & vnumquodque eorum esse infinitum, esset enim corpus ex omni parte infinitum. Aristot. pri. de celo, tex. 60. char. 262.

Corpus simile non cõtigit infinitum esse. Arist. pri. de celo. tex. 61. c. 262.

Corpus nullum infinitum est extra cælum, si enim intelligibile sit, erit in loco. Arist. 1. de celo, tex. 69. c. 264.

Corpus omne diffinitum grauitatem, vel leuitatem habere debet. Arist. 3. de celo, tex. 27. char. 340.

Corpusculum indiuisibile patiendi immune est. Alexand. aphrod. in pri. prior. cap. 14. char. 31. columna 2.

Corpus omne potentiam habet finitam. Am. mo. in præd. chart. 32.

Corpus finitum si sempiternum est, finitam tamen potentiam habet. Simp. in pri. phy. char. 35. columna 2.

Corpus finitum quoduis demitur, & cõsumitur ab alio corpore

corpore finito. Simp. in 1. phy. tex. 37. c. 56. col. 2.
 Corpora sunt diuisibilia in infinitum, quia sunt continua, & omne continuum diuidi potest in infinitum. Simp. in phys. tex. 59. c. 355. col. 1.
 Corpus finitum non potest habere figuram sine colore. Simp. in 8. phys. c. 403. col. 1.
 Corpus ab incorporeo non est aptum diuidi. Ioan. gram. in 4. phys. c. 83. col. 2.
 Corporis finiti ad viuensum tempus finitum aliqua est proportio. Io. gram. in 4. phy. c. 96. col. 4.
 Corpus omne continetur, aut vna, aut pluribus superficiebus, & est finitum. Auer. in phys. 3. tex. 40. c. 48. colum. 4.
 Corpus finitum per seipsum mouere corpus infinitum impossibile est, potentiam enim motoris superare necesse est potentiam mobilis, in qua est. Auer. phys. 8. tex. 78. c. 193. col. 1.
 Corpori bipartite finita potentia ascribi potest: vno modo est finita potentia in vigore, & facilitate: secundo modo de finitate temporis motus, id est de priuatione eius continuationis. Auer. ex paraphr. de celo. tex. 140. c. 135. col. 1.
 Corpus omne virtute finitum est, seu celeste, seu non celeste, quia est actiuum, aut passiuum, & omnis actio, & passio est finiti vigoris. Auer. ex paraphr. 1. de celo. tex. 140. c. 135. col. 2.
 Corpus omne compositum ex materia, & forma, finitæ virtutis est. Auer. de sub. orbis. c. 7. c. 5. col. 1.
 Corpori finito, quod caret motu, inesse quietem infinitam non est impossibile. Auer. de sub. orb. cap. 5. c. 6. col. 2.
 Corpus omne habere potentiam finitam est verum, sed non est verum habere omnes potentias, sed tantum in vbi, si loquitur de celo non habet corpus celeste potentiam, nisi in vbi. Contra Io. gram. Auer. in 12. metaph. tex. co. 4. r. 152.
 Corporeum omne forma definita, & terminata vitur, & contra incorporeum infinita, & interminata vitur. Alb. mag. in 3. de ani. trac. 2. c. 14. c. 39. col. 4.
 Corpus omne superficiebus claudi verum est de finito, non de infinito. Alexander de ales 11. metaph. c. 322. colum. 3.

Corpus, vt graue, leue, calidum, & frigidum.

Corpora omnia, quæ sunt ex aqua, & terra simpliciter frigida maxime sunt, nisi habeant alienam caliditatem, vt feruens aqua, aut per cinerem colata. Arist. meteo. 4. su. 4. c. 2. tex. 53. c. 587.
 Corpora omnia ignita habent caliditatem, aut ampliorum, aut minorem. Arist. meteo. 4. su. 4. cap. 2. tex. 57. c. 587.
 Corpora, quæ habent plurimum aquæ, vt materia frigida sunt, in quibus autem terræ, & aeris, calidiora. Arist. meteo. 4. su. 4. c. 2. tex. 53. c. 588.
 Corpora eadem accidit frigidissima, calidissima fieri aliena caliditate, quæcunque enim maxime concreuerunt, & solidissima sunt, hæc & frigida maxime sunt, si priuata fuerint caliditate, & vtriusque maxime, si ignita fuerint: vt aqua, fumo, & lapis, aqua vtriusque magis. Arist. meteo. 4. su. 4. c. 2. tex. 53. c. 588.
 Corpus, in quo vincit terra, vt ferrum, & es, submergitur in aqua, & quando vincit aquæ pars frigida. Arist. de cau. propr. elem. c. 1. c. 951.
 Corpus, in quo vincit ignis pars, & aeris, natat sup aquam. Arist. de cau. propr. elem. c. 1. c. 951.
 Corpus omne graue a terra, aqua, aere circumdatur, vel ab omnibus, vt lapis in fluminibus, vel a duobus vt gradientia, & nantia. Them. in 4. phys. cor. tex. 42. c. 36. colum. 4.
 Corpora quædam a frigido coagulantur, vt ferrum: alia a calido, ut sal, & fictile: & quædam coagulantur per

calidum, & liquefiunt per frigidum, ut sal: & quædam non, vt fictile: & quædam congelantur a frigido, & liquefiunt a calido, ut ferrum, & quædam non, ut multi lapides minerales: & alia non coagulantur, sed ingrossantur, uel a caliditate, ut sperma, vel a frigiditate, vt lutum: alia a duobus, vt pix, quia ingrossatur a calido, & frigido. Auerroes meteo. libro quarto, char. 2. r. columna 4.
 Corpora quædam non congelantur a frigido, donec ingrossentur a calido, & congelantur a frigido, ut uinum coctum, & quædam a nullo istorum congelantur, ut serositas lactis. Auer. meteo. 4. c. 2. r. col. 4.
 Corpora, quæ conspiciantur a calido, sunt, in quibus terra est magis, quam humiditas, vt fictile, & salitrum. Auer. meteo. 4. c. 2. r. col. 4.
 Corpora, quæ congelantur a frigido, non est de necessitate, ut terra sit magis dominans in eis: ideo quædam liquefiunt a calido, & fiunt aqua. Auer. meteo. 4. c. 2. r. col. 4.

Corpus, vt mobile, vt agit, & patitur.

Corpus mobile est id, quod est in loco, & non omne, quod est, est in loco. Arist. phy. 4. su. 1. cap. 10. tex. 47. char. 9. r. 152.
 Corpus idem, uel idem pondus ob duas causas velocius fertur, aut quia differt per quod, ut per aquam, aut terram, aut aerem: aut quia, quod fertur, differt, si alia sint eadem, propter excessum grauitatis, aut leuitatis, per quod fertur impedit maxime cum contra fertur, deinde de manens magis id quod non facile diuiditur tale est, quod crassius est. Arist. phy. 4. su. 2. cap. 3. tex. 71. c. 98.
 Corpus idem mouebitur velocius per diuersa spatia secundum proportionem corporum impediendum, nam si in duplo vnum est subtilius aëre in duplo velocius mouebitur in illo, quam in alio. Arist. phy. 4. su. 2. c. 3. tex. 71. c. 98.
 Corpus omne habens translationem tantum cedit, quantum est corpus, quod transmeat, nisi condensetur. Arist. phy. 4. su. 2. c. 4. tex. 76. c. 101.
 Corpus & natura, & præter naturam mouetur, refert enim quali motu moueatur, & quali elemēto constet. Arist. phy. 8. su. 2. a. tex. 27. c. 206.
 Corpus aliquod si moueretur circulariter per accidens præter ea, quæ recto motu mouentur, esset ei corpori alius motus secundum naturam, quod est impossibile. Arist. pri. de celo. tex. 11. c. 247.
 Corpus, quod circulariter fertur, impossibile est habere grauitatem, nec leuitatem: quia nec secundum naturam, nec præter naturam contingit moueri, nec ad medium, nec a medio. Secundum naturam non, quia non mouetur super rectum. Præter naturam non, quia non habet contrarium, ideo non potest esse quod interius, esse natura, & quod superius, præter naturam. Aristoteles primo de celo, text. 18. c. 249.
 Corpora omnia, & manent, & mouentur violentia, & secundum naturam, & secundum naturam quidem, in quo manent non violentia, & feruntur, & in quem feruntur, & manent: in quo autem violentia, & feruntur violentia: & in quem violentia feruntur, violentia & manent. & si hic motus est violentus, contrarium eius erit naturale. Aristot. pri. de celo, tex. 76. char. 286.
 Corporum motuum diuersitas non est secundum approximationem, vel remotionem, sed ob diuersitatem formæ substantialis. Aristot. pri. de celo, text. 8. r. c. 268.
 Corporis circulariter moti, idem est locus, in quem incipit moueri, & quiescere. Aristot. pri. de celo, tex. 100. c. 276.

Corpus motum, si non habet grauitatem naturalem, impossibile est, vt moueatur, aut ad medium, aut a medio. Arist. 3. de celo, tex. 26. c. 340.
 Corpus aliquod, si mouetur non habens grauitatem, nec leuitatem, necesse est vi moueri. Arist. 3. de celo, text. 26. ch. 340.
 Corpus, quod mouetur ad suum locum, non mouetur nisi ad suum simile. Arist. 4. de celo, su. 2. r. cap. 2. tex. 23. c. 376.
 Corpus, quod in se habet plus aeris, quàm terræ, & aquæ, in aqua lenius est, in aere grauius, aeri enim non supereminet, aquæ supereminet. Arist. 4. de celo, sum. 2. cap. 2. tex. 30. c. 370.
 Corpus, quod mouetur superius, leue est, & semper sursum: quod vero in contrarium, graue, & semper deorsum: quæ vero diuersa ab ijs, habentes autem sese sic ad inuicem, vt hæc simpliciter, & sursum, & deorsum feruntur. Quapropter aer, & aqua habent grauitatem, & leuitatem vtraque aqua, præter terram, omnibus substat aer, præter ignem, omnibus supereminet. Arist. 4. de celo, sum. 2. cap. 4. tex. 36. c. 373.
 Corpora latitudinem habentia, quia multum comprehendunt, supra manent, quia non facile distrahitur, quod maius est. Quæ non habent latitudinem, contra; quia facile diuiduntur, & in aere facilius quam in aqua, & quoniam grauitas habet quandam virtutem, secundum quam fertur deorsum, & continua, vt non distrahantur, hæc oportet inuicem comparare. Si enim excedat virtus grauitatis eam, quæ est in continuo ad distractionem, vim feret deorsum velocius si debilior sit, sup natabit. Arist. 4. de celo, su. 3. cap. 17. tex. 45. c. 376.
 Corpus vehementissimum est, quod citissime fertur, percutit enim maxime ob velocitatem, & ad plurimum pertransire natum est, quod per omne ire maxime potest: tale autem est, quod subtilissima, & spiritus naturalis est. Arist. meteo. 2. su. 3. cap. 2. c. 525.
 Corpus capite detracto progredi non temere credi potest. Arist. de part. ani. 3. cap. 10. tex. 3. c. 495.
 Corpus, quod mouetur instrumentaliter, & vt vbi, est principium, ibi sit finis, vt commissura ossium: hic enim connexum, & concuuum, hoc quidem principium, illud finis. Vnde aliud quiescit, aliud mouetur: ratione diuersa existentia, magnitudine inseparabilia. omnia enim pulsu, & tractu mouentur. Quapropter oportet, vt in circulo, manere aliquid, & hinc incipere motum. Arist. 3. de ani. su. 2. cap. 2. tex. 55. c. 667.
 Corpus omne progressiuum, si non habet sensum, corrumpetur vtiq; & ad finem non perueniet in naturæ opus. Arist. 3. de ani. su. 3. cap. 1. tex. 60. c. 669.
 Corpora humana tardiora, debilioraque se sentiunt, cum austri afflant, quia multum ex paucis tunc redunt dat humoris, quem deliquescere tepor coegit, & ex leui afflatu grauis humor citatur, adeo quod vires nostræ conditæ in articulis sunt, qui austriis laxari statibus consueuerunt. Arist. prob. sec. 1. q. 24. 339.
 Corpus locis æqualibus, quam inæqualibus magis fatigatur: ocyus autem iter æquale, quam inæquale conficitur, quia minus laboris est, cum motus non semper eodem habitu agitur, quod ingressu inæquali potius fit. ocyus enim ingredimur, vbi minus contra naturam mouemur. Ergo per locum æqualem parce, & frequenter, & ponitur, & attollitur, per inæqualem cõtra. At ratio attollendi est contra naturam: vi namque omnem attollendi vsu exequimur. Quod autem per singulos gradus paulatim redditur, id multum per multos demum exultat. Arist. prob. sec. 9. q. 10. c. 398.
 Corpora, quæ feruntur, cur vbi alicui occurrerunt, resilire partem in contrariam solent, quam sua parte naturæ ferri cogantur, nec nisi ad similes angulos resultare solent. An quod non solum eo feruntur impetu, quo pro sua parte ferri aptissima sunt, verum etiam illo, quæ

mittente proficiunt. Suus igitur cessat cuique impetu, cum suum ad locum perueniunt: omnia namque requiescere solent, vbi in proprium locum sese contulerunt. Sed externo illo impetu necessitas oritur amplius mouendi: quod cum in partem priorem effici nequeat, quia re prohibetur obiecta, vel in latus, vel in rectum agi necesse est. At oia in angulos resiliunt similes, quoniam eodem ferri cogantur, quo motus ducatur, quæ is dedit, qui miserit: eo autem, vt angulo, vel aqua, vel recto ferantur, omnino incidit. Cũ ergo quod retorserit, veteret, quo minus directe motus agatur, pariter & rem quæ fertur, & eius impetum nimirum prohibere potest. Vt igitur in speculis extremum lineæ rectæ, quo se aspectus coniecerit, idem refrangitur, ita in his, quæ feruntur, fieri ex aduerso solet, quippe cū angulo tanto retorquantur, quanto vertex constiterit. Ita enim intelligendum est, vt transferri simul & angulus, & delatio debeat: quo facta in angulos resultare similes esse necessarium palam est. Arist. probl. sec. 16. q. 13. char. 503.
 Corpora quibusdam falso contrarijs, in corporeis facultatibus agunt, & patiuntur. Alex. aphr. de sen. & sen. ex sec. 3. co. 3. c. 15. col. 3.
 Corpora crescent solo corporeo addito, & minuuntur corporeo diminuto. Alex. aphr. de sen. & sen. ex sec. 3. co. 3. ch. 16. col. 2.
 Corpus omne colores suscipere potest, plus autem, & minus iuxta perspicuitatem, quam obtinet. Alex. aphr. in 1. de ani. cap. 13. c. 35. col. 4.
 Corpora, vt corpora, terminantur superficie, qua vero ratione perspicua, colore. Alex. aphr. in 1. de ani. cap. 13. c. 35. col. 4.
 Corpus omne, qua corpus, mobile est. Alex. aphr. in pri. natur. q. cap. 1. c. 1. Idem Alex. 11. metaph. cap. 20. ch. 291. col. 1.
 Corpora contracta in seipsa non ideo ostendunt corpus per corpus permeare, quia, quod contrahitur meat, adhuc existens in propria substantia, in minoremque molem deducitur, aut ab aliquo, aut ab ipso, & hoc faciunt alicuius secretionem. Alexan. aphrod. in 2. nat. q. cap. 2. char. 8.
 Corpus omne quod mouet mouendo etiam mouetur. Them. in 8. phy. tex. 20. c. 59. col. 1.
 Corpus omne mouetur in locum, quem etiam incolit, & in illo quiescit. Simp. in 4. phys. cor. proce. char. 185. col. 1.
 Corporum, quorum vnum alteri coheret, & attiguum est, inuicem agunt, & patiuntur, & mouentur, vt imperfectum ad perfectum. Simp. in 4. phys. cor. tex. 49. c. 216. col. 2.
 Corpus, & si non ponatur immobile, vel spacium locus, nihil tamen prohibet, quin celestia moueantur secundum locum. Simp. in 4. phy. c. 229. col. 2.
 Corpora eiusdem speciei ad idem feruntur. Simp. in pri. de celo, tex. 59. com. 39. c. 38. col. 3.
 Corporis circulariter moti, idem locus, & principium, & finis est motus. Simp. in 1. de celo. tex. 100. com. 97. ch. 44. col. 2.
 Corpora, & si inuicem transmutantur, non ideo propter hoc mundi aliquæ partes corrumpuntur. Simp. in 2. de celo. tex. 1. co. 1. c. 55. col. 2.
 Corpus omne circulariter mobile circa totius centrum mouetur, at epicycli, astræ, & eccentrici, cum particularia sint, mouentur circa mundum non proprio motu, sed motu spheræ ipsa ferentis. Simp. in 2. de celo. tex. 71. com. 46. c. 77. col. 1.
 Corpus solum, & natura, & contra naturam moueri contingit, animal enim viuensum ex anima, & corpore constans motu proprio mouetur. Psel. in 8. phy. c. 67.
 Corpus omne, vt est corpus a sensibilibus qualitatibus patitur, & agente fin vtrunque patiente. Ioan. gram.

in 2. de ani. tex. 121. c. 71. col. 3.
 Corpus omne per partes operatur. Io. gram. in 3. de ani. tex. 144. c. 77. col. 3.
 Corporis pars, quanto augmentatur magis, tanto magis augmentatur eius potentia. Auer. in phy. 3. tex. 42. ch. 49. col. 1.
 Corpora ideo mouentur ad sua vltima propria, vt perficiantur per illa, & vt tangant illa. Auer. in phy. 4. te. 36. c. 64. col. 1.
 Corpus, quod mouetur non in continente, sed circa quiescens aliquod tantum, est illud, cuius motus non est per accidens extrinsecus a natura, & hæc est corporis rotundi dispositio. Auer. in phy. 4. tex. 43. c. 66. col. 4.
 Corpus omne mouetur ad locum proprium, quia vltimum corporis continentis, conuenit cum vltimo rei motu. Auer. in phy. 4. tex. 48. c. 68. col. 1.
 Corpus omne, quod mouet aliud corpus, notum est per se non mouere ipsum, nisi moueatur cum eo in tempore, in quo mouet ipsum. Auer. phy. 7. tex. 4. char. 141. colum. 2.
 Corpus impossibile est, vt moueatur in loco, absque eo, quod moueatur essentialiter. Auer. phy. 8. tex. 35. ch. 170. col. 3.
 Corpus quod non est, non mouetur. Auer. phy. 8. tex. 85. c. 196. col. 2.
 Corpus agit in corpore per totam suam potentiam, quæ diuiditur per suam diuisionem. Auer. 2. de celo. tex. 42. c. 59. col. 1.
 Corpus non mouet corpus, nisi tactu. Auer. 2. de celo. tex. 71. c. 68. col. 2.
 Corpus non mouet, nisi moueatur. Auer. 3. de celo. su. 1. tex. 20. c. 87. col. 3.
 Corpora oia liquida sic intrant vasa, vt exeat aer intrante liquido. Auer. 3. de celo. tex. 54. c. 100. col. 1.
 Corpus, quod est primum alterans, componitur ex alterante, quod non alteratur, anima scilicet, & ex alterate alterato, scilicet calore naturali. Auer. 2. de ani. tex. 50. c. 136. col. 4.
 Corpus omne, quod mouetur circulariter, motus eius componitur ex attractione, & ex pulsione. Auer. 3. de ani. tex. 55. c. 183. col. 3.
 Corpus agit dum mouetur; quia corpus per seipsum non est agens principium, & ideo indiget motu, quo moueatur ad formam, quæ fiat agens principium, & sic indiget instrumentum, quod formam motus accipiat. Alb. mag. in 6. princ. c. 69. col. 1.
 Corpus omne est mobile, non tamen omne corpus physicum est quiescibile. Alb. mag. in 1. phy. tract. 1. cap. 1. c. 1. colum. 1.
 Corpus mobile prout motui subijcitur, est subiectum physices in communi, id est, quod motui subijcitur. Alb. mag. in 1. phy. tract. 1. cap. 3. c. 1. col. 4.
 Corpus mobile potest considerari in se, & absolute, vt in physicis: vel ad materiam contractam, & sic est corpus simplex, & compositum, & simplex, vel ad situm tantum, vel ad formam, de quo in libris de generatione, ad situm autem, vel secundum se, & sic in lib. de celo, & mundo, quod vel consideratur secundum quod habet ordinem ad formam, & sic, vel vt cognoscamus impressionem, quam corpora coelestia relinquunt in elementis, & in mixtis corporibus, quod vt cognoscamus scire debemus habitudinem, quam habet ad locum generationis impressionum illarum, de qua debet tractari in quodam lib. de longitudine, & latitudine ciuitatum, & de locis habitabilibus: vel de impressionibus, de quibus debet agi in libro, qui dicitur de causis proprietatum elementorum, & planetarum. Alb. mag. in phy. tract. 1. cap. 4. c. 2. col. 2.
 Corpus mobile commissum dupliciter consideratur: vel vt est in via commissionis, & sic in materia: vel vt constitutum in specie, vel genere in esse mixti, & hoc vel

animatum est, vel inanimatum, de inanimato agitur in mineralibus, de animatis autem primo agendum de principio, quæ est anima; deinde de principium. Scientia autem de anima duas habet partes, nam aut est de ipsa anima, & potentijs, vel partibus eius de quibus in libro de anima, vel de operibus animæ, quæ habet in corpore; & sic anima, vel operatur secundum se, quæ est vita, & de hac agitur in libro de causa vitæ, & eius longitudine: vel operatur per potentias, quæ sunt vegetabiles, sensibiles, intellectuales; vegetabiles sunt nutrire, augere, & generare, de auctione, & generatione, actum est in libro de generatione, & de nutrimento agitur in libro, qui de nutrimento inscribitur. Sensibiles duæ sunt partes: mouere secundum locum, & sentire: & sentire, vel consideratur, quod sensus egreditur, & ingreditur in animal, de quo in libro de somno, & vigilia; vel secundum comparationem sensus ad sensibile, de quo in libro de sensu, & sensato, vel secundum reditum ex specie sensibili seruata apud animam in rem prius acceptam in sensu, de quo in libro de memoria, & reminiscencia. Secundum locum consideratur in libro de motibus animalium, qui sunt, vel loci mutatio, vel dilatatio, vel restrictio, de intellectu agitur in libro de intellectu, & intelligibili. Alb. mag. in prim. physicorum, tractat. 1. cap. 4. char. 2. col. 2.
 Corporis mobilis consideratio pertinet etiam ad cognoscendum corporis vegetabilem, & sensibilem potentiam, cuius differentia tractantur in libris de vegetabilibus, & animalium differentia tractantur in libris de animalibus, qui liber est finis scientiæ naturalis. Alb. mag. in 1. phy. tract. 1. cap. 4. c. 2. col. 3.
 Corpus animalis a calore naturali mouetur, iuxta Galeni opinionem, qui tamen calor naturalis naturaliter alia pars animalis est. Alb. mag. in 1. phy. tract. 1. cap. 1. char. 81. col. 4.
 Corpus animalis, & si mouetur motu caloris naturalis, non est tamen per se, & primo totius, sed per accidens. Albert. magna. in 7. physicorum. tractat. 1. capit. 1. ch. 81. col. 4.
 Corpus, si consideratur eius motus, vt mouetur ab anima, mouetur natura: si vt in relatione ad elementa ex partibus materialibus, ex quibus componitur, aliquando naturaliter mouetur, aliquando non naturaliter, seu extra naturam. Alb. mag. in 8. phy. tract. 2. cap. 3. ch. 96. col. 1.
 Corpus, quod mouetur motu circulari, est incorruptibile, & quod mouetur motu recto, est corruptibile. Alb. mag. in 1. de celo. tract. 1. cap. 1. c. 1. col. 1.
 Corpus nullum mouetur ab alio corpore, nisi sit tangens illud, vel infixum, vel infusum aliter. Alb. mag. in 1. de celo. tract. 3. cap. 5. c. 15. col. 3.
 Corpus actu generari potest ab eo, quod est in potentia corpus. Alb. mag. in 3. de celo. tracta. 1. cap. 8. char. 47. colum. 4.
 Corpus indeterminati motus, & regularis indiget aliquo dirigente, & regulante, & iretur in infinitum, nisi esset corpus celeste regulare. Alb. mag. in 1. meteor. tract. 1. cap. 4. c. 78. col. 3.
 Corpora omnia rectarum dimensionum mouentur ad loca sua, vt ad generationis ipsorum principium aliquod, vel ad aliquod principium conseruationis ipsorum, ideo oportet scire naturam locorum, & causam diuersitatis ipsorum. Alb. mag. de nat. loc. dist. 1. cap. 1. c. 92. colum. 3.
 Corpus omne, quod per seipsum aliquo mouetur motu, animatum est, vt in plantis est principium, quo nutritur, augentur, & generantur, igitur principium illud est anima. Alb. mag. de veg. lib. 1. tract. 1. cap. 9. char. 124. col. 3.
 Corpus, si accipitur sub forma mobilitatis solum, sic abstra-

abstrahit a mobili ad situm, & a mobili ad formam, & a figura recti motus, & a figura motus circularis, & huiuscemodi motus addibilis est in velocitate additioni temporis, & addibilis in tarditate ad diuisionem spacij; & ex illa parte sequitur diuio in infinitum etiam corpus physicum, vt & corpus mathematicum: aut quod subijcitur in corpore sic mobili non est constitutum tribus dimensionibus, quæ per tres fiunt diametros, sed potius, quod aptitudinem habet extendi tribus diametris; hoc autem est substantia, in qua fundatur secundum esse mensuræ diametrorum, & non ipsa dimensio est, quæ habet huiuscemodi aptitudinem, & sic huius corporis principia, sunt principia substantiæ, quæ sunt cunctorum corporum principia. Alb. mag. in 1. metaph. tract. 4. cap. 1. ch. 65. c. 3.
 Corporalis vis nulla potest agere per se, nisi in rem corporalem. D. Thom. in Periher. c. 14. col. 4.
 Corpus mobile non est subiectum philosophiæ naturalis: quia in philosophia naturali probatur omne mobile esse corpus, & nulla scientia probat suum subiectum. D. Tho. in 1. phy. lect. 1. tex. 1. c. 1. col. 2.
 Corpori, quod circulariter mouetur, debetur locus non secundum totum, sed secundum partes. D. Thom. in 4. phy. lect. 7. tex. 43. char. 52. col. 4.
 Corpora omnia mobilia sunt, & si non in alijs motibus, saltem motu locali: quia omnia sunt in loco. D. Tho. in 4. phy. lect. 23. tex. 130. c. 70. col. 2.
 Corpus omne, quod suscipere potest impressionem alienam, habet aliquid sibi proprium, & naturale, non autem omne corpus potest extraneam impressionem accipere, vt sic posset naturale impressionem habere. D. Thom. in 1. de celo. lect. 4. tex. 13. char. 4. col. 4.
 Corpora inferiora si mouentur a corporibus superioribus, non est motus violentus, sed naturalis: quia in corporibus inferioribus est aptitudo; vt sequantur motiones superiorum corporum. D. Thom. in 3. de celo. lect. 7. tex. 28. c. 61. col. 1.
 Corporis solidi motus maxime disgregat aerem. D. Tho. in 1. meteor. lect. 5. char. 19.
 Corpus nullum directe agere potest in id, quod nullo modo est corporeum. D. Thom. in 3. de ani. lect. 4. tex. 15. c. 5. col. 2.
 Corpus mobile consideratur dupliciter. Vno modo simpliciter, & absolute sine contractione ad hunc motum vel ad illum; & de hoc in physicis est consideratio. Alio modo consideratur, vt contractum, & secundum diuersos contractionis modos diuersam habet considerationem in reliquis libris naturalibus. Si ad situm, in lib. de celo: si ad formam est commune, in libris de generatione, & corruptione: si ad generationem elementorum, in libris meteororum: si de generatione mixtorum, in de mineralibus: de animatis in communi, dicitur in libro de anima: de animatis anima vegetabili, in vegetabilibus, & plantis: de animatis anima sensibili, in libro de animalibus. Alex. de Ales in 1. metaph. char. 1. col. 3.

Corpori, quid bonum, & quid sanitatis, & egritudinis causa est.

Corporibus animalium cum inest æqualitas, semper animalia sunt sana: cum exeunt ab æqualitate, in graues incidunt infirmitates. Aristot. de caus. & propriet. element. cap. 1. char. 953.
 Corpus, cui conciliamus valetudinem, non densum, sed rarum reddendum est, quia sanitati est opportunius. aut enim nullum existit recrementum, vel quod extiterit, quam primum excernat, danda est opera. Arist. problem. sect. 1. q. 54. char. 349.
 Corpus ita est regendum, vt simulatque excrementum admittit, habeat, qua parte illud excernat, sitque mo-

tui deditum non quieti. Quod enim manet, putrescit, vt aqua in motu, & putrescens morbum committit: at quod excernitur, antequam vitietur, decedit. Arist. problem. sect. 1. q. 54. char. 349.
 Corpore nudo, in Sole non est ambulandum; spissatur enim caro, & concalescit, corpusque parte interiore humidius redditur: quantum enim humoris residet, aboletur; & quantum intestinum est, manet intactum. nec pectore nudo ambulandum est. Aristot. problem. sect. 1. q. 54. char. 349.
 Corpus si assidue fluat, effluxusque ipse de excrementis proueniat, corpus tamen leuari nequit, nisi sudauerit: quia minus excernitur, quam satis sit. Arist. problem. sect. 2. q. 22. char. 357.
 Corpore turgente, nisi res urgeat, nec concumbere, nec euomere, nec sternuere, nec flatum emittere oportet: quia cum non turgemus similes stirpibus terræ simus, quibus euulsis, aut alterum conuellitur quippiam, aut aliquid abscissum relinquitur. quod autem cum extrudi debet, minutum remanserit, dolorem diutius id omne mouebit: & si quid alienum commotum est, id cum sua sede priuatur, dolorem creabit. Quæ causæ ipsi vsu eueniunt, qui cum non turgent, aliquid faciunt ex his, quæ modo retulimus. Aristot. problem. sect. 4. q. 9. char. 384.
 Corporibus lassis euomendum precipue est, cum tamen vomitus sit laboriosus: quia lassitudo collisis ossibus, aut pressatis, aut fatigatis, maxime cõsequi solet; quos effectus patiuntur intrinsecus, aut extrinsecus: idque bifariam: aut cum carnis copia vires exuperat ossium, aut cum frequens corpus se cætero corpori miscuit, quo locum sibi obtinere apte non possit, quale genus excrementorum est. Pondera enim quæcunque extrinsecus corpori applicentur, laboriosiora sunt, quam ipsa corporis membra, etiam si pondere leuiora illis esse contingerit. Argumentum, quod qui plus æquo, vel eederint, vel biberint, hi minus quamuis laborauerint, quam ieiuni, grauius tamen fatigantur, quoniam cibibus locum suum non obtinet, vt qui adhuc maneat cridus. & cum fatigatio macerer, & colliquefaciat, colliquamentum autem non nisi excrementum sit, hoc est, quod lassitudinem mouet, dum temere vagatur, occurrat que ossibus, & neruis, & intimis carnis, quæ rara, soluta, & patefacta substant. Vomitus igitur cum id extrudat, quod fatigationem inducit, merito hominem recreat, ac liberat a lassitudine: corpus enim quale fuerit a principio, tale restituit. Elaxat autem vomitus, non nimij motus ratione, sed si ita fuerit, vt non plene agatur. Copia enim ciborum, quæ in ventriculo remanserit, & excrementa, quæ his incidant cibis, faciunt vt lassitudo vomitum consequatur. Arist. problem. sect. 5. q. 7. char. 396.
 Corpora, quæ modice constant, temperataque sunt, & in morbum sapius incidunt, & facilius curantur: quia quod modicum est, est æquabile: quod autem æquabile, id compatibilis est: & malum, partibus omnibus commune est, & cum se in partes diuidat, facilius curatur. & immodicum, quia rem cum partibus communem non habent, difficilius curatur, & minus ægroat. Arist. problem. sect. 5. q. 12. c. 402.
 Corpore inflexo cubare melius est, quod etiam Medici plerunque præcipiunt; quia uenter cum recalescit, concoquere melius potest, & sic fit vt recalescat: & locum flatibus dare, in quem incumbant & innitantur, oportet: ita enim minime infestabunt. hinc enim, & varices, & cæteri abscessus iuuant, quod ventriculos continent, in quibus flatum recipere queunt, ergo corpore extento, cauerna nulla eiusmodi adigi potest: omnem enim locum viscera continent: inflexo aut, singula laxantur, & sinuantur. Arist. probl. sect. 6. q. 3. c. 409.
 Corporis nostri membra, cur in vtribus inflatis obtenta

ta doleant? utrum propter pressuram aeris, an quia per vim aer retinetur, stipaturque; foras verus suapte natura vndique impetens, nimirum ad id corpus entit, quod mediū cōtinet. Arist. probl. sec. 25. q. 1. c. 572.

Corpus cum assidue fluat, defluxusque ab excrementis proficiscatur, cur leuari non potest nisi sudet? quia nō satis fecerni sic potest, diutius tamen fecernitur. Cum enim ex humore mutatur in aera, plus oritur ex minori: plus namque quod fecernitur est. quare tpe ampliori fecerni necesse est. Arist. probl. sec. 37. q. 1. c. 658.

Corpus viget a trigesimo anno, vsque ad 35. animus vero vsque ad 47. Arist. rhetor. 2. char. 102.

Corporis bona sunt robur, forma, bona valetudo. Arist. rhet. ad Alex. cap. 1. char. 182.

Corpori auxilium necessarium fit a feruis, & bestiis mansuetis. Arist. polit. 1. cap. 3. char. 445.

Corpora sana per multos ferunt errores: valetudinaria autem facile succumbunt, sic & rerum publicarum status, si deterimī sunt, facile subuertuntur; si boni, non ita facile. Arist. polit. 6. cap. 6. char. 705.

Corporis cum tres sint simplices materiae, non sic tres sunt morbi simplices, sed plures. duplex enim in quolibet materia genus est ægotandi, videlicet cōtinens, & intermit tens, quia nō tantum ex materijs morborum discrimina oriuntur, sed et ex locis. calida enim, & tenuis materia febrem acutam, breuem, & ardentem efficit: frigida, & crassa, longam, & hebetem. & locus, si amplus sit, multam sumit materiā: si angustus, febrem imbecillam creat, & diurnam, & sic si locus, & materiam coniuxeris, numerum omnium febrium comperies, quas putrens materia contrahere potest. Si enim in amplis conceptabilis, id est venis, & arterijs flava bilis putrescit, quoniam calida est, febrem ardentem, acutam, breuem accendit, quæ Ardor appellatur. Si pituita frigida in paruis venis, & arterijs cuti propinquis putreat, febrem imbecillam, & longam mouet, cui nomen Quotidianæ inditum est. Esti flava bilis in paruis venis, & arterijs putret, febrem creat, diurniorem tamen, quam Ardor, quam Tertianam appellamus. Si pituita in amplis putret conceptaculis, febrem excitat Quotidianam aliquando breuiorem. & sic si atra bilis amplioribus venis, putrescat, breuem agit Quartanā, & si in paruis, diurnā; accedit enim, ut simul, & materia frigida, crassaque immutari difficilis sit, & locus arctior obstat, ne bilis tota simul deuri possit, & absumi. Alexand. Aphrod. problem. 1. 83. char. 692.

Corporis nostri materiae cur sint quatuor, & omnes putrescunt, cum tria tantum sint febriendi genera? quoniam sanguis naturæ familiarior est, alimentum supereditat corporis. hic si abundat, repletionem tantum creat: si putreat, non est amplius sanguis, ut qui recalcenscens in flauam incidit bilem, at reliquæ omnes materiae si superant, vicia per cutem maxime pariunt, ut vlcera, quæ herpes a serpendo appellantur, ut cæcri, vitiligines: sed si putreat, febrem excitare consueverunt. Alex. Aphr. probl. 1. 85. char. 694.

Corporis bonum est valetudo bona, quæ circa primorum corporum, e quibus hoc constat, temperamentum versatur. Alexand. Aphrod. in 2. de anim. cap. 43. c. 53. col. 2.

Corpus melius est anima irrationali, & vegetatiua. Ioan. gra. in pri. de ani. tex. 14. c. 10. col. 2.

Corpus, ut caeleste.

Corpus caeleste est quædam substantia, alia a substantia corporum, quæ hic sunt, diuinior, & prior omnibus. Arist. pri. de celo. tex. 13. char. 248.

Corpus caeleste ingenerabile, incorruptibile, inaugmentabile, & inalterabile est: omne enim quod fit, fit ex

contrario, & in contrarium corrumpitur. at celo nihil cum sit contrarium, restat, ut ingenerabile, & incorruptibile sit. Arist. pri. de celo. tex. 20. c. 250.

Corpus coeli totum cur non mouetur vno motu? quia necesse est manere aliquid corporis lati circulo, id inquam, quod in medio existit: illius autem nullam possibile est manere partem, nec omnino, nec in medio. Arist. 2. de celo. su. 2. cap. 2. tex. 17. c. 297.

Corpora circularia plura sunt, quia necesse est esse generationem, quæ generatio est, si ignis, & alia elementa, & terra: hæc autem, quia necesse est manere aliquid semper, si & mouere aliquid semper oportet. Arist. 2. de celo. su. 2. cap. 2. tex. 21. c. 298.

Corpus primum, quod in extrema est circulatione, sphericum est, quod circulari circumfertur latione. Arist. 2. de celo. su. 2. cap. 3. tex. 26. c. 299.

Corporibus primis nihil est, quod sit præter naturam, nec ergo in potentia erit, neque remissio, nec intensio: si enim intensio fuerit, & remissio. Arist. 2. de celo. su. 2. cap. 5. tex. 38. c. 304.

Corpora caelestia non faciunt harmoniam. Aristot. 2. de celo. su. 3. cap. 2. tex. 52. c. 309.

Corpus caeleste perpetuum est, & finem motus non habens loco, semper est in fine; hæc autem corpora omnia finitis distant distantis ab inuicem. Arist. meteor. pri. su. pri. cap. 2. tex. 1. c. 453.

Corpus caeleste, quod sursum est vsque ad Lunam, est alterum ab igne, & aere, quinimo, & in ipso, hoc quidem purius esse, illud minus sincerum, & differentias habere, & maxime quæ desinit ad aera, & ad eum, qui circa terram mundum. Arist. meteor. pri. sum. pri. cap. 4. tex. 1. c. 456.

Corpus caeleste cum fertur circulo, & corpora, quæ in ipso sunt, id, quod propinquum est, semper inferioris mundi, & corporis motu disgregatum accenditur, & facit caliditatem. Aristotel. meteor. prim. sum. 2. cap. 4. tex. 1. c. 457.

Corporis diuini, & corruptibilium, diuersa est materia. Alex. Aphrod. in pri. nat. quæst. cap. 10. char. 3.

Corpus, quod circulatione æterna mouetur nullius desiderio alio mouetur, nisi, ut quam primum æternam, immobilemque substantiam desiderat, & ei assimilatur quantum potest. & ei assimilatur per motum æternitatem, & regularitatem motus; quieti autem, quia semper circa idem est. Alexand. Aphrod. in prim. nat. quæst. cap. 25. c. 6.

Corporea omnis substantia, & æterna, generabilis, & corruptibilis a prima substantia æterna inamobili, & incorporea prospicitur. Alexand. Aphr. in 1. natur. q. cap. 25. char. 6.

Corpus diuinum, & si per partes mouetur, totum tamen ut totum quiescit. Alexand. Aphrod. in 2. natur. quæst. cap. 25. char. 11.

Corpus diuinum aliquas differentias habere oportet. Alex. Aphrod. in 1. meteor. cap. 4. co. 13. char. 6. col. 2.

Corpus diuinum non simpliciter impassibile, sed secundum omnem mortalem difficultatem, vel imperfectionem impassibile est. motus enim aliqua passio est, a quo caelestia corpora non liberantur, nec non si recipere lumen in aliquo passibile, patiuntur recipiendo. Alex. Aphrod. in 1. meteor. cap. 4. co. 27. char. 9. col. 2.

Corpora circularia, & diuina non habent materiam, quæ contraria possit, ideo nec mouendo laborant. Alex. Aphrod. in 8. metaph. vel 9. co. 18. c. 243. col. 2.

Corpora caeleste non est in loco, quia extra coelum nihil est amplius. Them. in 4. phys. tex. 43. char. 37. col. 1.

Corpora caelestia, & si variis temporibus nequeant forma, & specie sua mutari, tamen non dedecet ea diuersis temporibus, diuersos variare locos. Themist. 12. metaph. c. 2.

Corpus, quod circulo fertur, non habere aliquid stabile impossibile

impossibile est. Them. 12. metaph. char. 25.

Corpora caelestia non suscipiunt contraria. Ammon. in præd. char. 51.

Corpus æthereum per solam substantiam actu est; quia nunquam secundum substantiam transmutabitur; participat autem aliqua potentia iuxta motum localem, & secundum mutationes suas differentes inter se secundum ipsum motum. Simpl. in 2. phys. tex. 3. c. 140. col. 2.

Corpora caelestia inferiora dum traducunt passionem in hæc sublunaria, non patiuntur, quia non sunt huius passionis susceptiua. Simpl. in 2. de celo. tex. 10. co. 2. char. 56. col. 2.

Corpus caeleste existens sibi ipsi continuum, ut neque extra habens aliquod, nullum habet intermedium. Simpl. in 2. de celo. tex. 36. co. 21. char. 65. col. 1.

Corporum caelestium materia diuersa est a materia generabilium corporum. Ioan. Gram. in 1. phys. c. 4. col. 3.

Corpora caelestia, & si earum materia non habet formam potentia, tamen cum materia iuxta suam rationem generaliter sit in potentia, penitus non sunt potestatis expertia. Ioan. Gram. in 3. phys. char. 52. col. 1.

Corpus caeleste secundum Pythagoricos, sonum efficit. Ioan. Gram. in 4. phys. tex. 56. c. 92. col. 4.

Corpora caelestia cum per vacuum motum habent, & alia pars cæli aliquam aliam vacui partem occupat. Ioan. Gram. in 4. phys. c. 103. col. 1.

Corpus caeleste caret potentia ad aliquam dispositionem, nisi potentia ad vbi. ideo istud subiectum caret potentia, & quia caret hoc subiecto, ideo caret forma, quæ sustentatur per hoc subiectum, & forma eius est libera ab hoc subiecto, & non habet constitutionem per corpus caeleste, sed corpus caeleste constituitur per illud. Auer. in phys. 1. tex. 63. c. 18. col. 4.

Corpora caelestia non habent materiam omnino, quia tunc essent generabilia, & corruptibilia, propter mixtionem priuationis cum materia eorum. Auer. in phys. 1. tex. 79. c. 21. col. 4.

Corpus caeleste, quod mouetur motu recto, non comprehenditur in hac disputatione, & ob id, quia non est declarata eius materia, ideo Aristoteles in lib. de celo prim. tex. 33. iterat hic quætionem. Auer. in phys. 3. tex. 48. c. 50. col. 2.

Corpus caeleste est sensibile sensu visus, non est tangibile omnino. Auer. in phys. 3. tex. 49. c. 50. col. 3.

Corpus circulare non est innatum tangere, cum sit completum per se, sed corpus rectum est innatum tangere, cum sit completum, & finitum per alterum. Auer. in phys. 3. tex. 74. char. 56. col. 2.

Corpora rotunda finiuntur per se, quia linea rotunda perfecta est per se; corpora recta finiuntur per aliud, quia linea recta est diminuta. Auer. in phys. 4. tex. 42. c. 66. col. 2.

Corpus caeleste quiescere potest, ut corpus, non ut tale corpus. Auer. phy. 7. tex. 2. char. 140. col. 3.

Corpora caelestia, in quibus inueniuntur motus plures vno, ut in planetis erraticis, mouentur ex alijs modo accidentali. Auer. 8. phy. tex. 52. c. 179. col. 1.

Corpora caelestia sunt materiae simplices, & formæ eorum sunt formæ non in materijs. Auer. phys. 8. tex. 76. c. 193. col. 2.

Corpus caeleste non componitur ex materia, & forma, sed simplex est, & forma ipsius non habet subsistere per ipsum, & ipsa est, quæ mouet ipsum, & in ipso non est forma materialis omnino. Auer. phys. 8. tex. 78. c. 194. col. 1.

Corpus caeleste, secundum Aristotelem, non potest ex se secundum suam materiam recipere transmutationem; quia non componitur ex materia, & forma, sed in ipso necessitas est in modo recipiendi, in motore in modo agendi. Auer. phy. 8. tex. 89. c. 196. col. 3.

Corpus circulare videtur vno modo posse recipere ad-

ditionem, & maxime ex sua concavitate. Auer. 1. de celo. tex. 12. c. 6. col. 1.

Corpus circulare infinitum esse impossibile est ex parte superficiei extrinsecæ. Auer. 1. de celo. tex. 12. c. 6. c. 1.

Corpus caeleste est primum corporum sensibile, & compositorum cum sit ingenerabile, & incorruptibile secundum partem, & secundum totum. Auer. 1. de celo. tex. 13. c. 6. col. 2.

Corporis caelestis natura est gloriosior his inferioribus; quia remotio duarum naturarum ab inuicem in substantia est, sicut remotio earum in loco. Auer. 1. de celo. tex. 14. c. 6. col. 4.

Corpus caeleste non est compositum ex materia, & forma, ut sunt quatuor corpora simplicia. Auer. 1. de celo. tex. 20. c. 8. col. 2.

Corpus caeleste non transmutatur in qualitatibus, quæ sunt per alterationem; illuminatio vero, & similia sibi ex qualitatibus, quæ non sunt per alterationem, non est impossibile. Auer. prim. de celo. text. 21. char. 8. col. 3.

Corpora caelestia conseruant elementa, & continent ipsa, & vniuersaliter sunt in eis quasi forma. Auer. 1. de celo. tex. 24. c. 10. col. 1.

Corpora caelestia si essent contraria elementis, corrumpere statim mundus totus. Auer. 1. de celo. text. 26. c. 10. col. 2.

Corpus caeleste nulli est elementum, ut ex nullo est elemento. Auer. 1. de celo. tex. 57. c. 20. col. 1.

Corpora caelestia videntur agere in inferiora, inferiora vero, & agunt, & patiuntur inuicem. Auer. 1. de celo. tex. 64. c. 31. col. 4.

Corpora caelestia sunt intelligentiæ, & animata secundum vniuersum. Auer. 2. de celo. tex. 3. c. 45. col. 4.

Corpora caelestia phantasiam habere putauit Auicenna, & in hoc errauit, quia haberent instrumentum sensus, & si haberent, esset eis propter salutem, & sic haberent occasionem. Auer. 2. de celo. tex. 37. c. 57. col. 2.

Corpus caeleste non est sensibile, sed ratione comprehenditur ex comprehensione stellarum; quia cum stellæ sentiantur circulariter moueri, quod non potest esse per se, & singulariter, necesse fuit, ut iste motus esset in corpore circulari. Auer. 2. de celo. tex. 47. c. 58. c. 3.

Corpus caeleste habet raritatem, & densitatem, quamuis æquiuoce dicantur in eo, & in elementis. Auer. 2. de celo. tex. 47. char. 59. col. 1.

Corpora caelestia habent communicationem, ut sunt corpora, cum elementis in diaphaneitate, & illuminatione, & obscuritate. Auer. 2. de celo. tex. 42. c. 59. col. 4.

Corpora caelestia non agunt frigiditatem, sed calorem similem vnicuique elemento. Auer. 2. de celo. tex. 42. c. 59. col. 4.

Corpus sphericum in rei veritate non est in loco. Auer. 2. de celo. tex. 51. c. 62. col. 3.

Corpora caelestia si facerent sonum, impossibile est, ut calor ad nos perueniat, qui fit ex motu eorum, & non perueniat sonus, qui fit ex isto motu. Auer. 2. de celo. text. 53. char. 63. col. 2.

Corpora caelestia sunt eiusdem naturæ specie. Auer. 2. de celo. tex. 59. char. 63. col. 1.

Corpora caelestia sunt plura indiuidua in specie. Auer. 2. de celo. tex. 59. c. 65. col. 1.

Corpora caelestia habent contrarietatem in se, quæ est inter naturam motoris, & moti, scilicet inter naturam eius, quod est actu, & eius, quod est in potentia & quæ est inter motorem, & motum, in istis corporibus tantum. Auer. 2. de celo. tex. 63. c. 66. col. 2.

Corpora caelestia habent proportionem terminatam. Auer. 2. de celo. tex. 63. c. 66. col. 2.

Corpus caeleste vnumquodque mouet motum proprium, & in velocitate propria. Auer. 2. de celo. tex. 63. char. 66. col. 2.

Corpus celeste in labore non esse dicendum est; quia orbis ultimus esset in labore, quod potentia moti ex eo addit supra potentiam suam naturam. Auer. 2. de celo. tex. 71. c. 68. col. 2.

Corpora celestia habent finitas potentias in qualitate, infinitas in tempore, scilicet, quia omne corpus celeste habet motum determinatum in velocitate, nec potest moveri tardius, vel velocius, & diuersatur in motu, secundum diuersitatem suæ naturæ, & in hoc conueniunt, quod sunt infiniti in tempore. Auer. 2. de celo. tex. 71. c. 68. col. 3.

Corpus celeste est simplex, non compositum ex materia, & forma; & forma, qua mouetur, non est materialis omnino. Auer. 2. de celo. tex. 71. c. 68. col. 3.

Corpus sphericum si poneretur in centro spheræ concavæ adamantæ, necessarium est, ut illud corpus esset in centro per æqualitatem attractionis. Auer. 2. de celo. tex. 90. char. 73. col. 4.

Corpus celeste non habet materiam, cum non habeat contrarium. Auer. 3. de celo. tex. 25. c. 90. col. 1.

Corpus celeste est simplex, nec compositum, & constat, nisi ex duobus, corpore mobili, & forma mouente. Auer. ex paraphr. 1. de celo. tex. 14. c. 131. col. 2.

Corporum celestium motus est causa efficiens generationis, & corruptionis elementorum secundum perpetuitatem æqualem, & circulationem. Auer. meteor. pri. cap. 1. char. 182. col. 2.

Corpus celeste esse differens secundum magis, & minus in diaphaneitate non est inconueniens. Auer. meteor. 1. cap. 3. c. 186. col. 4.

Corporum celestium virtus conseruatur in esse secundum omnes dispositiones, & omnes partes eius eodem modo. Auer. 2. de ani. su. 2. tex. 48. c. 136. col. 2.

Corporum celestium dispositio ad inuicem in creando entia, & conseruando ea est, ut dispositio regentium bonorum, quæ iuuant se ad inuicem ad regendam bonam ciuitatem. Auer. in 12. metaph. tex. co. 14. c. 154.

Corpus, quod circulariter mouetur, non mouetur, nisi in circuitu centri totius. Auer. in 12. metaphysic. tex. co. 45. char. 254.

Corpora celestia habent intellectum, cum sint comprehensua. Auer. epito. metaph. tract. 4. c. 182. col. 3.

Corpora celestia de partibus animæ habent tantum desiderium rationale. Auer. epito. metaph. tract. 4. c. 182. c. 3.

Corpus celeste componitur ex duabus naturis, ut generabilia, & corruptibilia; sed hæc naturæ in generabilibus sunt propter generationem, & corruptionem, in celestibus propter motum localem. Auer. de substant. orbis. cap. 1. char. 3. col. 1.

Corpora celestia mouentur ex se, & quod ex se mouentur, constat recipiente, & agente, quia omne motum habet motorem, & in quanto idem nihil potest esse motum, & mouens. Auer. de subst. orb. cap. 1. c. 3. c. 1.

Corporis ingentis, id est, celestis, & corruptibilis, id est, horum inferiorum eandem esse causas impossibile est. Auer. de subst. orb. cap. 1. char. 3. col. 1.

Corpora celestia non habent contraria, ergo ingenerabilia, & incorruptibilia, nec habent subiectum recipiens dimensiones prima receptione, ita ut formæ suæ per diuisionem sui subiecti diuidantur. Auer. de subst. orb. cap. 1. char. 3. col. 4.

Corpora celestia nihil habent, quo forma, qua est motus, differat ab ea, ad quam est motus, immo sunt eadem, & non differunt nisi in dispositione. Auer. de subst. orb. cap. 1. char. 4. col. 1.

Corporis celestis appetitus non est, nisi propterea quod corpus celeste est viuum per se, appetens per se non propter potentiam existentem in eo diuisibilem per eius diuisionem. Auer. de subst. orb. cap. 1. char. 4. c. 1.

Corporis celestis natura non est, nisi natura animæ mouentis in loco. Auer. de subst. orb. cap. 2. c. 4. col. 2.

Corporum celestium forma, & maxime ultimi continentis videtur, quod sit quodammodo anima propter appetitum existentem in eo, & propter mouere sit quodammodo intellectus, & forma simpliciter, per quam animal celeste componitur ex vno motore, & vno moto. Auer. de subst. orb. cap. 2. c. 4. col. 4.

Corpus celeste est quasi materia formæ abstractæ, quia est materia existens in actu, & in hoc tantum assimilatur materiæ, quia est materia fixa ad recipiendam formam, & ideo dignius dicitur subiectum, quam materia. Auer. de subst. orb. cap. 2. c. 4. col. 2.

Corpus celeste cum sit simplex, & non transmutabile ab aliquo extrinseco, non indiget in suo esse anima sensibili, aut imaginatiua, sed tantum indiget anima mouente ipsum in loco semper, & virtute, quæ non sit corpus, nec in corpore ad largiendum sibi permanentiam æternam, & motum æternum, qui non habet principium, nec finem. Auer. de substantia orbis. cap. 2. cha. 4. col. 3.

Corpus celeste habet vnam virtutem non tantum mouentem omnia, sed agentem, & conseruantem, ut dispositio in corpore hominis. Auer. de substantia orbis. cap. 2. ch. 4. colum. 3.

Corpus celeste communicat cum corporibus generabilibus, & corruptibilibus in hoc, quod est ex tribus dimensionibus, & quod est receptibile dimensionum, & quod vtraque substantia non est sine dimensionibus. Auer. de substantia orbis. cap. 2. c. 4. col. 3.

Corpus celeste componitur ex materia, & forma, ut dispositio in animalibus, & huius corporis celestis, & corporis animalis differentia est in alteratione, & conuenientia in accidentibus, secundum quæ non transmutatur substantia, ut motus localis diaphaneitatis, raritas, densitas. Auer. de subst. orb. cap. 2. c. 4. col. 4.

Corporis celestis illuminationis causa est diuersitas stellarum illius partis diaphani in actu ex orbe, quod patet in stellis, quæ eclipsantur, ut Luna. Auer. de subst. orb. cap. 2. c. 5. col. 1.

Corpora celestia forte largiuntur nobis calorem licet non sint calida in se. Auer. de substant. orb. capit. 2. char. 5. colum. 1.

Corporibus celestibus necessario insunt virtutes in actione, & passione infinitæ in tempore: passione quidem, quia sunt simplicia simpliciter: actione vero, quia suæ formæ non constituuntur per subiectum, & vtrunque in generabilibus, & corruptibilibus corporibus impossibile est. Auer. de subst. orb. cap. 3. c. 5. col. 4.

Corpora celestia, & generabilia, & corruptibilia conueniunt in hoc, quod actio, & passio in eis existentes sunt finitæ in se, & per hoc mouentur in tempore, & quædam sunt velociora quibusdam. & cum virtutes eorum motiæ non sint materiales, ideo recipiunt ex modo illo receptione infinita in tempore, non receptione finita, quia vero virtutes generabilium, & corruptibilium sunt materiales, ideo nullam infinitatem recipiunt. Auer. de subst. orb. cap. 3. char. 5. col. 4.

Corpus dicitur æquiuoce de generabili, & celesti. Auer. de subst. orb. cap. 5. char. 5. col. 4.

Corpus celeste non habet subiectum, nisi per motum localem tantum. Auer. de subst. orb. cap. 3. char. 6. c. 1.

Corporis celestis virtus necessario, nec est leuis, nec est grauis, non habens subiectum, nec contrarium, & necessario est anima non admixta materiæ, sed anima corporis æterni, ita ut ista anima non sit abstracta a corpore, & cum hoc separata ab ipso, in quantum istud corpus non indiget ipsa: quia est permanentis in se, ut dispositio in animalibus, quæ sunt cum virtutibus naturalibus, & ut illa anima sit in eo: quia omne motum ex se mouetur per virtutem existentem in eo. Auer. de subst. orb. cap. 4. char. 6. col. 1.

Corporis celestis motor est, nec corpus, nec potentia

in corpore, & est intelligentia abstracta. Auer. de subst. orb. cap. 4. char. 6. col. 1.

Corpora celestia absoluta sunt a materia. Auer. de substant. orb. cap. 5. char. 6. col. 2.

Corpus celeste licet sit finitum, est priuatio infinita, cum quies sit priuatio, non virtus. Auer. de subst. orb. cap. 5. char. 6. col. 2.

Corpora celestia non sunt eadem specie, plura vero numero, sed plura specie, ut indiuidua animalia diuersorum, licet non reperiat illius speciei, nisi vnum indiuiduum tantum. Auer. ex dest. dest. disput. 1. c. 11. c. 4.

Corpora celestia mouentur ad partes diuersas; quia in eo, quod sunt animalia, necesse est, ut moueantur ex partibus determinatis, ut ante, retro, dextrum, & sinistrum. At in animalibus sunt diuersa figura, & potentia; in corporibus celestibus sunt diuersa potentia. Auer. ex dest. dest. disput. 1. c. 11. col. 4.

Corpus celeste primum est vnum animal, cui determinauit natura, siue ad necessitatem, siue ad bene esse, ut moueatur secundum partes omnes suas ab Oriente in Occidens, alij vero orbis contrario mouentur motu. Auer. ex dest. dest. disput. 1. c. 12. col. 1.

Corporum celestium resolutiones imaginari est impossibile in ordinatione diuina: quia si mutarentur celestia, mutaretur id, quod est in mundo. Auer. ex dest. dest. disput. 2. c. 18. col. 4.

Corpora celestia animata sunt, nam animatum non regitur, nisi ab animato perfectiori anima, quam anima eius. Auer. ex dest. dest. disput. 3. c. 24. col. 3.

Corpora celestia sunt principia corporum sensibilibus immutabilium, quæ sunt hic, & specierum principia, aut sola, aut cum principio separato. Auer. ex dest. dest. disput. 3. c. 26. col. 3.

Corporum celestium principia non sunt corpora, nec principia in corpore, non corpora, quia sunt principia prima corporum continentia mundum, non potentia in corpore, quia omnis potentia in corpore apud eos est finita, diuiditur enim ad corporis diuisionem. Auer. ex dest. dest. disput. 3. c. 26. col. 3.

Corpus celeste in rei veritate est simile vni animali habens motum vnum vniuersalem, quia est motus diuinus, & motus particulares corporum celestium sunt similes membris vnius animalis particularis. Auer. ex dest. dest. disput. 3. char. 26. col. 4.

Corpora celestia ex eo, quod sunt simplicia, non recipiunt, nec paruitatem, nec magnitudinem. Auer. ex dest. dest. disput. 3. c. 28. col. 4.

Corpus celeste, licet sit simplex, tamen non est inconueniens, quod partes eius sint diuersæ natura. Auer. ex dest. dest. disput. 3. c. 29. col. 1.

Corpus celeste ex eo, quod non est corruptibile, indicat, quod materia eius sit corporeitas, quæ reperitur in actu: & anima, quæ est in ea, non habet situm in hoc corpore, quia non indiget in sua permanentia anima, ut indigent animalium corpora. habet enim animam celestia, non quod sit ex necessitate eorum, sed quia ex necessitate melius est, quod sint in dispositione meliori, & habentia animam sunt meliora non habentibus animam. Auer. ex dest. dest. disput. 4. c. 31. col. 3.

Corpus celeste est necessarium per aliud. Auer. ex dest. dest. disput. 10. c. 45. col. 2.

Corpora celestia non imaginantur, quia non indigent conseruatione. Auer. ex dest. dest. disput. 16. c. 53. c. 2.

Corpora celestia non habent de anima sensibilem, nec imaginatiuam, licet in aliqua similitudine anima eorum sit similis anime rationali, & eorum intelligibilia sunt substantiæ abstractæ a materia: quia quælibet anima eorum primo intelligit se, & suum esse, quod Dehaath appellatur. de secūdis vero intelligit Zobar, quod dedit sibi suum esse. Auer. de anim. beat. cap. 5. char. 66. col. 3.

Corpora celestia, iuxta Aristotelis opinionem, animata

non sunt. Boet. in Porph. c. 85.

Corpora celestia, Plato animata, ac rationalia esse confirmat. Boet. in Porph. c. 86.

Corpora superiora agunt in inferiora, & mouentur motu virtutis suorum motorum, & sic agunt motu, & actione motoris sui. Alb. mag. in sex. princ. c. 69. col. 2.

Corpora celestia superiora nobiliora sunt inferioribus. Alb. mag. in pri. de celo. tract. 1. cap. 5. c. 4. col. 3.

Corpus celeste nunquam quiescit; quia extra locum suum nunquam est, ut perueniat ad ipsum. Alb. Mag. in 1. de celo. tract. 3. cap. 10. c. 17. col. 4.

Corpus celeste agit ex stella, circulo, & essentia. Alber. mag. in 2. de celo. tract. 2. cap. 3. char. 29. col. 2.

Corpus celeste naturaliter mouetur, sed non naturaliter quiescit. D. Thom. in 2. physic. lec. 1. tex. 3. c. 19. col. 4.

Corporis celestis materia non est in potentia ad aliam formam. D. Thom. in 8. phy. lect. 21. tex. 79. c. 148. col. 1.

Corpora celestia quanto magis accedunt ad centrum, & recedunt a primo mobili, tanto velocius mouentur motu proprio. D. Thom. in 8. physic. lect. 23. tex. 84. c. 150. col. 2.

Corpora inferiora nihil patiuntur violentè, nec contra naturam, ex impressione superiorum; quia naturaliter apta sunt moueri a superiori corpore. D. Tho. in pri. de celo. l. 3. tex. 11. c. 4. col. 2.

Corpus graue propter eius materiam elongatum est a corpore celesti. D. Thom. in prim. de celo. lect. 18. tex. 31. c. 19. col. 1.

Corpora inferiora natura subiiciuntur superioribus. D. Thom. in 2. meteor. lect. 8. c. 115.

Corpora celestia licet quantum in ipsis esse habeant necessitatem, tamen effectus eorum in his inferioribus possunt deficere, vel propter indispositionem materiæ, vel propter animam rationalem, quæ habet liberam electionem sequendi inclinationes, quæ sunt ex proximo celesti, vel non sequendi, & sic sequitur, quod huiusmodi effectus contingenter eueniunt. D. Th. 6. metaph. lect. 3. tex. 7. c. 420.

Corpora celestia sunt hominibus potiora, siue comparemus corpus corpori, siue substantias mouentes animæ humanæ. D. Thom. ethic. 6. lect. 6. c. 105. col. 4.

Corpus ut naturale.

Corpus omne sensibile natura aptum est alicubi esse, & vniuersique est aliquis locus, & idem locus est partis totius. Arist. phy. 3. cap. 4. tex. 48. c. 67.

Corpus omne sensibile habet locum naturalem, & locum non naturalem, & in loco naturali quiescit, in non naturali mouetur, tendens ad naturalem, quæ proportio patet per præcedentes. Arist. phy. 3. cap. 4. text. 48. chart. 67.

Corpus sensibile secundum tactum est, quod grauitate, vel leuitatem habet. Arist. phys. 4. su. 2. cap. 2. tex. 58. c. 94.

Corpora omnia naturalia, & magnitudines, secundum se mobilia sunt secundum locum, natura enim motus principium ipsis esse dicimus. Aristot. prim. de celo. tex. 5. char. 246.

Corpus omne naturale necesse est semper habere motum. Arist. 1. de celo. tex. 57. char. 262.

Corpus sensibile omne, si habet virtutem actiuam, aut passiuam, aut ambas, impossibile est corpus infinitum sensibile esse; quia non potest, nec agere, nec pati. Arist. 1. de celo. tex. 68. char. 264.

Corpora omnia, quæ sunt in loco, sensibilia sunt. Arist. pri. de celo. tex. 69. c. 264.

Corpus sensibile nullum est non in loco. Aristot. pri. de celo. tex. 69. c. 264.

Corpora sensibilia, aut omnia, aut aliqua grauitatem habent. Arist. 3. de celo. su. 1. cap. 1. tex. 8. char. 334.

Corpus omne sensibile esse diuisibile, secundum quodcunque

etque signum, & indiuisibile, non est absurdum; hoc enim potètia diuisibile est, illud actu, esse enim vnde- quaque diuisibile potètia, impossibile videtur. Si enim est possibile, & si fiat non tamen vt sint simul ambo actu, indiuisibile, & diuisum, sed diuisum secundum quoduis signum. nihil ergo erit reliquum, & incorporeum corruptum erit ipsum corpus, & rursus generabitur, aut ex punctis, aut ex nihilo, & hoc quo erit possibile? Arist. 1. de gen. & cor. c. 2. tex. 9. c. 386.

Corpus sensibile existens, impossibile est esse cōtrarietate. Arist. 2. de gen. & cor. su. 1. cap. 1. tex. 2. c. 423.

Corporis pars nulla stupore tentatur, quæ neruo caret. Arist. de hist. anim. 3. cap. 5. c. 84.

Corpus omne naturale, vita participans, substantia est. Arist. de ani. 2. su. 1. cap. 1. tex. 3. char. 615.

Corpora omnia naturalia animæ sunt instrumenta, sicut animalium sic & plantarum, tanquam gratia animæ existenti. Arist. 2. de ani. su. 3. cap. 1. tex. 37. c. 624.

Corpus animatum bene diffiniri nequit sine anima. Arist. metaph. 5. cap. 12. tex. 35. char. 146.

Corpus naturale, nullum, nisi secundum substantiam transmutatur, ex alia natura, in aliam migrare potest. Alex. Aphrod. in 1. de ani. cap. 5. c. 32. col. 3.

Corpus omne naturale mouens vt corpus locali motu mouet, & ita, vt tangit. Alexan. Aphrod. in 2. de anim. cap. 29. char. 47. col. 1.

Corpus omne animatum naturale est. Alex. Aphrod. in 1. natur. q. 3. cap. 10.

Corporibus mortalibus per motum corporis diuini ingenta vis motus inest, primo enim igne participant, tandem diuini corporis potentia. Alexan. Aphrod. in 2. natur. quæst. cap. 3. char. 7.

Corpus omne naturale ingenitum instumque in se vim obtinet, aut calefaciendi, aut frigefaciendi, humectandi, siccandiue. Them. in 3. phy. tex. 42. c. 30. col. 3.

Corpora alia naturalia, quæ in se principium motus habent, vt terra, aqua, aer, ignis, & animalia. Alia non naturalia, vt lectus, & huiuscemodi. naturalia, alia viuunt, vt quæ per se aluntur, & crescunt: alia non viuunt, vt elementa, & lapides. Them. in 1. de ani. cap. 5. tex. 6. c. 70. col. 3.

Corpora naturalia aliorum corporum principia sunt. nam lectica, afferes, pessuli, fera, & demum omnia, quæ artificio quodam comparantur, comparatione naturalium, vicem accidentium obtinent. Them. in 2. de ani. cap. 2. tex. 3. char. 70. col. 1.

Corpus omne naturale, qua naturale, vnum solum locū habet, quo versus se agat, & referat. plantæ vero, & frutices simul in contrarias regiones nituntur, & cum augentur, & cum decrescunt, ramis sursum, radicibus deorsum. Them. in 2. de ani. cap. 8. tex. 12. c. 71. col. 2.

Corpus naturale nullum constituitur ex partibus attiguis. Ioan. gram. in 2. phys. char. 64. col. 3.

Corpora perfectiora, quæ perfectiorem vitam habent, etiam inferiores, ac deteriores potentias obtinent, vt homo, & rationalis anima, & vim appetendi, vegetandi, & reliqua obtinet. Simp. in 2. phy. c. 92. col. 1.

Corporibus naturalibus simul secundum locum maxime proprium. Simp. in 2. phy. tex. 21. c. 312. col. 1.

Corpus omne naturale habet motum, uel finitum, uel infinitum, & in loco mouetur, vel secundum totum, vel secundum partem, & a tempore metitur motum. Simp. in 3. phy. c. 134. col. 1.

Corpus omne sensibile, val graue, vel leue est. Simpl. in 3. phy. tex. 53. c. 172. col. 1.

Corpora naturalia, ideo non indigent requie; quia secundum suam naturam operantur. Simpl. pri. de celo, tex. 15. co. 15. c. 10. col. 1.

Corporibus naturalibus est substantiale, maxime secundum naturam moueri. Simp. in 2. de celo. tex. 19. co. 11. c. 60. c. 3.

Corporum naturalium, quorum motus sunt contrarii

horum quoque naturæ contrariæ sunt. Simpl. in 2. de celo, tex. 19. com. 11. char. 60. col. 3.

Corporis naturalis organici vitam potentia habentis, esse, duplex est; alterum, vt vitens, & mouens: alterum, vt id, secundum quod est vitale organum, & viuaciter motum. Simp. in 2. de anim. tex. 8. c. 25. col. 4.

Corpus naturalibus submittitur formis, & multo magis in eligibilibus, & omnes qualitates passiuæ vbi ab omni deciderint substantia, longe quoque ab intelligibilibus dilabunt. Simp. in 3. de ani. ex sec. 1. te. 6. c. 59. c. 4.

Corpus omne tangibile est, quod non est intelligendum de cœlesti: quia id est tangibile, quod secundum qualitatem, agendi potestatem habet. Simp. in 3. de ani. ex sec. 2. tex. 63. c. 84. col. 2.

Corpus, si per corpora recipitur, ac in eodem duo corpora essent, in cyatho pelagus reciperetur, ac maximum corpus a minimo reciperetur. Ioan. gram. in 4. phy. tex. 8. c. 76. col. 1.

Corpora non possunt se mutuo penetrare, non propter qualitates, sed quia spacium, & dimensionem habent. Ioan. Gram. in 4. phys. tex. 57. c. 99. col. 2.

Corpora naturalia inanimata, & si mouentur, non tamen in ipsis habent principium motus, sed ab aliis mouentur. Io. gram. in pri. de ani. tex. 19. c. 12. col. 2.

Corporis naturalis instrumentalis forma est anima, separata enim a corpore non amplius est corpus instrumentale, nisi equoce. Io. Gra. in 2. de ani. tex. 8. c. 37. c. 1.

Corpora generabilia, & corruptibilia habent materiam propter generationem, & corruptionem. Auer. de subst. orbis. cap. 3. c. 6. col. 1.

Corpora naturalia sunt tribus modis, alia sunt in loco essentialiter, vt recta, alia per accidens, vt rotunda, alia per partes, vt totus mundus compositus ex quinque corporibus simplicibus. Auer. in phys. 4. tex. 43. c. 66. c. 2.

Corpus omne naturaliter mouetur ad vltimum alterius corporis donec tangat ipsum, & illud corpus, ad quod mouetur est vniuersum cum eo. Auer. in physic. 4. tex. 48. c. 68. col. 1.

Corpora naturalia non diuiduntur in infinitum, vt sunt corpora naturalia. Auer. phys. 7. tex. 2. c. 140. col. 3.

Corporum naturalium motus in loco est ab eo, quod generat ipsa, vt de alijs accidentibus. Auer. phy. 8. tex. 31. c. 168. col. 1.

Corpus naturale impossibile est inuenire, cuius motus non sit naturalis. Auer. pri. de celo, tex. 81. c. 26. col. 3.

Corpora naturalia, quædam habere motum proprium, & quædam non, impossibile est. eodem enim modo sunt corpora naturalia, & impossibile est, vt illo modo inueniantur differentia contrariæ. Auer. 2. de celo. tex. 83. c. 72. col. 1.

Corpus naturale, quo propius est loco suo naturali, eo facilius suum exercet motum. Auer. ex paraph. 2. de celo, tex. 9. c. 142. col. 3.

Corpus, quod est vniuersale genus rerum sensibile, existit in sensibilibus. Auer. 3. de anima. text. 39. c. 180. col. 4.

Corpora omnia sensuum uarietati subiacent. Boet. in præd. chart. 167.

Corpus omne physicum est mobile, non tamen omne corpus physicum est quiescibile. Alb. Mag. in 1. phys. tract. 1. cap. 3. char. 2. col. 1.

Corpus nullum naturale in suo loco mouetur, sed potius cum est extra ipsum, ad ipsum mouetur, & in ipso quiescit. Alb. mag. in 2. phy. tract. 1. cap. 2. c. 16. col. 2.

Corpora nulla naturalia diuersa sunt in vno loco proprio, sed quod vnum est subiecto, aliquando habet diuersitatem secundum esse, & rationem. Alber. mag. in 5. phys. tract. 2. cap. 1. char. 64. col. 1.

Corpus, & magnitudines alio modo a naturali, alio a mathematico considerantur. A naturali, vt sunt vltima materia physica, & dimensiones eius. A mathematico

vt sunt separata per diffinitione a materia sensibili. Albertus Magnus in prim. de celo. tractat. 1. capit. 1. char. 1. colum. 2.

Corpus naturale non potest in infinitum diuidi, si enim diuiditur, corrumpitur eius operatio, & essentia, sed mathematica qualitas est diuisibilis in infinitum, non actu, sed potentia. Alb. Magn. in 1. de gener. & cor. tract. 1. cap. 24. ch. 61. col. 3.

Corpora citius putrescunt sepulta, quam insepulta, quia in terra posita calor magis agit, in aere autem frigus impedit actionem caloris extranei. Alb. mag. in 4. meteor. tract. 1. cap. 9. c. 19. col. 1.

Corporum humanorum proceritas, carnositas, & pulchritudo sunt causata ab humore frigido non habente calidum, quod sufficienter moueat, nec sit mobile, sed potius humores sunt spissi, & congelati, nec in eis aliquid consumitur. Alb. Magn. de natu. locor. dist. 1. cap. 11. ch. 97. col. 3.

Corporum naturalium quædam pendunt ex anima ipsa continente, & operationes eorum dirigente, & formante: quædam destitutæ animæ sunt, & ex forma naturali tantum pendunt: ex anima enim pendunt quoruncunque formatiua est. Alber. mag. de caus. & process. vniuers. a caus. prim. l. 2. tracta. 3. cap. 17. ch. 223. col. 4.

Corpus naturale mouetur ad locum suum naturalem, & quiescit in eo naturaliter propter conuenientiam, quam habet cum ipso, & quia non conuenit cum loco, a quo recedit. D. Thom. in 4. phy. l. 11. tex. 65. char. 57. col. 1.

Corpus naturale solum per suas dimensiones est in loco, non autem per alia accidentia. D. Tho. in 1. de gener. & cor. l. 18. tex. 45. ch. 16. col. 1.

Corpora naturalia sola secundum esse accepta vere sunt in loco. D. Tho. in 1. de gener. & cor. l. 1. tex. 45. char. 16. colum. 3.

Corpus physicum constituitur ex materia sub quantitate, & forma substantiali adueniente. D. Thom. in 1. de gener. & cor. l. 24. tex. 84. c. 22. col. 4.

Corporum generabilium, & corruptibilium, alia sunt principia extrinseca, vt mouentia, quorum alia sunt proxima, vt corpora cœlestia, alia remota, vt substantiæ separata, alia sunt intrinseca, vt materia, & forma. D. Tho. in 2. de gener. & cor. l. 9. tex. 51. ch. 33. col. 2.

Corpora naturalia sunt magis substantiæ, quam artificia; quia illa, & per formam, & per materiam sunt naturalia, hæc autem per materiam tantum. D. Thom. in 2. de ani. l. 1. tex. 3. c. 20. col. 3.

Corpora processua nisi haberent sensum non possent consequi finem, ad quem natura ordinauit, & ita essent frustra. D. Thom. in 3. de anim. lib. 16. text. 60. char. 66. col. 4.

Corpora omnia corruptibilia necesse est habere qualitates tangibiles, cum sint, vel elementa, vel ex elementis composita. D. Tho. in 3. de ani. l. 17. te. 63. c. 67. col. 3.

Corpus naturale recipit formas secundum esse naturale, & materiale, vt in se contrarietatem habent, ideo contraria simul in eodem suscipere nequit. D. Tho. de sen. & fen. l. 19. ch. 23. col. 4.

Corpora sensibilia aliquid addunt supra corpora mathematica. Alex. de ales. in 1. metaph. c. 27. col. 1.

Corpus, vt brutorum.

Corpora brutorum habent impotentiam consequendi rationales scientias. Io. gra. in 1. phy. c. 32. col. 1.

Corpus, vt artificiale.

Corpus omne artificiale in subiecto aliquo naturali conspicitur. The. in 2. de ani. cap. 2. te. 3. c. 70. col. 2.

Corpus vt mathematicum.

Corpus mathematicum non est in loco, in quo enim quiescit, in hoc, & moueri pot, si vi, pter naturam, si non vi, pter naturam. Arist. 3. de celo. tex. 55. c. 351.

Corpora mathematica non in lineas, sed in plana diuiduntur. Simp. in præd. c. 31.

Corpus mathematicum non est in loco, nisi secundum imaginationem. Auer. in phy. 4. tex. 47. ch. 67. col. 4.

Corpus mathematicum non habet, nec graue, nec leue, intelligendum est, quod leuitas, & grauitas ab ipso simpliciter negatur: cœlum vero non habere grauitatem, & leuitatem, intelligendum est, quod habet naturam, de qua non dicitur graue, nec leue. Auer. 3. de celo: tex. 55. ch. 101. col. 1.

Corpus, quod consideratur a mathematico, est aliud a corpore, quod consideratur a naturali: mathematicus enim considerat dimensiones abstractas a materia: naturalis corpus cōpositum ex materia, & forma, ex eo quod accidunt sibi dimensiones, & de ipsis dimensionibus tractat, vt sunt in tali corpore. Auer. in epitom. metaph. tract. 3. cap. 176. col. 3.

Corpus nullum est adeo spirituale, vt mathematicum. Alb. mag. in 4. phy. tract. 2. cap. 8. c. 50. col. 2.

Corpora duo mathematica non possunt in eodem esse, ergo nulla alia duo corpora in eodē loco esse possunt. Alb. mag. in 4. phy. tract. 2. cap. 8. c. 50. col. 2.

Corpus mathematicum, & si in infinitum diuisibile est, non tamen corpus naturale diuidi potest in infinitum; quia in corpore mathematico non reperitur, nisi quantitas, quæ diuisioni non repugnat, in naturali est forma naturalis, quæ requirit determinatam quantitatem, vt & alia accidentia. D. Tho. in pri. phy. l. 9. tex. 36. c. 7. col. 4.

Corpus, vt est in predicamentis.

Corpus diuersis rationibus sub diuersis predicamentis esse potest. Ammo. in præd. c. 56.

Corpus, vt est triforme diuisibile, & aptum metiri, quantum est, vt subiectum, ac idem, & vnum numero contrariorum capax, secundum hoc substantia est. Simp. in prædicam. ch. 32.

Corpus, vt corpus, non minus est quale, quam quantum. Simp. in prædic. ch. 54.

Corpora, quæ mouentur, cum mouentur, ab eo, in quo prius erant, exeunt, alia secundum substantiam, alia secundum quantitatem, alia secundum locum. Simp. in prædicam. ch. 110.

Corpus vnumquodque est quantum figuratum. Simp. in 3. de celo. tex. 5. com. 7. c. 85. col. 3.

Corpus, vt est in genere substantiæ, est substantia mensurata tribus diametris ad rectos angulos se secantibus, vt in quantitate, est ipsa trina dimensio. Alb. mag. in prædicam. ch. 35. col. 4.

Corporis signa, vt ad mores pertinent.

Corporis fortis signa: pili duri, figura corporis erecta, ossa, & costæ, & extrema corporis fortia, & venter amplius, & ad se cōtractus: armi lati, & distantes, nec valde colligati, nec omnino dissoluti, collum forte, non vehementer carnosum: pectus carnosum, & latum: coxa contracta: suræ deorsum contractæ: oculus carnosus, nec valde expāsus, nec omnino clausus: squalidior color in corpore: acuta frons, recta, non magna gena, nec lenis, nec omnino rugosa. Ari. phys. c. 5. c. 339.

Corporibus circum torquentes se, & fricantes, adulatores sunt, referuntur ad passionem. Arist. phys. c. 10. char. 355.

Corpore ad dextrā inclinati in ambulando, cinedi sunt, referuntur

referuntur ad apparentem decentiam. Arist. phys. c. 355.
 Corpora media, quæ nec excedunt in maius, nec in minus, ad sensus sunt optima, & perfectissima, quibus supponitur inesse; motus enim non multi existentes facilius ad mentem accedunt, nec parvi existentes supergrediuntur, quare perfectissimam, & ad perficiendum, quæ fuerunt proposita, & ad sentiendum oportet moderatam esse magnitudinem. Arist. phys. c. 356. col. 1.
 Corpus inclinans ad sinistram, quoniam illi retinet motus instabilitatis, acres probatur. Alb. mag. de ani. lib. 1. tract. 2. c. 26. c. 23. col. 4.
 Corpus inhoneste qui infringunt, & sese submitunt, blandi sunt. Alb. mag. de ani. lib. 1. tract. 2. c. 26. c. 23. col. 4.
 Corporis totius in tactu calor calorem cordis significat, nisi splen, & hepar resistat. Alb. mag. de ani. lib. 1. tract. 3. c. 4. char. 23. col. 1.
 Corporis virtus cordis vigorem significat, & debilitas debilitatem. Alb. de ani. lib. 1. tract. 3. cap. 4. c. 17. col. 1.
 Corpus disciplinabile est quantitas actualium dimensionum superficie, vel superficiebus terminatum, non secundum esse, sed secundum rationem mensuræ: quantitatis acceptum. Alb. mag. in 5. metaph. tract. 2. cap. 2. c. 104. col. 2.
Corruptibile quid est, & ut ab intellectu colligitur.
 Corruptio est mutatio ex eo, quod est ad id, quod non est. Arist. phys. 2. c. 1. tex. 4. c. 124.
 Corruptio non est motus, & ipsa generationi contraria est. Arist. phys. 5. c. 2. tex. 8. c. 127.
 Corruptibile est, aut quod prius aliquid est, posterius non est, aut contingit non esse, siue corruptionem subiens aliquando, & mutationem siue non: aut per corruptionem contingit non esse, aut quod facile corrumpitur. Arist. pri. de celo. tex. 113. c. 280.
 Corruptibile est illud, quod prius erat, nunc autem non est, aut quod contingit aliquando posterius non esse. Arist. pri. de celo. tex. 120. c. 283.
 Corruptibilia omnia, & generabilia, alterabilia sunt, alterantur enim contrarijs. Arist. prim. de coelo. tex. 138. c. 289.
 Corruptio simplex est in non ens simplex, in simpliciter autem ens generatio simplex. Arist. pri. de gen. & corrupt. c. 3. tex. 18. c. 391.
 Corruptio est illud, quod contingens est non esse. Arist. 9. metaph. c. 4. tex. 17. c. 187.
 Corruptio est de genere malorum. Arist. 9. metaph. c. 4. tex. 17. c. 187.
 Corruptio nil aliud est, quam dissolutio compositi, per quam partes in naturam suam recurrentes, reciprocantesque renouantur ea, quæ consenuerunt, & debilitata confirmantur. Them. pri. phys. c. 14. col. 4.
 Corruptibilia sunt, quæ aliquando insunt, & aliquando non insunt. Io. gram. in pri. post. c. 7. c. 18. col. 2.
 Corruptio omnis contristabilis est, sed magis violenta est contristabilis. Auer. phys. 5. tex. 58. c. 111. col. 3.
 Corruptio, siue mors animalium, nil aliud est, quam destructio humiditatis naturalis. ideo propter hoc augmentatio primo provenit in membra similia, & sunt illa, quorum totum, & pars sunt eadem substantia. Auer. ex paraphr. 1. de gen. & cor. c. 177. col. 1.
 Corruptibili & æterno nihil commune æquiocum est. Auer. in 1. metaph. com. 31. c. 10.
 Corruptum, & quod inuenitur postea, est vnum specie, & non vnum numero. Auer. ex dest. dest. in phys. disput. 4. ch. 63. col. 4.
 Corruptio est putrefactio, quæ fit ex debilitate virtutum actiuarum, & fortitudine passiuarum. Auer. de lōgit. & breuit. vit. cap. 1. c. 256. col. 2.
 Corruptio est abiectio ab esse, & continuus ab esse re-

cessus. Alb. mag. de caus. & proces. vniuers. a caus. prim. lib. 2. tract. 5. c. 16. c. 229. col. 4.
 Corruptibile nil est, nisi quod a corruptentibus, & corruptibilibus principijs causatur. Alber. magn. ethic. 6. tract. 2. c. 16. c. 74. col. 3.
 Corruptibile de se potest ab intellectu concipi sub aliqua habitudine necessaria, & se de corruptibili potest esse scientia. Alex. de ales in 3. metaph. tex. 7. c. 60. col. 2.
 Corruptibile est omne, quod aliquid de substantia sua perdere potest. Alex. de ales in 3. metaph. tex. 15. c. 69. col. 1.
Corruptio, ut fit, ac quæ corrumpuntur, & quæ est corruptionis causa.
 Corruptio tunc id, quod fit, cum fit id, quod fit, neque quod mox fit, nec quod posterius esse non oportet, quod corrumpitur. Arist. phys. 5. c. 3. tex. 14. c. 129.
 Corruptio citissime, quæ præter naturam sunt. Arist. pri. de celo. tex. 15. c. 248.
 Corruptio fit, cum id, quod terminatur, dominatur ipsum terminum propter continens. Arist. meteo. 4. su. 1. c. 2. tex. 4. c. 560.
 Corruptibilia, cum non possint communicare ipso semper, & diuino continuatione permanet non ipsum, sed quale ipsum, numero quidem non vnum, specie vnum. Arist. de ani. 2. su. 3. c. 1. tex. 35. c. 623.
 Corruptio impossibile est, vbi non est contrarium. Arist. de long. & breuit. c. 2. c. 293.
 Corruptio res solum per separationem suam in causa sua. Arist. de caus. c. 26. c. 947.
 Corruptio omnia in ea, ex quibus sunt. Arist. 3. metaph. ex su. 2. c. 4. tex. 15. c. 53.
 Corruptio facilius est, quam construere, in naturalibus, & artificialibus facile cernitur. Alex. aphrod. in pri. prior. cap. 27. c. 50. col. 3.
 Corruptio fit, cum passiuum super actuum obtinet, propter absens, & circundans. Alex. aphro. in 4. meteor. cap. 3. co. 6. c. 93. col. 2.
 Corruptio omne non dicitur resolui in nihilum, sed in eo, ex quo primo inexistente fiebat, non secundum accidens, quæ est materia. Simp. in 1. phys. c. 89. col. 1.
 Corruptio nunquam simul interit cum eo, quod ab eo corrumpitur, sed permanet. Simp. in 8. phys. tex. 13. c. 411. col. 2.
 Corruptio non est causa principaliter motus cæli, ut nec conditor Deus, sed necessario superuenit corruptio non potentibus semper subsistere. Simp. in 2. de celo. tex. 3. co. 2. c. 36. col. 1.
 Corruptio non habemus aliquam certam causam, ideo ipsam in tempus redigimus. Io. gram. in 4. phys. cor. c. 111. col. 2.
 Corruptio causa effectrix est materia non apta per vniuersum sub formis stare, nec est apta durare, sub formisque manere, omnium enim habet potentias. Io. gram. in 4. phys. tex. 128. c. 114. col. 2.
 Corruptio duobus fit modis: vel vt corpora resoluantur resolutione facta in elemento, vel vt incorporeum cum extinguitur species discrepantia subiecti in quo datur esse illi. Io. gram. in pri. de ani. ex proce. c. 4. col. 2.
 Corruptio duobus fit modis: vel cum resoluitur in sua elementa, vt corpora nostra: vel extinguendo subiectam, ita vt fiat inutile, vt in musca. Ioan. gram. in pri. de ani. tex. 13. c. 9. col. 3.
 Corruptio nunquam subibit id, quod ab immobili mouetur causa, donec mouens incolume sit. Michael. ephes. de ani. mixt. c. 47. col. 1.
 Corruptio facilius est minus, quam maius. Auer. 3. de celo. tex. 52. c. 99. col. 4.
 Corruptio est, cuius esse succedit priuatio. Auer. ex paraphr. 1. de celo. tex. 121. c. 133. col. 2.

Corru-

Corruptionis, nec finis potentia vlla inest in corpore cælesti. Auer. ex paraphr. pri. de celo. tex. 140. c. 135. col. 3.
 Corruptum omne dissoluitur in ea, ex quibus componitur. Auer. in 3. metaph. tex. 10. char. 27.
 Corruptio fit necessario, generatio non. Auer. in 6. metaph. su. 2. tex. 10. c. 71.
 Corruptio entium causa est contrarietas existens in suis formis, & commune subiectum, quod nullam habet formam, sed est potentia recipiens numerum, secundum formas diuersas in specie, & numerum secundum formas diuersas numero, quæ fit secundum magis, & minus. Auer. de sub. orbis. cap. 1. c. 3. col. 3.
 Corruptio omnis fit per modum senectutis. Alb. mag. in 3. phys. tract. 3. c. 3. c. 67. col. 2.
 Corruptio citius, & omne minus per contrarietatem motoris vincens super ipsum, quia minus potest resistere. Alb. mag. in 3. de celo. tract. 1. c. 4. c. 49. col. 1.
 Corruptio omnia frigida, & terrestria sunt, quia a calore extraneo educitur calor naturalis, & sic cum humidum exhalare facit, ideo sicciora, & terrea sunt. Alb. mag. 4. met. tract. 1. c. 8. c. 118. col. 2.
 Corruptio omne, quod corrumpitur resistit, quantum potest; quia non desiderat suam destructionem. Alb. mag. in 4. met. tract. 1. c. 6. c. 118. col. 2.
 Corruptio aliquid ab altero, quod excellit ipsum, siue sit eiusdem generis, vt feruidum, & tepidum, siue sit contrarium in toto, vt calidum, & frigidum; & ideo minor flamma consumitur a maiore, per excellentiam, quam habet in ipsam; quia humidum, quod pluri tempore nutrit paruam flammam, comburitur, & consumitur a maiori in breui tempore, & ita absorbetur minor flamma. Alb. mag. de mort. & vit. cap. 3. char. 60. columna 2.
 Corruptio terminatur ad priuationem, vt generatio ad formam. D. Thom. 4. phys. lib. 1. tex. 2. c. 186.
 Corruptio affectionum humanarum non consistit in indiuisibile, sed habet latitudinem quandam, vt intemperatura humorum in corpore humano. saluatur enim natura humana, cum maiori, vel minori caliditate, & sic contemperantia vitæ humanæ saluatur secundum diuersas materias affectionum. D. Tho. ethico. 7. lib. 1. c. 119. col. 1.
 Corruptio oritur in rebus, propter longum distare a primo: incorruptio, propter approximare ad naturam primi. Alex. de ales in 3. metaph. tex. 15. c. 68. col. 4.
Corruptio, vt diuiditur a corruptiuo, & ab incorruptibili.
 Corruptio simpliciter est, quod corruptibile est secundum substantiam. Arist. 9. metaph. cap. 4. tex. 17. char. 187.
 Corruptibile, & incorruptibile differunt genere. Arist. 10. metaph. c. 9. tex. 26. c. 212.
 Corruptio a corruptiuo differt, quia corruptio est morbus, corruptiuum vbi est cibus, & prauitas. Alex. aphro. in 7. top. c. 7. c. 85. col. 2.
 Corruptibilia omnia essent, si substantiæ omnes corruptibiles essent, at cum non sint omnes substantiæ corruptibiles, nec omnia corruptibilia erunt. Alex. aphr. pri. nat. q. c. 1. c. 1.
 Corruptibile ab incorruptibili distinctum est non diuina, sed constitutiuam differentiam. Simp. in 2. de ani. tex. 30. c. 30. col. 1.
 Corruptibilia qualitibus positiuis specificantur. Simp. in 2. de celo. tex. 18. com. 21. c. 60. col. 3.
 Corruptibilia intelliguntur in hoc loco, pro generabilibus singularibus. Auer. in post. lib. 1. c. 7. tex. 62. c. 148.
 Corruptio duplex ab intrinseco alia, alia ab extrinseco. Auer. 4. phys. tex. 128. c. 92. col. 1.
 Corruptio non est possibilis in celo, sicut quies. Auer. in

12. metaph. tex. 10. com. 42. c. 152.
 Corruptibile, & incorruptibile non esse infra vnum genus logicum, sed infra vnum genus naturæ, ait hoc in loco Arist. Ale. de ales in 10. metaph. te. 26. c. 303. col. 3.
 Corruptibile ad incorruptibile transire nequit, nec per se, nec per accidens. Ale. de ales in 10. metaph. t. 26. c. 303. col. 3.

Corruptio, vt naturalis.

Corruptio secundum naturam est in equali tempore, in quo, & generatio secundum naturam. Arist. 2. de gen. & cor. su. 3. c. 2. tex. 57. c. 445.
 Corruptio secundum naturam est illa, quæ per extremam senectutis, ac per ipsammet debilitatem, & in frigidationem contingit fieri. Alex. aphr. in 4. met. c. 2. co. 2. c. 91. col. 2.
 Corruptio accidit indiuiduis naturaliter, cum calor naturalis consumit humiditatem naturalem, quæ est in illo indiuiduo, & dominatur in eo frigiditas, & siccitas: & accidentaliter, cum in eis generantur superfluitates digestionis, quæ natura non potest distinguere, & sic oriuntur infirmitates. Auer. de long. & breuit. vit. cap. 1. c. 256. col. 3.
 Corruptio naturalis est, cum amittit virtutem mixti corporis propter defectum alicuius, vel aliquorum principiorum conferuantium mixtionem corporis mixti sub forma substantiali. Alb. mag. in 4. meteor. tract. 1. c. 6. e. 118. col. 1.
 Corruptio omnis naturalis est in via vetustatis, & senectutis. Alber. mag. de iuuent. & senect. tract. 1. capit. 6. c. 50. col. 1.
 Corruptio omnis naturalis fit per resolutionem in aliquam materiam. D. Tho. in 1. de gener. & cor. l. 8. tex. 18. char. 8. column. 3.
 Corruptibilia propria natura potest virtus diuina incorruptibilia conseruare. D. Thom. 3. metaph. lib. 1. 7. tex. 7. chart. 139.
 Corruptibile naturaliter incorruptibile fieri non potest, licet per hoc non excluditur potentia diuina, quæ possit corruptibilia in natura incorruptibilia conseruare. D. Tho. 10. metaph. lib. 1. 2. tex. 26. c. 746.

Corruptio vt violenta, & per accidens.

Corruptio violenta contraria est corruptioni secundum naturam, & sic de generatione, & in alijs motibus. Arist. phys. 5. sum. 3. cap. 3. tex. 57. c. 141.
 Corruptio contingit sepe fieri in minori tempore, quia sæpe accidit confusio. Arist. 2. de gen. & corrup. sum. 3. cap. 2. tex. 758. ch. 445.
 Corruptio quæ intunt contrarijs secundum accidens, eo quod illa corrumpuntur, interimuntur enim contraria inuicem. Arist. de log. & breuitate vitæ. cap. 2. char. 293.
 Corruptio secundum accidens ea, quæ in subiecto sunt, cum simul cum ipsis subiectis, in quibus fuerint, corrumpuntur. Michael. Ephes. de long. & breuit. vitæ. char. 26. column. 1.

Corruptiones quo tempore maxime fiunt.

Corruptiones maxime fiunt in prælijs, in morbis, & sterilitatibus. Aristot. meteorol. 1. summa 4. capit. secundo. char. 486.
 Corruptio nihil ex se, vt nihil generatur ex se. Auer. 3. de celo. tex. 52. c. 100. col. 1.
 Cortex integuntur, quæ ouipara sunt, terrestria. Aristoteles de historia animalium tertio capitu. decimo. char. 49.
 Cortex duplex est in plantis: exterior durior, & interior mollior. Alb. mag. de veget. lib. 1. tract. 2. cap. 1. c. 126. columna 4.

Coruscationis, tonitruum, verticis, & accensi turbinis, & fulminis, idem est principium, Arist. meteor. 2. sum. 4. cap. 1. char. 533.

Coruscatio est spiritus ignitus subtili, & debili ignitione, & fit tonitruo posterius, sed prius videtur, quia visus anticipat auditum. Arist. meteor. 2. sum. 4. cap. 1. char. 534.

Coruscans nihil aliud est, nisi cōtinuitas luminis, & densitas. Arist. de colorib. cap. 3. c. 881.

Coruscatio aliquando est alba, & lucida: quia vapor incensus in nube vehementis est, & subtilitatis, & tenuitatis, aliquando est citrina, quia flamma est minus tenuis, & parum spissa, & aliquantulum humida, aliquando est subrubea, quia vapor est spissior, aliquando rubicunda, & est, quia vapor est densus, & bene cōmistus, & ardens est, & oia adurit, aliquando est nigra, & fumosa, & signum est in vapore esse multā exhalationē terrestrē; ideo, si ignis, facile fit lapis niger, vel rubeus. Alb. mag. in 3. met. trac. 3. c. 21. c. 108. c. 4.

Coruscationis colores sunt, rubeus, clarus, & albus, flammens, & rufus, quasi vinosus. Alb. magn. de pass. aeris. ch. 1. 20. col. 3.

Coruscationis color rubeus creatur a vapore non multum sicco, & ab humido fit rubeus, & multū incēdit, albus est vaporis sicci valde, & nō lēdit nisi cremabilia: rufus est vaporis terrestris conglutinati, & multū frequēter scindit, & incēdit. Al. ma. de pass. aeris. c. 1. 20. c. 3.

Coruscationis casus quinque, modis fit. Primo quod cadit vapor inflāmat, rufus de nube viridi, & hic generat lapidem, quod vocatur telum tonitruum. Secundus est eiusdem vaporis cōglutinati, & in nube minus aquosa, & non continuatur, sed incensus egreditur cū impetu, & ligna scindit, non autē lapides. Tertius modus est vaporis rubei, clari, qui nunquam facit lapidē, sed occidit homines, & non videtur vulnus propter suam tenuitatem. Quartus est vapor, qui egreditur in flamma sicca non adunata, & ideo spargitur in aerem, sed tamen magno impetu egreditur propter nubem profundam, & scindit, & scindendo extinguitur, & lēdit vestem aliquando, & non hominē. Quinto est vapor egressus ex nube debilitata, & nihil nocet, sed statim ad tactum aeris extinguitur. Alb. ma. de pass. aeris. ch. 1. 20. col. 3.

Coruus non modo bina ova parit, sed plura viginti diebus incubat, & pullos nido expellit. Arist. de histor. ani. 6. cap. 5. ch. 205.

Coruus taurus & asino aduersarius est, quippe qui aduersans feriat, & eorum oculos vulneret. Arist. de histor. ani. 9. cap. 1. ch. 317.

Coruus vulpi amicus est, pugnat enim cum esalōne: unde fit, vt huic cum ab illo percutitur, auxilietur. Arist. de histor. ani. 9. cap. 1. c. 118.

Corui tempore cladis pharsalicæ ad locum illum accessere, quali sensum haberent aliquem, quo inter se rerū euenta significarent, & mouerentur. Auer. in l. de histor. ani. 9. cap. 3. char. 340.

Coruus geminos tantū in Cranone Thessaliæ habitare oppidū, autē, vero cū enidulati fuerint (vt constat) peregre abeūt, ac alios eiusdē numeri, & sui generis inibi relinquunt. Arist. de admiran. audit. 1. 22. c. 867.

Coruus ætate, vel arte potest fieri albus. Albert. magn. in præd. c. 3. 1. col. 2.

Coruorum multorum ac vulturum, & aquilarum congregatio, aliquod excidium illius loci significat. Alb. mag. de ani. l. 8. tract. 2. cap. 5. ch. 78. col. 2.

Coruus, & bos inimicitiam naturalem habent, & coruus nititur eruere oculos tauri, & comedere. Alb. mag. de ani. l. 8. tract. 1. cap. 2. c. 73. col. 3.

Coruus niger vulpis amicus est, & iuuat, ideo impugnat caprimulgum, & trochylonem, quæ ambæ aues vulpi nocent. Alb. magn. de ani. l. 8. tract. 1. cap. 3. c. 73. col. 4.

Coruus avis est nota, nigra tota. Alb. mag. de anim. l. 23. cap. 1. ch. 186. col. 3.

Corui maris pisces sunt sic vocati, quia in brachijs, & pectore sonant, vt corui, non voce tantum. Alb. mag. de ani. l. 24. cap. 1. ch. 196. col. 4.

Coruorum pulli albi nascuntur, & deinde nigrescunt. Tho. de Vio in post. c. 118. col. 2.

Corylus si plantatur iuxta vitem, adurit eam, attrahens humidum vitis. Albe. magn. 4. meteor. tract. 4. cap. 2. char. 128. col. 4.

Costarum ordo a fibula, & iugali, ac spina oritur. Arist. de hist. ani. 3. cap. 7. ch. 185.

Costis, qui sunt robusti, fortes sunt secundum animam, & referuntur ad feminam; qui costas circū tumidas habent, sunt inflati, loquaces, & stultiloqui, ad boues, & ranas referuntur. Arist. phy. cap. 3. c. 348.

Cotonus arbor est, quæ si sæpe non foditur arescit, frigida, & sicca est, & cinis ramorum, & foliorum cum abluatur, efficitur in operationibus tutiæ, & multitudo comestionis fructuum eius inducit dolorem neruorū. Alb. mag. de veg. l. 1. tract. 1. cap. 16. c. 154. col. 4.

Coturnices, cum sua adeunt loca, sine duce pergunt; cū hinc abeunt, duces sequuntur, lingulam, otū, & matricem, ac etiā cynchramum, a quo noctu reuocant, cuius vocem cum senserint, intelligunt parari discessum. Arist. de hist. ani. 8. cap. 1. 2. c. 288.

Coturnix est avis minima de genere pullorum, statim ex ovo exiens comedit, & est boni cursus in hac rara est femina, & multi mares, q̄ feminā vnā q̄runt, & ideo accipitur imitatiōe vocis feminæ. Alber. magn. de animalib. lib. 23. cap. 1. char. 186. col. 4.

Cotys thrax cum a Perinthijs pecunias exercitus causa mutaretur, & Perinthij non darent, postulauit, vt alios quos darent in quorundam locorum custodia, vt liberius vti posset ijs, quos in presidij habebat, quod fecere existimantes locorū domini fore, at illos sub custodia detentos pecunia habuit. Arist. œcon. 2. c. 819.

Coxas osses, & neruosis habentes, fortes, referuntur ad masculinum: ossulentas, & superfluas molles, & referuntur ad feminas. Arist. physio. c. 9. c. 347.

Coxa non habet nisi os vnum, quod protenditur a loco femoris vsque ad genu, & hoc est os maius omnibus ossibus, quæ sunt in corpore hominis. Est curuum aliquantulum, & conuexum cōuertitur ad siluestre, concuum ad domesticum, alioquin fieret claudicatio. Alb. mag. de anim. l. 1. tract. 2. cap. 13. ch. 13. col. 3.

Coxa datur homini propter motum processionis, vt pes datur propter firmitatem fixationis. Alb. mag. de anim. lib. 1. tract. 2. cap. 13. c. 13. col. 3.

Coxæ ex musculis, qui eam extendit, maior est, & nobilior, quā est qui constringit. Tertio sunt qui elongat. Quarto qui appropinquare faciunt. Quinto qui incuruant. Alb. mag. de ani. lib. 1. trac. 2. c. 17. c. 15. col. 4.

Coxam stringētes musculi est vnus, qui est rectus a duobus descendens originibus, quarum vna est cum fine lumborum, altera hæret ossi ilij, & sunt illi, qui continuantur cum minore additamento domestico. ex his est musculus, qui ab osse femoris nascitur, & continuat cum inferiori additamento minori. Alb. mag. de ani. l. 1. tract. 2. c. 17. c. 16. col. 1.

Coxam musculi extendētes sunt multi, inter quos vnus est maior omnibus musculis corporis, & ille, qui cooperit os femoris, & ancham, & super totā coxam voluitur ab interioribus, & exterioribus, vsque ad poplitē: cuius villi diuersi habent principia, & ideo vsq̄ operationes sunt diuersarum specierum. Vnus enim ex villis ex inferiori parte femoris nascitur, & declinando ad domesticum dilatatur. Alius oritur paulum altius illo, & coxam ad superiora eleuat. Tertius multo altius oritur, & coxam ad superiora, cum declinatione ad domesticum eleuat. Quartus, qui oritur ab osse

osse anchæ, dilatatur coxam secundum rectitudinem ex suis musculis. Etiam est musculus, qui totam cooperit anchæ iuncturam, posterius tria habens capita, & duo extrema, & capita ab ilio: & ancha, & femore nascitur, quorum duo sunt carnosā: vnum pāniculare, duo extrema continuantur cum posteriore parte capitū coxæ, & cum vnum trahit extremum dilatatur coxa ad ipsum cum declinatione. Si autem ambo trahunt fm rectitudinem dilatatur coxa. Ex musculis coxæ est etiam ille, qui a tota ossis ilij oritur superficie, & vocatur cartametra maior, & par quod ad interiora extenditur, & cum declinatione ad domesticū dilatatur, & est alius talis, qualis est iste, qui in primis cum infima parte additamenti minoris continuatur, deinde extenditur descendens, & operatione operatur prioris, cuius origo est ab intima parte ossis ilij. Alber. mag. de ani. l. 1. tract. 2. cap. 17. c. 15. col. 4.

Coxam declinare facientes ad anterius sunt duo musculi, quorum vnus venit ab osse lato. Alb. mag. de anim. l. 1. tract. 2. cap. 17. c. 16. col. 1.

Coxam circuire facientes sunt duo musculi, quorū vnus a syluestri venit osse femoris, alter a domestico, & cum sibi obuiant, transuersant, & fiunt carnosī, & quicunque solus trahit, torquet ad se coxam cum parua dilatatione. Alb. mag. de ani. l. 1. tract. 2. cap. 17. c. 16. col. 1.

Crabrones, & vespe, si duce amisso aberrauerint, fauos suæ prolis constituunt in sublimi crabrones, & in foraminibus vespe. Sed si habet ducem, sub terra nidificat. Cellis sex angulis fauos extruunt omnes, vt apes, sed ex materia corticea quadam, & arancosā; longe tamen lautior fauos crabronum, quam vesparum est. Feturam apum more in cellis ponunt, sed non in omnibus est celis æqualis, nam in alijs minor, in alijs grandiusculus, in alijs iam volare incipit. eregione cuius fetus gratia tantum mellis in crabronum cellis paratur, & ichadones huius generis non vere, sed autum no fiunt, crescūt plenilunio, & lateri cella hæret. Arist. de hist. anim. 5. cap. 23. ch. 184.

Crabrones carne magna ex parte viuunt, & muscas maiusculas venantur, sub terra sibi faciunt alueum. Arist. de hist. ani. 9. cap. 42. ch. 368.

Crabrones, vespe, & similia similem rationem generationis apum habent, sed deficit ijs locuples naturæ dōtatio merito, nihil enim diuini habent, coeunt inuicē. Arist. de gener. ani. 3. cap. 10. c. 215.

Crabrones a Plinio vocantur vespe maxime citrinæ longæ, aculeos sequissimos habentes, ita vt veneno equi pullos interficiant cum pungunt, & oculos habent, post succistorum mel, & ceram inutilem faciunt. Alb. mag. de ani. l. 26. c. 104. col. 2.

Crapula est feruor quidam, & definit inflammatio, quæ plus consistat, quā temulentia, quæ mentem quidem quatit, & alienat; crapula vero mente constante dolore admoet. Aristot. probl. sect. 3. tex. 17. c. 372.

Crassum est, quod magnarum est partium. Arist. de celo. 3. tex. 43. ch. 349.

Crassantur ab igne solum, quæ plus aquæ habent, quā terræ, concrescunt autem quæcunque terræ. Aristot. meteor. 4. sum. 2. cap. 3. tex. 48. ch. 572.

Crassantur per concoctionem, & consistunt, quæ plus terræ continent, vt lac. Arist. de gen. anim. 2. cap. 1. c. 149.

Crassum est id, quod dimensionem multam habet in profundum. Ammo. in præd. ch. 64.

Cratilis ad tantam dementia venit, vt existimaret nihil verbo dici debere, sed ad explicandum, quod volebat digitum tantum mouebat, quia existimabat, quod veritas, quam uolebat enuntiare, primo transibat, quā oratio finiretur. D. Th. 4. metaph. l. 2. te. 22. c. 234.

Creationem dicentes, aiunt, Deum totum ens ex nihilo creare de nouo, quia non habet necesse, vt sit materia in quam agat, sed creat totū. & hæc est opinio loquen-

tium in lege nostra, id est, Sarracenorum, & lege Christianorum, de qua Ioannes Christianus opinabatur; quia possibilitas non est, nisi in agente. Auer. in 12. metaph. tex. co. 18. c. 142.

Creaturas Dei gloriosi non accelleres, in iudicando primo aspectu, & eris ex eis de quibus dicitur: tu es proprie os eorum, & lōge ab interioribus. Auer. ex dest. dest. disput. 1. char. 12. col. 1.

Creatum oē a nobiliori, necessario deficit a causa sua prima. Alb. mag. de intel. & intel. l. 1. trac. 2. c. 2. c. 50. c. 3.

Creatum primum, quia est intelligentia, non dicitur simpliciter infinitum proprie loquēdo, sed quodammodo finitum, quodammodo infinitum. Alber. Mag. de caus. & proces. vniuers. a cau. pri. lib. 2. tracta. 3. cap. 4. char. 221. col. 2.

Creatione fit, quod ex nihilo fit. ergo vita, quæ aliquid supponit, non fit per creationem, sed per informationem. Albert. Mag. de caus. & proces. vniuers. a cau. pri. lib. 2. tract. 3. cap. 12. char. 222. col. 4.

Creaturæ cuiusvis processus a prima causa necesse est, quod per influentias, & applicationes ad esse determinetur sibi proprium secundum naturam, & talis processus est animæ rationalis, cum determinatur ad intellectum. Alb. Mag. Ethic. 6. tract. 2. cap. 18. c. 75. c. 3.

Creata, multa propter excellentiam sui esse, sunt improporcionata intellectui nostro, ad quæ non potest attingere propter debilitatem sui esse. Alexand. de ales. in 2. metaph. c. 34. col. 2.

Creatorem esse habet relationem in Deo, secundum rationem solum, non secundum rem; quia creator non refertur ad creatorem realiter. quod autem aliquid fiat de non relato relatus relatione secundum rationem, sine mutationi sui, sed per mutationem alterius extremi solam, nō est impossibile; per solam ergo mutationem creaturæ substantia æterna fit de non creāte creans. Alex. de Ales. 1. 2. metaph. tex. 30. c. 340. col. 1.

Credere magis rem, quam non scimus primo, magis, quam illam, quam primo scimus, impossibile est. Arist. post. l. 1. cap. 2. tex. 2. char. 299.

Credulitas duplex; alia sine demonstratione irrationaliter facta; alia per demonstrationem, quæ est certa, & veritati entium innititur. Simp. de celo. 1. tex. 16. co. 17. c. 10. col. 2.

Crepitus inferius, & ructus superius, dormientes magis, quam vigilantes extrudimus. Aristot. problem. sect. 33. c. 15. c. 646.

Crescunt vt minuuntur res corporeæ quodam addito, vel detracto. Alexand. Aphrod. de sens. & sens. ex sect. 3. com. 32. c. 16. col. 2.

Cretæ insule lupos, vr̄cos, & viperas, cæterave ijs similia natura non esse ferunt ea de causa, quod in illa regione Iuppiter ortus, atque alitus sit. Aristotel. de admir. aud. 8. char. 854.

Creta videtur ad principatum Græciæ esse nata, ac præclare sita: cuncto namq; imminet mari. abest hinc modicū a Pelopōneso, illic ab Asia. Arist. polit. 2. c. 8. c. 597.

Cricos animal est, quod pedem sinistrum habet magnū, & longum: dextrum paruum: corium testem, molle, nigrum, interpositis rubeis maculis; tpe aeris fereni absolutum ambulat pede sinistro, & alium post se trahit. tempore nubilo immobile adheret lapidibus, & cuiusque adhererit, vix euelli potest. Albert. magn. de animal. lib. 24. char. 197. col. 2.

Crocæ, quæ circa littora reperuntur, rotunda cur sunt figura? quia, quæ plus recedunt a medio in motionibus, celerius mouentur, & quæ celerius magis important, & quæ plus a medio distant constringi necesse est. cū aut id patiatur, rotunda fieri necesse est. At Crocæ propter maris motū: quoniā simul cum eo agitant, in perpetui accidunt motione, eoq; veritas modo semp̄ ostēnsare. id aut ipsi maxime extremis partib. cōtingit.

Arist. q. mechan. q. 15. ch. 790.
Crochryos est avis minima omnium, quam Regulū vocamus, solitaria volat, vermibus, araneis vescitur: multi parvus, q̄ licet sit parua, auis tamen magno contra aquilā pugnare conat̄. si deplumata ī veru paruo figat ad ignem, girat seipsam: cātat tēpore magni & sicci frigoris in hieme. Alb. de anim. l. 27. ch. 187. cap. 1. col. 1.
Crocodilo fluuiatili oculi sunt Suis, dentes magni exertique, vngues robusti, cutis corticosa, contra omnem ictum inuisa: visus in aqua hebes, extra acerrimus. Dies in terra maxima ex parte agit, noctes in aqua, teporis ratione: repidiorem enim aquam experitur, quā aerem. Arist. de hist. ani. 7. cap. 10. c. 51.
Crocodilus fluuiatilis ova sexaginta, vt plurimum parit, viuitque diu, maximūque aīa a parua origine euadit: ouum enim non maīus asferino, & fetus inde exclusus proportione est, tamen ad quindecim cubita crescit, & aliqui affirmant tandiū augeri, quā diu viuit. Arist. de hist. ani. 5. cap. 33. c. 193.
Crocodilus cum sentit se habere faniosas superfluitates iuxta dentes, aperit os magno hiatu, & tunc auis aquatica, quam strasilum, appellant, similis picæ ingreditur in os eius, & mundificat rostro eius dentes, & postea quasi gargarizando mouens collum eicit eam, & aliquando deuorat cum famecīt. Alb. mag. de ani. l. 8. tract. 2. cap. 2. c. 74. col. 4.
Crocodilus est de aquaticis in figura lacertæ, nisi quod caudam adeo rotundam habet, & pinnas habet in cauda, & extenditur vsque ad longitudinem viginti cubitorum, est pellis eius rugosa, adeo firma, vt quasi clipeo communitur. De nocte in aqua manet, de die propter pasum egreditur ad terram, & propter breuitatē pedum est pigrum, lingua, & auribus caret, omnibus animalibus insidiatur, maxime bubulis: hominē, cum potest, interficit, sed (vt dicunt) eundem deplangit. Regulus auis crocodili purgat dētes, quam etiam sepe deglutit, homines in Nili insula cōmorantes addiscerunt artem, antequam natātes super dorsum beluarum insiliunt, & eas lignis in os ligatis frenatas ducunt ad ripas, & cogunt euomere prædam recenter acceptam. Alb. magn. de anim. l. 24. cap. 1. c. 197. col. 1.
Crocus duorum modorum est: vnus est olus altum: alius hortensis, paruus, & bonus: est calidus, & ficcus, & confortat cor. Alb. mag. de vegetab. & plant. l. 6. tract. 2. cap. 4. c. 163. col. 3.
Cruditas est contraria maturatiōni, quæ est incoactio alimenti in eo, quod circa fructum, & hoc est intermixta humiditas, ideo cruditas est, aut spiritiosa, aut aquosa, aut eorum, quæ sunt ex ambobus. Arist. meteor. 4. sum. 1. cap. 4. tex. 20. ch. 563.
Cruditas fit propter indigentiam caloris, & incommensuratione ad humidum, quod maturatur. Arist. meteor. 4. sum. 1. cap. 4. tex. 20. ch. 563.
Crudorum humor est tenuis frigidi magis quam calidi, & ineficibilis, & impotabilis. Arist. meteor. 4. sum. 1. cap. 4. tex. 22. ch. 564.
Cruditas vt & maturatiō multis dicitur modis, vt vrina, & egestio, & similia cruda dicuntur propter eandem causam. Arist. meteor. 4. sum. 1. capit. 4. tex. 22. c. 564.
Cruda omnia dicuntur, quia non vieta sunt a caliditate, nec consistunt. Arist. meteorol. sum. pri. cap. 4. text. 22. char. 564.
Cruditas dicitur etiam de artificialibus, vt ficitile, lac, & alia, cum possint transmutari, & consistere a caliditate, & non passā sint. Aristot. meteor. 4. sum. 1. cap. 4. tex. 23. char. 564.
Cruda tunc maturantur, cum calor, & humor sunt proportionati in mensura. Aueroes meteorol. 4. tex. 20. char. 215. colum. 3.
Crura priora animalium contra flectunt, atque posteriora, & cōtra, quā homo membra flectunt, excepto cle-

phante, quadrupedes enim, quæ animal generant, flectunt genua ante se, suffragines in aduersum, aduersaque habent inter se connexa curuaturā curium suorum. Arist. de hist. ani. 2. cap. 1. ch. 37.
Crura omnium quadrupedum ossa, neruque abundat, carne deficiunt, imo nullum, quod pedibus constat, excepto homine, pedes habet carnosos. Arist. de hist. animalium 2. cap. 1. ch. 40.
Crura homini femore, suraque carnulenta sunt (cū cætera animalia omnia non modo viuipara, sed quæcunque cruribus constant, vacua carne hæc habeant) vt cum sit erectus, facile pondus sustinere possit. Arist. de partib. anim. 4. cap. 11. ch. 539.
Crura dum inflectunt, necessarium est femoris extremitate retrorsum deducere, tibiam vero ad inflexu pedem in ante mouere. Aristot. de animalium inuicem, cap. 10. char. 577.
Crus suum sinistrum perfricare cuique difficilior est, quā dextrum, quia parte dextra laborare valemus, rebus autem præter naturam proficiscentibus annumeranda est cruris sinistra frictio: sit enim dextra transuersa in partem obiectam. Quæ autem sunt præter naturā, hæc factu sunt difficilia. Sinistra vero manu perfricando dextrā, nil tale percipimus, quia hæc neutra in partem apta, potensque est. Arist. probl. sec. 5. q. 3. c. 405.
Crura qui habent articulata, neruosa, & robusta fortis sunt: secundum animam referuntur ad masculum. Qui gracilia, neruosa habent, luxuriosi: referuntur ad aues. Qui valde superflua habent, vt parum dirupta, odibiles, & inuerecundi: referuntur ad apparentem deceniam. Qui genu flexiles, cinguntur: referuntur ad apparentem conuenientiam. Arist. physiog. cap. 9. c. 347.
Crura subtiliora qui habent, sunt maioris libidinis homines. Aueroes de generatione animalium 3. cap. 1. char. 231. col. 1.
Crus componitur ex duabus harundinibus, vt & brachium exterior harundo magna, & inferior minor genu extra ab ante est os poplitis, vt firmet inflexionem poplitis, quæ a dextra sit retrorsum, ne cruris locatio dislocetur. Albert. Magn. de animalibus, lib. 1. tract. 2. cap. 13. c. 13. col. 4.
Cruris pars, quæ sub genu est, quæ sura appellatur, cum est plena, & quasi grauida, sordidū indicat hominē, intemperatē, & impudentem, seruales enim mores indicat. Alb. Magn. de ani. l. 1. tract. 2. cap. 26. c. 23. col. 3.
Cruris pars, quæ sub genu est, quæ sura appellatur, moderate magnitudinis, & plenitudinis solidæ, & discretæ ad inuicem, optimum ingenium indicabunt. Alb. mag. de anim. lib. 1. tract. 2. cap. 26. c. 23. col. 3.
Cruris pars, quæ sub genu est, quæ sura appellatur, mollis, effeminatis, & sexu femineo assignatur. Albe. mag. de ani. l. 1. tract. 2. cap. 26. c. 23. col. 3.
Crurii partes imę talis proximę, longę, & carnisus refertę, stultum indicant, maxime si digiti humiles, & vafti sunt. Alb. mag. de ani. l. 1. tract. 2. cap. 26. c. 23. col. 3.
Crura densis pilis obfita, indocilem, & ferum hominem ostendunt, idem inguina nimis pilosa. Alber. magn. de ani. l. 1. tract. 2. cap. 26. c. 23. col. 3.
Crustata, & insecta non habent viscera, carent enim sanguine, ex quo viscerum natura constat, vnum enim, quod cordi proportionatur, tantum habent; vis enim sentiendi, & causa vitæ parte aliqua corporis principium animalibus omnibus est. Arist. de partib. anim. 4. cap. 5. char. 510.
Crustata habent partem, quod os vocatur, bīnos dentes primores, & carnosum quid, quod linguæ proportio-natur. Arist. de partib. ani. 4. cap. 5. c. 510.
Crustata differunt a mollibus, quia vt crustata carnis-intus habent, sic mollia extra. Arist. de partib. anim. 4. cap. 5. char. 514.
Crustata omnia ingredi possunt, & pedes complures obtinere.

obtinuerunt, & reducuntur in quatuor numeros, locustæ, gambari, squillæ, cancri, quæ singula in plures species distinguuntur. Aristotel. de partib. animal. 4. cap. 8. char. 524.
Crustata coeunt, vt ea, quæ in aduerso mingunt, cum alterum supinum, alterum pronum applicauerint caudas. Arist. de gen. anim. cap. 14. c. 110.
Crycetus est animal paruum in terris habitans capite vario, dorso rubeo, ventre candente. Albert. Magn. de animal. lib. 22. cap. 1. char. 176. col. 3.
Crysolitus habet tenuem in colore viriditatem, lucidam, in qua ad oculum solis micat, vt stella aurea. Ex Aethiopia venit, spiritualia confortat, tritus asmaticis datur. perforatus, ac affini setis in foramine repletus, ac brachio sinistro alligatus, melancholicas passiones, & terrores fugat. Auro ligatus impedit insaniam, & sapientiam confert. Albert. magn. in 2. de miner. ex tract. 2. c. 3. c. 139. col. 4.
Crysolitus gemma est coloris aurei: in horis matutinis visu pulcherrimus est, in aliis non dissimilis ab igne corrumpitur, ac inflammatur, & fugatur, ideo timere ignem dicitur. scabiem tritus curat, & vlcera. in manu gestatus calorē febriū mitigat. Alb. mag. in 2. de miner. ex tract. 2. cap. 3. c. 139. col. 4.
Crysolitus ab India venit. est color eius, vt ex piri succo coagulato, habens auri guttas intrinsecas. Albert. mag. in 2. de miner. ex tract. 2. cap. 3. c. 138. col. 4.
Cryspagium gemma est ab Aethiopia, lucet in tenebris, & euanescit lumine superueniente, ita vt non retineat, nisi colorem hebetem obscuro, & quasi subternei colore operi auri. Alber. mag. in 1. de mineral. ex tract. 2. cap. 3. c. 139. col. 4.
Crystallus fluuius nascitur de monte Caucaſo in campis Asturix, & vicinatur ei Tigris. Alber. magn. de natur. locor. dist. 3. cap. 1. c. 101. col. 3.
Crystallus est aquæ congelatio per totalem priuationem calidi. Ioan. Grammat. in 2. posterior. cap. 110. char. 66. col. 1.
CrySTALLINA in oculo est magis intima, quam humores, videlicet non solum tunicarum, cornear, & vtrius, sed & albuginei, & aquei humoris, qui est & ipse perspicuus. Ioan. Gram. in 2. de anima. tex. 74. c. 57. col. 4.
CrySTALLUS, Beryllus, Adamas, & Iris differunt in perspicuitate, & natura aquæ; quia CrySTALLUS non solum naturam aquæ habere videtur, sed aqueitatem declinantem in aerem, propter quod perspicuus est, & ad claritatem declinat. Beryllus magis ad aquam declinat, vnde cum soluitur, quasi aquæ guttæ magnæ videntur. Adamas magis habet aqueitatem ductam ad siccum terrestre, ideo obscurior, & durissimus est, & ideo scindit omne ferrum, & metallum. Iris fit ex aqua quasi iam rorante, & partim vapore, partim rore resoluto congelatur, & ideo soli oppositus, Iridis colores in pariete depingit. Albert. Magn. in prim. de mineralibus, ex tract. 2. cap. 2. char. 136. col. 4.
CrySTALLUS est lapis, qui aliquando fit vi frigoris, aliquando in terra, hic frigidus oculo Solis oppositus ignem eijcit, sed calidus hoc non facit. sitim restinguit sub lingua positus. Alb. mag. in 2. de mineral. ex tract. 2. cap. 3. char. 339. col. 4.
CrySTALLUS cum melle mistus, tritus, receptus a mulieribus, replet vbera lacte. Alb. mag. in 2. de mineralibus, ex tract. 2. cap. 3. char. 139.
Cubamus cum parte dextra, magis somnus accedit, vel quia vigilans contra, quam dormientes habemus, ergo cum vigilando parte accubamus sinistra, contrarium sequitur in dormiendo, initio, cum id contrarium sit. Vel quia somnus priuatio motus est; partes igitur, quarum mouere interest, quiescant opus est: dextrarum partium interest. Cum autem ita ac-

cubamus, veluti initium quoddam refurgendi detentum, obligatumque habemus. Arist. problem. sect. 6. q. 5. char. 410.
Cubamus liberenter in latus sinistrum, in dextrum dormimus potius liberenter, vel quia cōuersi ad lucem minus dormire possumus: somnus enim in tenebris ocyus obrepit: vel quod, dum in latus sinistrum accubamus, vigilare magna ex parte solemus, & operis functio sic expeditior est. Itaque ad contrarium opus contrarium habitum habere necesse est, inuitatur autem quisque ad opus fungendum magis habitus sui ratione. Arist. problem. sect. 6. q. 7. c. 410.
Cubæ sunt grana fere, vt iuniperi grana; ideo sophisticantur. sunt (vt aiunt) fructus arboris (sub cancro nascentis, contra habens folia, & non magna, est calida & sicca, tamen non excellenter, prodest vlceribus putridis oris, & gingiuarum, & rheuma capitis restrinigit, si in ore detineatur vocem clarificat. Alb. Mag. de veget. & plant. cap. 16. l. 6. tract. 1. c. 154. col. 4.
Cubiti musculi sunt vnus est ortus ex his, quæ antecedunt adiutorium ab inferiore latere spatulæ, & continuat cum interiore parte cubiti. Alter ab adiutorio colli veniens cum extrinsecum cubiti continuatur, & hi duo secundum rectitudinem se extendunt. Albert. mag. de anim. l. 1. tract. 2. cap. 15. c. 15. col. 1.
Cubiti tenues, aut etiam pleni, sed imbecilles, indociles, & rudes significant. Albert. Mag. de anima. lib. 1. tract. 2. cap. 26. char. 23. col. 2.
Cuculus saxa, & domicilia petit, in quibus nidificet. Arist. de hist. ani. cap. 1. char. 195.
Cuculus parit, sed non in nido, quem ipse facit, sed in nido minorum auium, & ova, quæ aliena reperit, edit, & sua relinquit, quod maxime in palumbium nidis facit, & raro bina parit ova, sepe singula, & parit in nido turturæ. fouet illa, & excludit, & educat, quo tempore pinguis, & grati saporis pullus cuculi est. Arist. de hist. ani. 6. cap. 7. char. 206.
Cuculos, qui Helicem incolunt, aiunt, pariendi tempore non nidificare, sed in palumbium, aut turturum nido parere, neque incubare, neque excludere, nec nutrire, sed cum pullus genitus, ac educatus ab aliena aue fuerit, confortes, cum quibus hic vitam degit, è paterno nido eijcere. præstat autem (vt videtur) pullus cuculi, & magnitudine, & pulchritudine, qua de re facile pullos cæteros longe antecellit. Hoc vero, & palumbes adeo letari autumant, vt & ipsi vna cū illo proprios pullos è nido expellant. Arist. de admir. aud. char. 840.
Cucumeres, & cucurbitas si quis protinus paruulos cōdidit in terram, maiores multo efficiuntur, quia spiritus, & Sol exsiccano incrementū impediūt, & molem minorē, & crispiorē reddunt, vt & arbores, q̄ in locis cauis manent, alię magnæ, & fungosæ, alia; parua, & ipsiæ sunt: at quę sunt in terra occulta, qm̄ cōtra efficiuntur, cōtra euadūt. Arist. probl. sect. 20. q. 8. c. 530.
Cucumeres, aut cucurbitas apud puteū fitos, si q̄ in ipsum dimiserit puteū tēpestiuos, beneq; operuerit, virides p̄ annū totū seruibit: vel qa vapor aquę refrigerans efficit ne exsiccent, & seruat virides, & vegetiores: & obturatio illa, & spiritus satis alere possunt, q̄ iā in plenū creuerunt. Arist. probl. sec. 20. q. 14. c. 532.
Cucumeres citius habebit, qui amputatis sarmētis, præcisatq; planta terrā aggerarit, q̄ quæuis seminaria, apta enim est cucumeris radix viuere maīus t̄pis spatium, quā annuum. Arist. probl. sec. 20. quat. 14. char. 532.
Cucumber est herba frigida, & humida. eius chimus malus, & ad putrefactionem paratus, sedat calorem. Alb. mag. de veget. l. 6. tract. 2. cap. 4. c. 164. col. 3.
Cucumber, & Pepo seruntur mēse Martio, altis sulcis, rare semine iacto, & fiunt cucumeres albi, & dulces seminibus in ouino lacte, & multo positus. Albert. mag. de veget. & plant. lib. 7. tract. 2. cap. 2. c. 177. col. 4.
Cucur-

- Cucurbita** est herba aquosa, multâ frigida, & humida, & nutrimenti non mali. Alber. magn. de veget. lib. 6. trac. 2. c. 4. c. 164. col. 3.
- Cucurbita, mensa** Aprilis feritur pingui solo, & humido, ad quod stillat. Alb. magn. de veget. & plant. lib. 7. trac. 1. c. 1. c. 177. col. 4.
- Cuculus** est avis composita, alia ex columba, & niso, alia ex columba, & asture, ex columba habet, quod non prædatur: ex niso, & asture insidiatur nidis aliarum avium. aues eius ouium in nido positum proprio nutriunt. Albertus magnus de anim. lib. 23. cap. 1. c. 186. columna 4.
- Culices** nulla dulcia gestiunt, sed acida. Arist. de hist. ani. 4. c. 8. c. 154.
- Culices muliones**, ex tipulis generantur. Tipulæ oriuntur fere in puteis, & in omni loco, ubi est aqua terrena subsidente concretionem. Arist. de hist. ani. 4. c. 19. char. 178.
- Culices vinarij** ex vermiculis, qui fece vini accrescente gignuntur, originem trahunt. Arist. de hist. ani. 5. ca. 19. char. 179.
- Culices ficarios caprificus** generat: fit primo suis pomis vermiculus, mox rupta cute euolat culex, & mutata sede petit ficus immaturos, quibus se insinuans facie nê decidant. Arist. de hist. ani. 5. c. 32. c. 192.
- Culex** ab aculeo dictus, quem in ore habet acutissimū, pellem animalium terebrat, & sanguinem excutit, & acida libentius, quam dulcia fugit, & tunc pungit maxime in meridie, & ita diligit solem, ut in solis feruore se exurat. Albertus magnus de ani. lib. 26. c. 204. columna 1.
- Cumæ** Italicæ ciuitas est, in qua (vt clarum est) sibillæ fætidicæ sub terra quidam subterraneus thalamus panditur, quam diutissime ibi virginem degisse inquit. Cæterum, cum quidem hæc Erithrea sit, a quibusdā Italicæ accolis Cumæa, ab alijs Melæ: chrena appellatur. loci huius præfides Leucades extant. Aristot. de admit. audit. c. 856.
- Cuneo paruo, cur** magna sciuntur pondera? quia cuneus duo sunt vectes sibi inuicem cōtrarij: vterque, & pondus habet, & hypomochlion, quod diellit, & comprimit. Plagæ etiam ipsius latio pondus, quod percutit, & mouet magnum facit, & quoniam motū mouet, ipsa celeritate valentius fit. paruo autem existente vecte, magnæ sequuntur vires, quamobrem vltra magnitudinis decentiam latet mouens. Aristot. q. mecan. 17. c. 791.
- Cuniculus** est animal minus lepore, sed fortior, in antribus sub terra habitans, vineis infestus, coit posterioribus aduersis. Albert. magn. de ani. lib. 22. trac. 2. capitu. 1. c. 176. col. 2.
- Cupiditates** fiunt, quæ iucunda videntur, quæ vero conſueuimus, aut adſueti sumus, iucunda sunt. Arist. rhetor. pri. c. 45.
- Cupiditatum** aliæ carent ratione, aliæ sunt cum ratione, quæ carent ratione sunt, quæ corpus sequuntur, vt fitis, fames, & reliqua, quæ cum ratione, quæ ab ipsis capiuntur, qui audierint. Arist. rhetor. pri. c. 47.
- Cupiditas** est res, quæ abest, cuius rei indigentes sumus. Arist. rhetor. pri. c. 100.
- Cupiditates, aliæ communes** sunt, aliæ propriæ, atque appositivæ, vt alimentum cupiditas naturalis est. Arist. 3. ethic. c. 11. c. 75.
- Cupiditas iucundi, & moleſti** est: electio, nec iucundi, nec moleſti. Arist. 3. ethic. c. 2. c. 54.
- Cupiditatum naturalium** error fit in vno; id est in nimio. Arist. 3. ethic. c. 10. c. 75.
- Cupiditas naturalis** est indigentia repletio. Arist. 3. ethic. c. 11. c. 75.
- Cupiditates, si bonæ** sunt, habitus qui prohibet, ne eas sequamur, prauus est. Arist. 7. ethic. nicom. c. 2. c. 161.
- Cupiditates, & voluptates, aliæ sunt genere probæ, aliæ his contrariæ, aliæ mediæ.** Aristot. 7. ethicor. nicom. cap. 4. c. 167.
- Cupiditas** in tres partes diuiditur, in consultationem, irascentiam, & cupiditatem. Arist. moral. eud. capit. 7. char. 394.
- Cupiditate, aut voluptate** quæ appetuntur, aut bona sunt, aut apparentia bona. Aristot. moral. eud. 7. cap. 2. char. 433.
- Cupiditates potius adæquandæ** sunt, quam patrimonia. Arist. polit. 2. c. 5. c. 532.
- Cupiditas non est nisi indigentia** quædam, siue desiderium quoddam. Arist. proble. sec. 3. q. 7. char. 368.
- Cupiditas excitari** tum a cibo, tum ab imaginatione potest. Arist. proble. sec. 4. q. 27. c. 341.
- Cupiditas formam sequitur elegantior.** Arist. proble. sec. 19. q. 5. c. 442.
- Cupiditates, aliæ expetendæ, aliæ fugiendæ, ergo differunt inter se voluptates.** Alex. aphro. in 4. nat. quæst. cap. 2. c. 17.
- Cupiditas est iucundi desiderium.** Io. gram. in 2. de ani. tex. 27. c. 42. col. 2.
- Cupiditas est aduentantis boni appetitio.** Eust. 2. ethic. cap. 1. c. 92.
- Cupiditas alimenti, & vestitus necessaria est: venereorum vero naturalis quidem, sed non necessario.** Eust. 3. moral. c. 11. c. 156.
- Cupiditas est iucundarum rerum appetitio, quæ sensu præditis inest.** Eust. siue Michael ephef. 9. ethic. cap. 1. char. 451.
- Cupiditas nihil aliud est nisi appetit⁹** eius, quod est dulce secundum naturam, & dulce indicat, quod est delectabile secundum naturam. Alb. mag. in 2. de anima. tract. 1. c. 10. c. 15. col. 4.
- Cupiditas fertur in id, quod suaue, & iucundum est, & a contrario declinat.** quæ si ratione gubernatur, temperantiam, liberalitatem, veritatem, benignitatem, & vrbantiam parit: in temperantia est abstinentia, sobrietas, pudicitia, castitas, & parsimonia inest. si vero effrenis, & præceps libido feretur, perdit, profusi, arrogantes, sordidi, illufores, blandi, morosi, acerbi euadimus. Dan. barb. pri. rhetor. c. 1. c. 1.
- Cupido (iuxta Platonis dogma)** reclusa est in abdominis latebras concupiscentiæ, & luxuriæ, vt longe relegata a sede superna sapientiæ, & rationis. Albertus magnus de spir. & respir. lib. 1. tract. 2. cap. 1. char. 55. columna 1.
- Cupressus** differt ab alijs calidis, quod non attrahit vt alia calida: mas eius, & folia stiptica sunt, & resoluunt humiditates. Alber. mag. de veget. lib. 6. trac. 3. ca. 11. c. 153. col. 4.
- Cupressi folia non cadunt, quia sunt folia, & cortex; & cortex a nullo atbore separatur.** Alb. mag. de veget. lib. 6. trac. 1. c. 11. c. 153. col. 4.
- Cuprum** in aurichalcum conuertitur per puluerem lapidis, qui calamina vocatur, sed vt fiat albius intermiscat stannum. Alber. mag. in 4. de miner. ex tract. 2. cap. 6. c. 148. col. 3.
- Cura, & si sit incorporea animæ operatio, calefacit.** Io. gram. in 2. de ani. tex. 69. c. 55. col. 1.
- Curius** est qui multis negotijs est inuolutus, & implicatus. Alex. aphro. 2. top. c. 2. c. 14. col. 4.
- Curotas** fluminis nascitur in campis Phrigiæ, & fluit in mare Hellepontum. Idem ereditur facere Rudacus. Albertus magnus de natur. locor. tract. 1. ca. 3. c. 102. col. 4.
- Curentes citius currunt, si manus commouerint: nixus nanque fit quidam in extensione ad manus, & articulos.** Arist. de ani. inces. c. 3. char. 561.
- Currit velocius manus obquatiens, quam non obquatiens, se enim quodammodo manus obquatiendo sustentat.**

- stentat.** Arist. problem. sect. 5. q. 8. char. 398.
- Curſus** velox capita a morbo tentare facit, sic in homine, vt in cæteris animalibus; & si curſus ad ima excrementa omnia putatur detrahere; quia motus vbi que idem agere potest. Verum motus velox, cum vires intendit, & spiritum retinet; caput concalefacit, eiusque venas nimirum inflat, & attrahentes reddit facultatis externæ, vt frigoris, vt caloris. adde, quæ in pectore continentur; nam ea quoque trahi resorberique inde credendum est. Quibus rebus admissis locum illum ægrotare necesse est. Arist. problem. sect. 5. q. 9. char. 398.
- Currentes non admodum concitate numeroſe respirant: quia omnis spirandi ratio comparatiuiffitudine fieri solet, modo quis non retineat, sed tenori trahendi a natura determinato vtatur.** at cum sedemus, non apparet spiritus numerus. cum item concitate curſum agimus, non possumus spirandi numerum percipere. At cum mediocriter nos ipsos concitamus, præstat motus sensibilem respirandi numerum, & explicare numerum potest. Aristot. problem. sec. 5. quæst. 16. char. 400.
- Currendo non videtur nobis aerem conuerti in flatum; quia in currendo aerem cursu nostro violamus, quo facto, sensu aeris per motum magis afficiamur.** ergo recte in flatum aer se conuertere videtur: hoc enim impetus ratione euenire potest. Arist. problem. sect. 3. q. 17. char. 401.
- Currentes potius cadimus, quam ambulantes; quia magis quam moueamur attollimur, hoc enim inter curſum, & ambulationem interest.** Arist. problem. sect. 5. q. 18. char. 401.
- Currere, quam ambulare** difficilius est, quod plus oneris fert currens: is enim elatus, & pendens onus super se totum sustinet. At qui ambulat parte insistente vicissim sustentatur, quasi parieti ad motus requiescat. Arist. problem. sect. 5. q. 29. char. 405.
- Curſor** est qui potest crura proicere quodammodo, se cito mouere, & longe. Arist. rhetor. 1. char. 24.
- Curſum, qui concitate agunt conuulsis maxime corripantur.** vbi quis inter curſum eis subſtiterit, quia ea potissime diuelluntur, quæ in partem contrariam vehementer trahimus, atque mouemus. at cum homini currenti, & vehementer membra vltra propellenti, quis obuium factus obſtiterit, accidit, vt in partem reorquuntur contrariam, quæ adhuc ante perpendunt, & proripiunt. Itaque diuulsio eo vehementior accidit, quo curſus contentius agitur. Arist. problem. sect. 5. q. 36. char. 407.
- Curſum qui ex equo arripiunt minus decidunt: quia magis cauent, quam timent.** Aristot. problem. sect. 5. q. 39. char. 408.
- Curſus bipedum** fit, vt ambulatio, sed velocior. Albert. magn. de motib. animal. lib. 2. tract. 2. cap. 2. char. 47. col. 1.
- Curſus quadrupedum** fit extensis primis cruribus ante simul ad accipiendum viæ spatium, & posterioribus impingentibus ad saltum, & quæcunque hoc simul faciunt, velociter currunt. Alber. mag. de mot. animal. lib. 2. tract. 2. cap. 2. char. 47. col. 2.
- Cutis hominis** proportionem magnitudinis tenuissima est, & in cute omnium inest lentor quidam muscosus, sed alijs minus, alijs magis, vt in tergore bouum, ex quo glutinum facere solent. Aristot. de historia animal. 3. cap. 11. char. 90.
- Cutis sensu carere** constat, maxime quæ in capite, quoniam ibi ossi adhæret nulla interposita carne. Arist. de historia animal. cap. 11. char. 90.
- Cutis vbiunque per se, & sine carne est, vulnerata non coit, vt in gena, bucca, præputio, palpebra.** Aristotel. de hist. ani. 3. cap. 11. char. 90.

- Cutis** in omnibus animalibus continuatur perpetuo contextu, nec albi interpellatur quam vbi naturales meatus euaporare solent, & in ore, & in vnguibus. Arist. de hist. ani. 3. cap. 11. char. 90.
- Cutem omnia animalia habent, quibus est sanguis, pilos non omnia.** Arist. de hist. ani. 3. cap. 11. char. 90.
- Cutis piscium, alijs est squamata; alijs aspera, alijs lenis, sed paucissimis.** Arist. de part. ani. 4. cap. 13. char. 555.
- Cutis natura terrena est.** Aristotel. de generat. animal. 5. cap. 2. char. 572.
- Cutis constat arteria, neruo, & vena: vena, quia dum pûgitur, sanguinem mittit; neruo, quia tendi potest: arteria per respirationem.** nam sola arteria spiritum suscipit. Arist. de spiritu, cap. 4. char. 904.
- Cutis capitis rugosa, vel vltra modum laxa, indicat resolutum, & mollem; si dura, densa, & constricta, laudis amatozem, & prope stolidum hominem; sed optimum est, nec laxam, nec strictam habere.** Alb. mag. de anim. lib. 1. tract. 2. cap. 2. char. 6. col. 4.
- Cutis omnia membra inuoluit, & ambit, & sicut est contextio neruorum, & venarum flariter reflexarum ad inuicem, vt inuoluantur ea membra interiora, & est albæ substantiæ composita quasi ex duabus pelluculis, quarum vna vocatur cutis interior, alia exterior, & eius utilitas est resistere nocementis, quæ fiunt ab excellentia sensibilibus, ideo est spissa.** Alb. mag. de animal. lib. 1. tract. 3. cap. 7. char. 28. col. 4.
- Cutis color niger, lenis, imbecilem, verſutum** indicat, refertur ad habitatores quatuor primorum climatum. Alb. mag. de ani. lib. 1. tract. 3. cap. 7. char. 28. col. 4.
- Cutis color rubeus, fortes, & animosos ostendit.** refertur ad Germanos habitatores 6. & 7. climatis. Alb. magn. de ani. lib. 1. tract. 3. cap. 7. char. 28. col. 4.
- Cutis color vehementer albus, cum pallore, ostendit defectum virtutis, ex phlegmate.** Alb. Mag. de ani. lib. 1. tract. 3. cap. 7. c. 28. col. 4.
- Cutis color rubicundus non claræ rubedinis, sed spissæ, studentem omni tempore dolis declarat.** Alb. mag. de ani. lib. 1. tract. 3. cap. 7. char. 28. col. 4.
- Cutis color pallore deformatus, effœminatum, more foeminarum, aut imbecilem, & timidum significat.** Alb. mag. de ani. lib. 1. tract. 3. cap. 7. char. 28. col. 4.
- Cutis color fulcus, & cirinus, loquacem, iracundam, & intemperatum significat.** Alb. mag. de animal. lib. 1. tract. 3. cap. 7. char. 28. col. 4.
- Cutis color ignitus lucentibus oculis, & circumdatis, ad insaniam vergit.** Alb. mag. de animal. 1. tract. 3. cap. 7. char. 28. col. 4.
- Cutis color medius inter album, & nigrum, qui declinat in brunum, si est clarus, boni ingenij, & bonorum morum virum ostendit.** Albert. mag. de animal. lib. 1. tract. 3. cap. 7. char. 28. col. 4.
- Cutis pectoris solo rubore inflammata, iracundam ostendit.** Albert. magn. de animal. lib. 1. tract. 3. cap. 7. char. 28. col. 4.
- Cutis forte in homine sola temperata est.** Alber. mag. de ani. lib. 12. tract. 1. cap. 2. c. 101. col. 3.
- Cutis temperatissima est in extremitate indicis, qui dicitur esse iudex tangibilium.** Alb. mag. de ani. lib. 12. trac. 1. cap. 2. c. 101. col. 4.
- Cygni cantant cum sunt in aliqua tribulatione.** Albert. mag. de ani. lib. 8. tract. 2. cap. 4. e. 76. col. 2.
- Cygnus** avis est nota, & de genere anseris inter magnas & aquaticas aues sola est musica, & non concinit nisi tempore doloris, & tristitiæ. Post coitum mas non fugit, sed coeundi desiderium cessat, & immerguntur aquis, ut aliæ omnes aues aquaticæ; quia concupiscentiæ vapor discurret per carnes eorum, & illum quærunt abstergere: & huius signum est, quod omnes aues post coitum horripilationem habent, & eleuatis pennis diuarcantes se excutunt; & similiter faciunt.

ciunt alia pilosa. Albert. magn. de animal. lib. 23. cap. 1. char. 186. col. 2.
 Cylinder propulsus fertur in directum; suisque terminantibus orbibus lineas rectas describit: turbo vero suo manente mucrone circumfertur atque in suo terminante orbe, orbem describit: quia uterque circumfertur, quia cylinder lineas rectas plano ducit, turbo orbes describit, qui inæquales sunt, ferri namque velocius potest, qui amplior circa centrum idem conuertitur. Et cum in turbine omnes circuli inæquales sint, euenit, ut extimi, qui uoluntur, plurimum loci, & lineæ tempore eodem decurrant. Vnde fit etiam, ut circum omnes agantur; describuntur enim omnes eadem recta linea. At cylindri orbes cum omnes sint pares, & centrum idem habeant, omnibus punctis planum contingendo, pari celeritate uoluntur, cum nulla inæqualitate cylinder euariet, & rursus in planum omnes deueniant, ubi quisque suam conuersionem absoluerit. Vnde, & lineas ductas per directum in plana, pares inter se esse necesse est: sua enim tactione orbes æqui, pariterque uolubiles illas duxere. Atqui rectas effici patet, quas linea eadem referens sese in directum peregerit. Arist. problem. sect. 16. q. 5. char. 498.
 Cyminum est herba multorum colorum, habens semen; aliud est nigrum, aliud citrinum, aliud syluestre, aliud domesticum: est calidum, & siccum. Alb. mag. de veget. l. 6. tract. 2. cap. 4. char. 163. col. 4.
 Cynamulgos auis est, quæ in Aethiopia de cinnamomo in altissimis arborum ramusculis textit nidum. Alb. mag. de animal. l. 27. cap. 1. char. 186. col. 2.

Cynomya est musca canina, sub pilis carum, & aliorum animalium pungens, & sanguinem eliciens. Alber. magn. de animal. lib. 26. char. 104. col. 1.
 Cyparus est herba folijs similis porro, orificia venarum aperiens, extrahit, & frangit lapidem. Albert. mag. de veget. l. 6. tract. 2. cap. 4. char. 164. col. 2.
 Cypsellus Corinthius, cum Ioui uouisset, si dominus fieret ciuitatis, se illi omnia, quæcunque essent Corinthijs, dicaturum, eos quæcunque haberent iussit describere. deinde a singulis decimam partem accepit, reliquis eos ad lucrum exerceri iussit: tum anno uertente, rationem eandem seruauit. Ita annorum decem spatio, & ille omnia habuit, & Corinthijs, quæ adepti erant possiderunt. Aristotel. œconom. 2. char. 804.
 Cyrcæus mons est in Italia, in quo ueneni quædam species oritur, huius vis, atque naturæ, ut si quis ex ipso aspersus fuerit, continuo concidat, ac caluus efficiatur, membraque totius corporis defluant. Quamobrem superficiem corporis defunctorum miseratione dignam inesse traditur. Hanc autem ueneni speciem ferunt Paulum Peucestium, & Gaium cum Cleonymo Spartano tradere decreuissent, a Tarentinis compertos, ac de ueneno interrogatos capitales pœnas perfoluiss. Aristotel. de admir. aud. 75. char. 851.
 Cyziceni seditione orta, & captis diuitibus a plebe cum pecunias militibus deberent, captos non morte afficere, sed multatos pecunia in exilium mittere statuerunt. Arist. œconom. 2. char. 808.



D AEMONIORVM quorundam genus nonnulli inducunt rationis expertum in inferiore loco, quod per hoc scimus, ad cruciandos sceleratorum animos, quæ ab alijs mortalia, ab alijs immortalia creduntur. Ammon. in Porphy. char. 10. col. 4.

Dæmonem, intellectualem animæ nostræ partem, veteres vocare consueuere. Eustr. 1. moral. char. 3.
 Dæmones in aere habitare, & ad nos venire, & nobis ostendere futura, secundum naturæ ordinem omnino absurdum est. substantiæ enim illæ non ponuntur, nisi ut principia quædam generatorum, ut uirtutes cœlestes cum actiuis, & passiuis qualitatibus elementorum sufficienter generent omne, quod est generabile, & corruptibile. Alb. mag. de som. & vig. l. 3. tract. 1. cap. 8. char. 37. col. 4.
 Dæmones, secundum Apuleium, sunt animalia corpore aerea, mente rationalia, animo passiuia, tempore æterna. D. Thom. 5. metaph. lect. 12. tex. 10. char. 321.
 Dæmonibus mediatis res humanas per diuinam providentiam gubernari existimarunt gentiles, & maxime Platonici. D. Tho. ethic. 9. lect. 10. char. 163. col. 1.
 Damma bestia est magnitudine capræ, & pili, & figuræ, cornua ut ceruus habens, sed non ramosa, sed plana acuta, cursu uelox. caro eius frigida, & sicca est: si fel huius animalis, & semen testiculorum vulpis, & piper, semen erucæ de quolibet acceptum ad pondus auri, & mellis duæ uncia, & fiat electuarium, & ipsum tenet mulier in lana; quando cum viro concumbit, concipit, & si fel est feminæ, foeminam; si masculi, masculum concipit. Alb. Mag. de anim. l. 22. tract. 2. cap. 1. char. 176. col. 3.
 Damma siue dāmula est bestiola parua, & debilis, quæ est præda ceteris animalibus, & cum parit deuorat secundinam, antequam ad terram cadat. Alber. mag. de ani. l. 22. tract. 2. cap. 1. char. 176. col. 3.
 Damaum est cum quis minus habet, quam suum erat. Arist. 4. ethicor. nicom. cap. 4. char. 119.
 Danubius fluuius nascitur ex alpiibus Sueuiæ prouinciæ, & procedens colligit multas aquas, quarum maxime sunt, Nides, Littus, Henus: germinatur; & ipse, & Dyas, & includunt intra se Pannoniorum ciuitates plurimas, id est, Attinetum, Petroennem, Tarmontum, & Stuarim, & redeunt ad uiam, & faciunt rotunditatem, in qua est oppidum Peuce, & ex ipso fluuiali circulo septem crines fluminum procedunt, infundentes se in Pontum iuxta Constantinopolim. Constat Danubium exeuntem ex alpiibus edere Dicaram, sed effunditur per crines suprascriptas. currit miliaria 600. Albert. Magn. de nat. locor. dist. 3. cap. 2. char. 102. col. 2.
 Data sunt in vnaquaque scientia, quæ semper quod sunt, sumunt; quærunt autem, quæ his accidunt. Io. Gram. in post. cap. 8. char. 20. col. 4.
 Daxus animal est pingue ualde, & axungia eius ualet ad renum dolores; est latum in dorso; breuibus cruribus, multum mordax: pilo plus albo, quam nigro; in dorso plus nigros, in lateribus albos habet pilos; est ad quantitatem vulpis: & alius est caninus, quia in multa findit pedem, & alius est porcinus, quia in duo findit ungulam, ut porcus; aliquando habet morsus uenenosos, sed non semper. Albert. magn. de animal. l. 22. tract. 2. cap. 1. char. 176. col. 3.

Debilitas est ultimum potentiæ passiuæ, non tamen in omnibus; nam in aliquibus propter excellentiam appellatur uirtus. Albert. magn. in prim. de coelo, tract. 4. cap. 4. c. 29. col. 1.
 Debilitas cordis uidetur esse ualde similis coangustationi cordis. Alb. mag. de mot. animal. l. 1. tract. 2. cap. 7. char. 44. col. 2.
 Debilitas est potius in fuga tristitiæ, quam in appetitu delectationis. Albert. magn. ethic. 7. tractat. 1. cap. 12. char. 87. col. 1.
 Debitum qui facit, non laudatur. Auer. in 1. rhetoric. tract. 2. cap. 16. char. 42. col. 3.
 Decem sunt præmittenda in initio cuiusuis libri philosophiæ: primo quot modis nominantur philosophorum sectæ; secundo operum diuisio; tertio quis sit auctor libri; quarto quis finis illius philosophiæ; quinto uia, quæ ad finem perducit; sexto, quæ sit auctoris elocutio; septimo cur obscuritati studuerit; octauo quis auditor; nono quis debet esse interpret; decimo quot capita singulis libris præfanda sunt. Ammon. in prædic. c. 1. Idem Simpl. in præd. c. 1.
 Decentia à morali uirtute proficiuntur. Alex. Aphrod. in 4. natur. q. cap. 22. c. 30.
 Decens in expensis sine comparatione accipi non potest; namque quod hunc decet, alium non decet, quæ decentia consideratur ad ipsum, qui facit, ad negocium in quo facit, & ad res, & personas, circa quæ facit expensas, uel donationes. Albert. magn. Ethic. 4. tract. 1. cap. 9. char. 50. col. 3.
 Deceptio secundum suspensionem fit, quemadmodum si idem pluribus primis inesse contingit; & hoc quidem latere quempiam, & existimare nulli inesse, & si quis decipitur circa ea, quæ sunt ex eadem coordinatione, & fit, cum scimus in uniuersali, non autem in parte. Arist. prior. l. 2. cap. 21. char. 279.
 Deceptio per syllogismum affirmatiuum fit in prima figura, ex propositionibus immediatis utriusque falsis, uel ex altera solum minore falsa. Aristot. poster. l. 1. cap. 12. tex. 32. char. 323.
 Deceptio per syllogismum negatiuum in prima figura ex propositionibus immediatis fit ex ambabus propositionibus falsis, & ex altera tantum & hac quacunque. Arist. post. l. 1. cap. 12. tex. 32. char. 324.
 Deceptio per syllogismum in secunda figura ex propositionibus immediatis, non contingit fieri ambabus propositionibus totis falsis: oportet enim accipere propositiones, ut huic insint, huic non: at ambabus in parte falsis nil prohibet, & maiore affirmatiua uera, minore negatiua falsa: & maiore affirmatiua falsa, minore negatiua uera; & maiore negatiua uera, minore affirmatiua falsa: uel maiore negatiua falsa, minore affirmatiua uera. Aristot. poster. lib. 1. cap. 11. tex. 22. char. 324.
 Deceptio per syllogismum in prima figura ex propositionis mediatis ex eadem coordinatione non potest esse, ambabus propositionibus falsis, sed ea solum, quæ est ad maius extremum. Aristotel. post. lib. 1. cap. 13. tex. 32. char. 325.
 Deceptio per syllogismum in prima figura, ex propositionibus mediatis, non ex eadem coordinatione fit maiore falsa, minore uera: & negatiuus fit ex ambabus propositionibus falsis, & maiore uera, minore falsa. Arist. post. lib. 1. cap. 13. tex. 32. char. 325.
 Deceptio per syllogismum in secunda figura ex propositionibus mediatis, non fit. ambabus propositionibus in toto falsis, altera uero euenit, & utralibet. Arist. post. l. 1. cap. 13. tex. 52. char. 325.
 Deceptio per syllogismum per proprium medium, impossibile est fieri ambabus falsis, sed uia, & hac maiore, & si medium non est proprium, hac uera, & illa falsa, & quauis. Arist. post. l. 1. cap. 13. tex. 32. char. 326.

Deceptio

Deceptio magis accidit his, qui cum aliis considerant, quam his, qui per seipos: nam ea, quæ cum alio est consideratio, per orationem est; quæ autem per seipos non minus per ipsam rem. Deinde, & per seipos deceptio accidit cum in oratione facit considerationem, ideo deceptio ex similitudine, similitudo autem ex dictione. Arist. elench. lib. 1. cap. 6. char. 589.

Deceptio fit in simplicibus, & compositis per accidens tantum. Arist. 9. metaph. cap. 7. tex. 22. c. 191.

Deceptio secundum quando non est in entibus immobilibus, id est, in necessariis, & impossibilibus. Arist. 9. metaph. cap. 7. tex. 22. char. 191.

Deceptio si accideret in substantiis non compositis ex sui natura, tunc generarentur, & corrumpentur. Arist. 9. metaph. cap. 7. tex. 22. char. 191.

Deceptor, qui iniustus ex illiberalitate est. Arist. moral. eudem. 3. cap. 6. char. 422.

Deceptio aliquando fit ex eo, quod medius terminus non idem in utrisque propositionibus, nisi voce sumitur. Alex. Aphrod. in pri. prior. cap. 37. ch. 64. col. 1.

Decipitur ille, qui ens non ens esse existimat, vel non ens esse ens. Simp. in 1. phys. c. 48. col. 1.

Deceptio fit, cum vnum pluribus inest, & huic videtur per se inesse, & quia latet nulli inesse, vel cum vniuersaliter per particulare persuadetur. Ioan. Gram. in 2. prior. cap. 20. char. 80. col. 1.

Deceptio, vel est cum nescimus vniuersale, vel particulare, vel neutrum. Ioan. Gram. in 2. prior. cap. 21. char. 80. col. 3.

Decipimur credentes demonstrasse vniuersaliter tribus de causis: prima, cum est solitarium, & singulare, in quo facimus demonstrationem: secunda, cum est aliquod commune innominatum, & cogimur loco nominis communis uti nomine speciei: tertia, cum & si sit vniuersale nominatum, tamen in aliqua specie facimus demonstrationem. Ioan. Gram. in 1. poster. cap. 5. char. 13. col. 3.

Deceptio ex similibus fit. Mag. in lib. de inter. quæst. 39.

Decipiuntur homines in eo, quod nesciunt, aut in eo, cuius cognitio non est valde manifesta. Auer. in 4. metaph. tex. com. 8. char. 35.

Decipiens est, qui intelligit facere sophisticam apparentiam, & non ostendere veritatem. Auer. ex dest. dest. disput. 3. char. 20. col. 3.

Deceptio nulla est male dispositionis circa res immobiles actu semper existentes. Alb. magn. in 9. metaph. tract. 4. cap. 9. char. 141. col. 3.

Deceptio secundum magnitudines ex hoc provenit, quod non distinguitur de corpore, secundum quod est in genere substantiæ, & secundum quod est in genere quantitatis. D. Thom. 3. metaphysic. lect. 13. tex. 80. c. 178.

Deceptio ex hoc surgit, quia aliter opinamur de re, quam sit in re; & aliter affirmare, quam sit affirmandum; & aliter negare, quam sit negandum. Alexan. de Ales. in 9. metaphysic. tex. 22. c. 275. col. 2.

Deceptio sequitur ignorantiam dispositionis. Alex. de Ales. in 9. metaph. tex. 22. char. 275. col. 2.

Deceptio alia ex parte rei, & hæc esse potest circa contingentiam: alia ex parte nostra, & hæc est circa necessitatem. Alex. de Ales. 9. metaph. tex. 22. c. 275. col. 3.

Deceptio non potest oriri ex parte rei circa necessaria, & sempiterna, sed ex parte nostra; in contingentibus contra. Alex. de Ales. in 9. metaph. tex. 22. c. 275. col. 3.

Decoctio est cibi alteratio, & ideo est de contrario in contrarium, & sic in principio est dissimilis, & in fine est similis, & conueniens. Albert. mag. de animal. l. 18. tract. 1. cap. 1. char. 153. col. 1.

Decoctio non fit, nisi per humidi educationem, & humidum non educitur, nisi a calore ignis. Albert. mag. de animal. l. 20. tract. 1. cap. 4. char. 163. col. 3.

Decoctio est propria ignis operatio. Alb. mag. de anima. lib. 2. tract. 1. cap. 4. c. 163. col. 3.

Decrementum est transmutatio corporis a mensura maiore ad minorem. Auer. epitom. in logic. c. 343. col. 1.

Decreta ad res ipsas immutanda sunt, & accommodanda. Arist. ethic. nicom. cap. 10. char. 135.

Decretum intelligitur dupliciter: vno modo enunciatio quædam vniuersalis de particularibus operationibus: alio modo indicium aliquod de aliquo operabili. D. Thom. 4. politic. lect. 4. char. 56. col. 3.

Deductio est, cum primum medio palam est inesse, ultimo autem medium obscurum quidem, sed similiter credibile, aut magis quam conclusio. Aristot. prior. 2. cap. 21. char. 288. Ioan. Grammat. in 2. prior. cap. 21. char. 82. col. 4.

Deductio in minori propositione consistit, cum æque incognita sit conclusioni, vel notior. Mag. in prior. char. 66. col. 1.

Deductio, & refutatio idem commune habent, ut in propositione ambigua ambo versentur; differunt, quia deductio est ratiocinatio, quæ dubitationem affert: refutatio per ratiocinationem contrarium, vel repugnans infert. Mag. in prior. char. 66. col. 3.

Deductio habet medium magis notum secundum naturam conclusionem, & propinquius scientiæ introductione. Alb. mag. in prior. char. 16. col. 4.

Deductio est, cum ipsi medio palam est inesse primum extremum in maiori propositione, & sic habentibus terminis propositio maior efficitur per se nota. Alb. mag. in prior. char. 168. col. 3.

Defectui, quod est malum, superabundantia, quæ & ipsa est malum, contraria est. Aristotel. prædic. tractat. 3. cap. 1. char. 92.

Defectio in diuisione dicitur, cum non sumas in diuisione omnia, quæ contra diuiduntur. Ioan. Gram. in 2. poster. cap. 6. char. 60. col. 1.

Deficit cito, quod continuo non generatur. Alber. mag. de pass. aer. char. 119. col. 3.

Defensor videre debet, quæ, & quot eorum non inest, quibus appetendis homines alijs iniuriam faciunt. Arist. rhetor. 1. char. 43.

Defendens semper in meliori conditione est, quam qui accusat, quia qui accusat ex verisimilibus probat. Arist. rhetoricor. 2. char. 132.

Defensio est delictorum, ac iniuriarum, quæ vel in accusationem, vel suspicionem venerunt dissolutio. Arist. rhetoric. ad Alex. cap. 4. ch. 195.

Defendens, aut ostendere debet nihil perpetrasse eorum, quorum accusabatur: aut si cogatur fateri, enitendum est, ut gestum a se negocium, & legitimum, & iustum, & honestum, & publice utilitati vitale ostendat, aut in imprudentiam, in fortunam gesta negocia conferens, & iacturas ab iis profectas, quam minimas ostendens. Aristot. rhetoric. ad Alex. cap. 4. chart. 196.

Deferri, & circumferri idem sunt: nam deferri est vniuersum locum deferere: circumferri est in se seodem situ per eandem ambitudinem recurrere. Them. in 4. phy. tex. 45. c. 37. col. 1.

Definire non est in sempiternis maxime indiuidua vnica ut Sol, & Luna. Aristotel. 7. metaphysic. cap. 17. tex. 55. char. 157.

Definibile in se habet, ut se habet definitio. Simp. in pri. phys. tex. 30. char. 42. col. 1.

Definibile omne compositum est, & definitia ipsius additatis termini sunt. Alb. mag. de caus. & proces. vniuer. a 1. cau. l. 1. tract. 2. cap. 5. c. 192. col. 1.

Definitio quot modis dicitur, & fit, & inuenitur.

Definitio, aut principium est demonstrationis, aut demonstratio positione differens, aut conclusio demonstra-

monstrationis. Arist. post. lib. 1. cap. 2. tex. 22. car. 310.

Definitio per solam primam figuram venatur, quia in secunda non est affirmatiuus syllogismus; in tertia non est vniuersalis. Arist. post. lib. 1. cap. 11. tex. 31. c. 321.

Definitio alia significat, quid nominis; qua cognita querimus propter quid est: alia declarat propter quid: prior significat, sed non ostendit, alia positione differt a demonstratione. Aristoteles postero. libro secundo. cap. 10. tex. 10. char. 367.

Definitio alia est ratio ipsius, quod quid est demonstrabilis, alia est syllogismus casu differens a demonstratione, alia est conclusio demonstrationis. Arist. post. lib. 2. cap. 10. tex. 10. char. 367.

Definitio venabimur, si primo considerabimus, quæ se extendunt in plus rei propositæ, non tamen extra genus, id est, in sunt vnique vniuersaliter, & alij, & eorum aggregare id, quod est illius rei, cuius intendimus definitionem elicere, & hoc aggregatum necessario est forma rei, & eius definitio. Aristot. post. lib. 2. cap. 13. tex. 16. char. 374.

Definitio nem alicuius totius, si aliquis vult inuenire, primo diuidere oportet genus in indiuidua specie prima, & horum definitiones accipere, & horum genus accipiendum, & proprias passionem speculari, per communia prima: quia accidentia ex his, quæ componuntur ex indiuiduis, ex definitionibus plana sunt; quia principium omnium est definitio simplicis, & simplicibus solis per se inest accidentia, alijs vero secundum illa, differentia sunt ordine suo ponenda, & nihil eius, quod in eo quod quid est prætermittendum est. Aristot. post. lib. 2. cap. 13. tex. 18. char. 376.

Definitio nem construere qui vult per diuisionem, tria coniecturare oportet: primo, ut accipiat quæ prædicantur in eo quod quid est: secundo hæc ordinare, quid primum, quid secundum: tertio quid hæc omnia sunt. Primum est, quia prædicata accidentalia non conferunt definitioni. Ordinamus autem, si acceperimus quod primum acceptum fuerit, quod omnibus inest, illi autem non omnia. Quod autem omnia hæc sint manifestum est ex eo, quod accepit per diuisionem a toto, & id quod acceptum est sit idem cum re definita, nec deficiat, nec aliquid illi super sit. Aristot. post. lib. 2. cap. 13. tex. 21. char. 378.

Definitio facilius fit, cū definimus singularia, quam vniuersalia. Arist. post. lib. 2. cap. 10. tex. 22. char. 379.

Definitio nem interire contingit, si ostenditur non esse idem, non autem est satis ad astuendum ostendere idem esse. Aristot. topic. 1. cap. 4. char. 393.

Definitio multipliciter dicitur: vno modo significat substantiam, & hoc aliquid alio modo quodcumque prædicamentum, quantitatem, qualitatem, & alia quæcumque talia. Arist. 7. metaph. cap. 3. text. 14. char. 132.

Definitio alia est nominis, alia orationis. Alex. aphrod. in 1. topic. cap. 4. text. 7. colum. 7.

Definitio nem illa prima sunt, quæ in propria ratione continent aliqua, quæ non alterius in definitione sumuntur. Alex. aphrod. in 1. de ani. cap. 9. char. 34. colum. 2.

Definitio nes omnes proprie prædicatiuæ sunt, improprie autem negatiuæ. Alexan. & Eustrat. in 9. poster. char. 17. colum. 1.

Definitio nes, aliæ cum definito conuertuntur, aliæ non, quæ non conuertuntur, & sunt ex materia, per primum primæ figure modum demonstrantur, quæ ex forma indemonstrabiles sunt. Alexander & Eust. in 2. poster. char. 45. colum. 2.

Definitio num quatuor sunt species: vna, quæ quid nominis declarat, quæ nec definitio proprie appellari debet: alia ipsius quod quid est indemonstrabilis: alia, quæ conclusio demonstrationis est: quarta, quæ definitio quidem est, at differt a demonstratione sola positione. Alexan. & Eustrat. in 2. poster. char. 56. col. 2.

Definitio nem vt consiciamus, tria paranda sunt, vt omnia sint substantialia, & in eo quod quid est prædicentur, & nihil sit accidentale, quod decenter ordinetur, vt priora natura sint præordinata, & post ipsa posteriora; tertio vt omnia hæc sint definitum, vt illud, nec nec excellat definitionem, nec deficiat ab illo, de quo assignata est. Alex. & Eustrat. in 2. poster. cart. 87. col. 1.

Definitio nem qui venari vult, potius uti debet resolutiua, quam diuisua methodo a singularibus ad vniuersalia eundo. Alexan. & Eustrat. in 2. poster. c. 90. col. 2.

Definitio nem venari consuevit Aristot. ex ijs rebus, quæ maxime rem consequuntur. Pellus in 2. phys. c. 11.

Definitio alia est nominis, quæ nec digna est definitionis nomine, quæ aliam rem monstrat, sed non quam obrem ostendit; & hæc nihil ad scientiam demonstrat: alia, & vt sit, & causam quod ita sit ostendit, & hæc solo flexu a demonstratione differt: alia est eorum, quæ prima, & immediata sunt, quod principium est demonstrationis. Themist. in 2. poster. cap. 11. char. 10. col. 3.

Definitio nes per negationem maiorem subiecto dignitatem afferunt. Ammon. in Porph. q. 32.

Definitio nes sumuntur aliquando a forma, aliquando a materia, aliquando ab vtraque. Simp. in 1. phys. tex. 92. char. 138. colum. 2.

Definitio nes aliæ sunt materiales, aliæ formales, aliæ ex vtraque. Io. gram. in 1. post. cap. 7. char. 18. colum. 4.

Definitio num scientiam per solam primam figuram venari possumus. Io. gram. in 1. post. cap. 11. c. 30. col. 1.

Definitio duplex: alia, quæ substantiam exhibet, alia, quæ nomen interpretatur. Ioan. gram. in 2. poster. cap. 7. char. 61. colum. 4.

Definitio alia materialis, aut quæ sumitur ex his, quæ substantialiter rebus inest: & materialis, aut conuertitur, aut non, aut eadem cum definito est, aut alia, aut formalis, aut conuertitur, & eadem est cum definito. Ioan. gram. in 2. post. cap. 8. char. 62. col. 1.

Definitio nes generum ex resolutione inueniuntur a definitionibus specialissimorum, quæ a definitionibus singularium inueniuntur. Io. gram. in 2. post. cap. 14. char. 70. colum. 1.

Definitio nes, vt ex diuisione elicimus, tria consideranda sunt: primum accipere in definitione, quæ prædicantur de definibili in eo quod quid est: secundum ordinare vniuersaliora prima, particulariora vero post ipsa: tertium, quod hæc omnia substantialia in definitionem comprehensa soli definito conueniant. Ioan. grammat. in 2. poster. cap. 14. char. 76. col. 1.

Definitio nis inquisitio omnis difficilis est, communiter autem, quæ de ijs est, quæ sunt, proprie autem de anima, primum querendum vtrum vna sit methodus, vel multæ per quam diffinitiones omnium, quæ sunt, elicantur, si vna, quid sit, & qualis: si multæ, quot, & quales vix sunt duæ, descriptio, & definitio. Ioan. gamma. in 1. de anima. tex. 4. char. 6. col. 1.

Definitio nes secundum veritatem inueniuntur in compositis, quæ habent essentiam perfectam, sed in reatiuis, & rebus simplicibus, quarum existetia propinqua est, vt sit in intellectu, vt sunt reatiua, non inueniuntur diffinitiones secundum veritatem. Auerroes in poster. lib. 1. text. 10. chart. 137. colum. 2.

Definitio, aut est nota tota secundum se, aut aliquæ partes ipsius secundum se sunt ignotæ, aliquæ notæ; primum est principium demonstrationis: secundo conclusio demonstrationis: tertio partim est principium demonstrationis, partim conclusio demonstrationis. Auer. in poster. lib. 1. cap. 7. tex. 64. chart. 148.

Definitio nes duas nihil habere potest. Auerr. in poster. lib. 1. cap. 3. text. 10. char. 20.

Definitio num quædã sunt, quas ab initio est notum inesse definito, & singulas partes ipsarum singulis illius, & hæc sunt demonstrationis principium. Aliæ sunt, quas non est notum

notū inesse definito, siue partes inesse singule singulis sit notum, siue non sit notum. Aliæ sunt, quarum aliquas partes notum est inesse definito, & aliquas non est notum: & harum, aliæ per demonstrationem possunt verificari, aliæ non. Auer. epit. in log. c. 353. col. 3.

Definitionem oportere esse definito notioem quatuor intelligi potest intentionibus. Vna, quod conceptus definitionis confusus sit notior, quam conceptus definiti confusus. Secundus, quod conceptus partium definitionis distinctus sit notior, quam conceptus definiti distinctus. Tertius, quod conceptus partium definitionis confusus sit notior, quam conceptus definiti distinctus. Quartus, quod conceptus partium definitionis distinctus sit notior, quam conceptus definiti confusus. Auer. in q. logicis q. 17. c. 378. col. 3.

Definitio non inuenitur in rei veritate nisi in substantia. Auer. in 4. metaph. tex. 10. c. 38. col. 3.

Definitiones substantiarum plures sciuntur in ijs tribus vijs, scilicet compositionis, diuisionis, & demonstrationis. Auer. in 6. metaph. sum. 1. tex. 10. c. 68. col. 1.

Definitio in substantia inuenitur simpliciter, in alijs prædicamentis secundum quid. Auer. in 7. metaphysic. com. 14. ch. 77.

Definitionis ad definitionem est proportio, vt quidditatis ad quidditatem. Auer. in 7. Metaphysic. tex. 14. char. 77.

Definitiones ignotæ quæ sunt, primo perscrutandum est de genere earum, & post de differentia, quando vtraque pars differentie ignota est, scilicet genus, & differentia. Auer. in phy. 4. tex. 8. c. 58. col. 2.

Definitionem tribus vijs venari possumus: demonstratione, vt placuit Hippocrati: diuisione, vt Platonis: compositione, vt Aristoteli. Auer. 1. de ani. tex. 5. c. 109. col. 2.

Definitiones nullum vsum recipiunt ab accidentibus. Boeth. in Porph. c. 3.

Definitio alia est per genera, & est vera; alia est quædam descriptio, qua maxime vtimur in illis generibus, quæ summa sunt genera. Boeth. in Porph. c. 14.

Definiri quæ nequeunt, describuntur. Boeth. in præd. char. 117.

Definitio generis constitutione formatur, differentiarum vero compositione perficitur. Boeth. in lib. de interp. char. 308.

Definitio fit sumpto speciei genere, & differentia, si æqualis est speciei, facta est definitio; si autem maior est, diuidatur iterum differentia, & hoc quousque genus, & differentia vna consideratæ æquantur speciei. Boeth. de diuisione. char. 644.

Definitiones cum tres sint a toto, ab enumeratione, & a notione, sola quæ a toto est definitio, propria, ac vera est. Boeth. de def. char. 675.

Definitionis a toto quindecim sunt formæ: prima est substantialis: secunda notionem subiicit: tertia a qualitate nomen accipit; quarta descriptio dicitur; quinta ad verbum dicitur: sexta differentia dici potest; septima per translationem; octaua per priuatiuam sui contrarij: nona per imaginationem; decima veluti: vndecima per indigentiam pleni ex eodem genere: duodecima per laudem; decimatertia per proportionem: decimaquarta per id, quod est ad aliquid; decimaquinta causam tribuens. Boeth. de diffin. c. 655.

Definitio ab enumeratione fit, cum totum loco generis sumitur, & partes loco speciei. Boeth. de diffin. c. 655.

Definitio a notione fit, cum proposito eo, quod definiendum est, nec eius genere dicto explicatur quod illud sit, de quo queritur verbis in rei sensum ducentibus. Boeth. de dif. char. 656.

Definitio, partitio, atque collectio inuentionem continent, & iudicium, quia neque existere præter inuentionem, neque cognosci præter iudicium possunt. Boeth. in top. Cic. 1. char. 761.

Definitio, quæ per partium enumerationem fit, aut explicat partes substantiales, & tunc fit ex genere & differentia; aut proprietatis partes dicuntur, & est descriptio: aut quasi totius membra enumerantur, & definitio per partium enumerationem dicitur: aut tanquam species diuiduntur, & a diuisione specierum definitio nuncupatur. Boeth. in top. Cic. 1. c. 798.

Definitio, alia est per materiam, alia per efficientem: & materialis fit, quia materia nõ vt materia simplex accipitur, sed prout ipsa est prima potètia ad esse: & per efficiens fit, si agens non vt efficiens tantum sumitur, sed vt agens fm formã. & vniuocæ. Alb. mag. de præd. c. 4. c. 1.

Definitionem tribus vijs inuestigare possumus: vel ex prioribus, ex quibus est demonstratio, vt dixit Hippocrates: vel ex posterioribus, vt procedit diuisio, vt ait Plato: vel collectione definitium per diuisionem, & compositionem eorum, vt dixit Aristot. Albe. mag. in 1. de ani. tract. 1. cap. 3. c. 1. col. 3.

Definitionem cognoscere contingit duobus modis errare: primo cum definitio eius est falsa ad aliam rem, vt definitio circuli est falsa ad triangulum: secundo cum partes definitionis non coherent simul, & tunc definitio est falsa simpliciter. D. Tho. in 3. de ani. l. 1. c. 26. ch. 60. col. 1.

Definitio duplex: vna, quæ declarat id, quod est: alia, quæ declarat esse eius, quod est. Alex. de ales in 5. metaph. tex. 16. ch. 125. colum. 1.

Definitionem venatur intellectus per viam compositionis, & diuisionis. Alexan. de ales in 7. metaph. tex. 33. char. 218. col. 2.

Definitionem cum venari vult intellectus, primo venatur conceptum rei, secundum quem res definibilis conuenit cum ipsa re, & ab hoc accipitur genus: secundo conceptum, secundum quem differt a quolibet alio conceptu, & ab hoc accipitur differentia. Alex. de ales in 7. metaph. tex. 33. c. 218. col. 2.

Definitionem via diuisiua sic venabimur: primo videndum in quo genere est ipsa species, quæ debet defini: deinde venari differentiam, quæ diuidenda est, quousque ad vltimam differentiam deueniamus; quæ diuisio, vt recte fiat duo cõseruanda sunt: primo, quod fiat per differentias immediatas: secundo, quod differentia, quæ diuidunt aliquod diuisum respiciant per se naturam diuisi, quia natura diuidentis differentia non est aliud, quam natura diuisi magis certificata. Alex. de Ales in 7. metaph. tex. 43. c. 229. col. 1.

Definitionis instrumenta sunt compositio, & diuisio; quia primo diuido genus per differentias, & abiicio differentiam, quæ non est consequens: & tertio cõpono eam, quæ rem consequitur, ac ipsam eligo, & sic fit definitio. Alex. de ales in 7. metaph. tex. 43. c. 229. c. 2.

Definitio passionis potest esse duplex, vel dicens quid, vel dicens propter quid. Ale. de ales in 7. metaph. tex. 59. ch. 244. colum. 1.

Definitio, alia substantiarum est per se existentium, alia compositorum ex substantia, & accidentibus. Ale. de ales in 8. metaph. tex. 4. ch. 247. col. 1.

Definitio duobus modis consideratur, vel in se, & sic nec verum, nec falsum significat: vel vt est huius definitio; & sic vel vera, vel falsa est, & affirmatio est. Thom. de Vio in post. ch. 191. col. 1.

Definitio venari potest secundum Platonem, via diuisiua: secundum Aristotelē, compositiua: secundum Hippocratē, via demonstratiua. Tho. de Vio in post. ch. 221. col. 1.

Definitio quid est, & vnde dicitur.

Definitio non est omnino prædicatiuorum, quæ sunt in prima figura. Aristot. post. l. 2. cap. 3. tex. 2. c. 357. Definitio est substantiæ quædam cognitio. Aristot. post. l. 2. cap. 5. tex. 2. char. 357.

Definitio

Definitio est oratio ipsius quod quid est. Aristot. post. lib. 2. cap. 10. tex. 10. c. 367.

Definitio omnis semper est vniuersalis. Aristot. post. lib. 2. cap. 13. tex. 22. c. 379.

Definitio est oratio, quod quid erat esse significans. Aristot. top. 1. cap. 4. c. 492.

Definitio est illa, quæ significat illud, quod nomen significat. Aristot. 4. metaph. cap. 5. tex. 28. char. 82.

Definitio vnius rei est vna, quæ est quod quid erat, per accidens autem multæ possunt esse definitiones. Aristot. 5. metaph. cap. 29. tex. 34. char. 116.

Definitio vniuersaliusque rei est illud, quod prædicatur secundum se: & in ipsa nec comprehenditur, quod prædicatur per accidens: nec accidens, quod est per se secundo modo: nec compositum ex accidente, & subiecto: & in qua definitione nõ ponitur subiectum, cum plures passionis de subiecto prædicantur, multæ enim passionis eadem esse inter se. Aristot. 7. metaphysic. ex su. 2. cap. 2. tex. 11. c. 131.

Definitio non est omnis ratio, quæ significat idem, quod nomē, alioqui omnes termini essent definitiones, sed definitio est vera, si est primi alicuius: prima autem sunt, quæ per se dicuntur, & quæ sit alicuius specierum, quæ non dicuntur secundum participationem, nec secundum passionem, nec vt accidens. Aristot. 7. metaph. ex su. 2. cap. 3. tex. 13. c. 132.

Definitionem non esse rationem ex additione si aliquis dicat, contingit accidentium non simplicium sed copulatum non esse definitionem, quam necesse est face- re. Aristot. 7. metaph. c. 4. tex. 17. char. 133.

Definitio est idem cum eo, cuius est; singulum enim non aliud videtur esse a sumet substantia: & definitio dicitur singuli substantia, at in accidentibus non est idē. Aristot. 7. metaph. cap. 5. text. 20. char. 135.

Definitio, & definitum in ijs, quæ sunt secundum accidens, non sunt idem, quia alia est accidentis, & alia subiecti natura. Aristot. 7. metaph. cap. 5. tex. 2. c. 136.

Definitio omnis ratio est, & omnis ratio habet partes, ita vt se habet ratio ad rem, sic partes rationis ad partes rei se habent. Aristot. 7. metaph. cap. 11. te. 33. c. 143.

Definitio est vniuersalis, & speciei tantum. Aristot. 7. metaph. cap. 2. tex. 36. ch. 147.

Definitio est quædam vna ratio: & substantia, quæ indicatur, vnum est. Aristot. 7. metaph. cap. 14. tex. 42. c. 151.

Definitio est ratio, quæ est ex differentijs, ita vt vnitas pendet ex finali differentia, & ordo fit, vt magis communis præcedat minus communem. Aristot. 7. metaph. cap. 14. tex. 43. ch. 152.

Definitio est vere vnum ex multis partibus, non sicut aceruus. Aristot. 8. metaph. cap. 8. tex. 15. ch. 171.

Definitio omnis in eo quod quid est consistit. Alexan. aphr. in 1. prior. cap. 28. ch. 52. col. 1.

Definitio æquimembris est, quæ habet partes æquales definito. Alex. aphr. in 6. top. cap. 5. c. 81. col. 3.

Definitiones in naturalibus perfectissimæ sunt, quæ formam dicunt eius, quod definitur, & in super apponit quid in tali, & tali materia. Alexan. Aphrod. in 4. meteor. cap. 10. co. 44. char. 116. col. 2.

Definitio cum causa est demonstratio ratione differens. Alexand. Aphrod. in 2. metaphysic. vel secundum Latin. 8. co. 19. char. 60. col. 1.

Definitiones definitorum sunt principia; ipsarum vero genera, & differentia principia sunt. Alex. Aphrod. in 2. metaph. vel apud Latin. 3. co. 35. c. 67. col. 1.

Definitia magis entia sunt, & magis substantia, quam definitum, & in specie constitutum, & informatum, & ideo forma est magis substantia, quam materia. Alex. Aphrod. in 2. metaphysic. vel secundum Latin. 3. co. 56. char. 78. col. 2.

Definitio prima, & proxima est rei ipsius definitio. Alex. Aphr. ex 1. met. vel secundum Latin. 2. co. 16. ch. 51. col. 2.

Definitio aliquid de aliquo significat, quorum alterum est forma, alterum materia. Alex. Aphrod. in 7. metaph. vel 8. com. 8. char. 225. col. 1.

Definitio est significatiua substantiæ rei subie ctæ. Alex. & Eust. in 6. post. char. 18. col. 2.

Definitionis propositum est nihil prætermittere, quod despicit substantiam definiti, sed omnia percurrere. Alex. & Eust. in 2. post. char. 28. col. 2.

Definiens ex duobus alterum necessario ostendit, vel quid est res, vel quid nomen significat. Alex. & Eust. in 2. post. char. 38. col. 2.

Definitio rerum naturam per se significat, per accidens quid nomen significat. Alexand. & Eust. in 2. poster. char. 43. colum. 2.

Definitio est ratio vnum de vno significans, non secundum accidens, namque simplicium, & non compositorum est. Alex. & Eust. in 2. post. c. 57. col. 1.

Definitio est ratio naturam definiti explicans. Alex. & Eust. in 2. poster. char. 100. col. 1.

Definitio est oratio, in qua nec esse, nec non esse dicitur, sed tantum quid sit rei. Themist. in 1. posterio. cap. 5. char. 2. colum. 1.

Definitio est breuis, & circumscripta oratio, quæ alicuius rei naturam explicat. Ammo. in Porph. c. 1. c. 1.

Definitio dicitur metaphora ab agrorum finibus sumpta. Ammon. in Porph. c. 1. col. 1.

Definitiones dicuntur vel a re subiecta, vel a fine, vel ab vtroque. A re subiecta, vt cum dicimus medicina est ars, quæ in corporum humanorum cognitione cernitur. A fine, vt medicina est, quæ efficit secundum se valetudinem. Ab vtroque, cum dicimus, medicina est ea ars, quæ opere multum in corporum humanorum cognitione ponat, quæque ipsis prosperam afferat valetudinem. Ammo. in Porph. c. 1. col. 1.

Definitio minus nota est, quam definitum, ergo non potest esse, quod sit medium in demonstratione, quod ex notioribus esse debet. Simp. in phy. c. 4. col. 1.

Definitio est formæ, & speciei indicatiua. Sim. in 2. phy. char. 110. colum. 2.

Definitionibus nihil est principalis, & nihil communis est dignitatibus. Ioan. Gram. in 1. post. cap. 2. char. 6. col. 4.

Definitio est quod quid est rei manifestans. Ioan. gram. in prim. post. cap. 2. char. 7. col. 2.

Definitiones substantiam rei dicunt, non quæ ipsi insunt. Io. gram. in prim. post. cap. 2. char. 7. col. 2.

Definitio non est alia a definito. Ioan. Gram. in 1. poster. cap. 2. char. 7. col. 2.

Definitum est pars illius, quod accipitur in sua definitione. Ioan. gram. in pri. post. cap. 5. char. 13. col. 3.

Definitio, vel est demonstrationis principium, vel demonstratio positione differens. Ioan. Gram. in 1. poster. cap. 7. char. 18. col. 4.

Definitio est oratio sumpta ex communibus, & ex his quæ secundum substantiam insunt, quæ est propria alicuius. Io. gra. in pri. post. cap. 11. c. 30. col. 1.

Definitio est oratio composita ex proprijs in eo quod quid est. Ioan. Gram. in 2. post. cap. 6. char. 60. col. 2.

Definitio vniuersaliusque rei vna est, & non multæ. Ioan. Gram. in 2. post. cap. 8. char. 62. col. 1.

Definitio proprie est ex materiali, & formalis causa composita. Io. gram. in 2. post. text. 8. char. 62. col. 2.

Definitio non est eadem, in quibus est prius, & posterius. Ioan. Gram. in 1. de ani. tex. 8. c. 8. col. 1.

Definitio perfectissima est, quæ nobis regulas tribuit, quibus possimus syllogizare velut ab aliquo principio de omnibus, quæ per se rebus insunt. Ioan. Gram. in 1. de ani. tex. 11. char. 9. col. 1.

Definitionis non est pars vniuersalis, & communis, cuius tractatus præcedat definitiones appropriatas vnicuique arti, quia in ipsis nõ est aliquid præcedens modo forme.

Auer. in poster. lib. 1. ex proem. chart. 127. colum. 1.
 Definitionum potentia, est potentia nominis, sed nomen sequitur substantiam rei confusam, definitiones autem distinctam, Auerroes in poster. lib. 1. cap. 10. text. 79. char. 153.
 Definitio est, quæ comprehendit naturam, & naturæ sunt, ex quibus constituitur substantia rei. Auerroes in poster. lib. 1. cap. 16. text. 154. char. 180.
 Definitio est aliud a demonstratione, quia quæstio quid est, est aliud a quæstione demonstrationis. Auerroes in poster. lib. 2. cap. 1. text. 14. char. 198.
 Definitio perfecta est, quæ est conclusio demonstrationis. Auer. in poster. lib. 2. cap. 5. text. 46. char. 216.
 Definitio simplicis est principium definitionis compositi, & species simpliciores sunt generis, ergo definitiones specierum sunt prima definitionum genera. Auerroes in poster. lib. 2. cap. 8. text. 72. char. 225.
 Definitio illa est perfecta, in qua nihil deficit de substantia definiti. Auer. in post. lib. 2. cap. 8. text. 75. char. 226.
 Definitionis pars nihil prohibet quin sit genus, vel differentia: genus autem non conuenit, ut sit terminus medius. Auer. in poster. lib. 2. cap. 10. text. 95. chart. 234.
 Definitio est sermo, cuius compositio est conditionis, & copulationis ad intellectionem definiti per res substantiales, quibus est sui consistentia, & componitur ex genere, & differentia. Auerroes epitom. in lib. logic. charta 342. colum. 1.
 Definitio est compositio clausule conditionis & nexus, explicans significatum definiti per essentialia. Auerro. epitom. in logic. chart. 353. col. 2.
 Definitionum perfectissima est, cū contigerit, quod pars, quæ est demonstrationis conclusio fuerit definitio, & illa definitio, quæ fuerit medius terminus, sit definitio, & causa definitionis offensæ. Auerroes epitom. in logic. char. 354. colum. 1.
 Definitionis partium habitudo ad ipsum definitum est habitudo, quam facit intellectus: sed habitudo rei ad aliud est extra intellectum. Auerroes in quæstio. logic. q. 17. char. 279. col. 2.
 Definitionum perfectissima est, quæ significat medium terminum per orationem, & hæc species demonstrationum, alia est simpliciter, alia secundum quid. Auer. in quæst. log. q. 18. char. 379. col. 3.
 Definitionis partes præcedunt rem, cuius est definitio in esse. Auer. in phys. 1. text. 28. c. 10. col. 1.
 Definitio naturæ non dicitur, nec æquiuoce, nec uniuoce, sed secundum prius, & posterius, & in talibus incipiendum est a communiore, & ueniendum ad propria, ut in definitione motus, & loci. Auerroes in phys. 2. text. 3. char. 23. colum. 4.
 Definitio est id, quod prædicatur in quid, & conuertitur. Auer. in phys. 3. text. 1. char. 40. colum. 4.
 Definitio partium substantiarum consimilium partium, & definitio totius sunt eadem. Auer. in phys. 3. text. 37. char. 48. colum. 2.
 Definitio omnis, per quam accidentia non cognoscuntur, non est definitio, nisi æquiuoce. Auerroes in 1. de anima. text. 11. char. 110. colum. 2.
 Definitio est id, quod notificat formam, & substantiam rei. Auer. in 1. metaph. text. col. 51. char. 14.
 Definitio non est definitio, nisi cum significat essentiam rei. Auer. in 5. metaph. ex su. 1. text. com. 11. char. 53.
 Definitio est finis in cognitione, & esse. Auer. in 5. metaph. text. commen. 22. char. 62.
 Definitiones accidentium non significant unam materiam. Auer. in 5. metaph. text. commen. 34. char. 67.
 Definitio est unum actu, duo in potentia. Auer. in 7. metaph. text. commen. 12. char. 77.
 Definitio, quæ declarat quidditatem rei, est rerum, quæ sunt totum, & unum. Auerroes in 7. metaph. text. commen. 12. char. 77.

Definitio accidentium est, ut definitio priuationis. Auerroes in 7. metaph. text. comm. 14. char. 77.
 Definitio significat res terminatas in definito. Auerroes in 7. metaph. text. comm. 18. char. 79.
 Definitum, & definitio sunt unum actu, plura potentia. Auer. in 7. metaph. text. comm. 21. char. 81.
 Definitio est unum cum definito secundum predicationem, non quod ipsa definitio, quæ est forma, est ipsum definitum, quod est habens formam. Auer. in 7. metaph. text. commen. char. 90.
 Definitiones rerum sunt permanentium, ut sunt uniuersalia, & non particularia, namque particularia non sunt permanentia. Auer. in 7. metaph. text. comm. 53. c. 95.
 Definitio est ens in actu per ultimam differentiam, & alia differentia quæ sunt ante, sunt, quasi materia. Auerroes in 8. metaph. text. commen. 6. char. 100.
 Definitiones existentes per se sunt illæ, in quibus genus est quasi materia, & differentia quasi formæ. Auerro. in 8. metaph. text. comm. 6. char. 100.
 Definitio est sermo, in quo disponitur aliquid per aliquod. Auerroes in 8. metaph. text. comm. 9. char. 102.
 Definitio contrariorum, quæ est esse maximam distantiam, est propter contrarietatem, quæ est in loco: distantia enim in loco est maxima, centri scilicet ad circumferentiam, & hæc distantia est in contrarietate substantiarum corporum propriorum istis locis. Auerroes in 10. metaph. text. comm. 13. c. 122.
 Definitio est oratio notificans quidditatem rei per essentialia, quibus consistit. Auerroes in epit. metaph. tract. 2. c. 172. colum. 4.
 Definitionum partes cum definitionibus sunt unum actu, multa potentia. Auer. ex dest. dest. dist. 6. c. 36. col. 1.
 Definitiones per genera, species, differentias, & propria tractantur. Boet. in Porph. ex dialog. c. 3.
 Definitio est esse rei. Boet. in Porph. c. 90.
 Definitionum substantiales differentia partes sunt. Boet. in Porph. c. 90.
 Definitiones esse possunt genera subalternorum. Boet. in prædicament. c. 117.
 Definitio una semper est oratio, quia unius rei substantiam monstrat. Boet. in libr. de interpr. c. 327.
 Definitio omnis principium a genere sumit, deinde suas ponit differentias. Boeth. ex introd. ad cath. syllog. char. 558.
 Definitio prima semper ratio est dicendi, ac disputandi. Boeth. de definitio. ch. 648.
 Definitio est oratio, quæ id, quod definitur, explicat quid sit. Boeth. de definitione. ch. 649.
 Definitio omnis in quæstione rem habet incertam. Boeth. de defin. char. 649.
 Definitio est illa, quæ in rebus exprimentis explicat, quid sit, quale sit, & quemadmodum membris suis constare debeat. Boeth. de definitione. char. 651.
 Definitio substantialis, sola certa, ac vera definitio est. Boeth. de definitione. ch. 651.
 Definitio est, cum proposito eius rei genere, de qua queritur, & adiunctis speciebus cum differentia usque ad eius proprium disclusa omnino communione uenimus. Boet. de definitione. char. 653.
 Definitio a notione dicitur, cum vis nominis, vel uerbi, quæ in compositione sita est, rem suam facta quadam separatione designat. Boet. de definitione. c. 655.
 Definitio, quæ a qualitate nomen accipit, est quæ dicendo quale sit ostendit. Boet. de definitione. char. 656.
 Definitio descriptiua est, quæ non dicit quia sit, sed adhibita dictorum circuitione, atque factorum, quid quæque res sit declarat descriptiue. Boethius. de definitione. char. 657.
 Definitio ad uerbum est, cum illam uocem, de qua queritur, alio sermone designat. Boeth. de definitione. char. 657.

Definitio per differentiam est, cum queritur quid inter regem vel tyrannum est, & adiecta differentia, quid utrumque sit definitur. Boet. de definitione. ca. 657.
 Definitio per translationem est, cum sit translatio, quæ nec lege uetita, nec turpis esse debet. Boet. de definitione. ca. 657.
 Definitio per priuantiam sui contrarij est, cum id bonum dicimus, quod non est malum: quo definitionis genere uti debemus, cum contrarium notius sit. Boet. de definitione. ca. 657.
 Definitio per imaginationem est, cum a genere, patria, corpore, factis, dictis, & uerbis, sumimus definitionem, ac circa indiuidua uersatur. Boet. de definitione. c. 658.
 Definitio, quæ ueluti appellatur, est, cum per exemplum quid res sit declarat. Boet. de definitione. ca. 659.
 Definitio per indigentiam pleni ex eodem genere est, ut cum queritur, quid sit quadrans: cui dodrans deest, respondetur. Boet. de definitione. c. 659.
 Definitio per laudem est, cum oratione aliquid quasi definiendo laudamus. Boet. de definitione. ca. 659.
 Definitio per proportionem est, cum aliquid, quod disputari licet cum altero, id esse dicitur, quod illud est alterum propter rationem similitudinis, quod sit, cum maioris re nominis definitur nomen. Boet. de definitione. ca. 659.
 Definitio ad aliquid est, ut quæ ait: pater est, cui est filius. Boet. de definitione. ca. 659.
 Definitio secundum rei rationem est, ut si dies est, Sol est super terram. Boet. de definitione. ca. 659.
 Definitio sola definitionis nomine digna est, quæ substantialis est. Boet. de definitione. ca. 659.
 Definitio substantialis est, quæ prima est, & duo recipit inter principalia, si amplius amplectitur quam sit res, & si minus amplectitur si debeat. Boet. de defin. c. 660.
 Definitio est coacta in se atque complicata rei explicatio. Boet. in topic. Cic. l. 1. ca. 769.
 Definitio omnis ad aliquid dicitur, semper enim est aliquid. Boet. in top. Cic. l. 3. c. 795.
 Definitionis, quæ per substantiales partes efficitur, singulæ partes maiores esse uidentur, & substantiæ uoluer saliores ab ea re, quam definiunt. Boet. in top. Cic. l. 3. ca. 798.
 Definitio, quæ per accidentia fit, huiusmodi est, ut sic per ea declarat, quæ a substantia ratione disiuncta sunt. Boet. in top. Cic. l. 1. ca. 798.
 Definitio, quæ per diuisionem partium fit, est, quæ per minora fit, nec definitum capere potest. Boet. in topic. Cic. l. 3. ca. 798.
 Definitio per enumerationem partium fieri potest, cum partes illæ collectæ rem tantum unam faciunt. Boet. in top. Cic. l. 1. ca. 799.
 Definitio substantiam monstrat, ac substantia integra est demonstratio definitio ipsa. Boet. in Cicer. topicorum. l. 2. ca. 866.
 Definitio dicitur id, quod omnes fines essentia definit, coniungit, unit, & explicat. Albert. Magnus in prædic. ca. 3. colum. 3.
 Definitio est potissimum medium ad demonstrationem. Albert. mag. in prædic. ca. 5. colum. 1.
 Definitio dicitur definitio, quia a fine uno ad alterum & totum esse finita complectitur. Albertus mag. in prædic. ca. 25. colum. 2.
 Definitio est positio, & non conclusio demonstrabilis. Alb. mag. in post. c. 176. col. 4.
 Definitio est constitutum in eo, quod quid est de definito, & est ex proprijs, & conuertibilibus cum definito. Alb. mag. in post. c. 206. col. 3.
 Definitio haberi non potest eius rei, quæ non est, & esse non habet in suis principijs constituentibus. Alb. mag. in post. ca. 207. col. 2.
 Definitio data secundum speciem, est definitio secundum

formam: & secundum materiam, est illa, quæ concepit rei materiam. Alb. mag. in post. ca. 209. col. 3.
 Definitio nominis demonstrat quid significat id, quod dicitur. Alb. mag. in post. c. 211. col. 1.
 Definitio passionis dicens quid, & propter quid est principium demonstrationis ingrediens substantiam eius. Alb. mag. in post. c. 211. colum. 1.
 Definitio passionis dicens quid est sicut id, quod concluditur. Alb. mag. in post. c. 211. col. 1.
 Definitio subiecti dicens quid subiectum, neque ingreditur demonstrationem, nec concluditur. Albert. mag. in post. c. 211. colum. 1.
 Definitio omnis est oratio explicans per essentialia definitum. Alb. mag. in top. c. 222. col. 4.
 Definitio, ut est principium, & causa cognoscendi definitum, non est petitio principij. Albertus mag. in topic. ca. 274. colum. 3.
 Definitiones naturales fiunt ex ijs, quæ coniunctæ sunt materiae sensibili, & motui. Albertus mag. in 2. physic. tract. 1. cap. 8. char. 18. col. 3.
 Differentia sunt actu in specie distinctiua. Albert. mag. in physic. primo. cap. 7. char. 121. col. 3.
 Definitius sermo, qui accipitur per formam, est principium intellectus. Albert. mag. in 2. de celo. tractat. 1. cap. 2. chart. 23. colum. 4.
 Definitiones, quibus scimus quod res sit, finite sunt, quia definitia stant in generibus primis, quia extra genus primum nihil est, quod uniuoce in diffinitione poni possit. Alb. mag. in 1. de anima. tract. 2. cap. 7. char. 7. col. 3.
 Definitio est oratio determinans esse per terminos eius, qui sunt actus & potentia. Albert. mag. in 7. metaph. tract. 1. cap. 9. char. 122. col. 2.
 Definitio est ratio, quæ est ex ueris differentijs, & harum differentiarum finalis est secundum rectum differentia, & actus. Alb. mag. in 7. met. tract. 4. c. 3. c. 130. col. 2.
 Definitum compositum est unum, quia non accipitur materia, ut distincta in actu: & forma, ut per se distincta, quia sic ex eis nunquam fieret unum, & unum non referret ad alterum: sed accipitur materia sub potentia, quæ est habitualis in coactio formæ: & forma sumit, ut actus diffusus, & terminans, & finiens potestatis illius indefinitatem. Alb. mag. in 8. met. tract. 2. c. 6. c. 137. col. 4.
 Definitius sermo ex propria rerum natura acceptus mensura est rei, & per propriam rei formam, & rationem ea datur ex proprijs rei principijs. Albert. mag. ethi. 1. tract. 4. cap. 1. char. 9. col. 2.
 Definitio, quæ est per causam finale, in his, quæ sunt propter finem, est ratio definitionis, quæ est per causam materialem, & medium probans ipsum. D. Thom. in post. text. 38. col. 4.
 Definitio, quæ sumitur a fine, est ratio, & causa probatiua aliarum definitionum, quæ sumuntur ex alijs causis. D. Thom. in post. c. 49. col. 2.
 Definitio terminus appellatur, quia includit rem totam ita, ut nihil rei sit extra definitionem, cui definitio non conueniat, nec aliquid aliud est intra definitionem, cui definitio conueniat. D. Tho. in post. c. 3. col. 2.
 Definitio omnis est ex prioribus, & notioribus. D. Tho. in 1. phys. lect. 6. text. 30. char. 6. col. 2.
 Definitio, quæ colligit finem, formam, & materiam, comprehendit totum processum generationis naturalis. D. Thom. in 2. phys. lib. 15. text. 95. chart. 31. col. 1.
 Definitio est oratio indicans quid est res. D. Thom. in 4. phys. lect. 5. text. 31. char. 50. colum. 1.
 Definitio est medium in demonstratione, qua propria accidentia demonstrantur de subiectis. D. Thom. in 4. phys. lib. 5. text. 31. char. 50. col. 1.
 Definitio rerum non est aliud a rebus nisi per accidens. D. Tho. in 3. de anima. lib. 8. text. 10. char. 56. col. 2.
 Definitio est terminus cognitionis, quia infra ipsam continentur ea, per quæ scitur res: si enim una differentia

et addatur, vel subtrahitur, iā non erit eadem definitio; & si est cognitionis terminus, oportet, vt sit rei terminus, quia cognitio fit per assimilationem cognoscantis ad rem cognitam. D. Thom. 5. metaph. l. 1. 9. tex. 22. char. 375.

Definitio est medium in demonstratione propter quid. D. Tho. 6. metaph. l. 1. 1. tex. 1. ch. 402.

Definitioni ea, quæ prædicantur per accidens, non spectant, nec illa, quæ prædicantur per se, in quorum definitionibus ponuntur subiecta, restat igitur, quod illa pertineant ad quod quid est, in quorum definitionibus non ponuntur subiecta. D. Tho. in 7. metaph. l. 3. tex. 11. char. 442.

Definitio est sola ratio speciei, quæ ex genere, & differentia constat. D. Thom. in 7. metaphysico. libro 4. tex. 14. char. 446.

Definitio speciei est, quæ accipitur a forma, & illæ partes solum debent poni in definitione speciei, in quibus primo, & principaliter est forma. D. Tho. 7. metaph. lib. 1. 1. tex. 41. char. 511.

Definitio non est eadem in primis substantijs; cum eo, cuius est, in rebus materialibus; secus in abstractis. D. Tho. 7. metaph. l. 1. 1. tex. 41. ch. 511.

Definitio omnis resoluitur in primum genus, & aliquas differentias. Diu. Thom. 7. metaphysico. lib. 12. text. 43. char. 515.

Definitio est indicatiua substantiæ, non accidentis. Alex. de Ales in 3. metaph. tex. 12. c. 71. col. 2.

Definitio est ratio, quam significat nomen. Alex. de Ales in 3. metaph. tex. 15. char. 71. col. 4.

Definitio est explicatio rei per sua principia, res vero quomodo explicantur, quo concipiuntur. Alex. de Ales in 5. metaph. tex. 32. c. 163. col. 4.

Definitio non concernit esse existentie. Alex. de Ales in 5. metaph. tex. 34. ch. 166. col. 3.

Definitio, & definitum vnam relationem dicunt. Alex. de Ales in 5. metaph. tex. 1. ch. 170. col. 1.

Definitio, & indiuiduum non sunt omnino idem, sed sunt vnum actu, duo in potentia. Alex. de Ales in 7. metaph. tex. 21. ch. 24. col. 2.

Definitio non est entis per accidens. Alex. de Ales in 7. metaph. tex. 13. ch. 194. col. 2.

Definitio nil aliud est, quam clausio, & terminatio rei infra terminos essentialiæ suæ. Alex. de Ales in 7. metaph. tex. 17. ch. 196. col. 4.

Definitum proprie est illud, quod habet vtranque partem definitionis de essentia definiti, & de actualitate eius. Alex. de Ales in 7. metaph. tex. 17. c. 199. col. 2.

Definire rem est essentialiter declarare, & naturam rei terminare, & finire per essentialia eius. Alex. de Ales in 7. metaph. tex. 19. c. 199. col. 3.

Definibile proprie est, quod potest terminare cognitionem nostrā. Alex. de Ales in 7. metaph. tex. 33. c. 218. col. 2.

Definitio non est nisi expressio definibilis. Alex. de Ales in 7. metaph. tex. 33. ch. 218. col. 2.

Definitio est simpliciter intelligētia: quia per ipsam non affirmat esse, vel non esse. Vel quia intelligit natura simpliciter, quæ non habet necessario partes reales, sed solum rationis. Vel quia est vniuersaliter simpliciter, & non per aggregationem. Alex. de Ales in 7. metaph. tex. 39. c. 218. c. 2.

Definire est actus alicuius. Alex. de Ales in 7. metaph. l. 45. c. 232. c. 2.

Definitum est ipsa natura rei abstracta a particularibus per intellectum. Alex. de Ales in 7. metaph. tex. 45. c. 232. c. 2.

Definitionem quis artifex tribuit, eius officium, & effectus.

Definitionis pars sæpe est accipienda propter breuitatem. Arist. 1. prior. sec. 3. cap. 39. ch. 228.

Definitio hæc facere debet, vt ipsum quid sit reddat; vt quæ dubitantur, soluat; vt quæ videntur inesse in fine, & causa difficultatis, & dubitationum manifestum red-

dere debeat. Arist. phy. 4. sum. 1. cap. 6. tex. 31. ch. 86.

Definiunt differenter Dialecticus, & naturalis: nā Dialecticus assignat formam, & rei rationem, naturalis vero materiam. Arist. pri. de ani. su. pri. cap. 2. tex. 16. c. 591.

Definitio non solum ostendere debet, quod sit, sed causam inesse, & apparere. Arist. de ani. 2. su. 1. cap. 2. tex. 2. c. 617.

Definitionem nos non latere oportet, quia querere vel le scientiarum distinctionem, hoc est querere nihil, & definiendi modi sunt duo, vnum est vt simū, alius est vt cauum: simū enim ex sui definitione concernit materiam sensibilem, cauum non concernit materiam sensibilem. Arist. 6. metaph. ex sum. 1. cap. 1. tex. 2. ch. 119.

Definitio partium, an accipiatur in ratione totius in quibusdam accipitur, in quibusdam non. Arist. 7. metaph. cap. 12. tex. 33. c. 143.

Definitum non manifestatur vno nomine, ignotum enim esset. Arist. 7. metaph. cap. 17. tex. 55. char. 157.

Definitione vtuntur omnes scientiæ, vt principio ad demonstrandum. Arist. 1. metaph. ex su. 3. cap. c. c. 228.

Definitiones tū demū idoneas esse existimandū est, cū de singulis rebus, nec obscure sūt, nec exquire. Ari. rh. 1. c. 46.

Definitio cuiuslibet essentialiter referre debet. Arist. mag. moral. pri. cap. 2. ch. 272.

Definitiones quorum sunt diuersæ, ipsa quoque diuersa sunt. Porp. 5. v. vocum. cap. 7. ch. 54.

Definitiones, ac ratiocinationes semper illæ danda sunt a respondente, quæ minus patent & serpunt. Alex. aphrod. in l. elenc. ch. 78.

Definitio separat id, quod definitur, a cæteris omnibus. Alex. aphr. in 1. top. cap. 1. c. 5. col. 3.

Definitionem construere difficilius est, quam destruere. Alex. aphr. in 1. top. cap. 3. c. 88. col. 1.

Definitiones dñr notionū, & comuniū, quæ ipsius intellectus est separare hominem ab ijs, cū quibus subsistit alijs, & per se sumere. Alex. aphro. in 1. natur. quæst. cap. 3. ch. 1.

Definitiones intellectu cognoscimus, res simpliciter, & immediate capescentes. Ale. & Eust. in 2. post. c. 20. c. 1.

Definitio imitatur naturam substantiarum rerum definitentem. Alex. & Eust. in 2. post. ch. 77. col. 1.

Definitio substantiam subiectam in membra partiri videtur. Them. in 1. phy. tex. 5. c. 15. col. 3.

Definitio eius, quæ in altero est, distat ab ea, quæ est eius, in quo est alterum. Them. in 4. phys. tex. 26. c. 35. col. 1.

Definitio in mathematicis facile accidentium notitiam præstat; in naturalibus autem ex accidentibus, in substantiæ cognitionem deuenimus. Them. in 1. de anim. cap. 7. tex. 11. ch. 61. col. 4.

Definitio cognata nomini esse debet, ita vt rem eatenus explicet, quatenus eo nomine significatur, ac cum nominibus reciprocari debet. Ammon. in Porph. char. 1. colum. 1.

Definitiones res cognoscere faciunt. Ammon. in Porph. ch. 1. colum. 1.

Definiendi rationem reliquis artibus, ac scientijs philosophia suppeditat. Ammo. in Porph. c. 1. col. 1.

Definitio proprias rerum omnium definitiones explicare debet, quicquid sit id, de quo agitur declarare. Ammon. in Porph. ch. 2. colum. 3.

Definitiones demonstrationem constituunt. Ammon. in Porph. ch. 2. colum. 3.

Definitio ex propria vi planam facit rem eam, quæ definitur, remque lucide explicat. Ammon. in Porph. ch. 4. colum. 4.

Definitiones rei definitæ ita conuenire debent, vt propriæ efficiantur, quod in nullam aliam rem transferri possit. Ammo. in Porph. c. 6. col. 1.

Definitiones per negationem maiorem subiecto dignitatem dant. Ammo. in prædic. ch. 32.

Definitio declarat rem secundum eius partes, nec alteri competere potest, quod differat secundum substantiā. Simplic. in prædicam. ch. 6.

Definitio,

Definitio, & definitum æqualis complexionis esse debent. Simplic. in prædic. c. 7.

Definitio explicat rem, quam complectitur secundum multas partes, quæ in ipsa collocantur. Simplic. in prædicam. char. 7.

Definitio indicat, quod quid erat esse. Simplic. in prædicam. c. 7.

Definitiones diuersæ eidem conuenire non possunt. Simplic. in 4. phys. tex. 28. c. 201. col. 2.

Definitiones idem significare oportet, quod nomina representant. Simplic. in 4. phys. char. 262. col. 1.

Definitionis postrema pars semper æque, ac tota definitio valet. Magent. in lib. de inter. char. 9.

Definitio cum definito conuerti debet. Io. gra. in prim. post. char. 18. col. 4.

Definitis extremis, media quoque definita erunt. Ioan. Gram. in 1. post. cap. 16. c. 37. col. 4.

Definitiones non monstrant aliquam passionem, quæ insit alicui subiecto, sed substantiam vniuersalium subiecti. Io. Gra. in 2. post. cap. 3. c. 58. col. 2.

Definitio substantias rerum significat. Ioan. Gram. in 1. de anima. tex. 1. char. 6. col. 2.

Definitio omnia, quæ substantiæ insunt, declarat. Ioan. Gram. in 1. de anima. tex. 11. char. 8. col. 4.

Definitione cognita scienter principijs definitionis vni rei cognitionem capere possumus. Ioan. gra. in pri. de ani. tex. 11. char. 9. col. 1.

Definitio non cognita rerum naturam cognoscere impossibile est. Ioan. Gram. in 1. de ani. tex. 48. c. 23. c. 2.

Definitionis partes, quæ in ipsa ponuntur, eo, quod definitur, clariore esse debent. Eust. f. ethic. cap. 7. c. 75.

Definitio vna notari non possunt, quæ multis dicuntur modis. Eust. in 5. ethic. cap. 1. char. 203.

Definitiones non speculantur. Arist. vt sunt vnum entium, sed vt exhibent formationem perfectam vniuersi; entium. Auer. in post. lib. 1. ex procem. c. 127. col. 2.

Definitio facit scire substantiam rerum, demonstratio accidentium. Auer. in post. lib. 2. cap. 2. tex. 12. c. 204.

Definitio largitur distincte id, quod nomen largitur confuse. Auer. in quæst. logic. tex. 14. c. 377. col. 1.

Definitum non præcedit definitionem, alioqui causatum præcederet causam. Auer. in phys. prim. tex. 29. char. 10. colum. 1.

Definitiones, quæ dant quidditatem, debent habere tria propria. Primo, vt per illam dissoluantur quæstiones accidentes in ea. Secundo, vt per illam appareat causa esse rerum existentium in ea per sensum, scilicet causa omnium accidentium sensibilem in ea. Tertio, vt ex definitione data appareat difficultas accedens in hoc, & hoc est proprium definitionis rerum difficultium defini. Auer. in phy. 4. tex. 32. char. 62. col. 3.

Definitiones completæ innatæ sunt reddere causam omnium accidentium existentium in re, sed non conuertitur. Auer. in phys. 4. tex. 31. c. 62. col. 3.

Definitiones rerum, & causas inuenire ex alijs inuentis est via diminuta, nisi ei coniungatur via ablationis. Auer. in phys. 4. tex. 100. c. 9. c. 83. col. 3.

Definitiones necessario conuertuntur cum definito. Auer. in phy. 8. tex. 27. char. 166. col. 2.

Definitio omnis naturaliter habet in se materiam. Auer. 2. phys. expofi. media. char. 204. col. 1.

Definitionem generum, & specierum non opinatur Aristoteles esse definitionem rerum vniuersalium extra animam, sed sunt rerum particularum definitiones extra intellectum, & intellectus est, qui facit in rebus vniuersalitate. Auer. pri. de ani. tex. 8. c. 109. col. 4.

Definitiones vniuersales vniuersales non sufficiunt in cognitionem rei perfectæ, nedum cum sint vniuersales multiplices. Auer. 2. de ani. su. 1. tex. 12. c. 129. col. 2.

Definitiones demonstratiuæ natæ sunt dare causas omnium, quæ sunt in definito, & si non est talis, non est

definitio. Auer. 2. de ani. su. 1. tex. 26. c. 131. col. 3.

Definitiones diuersæ vni rei inesse non possunt, differunt enim entia iuxta varias definitiones. Auer. de gener. ani. cap. 1. char. 206. col. 3.

Definitio declarat substantiam rei, & illud, quod congregatur ex eis, est vnum essentialiter. Auer. in 7. metaphysico. tex. com. 1. 1. char. 79.

Definitionis ad definitionem proportio est, vt quidditatis ad quidditatem. Auer. in 7. metaph. tex. com. 14.

Definitionis consideratio communis in logico, & metaphysico est diuerso modo; quia logicus considerat definitionem, vt est instrumentum, quo intellectus intelligit quidditates rerum; metaphysicus vero, vt significat naturas rerum. Auer. in 7. metaphysico. tex. com. 42. char. 91.

Definitionis significatio debet esse æqualis significationi nominis. Auer. in 9. metaph. tex. com. 1. 1. char. 111.

Definitiones notificant rerum quidditates. Auer. in epitom. metaph. tract. 1. c. 169. col. 3.

Definitio vna sola est in ijs, quæ vniuerso prædicantur. Boet. in Porph. c. 6. ex dial.

Definitio substantiam informare desiderat. Boet. in Porph. c. 6. ex dial.

Definitio omnibus substantiam definit. Boet. in Porph. char. 44. ex dial.

Definitione quæ differunt, substantijs differunt. Boet. in Porph. c. 44. ex dial.

Definitio omnis rem, quam concludit, declarare debet, ac eam apertiore reddere, quam suo ostendebant nomine. Boet. in Porph. c. 67.

Definitio omnis substantiam ostendere conatur. Boet. in Porph. char. 82.

Definitio ita sumitur vt res, quæ definitur, reddatur apertior. Boet. in prædicam. quæst. 169.

Definientes, rem ipsam, quæ definitur, in definitione sumere non debent. Boet. in prædic. c. 171.

Definitio omnis æqualis debet esse rei definitæ. Boet. in 1. de inter. c. 319.

Definitio minimè necessaria esset, si verba, aut nota omnibus extitissent, aut vnus semper essent significationis, & non ambiguo dicto audientes fallerent, & loquentes diuersa significatione deciperent. Boet. de definit. char. 648.

Definitio, alia est rhetoribus apta, alia philosophis. Quæ rhetorum est, quatuor continet partes, vt ita definitio, vt probetur definitio, vt deducatur ad speciem definitio, vt destruat definitio partis aduersæ. Boet. de definition. char. 651.

Definitio, & definitum conuerti debent. Boet. de definitione. char. 660.

Definitio diuidit totum, atque dispartitur, ac totum patefacit, quod in seipsa singulariter intelligebatur. Boet. in Topic. Cicer. lib. 3. char. 789.

Definitione rei definitæ nihil est tam proximum. Boet. in Topic. Cicer. lib. 2. char. 792.

Definitio omnis explicat, quid sit id, quod definitur, & id fit, vel si pro re non cognita planius aliquid afferatur, vel per quandam partium enumerationem, & hæc partitio quædam intelligitur. Boet. in Topic. Cicer. lib. 3. char. 797.

Definitionem sequitur proprium, & differentia. Boet. de diff. Topic. lib. 1. char. 864.

Definitio secundum rei quidditatem vna tantum esse debet, & si secundum alias, & alias rationes multæ esse possunt. Alb. mag. in prædic. char. 15. col. 4.

Definitio dicit totum esse speciei in potentia, & in actu, ideo conuertitur. Alb. mag. in prædic. c. 22. col. 4.

Definitio probat definitum, quia notior est, ac sub notioribus principijs, quam definitum. Albert. Magn. in prior. char. 129. col. 1.

Definitio, vt sit medium demonstrationis, debet dicere passionem.

passionem, & propter quid, & subiectum, quod est causa. Alb. mag. in post. char. 210. col. 2.
 Definitiones plures substantiales eiusdem non possunt esse. Alb. mag. in Topic. char. 260. col. 2.
 Definitio non solum dat quid, sed propter quid, quia datur per causas substantiales. Albert. mag. de anima. l. 1. tract. 1. cap. 1. char. 96. col. 2.
 Definitio si recte, & vere scitur, scitur omnis causa. Alb. mag. in 6. metaph. tract. 1. cap. 1. char. 116. col. 2.
 Definitiones omnes resoluuntur in primū sui esse principium. Albert. Magn. in 7. metaphysic. tract. 1. cap. 8. char. 121. col. 4.
 Definitionem vnam facit materia vltima, quæ est proxima, & dicitur a quibusdam, quod necessitas illa inest per substantiam in definitione, & est idem cum forma potestatis, quia potestas est actus vltimi inchoatio, vel necessitas, sed aliud est a forma actu, si enim vtramque separatim accipiatur secundum actum, tunc sunt materia, & forma, aliud, & aliud. Alber. mag. in 8. metaph. tract. 2. cap. 5. char. 137. col. 1.
 Definitionis perfectæ proprietates sunt, vt ostendatur res quid sit, vt circa ipsam dubitationes soluantur, vt rei definitæ proprietates manifestetur, & quod ex eius definitione cognoscatur causa errorum, & rerum, quæ illi apponuntur. D. Thom. in 4. phys. lect. 5. tex. 31. char. 50. col. 1.
 Definitio notificat essentiam rei, quæ non potest sciri, nisi sciantur principia, sed diuersorum sunt diuersa principia, & ideo difficile est scire, ex quibus sumantur principia. D. Th. in 1. de ani. lect. 1. tex. 8. c. 2. c. 1.
 Definitio non solum nos docere debet principia essentialia, sed etiam accidentalia. D. Thom. in 1. de anima. lect. 1. tex. 11. char. 2. col. 3.
 Definitum qui considerare vult, oportet, vt consideret per quod definitur. D. Thom. de animalium motu. lect. 1. char. 46. col. 1.
 Definitio propriæ passionis, & subiecti non est vnum, & idem. D. Thom. 7. metaph. lect. 3. tex. 11. char. 443.
 Definitionis partis significant partes rei, vt à partibus rei sumuntur partes definitionis, non ita, vt partes definitionis sint partes rei. D. Thom. 7. metaphysic. l. 9. tex. 33. char. 491.
 Definitionis multæ partes non significant multas partes essentia, ex quibus essentia constituitur, vt ex diuersis, sed omnes significant vnum quod terminatur vltima differentia. D. Thom. 7. phys. l. 12. tex. 43. c. 530.
 Definitiva scientia abstrahit a motu, & mutatione, & est de rebus, quæ non mouentur, nisi per accidentia. Alex. de Ales in 1. metaph. char. 21. col. 2.
 Definitio, & definitum dicunt eandem rem, licet sub diuersis modis. Alexand. de Ales. in 3. metaphysic. text. 10. chart. 62. colum. 3.
 Definitio cum saluatur in aliquibus, oportet, quod definitum saluetur ibi: quia definitio, & definitum dicunt eandem rem, variatam tamen secundum modum. Alex. de Ales. 5. metaph. tex. 6. c. 112. col. 3.
 Definiendi modus sequitur modum essendi. Alexan. de Ales. in 7. metaph. tex. 19. c. 199. col. 4.
 Definiens aliud habet prioritatem respectu illius. Alex. de Ales in 7. metaph. tex. 33. c. 218. col. 4.
 Definitio debet explanare rem ordine naturæ a prima potentia vsque ad vltimum actum, ita quod semper ex priori, & posteriori fiat vnum, vt ex propria potentia, & actu proprio. Tho. de Vio. in post. c. 219. col. 2.
 Definire particulare non prædefinito magis vniuersale, impossibile est. Tho. de Vio. in post. c. 220. col. 1.

Definitio cuius est, & ex quibus constat.

Definitio non debet componi ex nominibus æquiuocis, nec dubijs, aut translatis. Aristotel. post. lib.

2. cap. 15. tex. 22. char. 380.
 Definitio est ex genere, & differentijs. Aristot. Topic. 1. cap. 7. char. 397. Idem Alex. Aphrod. & Eust. 2. post. c. 80. col. 2. Idem Io. Gram. pri. de ani. tex. 4. c. 6. col. 2. Idem Boet. lib. de interp. char. 120.
 Definitiva ratione quæ insunt, aut ex quibus sunt, in ratione horum non inest ratio totius, vt in bipede est ratio hominis. Arist. phys. 1. sum. 2. cap. 4. tex. 29. c. 10.
 Definitionum principia genera sunt. Arist. 3. metaphysic. ex sum. 2. cap. 2. tex. 10. char. 47.
 Definitionem non habent composita ex substantijs, & accidentibus. Aristotel. 7. metaphysic. ex sum. 2. cap. 3. text. 12. chart. 132.
 Definitio est substantiæ simpliciter, alio modo accidentium, vt ens existit in substantia, & accidentibus, sed primo in substantia, secundo in accidentibus, sed in accidentibus non simpliciter. Arist. 7. metaph. cap. 3. tex. 14. char. 132.
 Definitio nil aliud in se habet, quam primum genus, & differentiam, & si sint alia genera intermedia, tamen nil aliud sunt, quam primum genus: nil enim differt an diuidatur per pauca, vel per plura, dum vnum sit genus, aliud differentia. Aristotel. 7. metaphysic. cap. 14. tex. 43. chart. 151.
 Definitionem in vnaquaque re inquirere non oportet, sed aspicere proportionale. Arist. 9. metaph. ex sum. 2. cap. 1. tex. 11. char. 181.
 Definitiones translatione vti non debent, quia rem reddunt translationes obscuriores. Alexan. aphrod. pri. prior. cap. 1. chart. 6. col. 2.
 Definitioni per seipsa conueniunt ea, quæ sunt ad aliquid, quia non possunt defini alio modo. Alexand. Aphrod. in 6. Topic. cap. 3. char. 74. col. 3.
 Deficientes plurimi aliquid principio definitionem in demonstrabilem accipiunt. Alexand. Aphrod. in 7. topicor. cap. 2. tex. 86. col. 3.
 Definitiones non sunt singularium, nec alicuius communis a singularibus separati, sed communium, quæ sunt in singularibus, & singularium quo ad communia, quæ in eis sunt. Alex. Aphrod. in 1. natur. quæst. cap. 3. char. 1.
 Definitiones non sunt sensibilibus, cum sint vniuersalia, non particularium. Alexand. Aphrod. in prim. metaph. com. 42. char. 20. col. 2.
 Definitio omnis ex pluribus quibusdam constituitur, in quæ diuiditur. Alex. Aphrod. in 4. metaph. vel secundum Latin. 5. cap. 11. c. 135. col. 2.
 Definitiones de accidentibus proprie non habentur. Alex. Aphrod. in 6. metaphysic. vel secundum Latin. 7. cap. 1. char. 180. col. 2.
 Definitiones rerū ita habentur, vt quid est in substantia proprie, & simpliciter dicitur, non autem ita in accidentibus, sed cum aliquo additamento. Alex. aphrod. in 6. metaph. vel secundum Lat. 7. cap. 1. c. 180. col. 2.
 Definitiones primum, & simpliciter substantiæ, deinde alijs attribuuntur. Alex. Aphrod. in 6. metaphysic. vel secundum Latin. 7. co. 11. c. 189. col. 1.
 Definitiones ex principijs definitis sunt. Alex. & Eust. in 2. post. char. 90. col. 1.
 Definitio non est singularium, nec incomplexorum. Them. in 2. post. cap. 7. c. 9. col. 4.
 Definitiones, quæ diuersæ sunt, diuersarum sunt rerum. Them. in 1. phys. tex. 25. char. 17. col. 1.
 Definitionem quæ complent, accidentia definiti esse nō possunt. Them. in pri. phy. tex. 28. c. 17. col. 2.
 Definitionem alicuius quæ ingrediuntur in sua definitione, definitum habere non possunt. Them. in 1. phys. tex. 29. c. 17. col. 2.
 Definitio non fit illarum rerum, quæ dubiæ sunt significationis. Mag. in lib. de inter. c. 11.
 Definitiones ex rerum natura sumuntur. Magent. in lib.

lib. de interp. chart. 11.
 Definitiones non sunt cum disunctione, Magen. in prior. chart. 2. colum. 2.
 Definitio non est non entis. Simp. 2. phy. ch. 95. col. 4.
 Definitionis in rationibus prius genus accipi solet, postea differentia. Simp. in 1. de ani. tex. 6. c. 2. colum. 2.
 Definitio impartibiliter circumscriptam rem, & effectricem portionem comprehendit. Simp. in 1. de anima. tex. 6. char. 2. col. 2.
 Definire cum aliquid sit, prius genus sumere oportet. Eust. 2. ethic. cap. 5. ch. 95.
 Definitio omnia comprehendere debet, quæ sub se definita cadunt. Eust. 3. ethic. cap. 12. ch. 392.
 Definitio alicuius per aptiora fieri debet, si quod definimus, cognoscere volumus. Ioan. Gram. in pri. post. char. 3. colum. 4.
 Definitio constituitur ex proprijs, quæ substantialiter insunt definibili. Ioan. Gramma. in 2. poster. cap. 6. char. 60. colum. 2.
 Definitiones omnium reddi non possunt, vt generalissimorum, & indiuiduorum, quæ per descriptionem significamus. Ioannes grammaticus in primo de anima. tex. 4. char. 6. colum. 2.
 Definitiones naturales redduntur ex materia, & forma, & ex causa, per quam forma in materia est. Ioan. Gramma. in 1. de ani. tex. 15. c. 10. col. 4.
 Definitio perfecta materiam mentionem facere debet. Io. Gram. in 1. de ani. tex. 16. c. 11. col. 2.
 Definitiones secundum formas rerum dantur. Io. Gram. in 2. de ani. tex. 8. ch. 37. col. 2.
 Definitiones constant genere, & differentijs ijs, quibus genera diuisa constituuntur. Ammon. in Porphir. char. 2. colum. 3.
 Definitio genere, & differentijs rem constituentibus constat: & cum genera generalissima non habeant genera supra se, ideo non possunt defini, sed describi. Ammon. in Porph. c. 4. colum. 4.
 Definitio sumitur, vel a materia, vel a specie, vel ab vtraque, quæ extrema perfecta est. Ammon. in Porph. char. 5. colum. 1.
 Definitiones sunt rerum, quarum vim, ac naturam explicant. Ammo. in Porph. c. 7. col. 2.
 Definitiones consistunt ex generibus, & differentijs, & diuisiones sunt per differentias. Auer. in Porphir. cap. 1. ch. 1. colum. 2.
 Definitiones componuntur ex forma vniuersali, quod est genus, & ex proprio, quæ est differentia. Auer. in phys. 2. tex. 28. ch. 28. col. 3.
 Definitio continet formam communem, & propriam. Auer. in phy. 2. tex. 91. ch. 40. colum. 2.
 Definitio est rerum permanentium. Auer. in phy. 3. tex. 13. char. 43. colum. 1.
 Definitio alicuius compositi ex duobus, necessario constat definitionibus illorum duorum. Auer. in phys. 5. tex. 43. ch. 49. colum. 2.
 Definitio completi, est esse id, cui non possit fieri additio. Auer. phy. 8. tex. 75. char. 190. col. 4.
 Definitiones non componuntur, nisi ex proprijs principijs, quæ sunt in re. Auer. pri. de ani. tex. 5. char. 109. colum. 2.
 Definitio numeri non est numerus, vt definitio animalis non est animal. Auerroes in 1. metaphysicor. tex. 10. comm. 36. char. 11.
 Definitio proprie est formæ vniuersalis, & intentio vniuersalis non congregati ex materia, & forma. Auer. in 7. metaph. tex. 10. com. 39. ch. 89.
 Definitionis partes sunt illa, per quæ constituitur res. Auer. 7. metaph. sum. 1. tex. com. 4. c. 73.
 Definitiones ex substantijs, & accidentibus habent materiam quasi differentiam, & formam vt genus. Auer. in 8. metaph. tex. com. 6. ch. 102.

Definitiones sunt compositorum ex materijs, & formis. Auer. in 8. metaph. tex. com. 7. c. 102.
 Definitiones rerum relatiuarum debent esse alio modo quam rerum non relatiuarum. Auer. in 9. metaphysic. tex. com. 11. char. 111.
 Definitio videtur esse primo, & in specie, vel per se prima est ipsa substantia, & si inuenitur in alijs prædicamentis, est per posterius. Auer. in epit. metaph. 1. tract. 2. char. 173. colum. 1.
 Definitiones sunt ingenerabiles, & incorruptibiles, licet res definitæ sint generabiles, & corruptibiles. Auer. in epit. metaph. tract. 2. c. 173. col. 3.
 Definitiones sunt compositæ ex materia, & forma, quæ nō habent definitiones, nisi per similitudinem. Auer. in epit. metaph. tract. 2. c. 175. col. 3.
 Definitionem omnium eodem modo quærere non debemus, cum non omnia genera habeant, & differentias, imo quædam definiuntur per sua opposita, quædam per suam passionem, nonnulla per suam actionem, & passionem, & tandem per ea quæ insequuntur ipsa. Auer. in epit. metaph. tract. 3. c. 177. col. 1.
 Definitiones a quinque vocibus vtilitatem sumunt, vt in ipsis nihil prætermittas, quod sit vtile, & nihil addas superfluum. Boeth. in Porph. c. 3. ex dial.
 Definitio fieri debet ex notioribus, quam res illa sit, quæ definitur. Boeth. in Porph. c. 67.
 Definitio nominis communis quibus conuenit, illa communis iure species iudicabitur, & communi vocabulo vniocce prædicatur, quibus autem non conuenit, vox quidem communis est, nulla vero substantia. Boeth. in Porph. char. 98.
 Definitio non est generum supremorum, quia illorum non est genus: nec indiuiduorum, quia nulla substantialia differentia differunt. Boeth. in prædic. char. 117.
 Definitio diuisionibus iunctis componitur. Boeth. de diuis. char. 641.
 Definiri non possunt superiora genera, quoniam genera supra se non habent. Boeth. de diuisione. char. 644.
 Definiri indiuidua non possunt, quia specificis differentijs carent. Boeth. de diuisio. char. 644.
 Definiuntur species, quæ supra se genera habent, & de alijs prædicantur. Boeth. in diuisionib. chart. 644.
 Definitio fit, cum posito genere rei definiendæ subiungentes species, vt vicina discretis communioribus separamus, & tandiu ponamus differentias, quamdiu ad proprium eius, de quo quæritur signata eius exceptio ne, veniamus. Boeth. de defi. char. 651.
 Definitio integra constat quinque partibus, genere, specie, differentia, proprio, & accidente; ita vt accides minimum, proprium multum possit. Boeth. de defi. char. 652.
 Definiendi ratio via est, vt ex comitantibus inter se iunctis, atque compositis in vnam proprietatem rei definitio colligatur. Boet. in top. Cic. l. 3. char. 801.
 Definitiones, quæ reuera definitiones sunt, eo comitantibus substantialibus constant, quæ autem ab vtendo definitiones dicuntur, ex accidentibus comitantibus congregantur. Boet. in top. Cic. l. 3. ch. 803.
 Definitiones ab accidentibus, & si substantiam demonstrare non videntur, tamen quoniam sæpe vere definitionis vice ponuntur, quæ substantiam demonstrant, illæ etiam descriptiones a substantiæ loco assumi videntur. Boethius de differentijs topicor. lib. 2. chart. 866.
 Definiri nihil potest nisi species: & si differentia definitur, oporteret, quod differentia esset species, quod esse non potest. Albertus magnus in prædicament. char. 23. col. 4.
 Definitionem superioris generis inferius ingredi potest, non vt definiat, sed vt diuidat. Alb. magn. in prior. char. 96. colum. 1.

Definitionem essentialem non habent proprie infinita. Alb. mag. in poster. c. 178. col. 3.
 Definitio assignata per genus remotum, & contractum per differentias, & si habeat substantiam definitionis, tamen non est bona, quia non est posita, ut debet poni. Alb. mag. in Topic. c. 260. col. 3.
 Definitiones priuationem vtuntur negatione loco differentia. Alb. mag. in topic. c. 261. col. 1.
 Definitio in physicis, aut datur per formam materiam declarantem, secundum consecutionem ad ipsam: aut quod ipse definitio ipsa existat materia. Alb. mag. in 2. physic. tract. 2. cap. 6. c. 29. col. 4.
 Definitio mathematica nullo modo habet in se materiam. Alb. mag. in 2. phys. tract. 2. cap. 6. c. 29. col. 4.
 Definitiones substantiarum, & passionum metaphysicorum non habent in se villo modo materiam. Alb. mag. in 2. phys. tract. 2. cap. 6. char. 29. col. 4.
 Definitur quodcumque ex ijs, quæ ipsum secundum naturam antecedunt, non autem ex ijs, quæ consequuntur ipsum, Albert. magn. in 1. de anima. tract. 1. cap. 7. char. 3. col. 2.
 Definibile omne compositum est, & definitia ipsius quidditatis termini sunt. Alb. mag. de caus. & process. vniuersa cau. pri. 1. tract. 2. c. 192.
 Definitio proprie sumpta non est nisi substantia, & non est accidentium, sed secundario, & ex additione, ita quod definitum non sit species absoluta, neque sub genere absoluti, & simplicis entis posita erit definitio talium accidentium. Alb. mag. in 7. metaph. tract. 1. cap. 11. char. 123. col. 2.
 Definibile ut aliquid sit, oportet ut modus significandi talis sit, quod suo intellectu claudat aliquod predicatum, & actum, & formam, quod sit de aliquo participante nomen ipsius actus, & formæ per analogiam ad ipsum: ideo definitio non est definibilis. Alb. mag. in 8. metaph. tract. 1. cap. 7. char. 135. col. 4.
 Definitio passionis perfici non potest sine definitione substantia subiecti. D. Thom. in post. c. 80. col. 4.
 Definitur principaliter substantia, accidens autem per posterius, quæ est definitio per additamenta. D. Thom. in post. c. 81. col. 3.
 Definitio omnis datur de aliquo, ut consideratur in vniuersali, non autem, ut consideratur in hoc, vel illo singulari. D. Thom. in post. c. 96. col. 2.
 Definitionem speciei non ingreditur materia indiuidua, sed communis, ut in definitione hominis non ponitur hæc caro, vel hæc ossa, sed caro, & ossa. D. Thom. in 2. phys. lect. 5. tex. 28. c. 20. col. 4.
 Definitiones rerum naturalium materiam specificam includunt: indiuiduum autem, & singulare nequaquam. D. Thom. in 3. de ani. lect. 8. tex. 11. c. 56. col. 4.
 Definitiones propriæ dantur de speciebus. D. Thom. 5. metaph. lect. 4. tex. 4. char. 275.
 Definitur proprie sola substantia species. D. Thom. 7. metaph. lect. 4. tex. 14. char. 446.
 Definiri non possunt ea, de quibus genus prædicatur, secundum participationem per illud genus, nisi sint de essentia illius definiti. D. Thom. 7. metaph. lect. 4. tex. 14. c. 446.
 Definitionis ratio non assignatur, nisi vniuersaliter. D. Thom. 7. metaph. lect. 10. tex. 36. char. 500.
 Definitum an definitur per plura, vel per pauca non differt, dummodo vnum sit genus, & reliqua differentia. D. Thom. 7. metaph. lect. 12. tex. 43. c. 515.
 Definitio non est singularium corruptibilium. D. Thom. 7. metaph. lect. 15. tex. 53. char. 554.
 Definiri nequit quoduis singulare in his inferioribus per aliquas proprietates, vel formas adunatas, quæcumque fuerint. D. Thom. 7. metaph. lec. 15. tex. 55. c. 557.
 Definiri non possunt prima simplicia, cum non sit in definitionibus abire in infinitum. D. Thom. 9. metaph.

lect. 15. tex. 11. char. 646.
 Definitiones non sunt singularium, sed vniuersalium, quod est vnum in multis. Alex. de Ales in 1. metaph. char. 28. col. 2.
 Definibile non oportet, quod semper habeat partes reales, sed semper habeat partes rationis, quas venatur intellectus, cum vult definire rem. Alex. de Ales in 7. metaph. tex. 33. c. 218. col. 2.
 Definitio si per plura fit, vltima pars est differentia, aliæ vero sunt genus certificatum per multa, ut homo est substantia animata sensibilis rationalis; rationalis est differentia; substantia animata sensibilis, est substantia certificata per sensibilitatem, & per modum animæ. Alex. de Ales in 7. metaph. tex. 42. char. 228. col. 1.
 Definitio vniuersaliter omnium rerum non est querenda, ut nec essentia. Thom. de Vio in prædic. c. 7. col. 1.
 Definitio exigit duas condiciones, & quod sit ex notioribus, & quod sit ex prius notis. Thom. de Vio in prædic. c. 7. col. 2.
 Definitum per definitionem probari duobus modis contingit, primo secundum se, & sic accidit petere principium: alio modo ratione nostri apud quos differt definitio a definito, & definitio est notior. Thom. de Vio in poster. c. 103. col. 1.
 Definitio non est notentium. Thom. de Vio in poster. chart. 204. colum. 2.
 Definitio vniuersaliter rei vnæ, siue genericam, siue specificam, siue analogam habeat vnitatem, illam retinet in quibuscumque inueniatur. Thom. de Vio in poster. char. 226. col. 1.

Definitionis utilitas.

Definitionem scire potest aliquis non habens demonstrationem. Arist. post. lib. 2. cap. 3. tex. 2. char. 357.
 Definitionem non solum vtile est cognoscere, ad cognoscendas causas accidentium in substantiis, ut in mathematicis, quid rectum, & quid obliquum, & quid linea, & quid planum ad cognoscendum, quot rectis trianguli, anguli sunt æquales, sed etiam econtrario: accidentia enim conferunt secundum magnam partem ad cognoscendum ipsam quod quid est. Arist. 1. de anima. sum. 1. cap. 1. tex. 8. char. 589.
 Definitione reddita non ultra querimus, quare; quasi nacti iam simus cognitionem eius causæ, de qua nobis erat questio. Alexand. Aphrod. in prim. metaphysic. com. 19. char. 9. colum. 1.
 Definibile cognosci non potest, nisi cognoscatur vnum quodque assumptum in definitione eiusdem. Simp. in 3. physic. in prædic. char. 139. col. 1.
 Definitiones in mathematicis, quod a sensu percipi nequit, ut plurimum cognoscere faciunt consequentibus consideratis. Ioan. Gram. tex. 11. c. 8. col. 4.
 Definitio omnis aut probandæ rei causâ, aut si res in quæstione versatur, augendæ: aut si vel apud aduersarium, vel apud auditorem nota iam res est, confirmandæ causâ assumitur. Boet. de defi. char. 649.
 Definitione opus est, ut possimas docere, quid non sit. Boet. de defi. chart. 653.
 Definitiones partium definitionis sæpe in definitione ponuntur loco partium. Auer. in Topic. lib. 1. cap. 4. char. 257.

Definitio ut vera, vel falsa, & eius vitia.

Definitioni nullo modo vtilia sunt, quæ sunt per accidens. Arist. post. lib. 2. cap. 9. tex. 8. char. 366.
 Definitio falsa est, quæ est de numero non entium, in quantum falsa, vnde omnis definitio est falsa alterius quam cuius est vera. Aristotel. 4. metaphysic. cap. 29. text. 34. chart. 116.

Definitio,

Definitio, quæ secundum se est falsa, nullius est definitio. Arist. 5. metaph. cap. 29. tex. 34. char. 116.
 Definitionibus æquiuocationes maximo sunt impedimento. Alex. & Eustr. in 2. post. char. 92. col. 1.
 Definitiones, nec per metaphoras, nec per tropos facere debemus. Alex. & Eustr. in 2. post. c. 92. col. 1.
 Definitionem tradentes, si accidentia, quæ nihil ei conferunt, enarrant, errant grauius, necnon etiam si ex conceptu verborum, nullum accidens eius rei compareat, quæ diffinitur. Themist. in 1. de anima. cap. 7. tex. 10. char. 61. col. 4.
 Definitionem perficit, qui omnia, quæ prædicantur in eo quod quid est, de definito composuerit, ut definito arguetur. Io. gram. in 2. post. cap. 14. c. 68. col. 2.
 Definitionis superadditio est similis sexto digito manus: & ut per hanc superadditionem manus sit turpis sic, & definitio. Auer. in 6. topic. cap. 1. char. 301.
 Definitionis partes si sint notiores definito, non fieri poterit petitio principij. Auer. in quæst. logic. q. 19. char. 398. col. 3.
 Definitæ res cum suis diffinitionibus non euadunt reliquam trium rerum, aut quod sit ignoti esse, & diffinitionis: aut noti esse, & ignotæ diffinitionis: aut noti esse, & diffinitionis. Auer. in q. logicis. q. 117. c. 379. c. 1.
 Definitionis partes, & tota ipsa definitio non sunt notiores, quam ipsum definitum, ex quo ambo noscuntur per aliud, id est, tam definitio, quam definitum. Auer. in q. log. q. 17. char. 379. col. 1.
 Definitionum bonarum proprium est in rebus definitis, quod per eas perficiantur omnia quæ sita, quæ necessaria sunt sciri in illa re apud perscrutationem. Auer. 4. de celo. tex. 2. char. 108. col. 4.
 Definitio, in qua solum accipitur materia, & omittitur forma, diminuta est; quæ autem accipit formam, & dimittit materiã, existimatur, quod dimittit aliquid non necessarium: sed non est ita, quoniã forma debet accipi in definitionibus, secundum dispositiones, in quibus existit. Auer. 1. de anima. tex. 16. char. 111. col. 3.
 Definire qui vult Solem, & Lunã, & talia indiuidua singularia, peccat. Auer. in 7. metaph. tex. 10. char. 96.
 Definitiones formarum sine materia non sunt bonæ; formæ enim non inueniuntur sine materia. Auer. in com. 8. met. tex. 6. c. 101.
 Definitiones, quæ cum definito conuertuntur, bonæ sunt definitiones. Boet. in Porph. q. 24. ex dial.
 Definitiones illæ re vera sunt, quæ conuertuntur. Boet. in prædic. c. 116.
 Definitio ut sit bona quinque requirit: primo, ut omnia in definitione posita sint substantialia: secundo quod vltima differentia sit cum definito conuertibilis: tertio, quod prius posita in definitione se habeant ad sequens, ut potentia propinqua ad actum: quarto, quod definiens primū sit per se notum apud eum, qui quærit cognoscere definitum, & in substantia, & in potestate: quinto quod definitio dicat totum esse diffiniti. Alb. mag. de prædic. com. 3. char. 3. col. 3.
 Definitionis peccata, sunt quinque: primo, si per accidentale, vnum, vel plura essentiali definiri notitia quærat: secundo, si vltima differentia non sit conuertibilis: tertio, si inordinate ponuntur ea, quæ in definitione ponuntur: quarto, si primum definiens non sit per se notum in substantia, & potestate, quod quatuor accidit modis, vel si idem sit ignotius: vel æque ignotum; si non potest esse notum nisi per diffinitum: vel per id, quod per aliud est notum: quinto si definitio non dicit totum esse definiti. Alb. mag. de prædic. ch. 3. col. 3.
 Definitio non datur per ignotiora, nec per posteriora. Alb. mag. in Topic. char. 259. col. 1.
 Definitio, quæ non declarat substantiam definiti, & non soluit oppositiones, quæ circa definitum fiunt, & definiti proprietates non declarat, inutilis, & insufficientis

est, ac præcipue in naturalibus. Alb. mag. in 4. physic. tract. 1. cap. 8. c. 42. col. 4.
 Definitio ut sit vera secundum ipsorum definitium considerationem, quatuor sunt necessaria: primo, quod definitia definito sint essentialia, secundum primū per se dicendi modum: secundo, quod totaliter ad vnum esse, & vnicum definitia referantur, & illud dicant totum. tertio, quod definitio alicuius vnus, & vnitæ naturæ sit primo, ex quo resultat: quartum, quod sit talis naturæ, & speciei, quæ vnum vnus naturæ genus essentialiter participat, quia illius essentialis qualitas est differentia, & illa coniuncta illi generi constituit definitionem. Alb. mag. 7. metaph. tract. 1. cap. 8. char. 121. col. 4.
 Definitionem nullã ex additione esse, verū est de definitione, ut iuenit in substantijs. D. Thom. 7. met. 1. 4. te. 17. c. 451.
 Definitiones veræ sunt illæ, in quibus non est, nisi primum genus, & differentia; dantur enim quædam definitiones per aliqua accidentia, & per aliquas proprietates, vel per aliquas causas extrinsecas, quæ non significant substantiam rei, & hæc definitiones non sunt ad propositum. D. Thom. 7. metaph. 1. 12. tex. 43. c. 515.
 Definitio potest esse falsa duobus modis: vel quia est vera in se, & falsa per accidens: vel quia est falsa in se. Alex. de Ales in 5. metaph. tex. 34. c. 166. col. 1.
 Definitiones tribus modis errant; in applicatione partium ad definitum: in conuentione partium definitionis inter se; & in applicatione totius definitionis ad definitum. Thom. de Vio in prædic. c. 33. col. 1.
 Definitio licet formaliter non sit vera, vel falsa, virtualiter tamen est vera. Thom. de Vio in post. c. 183. col. 1.

Definitio ut differt a suppositione, descriptione, & demonstratione.

Definitiones non sunt suppositiones, non enim esse, vel non esse dicunt. Aristotel. post. lib. prim. cap. 8. text. 24. chart. 313.
 Definitio, & demonstratio scire idem esse impossibile est. Arist. post. lib. 2. cap. 3. text. 2. char. 357.
 Definitio est ipsius quod quid est, & de omni vniuersalis affirmatiua, syllogismus esse potest, & affirmatiua, & negatiua. Arist. post. 2. eap. 3. tex. 2. char. 357.
 Definitio non est ois illius, cuius est demonstratio. Arist. post. lib. 2. cap. 3. text. 2. chart. 358.
 Definitio monstrat quid est, demonstratio quod in hoc, de hoc, vel non est. Arist. post. lib. 2. cap. 3. tex. 2. c. 358.
 Definitiuæ, & resolutiuæ methodus diuersæ inter se specie sunt. Alex. & Eustr. in 2. post. char. 3. col. 1.
 Definitio, & demonstratio vnus, ut vnum, non est. Ale. & Eustr. in 2. post. c. 19. col. 1.
 Definitio simplex, demonstratio compositum ostendit. Alex. & Eustr. in 2. post. c. 20. col. 1.
 Definitio vniuersam rei substantiam declarat; demonstratio ea, quæ ei insunt, explicat. Themist. 2. post. cap. 4. char. 9. colum. 2.
 Definitio quia differt a demonstratione, positione; quia in demonstratione a causa ad causatum fit discursus; in definitione primo dicitur causatum, deinde inferitur causa. Io. gra. in 2. post. cap. 10. c. 63. col. 3.
 Definitio quod traditur, non differt ab eo, quod traditur demonstratione, nisi in modo, quia demonstratio traditur per modum orationis definitæ, & definitio, quæ traditur, traditur per modum orationis compositæ compositione conditionis, & ligamenti. Auer. in post. lib. 2. cap. 1. te. 7. char. 200.
 Definitionum dispositio non est similis dispositioni syllogismi; quoniam syllogismus habet formam, & materiam; definitio non habet formam, ideo de ipsa non tractauit Aristoteles per modū cōis, postea per modū appropriati. Auer. in post. 1. ex paraph. ch. 127. col. 1.

Definitio

Definitio extrahit essentiam rei, demonstratio vero ex parte, quæ est syllogismus, extrahit affirmatiuum, negatiuum, vniuersale, & particulare. Auer. in poster. lib. 2. cap. 2. tex. 9. char. 201.

Definitio differt a demonstratione in monstrando. Auer. in poster. lib. 2. cap. 5. tex. 45. char. 216.

Definitionis pars posterior, prior est in demonstratione. Auer. epitom. in logic. char. 354. col. 1.

Definitio educitur ex demonstratione: & si quæsitum largitur quæsitum quid est, non est, quod definitio inferatur ex demonstratione primo, & per se: sed huius significatum sit, quod demonstratio largitur esse rei, prout largitur suam causam, & (sui esse simul); & quod inferat definitionem, dum definitio non fuerit primū quæsitum in illatione, sed quæsitum sit inter esse rei, cuius est definitio mediante eius diffinitione, & per hoc fit diffinitio non per se nota. Auer. in q. log. q. 14. char. 377. col. 2.

Definitio a descriptione differt, quia definitio constat ex genere, & differentiis: descriptio subiecti intelligentiā claudit, quibuslibet, vel accidentibus efficientibus vnā proprietatē, vel substantiabilibus differentiis præter cōueniēs genus aggregatis. Boet. de diff. Topic. lib. 2. char. 866.

Definitio tribus modis se habet ad demonstrationem: nam vel est principium demonstrationis, vel medium, vel demonstratio positione differens a demonstratione. Alb. mag. in post. c. 183. col. 4.

Definitio, quæ est demonstrationis cōclusio, nec ea quæ demonstratio est positione tantum differens concluditur per demonstrationem negatiuam, sed tantum ea, quæ est, vt principium demonstrationis. Alb. mag. in post. c. 189. col. 1.

Definitio alia est vt principium demonstrationis, alia vt conclusio, quæ est materialis subiecti definitio, alia vt medium, & est formalis passionis. Albert. Magn. in post. c. 209. col. 4.

Definitio substantiæ differt a definitione accidentiū: quia in definitione substantiæ nihil ponitur, quod sit extra substantiam definiti. in definitione accidentis ponitur aliquid, quod est extra essentiam definiti, vt subiectū. D. Thom. in 2. de anima. l. 1. tex. 2. c. 20. col. 1.

Definitio substantiæ differt a definitione accidentis, quia cum definitio significet, quod quid est res, & substantia sit completum in suo esse, & in sua specie, ac vt accidens non habeat esse completum, sed a substantia dependeat, in hoc differunt. D. Thom. in 2. de anima. lib. prim. tex. 2. char. 20. col. 2.

Definitio, & essentia rei vt differunt, sic differt ostensio, per quā deuenimus in quod quid est definitio, & ostensio, per quam deuenimus in ipsum esse, quæ est demonstratio. Alex. de Ales. in 2. metaph. tex. 6. c. 57.

Definitio in hoc differt a demonstratione, quia definitio est ad ostendendum huius in hoc. Ex quo duæ sequuntur differentiæ, vt q. definitio cadit super quæstionem simplicem, quid est, ita vt definitio est terminatiua quæstionis: nam quod dicit quid est per modū quæstionis, dicit definitio per modum certificationis.

Deinde ratio, quæ cadit super quæstionem compositam, scilicet, quia est illud idem vnū, quod dicit, quia est per modum quæstionis, dicit demonstratio per modum certificationis, reddens causam ipsius quia, per ipsum propter quid. Et quia definitio est entis, inclinati, & concreti, & respectu entis fixi, & absoluti: demonstratio semper est entis inclinati. Alex. de Ales in 3. metaph. tex. 6. char. 57. col. 2.

Definitio dicit esse, & propositio dicit esse: sed definitio dicit esse expositiue, quia exponit, & declarat esse essentia rei: propositio dicit esse copulatiue, quia copulat prædicatum cum subiecto. Alex. de Ales in 5. metaph. tex. 34. char. 166. col. 1.

Definitio subiecti potest esse medium in demonstratio-

ne. Alex. de Ales in 7. metaph. tex. 59. c. 242. col. 2.

Definitio subiecti semper intrat demonstrationem, vel secundum substantiam, vel secundum virtutem, cum demonstratur prima passio de subiecto intrat fm subiectū, secundū virtutē intrat ad demonstrandas sequētes passiones. Alex. de Ales in 7. metaph. tex. 59. c. 243. c. 3.

Definitio vt manifestatur, & an demonstrari possit.

Definitiones sunt principia demonstrationum, quæ principia in demonstrabilia sunt, alioqui abiretur in infinitum. Arist. post. lib. 2. tex. 2. char. 358.

Definitionem alicui inesse, vt definitio, qui syllogismo concludere nititur, petit principium. Arist. post. lib. 2. cap. 4. tex. 3. c. 359.

Definitio nec per diuisionem syllogizatur. Aristot. post. lib. 2. tex. 4. char. 360.

Definitio non monstratur syllogismo hypothetico, nec sensu. Arist. post. lib. 2. cap. 6. tex. 5. char. 362.

Definitio non probatur per syllogismum, nec per demonstrationem; & sine demonstratione cognosci non potest definitio: medium enim ipsius demonstrationis propter quid: sed aliorum est quædam causa, aliorum non est, vt immediata, & principia sunt, quæ & esse, & quid est supponi oportet, aut alio modo manifesta facere. Quæ autē habent mediū, per demonstrationem innotescunt. Arist. post. lib. 2. cap. 10. tex. 9. char. 367.

Definitio rei manifestari nequit, nisi sciatur, quæ sunt partes speciei, & quæ non sunt, & quæ sunt simul sensu. Arist. 7. metaph. cap. 13. tex. 37. char. 143.

Definitionem reprobamus, si ostendimus idem non significare: at si idem significat, non tamen ob id definitionem probamus. Alex. Aphrod. in pri. topic. cap. 4. char. 7. col. 4.

Definitio per syllogismum potest ostendi, non autem per demonstrationem. Alex. Aphr. in 7. top. c. 2. c. 86. c. 3.

Definitio, nec syllogismo, nec demonstratione, nec inductione demonstratur, nec sensu. Alexand. & Eust. in 2. poster. char. 39. col. 1. Idem Ioan. gram. 2. poster. cap. 7. char. 61. col. 2.

Definitionem docere ex cognitione fm accidēs ipsius, quæ impossibile est. Alex. & Eust. in 2. post. char. 51. col. 1.

Definitio cum sit maioris extremi, & immediata in demonstrabilis est. Alex. & Eust. in 2. post. ch. 53. col. 1.

Definitio cuius est, eiusdem, eodem respectu demonstratio esse non potest. Them. in 2. post. cap. 3. ch. 9. col. 1.

Definitio quamuis demonstratione elici non possit, tamen in ijs, quæ per causas suas monstrantur, per demonstrationem eorum innotescat possibile est. Them. in 2. post. cap. 10. char. 10. col. 2.

Definitionum partes non possunt esse cognitæ apud nos, prima notitia, cum definitiones sint ignotæ nobis, sed cum sunt per se notæ, siue per syllogismum, erit etiam definitio per se cognita: licet quandoq; accidat ipsam esse parum manifestam: & propterea vt extrahantur hæc definitiones, indigent via diuisionis, & via compositionis. Auer. in poster. l. 1. in progem. tex. co. 1. c. 128.

Definitio cum est ignota naturaliter, & definitum notum esse sequetur formatio ipsius per demonstrationem per accidens: quia demonstratio exhibet per se verificationem partibus definitionis eo modo, quo notum per se exhibet verificationem ignoto per se. Auer. in poster. l. 1. tex. com. 1. char. 128.

Definitiones sciuntur ex demonstratione, quoniam definitiones rerū sunt ipsis causæ extra substantiā ipsarum. Auer. in poster. l. 2. cap. 5. tex. 42. char. 215.

Definitio est naturaliter ignota, ideo syllogismus est necessarius ad educationem definitionis; & sic loca, quibus ostenditur, quod illa res inest illi rei, & sit ipsa definitio, sunt loca definiendi. Auer. in quæst. logic. tex. 17. char. 379. col. 1.

Defini-

Definitionis ignotæ naturaliter, necesse est, vt in ea vtatur quis syllogismo, aut in declarando definitionem, & definitum esse, cum vtrumque fuerit ignotum: aut in declarando, quod definitio fuerit definiti, cum definitum est manifestum per se, & definitio ignota. Auer. roes in physic. 3. tex. 12. char. 42. col. 4.

Definitiones aliquæ si fuerint, quæ sunt ignoratæ in esse in definito, tales non declarantur, nisi per argumentū. Auer. 2. de ani. summa 1. text. 12. char. 129. col. 2.

Definitio demonstrationis ex veris, primis, immediatis, notioribus, & potioribus, & causis conclusionis non intelligitur de demonstratione ad impossibile, nec qa. Alber. mag. in post. char. 175. col. 4.

Definitio, vt probetur diuisione, tria debet coniecturari; primo vt accipiat ea prædicata, quæ prædicentur in quid; secundo vt sumat hæc ordinatim semper actum proximum cum proxima potentia ponendo; tertio nec superfluum sumere, nec diminutum. Albertus mag. in poste. char. 214. col. 4.

Definitio secundum speciem data substantiæ, non potest demonstrari demonstratione propter quid dicente; sed si demonstratur, demonstratur demonstratione quia. Alber. mag. in 7. met. tract. 1. cap. 12. char. 123. col. 3.

Definitio accidentis secundum speciem facta, potest concludi per demonstrationem sicut & accidens. Albert. mag. in 7. metaph. tract. 1. cap. 12. col. 3.

Definitio, quæ colligit in se principium demonstrationis & conclusionem, est tota demonstratio. D. Thom. in 2. phys. lib. 1. 5. tex. 95. char. 31. col. 1.

Definitionis non est demonstratio. D. Thom. 3. metaph. lib. 6. tex. 6. char. 136.

Definitionis prima principia nec sciuntur per definitionem. Alex. de Ales in 8. metaph. tex. 9. c. 251. col. 2.

Definitione multa non possunt sciri, quæ sciuntur via analogiæ, & proportionis. Alexander de Ales in lib. 9. metaphysic. text. 11. char. 267. col. 1.

Definitio ut formalis.

Definitiones formales sunt demonstrationum principia, materialis est conclusio demonstrationis, & ex vtraque est demonstratio sola positione differens. Ioan. gramm. in 1. poste. cap. 7. char. 18. col. 4.

Definitio formalis, eo quod est immediata, non demonstratur. Ioan. gram. in 2. post. cap. 8. char. 62. col. 2.

Definitio substantialis est, quæ causa formalis est, vt pote quæ formam, & substantiam rei exhibet. Ioan. gram. in 2. poster. cap. 11. char. 64. col. 2.

Definitio formam tantum rei demonstrat, quod aliquid in alio sit. Alex. & Eust. in 2. poster. c. 18. col. 2.

Definitio subiecti non demonstratur, nec demonstrat, id est, formalis. Alber. mag. in post. c. 209. col. 4.

Definitio subiecti duplex; vnā per materialem subiecti causam: alia per causam formalem subiecti. Albertus mag. in poste. char. 209. col. 4.

Definitio formalis minoris extremitatis potest etiam esse medium in aliqua demonstratione, quæ simpliciter demonstratio est. Albertus magnus in 7. metaph. tracta. 1. cap. 12. char. 123. col. 3.

Definitio & si in se habet aliquas partes materiales, tamen quod est principale, formale esse debet. D. Tho. 5. metaphysic. libro secundo. text. 2. char. 259.

Definitio, ut materialis.

Definitio naturalis concernit materiam sensibilem; & est vt definitio simi. Aristoteles 11. metaphysic. ex summa tertia. cap. 1. char. 228.

Definitio materialis per medium formæ inest definito. Ioan. gram. in 2. post. cap. 8. char. 62. col. 2.

Definitio materialis per medium formale demonstratur.

Ioan. gramm. in 2. poster. cap. 8. char. 62. col. 2.

Definitio data per materiam reducitur ad eam, quæ est data per formam. Alber. mag. in 4. metaph. tract. 2. cap. 4. ch. 92. col. 1.

Definitio materialis accidentis sola est, quæ est medium in demonstratione potissima. Alb. mag. in 7. metaph. tract. 1. cap. 11. c. 123. col. 3.

Definitio materialis accidentis cum dicat quid, & propter quid, potissima est demonstrationis medium; ideo demonstrari, id est, concludi in demonstratione non potest; & si dicit aliquando demonstrari, hoc erit intelligendum sic, quod ex demonstratione elici potest, & sciri; quia scito medio, est causa, quod scitur, quod illud est definitio. Alb. mag. in 7. metaph. tracta. 1. ca. 12. c. 123. col. 3.

Definitio materialis accidentis duplex est; alia est materialis, in qua accipitur subiectum sub nomine proprio subiecti; & est materialis, in qua ratio subiecti accipit, & hæc est medium in demonstratione potissima. Alb. mag. in 7. metaph. tract. 1. cap. 12. c. 123. col. 3.

Definitionis tractatio ad quem pertinet, & quo in loco de ea agit Arist.

Definitionis tractatio exacta non est dialectica, sed primæ philosophiæ. Alex. aphrod. in 7. top. cap. 2. char. 86. col. 3.

Definitio vtrum alicui sit bene assignata, Aristoteles disputare intendit libro sexto topicorum. Alex. aphr. in 6. top. cap. 1. ch. 70. col. 4.

Definitionem nos docet Arist. in secundo posteriorum per accidens, non vt definitio, sed vt medium demonstrationis, da qua in 7. metaph. ex professio docet. Alex. & Eust. in 2. post. ch. 3. col. 2.

Definitionis dat modos Arist. primus est secundum formam, magisque eius substantiam monstrat, secundus est secundum materiā. Auer. in phy. 3. te. 16. c. 43. c. 3.

Definiendi artem ad Arabes non peruenisse, quæ ignorantia definitionis fuit etiā apud antiquos, quod Aristoteles testatur, in causa fuit multorum errorum; nec cam nos docet Arist. 7. & 8. metaph. nec in 6. top. cum hæc ad logicam pertineat. Alb. magn. de præd. ch. 2. col. 4.

Definitio, vt est tota essentia rei, tractatur a primo philosopho; vt est medium demonstrationis, & causa passionis de subiecto a demonstratore docetur, vt est intentio communis prædicati, vt communiter ad subiectum, & prædicatum refertur, pertinet ad dialecticum. Alb. mag. in top. c. 257. col. 2.

Definitio in posterioribus analiticis consideratur, vt est principium faciens scire, de quo prædicatur in quid. Alb. magn. in 7. metaphysic. tract. 4. cap. 1. c. 129. col. 3.

Definitio ut ad argumentandi loca pertinet.

Definitionis locus 1. Eius, quod est circa terminos negotij, partes sunt quinque: aut quod omnino non verum est dicere, de quo nomen, & orationem: aut quod, cum sit genus, non posuit in genere: aut non in accommodato genere: aut quod non propria est definitio: aut si oia non definiunt, neque dixit quid est esse rei definitæ. Reliquū autē præter ea, quæ dicta sunt si definiunt quædē, at non bene definiunt. Arist. top. l. 6. c. 1. c. 501.

Definitionis locus 2. Si non verificatur de quo nomen, & oratio, ex ijs quæ dicta sunt in accidente locis, considerandum. Arist. top. l. 6. cap. 1. c. 502.

Definitionis locus 3. Si non propria est assignata oratio, ex ijs, quæ sunt ad genus, & proprium dictis locis, prospiciendum. Arist. top. l. 6. cap. 1. c. 502.

Definitionis locus 4. Si non bene definiunt, vel si non definiunt aggrediendum dicere primo inspicendum, si non bene, nam facilius est quodlibet fecisse, quam bene fecisse. Arist. top. l. 6. cap. 1. c. 502.

Aa Defini-

Definitionis locus 5. Eius, quæ non est bene definire sunt partes duæ. Vna quidem obscura interpretatione uti; definiem enim clarissima interpretatione uti oportet; quia cognoscendi gratia assignatur definitio. Secunda, si amplius dixit in definitionem, quam par sit; nam omne, quod super additum est in definitione, superfluum est. Arist. top. l. 6. cap. 1. c. 502.

Definitionis locus 6. Diuidere, quæ dicta sunt, in plures partes; si obscure dixit; si sit æquiuocum alicui, quod dictum est; si cum definitum multipliciter dicitur, diuidens non dixit; nam in manifestum vtrius definitionem assignauit; & contingit eum qui diuidit, quoties dicitur id, quod in definitione assignatum est, syllogismum facere. Arist. top. l. 6. cap. 1. c. 503.

Definitionis locus 7. Si per metaphoram definiuit; omne enim obscurum est, quod secundum metaphoram dicitur. Arist. top. l. 6. cap. 1. c. 503.

Definitionis locus 8. Si non positus nominibus utitur; omne enim obscurum, quod insuetum est. Arist. top. l. 6. cap. 1. c. 503.

Definitionis locus 9. Quædam neque secundum æquiuocationem, neque secundum metaphoram, nec proprie dicuntur. Arist. top. l. 6. cap. 1. c. 503.

Definitionis locus 10. Si non manifesta est contrarij oratio ex hoc, quod dicitur. Arist. top. l. 6. cap. 1. c. 504.

Definitionis locus 11. Si per se dicta non sit manifestum, cuius est definitio. Arist. top. l. 6. cap. 1. c. 504.

Definitionis locus 12. Si superfluum in termino dixit, primo quidè considerandū, si aliquo vsus est, quod oibus in sit, vel simpliciter ijs, quæ sunt, vel iis, quæ sub eodè genere sunt definitorum. Arist. top. l. 6. cap. 1. c. 504.

Definitionis locus 13. Si est quidè propriū, quod appositū est; ablato autem illo, & reliqua definitio propria est, & indicat substantiam. Arist. top. l. 6. cap. 1. c. 504.

Definitionis locus 14. Si quippiam eorum, quæ sunt in oratione, non omnibus inest, quæ sunt sub eadè specie. Arist. top. l. 6. cap. 1. c. 505.

Definitionis locus 15. Si idem frequenter dixit. Arist. top. l. 6. cap. 1. c. 505.

Definitionis locus 16. Si vniuersali dicto addidit & particulare. Arist. top. l. 6. cap. 1. c. 506.

Definitionis locus 17. Vtrum definiuit, an non: primo si non per priora, & notiora confecit definitionem. Arist. top. l. 6. cap. 1. c. 506.

Definitionis locus 18. Per non notiora terminum dici dupliciter est accipere, aut si simpliciter ex ignotioribus, aut si nobis ignotioribus, vtroque enim modo contingit: simpliciter igitur notius quod prius est, posterior. Arist. top. l. 6. cap. 1. c. 506.

Definitionis locus 19. Si eius, quod est in quiete, & definitione per indefinitum, & quod in motu est, assignauit. Arist. top. l. 6. cap. 1. c. 506.

Definitionis locus 20. Eius, quod est non ex prioribus, tres sunt loci. Primus, si per oppositum, oppositum definiuit; scire tamen oportet quædam aliter defini non posse, vt quæ sunt ad aliquid. Arist. top. l. 6. cap. 1. c. 510.

Definitionis locus 21. Si eodem vsus est ei, quod definiuit. Latet autem cum non eodem definiti nomine utitur. Arist. top. l. 6. cap. 1. c. 510.

Definitionis locus 22. Si eo, quod e diuerso diuiditur, id, quod e diuerso diuiditur, definiuit. Arist. top. l. 6. cap. 1. c. 510.

Definitionis locus 23. Si per inferiora superiora definiuit. Arist. top. l. 6. cap. 1. c. 511.

Definitionis locus 24. Si res cum sit, non ponitur in genere. Arist. top. l. 6. cap. 1. c. 511.

Definitionis locus 25. Si ad plura cum dicatur id, quod definiuit; non ad omnia assignauit. Arist. top. l. 6. cap. 1. c. 511.

Definitionis locus 26. Si non ad melius, sed ad peius assi-

gnauit, cum sint plura, ad quæ dicitur, quod definiuit. Arist. top. l. 6. cap. 1. c. 512.

Definitionis locus 27. Si non positum est in proprio genere, quod dictum est, considerandum est ex ijs, quæ ad genera sunt elementis; & si transiliens dicit genera. Arist. top. l. 6. cap. 1. c. 512.

Definitionis locus 28. In differentijs similiter considerandum, si & differentias dixit generis. Nam, si rei non specialibus definiuit differentijs, aut nullius dixit differentias, non definiuit. Arist. top. l. 6. cap. 2. c. 512.

Definitionis locus 29. Si est aliquid videndum quod e diuerso diuiditur dictæ differentia, non enim est differentia; quia omne genus ijs, quæ e diuerso diuiditur, diuiditur differentijs. Arist. top. l. 6. cap. 2. c. 513.

Definitionis locus 30. Si est quidem e diuerso diuisa differentia, non verificatur autem de genere. Aristoteles. topic. lib. 6. cap. 2. c. 513.

Definitionis locus 31. Si qua est e diuerso differentia, verificatur quidem de genere, at generi apposita non facit speciem. Arist. top. l. 6. cap. 2. c. 513.

Definitionis locus 32. Si negatione diuidat genus; sed fortasse in priuationibus negatione vti definiem necesse est; nihil enim differt negatione diuidere genus, aut huiuscemodi affirmatione, quam negatione: necesse est e diuerso diuidi. Aristoteles. topicorum libro 6. cap. secundo. c. 514.

Definitionis locus 33. Si speciem, & differentiam assignauit. Arist. top. l. 6. cap. 2. c. 514.

Definitionis locus 34. Si genus, vt differentiam dixit. Arist. top. l. 6. cap. 2. c. 514.

Definitionis locus 35. Si non quale quid, sed ipsum quid significat assignata differentia; omnis enim differentia quale quid significat. Arist. lib. 6. cap. 2. c. 515.

Definitionis locus 36. Si secundum accidens inest differentia definito: nulla enim differentia, nec genus inest secundum accidens. Arist. top. l. 6. cap. 2. c. 515.

Definitionis locus 37. Si prædicatur de genere differentia, vel species, aut inferiorum aliquid speciei, non est definiens. Arist. top. l. 6. cap. 2. c. 515.

Definitionis locus 38. Si prædicatur genus de differentia. Arist. top. l. 6. cap. 2. c. 515.

Definitionis locus 39. Inspeciendum si & species, aut inferiorum speciei aliquid de differentia prædicatur. Arist. top. l. 6. cap. 2. c. 515.

Definitionis locus 40. Si non prior est differentia specie, nam genere posterior est, specie prior differentia. Arist. top. l. 6. cap. 2. c. 516.

Definitionis locus 41. Si alterius generis est dicta differentia, neque contenti, neque continentis; non enim potest differentia duorum generum se non continentium esse differentia. Arist. top. l. 6. cap. 2. c. 516.

Definitionis locus 42. Si in aliquo differentiam assignauit substantia. Arist. top. l. 6. cap. 2. c. 516.

Definitionis locus 43. Si affectum, differentiam assignauit: omnis enim affectus, cum magis sit, detrahit a substantia: differentia autem non est sic, sed magis saluare videtur id, cuius est differentia. Aristoteles. topicorum. lib. 6. cap. 2. c. 517.

Definitionis locus 44. Si alicuius eorum, quæ sunt ad aliquid, non aliud quid differentiam assignauit. Nam eorum, quæ sunt ad aliquid, & differentie sunt ad aliquid. Arist. top. l. 6. cap. 2. c. 517.

Definitionis locus 45. Si ad quod natum est vnum quodque eorum, quæ sunt ad aliquid, assignauit definiens. Arist. top. l. 6. cap. 2. c. 517.

Definitionis locus 46. Si non primo assignauit, quando contingit ad plura dictum esse. Arist. top. l. 6. c. 2. c. 518.

Definitionis locus 47. Si non susceptiuum est eius, cuius dicitur affectus, vel dispositio, vel quoduis aliud, peccauit, sanitas enim comensuratio calidiorum, & frigidiorum est. Arist. top. l. 6. cap. 2. c. 518.

Definitio

Definitionis locus 48. Si id, quod sit, in effectiuum, aut econuerso, accidit sic ponere, definiemibus. Arist. top. l. 6. cap. 2. c. 519.

Definitionis locus 49. Secundum tempora omnia considerandum sicubi dissonet. Arist. top. l. 6. cap. 2. c. 519.

Definitionis locus 50. Si secundum aliud quippiam magis dicitur, quod definiuit, quam secundum assignatam orationem & si res quidem suscipit magis, quod autem secundum orationem assignatur, non suscipit; aut contra. Arist. top. l. 6. cap. 2. c. 519.

Definitionis locus 51. Si suscipiunt res, & oratio magis; non simul autem vtraque augmentum sumunt. Arist. top. l. 6. cap. 2. c. 520.

Definitionis locus 52. Si duobus quibusdam propositis, de quo res magis dicitur, id, quod est secundum orationem minus dicitur. Arist. top. l. 6. cap. 2. c. 520.

Definitionis locus 53. Si hoc, quidem similiter vtriusque inest propositis, aliud autem non similiter vtriusque, sed magis alteri. Arist. top. l. 6. cap. 2. c. 520.

Definitionis locus 54. Si ad duo definitionem assignauerit, secundum vtrumque. Arist. top. l. 6. cap. 2. c. 520.

Definitionis locus 55. Si generibus, & differentijs, & alijs omnibus, quæ in definitionibus sunt assignatis, eis, qui orationes pro nominibus faciunt, considerandum, si quidquam dissonet. Arist. top. l. 6. cap. 2. c. 520.

Definitionis locus 56. Si est ad aliquid, quod definiuit, aut per se aut secundum genus, considerandum si non est dictum in definitione ad quod dicitur, aut ipsum, aut secundum genus. Arist. top. l. 6. cap. 2. c. 521.

Definitionis locus 57. Si cum quippiam ad aliquid dicitur, non assignauit ad finem. Arist. top. l. 6. cap. 2. c. 621.

Definitionis locus 58. Considerandum, si generatio est id, ad quod assignauit, vel actus; nihil enim talium est finis. Arist. top. l. 6. cap. 2. c. 521.

Definitionis locus 59. In quibusdam si non determinauit, quanti, vbi, vel qualis, vel secundum alias differentias. Arist. top. l. 6. cap. 2. c. 521.

Definitionis locus 60. In appetitibus si non apponitur, quod apparet, & in quibuslibet alijs congruit. Arist. top. l. 6. cap. 2. c. 522.

Definitionis locus 61. Si assignauit quod dictum est, in ipsas species ducendum eum; qui ponit ideas esse. Arist. top. l. 6. cap. 2. c. 522.

Definitionis locus 62. Si sit quidem habitus definitio, considerandum in habentē, si quidem habentis, in habitus: similiter autem, & in ceteris talibus. Arist. top. l. 6. cap. 2. c. 422.

Definitionis locus 63. Vniuersaliter in definitionibus dicendo quodammodo, vno plura accidit eum, qui definit, definire. Arist. top. l. 6. cap. 2. c. 523.

Definitionis locus 64. In his, quæ ad aliquid sunt, considerandum, si ad quod genus assignatur, & species ad illud quoddam assignatur. Arist. top. l. 6. cap. 2. c. 523.

Definitionis locus 65. Videndum, & si oppositio opposita definitio. Arist. top. l. 6. cap. 2. c. 523.

Definitionis locus 66. Videndum in contrarijs, si contraria definitio. Arist. top. l. 6. cap. 2. c. 523.

Definitionis locus 67. Videndum, si quod secundum priuationem definiuit, illi necesse est, eo quod definiuit, vt, si accipiat oratio pro nomine. Arist. top. l. 6. c. 2. c. 524.

Definitionis locus 68. Si neutrum contrariorum secundum priuationem dicitur, assignetur oratio. Arist. top. l. 6. cap. 2. c. 524.

Definitionis locus 69. Si quod secundum priuationem dicitur, assignans non assignauit, cuius est priuatio. Arist. top. l. 6. cap. 2. c. 524.

Definitionis locus 70. Si non in quo natum est fieri, addidit vel simpliciter, vel in quo primo natum est fieri. Arist. top. l. 6. cap. 2. c. 525.

Definitionis locus 71. Videndum autem & si non secundum priuationem dictum, priuatione definiuit. Arist.

top. l. 6. cap. 3. c. 525.

Definitionis locus 72. Si similibus nominis casibus similes casus orationis captantur. Arist. top. l. 6. cap. 3. c. 525.

Definitionis locus 73. Si eorum, quæ secundum æquiuocationem dicuntur, vnam definitionem omnium communem assignauit. Arist. top. l. 6. cap. 3. c. 525.

Definitionis locus 74. Cum quædam sint æquiuoca, interroganti quidem vt vniocis vtendum. Arist. top. l. 6. cap. 3. c. 526.

Definitionis locus 75. Quia quidam respondentium vniocum dicunt esse æquiuocum, quando non accommodatur ad omne assignata oratio, æquiuocum autem, vniocum, etiam si ad vtrumque accommodatur, præ confessione vtendum pro talibus, aut præ colligendū, quod æquiuocum vel vniocum, aut vtrumque fuerit. Magis enim concedunt non præuidentes quod futurū est, vt accidat. Arist. top. l. 6. cap. 3. c. 526.

Definitionis locus 76. Si non facta confessione dixerit alicuius vniocum æquiuocum esse, quia non accommodatur, & in hoc assignata oratio: considerandū, si huius oratio accommodat & ad reliqua. Arist. top. l. 6. c. 3. c. 526.

Definitionis locus 77. Si quis definiens aliquid eorum, quæ multipliciter dicuntur, & oratio non accommodatur ad omnia, & quia æquiuocum esse non concedat, nomen etiam dicat non ad omnia accommodari, quoniam nec oratio, dicendum ad huiusmodi, quod nominatione quidè vt oportet, q̄ tradita est, & q̄ sequitur, & non dimouere q̄ talia sunt, tñ si nonnulla dicenda non sint similiter multitudini. Arist. top. l. 6. c. 2. c. 527.

Definitionis locus 78. Si alicuius complexorum assignetur terminus, considerandum est auferendo alterius eorum, quo complectitur orationem, si est & reliqua reliqui. Nam si non, manifestum, quoniam neque tota totius. Arist. top. l. 6. cap. 3. c. 527.

Definitionis locus 79. Si cum sit compositum, quod definiuit, æquiuocum oratio assignetur definitio: æquiuocum autem dicitur oratio, cum quot fuerint composita, tot & in oratione nomina, & verba fuerint. Arist. top. l. 6. cap. 3. c. 527.

Definitionis locus 80. Maius peccatum, si per ignotiora nomina commutationem fecerit. Arist. top. l. 6. cap. 3. c. 528.

Definitionis locus 81. Si per commutationes nominum non idem iam significat. Arist. top. l. 6. cap. 3. c. 528.

Definitionis locus 82. Si alterius nominū commutationem faciens, non differentie, sed generis commutationem fecit. Arist. top. l. 6. cap. 3. c. 528.

Definitionis locus 83. Si id, cuius ratione assignauit, est eorum, quæ sunt, quod autem sub oratione non eorum, quæ sunt. Arist. top. l. 6. cap. 3. c. 529.

Definitionis locus 84. Quicumque non diuidunt in ijs, quæ sunt ad aliquid, ad quod dicitur, sed in pluribus comprehendentes dicunt, aut omnino, aut in aliquo falsum dicunt. Arist. top. l. 6. cap. 3. c. 529.

Definitionis locus 85. Si definiunt non rem, sed rem bene se habentem aut perfectam. Arist. top. l. 6. cap. 3. c. 530.

Definitionis locus 86. Si quod propter se eligendum est, vt actiuum, vel effectiuum, vel quouis modo propter aliud eligendum assignauit. Arist. top. l. 6. cap. 3. c. 530.

Definitionis locus 87. Considerandum si is, qui alicuius definitione assignauit, aut hæc, aut quod est ex his, aut hoc cum illo definiuit. Arist. top. l. 6. cap. 3. c. 530.

Definitionis locus 88. Si non hæc, sed quod ex his est, dixit id esse, quod definiuit. Arist. top. l. 6. cap. 3. c. 530.

Definitionis locus 89. Si non natum est quippiam vnum fieri ex ijs, quæ dicta sunt. Arist. top. l. 6. cap. 3. c. 531.

Definitionis locus 90. Si definitum in vno aliquo, natū est primo fieri, ex quibus autem dixit ipsum esse, non in vno primo nata sunt fieri, sed vtrūque in vtroque. Arist. top. l. 6. cap. 3. c. 531.

Definitionis locus 91. Si & partes, & totū in aliquo pri-

- mo considerandum, si non in eodem, sed in altero totum, & in altero partes; nam in quo totum, in illo & partes esse videntur. Arist. top. 6. cap. 3. char. 132.
- Definitionis locus 92. Si cum toto corrumpuntur partes. Econuerso enim accideret videtur, partibus corruptis, totum corrupti; toto vero corrupto non necesse est & partes corrumpi. Arist. top. 6. cap. 3. char. 532.
- Definitionis locus 93. Si totum quidem bonum, vel malum, partes autem neutrae; aut econuerso partes bonæ, vel malæ, totum autem neutrum; at hoc non est necessarium, nisi vtrunque sit per se bonum. Aristote. topic. 6. cap. 3. char. 532.
- Definitionis locus 94. Si quod ex meliore, & peiore est, non est totum peiore quidem melius, meliore autem peius; at hoc non est necessarium, nisi per se sint, ex quibus componitur, bona. Arist. top. 6. cap. 3. char. 532.
- Definitionis locus 95. Si cognomine est totum alteri; non oportet enim vt neque in syllabis. Arist. topic. 6. cap. 3. char. 533.
- Definitionis locus 96. Si non dixit modum compositionis. Arist. top. 6. cap. 3. char. 533.
- Definitionis locus 97. Si hoc cum illo assignauit, primo dicendum, quod hoc cum illo, aut hoc, & illud dicitur, aut quod ex illis. Arist. top. 6. cap. 3. char. 533.
- Definitionis locus 98. Diuidenti quoties dicitur alterum cum altero, considerandum si nullo modo hoc cum illo. Arist. top. 6. cap. 3. char. 533.
- Definitionis locus 99. Si diuisio, quoties dicitur alterum cum altero, verum erit in eodem tempore vtrunque esse; considerandum, si contingit non ad eundem vtrunque dici finem. Arist. top. 6. cap. 3. char. 533.
- Definitionis locus 100. Si, & ad idem ambo dicuntur. Arist. top. 6. cap. 3. char. 533.
- Definitionis locus 101. Quædam sic assignatorum, nullo modo cadunt sub dictam diuisionem. Arist. top. 6. cap. 3. char. 534.
- Definitionis locus 102. Si horum compositionem dixit totum, primo, si non dixit qualis compositio, considerandum. Arist. top. 6. cap. 3. char. 534.
- Definitionis locus 103. Si similiter est verisimile omne compositum compositionem esse, vel nullum; & si similiter in aliquo nata sunt esse contraria, definiuit autem per alterum, manifestum est, quoniam non definiuit. Arist. top. 6. cap. 3. char. 534.
- Definitionis locus 104. Si non ad totam habet quis argumentari definitionem, eo quod non tota sit nota ad aliquam partem argumentari oportet, si sit nota, & non bene assignata appareat; nam parte interempta, & tota definitio interimitur. Arist. top. 6. ca. 3. c. 535.
- Definitionis locus 105. Quæcunque obscuræ sunt definitionem emendanti, & confirmanti ad manifestandum aliquid, & habendum argumentum, sic considerandum. Arist. top. 6. cap. 3. char. 535.
- Definitionis locus 106. Quemadmodum in congregationibus solent legem inducere, & si sit melior quæ inducitur, interimit anteriorem, sic & in definitionibus faciendum, & definitio alia ferenda. Nam, si apparet melior, & magis manifestum, quod definitur, perspicuum, quod interempta erit quæ posita est, eo quod non sunt eiusdem plures definitiones. Arist. top. 6. c. 3. c. 535.
- Definitionis locus 107. Ad omnes definitiones non minimum elementum ad se ipsum, solerter definire propositum, aut apte dictum terminum assumere. Necesse est enim veluti ad exemplar considerantem, & quod minus est ijs, quæ oportet habere definitionem, & quod appositum est superflue, inspiciere, vt magis argumentis abundemus. Arist. top. 1. 6. cap. 3. char. 535.
- Definitio in se obtinet, genus, proprium, & accidens. Alexan. aphrod. in pri. top. cap. 4. char. 7. col. 2.
- Definitionem reprobamus, si ostendimus idem non significare; si autem idem significat, tamen non est definitio. Alex. aphrod. in pri. top. cap. 4. char. 7. col. 4.
- Definitionem esse alicuius, quinque modis probamus, & destruimus: aut quia non est verum dicere, de quo nomen, & oratio; aut cum sit genus non posuit in generibus; aut quia non est propria definitio; aut omnia quæ dicta sunt faciens si non determinauit, nec dixit quod quid erat esse ipsius definitio; aut si definiuit non bene. Alexan. aphrod. in 6. top. cap. 1. char. 70. col. 4.
- Definitionem destruere possumus per ea, quæ de accidente, genere, & proprio tradita sunt. Alex. aphrod. in 6. top. cap. 1. char. 71. col. 1.
- Definitionem considerare, an bene definiuit non facilius est ad hoc argumentandum, quam ad id, quod non definitum est. Alex. aphrod. in 7. top. cap. 1. char. 71. col. 2.
- Definitio facilius destruitur, quam genus, proprium, & accidens; quia plura in ipsius constructione obseruanda sunt. Alex. aphrod. in 7. top. cap. 1. char. 89. col. 2.
- Definitiones difficile destruuntur, quæ per hæc assignantur, quæ ob occultationem sunt immanifesta: vel per hæc, quæ non sunt nota, siue vt propria accepta sunt, siue vt secundum translationem. Alexan. aphrod. in 8. topic. cap. 3. char. 93. col. 3.
- Definitionis loca capiuntur ex parte, qua genus non sit genus: alia ex differentijs: alia ex definitionibus in se totis, & hæc sunt loca sumpta in definitionibus alicuius decem prædicamentorum: quædam in singulis, decem prædicamentis: quædam in priuationis definitione: quædam secundum circumstantiam definitionis rerum compositarum: quædam secundum circumstantiam omnium prædicamentorum: & quædam secundum circumstantiam definitionum rerum, quæ significantur nominibus compositis. Auerroes in 6. topic. cap. 1. char. 302. col. 1.
- Definitionem interimere facilius est, quam omnia alia prædicata. Alb. mag. in top. char. 269. col. 1.
- Definitio differt à proprio; quia definitio est prædicatum essentiale, proprium est accidentale. D. Thom. in poster. char. 63. col. 1.
- Deformes natura nemo reprehendit, sed eos, qui ob otium, vel negligentiam tales euaserunt. Aristoteles 3. ethic. cap. 5. char. 62.
- Deformis specie nobis inauspicatus, & infaustus occurrens, minime bonus esse creditur, cum plerique exteriorem formam corporis, occulti animi signum esse iudicent. Eust. 1. ethic. cap. 6. char. 60.
- Deformitas omnis est per aliquam formam, vel passionem. D. Thom. 1. metaph. l. 16. tex. 38. char. 88.
- Defraudationes vt principes iniustus ostendunt; sic & subditos ad honesta capefcentia segriores reddunt, & ciuitates labefaciunt, & perdunt. Eust. 1. moral. c. 2.
- Defuncti alicuius mali, vel boni, an participes sint, videtur siue bonum, siue malum, ex illo quoddam id esse & paruum, vel absolute, & simpliciter, vel ipsis. Si minus tantum saltem, ac tale, vt neque foelices eos, qui non sunt, facere; neque eos, qui sunt, priuare felicitate possit. Arist. 1. ethic. cap. 11. char. 24.
- Defunctis prosperi amicorum successus conferre quid videtur; similiter etiam infortunia; ita tamen, vt nec felices reddere infelices, nec quiipiam tale efficere valeant. Arist. 1. ethic. cap. 11. char. 24.
- Defunctorum cur pili, & vngues aliquandiu peraugentur? vel quia non augentur, sed carne emacerata maiores videntur; vel quia cum excrementis augentur, & per excrementa vacans materia oriatur: mortua vero corpora in recremēta per cariem resoluuntur: quæ cum per foramina effluant, merito pilos, & vngues auget. Alex. aphrod. problem. pri. 145. char. 721.
- Delectatio, & contristatio est actio animæ mediante virtute sensibili. Arist. 1. de ani. su. 1. cap. 5. tex. 21. c. 661.
- Delectatio est erga inanimata. Ari. 8. eth. nic. ca. 5. c. 196.
- Delectator est, qui vult omnium habere conuersionem, & omnino, & omnifariam. Arist. magn. moral. pri. cap. 26. char. 303.
- Delectatio omnis semper est de actu: ideo vigilia, quæ consistit in actu, & sensus, & intelligentia delectabilissima sunt, & propter actum spes, & memoria delectabiles sunt. Arist. 12. metaph. cap. 3. tex. 39. c. 254.
- Delectationem, quam nos quandoque habemus, Deus semper habet, & eā mirabilem habet, ad quā nos attingere non possumus. Arist. 12. metaph. c. 3. te. 39. c. 254.
- Delectamur per rememorationem, quando imaginati sumus illud rememoratam, quod iam existit actu, & similiter est de sperato. Auer. physic. 7. tex. 19. chart. 146. col. 4.
- Delectatio est diffusio spiritus, & animæ super fruitionem habiti: quo motu delectationis mouetur quiescens a motu appetitiuo. Alb. mag. in post. c. 200. col. 1.
- Delectatio omnis iuxta Platonis opinionem, est motus passiuus in sensibilem animam. Alber. magn. in top. char. 258. col. 3.
- Delectatio, & si voluptas est sensibilis, & corporalis, passio tñ aliquādo est simplex, ac mentis solius: & ideo non est necessario cū passione; quia mentis delectatio non habet cōtrariū, quia illa delectatio non est vere passio, sed potius operatio proprii, & habitus connaturalis non impedita. Alb. mag. in 7. phy. trac. 1. ca. 8. c. 85. c. 1.
- Delectatio in solo homine inter alia sensibilia secundum agere sensuum reperitur; alia enim animalia non vtuntur sensibus propter delectationem, sed propter nociuum, vel conueniens. Alb. mag. in 1. metaph. tract. 1. cap. 4. c. 57. col. 1.
- Delectabilia diuersa diuersis sunt pro diuersitate cōplexionum. Alb. magn. ethic. 3. tract. 3. cap. 5. c. 46. col. 3.
- Delectatio est habitus, qui est secundum naturam. Alb. mag. ethic. 3. tract. 2. cap. 3. c. 89. col. 2.
- Delectatio est coniunctio conuenientis ad conueniens. Alb. mag. ethic. 8. tract. 1. cap. 3. c. 92. col. 2.
- Delectatio se habet in felicitate cōtemplatiua, vt genus, & operatio, quæ felicitas est, sicut differentia specifica. Alb. mag. ethic. 10. tract. 1. cap. 1. c. 106. col. 2.
- Delectatio maxime inter omnia animalia humano generi appropriatur. Alber. Magn. ethic. 10. tract. 1. cap. 1. char. 106. col. 3.
- Delectantur alij velocius, alij per accidens, quia magis dispositi sunt ad delectandum, quam alij. Alb. magn. ethic. 10. tract. 1. cap. 1. c. 108. col. 2.
- Delectationes secundum se eligibiles sunt, & bonæ; sed vt factæ ab improbis, nec eligibiles, nec probæ sunt. Alb. Mag. Ethic. 10. tract. 1. cap. 5. char. 108. col. 4.
- Delectationes specie differunt secundum species delectabilium, & sic aliæ sunt species delectationum, quæ sunt a bonis, & laudabilibus: aliæ, quæ sunt a turpibus, & probrosis. Alber. magn. ethicor. 10. tract. 1. cap. 5. char. 108. col. 4.
- Delectatio est, vt finis, qui superuenit operationi. Alber. magn. ethic. 10. tract. 1. cap. 9. c. 110. col. 1.
- Delectabilia, & tristabilia, omnia fere sunt cum caliditate, & frigiditate. D. Thom. de animalium mot. lect. 6. char. 53. col. 4.
- Delectationum concupiscentia ducit homines in plurima peccata. D. Tho. 2. ethic. cap. 11. c. 34. col. 3.
- Delectatio immoderata contingit in aliquibus, quia ex insperato sibi adueniunt. D. Thom. ethicor. 4. lect. 9. chart. 67. col. 2.
- Delectationes consequentes speculationem, non sunt absque tristitia, & concupiscentia. D. Tho. ethic. 8. le. 12. char. 130. col. 1.
- Delectatione aliqua indigent homines, cum labor sit cōtristatiuus. D. Tho. ethic. 7. lec. 14. c. 133. col. 2.
- Delectatio simplex secundum se non recipit magis, & minus. D. Tho. ethic. 10. l. 3. c. 170. col. 2.
- Delectatio vehemens sequitur ex intensā, & vehementi operatione. Diuus Thomas ethicor. 10. lect. 2. char. 173. col. 3.
- Delectatio pertinet ad appetitiuam partem. D. Thom. ethic. 10. l. 8. c. 175. col. 2.
- Delectatio est quidam motus animæ, & constitutio simul tota sensibilis in existente natura. Alex. de ales 12. metaph. tex. 39. c. 344. col. 3.
- Delectatio non est in fieri, sed in facto esse. Alex. de ales 12. metaph. tex. 39. c. 344. col. 3.
- De liberationis vnum genus est, adhortatio; aliud, dehortatio: semper enim omnes vnum horum faciunt. Arist. rhetoric. 1. char. 15.
- Deliberatio circa quinque maxime versatur; id est, de parandis pecunijs, de bello, & pace, de custodia regionis, & ijs rebus, quæ inuehuntur, & euehuntur, & de legibus instituendis. Arist. rhetoric. pri. c. 18.
- Deliberaturus de pecunijs parandis, vectigalia ciuitatis scire debet, quæ, & quanta sint: si quid desit adiungatur, & si quid minus sit augeatur: & ciuitatis sumptus omnes: vt si quis superuacaneus sit, tollatur, & si maior, imminuatur: quia non solum ijs, quæ adfunt addēdo, sed de sumptibus detrahēdo, locupletiores euadunt, quod non solum ex priuatorum negotiorū vsu intelligere possumus, sed etiam, quæ apud alios inuenta sunt, ex historijs colligere. Arist. rhetoric. 1. c. 18.
- Deliberaturus de bello, & pace, copias nosse ciuitatis oportet, & quantæ iam adsint, & quantæ possint adesse, & quales sint, quæ adsunt, & si quæ possunt accedere: & bella quomodo, & quæ bellari: nec solum suæ ciuitatis, sed etiam finitimarum res nosse necesse est: aut etiam cum quibus gloriosum sit bellum gerere, vt cum potentioribus pax habeatur, cum inferioribus bellum gerere in sua potestate positum sit: & copias vtrum similes, vel dissimiles, & ideo non solum domestica, sed etiam externa notasse oportet: natura enim comparatum est, vt familia ex similibus oriantur. Arist. rhetoric. 1. c. 19.
- Deliberaturus de custodia regionis non ignorare oportet, quo pacto custodiatur, sed & multitudinem custodum, & formam, & loca præsidiorum nosse oportet; quod facere non potest, nisi qui peritus est regionis, vt si minor custodia sit, augeatur, & si superuacanea, minuatur, & opportuna loca potius tueantur. Arist. rhetoric. 1. ch. 19.
- Deliberaturus de annonâ considerare debet quanta in sumptum sit fatis ciuitati, & qualis sit, quæ ibi nascatur, & inuehitur; & quarum rerum importationis & exportationis indigeant; vt cum his fœdera, & pactiones fiant. Arist. rhetoric. prim. char. 19.
- Deliberaturus de legibus ferendis necesse est scire, quales formæ rerum publicarum, & qualia vnicuique profint, & a quibus eueriti natura sua queant, tum reipublicæ proprijs, tum contrarijs. Et prodest, & præteritas intueri, & præsentis, & alienas. Arist. rhetoric. 1. char. 19.
- Deliberatiua oratio controuersias suas habet; nam aut fieri non posse contendimus, aut euentura: sed non honesta, non vtilia, & non tanti momenti. Arist. rhetoric. 3. c. 171.
- Deliberatio est genus omnium causarum, quæ in deliberationem cadunt. Boet. de differ. top. lib. 4. c. 880.
- Deliberati finis est honestum, vel ciuile. Boet. de differ. top. l. 4. ch. 881.
- Deliberat agens, quod non habet determinata media ad agendum. D. Thom. in 2. physic. lect. 14. tex. 86. char. 30. col. 1.
- Delphinus mammas habet non parte superiori, sed prope genitale; nec modo quadrupedum papillas conspicuas habet, sed velut alueolos quosdam humoris duos vtroque de latere singularem, e quibus lac fluit, quod iā ore catulorum sectantium parentē excipitur, quod iā

a nonnullis perspicuum est. Aristot. de histor. anima, 2. cap. 13. char. 55.
 Delphinus ossa habet, non spinas. Aristot. de histor. ani, 3. cap. 7. char. 86.
 Delphinus stridet, ac mutit efferens se in aerem; pulmonem, & arteriã habet, lingua tamen libera, & absoluta caret, & labijs, quibus vocis aliquem possit articulũ efformare. Arist. de hist. ani, 4. cap. 9. char. 137.
 Delphini, & omne cæterarum generum coeunt planis admotis partibus, & mediocriter tempus in coeundo consumunt. Arist. de hist. ani, 8. cap. 1. c. 150.
 Delphini singulos magna ex parte edunt, sed interdum & binos, vt, & balenã, & phocã. Arist. de hist. anim. 6. cap. 12. char. 313.
 Delphinus visus est dormire rostro emerso, & stertere. Arist. de hist. ani, 6. cap. 12. ch. 213.
 Delphinus lac habet, quo suos nutrit foetus, & gestat eosdem infirmos infantia: decem annis ad summam peruenit magnitudinem: gestat vtero decem mensibus, & pariunt ætate, nec vlllo alio tempore, & adultos foetus diu comitantur, & erga natos magna est charitas. Arist. de hist. ani, 6. cap. 12. c. 213.
 Delphini tricenis diebus oculantur, & latent circa ortum canis syderis. Aristoteles de historia animalium 6. cap. 12. char. 213.
 Delphinus viuunt plurimum; constat enim aliquos vixisse annis 25, & 30, quod cognitum est præcisa vni a piscatoribus cauda. Arist. de hist. ani, 6. cap. 12. c. 213.
 Delphini retibus apprehensi breui tempore strangulantur, vt qui spirandi facultatem amiserint. Arist. de hist. ani, 8. cap. 2. char. 270.
 Delphinorum amores in pueros narrantur, & aiunt apud Cariam capto delphino ingentẽ multitudinẽ ad portum conuenisse delphinorum, immorataque, donec piscator dimississet eum, quem ceperat; tum omnes simul eo recepto rediisse. Arist. de hist. ani, 9. c. 48. c. 374.
 Delphinus paruos magnus custodiã causã semper comitatur. Arist. de hist. ani, 9. cap. 49. c. 174.
 Delphinorum grex iam conspectus est maiorum, & minorum promiscuus, post quem duo delphini paulo post viderentur delphinulum defunctum labentem in immo subire, & in summa pelagi dorso vehere, quasi miserantes, ne ab aliqua belua deuorarentur. Aristot. de hist. ani, 9. cap. 48. char. 374.
 Delphinus omnium animalium, tum aquatiliũ, tum terrestrium velocissimus creditur. Aristot. de hist. ani, 9. cap. 48. char. 374.
 Delphinus, & Cete inter aquatica habent ossa, & non spinas. Alb. mag. de anim. l. 3. tract. 2. cap. 1. c. 39. col. 3.
 Delphinus a multis auditus est in somno stertuisse. Alb. mag. de anim. l. 4. tract. 2. cap. 3. c. 51. col. 3.
 Delphinus, balena, & omnes modi Koki non ouant, sed ex vtero generant animalia sibi similia. Albe. magn. de ani. l. 6. tract. 2. cap. 1. c. 59. col. 4.
 Delphini lactant pisces suos, & cubant eos dum sunt parui, sed pulli cito crescunt, & in decennio complentur in perfecta magnitudine, & tempus impregnationis eorum est decem mensium; & tempus partus est in ætate, & raro in alio tempore, viuunt per 130. annos, & alium scimus vixisse per 120. annos. Alb. mag. de ani. l. 6. tract. 2. cap. 1. c. 59. col. 4.
 Delphinus magnus semper est ad curam paruorum, ne temere capiantur. Alber. magn. de anima. l. 8. tract. 5. cap. 2. ch. 83. col. 2.
 Delphinorum in mari multa sunt genera, sed quod frequenter videtur in mari, est animal nigræ pellis, caput habens breue, dentes in ore cõtinuos, diligit homines, & id, quod est sue speciei, ita vt pullis eorũ gregatim ambulãtibus duo custodes delphini magni ponunt, & mortuũ de sua specie custodiunt, ne pisces deuorent, donec mare eiecerint. Piscatores delphinum non co-

medunt, nec capiunt, sed potius dant eis de captis piscibus, quia vadunt cum eis, & ad modum coronæ cingunt pisces, & cogunt in retia, Viuunt amplius centum annis, sed post decem menses coeunt, Musci gaudent, In mari Germaniæ delphini comeduntur, & ideo fugiunt, Aliud est delphinorum genus, os in medio sui corporis habens: & aliud in Nilo existit cui statũ admodũ ferre, & hac supponens se crocodilo, ipsum interficit. Alb. mag. de ani. li. 24. c. 1. c. 197. col. 2.
 Delphini apparent in superficie aquæ, vt signa tempestatũ future, quia tempore tempestatũ surgunt exhalationes de profundo maris, quæ tempestatũ causa sũt, & tunc excitatur calor in delphinis; & quia calidi est mouere, ideo super aquas se mouent. Pet. de Aluer. de iuuen. & sen. mor. & vit. & respira. lec. 14. c. 76. col. 3.
 Delphion est mōs, qui Mentoricã, Istriãque mediat, cuius fastigia cum ascendunt Mentores populi, qui litora Adriæ incolunt, vident, quæ sunt in Ponto; in quo monte forum efficiunt in quo Ponti mercatores afferunt Lesbja, Chia, & Thasia; ex Adriatico vero mercatores amphoras Corcyraicas. Aristot. de admir. aud. 99. char. 860.
 Democritus, & Epicurus putant locum interdum sine corpore permanere. Simp. in 4. phys. c. 218. colum. 1.
 Democritus tradidit omnes res naturales atomis, scilicet quibusdam insectilibus, & vacuo constare. Ioann. grammata. in 1. phys. char. 2. colum. 2.
 Democritus, Epicurus, Leucippus, atomos, id est, insectilia, & vacuum principia posuerunt. Ioann. grammata. in primo phys. chart. 5. colum. 4.

Demonstratio quatuorplex est, & quid est.

Demonstratio est syllogismus scientialis, quem in habendo ipsum scimus. Aristotel. posterior. lib. primo. cap. 2. text. 5. char. 297.
 Demonstratiua scientia est ex veris, primis, immediatis, & notioribus, & prioribus, & causis conclusionis; sine his syllogismus esse potest, demonstratio non. Aristot. poster. lib. 1. cap. 2. text. 5. char. 297.
 Demonstratiua principium est propositio immediata. Arist. poster. pri. cap. 2. text. 5. char. 297.
 Demonstratio est syllogismus ex necessarijs. Arist. poster. lib. 1. cap. 4. text. 7. char. 302.
 Demonstratio vera est illa, cuius prædicatum vniuersale est. Arist. poster. lib. 1. cap. 4. text. 11. char. 304.
 Demonstratio vniuersalis est, cum remotis cæteris, reminet primò prædicatum. Aristot. poster. libro primo. cap. 5. text. 2. char. 305.
 Demonstratio est ex vniuersalibus; inductio ex particularibus. Aristoteles posterior. lib. primo. cap. 14. text. 33. char. 327.
 Demonstrationum alia est vniuersalis, alia particularis, alia prædicatiua, alia negatiua, alia directa, alia ad impossibile, de quibus videndum, quæ melior est. Aristot. poster. lib. 1. cap. 20. text. 39. char. 339.
 Demonstratio est, cum ex veris & primis syllogismus est, vel ex talibus, quæ per aliqua prima, & vera eius, quæ circa ipsa est, cognitionis principium vniuersum. vera autẽ, & prima sunt, quæ non per alia fidem faciunt, sed per seipsa. Arist. top. 1. cap. 1. char. 589.
 Demonstratiua omnis principium est ipsum quid est. Aristot. de anim. pri. su. 1. cap. 1. text. 11. chart. 589.
 Demonstratio est ratiocinatio demonstratiua. Alexander aphrod. in lib. 1. prior. cap. 1. char. 4. colum. 3.
 Demonstratiua scientia est habitus, ex quo ratiocinari demonstratiue possumus. Alexander aphrod. in lib. 1. prior. cap. char. 4. colum. 3.
 Demonstratiua scientiæ est de demonstratione dicere, & eius, qui ea scientia præditus est. Alexander aphrod. in lib. 1. prior. cap. 1. char. 4. colum. 3.

Demon-

Demonstratrix doctrina pars philosophiæ est, & de vero, & falso differere ad nullum alium spectat, quam ad philosophum. Alex. Aphrod. in 2. metaph. vel secundum Latin. 3. co. 25. c. 62. col. 2.
 Demonstratio est syllogismus scientiam pariens. Them. in prim. post. cap. 4. char. 1. col. 4.
 Demonstratio non se submittit ad mensuram ingenii nostri, sed rectam tenet ad veritatem viam. Themist. in prim. post. cap. 4. char. 1. col. 1.
 Demonstratio aliquid habere, nihil aliud est, quam per medium tale astringi, quo sublato necessarium sit conclusionem, nec perfecte, nec absolute cognosci, siue de causa, siue de effectu agatur. Them. in 1. poster. cap. 4. char. 3. col. 4.
 Demonstratio est præstantior, quã vberius scitur, ac per vniuersale; ergo vniuersalis. Themist. in prim. poster. cap. 40. char. 7. colum. 4.
 Demonstratio circularis est, quæ demonstrationi veræ impedimento nobis est. Magentinus in prior. char. 53. col. 3.
 Demonstratio est instrumentum, quo quid verum, quid falsum, quid bonum, quid malum cognoscitur. Ammon. in prædicam. c. 3.
 Demonstratiua inuentio, finis est logicæ facultatis. Ammon. in lib. de interpret. c. 1.
 Demonstratiua duplex est genus; primum, quod ex proprijs causis, ac scientiæ principium fit; aliud quod ex ijs, quæ consequuntur res ex necessitate, id est, propter quid, & quia. Simpl. 1. phy. tex. 5. c. 3. col. 2.
 Demonstratio est oratio, quæ ex propositionibus de vniuersa re illam de parte quadam concludit necessario. Ioan. Gram. in 1. prior. cap. 1. c. 7. col. 4.
 Demonstrandi scientia animi tantum est habitus; demonstratio autem est actio, quæ a scientia proficiscitur, & in hoc differunt. Ioan. Gram. in prim. prior. char. 3. col. 3.
 Demonstratio est scientialis syllogismus ab his rationibus, quibus per se creditur, & quas omnes confitentur, acceptus. Io. gra. in pri. post. cap. 1. c. 2. col. 2.
 Demonstratio, & disciplina subiecto eadem sunt, differunt habitu. Io. gra. in 1. post. cap. 1. c. 2. col. 3.
 Demonstratio coniecturalis est, quæ fit, cum ex posterioribus fidem facimus prioribus; & propter insolubilitatem coniecturarum dignata est nomine demonstrationis. Ioan. Gram. in 1. post. cap. 2. c. 6. col. 4.
 Demonstratiua definitio, vel est principium, vel demonstratiua positio differens. Ioan. Gram. in prim. post. cap. 7. char. 18. col. 4.
 Demonstratio resolutio dicitur. Ioan. Gram. in 2. poster. cap. 1. char. 56. colum. 3.
 Demonstratio, & definitio sunt diuersæ; nam definitio indemonstrabilis est, & ostendit quid est; demonstrationes autẽ ex definitionibus demonstrant, & demonstratio quia, non quid est, sed passiones monstrat, omnisque demonstratio, vel est affirmatiua, vel negatiua. Ioan. Gram. in 2. poster. cap. 3. char. 58. col. 3.
 Demonstratio est eorum, de quibus dubitatur: de proprijs non dubitatur. Io. Gra. in 1. de an. tex. 4. c. 7. c. 1.
 Demonstratiua differentia vltimæ, in quas diuiduntur ex parte materiæ, sunt differentia, quæ inueniuntur in demonstrationibus, vt faciunt addicere alia ab ipsis; & sunt vtilis ad acquirendã illorum verificationem, nisi aut sunt differentia, q̄ ipsi insunt, & sunt vni ex entibus, vt ait Abunazar. Auer. in post. l. 1. ex. p. c. 127. c. 1.
 Demonstrationes signorum sunt per inductionem, id est, ex prioribus nobis, ad priora naturæ. Auer. in post. l. 1. tex. co. 23. c. 135.
 Demonstrationis prædicatum primum est, quod prædicatur de aliquo, non ex parte alterius naturæ subiecti, id est, naturæ, compositæ æqualis, quæ fit natura distincta a subiecto, vt color de corpore: quia per mediã

superficiem prædicatur: aut naturæ vniuersalis, quam fit subiectum, vt prædicatio angulorum æqualium duobus rectis de triangulo inæqualium laterũ; de ipso enim prædicatur per triangulum tanquam medium, qui est vniuersalis, quam inæquilaterus, Auer. in post. l. 1. tex. co. 36. c. 139.
 Demonstrationis prædicatum primum est definitio differentia, & accidentium substantialium primorum. Auer. in post. l. 1. tex. co. 44. c. 143.
 Demonstrationes causarum sunt, quæ componuntur ex causis, ex quibus sequitur existentia causarum ex necessitate, & causæ non sequuntur ex causatis. Auer. in post. l. 1. cap. 13. tex. 95. char. 158.
 Demonstrationes sunt triũ specierũ: simpliciter, q̄ exhibet existentia, & causã simul: demonstratio existentia, q̄ existentiam tantum dat: & causã tantũ, cum existentia est nota. Auer. in post. l. 1. cap. 13. tex. 95. c. 158.
 Demonstrationes ex consequentia causæ cum causato sunt tribus modis. Aut quod sequantur ex e inuicem consequentia æquali. & hoc cum fuerit causatum notius apud nos, quam causa, per illud componitur existentia tantum; deinde possibile est, vt accipiat causa, & monstratur per ipsam, demonstratione causæ existentia causati de subiecto; & ibi fit demonstratio causæ tantũ, postea, si fuerit causa notior causato, tunc fit demonstratio simpliciter. Secunda species consequentiæ est, vt sequatur posterior ex priori, id est, causatum ex causa, & nõ cõuertatur res, & in hac specie est demonstratio simpliciter tm, si causa est notior; qđ si non est notior, non est demonstratio. Tertia species est, vt prius consequatur ex posteriori, id est, ex causato causa, & nõ cõuertitur, & est demonstratio quia. Auer. in poster. l. 1. cap. 13. tex. 96. char. 159.
 Demonstratiua causæ conditiones sunt, vt in ipsa sit nota existentia tantum, aut per sensum, aut per signum. Auer. in post. l. pri. cap. 13. tex. 97. char. 160.
 Demonstrationes simpliciter sunt definitiones. Auer. in post. lib. pri. cap. 14. tex. 103. char. 163.
 Demonstrationes, in quibus termini mediũ sunt causæ, ita se habent, vt per ipsas constituantur res, quæ sunt demonstrationes substantiales. Auer. in poster. lib. 2. cap. 5. tex. 38. char. 212.
 Demonstrationes, quæ non sunt definitiones, sunt orationes logicæ, non demonstrationes substantiales. Auer. in post. l. 2. cap. 5. tex. 38. char. 212.
 Demonstrationes sunt definitiones in potentia. Auer. in post. lib. 2. cap. 5. tex. 38. char. 212.
 Demonstrationes, in quibus causata sunt termini mediũ, sunt demonstrationes existentia, non demonstrationes causarum. Auer. in poster. lib. 2. cap. 10. tex. 62. char. 232.
 Demonstrationes, quæ sunt demonstrationes in veritate, sunt per se, de entibus per se. Auer. in poster. lib. 2. cap. 10. tex. 94. char. 233.
 Demonstratiua loci est notus hic, quia demonstratio speciei per genus, est declaratio partis per totum. Auer. in top. 2. cap. 2. char. 271.
 Demonstratio essendi est illa, in qua medius terminus est causa sui generis, & vis eius est vis signi. Auer. epitom. in logic. char. 352. col. 1.
 Demonstrationes definitiones non sunt, nisi per accidens. Auer. epitom. in logic. char. 354. col. 1.
 Demonstratio, quæ largitur esse rei, & definitionem, est demonstratio simpliciter. Auer. in quæst. logic. q. 14. chart. 377. colum. 2.
 Demonstratiua intentio, est formatio per definitionem; definitiones autem sunt propriæ definito. Auer. ex Epistola. char. 380. col. 1.
 Demonstratiua signa sunt illa, quæ conuertuntur cum suis causis, id est, si ponitur causa, sequitur signum, & econtra. Auer. 6. phy. tex. 15. c. 117. col. 3.

Demon-

Demonstratiuus sermo esse nequit si non est artificialis. Auer. ex dest. dest. disp. 1.1. char. 46. colum. 3.
 Demonstratio cum sit subiectum logicæ, ideo per modum substantiæ, & non per modum actus, quod est demonstrare, definitur. Alb. mag. in post. c. 175. col. 2.
 Demonstratio quia est per effectum, vel per causam mediatam. Albert. mag. in poster. char. 175. colum. 4.
 Demonstratio quia per effectum mediatum non est ita vera demonstratio, vt demonstrare per effectum immediatum. Alb. mag. in post. char. 187. colum. 4.
 Demonstratio propter quid est mathematica, quia verò, naturalis. Alber. mag. in 2. metaph. cap. 11. c. 76. col. 3.
 Demonstrationis medium est definitio. D. Thom. in 1. phyli. lect. 1. text. 1. char. 1. colum. 1.
 Demonstratiua scientia est de rebus immobilibus, quia est de conclusionibus, quæ ad causam certam, & determinatam resoluti possunt, ita vt conclusiones necessitatem, & immobilitatem ex illis causis fortiantur. Alex. de Ales in 1. metaph. car. 21. col. 2.
 Demonstratio est via, per quam venimus in cognitionem feibilis accidentalis. Alexander de Ales in 3. metaph. tex. 6. char. 57. colum. 2.
 Demonstrationes, aliæ simplices, quæ ex principijs omnino primis componuntur; aliæ compositæ; quæ ex principijs non omnino primis componuntur. Alex. de Ales in 5. metaph. tex. 4. c. 108. col. 2.
 Demonstratio simpliciter duplex; alia ex natura rei scibilibus, alia ratione nostri. Tho. de Vio in post. c. 97. col. 1.
 Demonstratio etiam potissima est intellectus humani coniuncti instrumentum, & non rerum proprietas. Thom. de Vio in post. char. 103. colum. 2.
 Demonstratio quia est per effectum conuertibilem conuersione causalitatis, & prædicationis. Thom. de Vio in post. char. 140. colum. 1.
 Demonstratio per causam distantem est demonstratio quia. Thom. de Vio in post. char. 142. col. 2.
 Demonstratio per causam remotam fit medium in secunda figura. Tho. de Vio in post. char. 142. colum. 2.
 Demonstratio alia quia, alia propter quid; & propter quid, alia propter quid tantum, & simpliciter. Thom. de Vio in poster. char. 145. colum. 1.
 Demonstratio quia, est quæ a posteriori procedit, quæ tunc fit, cum effectus est notior causa. Thom. de Vio in poster. char. 145. colum. 1.
 Demonstratio propter quid, est illa, quæ a priori procedit, sed non ad concludendum effectum esse, sed ad ostendendum, propter quid talis est effectus. Thom. de Vio in poster. char. 145. colum. 2.
 Demonstratio simpliciter est illa, quæ a priori sic procedit, quod simul ostendit, & prædicatum in esse subiecto, & quare inest. Thom. de Vio in post. c. 145. col. 2.
 Demonstratio de quibus est, & quibus constat, quæ ei necessaria sunt; & vt cognoscitur.

Demonstratio est per tres terminos, & non plures; nisi per alios, & alios eadem conclusio fiat. Arist. 1. prior. sectio. prim. cap. 25. char. 202.
 Demonstrationis medium semper esse debet maius minori extremo, & minus maiore, quod in diuisione non est, quia est maior maiore extremo. Aristot. 1. prior. sec. 2. cap. 3. char. 217.
 Demonstratio debet constare ex veris, quia non est non ens scire. Arist. post. 1. cap. 2. tex. 5. char. 297.
 Demonstratio debet esse ex primis indemonstrabilibus, quoniam non sciet non habens demonstrationem. Arist. post. 1. cap. 2. tex. 5. char. 297.
 Demonstratio debet constare ex causis, quia tunc scimus, cum causas cognoscimus, & priora, si quidem causæ priores sunt: & præcognita non solum altero modo, eo quod intelligantur, sed etiam eo quod co-

gnoscantur, quid sunt. Arist. post. 1. ca. 2. text. 5. c. 297.
 Demonstrationis scientiam qui vult habere, non solum oportet principia magis cognoscere, & magis ipsis credere, quam ei, quod demonstratur, sed neque aliquid aliud esse ipsi credibilis, nec notius his, quæ sunt opposita principijs, ex quibus est syllogismus contrariæ deceptionis. Arist. post. lib. 1. cap. 2. tex. 5. char. 299.
 Demonstratiua scientia non est omnium, immediatorum enim non est demonstratio; indemonstrabilia enim sunt. Arist. post. lib. 1. cap. 3. tex. 6. char. 300.
 Demonstrationum propositiones necessariae sunt, quia ea, quæ sciuntur per demonstrationem, id est conclusiones, vniuersaliter esse non possunt: at propositiones necessariae sunt per se, ergo demonstrationum propositiones sunt per se; & quæ sunt per se, vel sunt, in quibus prædicatum accipitur in definitione subiecti, vel subiectum in definitione prædicati: ergo ex vna harum duarum erunt propositiones demonstrationis. Arist. post. lib. 1. cap. 6. tex. 15. char. 306.
 Demonstratio per reciprocationem est demonstratio, quæ per id, quod fieri nequit, est per accidens demonstratio. Alex. Aphrod. in 1. prior. cap. 7. char. 19. col. 3.
 Demonstrationis proprium est ex necessarijs syllogizare, ex veris autem possumus & syllogizare non demonstrantes. Arist. post. lib. 1. cap. 6. tex. 16. char. 306.
 Demonstrationem ex propositionibus necessarijs constare signum est, quod ita ad eos, qui existimant demonstrare, instantias afferimus. Aristot. post. lib. 1. cap. 6. tex. 16. char. 306.
 Demonstrationes scientiales sunt de ijs, quæ sunt per se. Arist. post. lib. 1. cap. 7. tex. 19. char. 308.
 Demonstrationes tria habent: vnum, quod demonstratur, conclusio; hoc est, quæ inest generi alicui per se secundum dignitates, ex quibus est demonstratio: tertium est subiectum, cuius passiones, & accidentia per se declarat demonstratio. Aristot. post. lib. 1. cap. 7. tex. 20. char. 308.
 Demonstratio non est corruptibilem, nec scientia simpliciter. Arist. post. lib. 1. cap. 7. tex. 21. char. 309.
 Demonstrationes, & scientiæ sunt eorum, quæ scire sunt. Arist. post. lib. 1. cap. 7. tex. 22. char. 310.
 Demonstrare non tantum est vnumquodque, si sint vera indemonstrabilia, & immediata: sed oportet vt sint subiecta propria. Arist. post. 1.1. cap. 7. tex. 23. c. 310.
 Demonstrare non est vnumquodque simpliciter, nisi ex vniuersaliusque principijs. Aristot. post. lib. 1. c. p. 7. tex. 23. char. 321.
 Demonstratiua scientia omnis circa tria est: & hæc sunt genus, cuius per se passiones speculatur, & dignitates, ex quibus primo demonstrant: tertio passiones, quarum quid significet vnaqueque accipitur; & nihil prohibet aliquam scientiam aliqua horum despiciere, vt genus non supponere esse, si sit manifestum quoniam est, vel passiones non accipere, quid significant, si sint planæ; tamen natura sunt hæc tria. Aristot. posterior. lib. 1. cap. 8. tex. 24. char. 312.
 Demonstratio si est, non necesse est esse formas, aut vnum aliquod præter multa, sed vnum de multis esse necesse est: alioqui non esset vniuersale, quo non existente, non est medium, nec demonstratio. oportet igitur aliquid vnum esse, & idem in pluribus; non æquiuocè. Arist. post. lib. 1. cap. 8. tex. 24. char. 314.
 Demonstratio nulla accipit hoc principium, quod simul verum sit affirmare, vel negare, nisi, & cõclusionem sic monstrare oportet, debet demonstrator accipere maiorem extremitatem affirmare de medio, & non negare; quia si acciperet mediū, vel minorem, extremū nil differt sic vel sic esse; id est, maius extremum; quia primum non solum de medio, sed de alio dicitur, id est de minori extremo: quia in pluribus est. Aristot. post. lib. 1. cap. 8. tex. 26. char. 314.

Demon-

Demonstratiue artes omnes communicant sibi inuicem secundum communia: communia autem dico, quibus utuntur, tanquam ex his demonstrantes, sed non de quibus monstrant, nec quod monstrant. Arist. poster. lib. 1. cap. 8. text. 27. char. 314.
 Demonstrationis instantia non debet esse particularis, quia nec indemonstratione est propositio particularis: ex vniuersalibus enim est demonstratio. Aristot. post. lib. 1. cap. 9. text. 29. char. 316.
 Demonstratio ipsius quia, & non propter quid est, in quibus medium extra ponitur, quia non dicit causam ipsam. Arist. post. lib. 1. cap. 10. tex. 30. char. 319.
 Demonstrationis medijs terminus non procedit in infinitum, si extrema non procedunt in infinitum. Arist. post. lib. 1. cap. 16. tex. 34. char. 330.
 Demonstrationes negatiuæ non procedunt in infinitum, si affirmatiuæ non procedunt in infinitum. Arist. post. lib. 1. cap. 16. tex. 34. char. 330.
 Demonstratio est de rebus, quæ sunt per se, & hæc vel insunt rebus in eo quod quid est, vel res illis insunt; quorum neutra infinita sunt. Aristot. post. lib. 1. cap. 8. tex. 36. char. 335.
 Demonstratio non est de omni re; principiorum enim non est demonstratio. Aristot. post. lib. 1. cap. 8. tex. 36. char. 336.
 Demonstrationis virtus est, vt per ipsam maxime sciamus. Arist. post. lib. 1. cap. 30. tex. 39. char. 339.
 Demonstratio non est eius, quod est a fortuna: quia quod est a fortuna, nec vt necessarium, nec vt plurimum est, sed quod præter hæc fit. Aristot. post. lib. 1. cap. 24. tex. 43. char. 347.
 Demonstrans scientia non est per sensum; quia sensus est particularis, scientia est vniuersalis. Aristot. post. lib. 1. cap. 24. tex. 43. char. 347.
 Demonstratio non est omnis illius, cuius est definitio. Arist. post. lib. 1. cap. 3. tex. 2. char. 358.
 Demonstratio non est eius, cuius est definitio; est enim definitio ipsius quod quid est, & substantiæ. Aristot. post. lib. 2. cap. 3. tex. 2. char. 358.
 Demonstratio a posteriori fit in causis, quæ non sunt simul cum causis, & non est a priori, quia non sequitur, si est causa, est effectus; sed si est effectus, est causa, sequitur. eodem modo est in futuro, & in præterito tempore. Arist. post. lib. 2. cap. 12. tex. 13. char. 372.
 Demonstrationis principia notiora sunt. Aristot. post. lib. 2. cap. 18. tex. 27. char. 387.
 Demonstrationem de omnibus esse impossibile est. Arist. 3. metaph. ex su. 6. cap. 1. tex. 44. char. 44. Idem Arist. 4. metaph. ex su. 2. cap. 3. tex. 67. char. 402.
 Demonstratio omnis est ex aliquo id est, ex dignitatibus circa aliquod, id est, circa subiectum, & aliquorum, id est, passionum. Aristot. 3. metaph. ex sum. 2. cap. 1. tex. 4. char. 44.
 Demonstratiuæ scientiæ, omnes dignitatibus utuntur. Arist. 3. metaph. ex su. 2. cap. 1. tex. 4. char. 44.
 Demonstrationis principium non est demonstratio. Arist. 4. metaph. cap. 4. tex. 26. char. 79.
 Demonstrationes primæ, quæ componuntur ex primis propositionibus, sunt elementa omnium demonstrationum, quæ componuntur ex eis. Aristot. 5. metaph. cap. 3. tex. 4. char. 87.
 Demonstrationes, & rationes sunt de magnitudinibus sensibilibus, non autem, vt sensibiles, sed vt tales; & motis non vt mota, sed vt corpora tantum. Aristot. 3. metaph. su. pri. cap. 3. char. 269.
 Demonstratio est eorum, quæ sunt. Alex. Aphrod. in 1. prior. cap. 28. char. 51. colum. 2.
 Demonstrationem primi principii esse impossibile est. Alex. aphrod. in 1. prior. quæ est. cap. 7. char. 1.
 Demonstratio nulla substantiam concludit, sed quod aliud alicui insit, aut per se, aut per accidens. Alex. &

Eust. in 2. post. char. 18. colum. 2.
 Demonstrationis medium non solum est causa formalis, sed est aliqua alia causa. Alexand. & Eustr. in 2. poster. char. 47. colum. 1.
 Demonstratio citra cognitionem vniuersalis non consistit. Them. in 1. poster. cap. 3. char. 1. col. 3.
 Demonstrationem esse omnium, & nullorum, quicumque ait, errat. Them. in post. pri. cap. 7. tex. 2. c. 2. col. 3.
 Demonstratio ex necessarijs, & primis per se in vniuersalibus est. Them. in post. cap. 14. c. 3. col. 4.
 Demonstrationes de genere in genus migrare non possunt, sed de eodem genere sumendæ sunt. Themist. in post. cap. 16. char. 4. col. 1.
 Demonstrationibus oibus tria insunt: subiectū, proloquia, & prædicatum. Them. in post. cap. 16. tex. 4. c. 1.
 Demonstrationis euidencia, & firmitas in propositionibus, & in ipsis conclusionibus posita est. Them. in 1. poster. cap. 18. char. 4. col. 3.
 Demonstratio, vt & syllogismus fit ad internam, & intellectualem rationem, non ad exteriorem. Them. in 1. poster. cap. 22. char. 5. col. 2.
 Demonstrationis media infinita non sunt, nec extrema. Them. in 1. poster. cap. 36. char. 7. col. 1.
 Demonstratio omnis, ac veritas a sensibus oritur; nec vniuersale datur intelligi, nisi de multis operibus, & functionibus sensuum. Them. in 1. post. cap. 46. c. 8. c. 1.
 Demonstrator non ad exteriorem orationem, sed ad interiorem spectat, quæ in anima est; ideo veritatem tantum inuenire studet. Mag. in prior. c. 2. col. 3.
 Demonstrationes, nec in generibus supremis, nec in indiuiduis fieri possunt. Mag. in prior. c. 30. col. 2.
 Demonstrationes veræ ex definitionibus constant. Ammon. in post. char. 2. col. 3.
 Demonstratio apertas enunciationes, & quasi confessas sumit, ac conclusionem, quæ obscura est, ex ipsis enunciationibus illustrat. Ammon. in porph. char. 7. col. 3.
 Demonstratio cognosci non potest, nisi prius syllogismus cognoscatur; qui non potest cognosci, nisi quid propositio; nec propositio, nisi nomina, & verba; nec nomina, & verba, nisi cognoscatur voces simplices: ergo ad demonstrationem necessaria est prædicamentorum cognitio. Ammon. in præd. char. 6.
 Demonstrationis modus vniuersalis magis scientificus est, quam particularis. Simplic. in 1. de celo. tex. 54. com. 59. col. 2.
 Demonstratio ex definitione colligit accidentia. Simplic. in 1. de ani. tex. 11. char. 3. col. 3.
 Demonstrare tantum est illius, qui formam norit. Sirian. in 2. metaph. vel 3. secundum Latin. c. 12. 6.
 Demonstratiua principia communes conceptus enunciant esse, non vt disponunt: omnia enim finem suum appetunt ex communi conceptu, quem vbi homines non assequuntur, & ex seipsis potiri minime valent, confugiunt ad diuina, a quibus moti scire appetunt natura; sed vt ad demonstrationes ipsis vtimur, dignitates appellantur, quia sic apud omnes assumptæ sunt. Sirian. in 2. metaph. vel 3. 6. c. 13.
 Demonstrationes propriam vim ex principijs habent. Eust. 1. ethic. cap. 6. char. 54.
 Demonstratio nullam propositionem de parte probandam proponit. Io. gra. in 1. prior. cap. 4. ch. 12. col. 4.
 Demonstrationis omnis principium sunt omnes conceptiones, & quæ ab euidencia, vti teste, comprobata sunt. Ioan. Gram. in 1. prior. cap. 32. c. 56. col. 1.
 Demonstratiui syllogismi apud philosophos ratio habetur, qui non ex opinabilibus, sed ex necessarijs, & per se credibilibus propositionibus constant. Ioan. Gram. in 1. poster. cap. 1. char. 2. col. 2.
 Demonstratio fit ex præexistente cognitione. Io. Gram. in 1. post. cap. 1. char. 2. col. 2.
 Demonstratio omnis bina hæc nobis considerando proponit,

ponit, & problema, quod demonstrandum est: & propositiones, quibus id problema probatur. Ioan. Gram. in 1. post. cap. 1. char. 3. col. 1.

Demonstrationis progressus debet a causis, & primis principium sumere, & desinere in causata, & posteriora. Ioan. Gram. in 1. post. cap. 12. char. 6. col. 1.

Demonstrationes omnes perfici oportet ex ijs, quæ per se rebus insunt. Ioan. Gram. in 1. post. cap. 2. c. 6. col. 2.

Demonstrationis principium, est propositio immediata. Ioan. Gram. in 1. post. cap. 2. char. 6. col. 3.

Demonstrationi conferunt duo primi modi per se, qui scilicet ingreditur definitionem prædicati: & quorum subiectum in definitionibus accipitur. Ioan. Gram. in 1. post. cap. 4. char. 11. col. 4.

Demonstratio fit vniuersalis, cum primo ablato simul aufertur accidens. Ioan. Gram. in pri. post. cap. 3. char. 14. col. 1.

Demonstratiuæ propositiones debent esse eorum, quæ sunt per se. Ioan. Gram. in 1. post. cap. 6. c. 15. col. 3.

Demonstratio ex necessarijs est, & veris: & non existentibus propositionibus necessarijs, syllogismus quidem fit, demonstratio autem non fit. Ioan. Gram. in 1. post. cap. 6. char. 15. col. 1.

Demonstratio propositionis sumere debet ex proprijs vniuersiisque generis, circa quod est problema. Ioan. Gram. in 1. post. cap. 6. char. 16. col. 4.

Demonstrationes omnes tria habent: dignitates, conclusiones, & subiecta. Dignitates eadem scientijs indifferentibus vsui esse possunt, quod deinde declarat, ita vt æquiuoce sumantur, non autem eodem subiecto, nec prædicato eodem potest vt in scientijs differentibus. Ioan. Gram. in 1. post. cap. 7. char. 17. col. 2.

Demonstrationes deliquiorum non sunt vt de hoc, vel de illo deliquio, sed in vniuersali de omni, & non vt de vna tantum Luna, sed vt si essent infinitæ Lunæ. Ioan. Gram. in 1. post. cap. 7. char. 19. col. 1.

Demonstratio nulla recta vtitur dignitate contradictionis. Ioan. Gram. in 1. post. cap. 8. char. 22. col. 3.

Demonstrata omnia in scientijs, aut demonstrantur ex scientiarum principijs, aut ex monstratis ex principijs. Ioan. Gram. in 1. post. cap. 9. char. 24. col. 3.

Demonstrationis methodus, logica vocatur: propter quod non solum in his, quæ insunt secundum substantiam, & per se congruit, sed etiam in omnibus prædicatis quomodocunque secundum naturam. Ioan. Gram. in 1. post. cap. 18. char. 41. col. 4.

Demonstrationem fieri non sumpta propositione immediata impossibile est. Ioan. Gram. in 1. post. cap. 18. char. 42. col. 4.

Demonstratiuus methodus ex prioribus posteriora ostendit: præceptorius ex posterioribus priora. Ioan. Gram. in 1. physic. char. 3. col. 3.

Demonstratio proprie est, quæ de causis causatorum fidem facit, vel de vniuersalibus magis particularia. Ioan. Gram. in 1. de anima. tex. 4. char. 7. col. 1.

Demonstrationes ex duobus consistunt: vnum est propositiones, quod vicem obtinet materię, alterum est ipsarum compositio, quod vicem obtinet formæ. Auer. in post. l. 1. ex pro. char. 127. col. 1.

Demonstrationis terminus medius est causa maioris extremitatis, id est existentie maioris per se, non autem causa, vt maior insit minori tantum, vt dixit Auicenna: nec causa existentie minoris tantum, vt existimauit Abunazar. Auer. in post. l. 1. tex. 10. c. 131.

Demonstrationis terminus medius, quod sit causa ambarum extremitatum, id est, maioris, & minoris, est res per accidens ipsi. Auer. in posterior. lib. 1. cap. 11. tex. 10. c. 131.

Demonstratio simpliciter non est, si medium nõ est causa ipsius maioris extremi. Auer. in post. lib. 1. tex. com. 11. char. 131.

Demonstrationi nihil committeri debet, quod sit per accidens omnino, nec propinquum, nec longinquum. Auer. in post. lib. 1. tex. com. 41. char. 141.

Demonstratio transferri non potest de arte in artem, id est, vt maior propositio transferatur de arte in artem; aut ambæ propositiones per se; quod autem in vna ipsarum propositio maior; sit in altera conclusio, nil prohibet. Auer. in post. lib. 1. tex. com. 56. c. 146.

Demonstratio constituitur, quæ fit de ijs, quæ non sunt, nisi vnum indiuiduum super natura vniuersali; quæ est in ipsis: non autem super indiuiduo ex parte qua est indiuiduum. Auer. in post. l. 1. c. 7. tex. co. 65. c. 148.

Demonstratio simpliciter componitur ex causis, ex quibus sequuntur causata per se. Auer. in post. lib. 1. cap. 13. tex. 95. char. 158.

Demonstrationes, quæ sunt super quæsto vno, diuersificantur in ipso propter diuersitatem terminorum, mediorum, & diuersitatem proportionis ipsarum ab extremitatibus. Auer. in post. l. 1. c. 22. tex. 180. c. 192.

Demonstratio, quæ tradit propter quid res est, aut si est; aut propter quid; & si est res simul per se, & primo, ipsa est, in qua terminus medius est extra essentiã rei; & si non fuerit demonstratio propter quid, erit per accidens: quoniam terminus medius non erit causa termino maiori substantię ipsius, & existentie ipsius in minori. Auer. in post. lib. 2. cap. 5. tex. 58. char. 212.

Demonstrationis scientiam intelligens, intelligit definitionis scientiam. Auer. in posterior. lib. 2. cap. 5. text. 38. char. 212.

Demonstrationes tradentes causam, vel existentiam, in quæstis compositis, erunt in accidentibus substantialibus. Auer. in post. lib. 2. cap. 6. tex. 41. char. 214.

Demonstratione non ostenduntur, quæ nõ habent causas. Auer. in post. lib. 2. cap. 8. tex. 69. char. 223.

Demonstrationis absolutæ proprium est, ut sit medium in ipsa præcedens maiorem propter causam extrinsecam. Auer. in post. lib. 2. cap. 10. tex. 94. char. 233.

Demonstrationis simpliciter nouem sunt contradictiones; prima quod sit vera; secunda vt sit vniuersalis; tertia necessaria; quarta, quod prædicatio fit per se; quinta, quod præmissæ sint causæ inuentionis conclusionis, & non solum nostræ cognitionis; sexta, quod prædicatio sit naturalis; septima quod præmissæ, & secundum esse, & secundum cognitionem, sint conclusiones priores; octaua quod prædicatum sit prima prædicatio; nona quod sint propria. Auer. epitom. in logic. 2. char. 351. col. 3.

Demonstrationis simpliciter dignissima conditio est, quod medius terminus sit causa duarum extremitatum. Auer. epitom. in logic. char. 351. col. 4.

Demonstrationis causæ, & essendi simul, ambæ duæ res sunt simul ignoræ, scilicet, & esse, & causa. Auer. epitom. in logic. char. 352. col. 4.

Demonstrationes tres res in se habent differentes; vna, est causatum; secunda causã; tertia subiectum, cui inest ipsa causa. Auer. in q. log. c. 372. col. 1.

Demonstrationum simpliciter maior pars sunt per accidentia essentialia. Auer. in quæst. logic. quæst. 10. char. 372. col. 2.

Demonstrationes, quibus quæritur esse causarum ipsius subiecti, sunt signa; nam causarum propinquarum non sunt aliqua causæ. Auer. in quæstio. logic. q. 10. char. 372. col. 2.

Demonstrationis præmissæ ad hoc quod sint necessariae oportet, quod habeant tres condiciones; vna, vt prædicatum insit toti subiecto semper; secunda quod prædicatio sit per se; tertia quod prædicatio sit prima; hoc est, vt insit subiecto absque medio alicuius rei, & sit ei proprium prædicatum. Auer. in quæst. logic. q. 11. char. 375. col. 1.

Demonstrationes non possunt transferri ex vna arte in aliam

aliam secundum Aristotelis mentem, nisi vocaretur translatio vsus. Auer. in quæstio. logic. quæstio. 13. char. 376. col. 4.

Demonstratio a signo non largitur definitionem, licet iam acciderit, quod inferant definitionem in rebus ignotis, secundum esse: sed illa non est definitio per se, prout etiam non largitur causam, cum iam inferat ipsam causam, scilicet ipsum signum. Auer. in q. logic. q. 14. char. 377. col. 4.

Demonstratio a signo fit ex propositionibus acceptis notioribus apud nos ad conclusiones priores inesse, quæ sunt notiores natura. Auer. in physic. 1. tex. 2. char. 4. col. 3.

Demonstrationes naturales debent esse ex causis naturalibus. Auer. 4. de coelo. tex. 20. c. 114. col. 2.

Demonstrationibus necessarijs hæc est conditio necessaria, vt apparentia sensui non differant ab eo, quod videtur per rationem. Auer. 3. de ani. t. 7. c. 167. col. 2.

Demonstrationes, aliæ simplices, aliæ compositæ: & compositæ dissoluuntur in demonstrationes simplices, quæ in alias non dissoluuntur, & hoc accidit demonstrationi tantum quia est syllogismus. Auer. in 5. metaphys. sum. 2. tex. com. 4. c. 50.

Demonstrationes non fiunt nisi ad res essentielles existentes in illo genere, de quo considerat ars illa, non ad genus illius artis, nec ad speciem eius. Auer. in 6. metaphys. su. 1. tex. 10. c. 68.

Demonstratio non reperitur contradicens scito scientia vera, & vniuersali in omnibus entibus. Auer. ex dest. dest. disput. 1. char. 9. col. 1.

Demonstratiui sermones sunt pauci; & sunt, vt aurum inter metalla, & adamas inter gemmas. Auer. ex dest. dest. disput. 6. char. 37. col. 4.

Demonstrationes sunt, & nobiliores, & perfectiores, cum introducitur post orationes dubitabiles. Auer. 7. ethic. cap. 1. char. 46. col. 4.

Demonstratio fit ex ante cognitjs naturaliter, ex conuenientibus, ex primis, ex causis, ex necessarijs, & ex per se. Boet. in Porph. c. 63.

Demonstrationes mathematicæ, non ex signo, sed ex causa, & forma essentiali concludunt. Albert. mag. in prior. char. 128. col. 3.

Demonstrationis principia non sunt tantum dignitates, sed suppositiones, & passionis. Albert. Magn. in post. c. 178. col. 3.

Demonstrationi maxime necessarium est id, quod est per se. Alb. Mag. in post. char. 178. col. 3.

Demonstratio, quæ simpliciter demonstratio est, aliqui demonstrat passionem de subiecto, & tunc semper in conclusione est secundus modus per se; aliquando definitio materialis subiecti de subiecto per definitionem formalem eiusdem subiecti, & tunc primus modus est in conclusione. Alb. mag. in post. char. 179. c. 4.

Demonstrationis principia complexa sunt quinque; dignitas, suppositio, definitio, petitio, & quæstio: quorum quædam sunt indemonstrabilia, vt dignitas, & definitio; quædam demonstrabilia sunt, vt suppositio, petitio, & quæstio, quæ sunt demonstranda quid sint. Alb. mag. in post. c. 185. col. 2.

Demonstrationis medium oportet esse aliquid vniuersale, vnum, & idem de pluribus, & nõ æquiuocum in omni demonstratione. Alb. mag. in post. c. 185. col. 4.

Demonstrationes augentur ad latera cum sub eodem accipiuntur oppositæ species, vt sub animali, Afinus, Leo, Lupus, Equus. Alb. mag. in post. c. 187. col. 2.

Demonstratio negatiua fit per plura, non numero, sed qualitate, quæ affirmatiua. Alb. mag. in post. c. 198. col. 2.

Demonstratio non est earum rerum, quæ a fortuna, & casu fiunt, nec de omni eo, quod est frequenter, sed quod sub demonstratione cadit, & frequenter esse debet, & habere causam ordinatam. Albert. Magn.

in post. char. 200. col. 1.

Demonstrationis principia tribus dicuntur modis; primo principia, ex quibus est demonstratio, & sunt dignitates; secundo quæ sunt in ipsa demonstratione, & sunt passionis; tertio circa quæ est demonstratio, id est, subiecta, & prædicata. Alb. mag. in post. c. 201. col. 3.

Demonstratio per causam finalem non fit passionibus naturalibus; quia ad esse rei sufficit materialis, efficiens, & formalis; efficiens enim facit, forma dat esse, & materia perficitur ipsa. Alb. mag. in post. c. 210. c. 2.

Demonstrationes mathematicæ sunt propter puritatem, & certitudinem cognitorum, quæ in abstractione a motu, & materia considerat mathematicus, certiores naturalibus; naturalis enim considerat ea per mixta materię. Alb. mag. in post. c. 210. col. 3.

Demonstrare non potest, qui non incipit a primis principijs, & sic per omnia media copulat vsque ad vltima. Alb. mag. in Topic. char. 271. col. 3.

Demonstratio aliquando fit per prima, & vera, & hæc sunt principia; aliquando per ea, quæ per prima, & vera acceperunt fidem, quæ tamen non sunt proxima, quæ sunt causæ; aliquando per vltima essentialia, & hæc sunt elementa. Alb. mag. in 1. phy. tr. 1. c. 2. c. 2. c. 4.

Demonstrari nihil potest nisi per definitionem. Albert. mag. in 7. metaph. tract. 1. cap. 11. char. 76. col. 3.

Demonstrationis definitiones præsupponuntur ex quibus concludunt. D. Thom. Aquin. in Perib. c. 1. c. 2.

Demonstratiuæ scientię propria prædicatio est per se. D. Thom. in post. char. 68. col. 1.

Demonstrationes non sumunt medium extrinsecus. D. Thom. in post. char. 69. col. 1.

Demonstratiui syllogismi duplex principium, medium, & primæ propositiones indemonstrabiles. D. Thom. in post. char. 79. col. 3.

Demonstratio non resoluitur in primam causam, nisi accipiatur vt medium demonstrationis definitio subiecti. D. Thom. in post. char. 80. col. 4.

Demonstratio sumi potest ex causa materiali, & mouente cum ex ijs sequitur aliquid ex necessitate, non autem cum aliquid sequitur, vt frequenter. D. Thom. in 2. phys. l. 10. tex. 74. char. 27. col. 3.

Demonstratio dicitur esse necessarium ex necessarijs. D. Thom. 5. metaph. l. 6. tex. 6. c. 294.

Demonstratio omnis est respectu propriarum passionum non autem substantię. Alexand. de Ales. in 3. metaph. tex. 6. c. 57. col. 2.

Demonstrationes ex quatuor terminis, habent tres terminos realiter, & vnum virtualiter. Alex. de Ales. in 5. metaph. tex. 4. char. 108. col. 3.

Demonstratio duo exigit: ex parte rerum vnum, & alterum ex parte demonstratiui discursus; ex parte rerum exigitur, connexio necessaria terminorum, quæ procedat a causa ad effectum a notioribus; ex parte discursus, quod procedat a notioribus nobis. Thom. de Vio. in post. char. 140. col. 1.

Demonstrationis medium debet esse formaliter distinctum ab vtroque extremo. Thom. de Vio. in post. char. 149. col. 1.

Demonstratiuæ artis vsus potius materiam, scilicet necessariam considerat, quam formam. Thom. de Vio. in post. char. 158. col. 2.

Demonstratiua media habentes facile probabilia coniectamus, & possidemus. Thom. de Vio. in post. char. 182. col. 2.

Demonstrationibus duabus potissimis, vna res potest demonstrari diuersis respectibus, scilicet per quid est subiectum solum, & per quid est subiecti, & passionis. Thom. de Vio. in post. c. 208. col. 1.

Demonstratio vt fiat, sufficit medium esse causam propriam prædicati, & non oportet esse id, a quo primo fuit prædicatum. Tho. de Vio. in post. c. 112. col. 2.

Demonstratio non interrogat, sed sumit. Arist. prior. lib. 1. tract. 1. cap. 1. c. 149.
 Demonstratio non debet transferri de genere in genus. Arist. post. lib. 1. cap. 7. tex. 20. c. 308.
 Demonstratio non interrogat: quia ex oppositis non ostenditur idem. Arist. post. l. 1. cap. 8. t. 27. char. 315.
 Demonstratio omnis aliquid de aliquo demonstrat, vel quod est, vel quod non est: definitio vero nihil demonstrat alterum de altero. Arist. post. l. 2. cap. 3. t. 2. c. 358.
 Demonstratiua cognitio hominem Deo similem reddit. Alex. Aphrod. in lib. 1. prior. c. 1. c. 4. col. 1.
 Demonstrator non interrogat, sed ex re sumit, quod principiis, & suppositionibus consentaneum est. Alex. Aphrod. in lib. 1. prior. cap. 1. char. 5. col. 4.
 Demonstratiua imitatur naturam accidentia substantiis apponentem ad exornationem. Alex. & Eustr. in 2. poster. char. 77. col. 1.
 Demonstrator semper reprehensiones vniuersaliter affert. Them. in 1. post. cap. 33. char. 6. col. 4.
 Demonstratio omnis, vel ex dilucido obscurum, vel ex obscuro lucidum demonstrat; & ea tantum bona, quæ ex dilucido obscura probat. Ammo. in Por. c. 7. col. 3.
 Demonstratio in philosophia actiua, bonum à malo, in contemplatiua verum à falso separat. Simpli. in prædicamen. char. 4.
 Demonstratio facit aliquid alicui inesse, vel non esse ad data causa propter quid illud inest, vel non inest. Simp. in prædicamen. char. 4.
 Demonstratio omnis tria præmittit consideranda: datum, quod quæritur, & dignitas. Ioan. gra. in pri. post. cap. 1. char. 3. colum. 1.
 Demonstratio neutrum interrogat, sed vnam propositionem veram sumit. Ioan. Gram. in 1. posterior. cap. 2. char. 7. colum. 1.
 Demonstrare omnia non oportet, sed quædam sine demonstratione sumenda sunt, vt principia. Ioan. Gram. in 1. post. cap. 1. char. 7. col. 2.
 Demonstrationes non debent in infinitum procedere, quia prædicationes non procedunt in infinitum. Ioan. gram. in 1. poster. l. 15. char. 36. col. 2.
 Demonstratiuus sermo natus est soluere omnes quæstiones accidentes in re. Auer. in phys. l. 1. tex. 71. c. 20. c. 2.
 Demonstratio non facit scire simpliciter, nisi sit ex primis, & immediatis. Alb. mag. in post. c. 175. col. 3.
 Demonstratio vnius generis non potest descendere in aliud genus, nisi subiectum vnius sit sub subiecto alterius, vt speciale sub generale, vt perspectiua sub geometria: vel subiectum vnius sit sub subiecto alterius per accedens terminans subiectum vnius ad formam subiecti alterius, vt musica ad arithmetica: aut si vni subiecto, de quo probat vna scientia passionem, accidat aliquid gratia materiæ, in qua est, cuius causa non sit in superiori scientia, vt quod linea recta sit pulcherrima. Alb. mag. in poster. char. 183. col. 3.
 Demonstratio non facit cognoscere substantiam, sed passionem de subiecto. Alb. mag. in post. char. 204. col. 4.
 Demonstrationis virtus est scire. D. Thom. in poster. char. 69. col. 4.
 Demonstrationes non augentur per media, quia definitio est demonstrationis medium, & vnius rei vna tantum est definitio. D. Tho. in post. c. 54. col. 4.
 Demonstratio simpliciter non potest adduci contra negantes principia, quæ procedit ex magis notis simpliciter: sed demonstratio ad contradicendum, quæ procedit ex iis, quæ supponuntur ab aduersario, quæ sunt interdum minus nota simpliciter. D. Thom. in 1. phys. lec. 3. tex. 19. char. 4. col. 2.
 Demonstratio omnis adducitur causa notificandi aliquid. D. Thom. in 2. de anim. lib. 3. tex. 12. c. 22. col. 2.

Demonstrationis medio aliquid scitur, vt passio: aliquid, vt conclusio. Tho. de Vio in post. char. 194. c. 1.

Demonstratio, vt vilis, & inutilis, & in quo libro de ea tractatur.

Demonstratio ex contingenti indefinito fieri nequit; quia opposita eodem modo concluderentur. Alex. Aphrod. in 1. prior. cap. 12. tex. 28. col. 1.
 Demonstratio per expositionem sumitur ab iis, quæ sensui patent, & non ratiocinandi modo consistit. Alex. Aphrod. 1. prior. cap. 7. char. 19. col. 3.
 Demonstratio vt ex retortis absurda est, sic quæ non est ex causa, & causato, demonstratio non est putanda. Them. in 2. post. cap. 30. char. 12. col. 2.
 Demonstratio post topica, & ante elenchos tractanda est: probabilibus enim exercitatis facilius necessariis applicabimus. Ioan. Gram. in 1. post. cap. 1. tex. 2. col. 2.
 Demonstrationem docet Arist. in posterioribus analyticis. Ioan. Gram. in 1. post. char. 2. col. 2.
 Demonstratione philosophis est opus, velut instrumento ad philosophiæ partium, contemplatiuæ, scilicet, & practicæ directionem, ut primæ uerum a falso, aliæ bonum a malo separent. Io. Gra. 1. post. cap. 1. c. 2. c. 2.
 Demonstratione cōiecturali utitur Aristoteles, ubi causatum manifestius est, quàm causa, ut in libro de celo, cum ostendit Lunam sphericam ex luminibus Lunæ. Ioan. Gram. in 1. de anim. tex. 4. c. 7. col. 1.
 Demonstrationem non facit aliquis, cum non sumit notas propositiones, & ueras, cum coniugatio non est ratiocinatiua, cum ex oppositis ratiocinatur: cum ex posterioribus priora, cum obscurum per ignotius, uel per æque obscurum demonstratur. Magent. in prior. char. 58. col. 3.
 Demonstratio reciproca a philosophis reijcitur. Ammo. in Porph. c. 7. col. 3.
 Demonstrationes, & definitiones tractans in posterioribus Aristoteles considerauit differentias vniuersales, & proximas ultimis; ultimas autem reliquit considerandas ipsis artibus. Auer. in poster. l. 1. ex proem. chart. 127. colum. 2.
 Demonstratio, & definitio sunt subiectum libri posteriorum. Auer. in post. l. 1. ex proem. c. 127. col. 2.
 Demonstrationis propositiones, & debent esse conclusionis causa, & causa, vt sciamus conclusionem. Auer. in post. lib. 1. tex. com. 8. char. 131.
 Demonstrationes septimi libri diuersæ sunt a demonstrationibus octauæ: quia, quod hic in septimo declaratum est, præponitur ei, quod in octauo; scilicet motum æternum esse; & quod dictum est in octauo, est, quomodo est dispositio in primo motore; & ideo processit in æternitate motus per duas vias; quarum prima est ex primo motu: secunda ex consideratione eorum, quæ mouentur ex se, & est magis propria. Auer. phys. 7. tex. 9. c. 142. col. 3.
 Demonstrationes mathematicæ non sunt natæ introduci in scientia naturali. Auer. 2. de celo, tex. 59. char. 65. col. 1.
 Demonstrari non possunt artificialia, moralia, contingentia, fortuita. Alb. mag. in post. char. 210. col. 3.
 Demonstratiua scientia, quæ resoluendo ad principia per se nota indicatiua dicitur, est pars logicæ, quæ etiam dialectica dicitur. D. Thom. in poster. char. 67. colum. 2.
 Demonstrationes non sunt in singularibus, quæ sunt in sensu, sed ex vniuersalibus, quæ sunt in anima intellectiua. D. Thom. in post. char. 40. col. 2.
 Demonstratiua in parte logicæ solum doctrina pertinent ad logicam, vsus vero ad philosophiam, & ad alias scientias particulares, quæ sunt de rebus naturæ: quia vsus demonstratiuæ consistit in vtendo principiis

cipijs rerum, de quibus fit demonstratio, quæ ad scientias reales pertinet non vtendo intentionibus logicis: & sic apparet, quod quædam partes logicæ habent ipsam scientiam, & doctrinam, & vsum vt dialectica, tentatiua, & sophistica; quædam autem doctrinam, & nõ vsum vt demonstratiua. D. Thom. 4. metaph. libr. 4. text. 5. char. 197.
 Demonstrationem mathematicam in omnibus rebus quærent homines tribus rationibus; vel quia nesciunt logicam, vel quia in eis dominatur virtus imaginatiua, vel quia a iuuentute imbuti sunt in mathematicis. Alexan. de Ales in 2. metaph. char. 47. colum. 1.

Demonstratio, vt differt à scientia demonstratiua, & vt inter se differunt quid, & quia.

Demonstratio quia, differt a demonstratione propter quid primo in eadem scientia duobus modis. Primo si non fiat syllogismus demonstratiuus per immediata, est demonstratio quia; propter quid enim est per primam causam. Alio modo si quidem sit per immediata, non tamen per causam, sed per effectum conuertibiles, quod si mediū conuertitur ex demonstratione quia, fit propter quid. Arist. post. l. 1. c. 10. tex. 30. char. 318.
 Demonstratio quia, differt a demonstratione propter quid in diuersis scientijs, si vna sit sub alia, vt perspectiua ad geometriam; inferior docet quia, superior propter quid. Arist. post. lib. 1. cap. 10. tex. 30. char. 320.
 Demonstratione ratiocinatio prior est natura. Alexand. aphrod. in lib. 1. prior. cap. 1. chart. 4. colum. 1.
 Demonstrationem docere qui vult, prius quid ratiocinatio sit, docendum est. Alexan. aphrod. in prim. prio. cap. prim. char. 4. colum. 4.
 Demonstrandi artem, differendi ars sequitur. Io. gram. in prior. cap. 4. char. 18. colum. 2.
 Demonstratio facilius resoluitur, quàm dialectici syllogismi. Io. gram. in 1. post. cap. 9. c. 26. colum. 3.
 Demonstratiui syllogismi a dialecticis differunt, quia illi augentur tantum extrinsecus, dialectici autem, & in trinsicus, & extrinsecus; causa est, quia demonstrationes non contingunt per mediata, sed per immediata demonstrantur. Io. gram. in 1. post. ca. 9. tex. 27. col. 1.
 Demonstratio differt a scientia demonstratiua; quia scientia demonstratiua est demonstrationis habitus, qui in rus in anima nostra inest: demonstratio autem est ipsa actio, quæ a scientia, atque habitu, qui in anima nostra est, procedit. Magent. in prio. char. 1. colum. 4.
 Demonstrationes quia, & propter quid in eadem scientia differunt dupliciter: primo si per medium mediatum fit demonstratio, erit demonstratio quia; secundo modo cum fit per immediatum, quod nõ est causa, sed est per immediatū effectum, & sic est demonstratio quia: vel si medium, quod est causa ponitur extra extrema; at si effectus per causam demonstratur, erit demonstratio propter quid. Albert. mag. in poster. ch. 187. col. 4.

Demonstratio, qua præstantior est, & qua ad syllogisticas figuras pertinet.

Demonstratio vniuersalis melior est particulari, quia qui scit vniuersaliter, magis nouit, quod inest, quam qui in parte. Arist. poster. lib. 1. cap. 20. tex. 39. ch. 342.
 Demonstratio vniuersalis eligibilior est, quam particulari, quia qui nouit vniuersalem, nouit & particularem. non e contra. Arist. post. lib. 1. c. 20. tex. 39. c. 342.
 Demonstratio affirmatiua dignior est negatiua; ex paucioribus enim petitionibus, aut suppositionibus, aut propositionibus existit. Arist. post. l. 1. c. 21. tex. 40. c. 343.
 Demonstratio negatiua indiget affirmatiua, quia impossibile est duabus negatiuis existentibus esse syllogismum. Arist. poster. lib. 1. cap. 21. tex. 40. char. 344.

Demonstratio, quæ melioribus principijs vtitur, melior est, & sine affirmatiua non est negatiua. Arist. poster. lib. 1. cap. 21. tex. 40. chart. 344.
 Demonstratio ostensiuæ ex prioribus posteriora concludit: ea vero, quæ ducit ad impossibile, e contra, Arist. poster. lib. 1. cap. 22. tex. 41. char. 345.
 Demonstratio negatiua directa, præstantior est ea, quæ ducit ad impossibile; ergo cum affirmatiua sit præstantior negatiua, multo magis erit præstantior ea, quæ ducit ad impossibile. Arist. top. l. 1. c. 22. tex. 41. c. 346.
 Demonstratio quo vniuersalior est, eo remotior a proprijs principijs est, & ideo logica vocatur. Aristotele. de generatio. anim. 2. cap. 6. ch. 181.
 Demonstratio, alia est certior, alia debilior; vt certior mathematica; debilior naturalis. Arist. 1. metaphys. ex su. 3. cap. 1. char. 228.
 Demonstratio per expositionem propria est tertiæ figuræ. Alex. aphrod. in 1. prior. cap. 6. ch. 17. colum. 3.
 Demonstratio, quæ per reciprocactionem fit, præstantior est ea, quæ ducit ad impossibile. Alexand. aphrod. in pri. prior. cap. 6. chart. 17. colum. 3.
 Demonstratio in mitione in prima figura cum maior est necessaria, & minor existens bonam facit conclusionem, & necessariam, si autem existens sit conclusio, nihil impossibile sequitur. Alexander aphrod. in primo prior. cap. 14. char. 34. colum. 4.
 Demonstratio cuius est, eiusdem eodem respectu definitionem esse impossibile est. Them. in secun. posterior. cap. 3. char. 9. colum. 1.
 Demonstrandi prima figura est apta, quia concludit vniuersale affirmatiuum demonstrati clarissimum. Ioan. grammata. in prior. cap. 5. ch. 18. colum. 2.
 Demonstratio, per quam plura cognoscimus, melior est ea, per quæ pauciora; at per vniuersalem particularia cognoscimus. Io. gram. in 1. poste. cap. 20. ch. 47. col. 3.
 Demonstratio per pauciora media conclusa potior est ea, quæ per plura concludit. Ioannes grammata. in pri. poster. cap. 21. char. 48. colum. 1.
 Demonstratio affirmatiua nullo indiget, vt monstratur; & si demonstratur, per seipsam demonstratur; negatiua autem per affirmationem demonstratur. Io. gram. in prim. poster. cap. 21. char. 48. colum. 3.
 Demonstrationis signa negatiuæ fiunt in secunda figura, & si fiunt in prima, fiunt per accidens, quia causæ longinquæ non concludunt essentiam prædicati primo, & per se de subiecto, nisi cui accidit esse æquale subiecto. Auer. in poster. lib. 1. cap. 13. tex. 99. ch. 161.
 Demonstrationem, quæ constat ex prioribus, meliorem esse ea, quæ constat ex pluribus, non tantum intelligitur de vno in numero, sed de vno in specie. Auerroes in poster. lib. 1. cap. 17. tex. 171. char. 188.
 Demonstratio vniuersalis quanto est vniuersalior, tanto magis propria huic scientiæ. Auerroes in secun. metaphysic. tex. commen. 6. c. 15.
 Demonstrationi maxime apta est prima figura, quia maxime facit scire, & in ea fit syllogismus propter quid, & venatur definitio per hanc figuram tantum, & per primum modū huius figuræ, & ipsa non indiget alijs, & aliæ ipsa ad perfectionem. Albertus magnus in poster. char. 188. colum. 4.
 Demonstratiuæ propositionis ex parte subiecti, differentiæ sunt vniuersalis, & particularis; & ex parte prædicati, affirmatiua, & negatiua. Alb. mag. in post. c. 196. col. 3.
 Demonstratio vniuersalis potior est particulari. Albert. magnus in poster. char. 198. colum. 1.
 Demonstratio affirmatiua dignior est negatiua, vt esse potior est non esse. Alber. mag. in poster. c. 198. colum. 4.
 Demonstrationes potissimæ maxime sunt in mathematicis; ideo dignitates magis appropriantur scientijs mathematicis, quàm alijs scientijs. Alexander de Ales in 4. metaph. tex. 7. char. 82. colum. 1.

Demonstratio ad impossibile accipit hoc principium; de unoquoque verum est affirmare, uel negare, & tantum in genere aliquo, prout ipsi satis est. Aristot. post. lib. 1. cap. 8. tex. 26. char. 314.
 Demonstrationes ad impossibile, & ex pacto differunt; nam cum utraque sint ex suppositione, in illis, nisi prius ex pacto conuenerit inter nos, si est demonstratum non pro demonstrata habenda est. At in reductione ad impossibile, non ex pacto, sed ex demonstratione rei, quæ esse non potest ob contradictionis necessitatem oppositum eius statumus. Alex. aphrod. in pri. prior. tex. 40. char. 69. col. 1.
 Demonstrationes ducentes ad impossibile sunt generis signorum. Auer. pri. de celo. tex. 95. c. 30. col. 4.
 Demonstratio ad impossibile est ex falsis. Alber. magn. in poster. char. 175. colum. 4.
 Demonstrationes ad impossibile ducentes possunt sumere falsum contingens adiunctum impossibili, uel verum; quia ostenditur impossibile illud, ex quo cum adiunctione contingētis falsi sequitur impossibile; sicut ex eo impossibile sequeretur adiuncto quodam uero; quia ut ex uero non potest sequi impossibile, ita nec ex contingente. D. Tho. in 7. phy. l. 2. tex. 9. c. 108. col. 3.

Demonstratio ut ad rhetoricam pertinet, & ut est in generibus rhetoricis.

Demonstratio oratoria est enthymema, atque hoc nulla est fides potentior. Arist. rhet. 1. ch. 6.
 Demonstratio excepta, in rhetorica omnia inania sunt, sed multum tamen ualent propter prauitatem auditorum. Arist. rhetor. 3. c. 135.
 Demonstratiua oratio fere omnis in amplificatione consistit, facta enim erudi oportet: nam raro demonstrationes afferunt, nisi fide careant, uel causa in alium conferatur. Arist. rhetor. 3. ch. 171.
 Demonstrans in exere debet laudibus orationem, ut Ifo, crates seing interferit aliq; & hoc est quod dicebat Gorgias, nunquam sibi oratione deesse, quia si de Achille dicit, cleum laudat, deinde Aescum, deinde Deū; & similiter fortitudinē, aut hoc, & illud faciat: & si demonstrationes habet, moratē, & demonstratiuē dicere debet; si enthymematib⁹ caret, morate. Arist. rhet. 3. c. 172.
 Demonstratiuum genus primo exordium, ut in deliberatio constituitur debet, deinde partiri ea, quæ extra virtutem sunt, & ea, quæ in ipsa uirtute bona considerantur, id est, externa bona, in bonam ualitudinē, robur, & formæ dignitatē, & diuitias: uirtutem uero in sapiētiam, iustitiā, fortitudinē, & illustres disciplinas; & horum, quæ in uirtute locata sunt, iure laudantur, externa uero subducuntur. Deinde de genere dicimus, si qui genitores insignes fuerint, & in omnibus clarū aliquid ponere, & si aliqui illustres fuerint, eos laudabimus; reliquos omittimus nolētes auditores propter maiorū multitudinē lōgiudine orationis grauare, deinde iuuētutē laudare augēdo, & alijs cōparādo, deinde iustitiā, & fortitudinē. Arist. rhet. ad Ale. c. 34. c. 236.
 Demonstratio est generis omnium causarum, quæ circa laudem, uel uituperium versantur. Boeth. de defi. top. lib. 4. ch. 880.
 Demonstranti, honestum, uel bonum, finis est. Boeth. de defi. top. l. 4. ch. 881.
 Denominatiua dicuntur, quæcunque ab aliquo differentia casu, secundum nomen habent appellationem. Arist. præd. tract. 1. cap. 1. c. 57.
 Denominatiuæ prædicationes ab accidentibus sūt. Ale. Aphrod. in 2. top. tex. 25. col. 3.
 Denominatiua ut sint, tribus opus est: ut sit res a qua fit participatio; nomē, in quo est cōmunicatio; & a nomi-

ne quædā diuersitas, ut fortis denominatiuū a fortitudine; fortitudo est res; fortitudo, & fortis cōmunicant nomine, & unus in o, alius in is, desinit. Por. in pd. c. 5.
 Denominatiuum nullum cū eodem est, a quo idem nominatur. Porph. in præd. c. 17.
 Denominatiua, nec omnino nomine, & definitione comunicant, nec plane dissentiuunt. Amm. in præd. c. 14.
 Denominatiua locum habent inter uniuoca, & diuersiuoca. Amm. in præd. c. 14.
 Denominatiua quatuor hæc habeant necesse est: cōmunitatem rei, differentiam rei, cōmunitatē nominis, & circa finalem syllabam differentiam, quod si aliqd horū desit, nō sunt denominatiua. Amm. in præd. c. 14.
 Denominatiua aliquo modo sunt media inter æquiuoca, & uniuoca, & utrisque participant, & ab utrisque desiciunt. Simp. in præd. ch. 8.
 Denominatiua ut sint, tria necessaria sunt: id, quod ab aliquo denominatur; res a qua denominatur; dissimilitudo terminationis. Simp. in præd. ch. 8.
 Denominatiua nomina, sunt deriuata ab illis, quæ significant eandem rem, quæ significatur per illa prima ex ploria coniugata cum ipso subiecto, & coniuncta. Auer. in 2. top. cap. 3. ch. 273.
 Denominatiua significant unum compositum. Auer. in 3. metaph. tex. com. 18. ch. 28.
 Denominatiua significant substantiam, & accidens. Auer. in 4. metaph. tex. co. 3. ch. 32.
 Denominatiua nomina, quæ prædicantur de imo, non significant unam intentionem. Auer. in 4. metaph. tex. com. 11. ch. 37.
 Denominatiua ut sint, tria necessaria sunt, ut re participet, & nomine; ut sit quædam nominis transfiguratio. Boeth. in præd. ch. 118.
 Denominatio omnis non est id, quod est ea res, de qua nominatur. Boeth. in præd. ch. 157.
 Denominatiuum denotat transitionem, uel diuersitatē, quæ est intra essentiam denominantem, & essentiam denominatam. Alb. mag. in præd. c. 34. col. 4.
 Denominans est alienam naturam informans. Alb. mag. in præd. ch. 35. col. 1.
 Denominatiui tria necessaria sunt: natura aliena a subiecto, extrinsecus aptata, & circumposita; in principali, & denominatiuo eadem res significata, & diuersus modus significandi. Alb. mag. in præd. c. 35. col. 1.
 Denominatio esse non potest in substantialibus, quia substantialia sola pertinent ad eandem naturam. Alb. mag. in præd. ch. 35. col. 1.
 Denominatio semper non fit a forma, sed aliquando est ab accidente formam consequente. Alb. mag. in præd. ch. 53. col. 4.
 Denominatio duplex, pprie, & cōmuniter. Proprie nō fit, nisi a forma, q̄ altero motu alterationis inducitur subiecto iam perfecte in esse cōstituto. Cōmuniter est, q̄m quam quales dicimur. Alb. mag. in top. ch. 231. col. 2.
 Denominatio fit a forma, quæ dat esset rei. D. Thom. in perih. ch. 7. col. 1.
 Denominatio in habitibus potest fieri ab obiecto, & a fine. Alex. de ales 2. metaph. c. 36. col. 2.
 Denominatio omnis, quæ fit a fine, fieri debet a fine ultimo. Alex. de ales in 2. metaph. c. 36. col. 3.
 Denominatio duplex, alia fit ab aliquo extrinsecus, ut quæ a tempore denominantur, alia fit ab aliqua forma intrinsecus. Alex. de ales in 2. metaph. c. 38. col. 4.
 Denominatiua a quo habent appellationem secundum nomen, debent differre a re denominata. Tho. de Vio in præd. c. 36. col. 1.
 Denominatiua tripliciter possunt sumi, denominatiue, subiectiue, & quidditatiue. Tho. de Vio in post. char. 158. colum. 1.
 Densitas non est causa, ut sit vacuum, cum ea, quæ densantur, clabi possint, ut aqua collisa, aerem, qui inest.

Aristo.

Aristote. phy. scior. 4. cap. 2. tex. 63. char. 96.
 Densitas, & raritas sunt congregatio, & disgregatio secundum quas generatio, & corruptio est secundum substantiam. Arist. phy. 8. su. 3. cap. 1. tex. 55. char. 223.
 Densitas, & raritas principium est omnium passionum, secundum antiquorum opinionem; densitates enim esse uidentur, & raritates graue, leue, molle, durum, calidum & frigidum. Aristotel. physicorum 8. sum. 3. cap. 1. tex. 55. char. 223.
 Densum differt a raro, quod in æquali mole plura insunt. Arist. 3. de coel. cap. 1. tex. 10. char. 335.
 Densū id dicitur, cuius partes prope inter se sitæ insunt, ut nullum aliud diuersi generis corpus inter ipsas incidere queat, ut aurum. Porph. in prædicam. c. 23.
 Densatio fit exeunte tenuiore, uel rariore, & in uniuersum exeuntibus subtilioribus, & crassioribus separatis corpus crassius comprimitur, & densatur. Simplicius in 4. physicor. text. 63. char. 239. colum. 2.
 Densitas est constrictio, coitio, compressioque corporum in seipsa. Ioannes Grammaticus in quarto physicor. text. 79. char. 99. colum. 3.
 Densitas, & raritas non sunt de essentia quantitatis, cuius contrarium dixit in præcedenti. Auer. in phy. 4. tex. 85. char. 80. colum. 1.
 Densum non alteratur, nisi ut est sensibile, & in capite qualitatis, non in capite positionis. Auero. physic. 7. text. 11. char. 144. colum. 2.
 Densitas, & raritas sunt qualitates sequentes calidum, & frigidum. Auer. physic. 7. text. 15. char. 145. colum. 3.
 Densitas nihil aliud est, quam transmutatio alicuius ad minorem molem. Auerroes physicor. septimo, tex. 15. char. 145. columna 3.
 Densitatem, & subtilitatem ponere esse substantias impossibile est, & cum hoc ponere grauitatem, & leuitatem sub accidente. Auerroes quarto de coel. tex. 20. char. 114. columna 3.
 Densitas, & raritas non faciunt transmutationem in substantia, nec in qualitate, cum sint de situ. Auer. in prim. metaph. tex. comment. 15. char. 7.

Dentium diuisio, & nomina.

Dentes ferrati sunt, quorum series acutorum dentium mutua insertione pectinatim se constipant. Aristot. de historia animalium 2. cap. 1. chart. 45.
 Dentes priores maxima ex parte animalia habent acutos, interiores planos. Aristot. de historia animalium secundo, cap. 1. char. 45.
 Dentes hominis probe facti sunt, uidelicet priores acuti, ut secent; maxillares lati, ut molant; discriminant eos canini dicti media inter eos natura conditi, qui partim acuti, partim lati sunt. Aristoteles de partibus animalium 3. cap. pri. char. 464.
 Dentium quatuor sunt incisores, duo superius, duo inferius: quatuor ipsos sequentes canini, quia sunt acuti ad lacerandum, octo molares superius, & inferius; quatuor in unaquaque mandibula, & sunt ad conterendum cibum; quatuor postea sequuntur in fine omnium, qui uocantur dentes stantium sensuum, quia in iuuentute nascuntur, quando sanguis est in ultimo uirtutis spermaticæ. Alb. mag. de ani. lib. 1. tract. 2. cap. 6. c. 9. col. 3.
 Dentes adulterini, quia intra gingiuam oriuntur, ut frequenter non oriuntur, nisi post uigefimum annum. Alber. mag. de anim. libr. 3. tract. 2. cap. 4. ch. 31. col. 4.

Dentium numerus, & materia.

Dentes plures sunt maribus, quam foeminis, in equis, ut in hominibus, ouibus, suibus, & capris. Aristot. de histor. animal. 2. cap. 2. chart. 47.
 Dentes, quibus plures sunt in equis, uiuaciores in maio-

re parte sunt, quibus pauciores, & rariore, breuioris uitæ. Arist. de hist. ani. 2. cap. 2. char. 47.
 Dentes naturam ossium emulantur, ideo Aethyopum. dentes caudent, ungues nigri modo suæ cutis apparent. Arist. de hist. ani. 3. cap. 9. char. 88.
 Dentes sunt eiusdem naturæ, ut ossa, & ex ossibus gignuntur, ut ungues, pili, cornua, & similia ex cute: quo fit, ut ipsa colorem pariter immutent cum cute. Arist. de gene. anima. 2. cap. 4. char. 174.
 Dentium numerus naturalis in quocunque homine est 32. sed in aliquibus deficit, & sunt tantum 28. sed alterum horum numerorum habet naturaliter quilibet homo. Alb. mag. de ani. lib. 1. trac. 2. cap. 6. ch. 9. col. 3.
 Dentium materia non transit in cornua in mandibula superiori, quia camelus non habet cornua, nec dentes in mandibula superiori. Albertus magnus de ani. lib. 2. tract. 1. cap. 4. chart. 51. col. 2.
 Dentium, & cornuum materia in camelis transit in gibbum. Alb. mag. de ani. lib. 2. tract. 1. cap. 4. ch. 31. col. 2.
 Dentium, & ossium natura non est eadem. Albert. mag. de anima, libr. 16. tract. 2. cap. 6. char. 144. colum. 2.

Dentium proprietates, & ad quid utiles.

Dentes alijs tantum ad cibi confectionem a natura dati, alijs tum ob cibi confectionem, tum præsidij causa, ut omnibus ijs, quibus sunt, aut ferrati, aut exerti. Aristot. de partib. anim. cap. 4. char. 447.
 Dentes, & si omnibus, ad cibum conficiendum dati sunt, tamen seorsum, alijs roboris gratia, tum ad inuadendum, tum ad defendendum dati sunt, alijs etiam auxilijs tantum causa. Arist. de partib. ani. 3. cap. 1. ch. 464.
 Dentes primi plurimum conferunt ad literas exprimentas. Arist. de partib. anim. 3. cap. 1. char. 465.
 Dentes nulli sunt simul, & exerti, & ferrati, quia nihil frustra facere solet natura. Arist. de part. ani. 3. c. 1. c. 465.
 Dentes accrescunt soli omnium ossium tota uita, ut fungi officio possint; breui enim tempore attritu consumuntur. Aristot. de generat. animalium 2. cap. 4. ch. 174. idem Alb. mag. de ani. lib. 16. trac. 2. c. 6. c. 144. col. 2.
 Dentes alia habent ad cibum, alia ad uocis orationem. Aristot. de generat. anima. 5. cap. 7. char. 288.
 Dentibus raris, qui sunt homines, breuioris uitæ sunt, quia est inditium os capitis esse densum, ergo cerebrū inualidū est, quia minus fit respiratori opportuno: itaque celeriter putret, quia humidum natura sua est. cætera etiam, cum non mouentur, nec exhalant, putrescunt, & ob id mas quam foemina pilosior est, & diutius uiuit futurarum sui capitis beneficio. Aristot. problem. sect. 10. q. 47. chart. 442.
 Dentibus raris homines uitam longe agere nequeunt, quia longe animantia uiuunt, quæ dentium ordine prædita sunt numerosiore: ut mares, quam foeminae longius: uiri namque diutius quam mulieres, atque in pecudum genere, cæterorumque animalium perspicui identidē licet. Qui aut raris dentibus sunt, habere quasi pauciores indicantur. Arist. probl. sect. 89. q. 1. c. 649.
 Dentes cur cum carne solidiores sint, carne frigus magis sentiant? quia meatibus nituntur fixi tenuibus, quorum exiguus calor celeriter a frigore vincitur, mouctque dolorem. Arist. probl. sect. 34. q. 2. char. 649.
 Dentes cur frigidum amplius, quam calidum sentiant, caro contra? quoniam meatibus continentur tenuibus, quibus calor inditus exiguus est, itaque re aduersa potius patiuntur. caro, quia calida est, ut affici a frigido nihil potest, sic calidum compendio sentit: ignis enim quasi igni additur. Arist. probl. sect. 34. tex. 3. ch. 649.
 Dentes, cur medici extrahunt facilius dentiforcipis onere adiecto, quam si sola utuntur manu? quia ex manu magis quam ex dentiforcipe lubricus clabitur dens: uel ga duo uerctes contrarij sunt dentiforcipes unū habentes.

tes, hypomochion, idest eius instrumenti coniunctio-
nem. Arist. q. mecha. 21. ch. 793.

*Dentes quæ habent, quo tempore apparent,
& eycuntur.*

Dentes mutantur homini, & equo, mulo, & alijs pri-
mores; maxillares nullum animal mutat. Arist. de
hist. ani. 2. cap. 1. ch. 46.

Dentem nullum sus amittit, Aristot. de histor. animal.
2. cap. 1. char. 46.

Dentes nouissimi maxillares, quos genuinos vocamus,
circiter vigesimum annum gignuntur, & viris, &
mulieribus; & iam quibusdam mulieribus anno æ-
tatis 80. maxillares illi nouissimi non sine dolore exie-
runt. Viris quoque idem accepimus euenisse: quod
accidit, quibus in iuuentute id non accidit. Aristot. de
hist. anim. 2. cap. 4. ch. 47.

Dentes decidunt, qui prodierunt primi, tum notæ me-
lioris gratia, tum necessario. Melioris notæ causa,
quia cito hebetescit, quod acutum est. Necessario,
quia in tenui radices habeant; contra lati non hebet-
tantur, sed tempore solum attriti leuigantur, & in for-
tiori, & latiori maxilla radices habent. Aristot. de gen.
anim. 5. cap. 8. ch. 289.

Dentes nascuntur denuo, quod in osse adhuc nascente
oriuntur, & cum tempus est adhuc ad generationem
idoneum. Arist. de gen. anim. 5. cap. 8. c. 289.

Dentes maxillares, etiam vltimi, vicesimo anno exeunt,
& nonnullis senescentibus prodire, qui loco vltimo
habentur. Arist. de gen. ani. 6. cap. 8. c. 289.

Dentium quilibet præter molares habent vnum solum
inferius additamentum, per quod non infigitur man-
dibulæ; molarium autem inferiorum quilibet ad mi-
nus habet duo, aliquando plura. Alb. mag. de animal.
1. 1. tract. 2. cap. 6. c. 9. col. 3.

Dentes anteriores, qui incisores vocantur, animal omne
quadrupes generans sibi simile habet; sed quædam in
mandibula habent superiori, & inferiori, vt equus:
quædam in superiori mandibula dentes superiores, &
anteriores; vt taurus. Vereor esse errorem in hoc lo-
co, quia tauri dentes superiores non habent. Alb. mag.
de anim. 1. 2. tract. 1. cap. 4. c. 31. col. 2.

Dentes quædam animalia habent, & præter illos duos
longos, & permanentes, vt aper, & porcus masculus;
alia hæc non habent, alia habent dentes diuersi situs,
ita vt quasi ferræ duæ coniunctæ sint, vt leo pardus,
canis, & catus. Alb. mag. de anim. 1. 2. tract. 1. cap. 4.
char. 31. colum. 2.

Dentes alia animalia habent linealiter ordinatos, ita vt
vnus ordo veniat super alium in masticando; æquali-
ter, vt in equo, & tauro: in homine autem secundum
ordinem naturalem mandibula inferior cum antero-
ribus dentibus stat infra superiorem cum suis denti-
bus: sed molares sunt super se inuicem. In quibusdam
qui habent mentum longum, ordo inferioris mandibulæ
ambit ordinem superioris mandibulæ. Alb. mag.
de ani. 1. 2. tract. 1. cap. 4. c. 31. col. 2.

Dentes, culmi, & cornu simul nunquam inueniuntur in
aliquo animali. Alb. mag. de animal. 1. 1. tract. 1. cap. 4.
char. 31. col. 2.

Dentes acuti, & cornu, nunquam inueniuntur in aliquo
animali simul. Alber. mag. de anim. 1. 2. tract. 1. cap.
4. ch. 31. colum. 2.

Dentes eijcit homo in ætate vicina spermati, & hoc fa-
ciunt animalia alia, vt equus, mulsus, & alinus; sed ho-
mo non eijcit, nisi anteriores, & non molares. Albert.
mag. de anim. 1. 2. tract. 1. cap. 4. c. 31. col. 3.

Dentem nullum eijcit porcus. Alb. mag. de ani. 1. 2. tract.
1. cap. 4. c. 31. col. 3.

Dentes an canes eijciant dubium est, alij aiunt eijcere

duos longos, alij non. Alb. mag. de ani. 1. 2. tract. 1. cap.
4. ch. 31. colum. 3.

Dentes anteriores, vt homo, nullum animal eijcit. Alb.
mag. de ani. 1. 2. tract. 1. cap. 4. c. 31. col. 3.

Dentes nullum animal eijcit, nisi sub eo in eodem loco
prius alter oriatur. Alb. mag. de ani. 1. 2. tract. 1. cap. 4.
ch. 31. colum. 3.

Dentes plures habent animalia masculina feminis, quia
vires calidioris sanguinis magis virtutem spermatis
consequitur. Alb. mag. de animalib. 1. 2. tract. 1. cap.
4. ch. 31. colum. 4.

Dentes plures animalia habentia longioris vite sunt, per
maiores virtutem principij generantis in eis, quod
est sperma formatiuum corporis, contra quæ dentes
separatos, ac paucos habent. Alb. mag. de ani. 1. 2. trac.
1. cap. 4. c. 31. colum. 4.

Dentes quatuor in vna parte oris habet ceruus, & toti-
dem in alia, quia maior pars materiæ cedit in cornua,
& duos alios habet, qui maiores sunt in masculis,
quam in feminis. Alb. mag. de anim. 1. 2. tract. 1. cap. 4.
ch. 31. colum. 4.

Dentes apparet Elephanti in tempore suæ generationis
propter maximam suam siccitatem, & longam impre-
gnationem, quod facit natura, quia parua matris vbe-
ra eum nutrire non possent. Alb. mag. de ani. 1. 2. trac.
1. cap. 4. ch. 31. col. 4.

Dentes serpentum sunt acuti, & vt ferræ dispositi. Albe.
mag. de ani. 1. 2. tract. 2. cap. 2. c. 34. col. 2.

Dentes puerorum incipiunt oriri post partum septimo
mense. Alber. mag. de animal. lib. 9. tract. 1. capit. 8.
ch. 89. colum. 1.

Dentium originis non est causa lactatio, sed lactis calor
facit cito dentes oriri. Alb. mag. de animal. 1. 19. cap.
10. ch. 162. colum. 1.

Dentes vt albi, & nigri, & ut stupescunt.

Dentium stuporẽ portulaca, aut sal tollit, quia por-
tulaca lentum humorem habet, quia corpore edu-
cit acorem, sal maturat, liquefacitque, & ita acorem
educit. Arist. probl. sec. 1. q. 38. c. 343.

Dentium stuporem lixiuum, & nitrum non tollit, quia
ob suam acerbitatem astringunt, non liquefaciunt.
Arist. probl. sec. 1. q. 39. ch. 343.

Dentes nigrescunt in omnibus animalibus senibus; pro-
pter enim longe distare a suo principio generationis,
quod est sanguis, in quo est virtus spermatis, desti-
tuuntur nutrimento proprio; & ideo nigrescunt, &
crocei efficiuntur ex putredine corrupti phlegmatis
cum paruo cholero in eo resperso. Alb. mag. de ani.
1. 2. tract. 1. cap. 4. c. 31. col. 3.

Dentes equorum in senectute albi fiunt, quia abundant
humore aqueo, qui decoquitur calore iuuentutis, &
conuertitur in croceitatem, aut fortem terrefreitatẽ
cineream, & in ætate pronecta refrigeratur, & restat
aqueus purus: & cum interminatum corpus conuer-
tur, efficitur albus. Alb. mag. de anim. 1. 2. tract. 1.
cap. 4. c. 31. colum. 4.

Dentes concutiuntur ob sonum acutum, quia est via in-
ter ærem, & palatum, non tamen manifesta. Alb. mag.
de ani. 1. 2. tract. 3. cap. 2. c. 109. col. 4.

Dentrix, seu dentex, vel pearus, piscis est, qui ex re nomẽ
habet; multos enim dentes habet, & magnos, quibus
grassatur in ostrea. Dentes superius, & inferius habet
fere, vt homines dentes, qui incisores vocantur, dispo-
sitos; sed inferiorem mandibulam ex duobus ossibus,
vt homo, compositam habet. Squamosus est, non ma-
gnus, quantitatem habens palmi; est latioris corporis,
& abundat in mari Apulico, in Sicilia, & iuxta Romã.
Alb. mag. de ani. 1. 24. cap. 1. c. 197. col. 3.

Deorsum dicitur, quod ad medium ferri natum est.
Aristo.

Aristoteles 4. de celo. cap. 2. text. 4. char. 360.
Deorsum est, ad quod feruntur grauia. Simp. in prædi-
cament. c. 38.

Dependentia, quæ est alicuius secundum suum incipe-
re esse, propter hoc non est causa, quod dependeat ab
ipso secundum sui desitionem. Alber. mag. de nat. &
orig. ani. tract. 2. cap. 3. char. 72. colum. 1.

Depositu negare cur iniquius sit, quam mutuum? quia
amicum iniuriam facere turpe est, & qui depositu neg-
gat amico, iniuriam facit: vel quia præter damnum fi-
des amittitur. Præterea, qui suum deponunt, homi-
num vitantes perfidiam, & plerumque fortuna labo-
rantes aduersa id faciunt qui vero mutant, pecunijs
abundant, & fortunate degunt, & iniquus est infor-
tunato iniuriam intulisse, quam fortunato. Aristotel.
problem. sectio. 29. q. 2. c. 608.

Depositu paruū denegare turpius est, quam debitū
magnum; qui qui depositum negat, hominem fraudat,
a quo ipse bonus existimatus est; vel qui hoc facit
illud etiam facere vellet. Arist. probl. sec. 29. q. 6. c. 609.

Descriptio vniuersiusque rei non a materia, sed a forma
sumitur. Them. in 3. de ani. cap. 19. tex. 9. c. 84. col. 2.

Descriptio ex accidentibus rei naturam declarat, remq;
quali adumbrat. Animo, in Porph. char. 4. colum. 4.

Descriptio, vel sumitur ab ethimologia, vel ex fortuita
proprietas concursione. Animo, in Por. c. 5. col. 1.

Descriptionem complere ex partibus ipsius prædicamen-
ti non est inconueniens: nam primorum generum de-
scriptiones per posteriora, ac per se ipsa assignari ne-
cesse est. Simp. in prædicament. c. 42.

Describi vnumquodque dupliciter, consuevit, nomine,
& definitione. Eustrat. 1. ethic. char. 19.

Descriptio est sermo, cuius compositio est conditionis,
& declarationis declarantis rem, super quam signifi-
cat, non per omne id, quod constituit substantiam sui,
& componitur ex genere, & proprio. Auerroes epito.
in logic. char. 342. colum. 1.

Descriptiones sumptæ a motu magis demonstrant diffe-
rentias inter absolutum, & comparatum: sumptæ
vero a finibus motus, magis naturam elementorum
ostendunt. Auer. 4. de celo. tex. 31. ch. 19. colum. 3.

Descriptio est, quæ quamlibet rem propria quadam pro-
prietate designat. Boet. in prædicament. char. 117.

Descriptio, vel definitio debet subiectæ rei æquari. Boe.
in prædicament. char. 65.

Desiderio afficiuntur tantum ea, quæ circulo mouetur.
eorum vero, quæ circa medium, nullum; quia circulo
mouens est tanquam incomprehensibile quoddam, &
minime compositum. Theophr. met. lib. 2. ca. 2. c. 318.

Desiderium, quod in animatis est, in inanimatis est appe-
titus. Simpl. in 1. physic. tex. 80. char. 87. colum. 2.

Desiderij, & imaginationis diuersitatis causa non est, nisi
diuersitas continetis ex extrinseco, & diuersitas passio-
nis corporum ab eis. Auer. 2. de ce. tex. 40. c. 58. col. 2.

Desiderans, & fugiens non sunt diuersa. i. pars animæ,
quæ querit, & fugit, est eadẽ pars, nõ duæ diuersæ, nec
in intellectu, nec in sensu; sed est eadẽ pars subiecto,
& diuersa in actione. Auer. 3. de ani. t. 29. c. 173. col. 3.

Desiderium sensibile non mouetur, nisi cum præsentia
sensati in actu: è contrario desiderio intellectuali. Auer.
ro. in 3. de anima. tex. 29. char. 173. col. 3.

Desiderium est propter existimationem eius, quod est ali-
quid esse bonum, & magis bonum est magis desidera-
tum. Auer. in 12. metaph. tex. com. 36. c. 150.

Desiderium, si est vehemens, perturbat rationem. Auer.
3. ethicor. cap. 1. 2. char. 23. colum. 3.

Desiderium duplex est in sensibilibus: fames, & sitis. fa-
mes est desiderium deperditum restauras. sitis est de-
siderium humidum, quod nutrimento dat facile ad mem-
bra motum; quia quamdiu ad membra moueri potest,
& illud couertere, tamdiu durat animatum. Hinc Me-

dici per signa digestionis perpedunt vigorem naturæ,
sua andosque prædicunt infimos, vel contra. Albertus
magnus de nutrim. & nutrib. tracta. 1. cap. 5. char. 65.
columna. 3.

Desiderium dicit appetitum excitatū ex delectabili nun-
tiato. Albertus magnus de veg. libr. pri. tractat. prim.
cap. 10. char. 125. colum. 2.

Desideratur id, quod est de nature perfectione, cum non
habetur, & est imperfecti ad bonum. Albert. magnus
in pri. metaph. cap. 3. char. 57. colum. 2.

Desiderari multa possunt ab vno, non tamen ita vt quæ-
dam propinquius, quædam remotius desideret. Diuus
Thom. in pri. de celo, tex. 90. char. 18. colum. 4.

Desiderabile vniuique rei est, vt suo principio coniun-
gatur: in hoc enim vniuersiusque perfectio consistit.
D. Thom. 1. metaph. l. 1. char. 3. colum. 1.

Desiderium naturale est scientiæ, vt materia desiderat
formam. D. Thom. 1. metaph. lib. 1. c. 4.

Desiderium naturale est inclinatio inhaerens rebus ex
ordinatione primi mouentis, quæ non potest frustra-
ri. D. Thom. ethic. 1. lib. 2. char. 2. colum. 3.

Despotes vocatur omnis habens seruos. D. Thom. in 1.
polit. libr. pri. char. 1. colum. 3.

Destruere facilius est, quam construere. Aristot. 1. prior.
sect. 1. cap. 77. char. 205.

Deteriorem partem semper ob meliorem habemus, vt
corpus animæ causa. Arist. mag. moral. 2. cap. 11. c. 348.

Deterius semper est melioris gratia. Aristoteles polit. 7.
cap. 14. char. 545.

Deteriorem se nemo admiratur. Aristot. economic. 2.
cap. 3. char. 788.

Deteriorem se ipsum nemo voluntarius se se facit. Simp.
in 1. de celo. tex. 100. comm. 97. char. 44. colum. 2.

Determinationes tres in doctrina sunt faciendæ, mediū,
possibile, & decens. Arist. polit. 8. cap. 7. char. 774.

Determinatio, & definitio propositionum in vniuersale
locum habet, non in indiuiduis. Alexander aphrodi-
si 1. prio. cap. 6. char. 17. colum. 3.

Determinatio alia est secundum receptaculum, alia se-
cundum id, quo aliquid continet aliud, alia secundum
ordinem vniuersiusque positionis ad alia. Simpl. in 4.
physicor. tex. 49. char. 232. colum. 2.

Determinatio quinque requirit: definitionem, nume-
rum, vim, oppositionem, & appellationem. Magent. in
libr. de interpretatio. q. 12.

Determinatio est adiectio quædam subiecto semper con-
iuncta declarans, qua ratione terminus, qui aliquid di-
cit, ad subiectum se habet cum ea multitudine, quæ in
subiecto inest, vt inest. Magen. in libr. de interpr. q. 12.

Determinationes sunt quatuor: omnis, nullus, aliquis,
non omnis. Magen. in libr. de interpr. q. 13.

Determinatio est princeps locus in positionibus. Magen.
in libr. de interpretatio. q. 13.

Determinationes dicuntur, quæ rem vniuersalem, vel in
totum fundunt, vt omnis; vel in partem, vt quidam.
Boet. in libr. de interpret. c. 341.

Determinationes, omnis, nullus, aliquis, non aliquis in
propositione non sunt, nec subiectum, nec prædicatū:
& quantitatem, ac qualitatem propositionis tantum
significant. Boet. in libr. de interpr. c. 402.

Determinatio nulla est magis impropria, quam ea, in qua
oppositum opposito determinatur. Albertus magnus
in elen. char. 312. colum. 2.

Determinans ad determinatum coniungitur absque de-
terminati corruptione. Albertus magnus de causis, &
processio. vniuer. a caus. 1. cap. 23. char. 206. colum. 3.

Deus quid est, & ut illi sumus similes.

Deo vita existit æterni actus; intellectus, est quædam
vita, Deus autem est ipse actus: ideo est Deo vita
B b 3 optima,

optima, & sempiterna. Arist. 12. metaph. te. 39. c. 3. c. 254
 Deum dicimus esse aliter sempiternum, optimum. Arist. 12. metaph. cap. 3. tex. 39. c. 254.
 Deus est, & genitor, & cōseruator omnium, quæ in hoc mundo perficiuntur; non ita tamen, ut ob id lassus sit, ut qui ea facultate utatur, quæ nulli cedat difficultati, & eius vim maxime sentit corpus illud, quod ei prope est; minus terra ipsa, & terrena omnia, ut quæ longissime distant. Arist. de mundo. cap. 7. c. 826.
 Deus nobis est lex in omnem partem ad æquilibrium, vergens nullam correctionem admittens, nullamque varietatem, quippe quæ potior est, & stabilius illis legibus, quæ in tabulis præscriptæ sunt, cuius auspicijs vniuersus hic coeli ordo regitur, & gubernatur. Arist. de mundo. cap. 7. ch. 836.
 Deus principium, & finem, & medium rerum omnium tenet, rectaque linea incedens operatur quidem secundum naturam; è vestigio comitem habens iustitiæ præsidem, quam *δίκην* nominarunt, diuinæ legis vindicem simul, ut quicquam sanctionum eius prætermisum sit. Cuius ut sit particeps numinis, iam inde oportet ab initio, qui ad vitam beatam euasurus est, atque felicem. Arist. de mundo. cap. 7. c. 838.
 Deus si est, quod præstantissimum dicebat Zeno, vnus est; nam si duo, non esset præstantissimum omnium. Arist. de Xenophon. Zenon. & Gorg. c. 922.
 Deus est præstantior omni virtute. Arist. 2. magnorum, moral. cap. 6. char. 327.
 Deus partibus vacat. Alex. aphrod. in 11. metaph. vel 12. com. 34. c. 303. col. 2.
 Deus summus est vigor, lex, causa, norma, & huius mundi ordo, estque intellectus vere, perfecteque primus. Them. 12. metaph. c. 12.
 Deus est lex, ratio, & causa rectitudinis entium, atque eorum ordo, nec est lex, ut quæ in libris ponitur, sed lex viua, ut si animatam legem depingere posses. Them. 12. metaph. c. 16.
 Dei dispositio est simpliciter perfecta. Auer. in 5. metaph. tex. 10. com. 2. c. 62.
 Deus est vnus, & sapiens; & ideo antiqui trinitatem in Dei substantia existimauerunt dicentes, quod fuit Deus vnus, & trinus, & nescierunt euadere, quia cum substantia fuerit numerata, congregatum erit vnum per vnâ intentionem additam congregato. Auer. in 12. metaph. tex. 10. com. 39. ch. 151.
 Deum esse vnum, & habentem vitam est intelligendum idem esse in subiecto, & duo secundum modum: non quia significant idem omnibus modis, ut significant nomina synonyma, nec ut significant nomina, nec ut principale, & sumptum, quia sumptum significat idem quod principale, & magis. Auer. in 12. metaph. tex. 10. com. 39. ch. 151.
 Deo non est multiplicitas, nisi in intellectu differentia, non in esse. Auer. in 12. metaph. tex. 10. co. 39. c. 151.
 Deus gloriosus non est ex eis, quorum natura est esse in tempore. Auerroes ex destr. destr. disput. 1. chart. 13. col. 1.
 Deus gloriosus est actus purus, & non comparatur scientia eius scientiæ humanæ, & aliquo modo non intelligit aliud præter se, ex eo quod est scientia non passiva; & aliquo modo intelligit aliud præter se, ex eo quod ipsemet est scientia actiua. Auer. ex destr. destr. disput. 1. ch. 50. col. 2.
 Deo maxime sumus similes secundum intellectum, qui est incorruptibilis, & immutabilis. D. Thom. ethic. 9. l. 4. ch. 156. col. 3.
 Deus est suum esse, alia a Deo participant ipsum esse. Alex. de ales. 5. metaph. tex. 21. char. 150. col. 1.
 Dei existentia est essentia infinita, & esse eius est infinitum esse: quod infinitum, est ut infinitum in quanto; quia id est quantum infinitum, quod comprehendit

omnem gradum quanti; ergo infinitum in esse, est, quod apprehendit omnem gradum efficiendi. Alex. de ales. in 5. metaph. tex. 21. c. 150. col. 1.
 Deus est omnium finis, quia omnia inveniuntur suo modo esse, quod esse diuinum. Alex. de ales. in 5. metaph. tex. 21. ch. 150. col. 2.
 Deus est causa entis, & modorum entis, & cum contingens, & necessitas sint modi in rebus, non solum Deus est in causa contingentium, sed etiam necessitatis in entibus. Alexander de ales. in 5. metaph. text. 7. ch. 174. col. 4.
 Deus magis est mensura rerum, ut exemplar, quam ut causa agens, quia ideo mensura rerum est, quia res ipsum imitantur secundum gradum suum. Alex. de ales. in 10. metaph. tex. 8. ch. 282. col. 3.
 Dei actio, quæ est, & ut illi omnia presentia sunt.
Deus, & natura nihil frustra faciunt. Arist. pri. de cœlo, tex. 32. char. 253.
 Dei operatio est immortalitas, & hæc est vita sempiterna. Arist. 2. de cœlo, su. 2. cap. 2. tex. 17. c. 296.
 Deo nihil est contrarium. Arist. 1. metaph. su. 3. cap. 1. tex. 55. ch. 262.
 Dei operatio cum beatitudine excellat, contemplatiua est, & ex humanis felicissima, quæ huic maxime est cognata. Arist. 10. ethic. Nicom. cap. 8. c. 260.
 Dei actio, ut Deus est, est eorum, quibus prouidet, gratia esse. Alex. aphr. 2. nat. q. cap. 21. ch. 10.
 Deus duplici actione ornatus est: cognitionis vna, ut ait poeta *Θεὸς δὲ τὰ πάντα σάοι*, & prouisionis altera, ut ait poeta *θεὸς δὲ τῶν πάντων εὐφρ*. Ammon. in Porph. ch. 1. col. 2.
 Dicitur omnia sunt presentia, non præteritum, non futurum quidquam est. Ammon. in l. de inter. c. 74.
 Deus futurum definite cognoscit, & quia fit, ideo cognoscit. Mag. in l. de inter. q. 19.
 Deum cognoscere primo præterita, deinde presentia, posterius futura nemo dicere audeat, quia simul omnium horum est in ipso cognitio, & non prior, nec posterior. Simp. in 8. phy. c. 408. col. 2.
 Deum alium facere bonum, alium malum esse vilipendendi sunt huius opinionis auctores. Auer. in 3. metaph. tex. com. 15. c. 27.
 Dei actio emanat ex scientia. Auer. ex destr. destr. disput. 1. ch. 20. col. 3.
 Deus gloriosus vindictam facere dedignatur de eo, qui loquitur loquela vulgaris, & topicè de Deo glorioso abique scientia. Auer. ex destr. destr. disput. 3. c. 26. col. 2.
 Deus futura nouit, non ut ex necessitate euenientia, sed ut contingenter, ita ut etiam aliud fieri posse non ignoret, quod tamen fiat ex ipsorum hominum, & actuum ratione perciscat. Boet. in l. de inter. c. 371.
 Deus nunquam agit nisi tota potetia sua, cum sit sua potetia indiuisibiliter simplex, ut & sua essentia. Alber. mag. in 8. phy. tract. 1. cap. 1. ch. 88. col. 3.
 Deus, si operatur per generationem ex alia materia tantum, tunc virtus eius est proportionata nature, & natura est esse eius Dei: ergo virtus causæ, quæ est Deus excellens proportionat effectui suo, quod impossibile est, cum causa prima sit superior natura. Alb. mag. 8. phy. tr. 1. ca. 4. c. 90. c. 1.
 Deum sine materia operari necessarium est. Alb. mag. in 8. phy. tract. 1. cap. 4. c. 90. col. 1.
 Deus multa de absoluta potetia sua facere potest, quæ secundum ordinem nature fieri non possunt. Alber. mag. in 1. de cœlo, l. 6. ex tract. 3. c. 16. col. 1.
 Deus solus hanc operationem habet, quæ est inducere formas ad esse rerum. Alb. mag. de moti. ani. l. 1. tract. 1. cap. 2. c. 41. col. 2.
 Deus sublimis secundum seipsum actuum principium est. Alb. mag. de caus. & process. vniuers. a caus. l. lib. 2. tract. 4. cap. 9. ch. 225. col. 4.

Deus

Deus quod produxit, tam diuturnum produxit, quantum per intellectum ipsius determinatum est; nec est necesse, ut sit tam diuturnum, quantum ipse Deus. D. Thom. in pri. de cœlo, l. 6. tex. 20. c. 6. col. 3.
 Deus, & natura nihil facit frustra, quia Deus agit per intellectum, & agit propter finem; natura autem, cum sit secunda causa, agit, ut a Deo mota, ut a primo mouente. D. Thom. in pri. de cœlo, l. 8. tex. 32. c. 9. col. 2.
 Deus agit per suum esse, & non per aliquid superadditum: & esse suum non est distinctum a suo intelligere, nec a suo velle; vnde res produxit secundum velle, & intelligere suum. D. Thom. in pri. de cœlo, lect. 6. tex. 20. char. 6. col. 3.
 Deus cum sit agens per intellectum, quia ipse est artifex totius nature, perhibet totam naturam, & totam perfectionem nature per modum intellectus, ita ut in intellectu primo reluceat omnis perfectio secundariorum. Alex. de ales. in 5. metaph. te. 21. c. 150. c. 1.
 Deus, ut inferiora regit, cognoscit, & boni causa, & qui Deo carus est.
Deus in mundo est, quod in nauis gubernator, quod in curru agitator, quod in choro præceptor, quod in ciuitate, lex, & quod in exercitu dux. Aristotel. de mund. cap. 7. char. 835.
 Deus is, qui iniuriam patiuntur, presto adesse existimatur. Arist. rhetor. 2. char. 83.
 Deo charissimus esse videtur, qui ex intellectu operatur, hancque excollit, atque optime afficit. Aristotel. 10. Ethic. Nicom. cap. 8. char. 261.
 Dei humanarum rerum curam habent. Arist. 10. Ethic. nicom. cap. 8. char. 261.
 Deus in malorum curam habere fas non est. Arist. magnor. moral. 2. cap. 9. char. 345.
 Deus, iuxta Aristot. mentem, prouidentiam habet horum corruptibilium. Alex. Aphrod. in 1. meteor. cap. 2. com. 4. char. 3. col. 1.
 Dei auxilia precesque nostræ locum habent, si fatum nature seriem esse asseruerimus. Alex. Aphrod. in 2. de ani. cap. 58. char. 56. col. 4.
 Deus, si se in te legit esse formam omnium, simul proculdubio comprehendit ea, quorum rectitudinis principium est, & quorum est ordo, entia scilicet. Them. 12. metaph. c. 22.
 Deus omnium rerum inferiorum exempla, ac species in mente sua insitas habet. Ammon. in Porph. q. 9. col. 2.
 Deus, & si est facientium bonorum compos, non est tamē non faciendorum compos. Ammon. in predic. q. 90.
 Dii nec nostra ignorant, nec de illis incertam cognitionem habent. Ammon. in lib. de inter. quæst. 74.
 Dei cognoscunt contingentia, ut certa, & definita, cognitione præstantiore cognoscibili. Ammon. in lib. de inter. char. 76.
 Dii, & si cognoscunt ea, quæ ventura sunt, non tamen ideo sunt necessaria, sed in nostra sunt voluntate constituta. Ammon. in lib. de inter. quæst. 76.
 Deorum mens, ut quæ actu vno simplici cuncta intuetur, actum obtinet ipsi substantiæ conuertentem. Ammon. in lib. de inter. c. 136.
 Deus dirigit cuncta, ac natura vitur pro iure, & æquitate, prout illi placet. Simp. in 2. phy. c. 132. col. 1.
 Dei voluntas non quibusuis, sed is, quæ apta sunt, & habilia, bona elargitur, ac dispensat. Simplic. in 8. physic. char. 477. col. 1.
 Dei illuminationes alia aliter suscipiunt, secundum suæ substantiæ modos. Ioan. Gram. in 2. de anima. tex. 37. char. 45. colum. 4.
 Deus alia nobis exhibet absolute, nobis nihil efficientibus: alia laborem nostrum requirunt, in quibus positum nostrum, ac studium quasi vice causæ fungitur, ut sunt bona, quæ in nostra sunt potestate, ad quæ

consequenda, cum oē nostrū studium impenderimus, prosper a Deo successus requiritur; absolute enim, atque omnino nullum bonum est, quod a cōmuni omnium causa principium non habet. Eust. in 1. ethic. c. 6. c. 61.
 Deus intellectu maxime oblectatur, quia sibi cognatus est. Eust. siue Mich. Ephes. 10. ethic. cap. 8. char. 335.
 Deus solus, qui ad bonum dirigit, laudetur. Auer. pri. phy. expos. med. c. 200. col. 4.
 Deus scit numerum elementorum. Auer. 3. de cœlo, tex. 51. c. 99. col. 3.
 Deus scit omnia, secundum quod scit se tantum scientia in esse, quod est causa eorum esse. Auer. in 12. metaph. tex. co. 51. c. 158.
 Deus non disponitur per scientiam, quæ est in nobis, nec per ignorantiam, ut non disponitur illud, quod non est ignatum habere alterum. Auer. in 12. metaph. physic. tex. com. 51. c. 158.
 Deus gloriosus est ille, qui habet primam curam de nobis, & ipse est causa loci habitabilis super terram: & quidquid hic inuenitur de eo, quod est bonum perfectum, prouenit a voluntate, & intentione sua. Auer. epitom. metaph. tract. 4. char. 185. col. 3.
 Deus gloriosus illuminat oculos nostros scientiæ suæ lumine, & aufert a nobis velamina ignorantie: nam ipse est tribuens scientias. Auer. ex destr. destr. disput. 1. char. 12. col. 1.
 Deus est distributor bonorum speciebus, quæcunque specierum fuerint, & non dat vni indiuiduo, nec vni speciei, & prohibet reliquis, sed diuidit vniuersa bona inter ea secundum merita, & aptitudinem ipsorum. Auer. 9. ethic. cap. 4. c. 65. col. 3.
 Deus, qui intelligit, substantialiter intelligit. Boet. in lib. de interpret. char. 305.
 Deus sublimes naturas regit per naturales causas. Alber. mag. 3. meteor. trac. 13. cap. 32. 109. col. 2.
 Deus certissime cognoscit omnia, quæ fiunt in tempore, quæ tamen non necessaria, sed contingentia sunt. D. Tho. in perih. c. 15. col. 2.
 Deus nulli inuidet, quia in eo tristitia non cadit, nec bonum eius diminui potuit. Alexand. de Ales in prim. metaph. char. 10. col. 1.
 Deus omnia præuidet, & omnia cadit sub eius prouidentia, sed tamen non eueniunt necessario, nisi forte sit necessitas consequentis cum consequenti, sed euenient sicut præuisa sunt, præuisa autem possunt euenire non solum necessario, sed contingenter, ut in multis. Alex. de ales. in 6. metaph. tex. 7. c. 174. col. 4.
 Deus ut mensura magis apiciter res, secundum esse essentia, quam secundum esse existentia. Alex. de Ales in 10. metaph. tex. 8. c. 285. col. 2.
 Deo quæ insunt modo diuiso, & simplicissimo, intellectus noster accipit modo diuiso, formando propositionem & hoc per assimilationem ad illa, in quibus sunt modo diuiso. Alex. de ales in 12. metaph. te. 349. c. 35. c. 4.
 Deus semper intelligit essentiam suam. Alex. de Ales. in 12. metaph. tex. 50. c. 350. col. 2.
 Deus ut causa mundi, & ut ipsum precedit.
Deus numeratur hoc in loco ab Aristotele inter causas efficientes. Arist. phy. 2. cap. 1. tex. 73. char. 47.
 Deus est mundi non solum causa finalis, sed etiam causa efficiens. Simp. in 8. phy. tex. 8. char. 487. col. 2.
 Deus iuxta Aristotelis opinionem, non solum est causa finalis mundi, sed etiam effectiua. Simplic. in 1. de cœlo, tex. com. 90. char. 41. col. 2.
 Deum causam effectiuam mundi esse videtur ex hoc loco asserere, quia cum agere sit secundum qualitatem mutatio, Deus vere substantiæ ipsius vniuersi opifex est, manifestum est quod non proprie agere mundum dicitur, sed potius procreare, & custodire. Ioan. Gram. in

in 1. de generat. & corrupt. tex. 45. com. 107. char. 69.
 Deum gloriosum præcedere mundum verum est, vt cau-
 sa causatum. Auer. dest. dest. disput. 1. c. 13. col. 2.
 Deum curam habere circa omnia entia, ex hoc patet,
 quia cælum primum mouetur a primo motore se-
 cundum desiderium, vt assimilatur ei, secundum suum
 posse, vt amans mouetur, vt assimilatur suo amato.
 Alia corpora cælestia mouentur secundum deside-
 rium ad motum primi corporis; & ideo planetæ du-
 plicem motum habent, & ea, quæ sunt sub istis, mo-
 uentur mediantibus his motibus: generationem autem
 & corruptionem faciunt motus oppositi dupli-
 ces, continuationem vero vnus motus æternus.
 Auer. in 12. metaph. tex. com. 37. c. 150.
 Deum sollicitum esse circa vnumquodq; indiuiduum ali-
 quod aliter est verum, & aliquod aliter non est verum; quia
 nullum indiuiduum habet dispositionem propriam, nisi dis-
 positio illa inueniatur in aliquo alio illius speciei: sol-
 licitudo tamē tali modo circa indiuidua, quod nullus
 habeat communicationem cum eo, hoc non est fas boni-
 tati diuinæ. Auer. in 12. metaph. tex. com. 37. char. 150.
 Deus non præcedit mundum tempore, sed æternitate.
 Boet. in 5. consolationis philosophiæ. Alb. Mag. in 8.
 phy. tract. 1. cap. 1. char. 88. col. 2.
 Dei æternitas est indiuisibile nunc, ideo non quæri de-
 bet, cur Deus expectauit tantum facere mundum, vel
 quid fecit Deus in tanto spatio. Alb. Mag. in 8. phy. tract.
 1. cap. 1. char. 88. col. 3.
 Deus non præcessit mundum tempore, sed æternitate.
 Alb. Mag. in 8. phy. tract. 1. cap. 13. char. 93. col. 3.
 Dei mensura est æternitas. cæli tempus, ideo Deus est
 æternus, & cælum temporale. Alb. Mag. in 8. meta-
 phy. tract. 1. cap. 13. char. 93. col. 4.
 Deus propter seipsum voluit res, & tempus durationis
 earum incepisse postquam non fuerunt. D. Thom. in
 8. phy. l. 2. tex. 13. char. 121. col. 4.
 Dei sola simplex æternitas, quæ est omnino extra omne
 genus temporis, antequam mundum inciperet, erat.
 D. Tho. in 8. phy. l. 3. tex. 14. c. 122. col. 1.
 Deum non esse causam efficiendi mundi, sed tantum mo-
 tus mundi credidit Aristoteles. D. Thom. in 8. phy. l. 3.
 tex. 15. c. 122. col. 4.
 Deum, vt factorem cælestium corporum, ponit hic Ari-
 stoteles, non solum vt causa per modum finis. D. Tho.
 in 1. de cælo, l. 8. tex. 52. c. 9. col. 2.
 Deus si faceret alios mundos, vel similes huic faceret,
 vel dissimiles: non similes, quia frustra essent: si dissi-
 miles, nullus eorum comprehenderet in se omnem
 naturam corporis sensibilis, & ita nullus eorum esset
 perfectus. D. Tho. in 1. de cælo, l. 19. tex. 95. c. 20. c. 2.
 Deum causam esse substantiæ cæli, & motus eius sensit
 Aristoteles. D. Tho. 6. metaph. l. 1. tex. 2. char. 406.
 Deus produxit omne ens per modum artis, ergo habuit
 ideas, quia omnis artifex producit rem ad alicuius
 exemplar. Alex. de Ales. in 1. metaph. c. 29. col. 3.

Dei locus, potentia, & ut illi conuenit honor.

DEos honorare qui dubitat, vel parētes diligere, pœna
 indiget. Arist. topic. lib. 1. cap. 9. char. 402.
 Deo supremum locum omnes tribuunt. Arist. 1. de cælo,
 tex. 22. c. 252.
 Deus summo in loco ita est collocatus numinis, vt eius
 vis per vniuersum mundum pertinet, tum Solem,
 tum Lunam moueat, tum cælum omne circum agat,
 simulque causam præbeat eorum, quæ in terra sunt
 salutis, atque incolumitatis; nec illi, vt principibus
 mortalium, opus est alieno ministerio, sed formas rerum
 omnium circa difficultatem simplici que motu
 absoluit. Arist. de mundo, cap. 7. c. 829.
 Deus hæc sola re priuatur, vt facta minime infecta possit

reddere. Arist. 6. ethicor. Nicom. cap. 2. char. 141.
 Deus pro facultatum modulo nostrarum, sacrificia exi-
 stimat. Arist. moral. eud. 7. cap. 13. char. 438.
 Dei gratias dandi, & non dandi potentiam habent.
 Alex. Aphrod. de fato. cap. 19. c. 29.
 Deus Optimus Maximus comitem potestatem volun-
 tati habet; quod vult, potest, & quæ potest vult.
 Ammon. in prædic. c. 90.
 Deus cæcum illuminare potest. Ammo. in prædic. c. 105.
 Dij non habent coniecturalem potentiam. Ammon.
 1. de interpret. c. 75.
 Deum in cælo habitare omnes leges concedunt. Auer.
 phys. 8. tex. 84. c. 196. col. 3.
 Deo omnia possibilis esse impossibile est: nam impossi-
 bile est corruptibile esse perpetuum, & æternum, cor-
 ruptibile. Auer. epitom. metaph. 4. c. 181. col. 3.
 Dei operationes nunquam defecerunt, nec deficient.
 Auer. ex dest. dest. disput. 1. c. 18. col. 2.
 Deus dicitur infinitus à negatione finientis ipsum, &
 mensurantis extra infinitum, tamen ipse est finiens
 se, quia tantus est, quantus ipse se intelligit. Alb. mag.
 in 1. physic. ex tract. 3. cap. 4. c. 9. col. 4.
 Deum in cælis esse omnes gentes aiunt, quia vident ibi
 maiores effectus eius apparere. Alb. mag. in 8. phy. tract.
 4. cap. 6. char. 108. col. 1.
 Deus aliter est in cælo, aliter locatum in loco; non enim
 continetur Deus cælo, sed est in ipso, vt motor indi-
 uisibilis. Alb. mag. in 1. de cælo, tract. 1. c. 4. c. 6. col. 1.
 Deus solus secundum fidem nostram semper fuit, qui
 est omnino immobilis, nisi forte quis ipsum diuinum
 intelligere velit nominare motum, quod æquiuoce
 intelligeret; non enim de hoc motu Aristoteles in hoc
 octauo intelligit, sed de motu proprie dicto. D. Tho.
 in 8. phy. lib. 2. tex. 13. c. 121. col. 2.
 Deum esse cum dicimus extra mundum non ponimus
 aliquam dimensionem extra mundum; & cum dici-
 mus nihil fuisse ante mundum, non ponimus aliquam
 successiuam durationem ante mundum. D. Thom. in
 8. phy. lib. 2. tex. 13. char. 121. col. 4.
 Dei habitatio intelligitur esse secundum similitudinem,
 quia illud corpus magis adaptatur ad similitudinem
 spiritualium substantiarum: Deus enim non indiget
 loco corporali, à quo comprehendatur. D. Tho. in 1.
 de cælo, lib. 7. tex. 22. char. 7. col. 3.

Deus vt mouet, & est immobilis.

DEo motum sempiternum inesse necesse est. Arist. 2.
 de cælo. sum. 2. cap. 2. tex. 17. char. 296.
 Deus affectibus caret. Alexand. Aphrod. in prim. prior.
 cap. 1. char. 3. col. 4.
 Diis non est consultatio, nec electio, nec virtus, quæ ex
 electione consistit. Alexand. Aphrod. in lib. pri. prior.
 cap. 1. char. 3. col. 4.
 Deo glorioso non debet attribui, nec electio, nec volun-
 tas, quia voluntas est id, cui deficit volitum: Deo glo-
 rioso non deficit volitum: electio est nobiliū duorum
 electio: Deo nullum nobilium deest. Auer. ex destr.
 dest. disp. 3. char. 20. col. 3.

Dei nomina.

DEum vocant Ζηνς, & Πη inter se compositis vten-
 tes nominibus, tanquam his vocibus significare vo-
 lentes, per quæ viuimus. Is Chrono, idest Saturno, &
 Chrono, idest tempore ortus esse dicitur: nimirum
 ab æuo sempiterno, ad alterum æuum pertinens. Vo-
 catur & Fulgurator, & Altitonans, & Aetherius, &
 Fulminator, & Pluuuus; ab operibus, à quibus nomi-
 na sunt sumpta, & Frugipotens, Custos vrbium, Na-
 talitius, Septitius, Cortalis, Gentilitius, & Partius

a commu-

a communione, quæ diuino ipso numini cum iis re-
 bus intercedit, & Sodalitius, Amicitia præses, Hospi-
 talis, Castrensis, Trophæalis, Expiator, Sanguinarius,
 & Supplex, & Placabilis; denique Seruator, ac Asser-
 tor; & (vt simul omnia complectar) Cælestis, & Ter-
 renus; ab omni natura, & sorte nomen adeptus, vt qui
 omnium rerum auctor sit. Necessariumque ei tribui-
 tur, quia natura quædam sit immobilis, Fatum quoque
 dicitur a serie conferta inoffensaque; tenore proceden-
 te, & καρπένον appellatum. Quod alio nomine κερπένον
 ideo appellauerunt, quod ab eo omnia terminata
 sunt, & nihil est rerum in natura infinitum, & sortem
 a partitione rerum, & νέμωσι quasi potestatem diuinā
 eius, quod visum est cuique distributricem: ἀδραγειαν
 etiam quasi causam quædam natura comparatam, quā
 fallere nemo queat, aut vitare. αραυ denique dictum
 quasi semper existentē. Arist. de mundo, c. 837. cap. 7.

Dei attributa.

DEum si eum spectes, valentissimum cognosces; si de-
 corem, formosissimum; si vitam, immortalē; si vir-
 tutē, præstantissimum. Arist. de mundo, cap. 7. c. 832.
 Deus ita est præstantissimus, quia ipse quantum optime
 fieri potest, effectus est; nihilque ei, quo minus recte,
 & bene sese habeat, deest. Arist. de Xenophon, Zenon,
 & Gorgia. c. 925.
 Deos, quod ad nos referētes laudat, ridēdi videtur, dignita-
 tē scilicet eorum imminuunt. Arist. 1. ethic. cap. 12. c. 25.
 Deo non est virtus, quia præstantius quid virtute est.
 Arist. 7. ethic. nicom. cap. 1. char. 159.
 Deus semper una & simplici gaudet uoluptate, quia na-
 tura simplex est. Arist. ethic. nicom. cap. 14. c. 187.
 Diis parua, & indigna omnia sunt, quæ in actione con-
 sistunt. Arist. 10. ethic. nicom. cap. 8. char. 260.
 Diis beata vita tota est; hominibus vero quatenus simi-
 litudo quædam eiusdem operationis in ipsis est, & cœ-
 terorum animalium nullum est felix; non enim con-
 templatōnis est particeps. Aristotel. 10. ethic. nicom.
 cap. 8. char. 260.
 Deus, & si nullus indiget & sibi satis est, non ob hoc etiā
 nos nullo indigemus. Arist. 2. mag. mor. cap. 18. c. 362.
 Deus propter suam excellentiam nihil præter seipsum
 cogitat. Arist. moral. eudem. 7. cap. 15. char. 465.
 Diis homines, vt formas humanas at tribuunt, sic etiam
 uitas. Aristotel. politic. 1. cap. 1. char. 489.
 Diis proprie nemo est amicus. Aspas. 8. ethic. nicomac.
 capit. 70. char. 420.
 Deum uoluntatem habere non negant philosophi, sed
 non affirmant ei inesse uoluntatem humanam. Auer.
 ex destr. dest. disput. 11. char. 47. col. 3.
 Deus gloriosus scit scientia non determinante dimi-
 nutionem, quam nemo apprehendit nisi ipse, & non scit
 scientia humana. Auer. ex destr. dest. disp. 11. c. 48. c. 2.
 Deo ideo tribuitur visus, & auditus, quia vulgus intelli-
 gat nihil deficere ei ex speciebus scientiarum, & do-
 cetrinæ, & non intelligeret hoc vulgus alia via. Auer.
 ex destr. dest. disput. 12. c. 49. col. 2.
 Deus non est bonus, ut homo: sed supergreditur genus
 naturæ bonitatis, quæ est homini. Auer. 7. ethicor.
 cap. 1. char. 46. col. 4.
 Deo solo conuenit sufficientia simpliciter. Albert. mag.
 ethic. 1. tract. 6. cap. 3. char. 16. col. 1.
 Deo idem est intelligibile, & intellectus; ideo in ipso
 non est passio. Alexand. de ales. in 12. metaphys. tex.
 39. char. 345. col. 1.
 Dei attributa sunt in Deo secundum Auerroem ex con-
 sideratione intellectus nostri, qui intellectus noster
 format propositiones in Deo propter assimilationem
 ad aliqua alia. Alexand. de Ales. in 12. metaphysic.
 tex. 39. c. 345. col. 4.

Dei uaria antiquorum opiniones.

DEos plures esse sine ratione aliqua dicebāt Antiqui.
 Arist. 2. de cælo, sum. 1. cap. 3. tex. 6. char. 292.
 Dijs omnia plena esse, opinatus est Thales. Aristot. 1. de
 anima, sum. 2. cap. 3. tex. 86. char. 611.
 Dei optimi cognitionem omnium parentis, & condito-
 ris aperit nobis diuinus Aristoteles a posterioribus, cū
 vniuersaliter hoc fieri non posset docens, vt faber gra-
 rius est causa, vt res, & globus vnus sint; sic facultatē
 vnitricem ipsius, ac effectricem causam esse rerum om-
 nium, vt sic se habeant, vt se se habent, Alex. Aphrod.
 in 7. metaph. vel 8. co. 14. char. 229. col. 2.
 Deorum natalem diem instituire Antiqui, vt homines
 simul conuenirent & epularentur, vt facilius huma-
 niores fierent homines, Alex. Aphrod. in 11. metaph.
 vel 12. co. 36. c. 303. col. 1.
 Deos humana forma constare non inutiliter confictum
 est, vt homines a mutuis vulneribus deterreantur,
 quod hominem lædere, est diuinam formam lædere,
 ac iniuria afficere. Alex. Aphrod. in 11. metaphysic. vel
 12. co. 36. char. 303. col. 1.
 Deus assumitur in definitionem diuinorum, natura-
 lium natura, voluntariorum voluntas. Auer. in 6.
 metaph. sum. 1. tex. co. 2. c. 69.
 Dei secundū Antiquos, alij cælestes, terrestres alij, & ter-
 tium genus est hominū cælestiū deorum habentiam
 in veritatis cognitione pietatis culturam, & iustitiæ
 amorē. quartū vero genus infernaliū deorum quidam
 cōiunxerūt. Alb. mag. in 3. metaph. tr. 2. c. 10. c. 81. c. 1.
 Deos Antiqui magnos viros appellabant: D. Thom. po-
 litic. 1. lect. 4. c. 7. col. 1.

Deum non esse, qui opinati sunt.

DEos non esse, Hipones, & Diagoras existimarunt.
 Simp. in 1. de cælo, tex. 22. co. 26. c. 18. col. 4.

Deum non esse metaphysices, subiectum.

DEus si esset subiectum metaphysices, passionēs, in
 hac scientia quæ sunt, essent Dei proprietates, vel
 partes, quod est falsum, ergo nec Deus est subiectum.
 Alex. de Ales. in 1. metaph. c. 10. col. 1.
 Dexippus Iamblicus discipulus prædicamenta exposuit,
 soluendo Plotini dubitationes. Simp. in prædic. c. 1.
 Dextrum, & sinistrum quo ad nos sunt positione; quod
 enim nunc est dextrum, erit postea sinistrum. Aristot.
 phy. 4. sum. 1. cap. 1. tex. 4. char. 78.
 Dextrum, & sinistrum tantum potentia differunt, ante,
 retro, sursum, & deorsum, & potentia, & figura.
 Arist. de cælo, sum. 2. tex. 11. char. 294.
 Dextrum vniuersumque dicimus, vnde principium est
 eius, qui secundum locum sit, motus. Arist. 2. de cælo,
 sum. 2. tex. 15. c. 295.
 Dextrum est principium latitudinis, & est motus, qui
 fit secundum locum. Aristot. 2. de cælo, sum. 2. cap. 1.
 tex. 8. c. 193.
 Dextrum, & sinistrum in homine constat ex iisdem fere
 partibus, sed sinistra omnia sunt imbecilliora. Arist. de
 histor. animal. 1. cap. 15. char. 25.
 Dextera parte omnia animalia efficaciora suapte natura
 sunt. Arist. de parti. anim. 4. cap. 8. char. 326.
 Dextrum vniuersumque est vnde est initium: eius autem op-
 positum est sinistrum. Arist. de ani. inces. cap. 9. c. 563.
 Dextrum initium esse motus indicium est, quod omnes,
 qui pondus ferunt, in sinistris ferunt, cum absolutum
 sit ipsum mouens. Ideoque qui subsultum vno mo-
 uentur pede, facilius id in sinistro faciunt, mouere
 etenim natum est dextrum, moueri autem sinistrum.
 Arist. de ani. inces. cap. 4. char. 563.

Dextrum

Dextrum esse motus initium, signum est ipsæ pedū pro-
 rectiones. omnes enim, quæ sinistra sunt, proiciunt.
 Stantes quin etiã sinistra protendunt magis, nisi quid
 aliter forte contingat: non enim a proiecta mouentur
 parte, sed ab ea, quæ est abducta; eoque etiam modo
 dextra tuerent. Arist. de an. in cef. cap. 4. e. 564.

Dextera pars cur sanabilior est sinistra? quoniam per
 exercitationem amplio rem, materiæ compefcuntur,
 reddunturque sanitati opportuniores. Alex. Aphrod.
 problem. 2. 132. char. 774.

Dextrum in celo est pars Orientalis, Occidentalis fini-
 strum. Simpl. in 2. de celo, tex. 14. co. 7. c. 59. col. 1.

Dexter pes semper præponitur ex potentia reperta in eo
 sibi propria, & sinister semper postponitur. Auer. ex
 dest. dest. disput. 15. char. 52. col. 3.

Dextrum, & sinistrum accipiuntur in celo secundum
 esse partium celi per comparationem ad plagæ mun-
 di situm, & ita quod est dextrum secundum esse, non
 potest effici sinistrum secundum esse, sed per compa-
 rationem ad plagam, & mundi situm. Alber. magn. in
 2. de celo, trac. 1. cap. 5. char. 26. col. 1.

Dextera pars est, in qua est abundantia caloris propter
 duo; quia cordis ventriculus maior aperitur contra
 dextrum, & exuffat in dextrum quasi recto diametro
 sanguinem, & spiritum influens. secunda autem causa
 est hepatis propinquitas. Alb. mag. de mot. anim. lib. 2.
 tract. 1. cap. 2. char. 45. col. 4.

Dextrum, & sinistrum in celo propter stabilitatem po-
 lorum determinatum est; non secundum hanc, ve l il-
 lam regionem, sed per comparationem ad polos mo-
 biles celi. D. Tho. in 2. de celo. l. 3. tex. 16. c. 33. col. 1.

Diacodos lapis pallidus est, phantasmata excitat, mor-
 tuo alligatus vites amittit. Alber. magn. de miner. l. 2.
 cap. 4. char. 139. col. 4.

Diaconides lapis à capite draconis extractus venenum
 fugat, & victores dicunt efficere. Albert. mag. in 2. de
 miner. ex tract. 2. cap. 4. char. 140. col. 1.

*Dialectica quot dicitur modis, & de ea
 antiquorum opiniones.*

Dialectica Aristotelis à dialectica Platonis, dif-
 fert, quia Aristoteles probabilitatem quinque se-
 quitur modis: Plato quatuor, diuisione, definitione,
 demonstratione, & resolutione. Ammo. in Por. c. 2. c. 2.

Dialecticæ partes tres sunt. In prima notificantur ser-
 mones, ex quibus componuntur dialecticæ orationes,
 earumque partes, & partium partes: & hoc explicat
 Arist. in pri. hb. In secunda notificantur loca, ex quibus
 syllogismi comparantur ad affirmandum, vel de-
 stituendum aliquam rem in omnibus generibus quæ-
 sitorum, quæ sunt in hac arte, & hoc in sex libris ex-
 plicatur. In tertia exponitur, quomodo debeat inter-
 rogans interrogare, & respondens respondere: & quot
 modis possit fieri rñsio, & interrogatio, & hoc in octa-
 uo libro traditum est. Auer. in top. lib. 1. cap. 1. c. 255.

Dialecticis rebus dupliciter utimur: vel vt instrumen-
 tum, & est magis proprium: vel quasi fundamētis po-
 sitis eo modo secundum quem aliqua ars utitur eis,
 quæ declarata sunt in alia. Auer. 8. phy. tex. 70. c. 188.

Dialectica duobus modis vtitur; primo, vt est instru-
 mentum, & sic vtitur in alijs scientiis: alio modo, vt
 accipit illud, quod declaratum est in ea. Auer. in 7.
 metaph. sum. 1. tex. com. 2. char. 72.

Dialectica a Platone dicitur, quæ vnum in plura partiri
 facultas potest, & multa in vnum genus colligere.
 Boet. in Topic. Cicer. lib. 1. char. 760.

Dialectica duplex: vtens, & docens, docens habet subie-
 ctum determinatum, & determinatas passiones, vtens
 autem non est generis subiecti alicuius determinati.
 Alb. mag. in post. c. 186. col. 2.

Dialectica consideratur, vt est docens, & vt est vtens. Vt
 docet, ostendit modum procedendi ad conclusiones
 in singulis scientijs probabiliter ostendendas, & hoc
 demonstratue facit, & secundum hoc est sciētia. Vtēs
 est, vt modo adiuncto vtitur ad concludendum ali-
 quid probabiliter in singulis scientijs, & sic recedit a
 modo scientiæ. D. Tho. 4. metaph. l. 4. tex. 5. c. 197.

Dialectica duobus modis considerari potest: primo vt
 est docens, & sic dici potest scientia: secundo vt est
 vtens, & sic non est scientia. Ale. de ales in 4. metaph.
 tex. 5. ch. 81. colum. 1.

Dialecticæ vsus duplex: vnus, vt ipsa vtitur quibusdam
 regulis communibus circa alias scientias: alio mo-
 do, vt aliæ scientiæ vtuntur modo tradito a dialectico
 discurrendo a principijs ad conclusionem. Alexan. de
 ales in 4. metaph. tex. 5. c. 81. col. 1.

Dialectices ignorantia Veteres in multis errores inci-
 disse, testatur Arist. in multis locis. Dan. Barb. prim.
 rhetor. cap. 6. ch. 8.

Dialectica quid est, eius finis, & cur sic dicitur.

Dialectica interrogatiua est, verumtamen prima, pe-
 culiariaq; principia non interrogat: nã si nõ daret,
 nõ haberet ex qbus amplius disputaret ad instantiã. &
 huiuscemodi est tētatiua, quæ talis est, qualis non sciēs
 aliquis habere potest. Arist. elenc. lib. 1. cap. 11. 598.

Dialectica est via, & ratio syllogistica. Alex. Aphrod. in
 1. Topic. cap. 1. char. 1. col. 1.

Dialectica est via, & ratio de omni re proposita proba-
 biliter differendi. Alexand. Aphrod. in 1. Topicor.
 cap. 1. char. 1. col. 2.

Dialectica propositio est repugnantis interrogatio. Alex-
 and. Aphrod. in 1. Topic. cap. 3. char. 6. col. 1.

Dialectica argumentatio difficilis est, quæ propositiones
 ita probabiles habet, vt conclusio: & quæ propositio-
 nes similes inter se, conclusioni verò dissimiles habet.
 Alex. aphrod. in l. elenc. char. 114.

Dialectica ideo dicitur ratiocinatio, quòd in cætu ho-
 minum, quotidianoque sermone, & colloquio, dum
 inter sese disceptant homines recepta est, & prima. Io.
 gram. in prim. prior. char. 2. colum. 2.

Dialectica sola ratiocinatio ad vsum, ac cætum homi-
 num plurimùm confert. Ioan. Gram. in prim. prior.
 char. 7. colum. 3.

Dialectica oratio est contradictionis interrogatio. Ioan.
 Gram. in 1. prior. cap. 1. char. 5. col. 3.

Dialectica non intendit per inquisitionem finem deter-
 minatum alium, præter victoriã ipsam. Auer. in post.
 lib. 1. cap. 12. tex. 85. char. 155.

Dialectici vt plurimum sunt, qui de re, vtum sit, vel
 non sit, inquirunt: sed vtum genus, vel proprium, &
 definitio sit, raro. Auer. in 4. Topic. cap. 1. char. 282.

Dialectici sermones veri sunt, qui componuntur ex acci-
 dentibus vniuersalibus, nõ propriis. Auer. 8. phy. tex.
 20. char. 188. colum. 3.

Dialectica dicitur tentatiua, quia tentare proprie est ex
 extraneis principijs procedere. D. Thom. 4. metaph.
 lect. 4. tex. 5. char. 197.

*Dialectica quibus vtitur argumentis, & quid
 ei necessarium sit.*

Dialecticarum disputationum species sunt duæ; syl-
 logismus, & inductio. Aristot. topic. lib. 1. cap. 10.
 char. 402.

Dialectica per syllogismum, & inductionem fidem facit.
 Aristotel. rhetor. prim. char. 10.

Dialecticus, & plebei sæpe eodem modo argumētantur,
 sed differunt: nam dialecticus nouit interrogationis
 modos, & scit, quomodo adducat in repugnantia; ple-
 bei

bei autem artis expertes interrogationes faciūt. Alex-
 and. Aphrod. in lib. elenc. c. 56.

Dialectices facultatis duo sunt instrumenta; syllogis-
 mus, & inductio. Alexand. Aphrod. in 1. Topicor.
 cap. 10. char. 14. col. 4.

Dialecticus de interrogatione quandam experientiam,
 ac artem habere debet. Alexand. Aphrod. in 8. phyfi.
 cap. 1. char. 89. col. 2.

Dialectici syllogismo, & inductione agunt. Them. in
 1. post. cap. 1. char. 1. col. 2.

Dialecticis, quibus non est cura orationis lepor, nihil
 differt, quo ordine verba, vel nomina posita sint,
 modo particula negatiua eidem addita sit. Boet. in
 lib. de interpret. char. 413.

Dialecticus procedendi modus in vna scientia sufficiens
 est post demonstrationem in alia. D. Thom. in 1. de
 celo, lect. 1. tex. 1. char. 2. col. 2.

*Dialecticæ quid proprium, vtile, & quo in libro de
 ea tractat Aristoteles.*

Dialectica non est determinatorum quorundam nec
 generis alicuius vnus, nõ enim interrogaret. Arist.
 post. lib. 1. cap. 8. tex. 27. char. 315.

Dialectica utilis est ad tria, ad exercitationes, ad collo-
 quia, & ad eas disciplinas, quæ secundum philoso-
 phiam sunt. Ad exercitationes, quia methodum ha-
 bentes facile de proposito argumentabimur. Ad collo-
 quia vero, quia multorum annuerantes opinio-
 nes, nõ ex extraneis, sed ex propriis doctrinis sermo-
 cinabimur ad eas transmutantes, quæ nobis dicere
 bene non videntur. Ad disciplinas, quia potentes ad
 vtraq; dubitare facile in singulis intuebimur verum,
 & falsum. Præterea autem, & ad principia, quia de ip-
 sis per singula probabilia necesse est de illis transige-
 re. Arist. Topic. 1. cap. 2. char. 390.

Dialecticis omnino vitanda est ad nomen disputatio, ni-
 si aliter non possit de proposito differere. Arist. Top.
 lib. 1. cap. 14. char. 410.

Dialectici est posse sumere propter quæcunque sit per
 communia, vel quæ est redargutio, vel quæ apparet
 redargutio, vel dialectica, vel apprensus dialectica, vel
 tentatiua. Arist. elenc. lib. 1. cap. 8. char. 593.

Dialectici experimentum est postulare, an res sit, vel
 non, non autem demonstrantis. Aristot. elenc. lib. 1.
 cap. 10. char. 595.

Dialectici proprium est dubitare. Alex. & Eustrat. in 2.
 post. char. 22. col. 1. Idem Ioan. Gram. in 2. post.
 cap. 3. char. 58. col. 4.

Dialecticæ proprium est de omnibus propositis ratio-
 cinari ex probabilibus syllogismis. Alex. Aphrod. in
 1. Topic. cap. 1. char. 1. col. 3.

Dialectica utilis est ad tria, ad exercitationes, ad collo-
 quia, & ad philosophiæ scientiam. Alexan. Aphrod. in
 1. Topic. cap. 2. char. 5. col. 1.

Dialecticus pauca probat, multa tollit. Alex. Aphrod. in
 2. Topic. cap. 1. char. 20. col. 1.

Dialectici proprium est ordinare in certos locos pro-
 pria. Alex. Aphrod. in 8. Topic. cap. 1. char. 89. col. 4.

Dialectica ratiocinatio, alia ad differendum valet, alia
 experiendi gratia comparata est; & differunt, quia hæc
 non est probabilis, vt prima, sed ex probabilibus, quæ
 cum disputantur, videntur probabilia. Alex. Aphrod.
 in lib. elenc. char. 10.

Dialecticus profitetur nescire, quæ rogat; sophista scire,
 & nihil esse, quod incognitum putet, profitetur.
 Alex. Aphrod. in lib. elenc. char. 117.

Dialectici munus est indicium veritatis indagare, & ex-
 hibere. Simpl. in prædicam. char. 96.

Dialectica non tantum veram rerum cognitionem, sed
 apparentem tantum, ac fucatam præ se fert. Simplic.

in 1. de anima, tex. 11. char. 3. col. 3.
Dialecticam argumentationem docet Arist. in topicis.
 Ioan. Gram. in 1. prior. char. 2. col. 3.

Dialectica propositio vtramque partem contradictio-
 nis interrogat. Ioan. Grammat. in prim. post. cap. 2.
 char. 7. col. 1.

Dialectici proprium est dubitare. Ioan. gram. in 2. post.
 cap. 3. char. 58. col. 4.

Dialecticus solam causam formalem considerat, & eam
 non vt causam, sed vt rem declarat. Io. gram. in prim.
 de ani. tex. 16. c. 11. col. 1.

Dialecticæ proprium est, vt nulli inducat, sed quæ a dif-
 ferente dicta sunt, refellat. Mag. in prior. c. 7. col. 3.

Dialectica non habet subiectum appropriatum. Auer.
 in post. lib. pri. cap. 12. tex. 85. char. 155.

Dialectica considerat ens, vt rous modo contigerit, ex
 parte, qua ipsa considerat de entibus per modum proba-
 bilitatis; probabilitas autem consequitur ens ab-
 solutum, vt ens contractum, & ipsa considerat de om-
 nibus subiectis artium demonstratiuarum particula-
 rium, & vniuersalis ipsarum, quæ est ars Iudicij, id est,
 Metaphysica. Auer. in post. l. 1. cap. 12. te. 85. c. 155.

Dialectica utilis est ad refellendas deceptiones sophista-
 rum circa prima principia scientiarum, Auer. in topic.
 lib. prim. cap. 2. char. 256.

Dialectica interrogatio optionem affirmandi, vel negan-
 di respondentem dat. Boet. in lib. de inter. c. 261.

Dialecticus obuians, aliquando inducit formam, & ha-
 bitum sophistici; præcipue in cautelis, quæuis hoc non
 faciat deceptionis causa. Alb. mag. in top. c. 272. col. 1.

Dialecticus non loquitur de re, nisi vt signari potest per
 ea, quæ sunt in ipsa prædicatione substantiali, vel acci-
 dentali, quæ est substantia composita. Alber. mag. in
 pri. de gener. & corrup. tract. 1. cap. 24. c. 63. col. 1.

Dialecticus solas considerat formas intentionum com-
 munes. Alb. mag. in pri. de ani. trac. 1. cap. 8. c. 3. col. 4.

Dialectica est inuenta ad regulandum dicursum intel-
 lectus, & rationis; ideo quædam secundæ intentionis
 inuentæ sunt ad regulandum dicursum, de quibus
 proprie est logica. Alexand. de Ales in 4. metaphysic.
 text. 5. char. 81. col. 1.

Dialectica proprie est de secundis intentionibus, siue de
 dicursu regula to per istas intentiones. Alex. de Ales
 in 4. metaph. tex. 5. c. 81. col. 1.

Dialectica procedit per quædam extrinseca, ideo tenta-
 tiua dicitur: metaphysica verò per intrinseca, ideo
 sciens dicitur, & scire faciens. Alex. de ales in 4. meta-
 phyfi. tex. 5. c. 81. col. 1.

Dialectica quantum ad partem probabilem, ad ipsam
 pertinet illius vsus: quantum ad demonstratiuam non
 ad ipsam eius vsus pertinet, sed ad Metaphysicam.
 Alex. de Ales in 4. metaph. tex. 6. char. 81. col. 3.

*Dialectica quid commune habet cum oratore, demonstra-
 tore, tentatore, & primo Philosopho.*

Dialectica, & tentatiua secundum se est inueniendi
 facultas quædam ratiocinatiua de proposito ex iis,
 quæ sunt q̄ probabilissima. Arist. elenc. l. 2. c. 8. ch. 633.

Dialecticus, & Sophista subindunt eandem figuram cū
 philosopho, quia de omnibus disputant. nam circa
 idem genus versatur sophistica, & dialectica, & meta-
 physica: sed a dialectica differt modo potestatis, a so-
 phistica vitæ electione: dialectica enim est tentatiua
 de iis, de quibus philosophia est sciens: sophistica verò
 apprensus. Aristotel. 4. metaphysic. ex sum. prim. cap.
 2. text. 6. char. 63.

Dialectica entia, & sophistica sunt de his, quæ accidunt
 quidem entibus, non autem, vt entia, nec circa ens, vt
 ens. Arist. 11. metaph. ex su. 2. cap. 1. char. 221.

Dialecticus, & rhetor eodem modo habent propositam
 contra-

contrariorum demonstrationem. Alexan. Aphrod. in pri. topic. cap. 1. tex. 1. col. 3.

Dialecticus ab iisdem locis, & construere, & destruere conatur, quibus, & demonstrator, quo ad abundantiam propositionum. Alexan. Aphrod. in 8. Topicor. cap. 1. char. 89. col. 4.

Dialectica similis est primæ philosophiæ, quia de iisdem rebus edisserit probabiliter, tamen non scienter. Alexan. Aphrod. in 4. metaphys. vel secundum Latin. 5. co. 1. char. 125. col. 2.

Dialectica, & sapientia eodem modo vtuntur proloquiis, sed in hoc differunt, quod dialectica ex probabilibus ratiocinatur, sapientia ex necessariis. Them. in 1. poster. cap. 24. char. 5. col. 3.

Dialecticus a demonstratore differt, quia dialecticus & vera & falsa sumit; demonstrator autem vera tantum sumit, & hæc differentia a natura rei sumpta est; a consuetudine autem dialecticus totam contradictionem interrogat, demonstrator autem veram tantum partem sumit. Ioan. Gram. in 1. prior. cap. 1. char. 5. col. 3.

Dialectica omnes scientias ingreditur, & omnes sibi vsui esse postulat, cui rhetorica est maxime similis. Io. gra. in phy. char. 3. col. 1.

Dialecticos sermones Arist. semper demonstratiuis præponit. Auer. phy. 4. tex. 3. c. 57. col. 2.

Dialecticus, & orator in omni argumentorum natura versatur, ac illis illa sunt subiecta argumenta, quæ circa probabile, & necessarium, & circa probabile, & nõ necessarium versantur. Boet. de diff. top. libr. 1. c. 862.

Dialectica responsione, & interrogatione constructa est; rhetorica rem perpetua oratione percurrit. Boet. de diff. top. libr. 1. char. 880.

Dialectici sumunt argenta a genere, id est ipsa generis naturæ: rhetores a genere argumeta sumunt: quod genus est illius causæ, de qua agit. Boet. de diff. top. c. 886.

Dialecticus a rhetore differt, vel in materia, vel in vsu, vel in fine: in materia, quia rhetor hypothesim, dialecticus thesim sumit: in vsu, quia rhetor continua oratione, & enthematibus vtitur, dialecticus interrogatione, & syllogismo: in fine, quia ille iudici persuadere conatur, hic quod vult, ab aduersario extorquere conatur. Boet. de defi. top. libr. 4. char. 880.

Dialectica, & prima philosophia sæpe sunt circa eadem, & de eisdem tractantes; sed dialectica inquisitiua est, & ideo facit interrogationem per inesse, vt accidens, vel inesse, vt prædicatum substantiale non conuertibile: vel inesse, vt prædicatum conuertibile, ad quod consequitur idem; & ideo non inquit de natura talium prædicatorum, sed potius quid cui inest secundum talium prædicatorum rationes: & ideo ex probabilibus oportet dialecticū procedere, sed prima philosophia querit per ea quæ essentialia sunt ipsis naturis istorū. Alb. mag. in 3. metaph. tract. 3. cap. 6. ch. 84. c. 4.

Dialecticus interrogat, & de præmissis, & de conclusione: demonstrator autem de conclusione tantum interrogat. D. Tho. in poster. char. 53. col. 1.

Dialectica, ut ad problemata pertinet.

Dialecticam omnem disputationem esse ex problematibus vel ex termino, proprio, genere, aut accidente factam apparet. Necessè enim est, vt quod prædicatur de aliquo, aut conuersim fiat, aut non: si conuersim est, vt definitio vel proprium: nam si significat quid est esse est terminus, si non est proprium: si non conuersim prædicatur, aut de iis, quæ in definitione subiecti dicuntur, est, & est genus aut differentia: aut non, & est accidens. Arist. top. 1. cap. 7. char. 397.

Dialecticum problema est quæsitum, vel ad electionem, & fugam, vel ad veritatem, & cognitionem, vel vt ad nunculum ad aliquod horum. Alexan. aphrod. in 1.

topic. cap. 4. char. 12. col. 4.

Dialectica problemata sunt etiam ea, de quibus non habemus aliquam rationem, & syllogismum, vtum sic se habeant, vel non, cum sint magna, & cognitione digna. Alex. Aphrod. in 1. top. cap. 9. c. 13. col. 3.

Dialectica pblemata quatuor sūt: generica, specifica, definitiua, & p accidēs. Io. Gra. in 2. post. c. 14. c. 70. c. 1.

Dialecticum problema est, cuius veritas non est nota per se secundum probabilitatem, seu apparentiam, sed de eo potest haberi aliqua dubitatio in ipsa probabilitate. Auer. in top. lib. 1. cap. 9. char. 260.

Diameter cur uocatur linea de angulo in angulum ducta sola ex omnibus, quæ figuras rectas constantes lineis bipartito secant: quia diameter vt nomen significat, duas in partes figuram æque dimetiendo digerit, nihil destruens, quod ad mensurandum subiacet. Arist. probl. sect. 15. q. 1. char. 488.

Diameter appellatur linea, quia sola bipartito figuram diuidit, vel quia sola figuram secat per partes, siue membra, quibus inflexa coarctatur, cum cætera per latera diuidant. Arist. probl. sect. 15. q. 2. c. 488.

Diametri tres tantum se se secare possunt ad angulos rectos duo super planum, tertius secundum profunditatem. Alb. mag. in 1. de celo, tract. 1. cap. 2. ch. 1. col. 3.

Diameter cœli non potest additionem accipere, non vt linea recta, sed vt in illa materia. D. Tho. in 1. de celo, lib. 4. tex. 13. char. 4. col. 3.

Diameter, & costa incomensurabiles sunt, quia eorum qualitates non se habent, ut numerus ad numerum. Alex. de Ales in 1. metaph. c. 11. col. 1.

Diamon est lapis coloris iridis, & confert febricitantibus, tutum, & victorem reddit, & venena pellit. Alb. mag. in 2. de miner. ex trac. 2. cap. 4. char. 139. col. 4.

Dianæ facellum inter Picentinos consistere aiunt, in quo antiqui operis æneus torques in Dææ sinibus adiacet, cuius epigramma est, Diomedes Dianæ. sed hunc collo cerui circumpositum fabulantur, & ab Agathocle Siculorum rege compertum, & in Iouis delubrum appositum. Arist. de admir. aud. c. 862.

Diapason consonantiam dicimus non ratione numeri diaocto, vt diateffaron, vt diapente, q̄ priscis nõ pluribus vti neruis, q̄ fuit in morè: deinde Terpander tertia exēpta, netem adiūxit, ac eius tēporibus diapason hæc appellata est cōsonātia, non diaocto, quippe q̄ septē, nõ octo cōstaret. Arist. probl. sec. 19. q. 3. 2. ch. 518.

Diaphanum est, quod per se ipsum aliquando non est illustratum, aliquando illustratum illustrantis præsentia, & hoc est, quod actu diaphanum est; diaphanum autem potentia est, antequam lumen suscipiat. Simp. in 2. de anim. tex. 65. char. 36. col. 2.

Diaphanum, quod est ex partibus eius non luminosum per se, nec recipiēs lumen, habet naturam communē naturæ aeris, & aque. Auer. 2. de celo, tex. 32. c. 54. c. 3.

Diaphanus lapis grauis est, tamen rarus. Auer. 3. de celo, sum. 1. tex. 10. c. 84. col. 1.

Diaphanum non potest recipere colores, nisi prius secundum actum lucidi sit dispositus. Albert. magn. in poster. c. 172. col. 3.

Diaphaneitatis dispositio non est propria, nec aquæ, nec aeris, nec ignis: sed hæc elementa habent eam ex conuenientia communi cum celo. Alb. mag. in 2. de celo, tract. 1. cap. 2. char. 23. col. 4.

Diaphanum, quod est in coloribus quibusdam, est in eis ex conuenientia cum perpetuo superioris corpore, & in omnibus fere est secundum magis, & minus. Alb. mag. de sen. & sen. tract. 2. cap. 5. c. 12. col. 2.

Diaphanum in corporibus inferioribus est eiusdem naturæ differens solum secundum magis, & minus. D. Tho. in 3. meteor. ex digress. de colorib. 1.6. c. 195.

Diaphanum est, quod non habet proprium colorem, vt secundum ipsum videri possit, sed est susceptiuum extranei

coloris, secundum quem aliquo modo est visibilis. D. Thom. in 2. de ani. libr. 14. tex. 68. c. 34. col. 3.

Diaphanum esse est commune aeri, aquæ, & corpori celesti. D. Thom. in 2. de ani. li. 14. tex. 69. c. 34. col. 4.

Diaphani illuminatio vt fiat, nihil aliud requiritur, nisi directa oppositio absque obstaculo medio corporis illuminantis ad illuminabile. D. Thom. in 2. de anima. libr. 14. tex. 70. char. 35. col. 1.

Dicitur, ab Aristotele vsurpatur in his, quæ secundum aliorum opinionem assert: est autem, in his, quæ secundum suam asserit opinionem. Ammo. in præd. c. 34.

Dici aliquid de multis secundum rationem contingit dupliciter: vno modo secundum rationes diuersas non habentes respectum ad vnum, & hæc sunt æquiouoca: alio modo non secundum rationes diuersas totaliter, sed aliquo modo conuenienter, vt quia referuntur ad vnum principium, vel ad vnum finem, vel secundum proportionem ad vnum subiectum. D. Thom. ethico. prim. lect. 7. char. 8. col. 4.

Dici de alio duobus modis contingit: primo absolute, & ad hoc sufficit habitu, & cōnexio terminorum: alio modo secundum realem existentiam, cum subiecto inest prædicatum existenti in rerum natura. Thomas de Vio in prædicamen. ch. 44. col. 2.

Distamnus est herba communis calida, & sicca. Albert. mag. de veget. lib. 6. tract. 2. cap. 5. c. 165. col. 1.

Dictiones aliæ dicuntur secundum complexionem, vt homo currit: aliæ sine complexionem, vt homo. Arist. prædicam. tract. 1. cap. 2. char. 57.

Dictionis loci sex sunt: æquiouocatio, amphibologia, compositio, diuisio, accentus, & figura dictionis. Aristote. elench. libr. 1. cap. 3. char. 577.

Dictionis locus primus est ab æquiouocatione, vt quod discunt scientes; nam ea, quæ memoriæ prodita sunt, discunt grammatici: discere enim æquiouocum est ad intelligere eum, qui vtitur disciplina, & ad accipere disciplinam. Arist. elench. libr. 1. cap. 3. ch. 577.

Dictionis locus secundus est ab amphibologia, vt putas, quod quis videt, id videt: videt autē columnam, quare columna videt. Arist. elench. libr. 1. cap. 3. char. 578.

Dictionis locus tertius propter compositionem; vt possibile est sedentem ambulare, & non scribebantem scribere, non enim idem signum, si diuidens quis dicat, & componens. Arist. elench. libr. 1. char. 579.

Dictionis locus quartus per diuisionem, vt quod quandoque sint duo, & tria, paria, & imparia: eadem enim oratio diuisa, & composita non idem significat. Arist. elench. libr. 1. cap. 3. char. 579.

Dictionis locus quintus, propter accentum, qui locus facile non fit in scriptis orationibus, in scripturis autem, & poematibus magis. Arist. elench. li. 1. c. 3. c. 579.

Dictionis locus sextus propter figuram dictionis fit, cum non idem, vt idem interpretatur, vt masculinum, femininum, vel alterum, & sic de foeminino, quod masculinum, vel alterū, vel quantum, quæle, & sic in alijs. Arist. elench. libr. 1. cap. 3. char. 589.

Dictionis secundum æquiouocationem, & orationem deceptio fit, quia non potest quis diuidere, quod multipliciter dicitur. Arist. elench. libr. 1. cap. 6. char. 588.

Dictionis secundum compositionem, & diuisionem deceptio fit, quia nihil putatur differre composita, & diuisa oratio, & sic de ea, quæ fit secundum accentum. Arist. elench. libr. 1. cap. 6. char. 588.

Dictionis secundum figuram ob similitudinem dictionis deceptio fit, quia difficile est diuidere, quæ similiter, & quæ aliter dicuntur. Arist. elench. libr. 1. ca. 6. ch. 588.

Dictionis vniuersæ partes sunt elementum, syllaba, coniunctio, nomen, verbum, articulus, casus, oratio. Aristot. de poetic. cap. 20. chart. 285.

Dictionis virtus est, vt perspicua sit, non tamen humilis: & perspicua est, quæ ex proprijs nominibus constat:

humilis tamen, & veneranda est, quæ excludens omne plebeium, peregrinis vtitur vocabulis. Aristotel. poetic. cap. 21. char. 289.

Dictionis ad perspicuitatem, & ad vulgare excludendū non minimā cōferunt partem productiones, cōcōsiones, & nõum imutationes. Arist. poet. c. 21. c. 290.

Dictio, ac significatio in omni oratione significat. Ammon. in lib. de interpret. char. 40.

Dictiones significatiuæ communes de omnibus subiectis particularibus dictionibus nuncupantur. Dex. in prædicam. char. 27.

Dictio, & terminus eadem subiecto sunt, & differunt relatione. Magent. in lib. de inter. char. 5.

Dictio prædicamentum dicitur, quia de re prædicat. Simpl. in præd. char. 3.

Dictiones animalium brutorum sunt secundum naturam, quæ dictiones non scribuntur. Auer. in perihier. cap. 2. char. 35. col. 4.

Dictio infinita est pars propositionis, ideo super ipsam potest particula negatiua cadere. Auer. in 1. prior. cap. 2. char. 98. col. 2.

Dictionum significatio non est secundum naturam, sed positionem. Auer. in post. l. 2. c. 3. tex. 35. c. 211.

Dictiones, siue nomina sunt, siue verba, & hæc sunt aut æquiouoca, aut diuersiuoca, æquiouoca, quædam incōplexæ, quædā cōplexæ; incōplexæ quædam æquiouoca secundum se, quædam secundum declinationes: æquiouoca secundum se, quædam secundum quandam cōtingentiam, quædam analogæ, quædam translata, quædam accommodata. Auer. epitom. in log. c. 355. col. 4.

Dictionis prædicati secundum diuisionem & compositionem intellectus nõ euadit, quin sit vndique vnum, aut vndique diuersum, secundum magis, & minus. Auer. Epit. in logic. ex quæst. tex. 1. char. 361. col. 2.

Dictio est simplex nomen, simplex verbum, vel ex duobus nominibus, vel verbis compositio. Boet. in lib. de interpret. c. 320.

Dictio nominis infiniti minus falsa est, quàm alicuius simplicis, & finiti vocabuli. Boeth. in lib. de interpret. char. 410.

Dictio est simplex nominis, ac verbi nuncupatio. Boeth. ex int. ad Lat. quæst. 561.

Dictio quinque modis significat: vel id, quod prima institutione significare est instituta, vt homo: secundo quod ex consequenti supponitur in ipsa, vt domus significat fundamenta, & parietes: tertio, cum res comitatur significationem ipsius, vt si paries est, fundamentum est: quarto, cum vnum est in intellectu alterius, vt homo significat animal: quinto, vt oppositio significat, & oppositum, vt disgregatio albi, significat cōgregationem nigri. Alb. mag. de prædic. ch. 2. col. 4.

Dictio incomplexa est significatiua ad placitum, cuius partes nihil significant de intentione totius, vt homo. Alb. mag. de prædic. char. 3. col. 1.

Dictio complexa est, cuius partes de intentione totius significant, vt homo currit. Alb. mag. de præd. c. 3. c. 1.

Dictio articulata est non ob id, quod refertur ad re designatam, sed ex hoc, q̄ est in intellectu quærentis scire ignotum per notum. Alb. mag. de prædic. c. 3. col. 2.

Dictio est vox æquiouoca, nam est pronuntiatio dictionis cuiuslibet, vt nominis, & verbi: & est enunciatio affirmatiua alicuius de aliquo. Albert. Magn. in Perihier. char. 85. col. 1.

Dictionis perfectio duplex: alia ut dictio, & est substantialis; alia est, vt est signū: & substantialis est cōtinua literarū, & syllabarū in dicēdo prolatio. vt signum autem, quæ est accidentaliter est perfectio ex relatione dictionis ad signandum. Alb. mag. in elench. c. 278. col. 3.

Dictio æquiouoca se habet ad sua significata partim, vt totum vniuersale, & partim vt totum integrale. Alb. mag. in elench. char. 278. col. 4.

Dictio penes accentuum differentiam manet eadem secundum materiam, quamvis non secundum formam. Alb. mag. in elenc. char. 28 r. col. 2.

Dictionis figuræ fallacia principaliter est in similitudine terminationis. Alb. mag. in elenc. char. 28 r. col. 3.

Dictionum simplicium triplex est consideratio: prima ut absolute significant simplices intellectus, & sic pertinent ad prædicamenta; secunda ut sunt partes enunciationis, & sic in libro perihermias tractantur: tertia ut ex eis constituitur ordo syllogisticus, & sic in lib. prorum. D. Thom. aqu. in perih. c. 1. col. 2.

Dictio aliqua composita est ex pluribus vocibus, ut forex tamen in significando habet simplicitatem, & significat simplicem intellectum: & ideo, ut composita potest habere partem, ut hæc dictio forex, eius pars est rex: at ut simplex significando non potest habere partem significantiam. D. Tho. in perih. c. 6. col. 1.

Dictio est verbum, vel nomen sententiæ accommodatum. Dan. Barb. 3. rhetoric. cap. 1. char. 147.

Dictio pura est, quæ usitata est, & nota omnibus non translata, non aspera, non vetus. Dan. Barb. 3. rhet. c. 1. c. 147.

Dictiones debent esse intelligibiles, & incunctitate aures nostras demulcere, & ut ampliore, vel de presfioem faciant rem. Dan. Barb. 3. rhet. cap. 1. char. 151.

DIDALES Perfa, cum haberet milites, è terra hostili victum suppeditabat, & cum nummos peterent, nec haberet, dixit in quodam loco habere pecunias, ad quæ locum cum venissent cum exercitu, & inde stratis iumentis, tanquam argentum haberent, dixit oportere ad Amisum peruenire, & toto tpe, quo illuc prouentum est, vsus est exercitu illi tribuens tantum vitæ necessariis. Aristot. œconom. 2. c. 817.

Dies est Solis reditus ab ortu ad ortum rursus. Ammon. in prædicamen. quæst. 55.

Dies cum nocte est propinquum metrum totius temporis, quia dies, hebdomada, menses, & annus mensurantur. Ioan. gram. in 4. phys. tex. 133. char. 116. col. 1.

Dies est pilæ, qui eodem die oritur, completur, & moritur. habet duos pedes, & duas alas pennatas. quidam dicunt ab ortu plus viuere, sed vbi completus est, non vivit nisi vna die. Albert. magn. de anima. 1. 27. cap. 1. char. 197. col. 3.

Differre communiter est, cum alteritate alterum differt aliquo modo, vel a seipso, vel ab alio. Porph. 5. voc. cap. 4. char. 41.

Differre proprie alterum ab altero dicitur, cum inseparabili accidente alterum ab altero differt. Porph. 5. voc. cap. 4. char. 41.

Differre propriissime alterum ab altero dicitur, cum specifica differentia differt. Porph. 5. voc. cap. 4. char. 41.

Differentiæ diuisio cuius est, & cuius causa.

Differentiarum sumendi facultas tribus modis facile sumitur: primo in eodem genere, ut quo differt iustitia a fortitudine: secundo in genere remoto, ut in quo differt prudentia a temperantia: tertio in superioribus generibus, si in illis contingat esse similitudo, ut sensus a scientia. Arist. top. lib. 1. cap. 13. c. 409.

Differentia vniuersalis species habeat necesse est, ut pennatus, cum alia pennarum sit fissa, alia continua. Arist. de part. animal. 1. cap. 3. char. 410.

Differentia diuidi debet per aliam differentiam, per differentias, quæ per se respiciunt illam differentiam, ut pedalitas, non in alatum, & non alatum, sed scissionem pedum, & non scissionem, donec ad non differentiam deueniamus, & sic vbi ad vltimam differentiam deuenimus, tot erunt species, quot vltimæ differentiarum. Arist. 7. metaph. cap. 14. tex. 43. c. 151.

Differentia tot modis dicitur, quot esse rei. Arist. 8. metaph. cap. 3. tex. 5. c. 164.

Differentiæ sunt aliæ, quæ differunt compositione materiæ, ut omnia, quæ habent mixturam: aliæ ligatione, ut capitis ligatura, vel visco, ut liber; vel clauo, ut arca; aliæ positione, ut liminare superius & inferius: aliæ tempore, ut cæna, & prandium; aliæ loco, aliæ sensibilibus passionibus, aliæ superabundantia, aliæ defectu. Arist. 8. metaph. cap. 3. tex. 5. c. 164.

Differentia vltima dupliciter dicitur: alia simpliciter postquam non est alia differentia: alia ad aliquid, quæ per se diuiditur, sed alii coniuncta cum definito conuertitur. Alex. & Eustr. in 2. post. char. 89. col. 1.

Differentia vltima simpliciter in solis specialissimis inuenitur; differentia autem ad aliquid vltima, & in non specialissimis inuenitur. Alex. & Eustrat. in 2. poster. char. 89. col. 1.

Differentia, & communiter, & proprie, & maxime proprie dicitur. Porph. 5. voc. cap. 4. char. 41.

Differentiæ, aliæ separari possunt, aliæ non. Porph. 5. voc. cap. 4. char. 42.

Differentiæ aliæ constitutiua, aliæ diuisiua: constitutiua genus constituunt. diuisiua diuidunt genus in species. Porph. 5. voc. cap. 4. char. 43.

Differentiæ aliæ specificæ, aliæ diuisiua. specificæ sunt, quæ prædicantur de inferioribus, & de superioribus. Porph. in prædicamen. char. 9.

Differentiæ indiuiduorum nullæ sunt, sed tantum generum, & specierum. Porph. in præd. c. 10.

Differentiæ, aliæ solum diuidunt, quæ primorum genus, ut quæ sunt generum; aliæ constituunt infimarum specierum, subalternorum autem generum, & diuidunt, & constituunt. Ammon. in Porph. c. 11. col. 1.

Differentiæ pluribus modis diuiduntur, ut à tempore, à loco, à partibus corporis. Ammon. in præd. q. 26.

Differentiæ aliæ generales, ut quæ explent generum substantiam, generibus quoque formam afferunt; aliæ speciales, quibus genus secatur, & species, quæ sub genere sunt, formantur. Dex. in præd. c. 33.

Differentiæ, aliæ sunt generum constitutiua, quæ de omni dicuntur; diuisiua, quæ diuisim de eodem non dicuntur, sed omnes simul; aliæ specierum, ut specificæ, quarum vnaquæque distinguit, ac separat speciem. Simpl. in præd. c. 13.

Differentia cuiuscunque rei, vel est, quod differt subiecto, uel modo, aut utroque. Eustrat. 7. ethicor. cap. 3. char. 361.

Differre, & idem esse tribus dicitur modis, genere, specie, & numero. Boet. in Porph. c. 64.

Differentiæ tribus differunt modis, genere, specie, numero, & omnibus his, vel secundum substantiam, vel secundum accidens. Boet. in Porph. c. 80.

Differentia inter rhetorem, & dialecticum, vel in materia, vel in vsu, vel in fine est: in materia, quia rhetor hypothesim, dialecticus thesim sumit: & rhetor continua oratione, ac enthymematibus vtitur, dialecticus interrogatione, & syllogismo; in fine ille iudici persuadere conatur, & hic ab aduersario extorquere conatur. Boet. de dif. top. lib. 4. c. 880.

Differentiæ, aliæ per se sunt, aliæ per accidens, & harum aliæ statim relinquunt, aliæ consequuntur. Boeth. de diuisio. char. 641.

Differentias omnes fere in contrariū deducimus. Boet. de diuisio. char. 643.

Differentia, alia constitutiua, & hoc, ut genus consideratur; alia diuisiua, & ut species consideratur. Boeth. de differ. topic. lib. prim. char. 860.

Differentia diuiditur in communem, propriam, & maxime propriam, per analogiam; & nomen differentiarum conuenit, primo magis propriæ, deinde aliis prout plus, vel minus faciunt differre. Alber. magn. in præd. char. 18. colum. 4.

Differentia in se tria habet, quod est simplex diuisiua.

& per hoc est differentia. secundo, quod est constitutiua, & hoc ab eo, quod est diuisiua habet. tertio, quod est ad certam speciem determinatiua, quod ex hoc habet, quod est certa specialis natura, & forma propria, & essentialis. Alb. mag. in præd. c. 23. col. 3.

Differentia duos habet respectus: vnum ad genus, quod diuiditur; alterum ad speciem, quam constituit. Alb. mag. in præd. c. 23. col. 4.

Differentia sola causa est pluralitatis. Albert. magn. in 1. physic. tract. 1. cap. 4. c. 5. col. 3.

Differentia dupliciter accipi potest, quod sit essentialis vniuersaliusque qualitas. Vno modo in se absolute accepta, ut rationale ipsum dicimus rationalitatem, & sic potest esse pars hominis. Secundo modo, ut est determinati actus, & sic differentia est, quia per hunc modum per diuisionem exit a genere, & in ipso est, & est eius potestate, qualitas: & licet non sit eadem natura cum genere, tamen hoc modo prædicatur de specie, quam constituit, quia ipsa est esse ipsius, secundum actum, & genus est esse ipsius secundum potentiam. Alb. mag. in 5. metaph. tract. 6. cap. 10. c. 115. col. 1.

Differentia diuiditur, ut vox analogia in sua significata, quia differentia non est secundum suum totum ambitum, vnum ex quinque prædicabilibus. Thom. de Vio in præd. char. 17. col. 1.

Differentia per se duobus modis potest accipi: primo pro re, quæ est differentia, & sic cum hæc res sit differentia, per accidens suscipit magis, & minus: alio modo pro re, ut induit intentionem differentiarum per se, & sic non suscipit magis, & minus. Thom. de Vio in præd. char. 29. col. 1.

Differentia quid est, & quæ multum differunt.

Differentiam magnam, quæ habent, non afferunt dubitationem, quod eorum eligibilis est, sed ea, quæ propinqua sunt. Arist. Top. 1. 3. cap. 1. char. 433.

Differentia est qualitas substantialis. Aristot. physic. 5. cap. 3. tex. 18. c. 129.

Differentia dicuntur ea, quæ diuersa sunt, & in aliquo conueniunt, & non solum numero, sed specie, aut genere, aut proportione, & quorum diuersum est genus, & contraria quæcunque habent in substantia diuersitatem. Arist. 5. metaph. cap. 9. tex. 16. c. 97.

Differentia specie est diuersitas eorum, quæ sunt in eodem genere, per quam diuersificatur ipsum genus. Arist. ex metaph. cap. 6. tex. 24. char. 209.

Differentia est aliqua pars generis diuisa ab eo. Alexand. Aphrod. in 4. Topic. cap. 6. char. 60. col. 1.

Differentia qualitatem generis, cuius est, assignat. Alex. Aphrod. in 4. Topic. cap. 6. char. 60. col. 1.

Differentia differt, quod ab aliquo differt; diuidit enim illa in species proprias generis. Alex. Aphrod. in 1. natural. quæst. cap. 15. char. 4.

Differentia generum in species sunt, quæ habent contrarietatem, & oppositionem iuxta rationem. Alex. Aphrod. in 2. de ani. cap. 54. char. 54. col. 2.

Differentia est pars speciei, quia omnia, quæ in definitione continentur, sunt partes eius, cuius complent substantiam, partes scilicet dissimilares. Alex. Aphr. in 2. metaph. vel apud Lat. 3. co. 39. char. 68. col. 1.

Differentia non est qualitas, quia esset accidens: non substantia, quia inter secundas substantias esset connumerata, sed est qualitas substantialis. Porph. in præd. c. 12.

Differentia est, quæ abundat species a genere. Porph. 5. voc. cap. 4. char. 43.

Differentia est, quæ de pluribus, & differentibus specie in eo, quod quale quid est, prædicatur. Porph. 5. voc. cap. 5. char. 44.

Differentia est, quæ nata est diuidere ea, quæ sub eodem genere sunt. Porph. 5. voc. char. 44. col. 4.

Differentia est, qua differunt singula. Porph. 5. voc. cap. 4. char. 45.

Differentias dicunt esse exactius de differentia loquentes non quodlibet diuidentium ea, quæ sunt sub eodem genere: sed quod ad esse conducit, & quod quid erat esse, & quæ est rei pars. Porph. 5. voc. ch. 45. col. 4.

Differentia est vox significans, quæ de multis specie differentibus in quale quid sit dicitur. Ammon. in Porphy. c. 5. col. 4.

Differentia est quædam discrepantia, ac dissimilitudo rerum, quæ vel separari potest, vel non. quæ potest, fortuito accidit: quæ non potest, vel constituit rem, vel non: quæ non constituit, simul fortuna vsuque euenit; quæ constituit, est ea, quæ maxime propria dicitur. Ammon. in Porph. c. 10. col. 1.

Differunt in multis partibus, quæ plurimum inter se discrepant. Ammon. in Porph. c. 14. col. 2.

Differentiæ sunt, quæ substantiam explent, de subiectisque prædicari licet. Dex. in præd. c. 33.

Differentia est, quæ ad distinguenda ea est idonea, quæ sub eodem genere collocata sunt. Dex. in præd. c. 33.

Differentia esse debet pars essentia. Dex. in præd. c. 33.

Differentia est id, quod idoneum est separare quæ sub eodem sunt genere. Dex. in præd. c. 38.

Differentiæ vniuersæ de genere dici simul possunt, de oibusque, quæ sub ipsa sunt, dici possunt. Dex. in præd. c. 38.

Differentia est, quæ prædicatur de pluribus specie differentibus in quale. Simpl. in præd. c. 13.

Differentia est, quæ de pluribus, & differentibus, vel specie, vel numero enunciat, qualitatē rei declarans. Aliter Porphyrius. Io. Gram. in 1. prior. cap. 1. c. 5. col. 1.

Differentiæ cum genere acceptæ non sunt amplius differentiarum, sed genera innominata. Ioan. Gram. in 2. poster. cap. 14. char. 70. col. 1.

Differentia omnis gignit diuersitatem in ea re, in qua reperitur. Auer. in Porph. cap. 4. char. 3. col. 4.

Differentia est forma rei, & forma rei non est nisi vna. Auer. in post. lib. 2. cap. 3. tex. 20. char. 204.

Differentia est forma rei appropriata. Auer. Topic. 1. 2. cap. 10. tex. 95. c. 254.

Differentiæ subiecto differunt in esse. Auer. 2. de ani. tex. 152. c. 157. col. 1.

Differentia vltima data in definitionibus est differentia, quæ cõtinet formam, per quam ens est vnum in actu, ut ens in actu. Auer. in 7. metaph. tex. co. 42. c. 91.

Differentiæ quarundam rerum sunt ex priuatione. Auer. in 8. metaph. tex. co. 5. c. 100.

Differentia est quoddam consequens, quod insequitur intelligibile formæ propriæ alicuius rei, ex eo quod est in intellectu, & sic repræsentat formam, ut genus materiam. Auer. in epito. metaph. trac. 2. c. 174. col. 4.

Differentia est, quæ species multas efficit. Boet. in Porphy. ex dial. c. 2.

Differentia est illa propria vnicuique homini, cum qua nascitur. Boet. in Porph. ex dial. c. 30.

Differentia est, quæ de plurimis speciebus in eo quod quale sit, prædicatur. Boet. in Porph. ex dial. c. 33.

Differentia est, quæ potest separare quidquid sub eodem genere est. Boet. in Porph. ex dial. c. 34.

Differentia, qua differunt singula, est illa differentia, quæ ad aliquid esse prodest, & quæ est alicuius pars substantiæ speciei. Boet. in Porph. ex dial. c. 34.

Differentia est illa qualitas, quæ veniens in genere speciem constituit. Boet. in Porph. ex dial. c. 42.

Differentiæ species oēs informant. Boet. in Porph. c. 49.

Differentia ita substantiam demonstrat, ut circa eam qualitatem determinet. Boet. in Porph. c. 65.

Differentia omnis qualitas appellatur. Nota, quod non esse potest qualitas si sit substantialis, alioqui ex accidentibus fieret substantia. Boet. in Porph. c. 88.

Differentia qualitas est, humanitas autem non solum

est qualitas, sed tantum qualitate perficitur. Boet. in Porph. c. 106.
 Differentia pure, ac simpliciter qualitas est. Ergo substantia ex accidentibus fit. Boet. in Porph. c. 106.
 Differentia de eo, de quo dicitur, vniuoce prædicatur. Boet. in præd. c. 136.
 Differentia est, qua aliud ab aliquo distare proponimus. Boet. de diuis. l. c. 640.
 Differentia est qualitas generis. Alb. mag. in pd. c. 20. c. 1.
 Differentiæ sunt in generis potestate, vt distinctio in indistincto confuso. Alb. mag. in præd. c. 22. col. 1.
 Differentia appellatur potius ab eo, quod est differre, quam ab eo, quod constitutionem facit, quia diuisio secundum intellectum prior est in eo, quam constitutio, quia diuidendo determinat ad speciem, & constituit eam. Alb. mag. in præd. c. 20. col. 2.
 Differentiæ definitio, quæ de pluribus prædicatur, est differentiæ, quæ diuidunt, & constituunt. Albert. mag. in præd. c. 23. col. 3.
 Differentiæ multas descriptiones habet, nullam definitionem: quia cum definitio constet genere, & differentia, si definitionem haberet, constaret genere, & differentia, & sic in infinitum. Alb. mag. in præd. c. 23. c. 4.
 Differentia propriè non significatur per negationem, nec per vocem priuatiuam, sed cum nomina non habeamus, si vnum cognoscimus, vt rationale, alium per negationem, vel per vocem priuatiuam cognoscere facimus. Alb. mag. in præd. c. 24. col. 1.
 Differentia est, qua species abundat a genere, propria est definitio differentiæ, maxime propriæ, nec conuenit differentiis communibus, vel propriis. Alb. mag. in præd. c. 24. col. 4.
 Differentia non potest esse species generis. Alb. mag. in præd. c. 31. col. 2.
 Differentia, & si non habet veram definitionem, tamen habet assignationem secundum nomen suum per essentialia sua, & per causam essentialè, quod scilicet sit esse causa, & quod est pars essentia rei. Alb. mag. in pd. c. 39. c. 3.
 Differentia est determinans, & non determinat nisi per formale, quod est actu, & determinat formale, quod est potentia. Alb. mag. in sex princ. c. 66. col. 2.
 Differentia est in genere, vt in inchoatione, ex quo per intellectum agentem educitur. Albert. magn. in 6. princ. c. 66. col. 4.
 Differentia alicuius nulla, potest esse genus alicuius. Alb. mag. in Top. c. 224. col. 4.
 Differentia umbra vocatur, eo quod per ipsam adūbrat, & coarctatur amplitudo luminis a priori præcedentis secundum genus cuiuslibet causæ. Alb. mag. de caus. & process. vniuers. a. cau. pri. l. 1. trac. 4. cap. 5. c. 196. c. 2.
 Differentia sexus non est, nisi secundum potentiam generandi in alio, vel ex alio determinata, & hæc sunt cocomitantia. Alb. mag. in 5. metaph. trac. 6. cap. 11. c. 115. col. 1.
 Differentia dicitur qualitas generis, & non speciei, quia speciei dat esse, & ipsam in esse constituit: ideo ipsius speciei est substantia propria. Alb. mag. in 5. metaph. tract. 6. cap. 13. c. 115. col. 3.
 Differentiæ secundum se sunt prius notæ nobis, quam definitum, sed prius est notum nobis definitum, quam quod talia sint differentiæ ipsius: prius enim cognoscimus animal, & rationale, quam homo: sed prius est nobis notum homo confusus, quam quod animal, & rationale sint differentiæ ipsius. D. Thom. in prima. phys. lect. prim. char. 2. col. 1.
 Differentiæ, & si ponantur multæ in definitione, tamen tota definitio dependet ab vltima. D. Thom. 7. metaph. phys. l. 1. 2. tex. 40. c. 530.
 Differentia complet definitioem significantem rei esse. D. Tho. 8. metaph. lec. 2. tex. 5. char. 589.
 Differentia perfecta est, quæ peruenit ad finem. D. Tho. 10. metaph. lect. 5. tex. 14. char. 706.

Differentia vltima in definitione eadem est cum definito, quoad conuertentiam. Alex. de Ales in 7. metaph. tex. 17. char. 197. col. 4.
 Differentia secundum speciem est differentia, vel diuersitas formalis. Alexand. de Ales in 10. metaph. tex. 23. char. 299. colum. 2.
 Differentia secundum vnitatem, & specificam distinctionem diuersam reddit generis essentiã, ad quam trahit generis naturam, sed generis propriam vnitatem, quæ generica est, non violat. Tho. de Vio in præd. c. 25. c. 2.

Differentiæ proprietates, utilitas, & quid loco eius sumitur.

Differentiæ quotquot prædicati fuerint, tot & subiecti erunt. Arist. præd. tract. 1. cap. 4. chart. 59.
 Differentiarum inuentio utilis est, & ad syllogismos eodem, & diuerso, & ad cognoscendum quid est vnumquodque. Arist. top. l. 1. cap. 14. c. 411.
 Differentiam ponens inter aliqua, cognoscit vtrumque sub propria ratione, quæ propositio famosa ex hoc elicitur textu. Arist. de ani. 2. su. 6. cap. 1. text. 145. c. 651.
 Differentia nulla genere participat. Arist. 11. metaph. ex su. l. cap. 1. c. 216.
 Differentiarum in singulis cognitio nobis copiam propositionum subministrat, ac utilis est ad problemata eodem, ad diuisionem generum, ad instantias inductionum, & ad instantias contra opinionem alicuius philosophi, & ad virtutes morales, & ad definitiones. Alex. Aphrod. in Top. cap. 14. c. 19. col. 1.
 Differentiarum inuentio, quæ sunt sub eodem genere, est abundantia diuisionis ipsarum specierum. Alex. Aphrod. in top. cap. 14. char. 19. col. 1.
 Differentiarum cognitio utilis est ad syllogismos eodem, & diuerso, & ad cognoscendum vniuscuiusque substantiam. Alex. Aphrod. in top. cap. 14. c. 19. col. 2.
 Differentia de aliquo generaliter non denominatione prædicatur. Alex. Aphrod. in 2. top. cap. 2. ch. 20. col. 3.
 Differentiæ aliqd secantes contineri debent in eo, quod ab ipsis secatur. Alex. Aphr. in 2. de ani. cap. 54. ch. 54. c. 3.
 Differentiæ, quæ inter se contra diuiduntur, non possunt simul in eadem specie manere. Alex. Aphrod. in 2. de anima. cap. 54. char. 54. col. 2.
 Differentiæ substantiam expriment, accidentia non. Porph. in præd. c. 12.
 Differentia omnis est ita utilis, vt genus, & si sit vtilior specie. Ammon. in Porph. c. 2. col. 1.
 Differentiis multis ignoratis, propria differentiarum loco in definitionibus sumunt. Ammon. in Por. c. 11. c. 1.
 Differentiæ diuersæ cum ipso genere diuersas constituunt species. Simp. in 4. phy. tex. 134. c. 151. col. 2.
 Differentiæ vltimæ ubi defunt, propria loco ipsarum ponenda sunt. Io. gra. in pri. prior. cap. 1. c. 4. col. 4.
 Differentias rerum qui scit, multo magis, & res nouit. Ioan. Gram. in 3. de anima. tex. 9. char. 84. col. 4.
 Differentia non notificat vt plurimum rem, quæ sit extra essentiam definiti; est enim forma definiti, sed in quibus differentiæ non sunt notæ, definitio differentiæ, vel proprium loco eius capitur. Auer. epitom. logic. char. 353. col. 2.
 Differentiæ cum latent, loco illarum sumuntur actiones in definitionibus, & hoc in loco in definitione elementorum. Auer. 4. de coelo, tex. 26. c. 118. col. 1.
 Differentiæ rerum, quæ eadem sunt, res quoque in illo modo, secundum quem habent eadem differentias eadem sunt. Auer. 3. de ani. tex. 38. c. 180. col. 3.
 Differentiæ rerum, licet a nobis numerari non possunt, tamen non dubitamus eas esse finitas apud naturam. Auer. in 3. metaph. tex. com. 11. char. 24.
 Differentia non sufficit in definitione, & quia sine genere caderet ab esse differentiæ, & etiam quia definitio

tio in se primum esse, ac principium, quod est genus, non haberet. Alb. mag. in præd. c. 25. col. 2.
 Differentia, & si non perficiat genus in esse generis, tamen perficit ipsum in esse, sicut & forma, quia non perficit materiam in esse materiæ, tamen perficit ipsam in esse, quia tam esse generis quam materiæ est esse in potentia. Alb. magn. in 5. metaph. tract. 6. cap. 11. ch. 115. colum. 1.
 Differentia nunquam est assignanda vt abstracta, vt rationalitas. Alb. mag. in 5. metaph. tract. 6. cap. 13. ch. 115. col. 4.
 Differentiæ in generatione pereunt, & nouæ acquiruntur. D. Thom. in pri. de gener. & corr. l. 2. tex. 1. ch. 2. colum. 4.

Differentia, ut communis, propria, & maxime propria.

Differentia propria nulla est communis. Aristot. de part. ani. pr. cap. 3. c. 411.
 Differentia omnis vniuersaliter addita alicui alteratum facit, sed comuniter, & proprie differentia facit alteratum, maxime propria alicui. Porph. 5. voc. c. 4. c. 42.
 Differentiæ, quæ aliud faciunt, specificè vocantur. Porph. 5. voc. cap. 4. ch. 42.
 Differentiæ, quæ alterum faciunt, simpliciter differentiæ appellantur. Porph. 5. voc. cap. 4. ch. 42.
 Differentiæ specificè sunt illæ, ex quibus diuisiones, & definitiones traduntur. Porph. 5. voces capit. 4. chart. 42.
 Differentiæ specificè sunt, quæ alteram faciunt speciem, & quæ in eo quod quid erat, accipiuntur. Porph. 5. voc. cap. 4. ch. 45.
 Differentiæ maxime propriæ solum ad naturas rerum declarandas vtilis sunt. Ammon. in Porph. c. 10. col. 1.
 Differentiæ communes sunt, quæ faciunt nos differre vel ab alijs, vel a nobis ipsis. Boeth. in Porph. ex dial. c. 30.
 Differentiæ propriæ sunt, quæ vniuscuiusque indiuidui formam aliqua materiali proprietate depingunt. Boe. in Porph. ex dial. c. 30.
 Differentia maxime propria est illa, quæ in substantia ipsa permanet, & totam speciem differentia, ac descriptione permutat. Boet. in Porph. ex dial. c. 30.
 Differentiæ communes, & propriæ rem differre faciunt: illæ communibus, istæ proprijs differentijs alteratum faciunt: maxime propriæ autem totam naturam permutat, ac aliam efficiunt. Boet. in Porph. ex dial. c. 30.
 Differentia magis propria sola in generis diuisione congruit. Boet. in Porph. ex dial. c. 30.
 Differentiæ communes a re separari possunt: propriæ, & magis propriæ inseparabiles sunt. Boet. in Porph. ex dial. char. 31.
 Differentia illa dicitur specifica, quæ magis speciem efficere potest. Boet. in Porph. ex dial. char. 27.
 Differentiæ specificæ sunt, quibus species a genere abūdat. Boet. in Porph. ex dial. char. 32.
 Differentiæ ideo communes appellantur, quia nullius sunt propriæ, & quæ circa separabilia, vt sunt accidentia. Boet. in Porph. c. 80.
 Differentiæ propriæ circa inseparabilia versantur accidentia. Boeth. in Porph. ch. 80.
 Differentiæ maxime propriæ non accidentia, sed substantiam informant. Boeth. in Porph. c. 80.
 Differentia specifica ea est tantum, quæ ad substantiam speciei proficit, & quæ in parte definitionis sumitur. Boet. in Porph. c. 90.
 Differentiæ specificæ de ijs prædicantur, quarum speciè complement. Boeth. in præd. ch. 126.
 Differentia communiter dicitur, quæ est apud communiter loquentes, considerando ea, quæ sensibus primo obijciuntur. Alb. mag. in præd. c. 18. col. 3.
 Differentia propria est, quæ ei, in quo est, per causam cō-

naturalem est appropriata. Albert. magn. in præd. char. 18. colum. 3.
 Differentia maxime propria est, quæ alterum ab altero vniuersali, & specifica differentia differre facit, & quæ cum sit forma essentialis, est tamen qualitas naturalis generis, & perfectiue potentiæ ipsius, & determinatiua communitatis, & confusions eius. Alber. mag. in præd. char. 18. col. 4.
 Differentiæ & communes & propriæ non sunt de intellectu speciei secundum principium intelligendi eam. Alber. magn. in præd. char. 20. col. 2.
 Differentia specifica tolli non potest, sed accidentia, vel tollere, vel mutare non est impossibile. Alber. mag. in 3. de min. tract. 1. cap. 9. c. 145. col. 3.
 Differentia formalis proprie facit contrarietatem. Alex. de Ales 5. metaph. tex. 16. char. 126. col. 3.

Differentiæ, vt diuidunt, vel constituunt genus.

Differentiæ, quæ genera dispartunt, ad diuisionem conferunt, ex hac enim genera in species diuiduntur. Ammon. in Porph. c. 10. col. 4.
 Differentiæ constitutiua ad definitionem conferunt. Ammon. in Porph. c. 10. col. 4.
 Differentiæ constitutrices specierum qualitates dicuntur, & si sint substantiæ, quia quale circa substantiam determinant. Simpl. in 5. phy. t. 18. c. 310. col. 1.
 Differentia omnis constitutiua, est diuisiua generis rei, quam constituit. Auer. in Porph. cap. 4. c. 5. col. 4.
 Differentiæ constituentes, & diuidentes eodem sunt, sed differunt modo. Auer. paraph. 4. de celo, t. 25. c. 151. c. 3.
 Differentiæ species omnes informant. Boet. in Porph. ex dial. char. 49.
 Differentiæ diuisiua possunt aliquando cum subiectis esse communes, aliquando diuersæ: specificè vero, & completiue cum subiectis communes esse non possunt. Boet. in præd. c. 126.
 Differentia constituta est in genere ad determinandum generis potestatem, & ad contrahendum ad speciem constitutam, & sic quasi lateraliter venit ad speciem. Alber. mag. de præd. char. 10. col. 4.
 Differentia diuisiua est causa materiei formarum, vt diuisio per materiam est causa numeri indiuiduorum, vt Damascenus ait. Alb. mag. de præd. c. 11. col. 3.
 Differentia diuidens secundum rationem prior est differentia constituyente, quia prius oportet quod differentia per diuisionem, quam facit, a genere exeat, antequam adiutricem generi speciem constituat. Alber. mag. in præd. char. 20. col. 2.
 Differentia omnis diuisiua, est etiam constitutiua. Alb. mag. de ani. lib. 11. tract. 2. cap. 1. c. 99. col. 1.
 Differentia non constituitur in esse a genere, sicut nec forma a materia: ideo genus non includitur in intellectu differentiæ, vt in intellectu speciei. Alber. mag. in 7. metaph. tract. 1. cap. 10. c. 122. col. 4.
 Differentiæ diuisiua generis non cadunt in eius definitionem. D. Tho. in perih. erm. char. 8. col. 1.
 Differentia non inuenitur extra proprium genus, alioqui non diuisiua generis per se esset, sed per accidens. D. Thom. in post. char. 93. col. 1.
 Differentiæ omnes superiorum generum pertinent ad quod quid est alicuius speciei. D. Thom. in post. char. 94. col. 3.
 Differentiæ omnes diuidentes aliquod genus reducuntur ad hoc vt vna earum sit vt abundans, alia vt deficient respectu alterius. D. Thom. in 3. phys. lib. 3. tex. 9. char. 75. colum. 1.
 Differentiæ, quibus species distinguuntur, debent esse per se generis diuisiua, non per accidens. D. Thom. de sen. & sen. l. 7. c. 8. col. 3.
 Differentiæ omnis generis sunt constitutiue quarundam specierum,

specierum, licet illæ species possint esse genere diuersæ. D. Tho. 10. metaph. l. 12. tex. 26. char. 749.

Differentia, ut actu, uel potentia, finita, uel infinita.

- D**ifferentiæ rerum quo ad nos infinitæ sunt. Arist. 3. metaph. ex su. 2. cap. 2. tex. 11. char. 48.
- Differentiæ potentia in generibus existunt, secundum Aristotelem, Peripateticorumque opinionem. Ammon. in Porph. c. 11. col. 2.
- Differentiæ actu in generibus existunt secundum Platonis opinionem. Ammon. in Porph. c. 11. col. 2.
- Differentiæ, quæ sunt ante ultimam differentiam, existunt in definito potentia, & ideo definitum non multiplicatur per multiplicationem partium definitionis. Auer. in 7. metaph. tex. co. 42. char. 91.
- Differentia ultima est illud, quod existit in actu. Auer. in 7. metaph. tex. co. 42. char. 91.
- Differentiæ si essent actu in genere, non oporteret in definitione speciei posito genere, ponere differentias, quia esset nugatio. A. b. mag. in præd. c. 21. col. 1.
- Differentia dicit notionem actus totum esse determinantis, sicut quod est in actu indeterminato, quia aliter de specie prædicari non posset. Alb. mag. in præd. c. 22. col. 1.
- Differentia, quæ actu distinguens dicit & non distinguibile sicut in potentia, nec distinctum sicut in actu, ideo in quale, & non in quod prædicatur. Alb. mag. præd. char. 22. col. 4.
- Differentia ut quale, non ut qualitas sumpta dicit totum esse speciei, sed in actu, & secundum id, quod est notio totus esse in actu, sic prædicatur de specie. Albert. mag. in præd. char. 22. col. 4.
- Differentia diuisiua proprie est differentia, & est pars rei potentia, non actu. Alb. mag. in præd. char. 23. col. 4.
- Differentia, & si non habet differentiam, ut formam, tamen cum sit naturalis potentia habet actum, & finem: & sic ad actum, & finem comparata habet aliquod prædicatum de ipsa per modum differentiæ. Alb. mag. in præd. char. 28. col. 3.
- Differentiæ si accipiuntur utraque, ut actus ultimus, non uniuntur ad constituendum speciem; sed si, ut una imperfecta est & in potentia ad aliam, uniuntur. Alb. mag. in præd. char. 31. col. 1.
- Differentia est in genere potestate, & esse potestate in alio, secundum potestatem causæ formalis, est esse in ipso secundum inchoationem; & inchoatio formæ, & perfectio sunt idem in substantia formæ, & diuersa in esse. ideo vnum, & idem est in actu, & potentia. Alb. mag. in sex princ. char. 66. col. 2.
- Differentia cum in se genus habeat aliquo modo, non habet in se nisi potentia, & genus nihil est de natura differentie entis. Albert. mag. in 7. metaph. tract. 1. cap. 10. char. 112. col. 4.

Differentia, ut substantia, uel accidens, ut ut contraria.

- D**ifferentia ultima, & finalis est substantia rei, & definitio; nec illa uti debemus multoties, quia esset superfluum, nec diuidi debet per accidens, sed per se, & ordinate poni debet. Arist. metaph. c. 14. tex. 43. c. 152.
- Differentiæ, quibus differt genus, contrariæ sunt. Arist. 7. metaph. cap. 14. tex. 42. char. 151.
- Differentiæ contrariæ priores sunt speciebus contrariis, & magis contrariæ, quia contrarietas, quæ est in differentis, est causa contrarietatis, quæ est in speciebus. Arist. 10. metaph. ex su. 2. cap. 6. tex. 23. c. 208.
- Differentia omnis substantiam diuidens substantia est. Alex. Aphrod. in 2. metaph. vel apud Latin. 3. com. 39. char. 68. col. 2.
- Differentia cuius est, id differentie subiicitur, ut qualitati, idque est qualitas. Alex. Aphrod. in 4. metaph.

- vel secundum Latin. 5. co. 42. char. 166. col. 1.
- Differentiæ, quæ sunt in nomine, non insunt in eo, ut accidentia. Porph. in præd. c. 12.
- Differentiæ substantiam expriment, accidentia non. Porph. in præd. c. 12.
- Differentiæ cum substantiam compleant, substantiæ sunt. Ammon. in præd. c. 41.
- Differentiam substantiæ partem esse oportet. Simpl. in præd. c. 13.
- Differentia est substantialis substantiæque completiua. Simpl. in præd. c. 23.
- Differentia, & diuersa omnia non sunt contraria. Simp. 1. phy. c. 61. col. 2.
- Differentiæ inexistentem contrariorum habent, differentiam, totum autem toti non est contrarium, quia quod suscipit contrarium non est ipsum contrarium, quia si obtineretur ab uno contrariorum, non posset idonee ad susceptionem alterius præparari. Simpl. 1. de celo, tex. 32. c. 26. col. 1.
- Differentias accidentales ponere licet in definitione, ubi est latentia differentiarum substantialium. Auer. in 8. metaph. tex. co. 5. char. 100.
- Differentiæ substantiarum in quibus latent, ponuntur accidentia propria earum vice, ut figura, situs, ordo, & alia accidentia. Auer. epito. metaph. tract. 2. c. 175. c. 1.
- Differentiæ, quæ sunt secundum substantiam, nec intendi, nec remitti possunt: quæ uero secundum accidens sunt, remissionem, ac intensionem accipiunt. Boet. in Porph. c. 83.
- Differentiæ substantiales, partes sunt definitionis. Boet. in Porphy. char. 90.
- Differentia non est substantia, nec est accidens, nam esset in subiecto. Boet. in præd. c. 136.
- Differentia, nec sola substantia, nec sola qualitas, sed substantialis qualitas est, & permanet in natura subiecti. Boet. in præd. char. 136.
- Differentiæ illæ sunt substantiales, quas per se his rebus inesse, quæ demonstrantur, agnoscimus. Boeth. in Porph. char. 53.
- Differentia species separat qualitatibus substantiam declarantibus. Boet. in Porph. ex dial. char. 19.
- Differentiæ substantiarum substantiæ sunt, quia substantiam perficiunt. Alb. mag. in præd. char. 21. col. 4.
- Differentia, & si prædicatur in quale, ut communiter accidentia, non tamen eodem modo sumitur quale. Alb. mag. de præd. c. 12. col. 2.
- Differentia generi comparata, ut uniuersale, & ens perfectum habet modum accidentis, non autem naturam. Alb. mag. in præd. char. 25. col. 1.
- Differentia, quæ est simplex, & non composita, ideo non est in recta linea coordinationis substantiæ, cum non respiciat ad substantiæ genus, sicut ad suum principium. Alb. mag. in præd. c. 39. col. 1.
- Differentiæ contrariæ sunt secundum contrarietatem differentiarum perfectarum, quæ prima est in quolibet genere, & secundum contrarias qualitates, quæ mutuo se expellunt ab eodem susceptibili, quod potentia naturæ est unumquodque recipere, & sic differentia differentiarum non est contraria. Alb. mag. in præd. c. 41. col. 4.
- Differentia substantiæ substantia est, differentia accidentis, accidens. Albert. magn. in 5. metaphys. tract. 6. cap. 13. char. 117. col. 4.
- Differentiæ substantiales per differentias accidentales manifestantur, & non sepe loco differentiarum substantialium utimur accidentibus. D. Th. in 1. de gen. & cor. l. 8. t. 18. c. 8. c. 4.

Differentia, ut separabilis, inseparabilis per se, uel per accidens.

- D**ifferentiæ inseparabiles alia sunt per se, alia per accidens. Porph. 5. voc. cap. 4. char. 42.

- Differentiæ per se in substantiæ ratione sumuntur, & re aliam efficiunt. Porph. in 5. voces. c. 42. col. 4.
- Differentiæ per accidens in substantiæ ratione non sumuntur, nec rem faciunt aliam, sed alteratum tantum. Porph. 5. voc. cap. 4. ch. 42.
- Differentiæ per se, nec magis, nec minus suscipiunt; quæ per accidens, intensionem, & remissionem suscipiunt. Porph. 5. voc. cap. 4. ch. 42.
- Differentiæ extremæ inseparabiles sunt ea ratione, quæ corporis organici perfectiones existunt, atque actus, iuxta quas moueri uiuaciter potest. Simp. in 1. de ani. tex. 12. ch. 5. col. 1.
- Differentiæ inseparabiles propriæ possunt alicui plus & minus inesse; maxime propriæ nec augeri, nec minui possunt. Boet. in Porph. ex dia. c. 31.
- Differentiæ inseparabiles, aut per se ueniunt, aut per accidens: quæ per se ueniunt, alia genus diuidunt, alia speciem informant. Boet. in Porph. ex dia. c. 31.

Differentia quot in definitione esse debent.

- D**ifferentiæ in definitione, aut plures, aut una sit, nihil refert. Arist. 7. metaph. cap. 14. tex. 43. ch. 151.

Differentia, ut ad argumentorum loca pertinet.

- D**ifferentiæ loca in quarto topicorum tractantur cum locis generis, quæ sunt pauca.

Differentia, ut differt a cæteris quinque uocibus.

- D**ifferentia minus nota est, quam genus. Arist. top. l. 6. cap. 3. char. 528.
- Differentia & diuersitas aliud sunt, quia diuersum non est necesse esse diuersum ab illo, a quo est diuersum aliquo: differens autem ab illo, a quo est differens, differt aliquo, ideo quæ differunt, sunt idem in aliquo, in quo differunt; hoc uero idem, aut genus, vel species: quia quicquid differt, vel differt genere, ut quorum non est communis materia, nec generatio ad inuicem, ut signum categoriæ, vel differunt specie, ut quorum idem genus est. Arist. 10. metaph. sum. 2. cap. 1. tex. 2. ch. 201.
- Differentiarum positio in definitione rem definitam ab ijs, quæ eiusdem sunt generis, separat. Alex. aphr. in 1. l. prior. cap. 1. tex. 5. col. 3.
- Differentia est peculiarior res, quam genus. Alex. aphr. in 6. top. cap. 5. tex. 82. col. 1.
- Differentiæ per se ipsas, ut qualitates accipiuntur, & in quale quid prædicantur: cum genere uero acceptæ, & genera sunt, & in eo quod quid est dicuntur. Alex. & Eustr. in 2. post. ch. 77. col. 1.
- Differentiæ cum alia differentia componuntur, species non componuntur, Porphyrius in quinque uoces. cap. 7. char. 52.
- Differentiæ oppositæ impermiscibiles sunt, accidentia opposita miscentur. Porph. in 5. voces. cap. 7. ch. 53.
- Differentia a specie differt, ut pars a toto; est enim qualitas, quæ rei substantiam complet. Dex. in præd. c. 38.
- Differentia, & species differunt, ut pars, & totum, quæuis aliquando differentia pro tota specie dicatur, ut mortale pro homine. Simp. in præd. c. 13.
- Differentiam quicquid habet, habet & genus, & non omne quod habet genus, habet differentias. Auerr. in 10. metaph. sum. 1. tex. com. 43. ch. 50.
- Differentia, & propria in hoc considerantur, ut potentia sint talia, non quod reuera ita sint. Boet. in Porph. ex dial. char. 43.

- Differentia non est, in qua sit genus per essentiam, cum differentia sit actus, uel forma simplex, in specie autem per essentiam est genus. Alb. mag. de præd. c. 13. col. 1.
- Differentia non est in genere nisi potentia, species autem est in genere, ut in continente ipsum. Alb. mag. de præd. ch. 13. col. 1.
- Differentia omnis imminuens potestatem generis addita generi speciem facit imperfectam, & secundum Pythagoram ponitur in numero malorum. Alb. magn. præd. char. 171. col. 2.
- Differentia alicuius nulla potest esse genus alterius. Alb. magn. in top. ch. 44. colum. 4.
- Differentia aduenit generi, non per accidens, sed per se, ut determinans ipsum per modum, quo materia determinatur per formam. D. Tho. in periherm. c. 7. col. 2.
- Differentiæ non participant genus, aliter genus esset de substantia differentie. D. Tho. in 1. metaph. l. 9.
- Differentia cum additur generi, non additur ut res generi diuersa, sed ut in genere simpliciter contenta. D. Tho. 7. metaph. l. 12. tex. 43. ch. 516.
- Differentia non aduenit generi, ut diuersa essentia ab eo existens. Diuus Thomas 7. metaphysicor. lib. 12. tex. 43. char. 516.
- Differentia nulla participat genus. Alex. de ales in 3. metaph. tex. 20. ch. 63. col. 2.
- Difficultas in cognitione quandoque contingit propter rem latentem, & hoc erit propter imperfectionem suam naturæ. Auer. in phy. 3. tex. 15. c. 43. col. 2.
- Difficiliter intelligibilia per se duobus de causis sunt: uel ex sui imperfectione, ut quæ formam perfectam non habent, sed potentia ualde permixtam, ut materia, motus, & tempus: uel ex sui perfectione, quod oë principium intelligendi præueniunt, ut Deus deorum dominus, qui non intelligitur nisi per formam sui causati. Alb. mag. in 1. metaph. tract. 2. cap. 1. c. 59. col. 3.
- Digestionis finis est introducere naturam, natura autem est uniuersusque forma, & substantia. Arist. meteor. 4. sum. 1. cap. 3. tex. 16. ch. 562.
- Digestionis finis alius est, ut introducat quandam formam in subiectum cum tale fiat, & tatum humidum, aut asserur, aut elixetur, aut putrescat, aut aliquo modo alio calefiat: tunc enim dicimus concoctum esse, ut mustum, pus & lacryma, cum facta fuerit sordes. Arist. meteor. 4. sum. 1. cap. 3. tex. 17. c. 562.
- Digestio accidit omnibus, cum uicta fuerit materia & humiditas a calido, quia solum humidum naturaliter terminatur a calido. Arist. meteor. 4. sum. 1. cap. 3. tex. 17. char. 562.
- Digestio in animalibus est perfectio alimenti ab anima per naturalem, & proprium calorem quousque potentia quod est alimentum, actu fiat. Alex. aphr. 4. meteor. cap. 3. ch. 94. col. 1.
- Digestio est perfectio generati per actionem caloris naturalis in materia conuenienti, & hæc perfectio est in ipsa forma, & natura. Auer. meteor. 4. ch. 211. col. 1.
- Digestio hominum morantium in terris frigidis melior est digestionem hominum morantium in calidis. Auer. meteor. 4. char. 211. colum. 2.
- Digestio in hieme est fortior, quam in æstate. Auer. meteor. 4. c. 211. colum. 2.
- Digestio & substantia digestionis est temperantia equalitatis caloris, & humoris, qui reperitur in corpore terrestri præparato ad generationem. Auer. meteo. 4. tex. 23. c. 215. col. 4.
- Digestio communis definiri non poterat ante diuisionem, quia non dicitur uniuoce de speciebus, sed proprie. Alb. mag. in 4. meteo. tract. 1. cap. 13. ch. 120. colum. 1.
- Digestio est ex proprio, & naturali calore digerente, & separante purum ab impuro, & terminante ipsum ad speciem eius, quæ nutritur, ut est instrumentum animæ. Alb. mag. in 2. de ani. tract. 2. cap. 8. c. 18. col. 4.

Digestiva iuuatur calido, & humido: quia calidum alterat, & terminat: humidum facile fluit in membrum, & recipit eorum formas, & figuras, & tres habet operationes: primo alterat cibum ex qualitibus contrariantibus: secundo maturat educendo humidum superfluum: & assimilacione nutrimenti ad membra. Alber. mag. in 2. de anim. tract. 2. cap. 7. ch. 18. col. 4.

Digestiones quatuor dicuntur: prima, quæ incipit in ore, & perficitur in stomacho: secunda in hepate: tertia in extremitatibus venarum: quarta in singulis membris ad propriam membrorum similitudinem. Albertus mag. in 2. de anima. tract. 2. cap. 8. char. 18. col. 4.

Digestio est elixationi similis. Albertus magnus de nutrimentis. & nutrimentis. tract. 1. cap. 1. char. 68. col. 8.

Digestio fit a calido naturali, ideo est calida. Alber. mag. de natur. & orig. ani. lib. 69. cap. 4. col. 2.

Digestivæ virtutes in homine debiliores sunt, quam in alijs animalibus. Albertus magnus de animalibus. lib. 1. tract. 2. cap. 25. char. 22. colum. 2.

Digestionis prima præparatio de mente Auerois ultimi cibi, qui est sanguis in hepate, est in stomacho prima, sed in corde est complementum digestionis, ex qua digestionem sanguis efficitur cibis membrorum. Alber. mag. de anim. lib. 3. tract. 1. cap. 5. chart. 38. col. 2.

Digestionum alia est imperfecta, & incepta, alia perfecta, & completa. imperfecta est, quæ incipit in ore. Alber. mag. de anima. lib. 3. tract. 2. cap. 4. char. 42. col. 2.

Digestiones perfectæ sunt quatuor sibi succedentes. Prima in stomacho virtute caloris omnium membrorum, quæ stomacho circumponuntur, in qua superfluitas sicca separatur, & hæc massa chylus, vel ptisanaria massa vocatur, quæ a meseraicis venis exsurgitur, & ad hepaticum ducitur in eius gibbo. Secunda fit digestio, & separatur a chilo per emulgentes aquositas superflua, & defertur ad renes: alia pars chylus est de substantia aquosorum humorum. Tertia fit digestio in venis ex calore, quem habent a corde, & hepate. Quarta digestio fit in membris. Albertus magnus de animalibus. lib. 3. tract. 2. cap. 4. char. 42. colum. 3.

Digestionis primæ superfluitas purgatur per egestionem: secundæ per urinam, & pars ad splenem trahitur, & pars ad chistum fellis: tertiæ, & quartæ per poros manifestos, & occultos: per manifestos, ut phlegma per nares, melancholia per oculos, cholera per nates: per occultos, ut per sudores, & corporis forditiem, & aliquid eius exit in pilorum substantiam, & inguinem, & aliquando in apostemata. Albertus magnus de animalibus. lib. 3. tract. 2. cap. 4. char. 42. colum. 4.

Digestio aliquo modo fit in masticatione, & saliva, quia est calida, coadiuuat hanc digestionem. Alber. mag. de ani. lib. 12. tract. 1. cap. 6. char. 104. col. 2.

Digestio completa in stomacho fit non solum stomachi calore, sed etiam hepatis, & splenis adiutorio, & aliorum membrorum circumstantium. Alber. mag. de ani. lib. 12. tract. 1. cap. 6. ch. 104. colum. 3.

Digestionis cibi incipio non est causa: sed ut velocius digeratur. Albertus magnus de animalibus. lib. 12. tract. 2. cap. 1. char. 105. colum. 2.

Digestio est decoctio quædam, cum a proprio, & naturali calore completur, & terminatur humidam feminale, vel nutrimentale, & ad finem congruum deducitur, & remouetur a qualitibus naturæ contrariis; quia humidum feminale nunquam induet formas animalium, & membrorum ipsorum, nisi prius sit in termino congruenti formis ipsorum, & ad terminum, siue complementum formis membrorum congruum non deducitur, nisi per calorem a contrariis passionibus separantem. Alber. mag. de ani. lib. 20. tract. 1. c. 4. c. 163. col. 3.

Digestio fit a calido naturali primo, & per se, a frigido autem per accidens. D. Thom. in 4. meteor. ex digressio. de coloribus lib. 4. c. 235.

Digitus mortuus non est digitus, nisi æquiuoce. Aristot. 7. metaphys. cap. 12. tex. 35. char. 146.

Digitus pars, quæ se inflectit, est nodus, siue articulus, & quæ rigida constat, Internodium dicitur. Aristot. de histor. anim. 1. cap. 15. chart. 26.

Digitus pollex vno inflectitur nodo, alij duobus. Arist. de histor. animal. 1. cap. 15. char. 26.

Digitorum flexus ad capiendum, ac premendum commodissimus est. vnus est a latere adiunctus digitus, sique breuis, & crassus, sed non longus, sine quo non probe eadem facultas daretur: hic enim a parte inferiori sursum premit, ut cæteri a superiori deorsum, & pollet hic plurimum, ut vnus multos æquiparet. est breuis, ut robustus sit, quoniam nullam præstaret commoditatem, si esset longus. Arist. de part. ani. 4. ca. 10. c. 534.

Digitus nouissimus recte paruus est, & medius longus, tanquam remus nauigij medius. quod enim officio capitur circum per medium digitum complecti potissimum necesse est. sed & pollex magnus, qui a latere iunctus est, appellatur, quia cæteri sine eo sunt ferè inutiles. Arist. de part. anima. 4. cap. 10. char. 534.

Digitus quod vice mutata implicatis circumagitur, duo esse videtur, quia duplici sentiendi parte attingimus: nunquam enim fieri potest, ut lateribus digitorum exterioribus vtrisque idem complectamur, & agitemus, dum manus ordinem suum obtinet naturalem. Arist. problem. sect. 35. q. 10. ch. 654.

Digitus, si ex vno continuo offe, aut ex duobus formarentur, & manus similiter, non tamen essent plicabiles, & quod debilitates affert multitudine ossium, restituit fortitudo ligamentorum. Albertus magnus de animalibus. lib. 1. tract. 2. cap. 12. char. 13. colum. 3.

Digitos mouentes musculi alij sunt in vola manus, alij in brachio, quia si in vola omnes fuissent, nimis carnosus fuisset manus. Albertus magnus de animalibus. lib. 1. tract. 2. cap. 15. char. 15. colum. 2.

Digitos dilatantes omnes musculi positi sunt super brachium: qui ad inferiora digitos mouent in digitis sunt positi. Alber. mag. de ani. lib. 1. tract. 2. c. 15. ch. 15. col. 2.

Digitos dilatantes musculi sunt musculus, qui est in medio manus, in ipsius brachij adiutorio, & a parte suprema nascitur capitis adiutorij partis inferioris, & quatuor digitis cordas mittit. Albertus mag. de anim. lib. 2. tract. 2. cap. 15. char. 15. col. 2.

Digitos ad inferiora declinantes musculi tres sunt continui ad inuicem in parte illius eiusdem: quorum vnus oritur a parte capitis adiutorij in media in syluestri ipsius, inter duo ipsius additamenta: & iste duas cordas annulari, & auriculari transmittit. Vnus autem ex istis musculis oritur ex duobus additamentis adiutorij interiori apud imaginem focalis inferioris, & duas transmittit cordas medio, & indici. Tertius oritur a supremo focali superiori, & chordam pollicis mandat. apud hanc iuncturam est musculus, qui est vnus duorum inter musculos motus rascetæ nominatorum: & oritur a loco medio focalis inferioris, cuius chorda prolongat pollicem ab indice. Albertus magnus de anim. lib. 2. tract. 2. cap. 15. ch. 15. colum. 2.

Digitos constringentes, alij consistunt super brachium, alij super volam. Super brachium tres sunt, quorum vnus secundum ordinem super alium positus est, ex quibus nobilior est qui inferior est: quia operatio nobilior est, & adhæret ossi focalis inferioris. Est autem origo eius a medio capitis adiutorij ex parte syluestri ad inferiora versus, & deinde penetrando dilatatur chorda eius, & diuiditur in quinque chordas, quarum quæque ad interiora digiti peruenit: illa autem, quæ ad quatuor peruenit, quælibet iunctura digiti primam constringit, & tertiam. Primam, quia annectitur ei ligando, quod est super eam. Tertiam, quia caput eius hæret ei, quæ autem ad pollicem vadit constringit & secundam

secundam iuncturam ipsius, cum eis enim ambabus cotinuas: & secundus, qui super hunc musculum est minor isto, & incipit a capite adiutorij, & tangit focile, & diuidit terminum comunem inter latus domesticum, & syluestre, qui est superior focalis superioris superficies, & cum peruenerit ad pollicem, declinat parum interius, & iuncturis medijs quatuor digitorum mittit cordas, ut eas constringat. Ad pollicem autem non peruenit, nisi ramus paruus, qui etiã non est ex chorda eius, sed alio loco. Et primi est origo a capite superioris focalis, & inferioris. Secundi est a capite focalis inferioris. Tertius non constringit, sed sentiendo præstat auxilium, & pilorum prohibet generationem, & fortes reddit manus operationes. Alber. mag. de ani. lib. 1. tract. 2. cap. 15. c. 15. col. 2.

Digitorum quatuor, pollice excepto, nobilior operatio est constringere. Alber. magn. de ani. lib. 1. tract. 2. cap. 15. ch. 15. colum. 2.

Digitos dilatantes musculi sunt quinque, & de reflexionibus, exceptis pollice, & auriculari vniciue digitorum insunt quatuor, de his autem, quæ ad superiora inclinantur, vniciue digitorum adest vnus. Alber. mag. de ani. lib. 1. tract. 2. cap. 15. c. 15. col. 3.

Digitus medius est æqualis fronti, & incipit. Alber. mag. de ani. lib. 1. tract. 2. cap. 26. c. 22. col. 4.

Digitus coherentes, & coniuncti inuicem hominem ostendunt. Alber. magn. de ani. lib. 1. tract. 2. cap. 26. char. 23. colum. 2.

Digitus collecti, & conglobati, auarum dicunt, & malignum. Alber. mag. de ani. lib. 1. tract. 2. cap. 26. c. 23. col. 2.

Digitus parui, & tenues, stultum ostendunt. Alber. mag. de ani. lib. 1. tract. 2. cap. 26. c. 23. col. 2.

Digitus parui, & crassi, inuidum audacem, & ferum demonstrant. Alber. magn. de ani. lib. 1. tract. 2. cap. 26. ch. 23. colum. 2.

Digitus nimis vicini, & tenues, longe sunt a sapientia. Alber. mag. de ani. lib. 1. tract. 2. cap. 26. c. 23. col. 3.

Digitus moderato spatio inter se distantes, leues, & loquaces signant. Alber. magn. de ani. lib. 1. tract. 2. cap. 26. c. 23. col. 3.

Digitus temperatæ magnitudinis, & honestæ speciei mores optimos indicant. Alber. magn. de ani. lib. 1. tract. 1. cap. 26. ch. 23. col. 3.

Digitos omne animal habet habens pedes, præter elephantem. Alber. magn. de ani. lib. 3. tract. 2. cap. 1. ch. 39. colum. 4.

Dignitates si demonstrarentur, sequeretur omnium demonstratorum in quacunque scientia, idem esse subiectum. Aristotel. 3. metaphysico. ex summ. 2. cap. 1. tex. 4. char. 44.

Dignitates maiores continent minores virtutes. Io. gra. in 1. post. cap. 1. ch. 3. col. 1.

Dignitates aliæ communes sunt omnibus scientijs, aliæ quibusdam, aliæ vni soli. Ioan. gramm. in 1. post. cap. 2. ch. 3. colum. 2.

Dignitatum scientia melior est scientia, quæ per demonstrationem acquiritur. Ioan. gramm. in 1. post. cap. 2. ch. 6. colum. 2.

Dignitas est propositio quam per se dicens, habet, & profiteretur, ut bis duo faciunt quatuor. Ioan. gramm. in 1. post. cap. 2. ch. 7. col. 2.

Dignitates differunt a suppositionibus, quia dignitates omnibus cognitæ sunt, & habens ipsas vnusquisque ex se proficitur, & si præceptor eas non dicat, suppositiones autem, & si aliquæ propter manifestationem creditæ per se sunt, ut dignitates, tamen indigent aliqua ratione a præceptore. Io. gra. in 1. post. cap. 8. c. 21. c. 4.

Dignitates, & suppositiones a petitionibus differunt, quia suppositiones apparentes discenti sumuntur, petitiones autem, & si discenti non videntur, ipsas tamè petit magister, ab vtrisque autem, quia illæ fidem ha-

bent; petitiones autem breui, aut maiore colloquio indigent. Io. gra. in 1. post. cap. 8. c. 21. col. 4.

Dignitas contradictionis in omnibus entibus, & non, entibus diuidit verum a falso. Ioannes gramm. in 1. post. cap. 8. char. 22. colum. 3.

Dignitates vel petitiones discimus per inductionem, & per has facimus demonstrationem. Ioan. gramm. in 1. post. cap. 15. ch. 36. col. 2.

Dignitas est propositio immediati principij, per quam necesse est per naturalem habitum habere docentem, & non accipere per doctrinam. Albertus magnus in 1. post. cap. 176. colum. 4.

Dignitas dicitur, quia omnibus dignior est, eo quod omnibus insunt cognitionem, & veritatem, & dicitur maxima, eo quod virtute influentia lucis, & veritatis omnia excedit immediata principia. Alber. mag. in 1. post. cap. 176. colum. 4.

Dignitates antiquitus virtuosus pro premio virtutis concedebantur. Albertus magnus ethicorum primo, tract. 5. cap. 8. chart. 12. columna secunda.

Dignitas vt principium demonstrationis.

Dignitas non est nec petitio, nec suppositio, quia petitio, & suppositio exteriori ratione confirmari possunt, sed dignitas non est ad extrinsecam rationem, sed ad ea, quæ in anima. Aristotel. posterior. libro primo, cap. 8. tex. 24. char. 313.

Dignitates aliæ sunt propriæ vniciue scientiæ, & illi scientiæ appropriatæ, quibus in alijs scientijs demonstratiuis uti non conuenit: aliæ sunt communes secundum analogiam. Alber. mag. in 1. post. ch. 184. col. 4.

Dignitas, quæ communis animi conceptio appellatur, est, quæ per sui euentiam, quam primum ad aures nostras peruenit, ab omnibus probatur; quia non est nota ad exteriorem rationem, sed ad rationem, quæ est in anima, id est, ad habitum intellectus naturalem, qui est in anima. Alber. mag. in top. c. 185. col. 2.

Dignitas demonstrationis sumitur a principijs intrantibus in demonstrationem, & non extrinsecis. Albertus mag. in 1. post. cap. 199. colum. 2.

Dignus est non videre quædam, quam videre. Arist. 12. metaph. sum. 2. cap. 5. tex. 51. ch. 260.

Diligentiæ eius, quæ est circa homines, primæ partes sunt circa uxorem. Arist. oconom. pri. cap. 3. char. 333.

Diluuium dicitur, quod factum fuit sub Deucalione, & quod factum fuit circa Dodonem, & Acheloum, & illic habitabant Selli, qui vocabantur Greci, nunc Helles. Arist. meteor. 1. sum. 4. c. 2. char. 489.

Diluuium factum fuit in Achaia cum terremotu, extra enim erat Auster, ibi autem Boreas, & tranquillitate facta fluente intro vento factus fuit, & terræ, & fluctus simul, & magis quia mare obstipabat. Arist. meteor. 2. sum. 3. cap. 2. chart. 531.

Diluuij causa, alia est vniuersalis, alia particularis: vniuersalis est, cum tota regio habitabilis submergitur, ut factum est sub Noe: particularis est, cum vnam terram submergit. Alber. mag. de pro. ele. li. 1. tra. 2. c. 9. c. 110. col. 4.

Diluuij vniuersalis causa est, in qua conueniunt omnia simul, & coelestia, & terrestria causantia inundationem aquæ. minus vniuersalis est in qua quædam celestium, & quædam terrestrium concurrunt. particularis est, in qua conueniunt quædam terrestrium, vel quædam coelestium sola. Albertus magnus de propriet. element. lib. 1. tract. 2. cap. 9. ch. 110. colum. 4.

Diluuij causa vniuersalis componitur ex quatuor causis. Prima est coniunctio septennaria vera planetarum. Secunda, quod omnes, vel plures eorum fuerant in inferiori parte suorum circulorum. Tertia, quod talis fuerit coniunctio, quæ inceperit in signo aquarum, iuxta septem stellas, quæ dicuntur hydræ aquarum. Quarta,

ta, quod Luna fuerit confortata viribus suis hora conjunctionis, super quod ipsa ascēderat circulo Hemispherij, nec non ut in aere, & in terra sint multi vapores. Alb. mag. de propr. elem. lib. 1. trac. 2. c. 9. c. 111. col. 2.

Dimensiones tres si existunt sine subiecto manentes in eodem loco, infinita essent loca, & totum corpus locatum, & partes eius erunt in loco essentialiter, & loca infinita erunt, & locus indigebit loco, quia mouebitur ad alium locum. Arist. phy. 4. sum. 1. c. 7. t. 33. c. 87.

Dimensiones sunt sex: paria autem tria, ynum summum, & imum; alterum ante, & retro; tertium dextrum, & sinistrum. Arist. de ani. inces. cap. 2. ch. 561.

Dimetiens non habet communem rationem ad latus. Magen. in prior. c. 35. colum. 4.

Dimensio non est magnitudo, sed quædam indiuidua formæ, & virtutis eiusdem quicquam vnum efficiendi adeptio, & effusio intelligenda est. Simplicius in quarto phy. char. 193. colum. 2.

Dimensionem habentia locum habere debent. Simp. in 4. phy. tex. 49. char. 226. colum. 1.

Dimensiones, cum abstrahuntur a materia, non habent potentiam, ne dum ut habeant potentiam non conuulsi, ita ut faciant quietem in vno loco, & motum in alio. Auer. in phy. 4. tex. 65. ch. 72. colum. 1.

Dimensiones sunt vltima, & vniuersaliter accidentia, quæ non possunt existere per se. Auerro. in 4. phy. text. 80. char. 78. colum. 1.

Dimensio nõ separatur a materia imaginatione, nedum inesse, quia cum a materia, auferretur superficies, nil remanet in ea nisi dimensio in potentia; & cum determinatur per superficies, fit dimensio in actu, id est, corpus; & cum auferretur superficies, fit dimensio in potentia. Auer. in 4. phy. text. 15. ch. 59. colum. 3.

Dimensiones de se primo non notificant de indiuiduo substantiæ quidditatem suam; & posteriores sunt ipso animato, & anima, & animatum præcedunt eas. Auer. in epit. metaph. tract. 2. ch. 176. colum. 2.

Dimensiones, ut dimensiones, non notificant de indiuiduo quid est. Auer. in epit. meta. tract. 2. c. 176. col. 2.

Dimensiones impossibile est esse substantias; nam si essent substantiæ, tunc quando exirent ad actum recipiendo terminos suos, essent substantiæ, non quantitates, quod est falsum. Auer. in epit. metaph. tract. 2. ch. 176. col. 2.

Dimensiones terminatæ vltimo actu non possunt esse in materia, nisi postquam forma substantialis est in ea. Auer. de sub. orb. cap. 1. char. 3. colum. 2.

Dimensiones, quæ sunt in materia cœlesti, sunt proprium propriorum eius. Auer. de sub. orb. ca. 1. char. 3. col. 4.

Diminutio est existens magnitudinis minoramentum. Arist. 1. de gener. & corrup. sum. 2. c. 2. tex. 70. ch. 398.

Diminutio sit, cum forma augmēti non potest transmutare omnes partes cibi in suam substantiam, sed humiditatem naturalem, quæ est in membris, alterant eibi in suam substantiam, & sic diminutio erit in quantitate, forma eadem manente. Aristote. pri. de generatio. & corrupt. sum. 3. cap. 4. tex. 42. char. 402.

Diminutum in omni genere, est diminutum per commisionem contrarij. Auer. phy. 1. tex. 45. ch. 108. col. 2.

Diminutum est omne, in quo potest fieri additio. Auer. prim. de cœlo. tex. 12. char. 6. colum. 1.

Diminutio maxima virtutis Dei est, ponere actionem mundi æternam, finitam, & terminatam, quia actio terminata imaginatur ab agente terminato. Auerroes ex dest. dest. disp. 1. char. 15. colum. 4.

Diminutio secundum naturam non incipit, nisi post motum, vel statum augmenti. Albertus magnus in 5. phy. tract. 2. cap. 8. char. 93. colum. 2.

Diocletianus Imperator è pastoribus assumptus, rempublicam strenue gubernauit. Albertus magnus ethicor. prim. tract. 7. cap. 2. char. 19. colum. 2.

Diogenes Apoloniates, & Anaximenes, aerem suppo-

fuerunt esse principium. Ioannes grammaticus in primo physicorum, char. 5. colum. 3.

Diogenes, cum ex conditione seruus esset, ob liberalia studia, liberati donatus fuit. Albertus magnus in pri. physic. tractat. 3. cap. 5. char. 63. colum. 1.

Diogenes è seruis originem fumens, propter suas virtutes, magnus habitus est. Albertus magnus ethic. prim. tract. 7. cap. 2. char. 19. colum. 2.

Diogenes fuit discipulus Anaximedis. Alexan. de Ales in pri. metaph. char. 13. colum. 3.

Diomedis aues sunt, quas ad augurium vocauit rex Diomedes, albe, igneis oculis, grecis blandiuntur, reliquas impugnant nationes ad nidos accedentes. Alb. magn. de anim. lib. 23. cap. 1. char. 187. colum. 4.

Dionysio delubrum est dicatum iuxta Bisaltas Graetoniæ regionis, quæ amplitudine cætera superat, in quo cum eius sacra celebrantur, si Deus annualem felicitatem agere intēderit, magnum ignis splendorem apparere aiunt: & hunc omnes, qui circa delubrum sunt, conspiciunt: si frugum penuriam, lucem hanc non videri, sed tenebras locum occupare, ut cæteras noctes, legitur. Arist. de admir. aud. 117. ch. 866.

Dionysius Siracusanus, dum pecuniam cogere vult, dixit, conuocata concione, vitam sibi Cererem, quæ omne muliebri ornamentum ferri in templum iuberet, & se primum omnium suarum foeminarum ornamentum attulisse, postulare que, ut cæteri idem faciant, ne qua Deæ indignatio aduersus ciuitatem oriat, quod si quis id non faciendum putauerit, pro sacrilegij reo habiturum. Itaque, cum omnes, qui apud se erant, & propter Deam, & propter illum attulissent, Deæ rem sacram fecit, & ornatum omnem ipse abstulit, ut ab ipsa Dea mutatus. & cum progressu temporis foemine rursus gestaret, iussit, si qua uti vellet aureo gestamento, ab ea res quædam certas, & definitas in templo dicari. Aristot. economicorum 2. char. 812.

Dionysius ædificaturus triremes conuocata concione dixit, ciuitatem quandam sibi prodi, ad quam accipiendam opus esse pecunijs; & postulauit ut singuli ciues binos afferrent stateres, quibus acceptis post biduum re infecta, afferens ab incepto aberrasse, homines laudauit, & singulis quæ attulerunt, reddidit; & non multum post iterum recepit, & in triremium vsum eos conuertit. Arist. economicorum 2. char. 813.

Dionysius, cum argentum non haberet, plumbeum nummum percussit, & concione accersit quamuis inuiti, tamen quod propositum eis fuit, sciuerunt. Aristote. economicorum 2. char. 813.

Dionysius inopia laborans postulauit, ut ciues pecunias sibi afferrent, qui cum negare habere, ille, quæ domi habebat suppellectilia, producere cepit, & vendere, tanquam inopia coactus id faceret; quæ dum Siracusani emunt, illi interim, quod quisque emeret circumscribebat, & emptas suppellectiles ad se referri iussit. Aristot. economicorum secundum char. 813.

Dionysius pecuniarum cum indigens esset, iussit apud se omnium describi pecunias, quicumque domi suæ pupilli essent, & illis tandiu est abusus, dum quisque ad legitimam peruenit ætatem. Arist. economicorum 2. ch. 814.

Dionysius direpto phano mature sciens a nautis nõ pauca direpta fuisse, per præconem edixit, quod quisque dimidium, quod apud se haberet, representaret, reliquum vero dimidium illius foret, qui illud præhensum haberet. Quod si quis dicto audiens non fuisset, mortem ei dixerat pro multa futuram: tamen nautæ dimidium attulerunt, at ille ubi priora accepit, reliqua nihilominus afferri iussit. Arist. economicorum 2. char. 814.

Dionysius cū sana deorum circuiret, sicubi boni dæmonis auream, & argenteam mensam appositam vidisset, libari illi Deo imperabat, & deinde mensam auferri: & si quod simulachrum porrecta manu phualā sustineret, dicebat

dicebat se accipere & sic auferri iubebat. Idem aurea amicula, & coronas simulachrorum tollebat, dicens se & leuiores, & odoratiora daturum, ita illis amiculum album, & coronas populeas circumdabat. Arist. economicorum 2. ch. 827.

Dionysia lapis est niger, ut ferrum intermicans rubeis guttis, & spirat vinum, & odore ipsius fugatur vini ebrietas, quia vapor lapidis aperitiuus est, & expellit vaporē vini. Alb. mag. in 2. de mine. ex tr. 2. c. 4. c. 140. c. 1.

Dipsas est serpens, qui latine situla interpretatur, quia situla indiget ille, quem momorderit, quia tantum sitit, quod sitiedo, & bibedo morif: ideo ab Auicēna serpens sitim faciēs vocat. Lōgitudine est vnus palmi, & super corpus eius sunt vestigia nigra plurima: caput eius est paruū, collū grossū, & a collo ad caudā diminiui incipit, & est figure vipere. Al. mag. de ani. l. 25. c. 201. c. 4.

Discendi causa proprium, & definitiones facimus. Arist. top. l. 5. cap. 2. ch. 474.

Discendi non sunt ponendæ propositiones, exercitatio ponendæ sunt. Arist. top. l. 8. cap. 2. ch. 558.

Discimus demonstratione ex vniuersalibus, & inductione ex particularibus. Ioan. gramm. in 1. post. cap. 14. ch. 36. colum. 1.

Discendi ordo congruus est, quod primo pueri logicibus instituantur: secundo in mathematicis: tertio in naturalibus; quarto in moralibus; quinto in sapientibus, & diuinis. D. Tho. ethic. 6. l. 7. c. 107. col. 3.

Discens aliquid prius præcognoscit oportet, aut omnia, aut quedā. Arist. in metaph. ex su. 3. cap. 4. te. 47. c. 32.

Discuntur quædam assuescendo, quædam audiendo. Arist. polit. 7. cap. 13. c. 743.

Discentes, & inuenientes intra se seminarium, ac initiū disciplinæ, & scientiæ habent. Them. de mem. & rem. l. 2. cap. 3. c. 94. colum. 1.

Discere, & inuenire sunt in scientia: illud extrinsecus, istud vero intrinsecus scientiam suppeditat, disciplinæ deceptio ab altero opponitur, inuentionis deceptio a se ipso. Simp. in 5. phy. tex. 5. c. 323. col. 2.

Disciplinæ sunt diuidendæ in duas partes in iuuenibus, aliæ enim discendæ sunt a quinto anno vsque ad pubertatem: aliæ a pubertate. Arist. polit. 7. cap. 17. c. 756.

Disciplina nulla de proprijs principijs aliquid dicit. Ale. aphr. in 1. top. cap. 2. c. 5. col. 2.

Disciplina est quædam receptio scientiæ, & modus, secundum scientiam. Simp. in 5. phy. tex. 3. l. ch. 316. col. 2.

Disciplina non omnis proprijs vitatur principijs, sed quædam sunt, quæ diuersarum scientiarum principia ipsi sunt accommodent, ut dialectica. Ioan. gra. in 1. phy. ch. 3. colum. 1.

Disciplina, ac doctrina omnis vniuersaliter fit secundum tres modos: vel per negationem, ut Deus, nec hoc, nec illud est: vel per analogiam, & proportionem, ut, quam rationem habet ad oia quæ sunt in hoc mundo eandem Deus habet simpliciter ad omnia quæ sunt: vel per definitiones. Io. gra. in 1. phy. tex. 28. c. 12. col. 3.

Disciplina a Platone reminiscentiæ appellantur, ab Aristotele non, quia qui discit non præsciens, sed nesciens discit. Io. gram. in 2. prio. cap. 21. c. 80. col. 3.

Disciplina est actus, vel affectio quædam circa discipulū producta. Io. gram. in 1. post. cap. 1. c. 2. col. 3.

Disciplinæ non sunt propriæ intelligibiles, sed a nobis excogitatæ, & a nobis in materia separatæ. Io. gra. in 3. de ani. tex. 10. c. 85. col. 1.

Disciplinæ subiectum habent. Io. gra. in 3. de ani. tex. 11. ch. 85. colum. 4.

Disciplina est cum denuo discimus totum. Mich. ephes. de mem. & rem. c. 4. col. 4.

Disciplinarum alia fit per orationem, id est per ratiocinationem: alia fit per actum, aut artes, quæ addiscuntur per requisitionem: & per ratiocinationem separatur disciplina ab artificijs, quia non fiunt per ratiocinationem.

Auer. in post. l. 1. tex. 10. com. 1. c. 128.

Disciplina non fit nisi per loquelam, quæ non redditur nisi per auditum. Auerroes de sens. & sensib. char. 193. colum. 3.

Disciplinæ contraria est ignorantia non negationis, sed contrariæ dispositionis. Alb. magn. in prædicab. char. 49. colum. 4.

Disciplina dicitur, ut est a discente recepta. Alb. magn. in post. c. 173. colum. 2.

Disciplina dicitur praua ratione adiuncti, de quo est, & non sui ipsius, ut est disciplina. Alb. mag. in top. char. 233. colum. 2.

Disciplina tantum cōuenit animalibus ratione præditis. Alb. mag. in top. c. 250. col. 3.

Disciplinæ qui perceptibilis est, primo debet ea, quæ videt, & audit, diligenter attendere, & conferre, & ex collatis memoria retentis experta sumere, & ex illis vniuersale deputatum accipere, prout est principium scientiæ, vel artis, vel prudentiæ, vel alius huiusmodi intellectualis virtutis. Alb. mag. de ani. l. 2. c. 3. c. 170. colum. 3.

Disciplina est receptio cognitionis ab alio. D. Thom. in post. c. 13. colum. 1.

Discordiam eorum, qui multum in republica possunt, cito dissoluendæ sunt: nam totam rempublicam in partem trahunt. Arist. pol. 5. cap. 4. c. 650.

Discretio vocatur distincta cognitio vnus ab alio, quæ fit per cognitionem, quando applicatur vniuersale particularibus, ut ex proprijs particularibus distincta habeatur cognitio. Albe. magn. de mem. & rem. tract. 1. cap. 2. c. 21. colum. 3.

Discrimen rerum notum est illi, qui res illas intelligit. Ale. aphr. in 3. metaph. vel apud Latin. 4. ca. 5. c. 84. c. 2.

Discrimen, quod in rebus est, idem in rerum principijs esse oportet. The. in 1. de ani. cap. 2. tex. 5. c. 60. col. 4.

Discursiua facultas alia scientifica, quæ circa æterna veritatem: alia ratiocinativa, quæ circa ea, quæ aliter se habere possunt, versatur: vtriusque autem veritas virtus est. Alex. aphr. in 4. nat. q. cap. 25. ch. 21.

Discursus est, secundum quem homo, ut homo, agere innatus est. Alex. & Eustr. in 2. post. c. 108. col. 1.

Discursus nihil aliud est, quam intellectus operatio. Michael ephes. de mem. & rem. c. 7. col. 3.

Disiunctio est suppositio in diuisione. Io. gram. in 1. prio. cap. 22. c. 44. colum. 3.

Disperata sunt, quæ tantum a se diuersa sunt, nulla contrarietate pugnantia, ut terra, uestis. Boet. de syllogis. hip. l. 1. ch. 608.

Dispositiones non sine mutationibus sunt, quæ secundum passionem fiunt, ut sanitas, & morbus. Arist. 1. de cœlo. tex. 21. char. 251.

Disperata sunt, quæ distant formaliter, & non subiectiue tamē quædam sunt disperata, quæ ratione materiæ nõ formæ distant subiectiue, & formaliter, ut homo, & asinus. Alex. de ales in 5. metaph. tex. 16. c. 126. col. 4.

Dispositio dicitur habentis partes ordo, vel secundum locum, vel secundum potentiam, vel secundum speciem: positionem enim habere oportet, ut & nomen dispositionis indicat. Aristot. 5. metaph. cap. 19. tex. 24. char. 119.

Dispositiones sunt iustitia, & iniustitia, & dispositiones remoueri non possunt, si ergo fiunt iusti, ex iniustis, cum oē, quod sit, ex contrario, vel medio fiat, non fiunt iusti, ex iniusto, quod est contrariū, igitur ex intermedio, ergo inter iustitiā, & iniustitiā est habitus medius, & sic in oī virtute, & vitio. Ale. aph. in 4. nat. q. ca. 3. ch. 17.

Dispositiones solum considerant virtutes, & scientias naturales: potentia considerat ea, quæ non indigent doctrina, sed a sola natura dependent. Simp. in præd. c. 65.

Dispositio optima non est secundum violentam necessitatem, sed secundum eam, quæ secundum naturam inest,

ineff perfectionem. Simp. in 2. de celo. tex. 5. comm. 10. column. 4.

Dispositio laudabilis in animal est, vt in omnibus dispositionibus suis fit secundum naturæ cursum. Auer. 1. phy. te. 14. c. 146. col. 1.

Dispositio, & dispositum in illis, quæ sunt formæ non in materia, reducuntur ad vnum in esse, & duo in consideratione. Auer. in 12. metaph. te. 10. com. 39. c. 151.

Dispositiones nullæ sunt in agentibus non indigentes aliquo mutante. Auer. ex destr. destr. disputatio. 1. char. 8. colum. 1.

Dispositionis bonitas est conuenientia actionis cum dignitate, & ætate longæua, & vita decora, & delectabili cum sanitate, & amplitudine diuitiarum, & decore dispositionis apud homines, cum adeptione rerû tuētium, & efficiētū has res. Auer. 1. rhet. tr. 2. c. 33. c. 4.

Dispositio, vel affectio est ad aliquam rem accommodatio, & applicatio. Boeth. in præd. c. 155.

Dispositio fit per accidentia inclinantia materiam magis ad vnum contrariorum, quam ad alterum. Alb. magn. in 1. phy. ex. 3. tract. cap. 1. c. 8. col. 2.

Dispositio duobus modis accipi potest, vt est qualitas quædam, & vt est dispositio, & non habitus: & primo modo est de natura habitus, & est media inter priuationē, & habitū: secundo modo opponit habitui, quæ hoc quod est facile moueri opponitur ei, quod est difficile moueri. Alb. mag. in 1. phy. ex 3. tr. cap. 1. c. 8. col. 2.

Dispositio alia principaliter afficit partem corporis partem, qua affecta afficitur totum corpus, vt in dente, vel in digito videtur: alia, quæ non afficit, vt si denigretur aliqua pars dentis non afficitur totū corpus, & hic motus est quasi medius inter motū per accidēs, & motū per se: cōuenit. n. cū motu per accidēs, quæ est gratia partis: cum motu per se, quia quod potest, diuidit a toto. Alber. magn. in 5. phys. tract. 1. cap. 1. ch. 59. col. 4.

Dispositio aliqua ex cœlestibus corporibus potest in corpore humano causari, ex qua inclinatur appetitus sensitius, cuius motor est passio animæ. D. Tho. 3. ethic. l. 13. ch. 46. colum. 3.

Dispositio æquiuoca est, quia vno modo dicitur qualitas, secundum quam aliquis disponitur in se, vel respectu alterius: secundo modo dispositio idem est, quod qualitas firma. Ale. de ales in 5. metaph. tex. 25. c. 155. c. 1.

Dispositio duobus modis intelligit: primo, vt distinguitur ab habitu: secundo, vt genus ad habitum, & dispositionem. Tho. de Vio in prædicab. c. 68. col. 2.

Disputatio cōtentiosa ingenia exercere potest, quæ in hoc genere accidit, vt crebro quis vincat, aut vincatur, quod & in certaminibus sit. Arist. probl. sec. 18. q. 2. c. 507.

Disputationibus cur cōtentio est, negatio non? quia apparet syllogismus in paucis continetur, quin etiam si prolixius agatur, interposito tempore paralogismus, id est, peruersa ratiocinatio interea deprehenditur, & renouare quod dederit, aduersarius poterit. Aristot. probl. sec. 18. q. 8. ch. 510.

Disputandum non est contra negantes principia, nec contra eos, qui absurda, & dissentanea dicunt, nec contra paralogismos sophisticos. Simp. in 1. phy. c. 15. col. 2.

Disputanti sepe multoties videntur extranea remota a natura rei. Auer. in 12. metaph. tex. 10. c. 137. col. 4.

Disputatio exigit, vt contradicatur conclusioni, & argumentis. Auer. in phy. 1. tex. 22. c. 8. col. 2.

Disputatiuæ rationes verum concludunt solum secundum aliquid, & non secundum totum. D. Thom. in 1. phy. l. 12. tex. 54. c. 10. col. 4.

Dissensio in cognitionibus ea est, quæ in vero, & falso est. Simp. in 3. de ani. ex sec. 1. tex. 159. c. 56. col. 1.

Differens de vniuersis, ac omnibus dicere debet. Arist. de gen. ani. 5. cap. 7. ch. 288.

Differendi ratio in necessaria conclusione elaborat. Am. in Porph. ch. 9. col. 1.

Differendo apta est secunda figura, quia omnes negatiuas concludit, quæ disputanti conueniunt. Io. gram. in prio. cap. 5. c. 18. col. 2.

Differendi ratio duplex: alia in iudicando, alia in inueniendo posita. Dan. Barb. 1. rhet. cap. 2. c. 4.

Differendi quatuor genera sunt: pceptio, disputatio, attetatio, & decertatio: pceptio non pedit ex rñdētis arbitrio, sed ex pprijs cuiusq; doctrinæ picipijs cōcludit. Disputatio ex pbabilibus sūptis cōtradictiā colligit. Attetatio ex his, q̄ rñdētēs opinant, & ex ijs, quæ iure oportet eos, q̄ peritiā aliquarū rerū pferūt, rōnes suas cōmuni. Decertatio duplex: aut re ipsa peccat, cum non probabilia, sed quæ videntur probabilia assumit: aut, cum ijsytimur, quæ non conficiunt, sed conficere videntur conclusionem. Dan. Barb. 2. rhet. cap. 40. c. 142.

Dissimilaria, quæ suum opus facere possunt vera sunt: quæ non, æquiuoce, vt oculus, cum videt verus est, cū non videt, æquiuoce dicitur oculus. Arist. meteor. 4. su. 4. cap. 3. tex. 54. ch. 589.

Dissimilia sunt opposita similibus, & quot modis dī simile, tot dī dissimile. Arist. 3. metaph. cap. 9. te. 16. c. 98.

Dissimiles partes omnes compositæ sunt ex similibus. Alb. mag. de ani. l. 1. tract. 2. cap. 2. c. 1. col. 3.

Dissimilia sunt, quæ non habent quantitatem vnam. D. Tho. 10. metaph. l. 4. tex. 10. c. 699.

Dissimulator est, qui, quæ sibi insunt, vel negat, vel dimittit. Arist. 4. ethic. Nicom. eap. 7. c. 102.

Dissimulatores minus, quam sint, dicentes, moribus elegantiores videntur, vt enim factum euitent, id facere videntur, vt & Socrates faciebat. At qui parua, & manifesta dissimulant, veritate delicati, vel gloriosi dicuntur, & contemendi sunt, & angustissimi interdum sunt. Arist. ethic. Nicom. cap. 7. c. 104.

Dissimulator est, qui pauciora, & minima esse sua simulans, & quæ nouit diffidetur, & occultat, quæ cognoscit. Arist. mag. mor. 1. cap. 50. c. 304.

Dissimulatio, ex Aristotelis sententia, non est omnis praua, & vitiosa. Eust. 4. ethic. cap. 3. c. 184.

Dissolutio fit a posteriori incipiendo, & perueniendo in primum principium in cognitione. Auer. in 7. metaph. tex. co. 23. c. 82.

Disonantiæ copulatio, quod antiphonū appellamus, cur suauior quam consonum est? vel quia expressius ita consonantiā percipitur, quā cum voce consona addita cantatur; alteram enim vocem, idem sonare necesse est, itaque duas ad vnam resonare, quæ tertiā offuscare possint. Arist. probl. sec. 19. q. 16. e. 515.

Dissuasio est, ne quid eligatur, aut dicatur, aut agatur, vt dehortatio. Arist. rhet. ad Alex. cap. 1. c. 181.

Dissuasor ex contrarijs suasiōi locis debet ostendere, nec iusta, nec legitima, nec vtilia, nec honesta, nec iucunda, nec facilia factu esse, vel saltem laboriosissimum, & non necessarium. Arist. rhet. ad Ale. cap. 1. c. 181.

Distantia, vt distantia, & si indiget mensura, non tamen indiget distantia. Simp. in 4. phy. c. 230. col. 2.

Distantia alia est secundum formam, quæ etiam consideratur in ipsis exemplaribus, quæ est ratio, & magis forma distantia: & alia, quæ est ex ea dimensione, quæ ex eo est, quod dimensionem, & spacium habet, & fit secundum affectionem. Simp. in 4. phys. c. 230. col. 2.

Distantia maxima, & minima non definitur nisi per lineam rectam. Auer. phy. 5. te. 24. c. 103. col. 1.

Distantia maxima non inuenitur nisi in linea recta. Auer. 8. phy. te. 73. c. 189. col. 4.

Distantia maxima non consideratur in duo loca, nisi, vt inter se sunt contraria. Auer. 8. phy. te. 73. c. 189. col. 4.

Distantia maxima non mensuratur, nisi secundum lineam rectam. Auer. 1. de celo, te. 18. c. 10. col. 3.

Distantia dissimilitudinis, & ordinis idē facit in immaterialibus, quod facit loci distantia in corporibus. Al. ma. de cau. & proces. vniuers. a cau. l. 2. tr. 3. ca. 2. c. 21. col. 3.

Distan-

Distantia formalis, & subiecti, primo fundatur super formam, & negationem formæ, & contradictoria: secundum distant formaliter, & subiectiue, vt habitus, & priuatio, vt priuatio appellari potest forma: tertio fundatur super duas formas habentes mutuum aspectum ad inuicem, & dicuntur oppositæ relatiue: quarto fundatur super formas, in eodem genere existentes maximeque a se distantes, & sic sunt contrariæ. Alexan. de Ales in 3. metaph. tex. 16. char. 126. col. 1.

Distantia duplex, sitalis, & formalis. Alex. de Ales in 1. metaph. tex. 16. char. 126. col. 3.

Distantia duplex, formalis, & localis, quæ distantia formalis proprie contrarietate facit, genusq; est contrarietatis, & hæc formalis, vel est in eodem genere, vel in diuersis. Alex. de Ales in 10. metaph. tex. 14. c. 290. c. 2.

Distemperantia fit dupliciter sine materia per solā qualitatem, vt cum aliquid solum calido, vel frigido alteratur, vel cum materia, & est humor aliquis, qui vel penetrat in membris, vel est in venis. Alb. mag. de ani. l. 12. trac. 11. cap. 2. c. 101. col. 4.

Distinctione uti debent, qui redarguunt, & interrogantes illa uti debent: instantes contra. Aristotel. elench. l. 1. cap. 14. char. 605.

Distinguer oportet docentem, quot modis res dicatur. Alex. Aphrod. in lib. elench. c. 50.

Distinctio quæuis vbi est, mox oportet, & mensuram esse distinctionis, ne cum ab vno exierit, & remota fuerit, transferatur ad infinitum. Simpl. in 4. physic. ex digress. tex. 154. c. 252. col. 1.

Distinctio rerum non solum fit per formas, sed etiam per materias, & per causas efficientes, & finales. Auer. in epitom. metaph. trac. 2. char. 175. col. 4.

Distinctionem omnem solutionem esse putant Latini. Alb. mag. in 1. metaph. trac. 1. cap. 2. c. 56. col. 4.

Distincta in efficiendo distincta sunt, in esse propter efficientiam efficientis procedunt ad esse. Alb. mag. in 7. metaph. trac. 2. cap. 12. c. 127. col. 1.

Distinctis in esse duobus nunquam ex ipsis fit omnino vnum: oportet igitur si ex duobus fit vnum, quod alterum sit in altero in esse, & id, cuius est esse, & sic se habent vt potentia, & actus. Alber. mag. in 7. metaph. trac. 2. cap. 12. c. 127. col. 1.

Distinctio aliqua, fit aliqua oppositione. Thom. de Vio. in præd. c. 23. col. 4.

Distributio optima est scire, quæ primo, quæ posterius proferenda sunt. Alex. Aphr. in 8. top. cap. 1. c. 89. c. 3.

Distributionis nutrimenti secundum proportionem geometricam causæ duæ sunt. Prima est naturæ sagacitas, quæ alioqui non saluaretur in specie, virtute, & figura indiuiduum. Secunda est virtus propria, & instrumentum proprium vniuscuiusque terminati membri. Alber. mag. de nutri. & nutri. trac. 1. cap. 2. char. 64. col. 3.

Diuerfa dicuntur, quorum aut species plures, aut materia, aut ratio substantiæ, & omnino opposita eidem dicuntur diuerfa, id est, quot modis dicitur idē, tot dicitur diuersum. Arist. 5. metaph. cap. 9. tex. 16. c. 97.

Diuersum est in eodem prædicamento vt & ens. Arist. 5. metaph. cap. 10. tex. 16. c. 98.

Diuerfa specie dicuntur, quæcunque eiusdem generis existentia non sunt subalterna, & sub eodem genere existentia differentiam habent. Aristotel. 5. metaph. cap. 10. tex. 16. c. 99.

Diuersum, & dissimile multipliciter dicitur: primo quod non est idem: secundo propter diuersitatem materiæ: tertio, vt in mathematicis, & opponuntur idem, & diuersum circa entia. Arist. 10. metaph. ex sum. 3. cap. 7. tex. 11. char. 199.

Diuersitas materialis, & formalis cum coniungantur, diuersitas in specie non est alia a diuersitate materiali, nisi per accidēs. Arist. 10. metaph. cap. 8. tex. 25. c. 211.

Diuerfa numero ea sunt, quorum materia diuerfa est.

Alexand. Aphrod. in 6. metaphysic. vel secundum Latin. 7. com. 23. char. 198. col. 1.

Diuerfuoca sunt, quæ neque nominis, nec rationis participationem vllam habent. Porph. in præd. c. 5.

Diuerfa ea dicuntur, quæ differunt genere, vt homo, & candidoris species, vt Andreas, & candidoris species, numero, vt Andreas a Iacobo. Ammo. in Porph. c. 6. c. 1.

Diuerfa sunt, quæ in omnibus differunt tum subiecto, tum nomine, vt homo, & equus. Ammo. in præd. c. 8.

Diuerfuoca sunt res, quæ circa vnum, & idem subiectum considerantur, nomine tamen impariuntur diuerso, vt assensus, & descensus. Ammo. in præd. c. 8.

Diuerfa maxime sunt ea, quæ non habent commune subiectum. Simpl. in præd. c. 6.

Diuersitas est quidam habitus. Simpl. in 3. de ani. ex sec. 1. tex. 146. c. 52. col. 2.

Diuerfa sunt quorum definitiones diuerse sunt. Ioan. Gram. in 2. poster. cap. 7. tex. 61. col. 4.

Diuersitas in finibus motior est, quam in actionibus. Auer. in phys. 3. tex. 13. char. 44. col. 2.

Diuersitas mediorum est causa in diuersitate motus. Auer. in phys. 4. tex. 71. c. 74. col. 1.

Diuerfa secundum magis, & minus communicant in eadem natura. Auer. in phy. 4. tex. 71. c. 94. col. 2.

Diuerfa in qualitate dicuntur fortiora, & debiliora: diuerfa in quantitate maiora, & minora. conuenientia in qualitate dicuntur similia, in quantitate, æqualia. Auer. phys. 7. tex. 34. char. 152. col. 1.

Diuersitatis maxima causa est amicitia, & odium. Auer. pri. de celo. tex. 101. char. 33. col. 1.

Diuersitas partium motuum non facit diuersitatem formarum specificarū. Auer. 2. de celo. tex. 49. c. 62. col. 1.

Diuersitas formæ partium compositorum est propter diuersitatem modorum. Auer. 4. de celo. text. 41. char. 124. colum. 1.

Diuerfa differunt, vel per agens, vel per recipiens: agens, vel differt in specie, vel secundum magis, & minus, & similiter recipiens. Auer. meteor. secundo. cap. 2. char. 198. col. 4.

Diuersitas naturæ receptæ facit diuersitatem in natura recipientis. Auer. 3. de ani. tex. 5. char. 160. col. 4.

Diuersitatem inter duo quod comprehendit, necesse est, vt sit vnum vno modo, & duo alio modo. Auer. 3. de ani. tex. 9. char. 167. col. 4.

Diuerfa specie non sunt diuerfa ob diuersitatem materiæ, sed quia in formis suis esse contrarietas. Auer. in 10. metaph. tex. co. 25. c. 129.

Diuersum differt a differenti, qua aliquid est diuersum per essentiam suam, sed est differens per aliquid in eo existens. Auer. in epitom. metaph. trac. 1. c. 171. col. 1.

Diuersinoca sunt, quorum nec eadem est definitio, nec idem nomen. Boet. in præd. char. 118.

Diuersum est omne, quod inflectitur ab eo, a quo inflectitur. Boet. in topic. Cicer. lib. 2. char. 796.

Diuerfuoca sunt diuerfa nomina, vnius & eiusdem rei secundum substantiam, eò quod instituens nomina illa instituendo diuersis rei proprietatibus fuit affectus. Alb. mag. de præd. char. 3. col. 4.

Diuerfuoca sunt, quando diuerfa nomina diuersis attribuantur. Alb. mag. in præd. char. 34. col. 4.

Diuersorum in eo, quod diuerfa sunt, diuerfa sunt formæ & diuerfa nomina, quæ sunt illis imposita; sed diuerfa in eo, quod vnum sunt, vñ nomen habere nihil inconueniens est. Alb. mag. in præd. c. 34. col. 3.

Diuersitas omnis organorum naturalium corporum probatur esse propter diuersitates animarum viuificā trum illa corpora. Albe. magn. de nat. & orig. animæ. tract. 2. cap. 8. c. 74. col. 3.

Diuersitas, quæ est in corpore, est propter diuersitatem potentiarum, & operationum animæ, & videmus esse determinatam diuersitatem in organis corporis

D d huma-

humani, nec conuenientem cum alijs animalibus in figura omnino. Et cum hoc non posset esse per sensibilem animam, in qua conuenit homo cum brutis, oportet, quod hoc sit propter opera animæ intellectiue: igitur intellectiua coniungitur aliquo modo corpori, & quocunque modo coniungatur secundum esse, numeratur necessario secundum numerum corporum, ergo erunt tot intellectus, quot sunt corpora. Alb. mag. contra Auer. de vnit. inte. cap. 5. c. 82. col. 1.

Diuersitas non est nisi ab intelligentia, nec ab alio potest esse principio, quæ vel ordinata est ab intellectu, vel non ordinata; si non ordinata, tunc priuatiu causam habebit efficientem, & a sapientissimo principio esset, quod est inconueniens. Alb. mag. de caus. & proces. vniuer. a pri. cau. lib. 1. trac. 2. cap. 8. char. 192. col. 3.

Diuersitas omnis, quæ est in corpore, est ob diuersitatē potentiarum, quæ sunt in anima. Alb. Mag. de caus. & proces. vniuer. a pri. cau. lib. 2. trac. 5. cap. 10. ch. 228. c. 3.

Diuersitas ad pugnam sufficit, quæ est cum modo contrarietatis. Alb. Mag. Ethic. 9. trac. 2. cap. 2. ch. 101. c. 3.

Diuersitas non est absque diuisione. D. Thom. in 8. phy. lect. 22. tex. 28. c. 149. col. 4.

Diuersa sunt, quorum non est substantia vna. D. Thom. 10. metaph. lect. 4. tex. 10. char. 699.

Diuersitas inter causas, & causatum duobus modis intelligi potest, vel quantum ad existentiam, vel quantum ad essentiam. Quantum ad existentiam, intelligo quod effectus existit a causa, causa autem non existit ab effectu, siue essentia sit in eodē genere in causa, & effectu, siue non; & hæc non tollit vniocationem, alia est diuersitas, quæ tollit vniocationem; varietas enim essentia variat rationem, varietas rationis tollit equiocationem. Alex. de Ales in 2. metaph. char. 37. col. 4.

Diuersitas specifica est diuersitas formalis, diuersitas numeralis est diuersitas materialis. Alexan. de Ales in 2. metaph. tex. 16. char. 123. col. 1.

Diuersitas positionum procedit ab ignorantia. Alex. de Ales in 7. metaph. tex. 9. c. 190. col. 4.

Diuersitas materiae, & forma, non solum est illa, quæ facit diuersitatem inter quidditatem, & cuius est quidditas, sed etiā diuersitatem inter quidditatem, & suppositum. Alex. de Ales in 7. metaph. tex. 42. c. 227. c. 3.

Diuersitas formalis est diuersitas generis, diuersitas materialis est diuersitas speciei. Alexand. de Ales 10. metaph. tex. 24. char. 300. col. 2.

Diuinum ipsum intransmutabile esse omne necesse est primū, ac maxime summū, quo nec aliud est melius, quod moueat, nec prauitatem vllam habet, nec indiget suorum bonorum vllō. Arist. 1. de celo, tex. 100. c. 276.

Diuinus intellectus semper intelligit diuinitissimum, & honorabilissimū, & nō trāsmutatū, quia trāsmutatio in indignis fieret. Arist. 12. met. su. 2. c. 5. te. 51. c. 259.

Diuinum natura, quid omnia habent. Arist. 7. ethic. nicom. cap. 13. c. 184.

Diuinum principium omnium existit, per quod sunt, & permanent vniuersa. Theophr. metaph. cap. 1. c. 316.

Diuinitissimum & primum quod est, quæ optima sunt, vult omnia. Theophr. metaph. 1. 2. cap. 2. char. 318.

Diuinatoria ars homini vilitatem hanc affert, vt possit euitare, quæ forte non euitasset, si non consulisset. Alex. Aphrod. de fato. cap. 16. c. 28.

Diuina natura non est peccatorum capax, ideo & eos non laudamus, quia meliores sunt eo, cui laudes congruunt, & rectis actionibus, in quibus sunt laudes. Alex. Aphrod. de fato. cap. 17. char. 28. col. 4.

Diuinum corpus est, in quo natura est principium motus sempiterni, & non est causa quietis. Them. in 2. phys. tex. 2. c. 20. col. 2.

Diuinæ virtutis multitudo diuitiarum non est neganda, nec comparanda est cum intellectu nostro imbecilli. Them. 12. metaph. char. 21.

Diuinus intellectus eo quod optime perfectus est diuinitate intelligit, tempus non requirit, sed simul omnia affirmatim non intelligit. Them. 12. metaph. char. 21.

Diuinum quod est, inuidia caret: est quæ incomprehensibile humana ratione. Sirian. in 3. metaph. vel 4. secundum Latin. 6. c. 114.

Diuinus philosophus tractat ea, quæ a materia separata sunt. Ammon. in Porph. c. 2. col. 3.

Diuinitas est origo omnium rerum. Ammon. in Porph. char. 2. col. 2.

Diuina, & intellectualia nihil potentia habent, quia eorum substantia est actio. Simplic. in 3. physico. char. 148. col. 2.

Diuina corpora sola in infinito tempore moueri possunt per spatium finitum. Simplic. in 6. physico. text. 22. char. 339. col. 2.

Diuina, vt ipse Aristoteles ait, clarissima sunt ob suam naturam: sunt, n. formæ puræ sine vlla materia absque potentia actus existentia. Ioan. gram. in prim. poster. cap. 26. char. 55. col. 4.

Diuinus opifex nil consilio facit, sed sua essentia. Ioan. gram. in 2. physico. cha. 49. col. 2.

Diuina semper omnia sibi similia facere numero scilicet sempiterna intendunt. Ioan. gram. de gener. animal. lib. 2. cap. 1. char. 29. col. 3.

Diuinus intellectus formas omnium rerum in se habet, ac se videns, omnia videt. Ioan. Gram. in 1. de anima. tex. 8. c. 8. col. 1.

Diuinatio per somnium ideo vocatur, quia prædiuinitus, & præcognoscimus ea, quæ administrare gerereque a somnijs debemus. Mich. Ephes. de diuino. c. 21. col. 3.

Diuina cum sint prorsus actus, & idcirco prorsus a materia absoluta, nunquam in aliud ab eo, quod sunt, immutari queunt. Eustra. 6. ethic. cap. 7. char. 307.

Diuinæ perfectioni omnia appetunt assimilari. Auer. in physico. 1. tex. 81. char. 22. col. 2.

Diuinus accipit a naturali prima principia mouentia, & nullam habet viam probandi primum motorem, nisi accipiat hoc pro constanti a naturali. Auer. physico. 3. tex. 3. char. 154. col. 4.

Diuina sollicitudo, cum non potuerit facere generabile, & corruptibile permanere semper, fecit, vt communiceat cum esse diuino secundum vnum posse; & miserata est in dando ei virtutem, qua potest permanere in specie. & melius est hanc virtutem habere, quam non habere. Auer. 2. de ani. su. 2. tex. 34. c. 133. col. 4.

Diuina omnia, aut quædam sunt separabilia, prout vniuersale a particulari separat intellectus, & ideo non solum materialia, & mathematica separat. Alb. magn. ex pri. de intel. & intel. tract. 2. cap. 1. c. 52. col. 1.

Diuinationem in somnijs esse: ex phantasmatum similitudine excerptam, & coniecturam dicimus. Albert. mag. de som. & vig. 1. 3. tract. 1. cap. 3. c. 35. col. 4.

Diuina sunt ante ea, quæ determinantur, quantitate: & ante ea, quæ determinantur, contrarietate actiuorum, & passiuorum: & hoc modo physica fundantur secundum esse, & secundum principia cognoscendi in iis, quæ quantitate determinantur, non in quantum quantitate determinantur, sed in quantum esse determinabile sola quantitate est fundamentum esse determinabilis contrarietate actiuorum, & passiuorum; & vtrumque istorum fundatur in esse, secundum quod est simplex esse actus existens primæ essentia, quæ est ea, in qua stat omnis compositi resolutio vltima. Alb. mag. in 1. metaph. tract. 1. cap. 1. char. 56. col. 2.

Diuinus intellectus non tollit possibilitatem a materia, & ideo licet in ipso omnia sint immobiliter, tamen in materia sunt contingenter. Alber. mag. in 6. metaph. tract. 1. cap. 6. char. 117. col. 4.

Diuina voluntas intelligenda est, vt extra entia existens, vt causa quædam profundæ totum ens, & omnes eius

eius differentias. D. Thom. in perih. c. 15. col. 2.

Diuina prouidentia a rebus subtracta, res in nihilum deciderent. D. Tho. in 2. physico. 6. tex. 33. char. 22. col. 2.

Diuina autoritas præuaret rationi humanæ non magis, quam autoritas alicuius philosophi præuaret alicui debili rationi, quam aliquis puer induceret. Diuus Thom. in 8. physico. 3. tex. 14. ch. 122. col. 1.

Diuina bonitas non esset ociosa, & si nullā vnquam creaturam produxisset: ociosum enim dicitur, quod non consequitur finem ad quod est, & bonitas diuina non est propter creaturas. Diuus Thom. in primo de celo, tex. 20. chart. 6. col. 3.

Diuinatio est alicuius futuri, & absentis significati præcognitio. D. Thom. de diu. per som. lec. 1. ch. 43. col. 3.

Diuus Thomas nō callebat literas græcas, nec libri Arist. suo tempore erāt omnes latinitate donati. D. Thom. in 3. de anima. lect. 12. text. 36. c. 60. col. 3.

Diuinæ potestati illud solum subtrahatur, quod repugnat rationi entis, vt hoc quod implicat contradictionem. D. Thom. ethic. cap. 6. lect. 2. c. 102. col. 1.

Diuinus intellectus intelligit essentiam suam, quæ est ratio intelligendi alia. Alexander de Ales 12. metaph. physico. text. 39. chart. 345. col. 2.

Diuina essentia est summe intelligibilis, & cum sit præsens intellectui diuino sub ratione intelligibilis, ideo semper se intelligit. Alexander de Ales 12. metaph. physico. text. 50. char. 350. col. 3.

Diuina essentia infinita est, ideo continet infinitos gradus perfectionum: ideo intelligendo se intelligit quoddam ens infinitum, ergo omne ens. & non est verum non intelligere quædam vilia, sed omnia intelligit. Alexan. de Ales 12. metaph. tex. 51. c. 351. col. 1.

Diuisio quot modis fit, vt fieri debet, & vt facilius.

Diuidentur maiora facilius, quam minora, composita autem sunt maiora ijs, ex quibus sunt composita. Arist. 1. prior. sect. 3. cap. 33. char. 219.

Diuisibile facile est, quod bene terminabile est, & magis quod magis. Arist. de celo. su. 3. cap. 7. text. 44. ch. 376.

Diuisio ex oppositis fienda est. Aristoteles de part. anim. pri. cap. 3. char. 412.

Diuisione bipartita fieri nequit, vt aliquod singulare accipiamus. Arist. de partib. anim. 1. cap. 3. char. 414.

Diuisibile omne diuiditur semper in minores magnitudines, & ita diuideti successiue non erit infinita sectio in minores partes, nec simul possibile est diuisum esse secundum omne signum, sed vsque ad aliquid. Arist. pri. de gener. & corrupt. cap. 2. tex. 9. ch. 366.

Diuisionis infinitas, quod subsistet, nec paruū, nec paucum est. Arist. de lineis infecabilibus. char. 933.

Diuisibile omne, aut diuiditur in multitudinem, aut in magnitudinem, aut in motum suum. Aristot. de caus. prop. 7. char. 980.

Diuisio formæ secundum rationem absque quantitate fit, partitio autem est specierum in indiuidua cum quantitate. Alexander aphrodisen. in 4. metaph. vel secundum latin. 5. co. 39. char. 163. col. 2.

Diuisibile, vel diuiditur, vt genus in species, vt si animal in hominem, aut equum; vel vt totū in partes; & hoc, vel in partes similes, vel dissimiles; similes vt hominē, in venas, arterias: in dissimiles, vt caput, manus; vel vt ambigua vox in sua significata, vt canem, in coelestem, terrenum, & marinum. Ammo. in Porph. c. 8. col. 2.

Diuisibilia, alia diuiduntur, vt genus in species; alia in totum, vt partes; alia vt vox æquiuoca in sua significata. Ammonius in prædicament. c. 33.

Diuisio sex modis fit, vel vt genus in species, vniuersum in partes, ambiguum in significata, substantia in accidentia, accidentia in substantiā, et accidens in acciden-

tia. Magen. in lib. de inter. c. 4.

Diuisio omnis debet fieri secundum vniuscuiusque rei naturam. Simpl. in prædic. char. 72.

Diuisio facilius fit in magnas partes, non autem in partes pauciores. Io. gra. in pri. prior. cap. 33. c. 557. col. 1.

Diuisio non fit secundum formam, nam eadem forma in vno quoque diuiso, ac seiuncto conspicitur. Ioan. Gram. in 3. physico. tex. 69. c. 72. col. 1.

Diuisionis viæ ab antiquis inuentæ, addidit Arist. viam compositionis, quæ non est inferior via diuisionis ad vtilitatem definitionis, imo est ipsa manifestior. Auer. in post. lib. 2. cap. 8. tex. 69. char. 223.

Diuisio mensurarum in infinitum semper in duo media, est principium maximum inter mathematicos. Auer. in post. 3. tex. 31. c. 46. col. 1.

Diuisibilitas rei, vel est mensura, aut numerus. Auer. in physico. 3. tex. 35. char. 47. col. 4.

Diuisum quod de aliquo dicitur, non semper de eo dicitur coniunctum. Auer. 1. de gen. tex. 9. 156. col. 4.

Diuisio rei fit ex eo, quod est materialis, non ex eo quod habet formam. Auer. in epitom. metaph. tract. 2. char. 175. col. 1.

Diuisionem fieri tantum in quantitate verum est per se, per aliud falsum. Auerroes ex destr. destr. disput. 1. chart. 10. column. 3.

Diuisio sine quinque vocum cognitione fieri nequit. Boet. in Porph. ex dial. c. 6.

Diuisio duplex: alia, quæ totū in partes; alia, quæ genus in species diuidit. Boet. in Porph. ex dial. c. 7.

Diuisio alia est generis in species: æquiuoca in significata; totius in partes, vel secundum accidens, quæ triplex est; nam aut cum accidens in subiecta, aut subiectum in accidentia, aut cum accidens in accidentia diuidimus. Boet. in Porph. c. 52.

Diuisio multis dicitur modis: vt generis in species, totius in partes, vocis æquiuocæ in sua significata, & quæ fit secundum accidens: cuius triplex est modus, vel cum subiectum in accidentia secatur, vel cum accidens in subiecta diuiditur, vel cum accidens in accidentia secatur. Boet. de diuisio. char. 638.

Diuisio, ac definitio semper duobus fieret terminis, nisi indigentia nominum plures nos facere cogeret. Boet. de diuisio. char. 643.

Diuisio omnis debet cuncta amplecti, nec superfluum quicquam interponere, nec omittere, quod sit necessarium. Boet. in Topic. Cic. lib. 1. char. 767.

Diuisio omnis, vel negatione fit, vel portione. Boet. de differ. topic. lib. 2. char. 870.

Diuisum vniuersa, vel fit generis in species, vel totius in partes, vel vocis æquiuocæ in sua significata, vel accidentis in subiecta, vel subiecti in accidens, vel accidentis in accidens. Boeth. de differentiis topic. lib. 2. char. 870.

Diuisum ex partitione diuiditur aliquando in ea, quæ simul esse possunt, aliquando non possunt simul esse. Boet. de differ. ent. topic. lib. 2. char. 870.

Diuisio omnis, vel est generis in species, vel totius in partes, vel accidentis in accidentia, vel subiecti in accidentia, vel accidentis in subiecta, vel vocis in sua significata. Albert. magn. in prædicab. char. 5. col. 1.

Diuisio bimembris esse debet, quod intelligendum est, cum fit per oppositas differentias. Albert. magn. in prædicamen. char. 53. col. 1.

Diuisio vera nunquam hoc efficit, vt vnum diuidendum cadat sub alio. Albert. magn. in elench. char. 297. columna 3.

Diuisibilia alia sunt per se, alia per accidens. per se sunt locus, & quantitas: per accidens, qualitas, ad quam est motus. Alb. mag. in 6. physico. tract. 2. cap. 1. c. 72. c. 1.

Diuisibile per accidens duplex: quod habet quantitatem per accidens secundum quam diuiditur, vt primæ qua-

litate: aliud, quod licet in se sit indiuisibile nõ habes quantitatem, tamẽ inest diuersis corporis partibus, & animæ. Alb. mag. in 1. de ani. trac. 2. cap. 16. c. 12. col. 4. Diuisio bona est humeris, & opposita, & tunc specifice formæ vltimæ in tanta multitudine erunt, sicut numerus differentiarum. Alb. mag. de ani. lib. 1. trac. 2. cap. 1. char. 99. col. 2. Diuisio omnis debet esse per formas exeuntes immediate de eadem potentia generis, quarum vna forma sit, & non priuatio, nec accidens per se, vel communiter. Alb. mag. de ani. lib. 1. trac. 2. cap. 4. c. 100. col. 3. Diuisibilitas secundum quantitatem ad particularitatem totius potestatis non requiritur: nam vnitas, & punctus multas habet potetias, & si indiuisibilia sint in quantitate. Alb. mag. ethic. 6. tract. 1. c. 3. c. 69. col. 3. Diuisio sit per resolutionem ad simplicia. D. Thom. in Perihem. char. 2. col. 1. Diuisio duplex: formalis, & quantitativa: formalis est in genere, quantitativa in specie. Alexand. de Ales in 3. metaph. tex. 10. c. 65. col. 1.

Diuisibile quid est, & quis diuisionis finis.

Diuisi est diuerso ab inuicem dicuntur, quæ secundum eandem sunt diuisione. Arist. pred. trac. 3. cap. 3. c. 95. Diuisio est veluti infirmus syllogismus, quod enim oportet demonstrare, petitur. Arist. 1. prior. sec. 2. c. 7. c. 217. Diuiditur vnumquodque in ea, ex quibus componitur. Arist. phys. 6. sum. 1. cap. 1. tex. 2. char. 146. Diuisibile est omne, quod mouetur, & parte quiete, quiete totum. Arist. phys. 7. su. 1. cap. 1. tex. 2. c. 178. Diuisibile esse in semper diuisibilia, omne, quod mouetur, necesse est. Arist. phys. 8. su. 2. cap. 4. tex. 40. c. 213. Diuisibile esse oportet omne, quod sit, hæc scilicet materia, & hæc forma. Aristotel. 7. metaphysic. 5. cap. 7. tex. 27. char. 140. Diuisibile omne, vel magnitudo, vel multitudo est. Arist. 1. metaph. cap. 7. tex. 23. char. 234. Diuisio est, cum omnino tollitur, quod sit aliquid, & cum constructio cum negativa particula sit. Alex. Aphrod. in 1. lib. prior. cap. 1. char. 5. col. 2. Diuisio est prima partitio. Ammon. in Porph. ch. 2. col. 1. Diuisio est secundaria rei partitio. Ammon. in Por. c. 2. c. 1. Subdiuisio est iam rei diuise, atque in sua membra distributa partium, ac speciei sectio. Ammon. in Porph. c. 2. col. 4. Diuisio genus in proprias differentias secat. Ammon. in Porph. c. 2. col. 3. Diuisio est particula quædam diuisionis. Magent. in prior. char. 36. col. 1. Diuisibilia in diuisibilibus aliqua proportionis iunctione congrue fieri nequit. Them. in 1. de anima, cap. 20. tex. 48. char. 65. col. 4. Diuisibile non est potentia in infinitum diuisum, sed diuisibile. Simpl. in 1. phy. char. 47. col. 1. Diuisio est extra, & additio semper accepti. Simpl. in 3. phys. tex. 64. c. 179. col. 1. Diuisioe contradictoria existente reliquum necessario relictum est alijs interemptis. Simpl. in 3. de coelo. l. 50. tex. 54. char. 95. col. 2. Diuisiones corporibus inexistentes singularium verbi gratia numerorum, non sunt substantiæ, sed prima diuersitas oia distinguens, & oino diuersa genera diuisiones sunt: quo pacto non secundum species, & secundum substantiam stantem diuisionem vniuersis inferunt. Sir. in 2. metaph. vel 3. secundum Latin. c. 38. Diuisio scientifica est, quæ fit per contradictionem. Ioan. Gram. in 1. phys. tex. 6. c. 5. col. 1. Diuisio est totius in partes resolutionem in elementa. Ioan. Gram. in 1. phys. char. 17. col. 2. Diuisio est via certior in numerando, quam inductio.

Auer. phys. 5. tex. 7. char. 97. col. 2. Diuisio est essentialis quantitati, & qualitati attribuitur per accidens. Auerr. phy. 6. tex. 37. c. 123. col. 4. Diuisio magnitudinis secundum medietates est diuisio per accidens. Auerr. 8. phy. tex. 68. c. 187. col. 1. Diuisio, quæ est secundum medietates, quæ non inuenitur, est diuisio, cum qua non coniungitur diuisio, quæ facit finitatem, nec in potentia, nec actu. Auerr. 8. phys. tex. 68. c. 187. col. 1. Diuisio, quæ est secundum partes æquales, conuenit magnitudini, siue fuerit potentia, siue fuerit actu. Auerr. 8. phys. tex. 68. c. 187. col. 1. Diuisione, & inductione utimur in declarando latentiora primis cognitionibus, & apertiora primis quæstionibus. Auerr. 1. de coelo. tex. 2. c. 2. col. 4. Diuisio formæ est per accidens. Auerr. in epito. metaph. tract. 2. char. 175. col. 3. Diuidere est in multitudinem, quod vnum est, soluere. Boet. in Porph. c. 76. Diuisio omnis est contrario compositionem, ac conjunctionem meditat. Boet. in Porph. c. 76. Diuiditur totum in partes quoties vnumquodque in ea, ex quibus est compositum, resoluimus. Boeth. de diuisio. char. 638. Diuiditur genus in species, aut in duas, aut in plures, ita tamen, vt non sint infinitæ. Boeth. de diuisio. char. 638. Diuiditur vox in proprias significationes, quoties vna vox multa significans aperitur, & eius pluralitas significationis ostenditur. Boet. de diuisio. char. 639. Diuisio, quæ propter apertissimum generis naturam reposita est, debet ad intelligibilia deducere. Boet. de diuisio. char. 642. Diuisio est generis in species proprias distributio. Boet. de diuisio. char. 643. Diuisibile omne, ex aliquo iterato potest componi cum eodem. Alber. magn. in 6. phys. tract. 2. de lin. indiuis. cap. 6. char. 81. col. 1. Diuisio est casus numeri, quia numerum cognoscimus diuisione conditi. Alb. mag. in 6. phys. tract. 3. cap. 3. char. 79. col. 3. Idem Alber. magn. 5. metaphysic. tract. 1. cap. 8. char. 102. col. 2. Diuisam actu est, quod intelligitur per medium, vt per partem, quia nihil habet mediũ actu, nisi diuisum in actu. Alb. mag. in 3. de anim. tract. 3. cap. 1. c. 41. col. 2. Diuiditur determinate nihil, nisi quod habet dimensiones determinatas. Alb. mag. de nutrim. & nutri. tract. 2. cap. 1. char. 65. col. 4. Diuisibile magnitudine non diuiditur nisi altero duorum modorum, id est, aut diuisione magnitudinis, aut magnitudinis acceptione. Alb. Mag. de caus. & pces. vniuers. a caus. prima, lib. 2. trac. 2. cap. 4. char. 209. col. 1. Diuisio omnis in tempore facta distinguit præteritum, & futurum. D. Thom. in 6. phys. in lect. 5. tex. 26. char. 91. col. 2. Diuisibile est omne, quod mouetur, quia pars vna est in termino a quo, & alia in termino ad quem; verum est de motu locali, qui est verè per se continuus. D. Tho. de sen. & sen. lect. 16. cap. 20. col. 3. Diuisionis vltimus terminus semper est primum principium, & elementum compositionis. D. Tho. 3. metaphysic. lect. 3. tex. 2. char. 123. Diuisibilia omnia sunt mensurabilia; quia resoluibilia sunt. Alex. de Ales in 1. metaph. char. 11. col. 1. Diuisio in differentias est diuisio formalis, & ideo diuisio generis est in differentias formales, diuisio autem speciei in indiuidua est diuisio materialis. Alexan. de Ales in 2. metaph. char. 44. col. 3. Diuisibilia in tempore sunt illa, quæ in alia, & alia parte sui cõcernunt aliam, & aliam partem temporis. Indiuisibilia sunt, quæ nullo modo concernunt tempus. Alex.

Alex. de Ales in 5. metaph. tex. 11. c. 116. col. 3. Diuisibile in ratione est, quod ab intellectu apprehenditur sub alia, & alia ratione, ita vt intellectus illud apprehendens illud apprehendit sub diuersis rationibus. Indiuisibile est, sub quo non apprehenduntur diuersæ rones. Alex. de Ales in 5. metaph. tex. 11. c. 116. c. 3. Diuersum omne prædicatur de diuisentibus. Alex. de Ales in 5. metaph. tex. 14. char. 122. col. 1. Diuisio omnis est per opposita. Alex. de Ales in 5. metaph. tex. 16. c. 124. col. 1. Diuisio specifica duarum specierum magis sequitur rationem realem, quam ipsam rem. Alex. de Ales in 5. metaph. tex. 18. c. 135. col. 3. Diuisio speciei in genus, & differentiam est diuidere in aliqua, quæ accidit formæ. Alex. de Ales in 5. metaph. tex. 30. c. 160. col. 4. Diuisio substantiæ in materiam, formam, & compositũ, non est vniuoci, quia secundum aliam, & aliam rationem, dicitur substantia forma, materia, & compositũ; nec equiuoci, quia equiuoca nõ habent attributionem inter se, sed est analogi, de cuius rone est vt alpicatur vnũ, & idẽ sub diuersis rõnibus: nec est diuisio generis in species. Alex. de Ales in 7. metaph. tex. 7. c. 188. c. 2. Diuisionis signum est motus diuersitas. Alex. de Ales in 10. metaph. tex. c. 276. col. 3.

Diuisionis necessitas, & utilitas.

Diuisione, nec destruere licet, nec de accidente, aut proprio ratiocinari, nec de genere, nec in quibus ignoratur, an sit, vel nõ sit. Arist. 1. prior. sec. 2. cap. 3. c. 218. Diuisio utilis est ad definitionem. Arist. post. 1. 2. cap. 13. tex. 18. c. 376. Diuisentem omnia entia scire non oportet. Arist. post. lib. 2. cap. 13. tex. 20. c. 377. Diuisio eius, quod multipliciter dicitur, utilis est ad cognoscendum ad quid oportet orationes facere, & ad rem ipsam, non ad nomen, & ne paralogismos faciamus. Alex. Aphrod. in top. cap. 14. char. 19. col. 2. Diuisio omnis per interrogationem, & concessionem procedit, non inferens necessarium. Alex. & Eustrat. in 2. poster. char. 28. col. 1. Diuisio non confert definitioni. Them. in 2. posterior. cap. 5. char. 9. col. 3. Diuisio utilissima est, quoties omnia continet, quæ sunt in eo, quod sit rei esse, nihil redundet, vel desit, neque transliat, ad vltimam speciem. Them. in 2. posterior. cap. 5. char. 9. col. 3. Diuisio, quæ per differentias generatur, commodissima est, & ad sumendum quæ per se, & vniuersaliter prædicantur. Them. in 2. post. cap. 23. char. 11. col. 4. Diuisio, vt definitioni sit apta, tria facere debet; primo sumere, quæ de re dicuntur in quid; secundo, vt differentia in seriem collocentur: tertio vt quæniat diuisio ad vltimam speciem. Them. in 2. post. cap. 25. c. 12. col. 1. Diuisio multum confert definitioni. Ammon. in Porph. char. 2. col. 3. Diuisiones, quæ in contraria sunt, vitari possunt: quæ in contradictoria, non. Ammon. in prædic. c. 17. Diuisionis medio nullæ conclusiones demonstrari possunt. Ioan. Gram. in 2. poster. cap. 3. char. 58. col. 4. Diuisio confert ad sciendum, quæ differentia vniuersaliores, & quæ minus vniuersales sunt, & vt nullæ differentie in eo quod quid est, relinquuntur. Ioan. Gram. in 2. poster. cap. 14. char. 69. col. 1. Diuisio demonstrationi tantum adiumentum præstat, quantum definitiones ex diuidendi via constant. Magent. in prior. char. 36. col. 1. Diuisione nihil comprobatur, nec refellitur. Magent. in prior. char. 37. col. 1. Diuisibile nullum, aut subsistere possibile est, ita vt ni-

hil in se impartibile contineat, aut secundum naturam se se habere sine perfectione illis conueniente. Simpl. in 3. de ani. ex lect. 2. tex. 23. char. 66. col. 3. Diuisionis utilitas est traditio ordinis partium definitionis in suis locis, & discernere rem ab eo, in quo potest aliquid secum conuenire per illud, quod ipsum appropriat. Auerr. epitom. in logic. c. 353. col. 4. Diuisibilitatem qui aufert a tempore, & a magnitudine, aufert velocitatem & tarditatem. Auerr. 6. phys. tex. 11. c. 116. col. 2. Diuisio necessaria est ad definitiones integras specierum. Boet. de diuisio. char. 641. Diuisioni quod aptum est, definitioni quoque accommodatur. Boet. de diuisio. char. 641. Diuisione nulla certior est ratio. Boeth. in Topic. Cic. libr. 6. char. 848. Diuisio confert ad inueniendas particulas definitionis. Alb. mag. in prior. char. 135. col. 3. Diuisio utilis est ad colligendum quod quid est, non autem ad inueniendum. Alb. mag. in poster. c. 214. col. 4. Diuisio primo quæritati cõuenit, ideo quæ diuidit, aut est quantum, aut in quantum. Alex. de Ales in 1. meta. c. 321. c. 2.

Diuisio in quo est, & quid facit.

Diuisibilitas vel per se, vel per accidens inuenitur in omni prædicato, in quo inuenitur transmutatio. Auerr. phys. 6. tex. 39. char. 124. col. 3. Diuisio finita est in transmutatione, quæ est in quanto, in vbi, & in quale; quia diuisio infinita, quæ declarata est in sexto, est diuisio in potentia, ista autem est actu: & si diuisio infinita esset actu, non inueniretur motus generatus, nec corruptus. Auerr. phys. 8. t. 23. c. 163. c. 3. Diuisio in partes æquales terminat continuum, & numerat ipsum: diuisio vero, quæ non terminat ipsum, est diuisio, in qua maius semper diuiditur in minus. Auerr. 8. phys. tex. 68. char. 187. col. 1. Diuisio in infinitum accidit magnitudini ratione materiæ, non formæ. Auerr. 3. phy. exposit. med. c. 206. col. 4.

Diuisio ut per accidens.

Diuisio per accidens commune habet, vt in opposita diuidatur. Boet. de diuisio. char. 648.

Diuisionis modi, ut differunt inuicem, & ut differunt a compositione.

Diuisio differt a resolutione, quia illa a simplicibus ad concreta proficitur; resolutio autem a concretis ad simplicia deuoluitur. Ammon. in Porph. c. 2. col. 3. Diuisio generis a diuisione vocis æquiuoce differt; quia vox, in proprias significationes separatur, genus verò in quoddam a se quodammodo procreationes diuiditur. Boet. de diuisio. char. 639. Diuisio vocis ad consuetudinem refertur, generis autem ad naturam. Boet. de diuisio. char. 640. Diuisio generis a diuisione totius differt, quod totius diuisio fit secundum quantitatem, generis autem diuisio in qualitate fit. Boet. de diuisio. char. 640. Diuisio natura posterior est compositione. D. Thom. in Perihem. char. 6. col. 4. Diuitias nullus propter se honorat, sed propter aliud. Arist. topic. lib. 1. cap. prim. char. 426. Diuitiæ cur magna ex parte hominibus prauis potius quam bonis habeantur? quia fortuna cæca est, discernere sibi, atque seligere, quod melius, non potest. Arist. problem. lect. 29. q. 8. char. 609. Dies est primum per seipsum, & est dies magis, quia influit, & super ipsum non fit influxus. Arist. de caus. prop. 21. char. 993.

Diuitiæ non sunt summum bonum, alterius enim causa comparantur, & pecuniaria vita est violenta quædam, Arist. Ethic. 1. cap. 5. char. 9.

Diuitijs optime utitur ille, qui ea uirtute præditus est, quæ circa diuitias uersatur, & hæc liberalis est, Arist. 4. Ethic. nicom. cap. 1. char. 80.

Diuitiæ, & potestates ob honorem expetendæ sunt, Arist. 4. Ethic. nicom. char. 93.

Diuitiæ in infinitum abire non debent: nam nullum instrumentum infinitum est, nec multitudine, nec magnitudine. Arist. politic. 1. cap. 5. char. 501.

Diuitiæ sunt multitudo instrumentorum rei familiaris, & reipublicæ. Arist. politic. 1. cap. 5. char. 501.

Diuitias quærunt ad fructum corporis, qui bene uiuere student. Arist. politic. 1. cap. 6. char. 505.

Diuitis qui excedunt, difficiliter rationi obediunt; superbi, delinquentes apertè in rebus magnis fiunt, alij occulte prauis, & in rebus exiguis fraudatores, nec imperium cuiuspiam pati uolunt, nec sciunt, & hoc statim domi eorum natis existit; propter delicias enim ne in scholis quidem præceptoribus obedire confueuerunt. Arist. politic. 4. cap. 1. char. 623.

Diuitiarum partes sunt, nummi, agri, copia locorum possessiones, itemque suppellectilium possessiones, & pecorum, & mæcipiorum multitudo, magnitudine, & pulchritudine excellentium, Arist. rhet. 1. char. 22.

Dives est ille, cui insunt multæ possessiones, & huiusmodi reliqua, ita ut in se sit alienatio earum rerum, Arist. rhetor. 1. char. 22.

Diuitiæ potius in usu consistunt, quam in possessione, Arist. rhetor. 1. char. 22.

Diuitiæ sunt quasi pretium quoddam existimationis rerum aliarum. Arist. rhetor. 2. char. 103.

Diuitiæ sunt instrumentum, & quæ sit instrumento nulli esse contrarium, falso hæc ait, alicui enim instrumento est aliqd contrarium, quia diuitis, quæ instrumentum sunt, aliqd contrarium. Alex. Aphro. in 4. nat. q. cap. 4. c. 17.

Diuitiæ sunt bonum instrumentarium, quod processus ratione posset quantum in nobis est, vel prodesse, vel nocere, nisi extrinsecus aliqua per inuasionem occasio aueratur. Eustrat. pri. mora. char. 14.

Diuitiæ utiles quidem sunt, sed alterius gratia quæruntur. Alb. mag. ethic. 1. tract. 5. cap. 10. c. 13. col. 1.

Diuitijs optime utitur, qui habet circa pecunias uirtutem, ut ad usum refertur, Alb. Mag. Ethic. 4. tract. 1. cap. 2. char. 48. col. 2.

Diuitias qui acquisiuit, magis diligit eas, quam qui accepit eas aliunde deuolutas. Alb. mag. Ethic. 4. tract. 1. cap. 4. char. 49. col. 1.

Diuites honorari uolunt, & quia in congregationibus non tantum honorantur, ut uolunt, ideo non curant ire. D. Thom. 4. politic. lec. 5. char. 58. col. 2.

Diuitias assequuntur disciplina, & nobilitas, disciplina quidem, quia organa necessaria ad disciplinam, sunt diuitiæ, nobilitas autem, quia nobilitas est uirtus, id est inclinatio ad uirtutem, & diuitiæ antiquæ, D. Th. 4. politic. lec. 7. char. 59. col. 2.

Diuites ex ipsa abundantia diuitiarum inclinatur ad contumeliam, & ad alia iniuriola, ideo nihil curant de iniustitia, D. Thom. 6. politic. lec. 3. char. 93. col. 4.

Diuitiæ maiores requiruntur ad practicam, quam ad speculatiuam. Ad speculatiuam sufficiunt, & sunt utiles ad sustentationem uitæ, & bonæ dispositionem corporis. Ad practicam, uel civilem exiguntur ad hoc, & ad expeditionem operationum practicarum, seu ciuiliu; & quanto perfectior est, tanto maior; & si ab hac commensuratione superexcedant, aut totaliter tollunt felicitatem, aut saltem minuunt ipsam, & si secundum aliquod minuunt ipsam: & si secundum multum, totaliter tollunt, D. Thom. 7. politic. lec. 10. char. 115. col. 3.

Doctio, & disciplina non sunt idem, nec actio cum passione, sed cui insunt hæc motus. Nam huius in hoc, & huius ab hoc actum esse ratione diuersum est. Aristot. physic. 3. su. 2. cap. 6. tex. 22. c. 59.

Docilem faciunt, si cui placuerit, tum si bonus apparet: attentum, si de magnis rebus propriis moralibus, & iis iucundis dicatur, Arist. rhetor. 3. char. 164.

Docentium proprium munus est causam reddere eorum, quæ docentur. Alexand. aphrod. in prim. metaph. com. 12. char. 7. col. 1.

Docent ii maxime, qui causas proprias essentielles de singulis dicunt. Albert. magn. in metaph. tractat. 2. cap. 4. char. 60. col. 1.

Docet recte, qui causas præcognoscit, & causas ostendit. A. ex. de Ales in 1. metaph. char. 6. col. 2.

Doctrina omnis, & omnis disciplina intellectiua ex præexistente sit cognitione. Arist. post. 1. tex. 1. c. 294.

Doctrina non est docenda a primo semper acri principio, sed unde quis facilius discat. Aristotel. 5. metaph. physic. cap. 1. tex. 1. char. 84.

Doctrina fit per minus nota naturæ ad magis nota. Arist. 7. metaph. ex su. 1. cap. 1. tex. 10. c. 130.

Doctrina omnis fit ex præcognitis, nam altera inductione, altera ratiocinatione. Aristot. 6. Ethic. ad Nicom. cap. 3. char. 142.

Doctrina quæque à sine imposito notatur, & habet esse. Alex. Aphrod. ex 1. metaph. vel secundum Latin. 2. com. 5. char. 46. col. 2.

Doctrinæ eiusdem est naturam rei considerare, cuius principia per se, & causas considerat. Alex. Aphrod. in 3. metaph. vel apud Lat. 4. com. 1. char. 82. col. 2.

Doctrina horum non existit una, quorum genus, & subiectum non est unum. Alex. aphrod. in 10. metaph. vel 11. com. 9. char. 267. col. 2.

Doctrinæ nullius partes sunt de entis, quatenus est ens accidentibus, & contrarietatibus differere, siue illa sint unum, & multitudo, siue quippiam aliud, præterquam sapientiæ. Alex. Aphrod. in 10. metaph. vel 11. com. 12. char. 269. col. 2.

Doctrina multionum ex contingentibus, & necessariis difficultis, & ardua est, nec expers, difficultatis. Mag. in prior. char. 16. col. 1.

Doctrinam intellectualem discentes quædam principia naturalia prænoscant oportet; aliqua enim è domo afferre oportet. Them. in 1. post. cap. 1. char. 1. col. 2.

Doctrina est actus a præceptore in discipulum procedens. Ioan. Gram. in 1. post. cap. 1. char. 2. col. 3.

Doctrinæ modus in physicis, est modus omnium doctrinarum trium generum demonstrationum, nempe signorum, demonstrationum quid est, & propter quod, nec non absolutarum, & simpliciter: licet maior pars sit demonstrationum quod est, & propter quod, & raro simpliciter, contrariumque; sit in mathematicis, in quibus sunt demonstrationes simpliciter, & absolute, & utuntur definitione, & diuisione, enthymemate, inductione, & exemplo: sed exemplo, & inductione alio utitur modo, quam dialectica, & rhetorica. Auer. in phys. 1. ex procem. char. 3. col. 2.

Doctrina ordinata est incipere a cognitione causarum primarum rei cognoscendæ perfectæ, deinde intendere ad cognitionem aliarum causarum remotarum secundum ordinem, donec perueniamus ad causas propinquas. Auer. in phys. 1. tex. 1. c. 4. col. 2.

Doctrina, quæ incipit a rebus uniuersalibus communibus, est naturalis, tū quia propositiones acceptæ sunt immediatæ, tum quia manifestiores, tum quia non accidit reiteratio. Auer. in phys. pri. tex. 57. ch. 17. col. 1.

Doctrinæ principium aliud est in scientijs ab eo, quod est in rei ueritate. Auer. in 5. metaph. su. 1. tex. co. 1. c. 48.

Doctrina, disciplina, & scientia subiecto sunt unū, differunt tū secundum quid. Alb. mag. in post. c. 173. col. 2.

Doctrina

Doctrina dicitur, ut est ab ore doctoris transfusa. Albe. mag. in post. c. 173. col. 2.

Doctrina non semper incipit a priori, secundum rem, & naturam, sed ab eo, a quo facilius est doctrina. Alber. mag. in 1. phy. tract. 1. cap. 1. c. 1. col. 3.

Doctrina est actio eius, qui aliquid cognoscere facit, D. Tho. in post. c. 37. col. 1.

Doctrina omnis est per causas, quæ nunquam est, nisi sit resolutio: quia ipsæ amplius non resoluuntur, semper enim non terminata resolutione potest fieri quæstio, & quæstio ubi est, vel fieri potest, non est perfecta doctrina. Alex. de ales in 1. metaph. c. 8. col. 2.

Doctrina perfecta non fit, nisi per causam, quæ amplius non resoluuntur. Alex. de ales in 1. metaph. c. 8. col. 2.

Dolia, & utres a multo franguntur, cum uinum mutatur in aerem, uentum, uel uaporem, & non habeat locum in dolio, & utre. Ioan. gramm. in 4. phys. tex. 84. ch. 104. col. 2.

Dolor est pectoris refrigeratio. Aristot. problem. sec. 11. q. 3. char. 454.

Dolorem per se omnibus fugiendum esse, existimauit Eudoxus, ut uoluptatem expetendam. Arist. 10. ethic. Nicom. cap. 2. ch. 242.

Dolores, & voluptates sunt uoluptatis signum. Aristot. rhetor. 2. ch. 76.

Dolor exuribat, & corrumpit naturam eius, qui eo afficitur. Arist. 3. rhet. Nicom. cap. 12. c. 77.

Dolor est passio animalis per distantiam partium connaturalium cum uolentia. Alexan. aphr. in 6. top. cap. 3. ch. 77. col. 4.

Dolor omnis rationabiliter malum dicitur, si apte enim natura est fugiendus: tamen si recte perpendas, sunt aliqui dolores, in quibus uirtus est medijs coniecturatiua, familiaresque studioso sunt dolores aliqui, & labores. Alex. aphr. in 4. nat. q. cap. 6. c. 18.

Dolentibus cur summæ corporis partes pallefcere conueuerit? quia uires naturæ cum sanguine partes interiores corporis subeunt, & sanguis summam corporis partem callescere, & laxare potest. Alex. aphr. probl. 1. q. 32. ch. 675.

Dolent minus, qui rapide, & inconsulto inciduntur, quæ qui consulto, quia alteri animo sunt occupati cuique negotio, ut ex quo sentire præterea non possint, alteri suum animum ad membrum id uertunt, quod secundum est, atque ita ut amplius sentiant sic uehementius dolent. Alex. Aphrod. probl. 1. ch. 690.

Dolores cur per noctem augeri soleant? quoniam per id tempus animus ociosus. Alexand. aphro. problem. 1. 118. ch. 709.

Doloribus in abscessum, cur frigus præcedere, febrè sequi solitum est? quia calor naturalis uehementia doloris cõsistit cedit, & recipit se ad loca interiora, quare corporis summa refrigerant, & sanguinis conceptacula conerescunt, & ubi calor se recollegerit, expulsusque bonis uiribus partes sui corporis oēs aduersus iniuriam frigoris occupat, sanguis cõcretus recalescit, atque diffundit. Itaque conceptacula uaporis repleta accedere febrè possunt. adeo cum mēbro affecto ceteræ oēs partes consentiant, iniuriã collectionis quasi propulsando, uires exercendo intēdūt, ac excitāt, horror itaque, si quis; exultat, febrè uero post hac sanguis putridus accedit, & auget. Ale. aph. probl. 2. 15. c. 730.

Dolorem minorem, cur per sectionē cutis capitis integētis percipimus, quam cum alia pars siccatur, quoniam minus carnis musculosæ in capite, quā in ceteris corporis partibus est. Alex. aphr. probl. 2. 41. c. 738.

Dolor est, cum impedimur, ne secundum naturam operari ualeamus. Eustr. 2. ethic. cap. 1. c. 92.

Domestica omnia principio fera prius, quam domestica esse solent. Arist. probl. sec. 10. q. 44. c. 440.

Domesticarum curationū genera quatuor sunt. Regiū

atrapicum, Ciuile, Priuatum. Aristot. econom. 2. c. 801.

Domicilium quoddam in Elide esse legitur, quod ab oppido 8. stadiorum distat discrimine, in quo cum Dionysia persoluuntur, tres uacuos lebetes imponunt, & hæc agentes Græci, peregrinū, quæ uolunt uasa explorare, foresque domicilij sigillo concludere hortantur, & postquā portas aperire decreuerint, sigilla ciuibus, aduenisque ostendunt, foresque aperiunt: & qui ingrediuntur, lebetes uino replent, & locum minime oblectum inueniunt; qua de causa quisque suspicari possit, ut id arte incolarum fiat. Arist. de admir. aud. 118. c. 866.

Domini in seruos imperium tyrānicum est, quod enim hero uile est, hero agitur, sed hoc rectum esse uidetur. Arist. 8. ethic. Nicom. cap. 10. ch. 205.

Domini scientia est in utendo seruis, & ideo est dominus, non qui possideat, sed qui utatur. Arist. polit. 1. cap. 4. ch. 498.

Dominum unū esse in similibus, & paribus non est utile, nec iustum, vel si sint leges, nec si non sint leges. Arist. polit. 3. cap. 12. c. 597.

Dominus seruos studiosos parare debet. Arist. œconom. 1. cap. 5. c. 779.

Domini non diligentis non est possibile esse posse uicarios diligentes. Arist. œconom. 1. cap. 6. c. 781.

Dominus prius debet expergisci, & posterior ire cubitū quam seruis, nec unquam sine custodia relinquere domum. Arist. œconom. 1. cap. 6. c. 781.

Dominus ante lucem surgere debet, quod & ad sanitatem, & ad curā rei familiaris, & ad studiū philosophiæ prodest, quam plurimū. Arist. econom. 1. cap. 6. c. 781.

Domini tantum propria est uoluntas. Al. x. aphr. in 1. de ani. cap. 21. c. 39. col. 3.

Dominus a natuitate est, qui ex lumine intellectus, & sibi sufficit, & alijs. Alb. mag. in 11. metaph. tract. 2. ca. 36. ch. 161. col. 2.

Domus nuper illita magis resonat, quia maior refrigerandi datur facultas propter leuitatem: & leuis est, quia continens adhuc rimisque immunitis penitus extat. Nō tū admodum humidā uolo intelligi: nulla enim refractio de limo effici potest, & immobilitas aeris aliquid facit; congestus enim cum procedit, occurrentem illū retorquere uehementi potest. Ari. probl. sec. 11. q. 7. c. 453.

Domus resonat magis si dolium, lagena, & sigulina, cæteraque quis obruat, & operiat, uel puteus, & cisterna, uel aliqua fouea in domo sit: quia resonandi ratio non nisi refractio est, & concava omnia magis sonant, & solida uasa magis continent aerem, & uehementior fit ictus. Arist. probl. sec. 11. q. 8. c. 453.

Domus omnis regitur a seniore, quare & colonix inde propagatae propter consanguinitatem. Aristot. polit. 1. cap. 1. char. 489.

Domus constat e seruis, & liberis, & eius minutissimæ partes sunt, dominus, seruis, maritus, uxor, pater, filius. Arist. polit. 1. cap. 3. c. 491.

Domus administratio alia est uiri, & feminae: uiri enim est acquirere, feminae uero seruare. Arist. polit. 3. cap. 5. char. 566.

Domus antiquitas ædificabantur per inextricabiles aditus, ex quibus nisi consueti euadere uix possunt, & in se inscrutabiles latebras, si quæ aggredierent: quod potest fieri, si quis ita disponat ut solent agricolæ illos, quos uocant uinearum tramites. Arist. polit. 3. cap. 1. r. ch. 737.

Domus partes sunt, homo, & possessio. Arist. econom. 1. cap. 2. ch. 776.

Domus est finis ædificatiuæ artis. Alb. mag. ethic. 1. tra. 6. cap. 1. c. 15. col. 2.

Domos antiqui fortiores faciebant propter aduersarios, posteriores uero delectabiliores. D. Thom. 7. politic. lect. 9. ch. 113. col. 1.

Domus est largitio possessionis, & signum honoris, & ideo, & auari, & ambitiosi dona appetunt. Aristot. rhetor.

rhetoricorum primo, c. 23.
Donum est donatio irredibilis, in qua donans non delectatur nisi in donatum esse. Alb. mag. ethic. 4. tract. 1. cap. 1. chart. 48. colum. 2.
Dorica est melodia primi toni. D. Thom. 8. polit. lect. 2. chart. 130. colum. 2.
Dormire fabulose quidam dicuntur in Sardis apud heroes longo tempore. Aristoteles physicor. 4. sum. 3. cap. 3. tex. 98. char. 108.
Dormire contingit animal, quia dum alitur, ascendit vapor ab alimeto ad caput, & ubi absumptus fuerit, qui ad cerebrum ascenderat, vapor, redit vigilia. Aristotel. prim. de plantis. cap. 1. char. 363.
Dormietis sanguis effugit a partibus exterioribus ad interiora, ita ut adacto cultello non æque effluere possit. Arist. de hist. ani. 3. cap. 19. chart. 99.
Dormiunt aquatilia, & quæ mollia, crusta operta, locustæ. Arist. de hist. anim. 4. cap. 10. char. 134.
Dormiens omne necesse est habere sensitivam particulam. Sensitivum autem, quod sentit actu. Aristote. de som. & vig. cap. 1. char. 48.
Dormientem simul simpliciter, & proprie agere sensu impossibile est. ideo necessarium est somnum omnem excitabilem esse. Arist. de som. & vig. cap. 1. c. 48.
Dormiens animal impossibile est simpliciter sentire quæ licunque sensu. Arist. de som. & vig. c. 2. ch. 50.
Dormientes quidam moventur, & faciunt multa, quæ vigilantium sunt, non tamen absque phantasmate, & alio quo sensu. Arist. de som. & vig. cap. 3. ch. 53.
Dormiunt vehementer pueri, quia nutrimentum sursum fertur omnercuius signu est, quod in prima ætate maiores sunt superiores partes, quam inferiores, & ideo epileptici fiunt. Arist. de som. & vig. cap. 4. ch. 55.
Dormientes habent superiora, & exteriora frigida: interiora vero, & inferiora, ut quæ circa pedes, calida. Arist. de som. & vig. cap. 4. char. 56.
Dormire animalia partem maximam temporis in vtero necesse est, quia incrementum, & pondus in locis superioribus est, tamen expurgati in vtero videntur. Arist. de generat. anim. 5. cap. 1. ch. 264.
Dormientibus accidit sensus, ut quod resurgunt, & multa agunt. Arist. de generat. anim. 5. cap. 1. char. 265.
Dormientes grauitur, & suavissime cur non somniant, quia & sensus, & intelligentia hominis tunc suo fungi officio potest, cum animus tranquillatur, & requiescit: qua requie, vel ipsa sciendi ratio constare videtur, ut quæ animum in tranquillitatem adducat, & cum non est in tranquillitate nihil intelligere potest, & plurimus motus merito tunc est, cum suavissime quis obdormiscit, quia tunc maxime larga caloris copia in partem interioriorem trahitur. Arist. probl. sect. 3. q. 13. ch. 629.
Dormientes, cum aliquid peragant, non remiscuntur ea, quæ gesserunt: quod fit, quia talis sensus cum imaginatione quidem aliqua fit, non autem cum memoria. Ioann. grammat. in 5. de generatio. animal. cap. 1. chart. 93. columna prima.
Dormiens non sentit actu, ut vigilans. Auer. de generat. anima. 5. cap. 1. ch. 249. colum. 4.
Dormiunt diutius animalia illa, quæ sunt frigida, & viscosa, multaxque habent superfluitates circa locum digestionis, & sunt pellis spissæ. Albertus mag. de som. & vig. libr. 1. tract. 1. cap. 6. char. 26. col. 4.
Dormiunt homines quædo subtiliter audiunt ea, de quibus subtiliter cogitant, vel tractat sine auditu, & apud seipos; quia animæ vigor ingreditur in se, & similiter sensus communis, & trahunt secum spiritum ab exterioribus organis, quæ grauantur frigore, & sic dormiunt. Albertus mag. de som. & vig. libr. 1. tract. 2. cap. 4. char. 29. colum. 2.
Dormiunt homines musicam, ac cantilenas audientes, quia spiritus, & calor protenditur ad exteriora, & con-

sumunt humidum, quod est in eis, & euaporatur, & frigus vincit, & inducitur somnus. Albertus mag. de som. & vig. libr. 1. tract. 2. cap. 4. ch. 29. colum. 2.
Dormire statim post cibum malum est, mouere enim oportet, ac leuiter deambulare donec cibus resideat, oportet. Alb. mag. de som. & vig. l. 1. tra. 2. c. 7. ch. 30. col. 2.
Dormiunt libenter, qui in oculis habent venas, frigidum enim sunt, & humidum, & qui caput magnum, quia maximum attrahunt vaporem. Albertus mag. de som. & vig. libr. 1. tract. 2. cap. 8. char. 30. colum. 3.
Dormientes magis sentiunt paruos motus intra se factos quam vigilantes; quia parui motus faciunt sensum in somno propter somnum excludentem multitudinem sensibilibus. Albertus mag. de som. & vigil. libr. 3. tract. 2. cap. 6. char. 40. colum. 1.
Dormit diutius, & sæpius homo cæteris animantibus, medietas enim vite fere somno tribuitur. Alber. mag. de anim. tract. 3. cap. 23. ch. 26. col. 4.
Dormientes opera vigilantium faciunt propter præsentiam phantasmatum in primo sensitivo. D. Thom. de som. & vig. lect. 4. ch. 36. colum. 1.
Dormientes tantum somniant, ut dormiunt, & illud est somnium: vigilantibus autem, & languide dormientibus non apparent somnia. D. Thom. de som. & vigil. lectio. 5. chart. 43.
Dormientibus magis apparent simulachra, quam vigilantibus, quia motus maiores tunc cessant. D. Thom. de som. lect. 4. char. 48. colum. 2.
Dormiens, quia non actu sentit, vel intelligit, non perfecte viuit, sed habet dimidium vitæ. D. Thom. ethic. 9. lect. 11. char. 164. colum. 2.
Dormiens non habet perfecte operationes vitæ, nisi eas, quæ pertinent ad animam vegetabilem, quæ inuenitur in plantis, quibus felicitas attribui non potest. D. Thom. ethic. 10. lect. 9. ch. 176. colum. 2.
Dormietis operatio intellectus imperfecta est, si qua sit, solæ enim operationes nutritiue perfectæ sunt. Diuus Thom. ethic. 10. lect. 7. chart. 176. col. 2.
Dorsum est penes pectus, cuius partes Scapulæ, & Spina sunt. etiam infra è regione ventris Lumbi habentur. Communes autem partis superioris, ac inferioris Costæ trinque octonæ. Arist. de hist. ani. 1. cap. 15. c. 25.
Dorsum quibus ingens, & forte, fortes sunt anima. referuntur ad maræ, quibus strictum & imbecille est, molles sunt, & referunt ad feminæ. Arist. phisio. c. 9. c. 348.
Dorsum qui habent pilosum, inuerecundi sunt. referuntur ad bestias. Arist. phisio. cap. 10. chart. 354.
Dorsum in homine, & alijs propter quatuor causas factum est: primo ut sit via nuchæ: secundo ut sit clypeus omnium membrorum mollium: tertio ut sit fundamentum fabricæ totius corporis: quarto ut fiat motus inclinationis & erectionis. Albertus mag. de anim. libr. 1. tract. 2. cap. 11. ch. 12. col. 3.
Dorsum est via principij, & neruorum motiuorum custodia membrorum nobilium, mollium, fundamentum ossium inclinationis, & erectionis, & status adiutorij. Alber. mag. de anima. libr. 1. tract. 1. cap. 11. c. 12. col. 3.
Dorsum musculorum, alij flectunt ipsum ad posteriora, alij curuât ad interiora, & ex his duobus motibus omnes alij dorsi motus oriuntur. Albertus mag. de anima. libr. 1. tract. 2. cap. 16. char. 15. colum. 3.
Dorsum curuantes musculi sunt par desuper positum, quia sunt ex eis, qui caput, & collum, qui à duobus me-ri veniunt lateribus: quorum extremitates inferiores cum quinque spondilibus pectoris superioribus continuantur in quibusdam hominibus: sed in pluribus sunt quatuor. Et eorum extremitates proueniunt ad caput, & collum, & par, quod sub ipso positum est, quod a quibusdam vocatur retiale, & hæc ambo a decima & vadesima incipiunt, & ad inferiora descendunt, & plerumque curuânt flectendo, & medio horum musculo-

rum in suis motibus sufficit inuentio, qui in curuatione, & inclinatione duarum extremitatû sequitur motus a dextra, & sinistra. Albertus mag. de animal. libr. 1. tract. 2. cap. 16. char. 15. colum. 3.
Dorsum ad posteriora flectentes musculi sunt, qui proprie musculi dorsi vocantur, qui (secundum antiquorum opinionem) componuntur ex 23. quia cuique eorum ab vnaquaque spondili villus transversus venit, nisi a propria: & si æqualiter tenduntur, stat dorsum: cum superiue tenduntur, declinat ad posteriora: & cû illi, qui in vno existunt latere, movent dorsum, ad os inclinatur. Alb. ma. de ani. l. 1. tract. 2. c. 16. c. 15. col. 3.
Dorsum nutritum vocatur id, quod è directo est posterius inter anchas, & appellatur nutritum ad differentiam dorsi pectoris, quia ante ossa illa sunt mæbra nutritiua. Alb. mag. de ani. libr. 1. tract. 2. c. 24. c. 20. col. 4.
Dorsum latum, & solidum virile est, contra muliebre. Alb. mag. de ani. libr. 1. tract. 2. cap. 26. ch. 23. col. 3.
Dorsum incuruum quorum est, si in molli carne sunt, & si quæ iuxta illam sût angustiora, ut succincti, in omni opere præcellent, & in venationis studio summi erunt. Alb. mag. de ani. libr. 1. tract. 2. cap. 26. ch. 23. colum. 3.
Draco per vsum pomorum nauis infestatur, & succu siluestris lactucæ exorbet. Arist. de hist. an. 9. ca. 6. c. 325.
Draco maris (ut dicit Plinius) est bestia admodum serpentis formata, sed pinna habet, quibus vitur ad natandum, & impetu suo multa maris spacia pernatans virium suarum magnitudine. Est venenosa, & quos mordere pisces, moriuntur, & si per rete piscatorum ad litus trahitur, subito foueam facit in arenis ut abscondatur. Cinis ossium eius sanat dentium dolores. Alb. mag. de anim. lib. 24. cap. 1. char. 197. col. 2.
Draco secundum Auicennam, & Semeryon est in ordine tertio serpentum, & est generis nomen, & dracones omnes sunt corpore valde magni, quia minor est 5. cubitorum, maior 30. Duos oculos magnos habent & sub labia in mædibula inferiori est eminentia, ut mentum, & sunt ei multi dentes. Minores in Nubia sunt mares, sed in India sunt maximi. Facies habent citrinas, & nigras, & ora maxima, & supercilia corum oculos cooperiunt: super collum sunt squamæ, tres dentes in superioribus mandibula habent, & totidem in inferiori, longos: & prominentes: & morsui accidit a principio dolor paruus, & postea inflammat, & masculi scæminis deteriores sunt, & hæc est vera opinio. Sed aliorum opiniones potius vulgi sunt, quam philosophorum, ut Plinius, qui ait esse maximum beluarum, alatum, voce maxima, visu terribili, pedes habere aiunt, Aethiopes eos mæducare, & quod incantator super ipsum multa spatia terre volitat, & tandem lassus in mare deijcitur, & submergitur ipse & incantator. Et falsum est dracones ignem spirare, sed vulgus, cum viderit ex aere ignem descendere ex vaporibus accensis, patat draconem volare, & hæc fabula. Albertus mag. de anim. lib. 25. chart. 201. colum. 4.
Draco marinus, ut dicit Auicenna & Semeryon, est ad modum alterius draconis. eius morsus est comminuens, & effodiens carnes, & minus venenosus, quia aquaticus. Alb. mag. de anim. libr. 25. char. 202. col. 1.
Dracopodes est serpens tertij ordinis, & generis draconum, quem dicunt homines vultum imberbis hominis habere, & auditi a fide dignis interfectu fuisse huicemodi serpentem in insula Germaniæ, & diu monstratum nostris temporibus. Albertus mag. de ani. lib. 25. char. 202. colum. 1.
DRACO iam constituta republica leges tulit, cuius proprium nihil est, nisi rigiditas poenarum. Aristote. polit. 2. cap. 10. char. 555.
Dragagantum est guma arboris frigida declinans ad siccitatem, & multum prodest in medicinis. Alber. mag. de veget. lib. 6. trac. 1. cap. 16. char. 155. col. 4.

Dryacha auis est carens pedibus, & apparet solum post pluuiam in principio æstatis, & tunc pullificat, & cum pulli coalescunt moritur, pullos relinquens suæ misere vitæ successores. Alb. mag. de ani. l. 23. c. 1. c. 187. col. 1.
Dualitas est multitudo, ut multitudo idem est quod numerus: sed ut multitudo habet excedentiam, vel simpliciter, vel respectu alicuius, ipsa duo non sunt multa, sed prima pauca. Arist. 10. metaph. cap. 5. te. 20. c. 206.
Dualitas est prima multitudo habens defectum. Arist. 10. metaph. cap. 5. te. 20. c. 206.
Dualitatem interminatam, siue primam, siue intellectualem, siue animalem, siue naturalem, siue etiam eam, quæ in materia consideratur, aliquis consideret nunquam dicimus diuisim agere, aut pati per magnum, & paruû, sed vnicuique eorum, quæ generatur ab ipsa, & magnum afferre, & paruû accommodare in singulis ordinibus entium. Sorian. in 12. meta. vel 13. secund. lat. ex c. 6. 7. c. 86.
Dualitas non est numerus, quia si multiplicatur, & componitur, idem facit. Io. gra. in 4. phy. tex. 108. c. 110. c. 3.
Dubitare de vnoquoque prædicamento non est inutile. Arist. præd. tract. 2. cap. 3. c. 78.
Dubitationis solutio nihil aliud est, quam inuentio. Ari. 7. ethic. Nicom. cap. 2. ch. 162.
Dubitatio est passio hominis per equalitatem contrariarum rationum. Alex. aphr. in 6. top. cap. 3. c. 77. col. 4.
Dubitatio est in syllogismo confectis rationationibus, ut aliquo sublato falso arguatur. Alex. aphrod. in 1. elench. char. 113.
Dubitatio in ijs, quæ certandi studio comparantur est, quomodo quis respondendo in reprehensionem non incurrat. Alex. aphr. in 1. elench. c. 113.
Dubitatur maxime de his, de quibus auctores priores diuersas habuere sententias. Alex. Aphr. in 2. metaphy. vel apud latin. 3. cap. 1. c. 54. col. 2.
Dubitatio est quasi ligamentum, & responsio quasi solutio. Auer. 2. de celo. te. 106. c. 78. col. 3.
Dobitationibus oppositio cum dubitationibus non facit destructionem, sed confusionem. Auer. ex dest. destr. dispat. 1. c. 17. col. 3.
Dubium tantum est illud, quod probatur. Boet. in top. Cic. hb. 1. ch. 763.
Dubitatio est interminatus motus rationis super vtranque partem contradictionis: vel minus large sumendo, est interminatus motus rationis super partes contradictionis, sine rationatione consensu inclinante. Alb. mag. in 3. metaph. tract. 1. cap. 1. c. 77. col. 1.
Dubia cum ab Aristotele soluntur, aliquando inquirunt ipse veritatem soluendo, & obijciendo: aliquando obijcit, & soluit post determinatam veritatem, & tunc obijcit, & soluit supponendo opiniones aliorum, & non secundum veritatem, quam ipse opinatur. Diu. Tho. in 1. de ani. l. 10. tex. 63. c. 14. col. 1.
Dubitatio de re ex hoc confurgit, quia de re aliquid scitur, sed tamen ipsa res non scitur perfecte. Ale. de ales. in 3. metaph. tex. 148. col. 4.
Dubitatio confurgit ab aliqua occultatione. Thom. de Vio in præd. ch. 48. col. 1.
Duces iuvenes nemo eligit, eo quod non constat eos prudentes esse. Arist. top. l. 3. cap. 2. c. 437.
Ducis exercitus bonum melius est bono ordinis, quia bonum ordinis est propter ducem. Arist. 12. metaph. ex su. 3. cap. 2. te. 52. c. 261.
Dux bonus, & Imperator est, non qui omnino vincit, sed qui præsentem exercitum ita vitur, ut in bello oportet. Eust. 1. ethic. cap. 6. ch. 69.
Ductilia sunt, quæ eadem percussione possunt in latus, & in profundum secundum superficiem transferri secundum partem, ut res: non ductibilia, quæ non possunt, ut lapis, & lignum. Arist. meteor. 4. su. 2. cap. 2. te. 47. c. 580.
Ductibilia omnia sunt imprestibilia: imprestibilia autem omnia non sunt ductilia, ut lignum. Arist. meteor. 4. su.

fu. 2. cap. 2. tex. 47. ch. 580.
 Ductibilia sunt primo aurum, deinde argentum, post
 primum multum depuratum, deinde ferrum, sed aurum
 ducitur in maximam dilatationem, stannum, & plū-
 bum minus. Alb. mag. 3. de miner. tra. 2. c. 2. c. 246. c. 2.
 Dulce est nimis nutritiuum, & super natatiuum. Arist.
 de sens. & sens. cap. 4. ch. 17.
 Dulcia cum sint nobis similia, quam acra, ocyus a dul-
 cibus implemur, quia non eque premature concepta-
 culum, ex quo haufimus, & corpus, quod vesicatur, im-
 pletur: sed venter repletus aliquādo est, ut sitientium:
 sitis autem nihilominus super est, sitis enim ob id nō
 restat, quod venter plenus sit humoris, sed quia mēbra
 corporis omnia humorem commodū sibi attraxerūt,
 & tunc sitire cessamus. Arist. probl. sec. 22. q. 2. ch. 549.
 Dulcia cur minus dulcia sentiantur calida, quam refrige-
 rata? quia dulce calidum est, & ignis igni adijcitur: er-
 go calor impedit. Vel quia ignis vires omnium mi-
 nuit, quia vim obtinet commutandi. Arist. probl. sec.
 22. q. 12. ch. 552.
 Dulce non idem est cuique secundum naturam, sed alijs
 animalibus alia. Arist. polit. cap. 5. ch. 499.
 Dulcia omnia, cur lienem, & iecur augēt? quia iecur per
 sui similitudinem facile dulcia attrahit: lien, cum par-
 tem sanguinis feculentam de iecore attrahat, largio-
 rem quoque elicit sanguinem, pro copia, quæ posita in
 iecore est, quod quidem tam peragit, quandiu inua-
 leat vis efficiendi, vnde nomen sortitus est. Ale. aphro.
 probl. 2. 86. ch. 764.
 Dulce, & amarum calida esse si senserimus, hoc non est
 nisi respectu corporis humani, non respectu naturæ
 ipsius rei: experientia enim licet hoc in corpore osten-
 dat humano, tamen hoc non demonstrat naturam ip-
 sorum. Auer. 2. de ani. te. 105. c. 148. col. 1.
 Dulcia aliqua frigida esse impossibile est: videtur enim,
 quod plantæ amari saporis apud complementum
 sunt dulces, aut insipide in principio. Auer. 2. de anim.
 tex. 105. ch. 148. colum. 1.
 Dulce est id, quod delectabile est secundum naturam.
 Alb. mag. 2. de ani. tract. 1. cap. 10. c. 15. col. 4.
 Dulce, vel ex dulci commisto omnia nutriuntur. Alber.
 mag. de sen. & sen. tract. 2. cap. 6. c. 13. col. 3.
 Dulce per accidens nutrit eo quod substantiam nutriti
 sapor ostendit esse conuenientem, vel inconuenientē.
 Alb. mag. de nutri. & nutri. tract. 1. cap. 1. c. 64. col. 1.
 Dulcis saporis subiectum est substantia grossa, terrea,

æqualis, vel media inter calorem, & frigus. Alb. magn.
 de veg. l. 3. tract. 2. cap. 3. c. 139. col. 2.
 Dulce, & amarum contrariantur per formas saporum,
 non per subiectum, aut per qualitates primas. Alber.
 mag. de veg. l. 3. tract. 2. cap. 3. c. 139. col. 2.
 Dulce, & pingue dilatant linguam, & leniunt, & linguæ
 asperitatem remouent. Alb. magn. de veg. l. 3. tract. 2.
 cap. 3. ch. 139. col. 2.
 Dulcis saporis operatio frequenter est digestio, lenifica-
 tio, & nutrimenti multiplicatio, quia fortiter attrahi-
 tur ab eo, quod nutritur, quia natura eum diligit, ita
 quod aliquando inducit opilationes. Alb. mag. de veg.
 l. 3. tract. 2. cap. 4. ch. 139. col. 3.
 Duplicatio eiusdem termini, est bis in propositione ead-
 em acceptio. Magen. in prior. ch. 41. col. 4.
 Durau dicūt esse belluam crudelem, velocem, fortem in
 venatorem, & canes, sterus intorquentem, & sic ster-
 coris fetore, & viscositate venatores impediunt, &
 canes ab infecutione sua. Alb. magn. de ani. l. 2. cap. 1.
 ch. 176. colum. 3.
 Durum est, quod congelatum est, congelatum vero, sic-
 cum est. Arist. 2. de gen. & cor. su. 1. cap. 2. te. 13. c. 426.
 Durum est, quod non cedit in seipsum secundum super-
 ficie. Arist. meteor. 4. su. 2. cap. 1. te. 29. ch. 568. Idem
 Arist. 3. de celo. cap. 1. te. 11. ch. 336.
 Durum, & molle ad tactum determinantur, excedens
 enim ipsum dicitur durum, deficiens molle. Arist. me-
 teor. 4. su. 2. cap. 1. tex. 29. c. 568.
 Durum, & molle necessario est corpus terminatum suo
 proprio termino, aut enim cedere, aut non, adhuc con-
 cretum esse: hoc enim definitur. Arist. meteor. 4. sum.
 2. cap. 2. tex. 30. ch. 568.
 Durum est, quod habet potentiam, vt facile non scinda-
 tur. Simp. in præd. ch. 64. Idem. Boet. in præd. ch. 177.
 Durum est id, quod magis retinet speciem. Simplic. in
 præd. char. 66.
 Duritiem consequitur grossitudo. Auer. meteor. 4. char.
 210. colum. 4.
 Duræ testē animal generatur per se absque coitu in limo,
 vel arena, & secundum diuersitatem limi, vel arenæ est
 diuersus. Alb. mag. de ani. l. 5. trac. 2. cap. 2. c. 55. col. 3.
 Dura habent esse ea, ex quibus percussis sonus redditur,
 vt aer extrudatur, quæ extrusio est causa generationis
 soni. D. Tho. 2. de ani. l. 16. tex. 78. c. 37. col. 2.
 Durationis differentia alicuius rei est propter ratio nem
 speciei. D. Tho. ethic. 1. c. 7. col. 3.



EADEM secundum se dicū-
 tur duobus modis. Primo,
 quorū materia est vna, aut
 specie, aut numero. Alio,
 quorum vna est substantia.
 Arist. 5. met. c. 9. te. 16. c. 97.
 Eadem tribus modis secū-
 dum accidens dicitur. Primo,
 cum duo accidentia vnum
 de alio dicitur. Secundo, vt
 cum accidens de subiecto.
 Tertio, vt cum subiectum de accidente, & præter hos
 sunt alij, vt cū accidens simpliciter prædicatur de cō-
 posito ex subiecto & accidente, vt Socrates musicus est
 albus: alio modo, cum prædicatum cōpositum est idē
 subiecto simplici. Arist. 5. metaph. cap. 9. tex. 16. c. 97.
 Eadem eadem quæ sunt, inter se quoque eadem sunt. Io-
 gram. 1. phy. tex. 17. c. 8. col. 4.
 Eadem sunt, quæ in materia, & forma conueniunt. Aue-
 in quæst. log. q. 8. c. 370. col. 3.
 Eale bestia est, vt equus, caudam e' ephantis habens simi-
 lem, colore nigra, maxillas habens, vt aper, & cornua
 longiora quam cubitus: ad obsequium cuiuslibet ve-
 cturæ commoda esse dicuntur cornua; quia non rigēt,
 sed mouētur a radicibus, vt membrū a iunctura; & est
 aial aquaticū. Al. mag. de ani. l. 22. tra. 2. c. 1. c. 180. c. 1.
 Ebenus niger est, & terreus, euaporauit enim aer. Arist.
 meteor. 4. sum. 2. cap. 3. tex. 41. c. 575.
 Ebrij sunt, non qui vehementer, sed qui leuiter delirāt;
 quia nec tam parum biberunt, vt similes sobrijs sint,
 nec tam multum, vt langueant, quomodo efficiuntur,
 qui multum hauserunt. Adde, quod sobrijs ratione iu-
 dicant, penitus temulenti ne tentant quidem aliquid
 iudicare, leuiter ebrjati iudicant, quoniam vino non
 penitus detinetur, sed prauē id faciunt, quoniam sobrijs
 non sunt: quo fit, vt mox contemnant alios, & contēni
 ab alijs seipsi existiment. Arist. probl. sec. 3. q. 2. ch. 365.
 Ebriosi tremunt, & eo magis, quo libentius merū hauserunt;
 quia vinum calefacit, sua facultate amplificata,
 plusquam opus est, ac vires corporis patuntur: calorem
 proprium corporis se permittens extinguit; quo ex-
 tincto, refrigeratoque corpore, accidit, vt tremores
 oriuntur. Arist. probl. sec. 3. q. 5. c. 366.
 Ebrj grauius omnia circumferri vidētur, & inter ebrie-
 tatis initia res semotas cernere nequeunt; quia cōspe-
 ctus saepe a calore vini cōpellit, atq; cōmouet, nil. n. re-
 fert cōspectus moueas, an res cōspēctui obuia sit, & si
 fallit ebrjorū cōspectus in rebus pp inquis, multo ma-
 gis id euenire debet i remotis. Ari. pb. se. 3. q. 9. c. 369.
 Ebriosi eo magis tremunt, quo largius merū hauserunt;
 vinum autem vim calefaciendi obtinet, & tremor ex
 frigore proficitur, quia nihil prohibet eandem rem
 a contrarijs effici, dummodo non agant eodem modo,
 sed diuerso: ebrjosi enim suo emarcescente calore tre-
 muant; superat enim proprium calorem calor vini ad-
 uentitius, & extinguit. Aristot. problem. sec. 3.
 quæst. 25. char. 375.
 Ebrj, qui a vino leuiter tenentur, magis delirant, quam
 qui, aut grauius se ebriarint, aut sobrijs manent:
 quia sobrius recte iudicat; qui omnino ebrjosi est, sen-
 sibus interceptis onus sustinere non potest, & nihil iu-
 dicat: at qui leuiter se ebriarint, iudicat quidē, quia nō
 multum vinum haufit: sed quoniam a vino detentus
 aliquatenus est, potestatem recte iudicandi amisit. ita-
 que peccet necesse est. Aristot. problem. sec. 3. quæst.
 26. char. 377.
 Ebrjosi solis calore maxime gaudere solent, quia conco-
 ctionem desiderant, & quia refrigerati admodum

sunt, ex quo attoniti, ac stupidi fieri solent a poue.
 Arist. probl. sec. 3. q. 28. ch. 378.
 Ebrj vino iuuenes potius, quam senes mingunt, quoniam
 iuuenes humidi sunt, & calidi: multum excrementum
 humoris confluit in vesicam, exiguum enim a corpore
 eorum absumitur, quamobrem id effundi necesse est.
 Senioribus vero corpus pro sua siccitate humorem
 nimium attrahit ac imbibit, & quia iuniorum natura
 ad somnum propensior est quam seniorum, quocirca
 grauius iuuenes confopitos vinæ saepe excitatio la-
 tet, vt hæc prius erumpat, quam illi surrexerint, senio-
 res vero non latent. Aristot. probl. sec. 3. q. 33. ch. 380.
 Ebrj duplices poenæ institutæ sunt. Aristot. 3. ethicor.
 cap. 5. char. 61.
 Ebrj, si mali quid perpetrarint, sine controuersia affe-
 runt iniuriam, nam ipsi sibi eius ignorantie causa ex-
 titerunt. Arist. mag. moral. 1. cap. 31. c. 310.
 Ebrj vino cur multi obierunt? quia vini copia natura-
 lem, vitalem, ac animale vim omni suo calore oppri-
 mit: & maxime hi sentiunt, qui calorem inbitum exi-
 guum continent, atque imbecillum; qui autem mil-
 tus, ac validus est, resistere amplius potest. Alex. aphr.
 probl. 1. 17. ch. 670.
 Ebrietatem pingere volentes, liberum patrem Bacchis
 comitatum non inepte fingunt: choream enim quam
 vini hilaritas extruit, baccharum cętu designatur. Sa-
 tyros coniungunt ratione agilitatis, & facilitatis, Ly-
 diam addunt, quoniam per immodicum vini vium,
 hominem resoluere necesse est. Pardi sectantur, quia
 varia imaginantur, qui vini multum hauserunt. Aga-
 uem Pithei matrem suam discepisse filium narrat,
 quoniam multi per vinolentiam facile in homicidium
 ruunt. Bacchus nudus effingitur, quoniam mentem,
 & animum detegit: arsit Venerem Bacchus: arsit
 Ariadnam, quoniam vino inebriatus, libido maxima
 orebit: Baccho non deest caluus comitatus propter
 ebrebri detrimentum, & Pana huic adiuat ob vi-
 ni summam potentiam. Bacchus a fulmine prius
 quam veniat in lucem tangitur, eximitur vtero matris
 coniectus in femur patris clauditur, quoniam vinum
 persæpe fictilibus contentum Soli exponitur, & vires
 accipit in plenum. Sorores quatuor Bacchus habet,
 quia vinum quatuor partes habet, vt sanguis partem
 diluissimam, quam renes hauriunt, & tenuem quan-
 dam veluti florem, quæ fellis folliculus trahit, & cras-
 sam, quam lien capit; & sinceram, quæ in membra di-
 gesta alere potest. Alex. aphr. probl. 2. c. 766.
 Ebrj res moueri vident, & formas longas habere pro-
 pter humiditatem multam a cerebro ad oculos fluen-
 tem. Alber. magn. in 2. de anim. tract. 3. cap. 14. char.
 24. colum. 3.
 Ebrj facile cadunt, quia uinum detinet horum nervos
 motiuos, & trementes facit. Alb. mag. de somn. & uig.
 l. 2. tract. 2. cap. 1. c. 34. col. 1.
 Ebullitio differt a frixione, quia ebullitio fit in frigido
 humido a calido euaporante, & resoluente spiritū: fri-
 xio fit a frigido calidum extinguente, uel est focus cō-
 secuens ipsum. D. Tho. in 2. meteor. l. 16. c. 162.
 Eccentricos esse impossibile est, quia cōtingeret in corpori-
 bus cęlestibus esse corpora nō uere rotunditatis, nec ha-
 bentia actionē, sed quasi replētia, & forte est inuenire
 Astronomiā cōuenientē huic, quod apparet de Luna
 sine orbe eccentrico. Auer. 2. de celo. te. 32. ch. 54. c. 3.
 Eccentricos esse impossibile est, nisi esset possibile quod
 inter corpora cęlestia essent, aut uacuum, aut corpora
 replentia non rotunda naturaliter, neque mota cum
 hoc, cum medium debet esse unitū corpori, quod cir-
 culariter mouetur. Auer. 2. de celo. tex. 33. c. 55. col. 4.
 Eccentrica si essent, essent plura centra, & plura corpora
 graua extra terram, quod impossibile est. Auer. in 12.
 metaph. tex. 45. ch. 154.

Eccentrica si essent, oporteret in cœlo inuenire corpora superflua ad implendum vacuum. Auer. in 12. metaphys. tex. 45. c. 154.

Echinus caro denegata est, hocque peculiare habent, vt nullam intus carnem contineant, sed nigra quædam in omnibus vice carnis spectamus, & horum plura sūt genera. Primum quod cibo idoneum est, in quo, quæ oua appellant, magna, esculentaq; existunt, & in maiori, & minori corpore: nam & nouelli paruique pleniustuli illis constant. Secundum, & tertium sparagi, & brissi, quæ genera pelagia sunt, raroque inueniuntur. Est aliud genus minutum, spinis longis, prædurisque gigni in alto gurgite solitum. Dentes quini omnibus echinis sunt, & caui intrinsecus. eorum corpus priore, ac nouissima parte contmens est: cætera vero non continuum, sed simile laternæ, cui non obducta sit membrana. spinis suis, vt pedibus vtuntur echini, quibus innixi mouentur, ac sedem immutant. Aristot. de histor. anima. 4. cap. 5. char. 123.

Echinum interuallo annuo viuere aiunt. Aristot. de admir. aud. 64. c. 450.

Echo fit, quando ab aere vno facto propter vas, quod terminauit, & prohibuit frangi, iterum aer repellitur quæ admodum sphaera. Arist. 2. de ani. su. 4. c. 4. tex. 8. c. 635.

Echo videtur semper fieri, sed non clare, quia accidit in sono, vt in lumine. Arist. 2. de ani. su. 4. c. 4. t. 80. c. 635.

Echo diapason consonantia resultabit, si duorum dolorum alterum inane, alterum dimidiatum sit; quia echo dupla dimidiati ad inanis existit. Aristoteles problem. sect. 19. quæst. 51. char. 527.

Echo per refractionem aeris redditur, quoties percussus aer vnus idemque permanens indutum quidpiam, & concauum fertur, & ab aere, qui in eadem concauitate detinetur, complectitur, nec dissoluitur, vel diffunditur; sed vnus idemque permanens expellitur, & violenter in id recurrit, vnde delatum est. Alexan. aphro. in pri. de anim. cap. 15. ch. 36. colum. 1.

Echo est aer repercussus, percussus prius a vocante, postea solidis occurrens corporibus repercutitur. Alex. & Eustr. in 2. poster. char. 95. colum. 1.

Echo semper fit, cum fuerit ita fortis, quod faciat passionem permanentem in aere, aliam numero a prima passione, & similem ei in qualitate. Auerro. 2. de anima. tex. 80. char. 142. colum. 4.

Echo, & tintinnus differunt, quia tintinnus est proprie metallorum reflexus sonus. Albertus mag. in 2. de ani. tract. 3. cap. 19. char. 25. colum. 3.

Echo fit per repercussionem aeris moti a corpore sonante ad aliquod corpus concauum. Diuus Thomas in posterior. char. 97. colum. 2.

Ecnemas est spiritus ex nube per eam segregatus, & vehementer deorsum lapsus. Alexander aphrodit. in 3. metaphys. cap. 1. tex. 3. char. 69. colum. 1.

Edaces dicuntur, qui multo obsonio vescuntur. Eustrat. 4. moral. cap. ter. c. 170.

Efficientem causam cum cognoscimus, tunc oem transformationem, generationem, & actum maxime cognoscimus. Arist. 3. metaph. cap. 1. tex. 3. c. 43. col. 2.

Efficiens munus suum obire potest absque exemplari. Alex. aphrodit. in pri. metaph. char. 36. colum. 1.

Efficiens, & finalis causa, vel ambæ sunt exemptæ ab eo, cuius sunt causæ, vel si quando altera harum habet eadem speciem est, hæc autem est finis. Alexander & Eust. in 2. poster. char. 4. colum. 2.

Efficiens proprie est causa: materia, & forma sunt concausæ: exemplar, & finis, non ipsius effectus proximi, sed facientis faciendi sunt causæ. Simp. in præd. c. 85.

Efficientia alia sunt generalia, alia specialia, alia perfectiua, alia vnitua, alia diuisiua, alia, quæ habet quandam rationem in rebus. Simp. in præd. c. 85.

Efficientes causæ immobiles non considerantur a natu-

rali, sed a metaphysico. Simp. in 2. phy. c. 128. colum. 1.

Efficiens esse in anima perpetuum, immortaleque est. Simpl. in 3. de anima. text. 20. char. 65. colum. 1.

Efficientia sunt etiam per se, & per accidens: & per se alia sunt proxima, alia remota. Auerroes primo rhetorico rum. tract. 1. cap. 9. chart. 35. colum. 3.

Efficiens primum in actu est, & in omni eo, quod procedit de potentia ad actum, cuius virtus in semine informat omnes alias, & sic informatæ sunt vires illæ in semine, vt artifex in artificio, & conuertitur substantia feminis in spiritu, & spiritus ille mouet materiam ad similitudinem primi efficientis: vt cum homo generet hominem ex spermate, est in spermate calor, & spiritus animæ. si autem hominis, ergo rationalis est, & oportet quod ex potentia efficiatur in actum; & quicquid ex potentia efficitur in actum, numeratur numero generatorum, sequitur, quod aia numeratur numero generatorum, quod est propositum. si alteram aiam generat, tunc generatū non est ex conuenienti in forma, & specie. Alb. ma. contra Auer. de vnit. intel. c. 5. c. 81. col. 3.

Efficacia propria duo sunt, natura, & intellectus; at natura non est nisi ad vnum, vnus autem ad se non est ordinatio: intellectus autem in omnibus in quibus est, plurium est. Alber. mag. de caus. & process. vniuersitatis a prima caus. lib. 1. tract. 2. cap. 8. char. 192. col. 3.

Efficiente causa vtitur primus philosophus in demonstrando, considerans primum mouens immobile propter suam formam, quam in se substantialiter habet agendo ad formam facit scire substantiam. Albertus magnus. 3. metaphys. tract. 3. cap. 2. ch. 84. colum. 1.

Efficientes causæ duplices sunt effectus, vniuoci, & æqui uoci: vniuoci, quoniã in specie vna, vel in genere vno, vel secundum proportionem communicant effectus in eo, quod effectus est, & causa vt causa est, vt ignis calidus calefacit, & ignis: æqui uoci autem, quando communicant dicto modo, vt motus calefacit, & ignis rarefacit. Alb. mag. in 5. meta. tract. 1. cap. 3. c. 99. col. 3.

Efficiens primum in effectiuis est impassibile, vt in mouentibus primum mouens est immobile. D. Thomas in pri. de genera. & corrupt. lect. 20. tex. 54. c. 18. col. 1.

Efficiens est causa finis, vt ad esse finis causæ efficientis, quantum ad rationem causalitatis, nam efficiens in causa est vt agit, non autem agit, nisi causa finis, vnde ex fine habet efficiens suam causalitatem. Diuus Thomas quinto metaphysicorum lib. 2. text. 2. char. 262.

Efficientem causam statuere volentes antiqui philosophi quadrupliciter se habebant: quia alij nou multa generabant, sed de illa ratione causam materialem solum ponebant omnino negligentes causam efficientem: alij negabant motum, & sic efficientem causam ponere non cogebantur: alij omne ens vnum esse ponebant secundum rem, sed plura secundum sensum, & sic plures causas ponebant secundum sensum: alij inter entia realem differentiam ponebant, & cogebantur isti causam efficientem cum materiali ponere. Alex. de ales in 1. met. c. 14. col. 2.

Efficiens aliud æqui uocum, aliud vniuocum, & differt, quia primo modo effectus est virtualiter in causa, sed non formaliter; secundo effectus est in causa, & virtualiter, & secundum similitudinem formæ. Alexander de Ales in quinto metaphys. tex. 2. char. 104. colum. 1.

Efficiens æqui uocum habet virtutem super totam speciem, vniuocum autem non. Alexan. de Ales in quinto metaphysicorum. text. 2. char. 104. colum. 1.

Efficiens vniuocum si haberet virtutem super totam speciem, efficeret seipsum. Alexander de Ales in quinto metaphys. tex. 2. char. 104. colum. 1.

Efficiens aliud est respectu fieri, aliud respectu esse. Alexan. de Ales in 5. metaph. text. 2. ch. 104. colum. 1.

Efficiens aliud est per motum, vt agentia secundaria, aliud sine motu, vt agens primum. Alexan. de Ales in quinto metaphys. tex. 2. char. 104. colum. 1.

Efficiens,

Efficiens, & finis sunt sibi inuicem causæ. Alexan. de ales in 5. metaph. t. 2. c. 105. col. 2.

Efficiens non est in fine quoad suum esse, sed quoad suam causalitatem, Alexander de ales in 5. metaph. tex. 2. char. 105. colum. 2.

Efficiens, & factum sunt vnum in se: quia omne quod fit fit a sibi conuenienti, differunt tamen numero. Alex. de ales 12. metaph. tex. 24. c. 337. col. 1.

Efficiens, & finis, in separatis a materia, incidunt in idem. Alex. de ales 12. metaph. tex. 41. ch. 546. col. 3.

Effectum vnum, & eundem ob multas causas esse cõtingit. Arist. poster. li. 2. ca. 11. tex. 8. c. 370.

Effecta eodem modo dicuntur, vt causæ: nam alia, vt propinqua: alia, vt remota: alia, vt genera proferuntur, alia per accidens, aut per se, aut vt conuincta, aut vt se parata. Them. in 2. phy. t. 35. c. 23. col. 1.

Effectorum alia alicuius gratia fiunt, vt ea, quorum opifex, aut natura, aut voluntas est, alia nullus, vt capillū cum vellimus. Them. in 2. phy. tex. 49. c. 23. col. 4.

Effectum, & constitutum ex materia, & forma, vt forme est particeps est aliquid, & per formam appellatur, & denominatur, vt autem materia participat, in continuo fluxu, & mutatione versatur, & sic non est simpliciter. Simp. in 1. phys. c. 44. col. 2.

Effectio eadem est cum passione. Simp. in 3. de anim. & sect. 1. t. 139. c. 51. col. 2.

Effectus sæpe notiores sunt suis causis. Ioan. gram. in 3. phys. te. 48. c. 41. col. 2.

Effectus animi homines ad actiones incitare consueverunt. Eustr. 4. mor. cap. 1. c. 168.

Effectio & affectio subiecto idem est, ratione differunt. Eust. vel Mich. ephes. 9. eth. ca. 5. c. 451.

Effectus est, quod præcedens causa perficit. Boet. in top. 1. 2. char. 116.

Effectus vnus simplicis, est causa vna. Alber. magnus de spir. & respir. l. 1. trac. 2. cap. 1. c. 55. col. 1.

Effectus aliquando potest esse notior quoad nos, quam causa: ideo nihil prohibet demonstrationem fieri per effectum, & non per causam, licet sit quia, & nõ propter quid. D. Tho. in poster. c. 55. col. 1.

Effectus quia a pluribus causis procedere potest, ideo vna illarum concludi non potest. Diuus Thom. in poster. ch. 55. colum. 4.

Effectus causæ agentis a proposito est illud, quod accidit ex intentione agentis, vnde quicquid prouenit in effectu præter intentionem, est per accidens. D. Tho. in 2. phys. lec. 8. tex. 50. c. 24. col. 1.

Effectus quandoque non peruenit ad similitudinem causæ secundum eandem rationem speciei, propter excellentiam ipsius causæ. Diuus Thomas secundo metaphys. lec. 2. tex. 3. char. 104.

Effectus relati ad aliquam inferiorem causam nullū ordinem habere videntur, sed per accidens sibiipsis coincidunt, qui si referantur ad superiorem causam, & cõmunem, ordinati inueniuntur, & non per accidens conuincti, sed ab vna per se causa simul producti sunt. Diuus Thomas sexto metaph. lec. 3. tex. 7. char. 418.

Effectus omnes, qui hic fiunt, prout ad primam causam referuntur, inueniuntur ordinati, & non per accidens existere, licet per comparisonem ad alias causas, per accidens esse inueniantur. Diuus Thom. 6. metaphys. lec. 3. tex. 7. char. 420.

Effectus dependet ex eadem causa, & omnia, quæ sunt per se accidentia illius effectus. Diuus Thom. 6. metaph. lec. 3. tex. 3. ch. 420.

Effectus in suis naturis assimilatur causis proximis non remotis. Diuus Thomas 6. metaphysic. lec. 3. tex. 7. charta 420.

Effectus quoad assimilationem propinquius aspicit intellectum, quam amorem, quia effectus artificialis ita assimilatur intellectui, quod assimilatur appetitui:

effectus enim artificialis assimilatur cõceptui, qui quidem conceptus ita est in intellectu, quod non est in appetitu. quo autem ad determinationem actionis, videtur, quod appetitus vel amor propinquius aspiciant effectum, quam intellectus. Alexan. de ales in 1. metaph. ch. 15. col. 3.

Effectus materialis de ratione sui indiget, vt sit deductus de potentia ad actum, & cum nihil de seipso generetur, ergo deducitur ab aliquo agente, quod ob aliquem finem deducit; & cum educatur de potentia passiuæ ad actum, oportet, quod potentia passiuæ concurrat per se ad ipsum effectum, & ipse actus, & potentia passiuæ fundatur super materiam, & actus super formam, vel est idem, quod forma, & ita ad effectum quatuor causæ concurrunt. Alexan. de ales in 5. metaph. tex. 2. ch. 105. col. 1.

Effectus per se assimilatur agenti suo in forma: effectus per accidens dicitur per accidens, qui exit aspectum agentis, & formæ. Alex. de ales in 7. metaph. tex. 30. char. 216. colum. 3.

Effectum conuerti cum causa duobus modis contingit, primo secundum prædicationem; secundo secunduam causam. Thomas de Vio. in postero. text. 48. char. 139. colum. 2.

Effluxiones vocantur, quæ intra septimum diem foemina a conceptu corruptionis incidunt. Aristot. de hist. anim. 7. cap. 3. ch. 254.

Effluxio in quibus est, in ijs quoque affluxu opus est. In ijs autem auctio, & diminutio cõsideratur. Io. gram. in 2. de ani. tex. 69. c. 56. col. 4.

Effeminatum constantem pronuncia, cum vides fluxum ceruicis, & laborum quandam contractionem risui similem, & inordinatam oculorum conuersionem, & aliquam inconstantiam in sedendo, & stando, & vocẽ tremulam audis. Albertus magnus de animal. lib. 1. cap. 22. tra. 2. char. 20. col. 2.

Egestas seditiones, & delicta parit, ideo curandum ne ciues in miseriam incidant. Aristoteles polit. secundo. cap. 4. char. 528.

Egestate nulla sit oblectatio, est enim egestas ægritudo. Arist. mag. moral. 2. cap. 8. c. 339.

Egyrthus est avis parua in spinarū condensis nidificans, cum alio inimicitias habens, quia fricans deicit spinas, & eius nidum, & avis insidet in fracturis dorfi, & pungit vlcera eius. Alb. mag. de ani. lib. 23. c. 187.

Eiaculatio ignis est enatus attritu, in aere pernici motu inuehens, ob eamque pernicitatem oblongam formam simulans. Arist. de mund. ca. 3. c. 819.

Eiusdem, & diuersi locus primum. Vtrum idem vel diuersum secundum propriissimum eorum, qui dicti sunt de eodem, modorum dicendum. idem propriissime dicitur, quod numero vnum, considerandum autem in casibus coniugatis. Arist. top. 7. ca. 1. c. 536.

Eiusdem & diuersi locus 2. ex oppositis: nam si hæc eadem, & opposita his. Arist. top. 7. ca. 1. ch. 536.

Eiusdem & diuersi locus 3. ex effectiuis, corruptiuis, & generationibus, & corruptionibus, & omnino ex his, quæ se habent similiter alterum ad alterum. Aristot. top. 7. cap. 1. char. 536.

Eiusdem & diuersi locus 4. Considerandum est quorum alterum maxime dicitur quoduis esse, si & alterum ipsorum secundum idem maxime dicitur. Aristoteles top. 1. 7. cap. 1. c. 537.

Eiusdem & diuersi locus 5. Considerandum si cui alterum, idem & alterum: nam si non ambo sunt eidem eadem, manifestum quod nec sibi inuicem. Arist. top. 1. 7. cap. 1. char. 538.

Eiusdem & diuersi locus 6. Ex ijs, quæ his accidunt, & quibus hæc accidunt considerandum. Aristoteles top. 1. 7. cap. 1. ch. 538.

Eiusdem & diuersi locus 7. si genus vtrisque non idem:

Ee sed

sed hoc quidem bonum, illud autem malum. Aristot. top. l. 7. cap. 1. char. 538.

Eiusdem & diuersi locus 8. si genus idem, differentia vero non eadem de vtroque predicatur, sed de hac, quia est contemplatiua scientia; de hac quoniam actiua. Arist. top. l. 7. ca. 1. char. 538.

Eiusdem, & diuersi locus 9. ex magis, si hoc suscipit magis, illud non, aut si ambo suscipiunt, non autem simul. Arist. top. l. 7. ca. 1. ch. 538.

Eiusdem, & diuersi locus 10. ex appositione, si idem vtrunque appositum non facit idem. Aristoteles top. lib. 7. cap. 1. char. 538.

Eiusdem, & diuersi locus 11. si eodem ab vtroque sublato, quod relinquitur, est alterum. Arist. top. lib. 7. capit. 1. char. 538.

Eiusdem, & diuersi locus 12. Considerandum non solum si iam aliquid accidit impossibile per positionem, sed & si possibile sit ex suppositione existere. Arist. top. l. 7. cap. 1. char. 538.

Eiusdem, & diuersi locus 13. Vniuersaliter dicendo ex ijs, quæ quous modo de vtroque prædicantur, & de quibus hæc prædicantur, considerandum si alicubi dissonant. Arist. top. l. 7. ch. 539. col. 1.

Eiusdem, & diuersi locus 14. Quia multipliciter idem dicitur, considerandum si secundum alium aliquem modum eadem sunt: nam specie, vel genere eadem, non necesse & numero esse eadem. Aristot. top. l. 7. char. 539. col. 2.

Eiusdem, & diuersi locus 15. Vtrum sic eadem, vel non sit considerandum. Arist. top. lib. 7. ch. 559. col. 2.

Eiusdem, & diuersi locus 16. si potest alterum sine altero esse, non enim erit idem ad idem. Arist. top. lib. 7. char. 539. col. 2.

Eiusdem, & diuersi locus 17. Constructiua locorum nullus locus eiusdem utilis est. Aristot. topic. lib. 7. capit. 2. char. 539.

Eiusdem, & diuersi locus 18. Construere volenti primum scire oportet, quoniam nullus, vel pauci disputantium terminum syllogismo colligunt, sed omnes principium quod tale est, accipiunt. Aristot. top. l. 7. cap. 2. char. 539.

Eiusdem, & diuersi locus 19. Alterius negotij est exacte de termino tractare. Arist. top. l. 7. ca. 2. c. 539.

Eiusdem, & diuersi locus 20. Inspiciendum in contrarijs, & oppositis, & totas orationes, & secundum partem considerare, nam si opposita, opposita & causa, quæ dicta est, propositi necesse est esse. Aristot. top. lib. 7. cap. 2. char. 540.

Eiusdem, & diuersi locus 21. Quoniam contrariorum plures complexiones, sumendum ex contrarijs qualicumque maxime apparebit contraria definitio. Arist. top. l. 7. cap. 2. char. 540.

Eiusdem, & diuersi locus 22. Si contrarium in contrario, propositum autem non est in eodem, manifestum, quoniam in contrario erit, quia contraria in eodem genere, & in contrarijs generibus sunt. Aristot. top. l. 7. cap. 2. char. 540.

Eiusdem, & diuersi locus 23. Differentias contrarias de contrarijs arbitramur prædicari, vt de albo, & nigro, vel non necessarium est de contrarijs differentias prædicari nisi in eodem genere sint contraria, at quorum genera sunt contraria, nil prohibet eandem differentiam de vtriusque dici. Arist. top. l. 7. ca. 2. c. 540.

Eiusdem, & diuersi locus 24. Si definitio est ex genere, & differentijs, si contrarij est definitio manifesta, & quæ propositi definitio, manifesta erit. Arist. top. l. 7. cap. 2. char. 541.

Eiusdem, & diuersi locus 25. ex casibus, & coniugatis. Arist. top. l. 7. c. 551. col. 2.

Eiusdem, & diuersi locus 26. ex similiter se habentibus ad inuicem. Arist. top. l. 7. ca. 2. char. 541.

Eiusdem & diuersi locus 27. ex eo, quod est magis, & similiter, quod est similiter, quoties contingit construe re duas ad duo comparantem. Aristoteles topic. l. 7. cap. 2. char. 542.

Eiusdem, & diuersi locus 28. Maxime vtilis sunt, qui ex casibus, & coniugatis: quo circa eos promptos habere oportet, vtilissimi enim sunt ad plurima. Aristot. top. l. 7. ca. 2. ch. 542.

Eiusdem, & diuersi locus 29. Efficacissimi omnium locorum sunt communes. Arist. top. l. 7. ca. 2. ch. 542.

Eiusdem, & diuersi locus 30. Si per metaphoram dixit nomen, vel idem de eodem prædicauit, vt diuersum: & si quis alius communior, & efficax locorum, eo utendum. Arist. topic. lib. 7. c. 543. col. 2.

Electio non sine intellectu est Arist. physic. 2. cap. 2. tex. 51. char. 42. Idem Aristote. 1. 1. metaphys. ex sum. 3. cap. 2. char. 231.

Electio est communis cogitationis, & appetitus. Arist. de animalium motu. capit. quinto. char. 85.

Electio est quoddam spontaneum, sed differt, nam spontaneum latius patet: ad pueros enim, & ad cetera animalia, & ad improuisa extenditur, electio minime. Arist. 3. ethic. nicom. ca. 2. ch. 54.

Electio non est nobis communis cum brutis, sed cupiditas, & ira, est. Arist. tertio ethicorum nicom. cap. secundo. char. 54.

Electio cupido aduersatur. Arist. tertio ethicorum nicom. cap. 2. char. 54.

Electio non est ira, nam quæ ex ira fiunt, non existimantur facta ex electione. Aristoteles tertio ethicorum nicom. cap. 2. char. 54.

Electio non est voluntas, licet proxima ei videatur esse: nam non est electio eorum, quæ fieri non possunt: voluntas vero est, vt immortalitatis voluntas: & voluntas est de his, quæ non aguntur ab eo, qui vult, aguntur, & voluntas finis est, electio eorum, quæ ad finem conferunt. Arist. 3. eth. nicom. ca. 2. ch. 54.

Electio est in his, quæ in nostra potestate sunt. Arist. tertio ethicorum nicom. capit. secundo. charta 55.

Electio non est idem cum opinione, quia opinio circa omnia versatur, nec minus circa eterna, & quæ fieri nequeunt, quam quæ in nostra sita sunt potestate, & vero, & falso distinguitur, cum electio bono, & malo distinguatur: & eligendo aliqua qualitate affecti sumus, opinando vero minime. Arist. tertio ethicorum nicom. cap. 2. char. 55.

Electio nil aliud est, quam eorum, quæ in nobis sunt, consultatiua appetitio. Arist. tertio ethicorum. capit. tertio. charta 58.

Electio est consultatiua appetitio. Arist. 3. ethic. nicom. cap. 2. char. 140.

Electio est actionis principium vnde est motus, non cuius causa; electionis vero appetitus, & ratio, quæ alicuius causa est. Arist. 6. eth. nicom. ca. 2. ch. 140.

Electio sine intellectu, & cogitatione, nec sine morali habitu est. Arist. 6. ethic. ad nicom. ca. 2. c. 140.

Electio vel appetitiuus intellectus est, vel intellectiui appetitus: tale autem principium est homo. Arist. 6. ethic. nicom. cap. 2. c. 140.

Electio præterita non considerat; nam nemo consultat, quod factum est. Arist. sexto ethic. ad nicom. cap. secundo. char. 141.

Electio rectam virtutem facit; quæcumque autem illius causa natura agi solent, non virtutis, sed alterius facultatis sunt. Aristoteles sexto ethicorum ad nicom. cap. 12. char. 155.

Electio est cupiditas rerum penes nos scitarum delibatiua. Arist. eudem. moral. 2. cap. 10. c. 404.

Electio est appetitus consultatiuus. Alex. aphrod. 2. prior. cap. 1. char. 3. col. 4.

Electio redigitur sub eo contingenti, quod plerumque sit,

fit. Alex. aphrod. in 1. prior. ca. 12. c. 27. col. 4.

Electio, & iudicium alicuius rei fieri nequit, nisi prius illius imaginationem sumserimus. Alex. aphrod. in 2. de ani. cap. 43. c. 53. col. 1.

Electio recta non est sine prudentia, nec sine virtute: illa enim finem, hæc ea, quæ ad finem, agere facit. Alex. aphrod. 4. nat. quæst. ca. 22. ch. 20.

Electio sine causa, quæ sunt secundum non ens, ipsæ id, quod proprie in nostro arbitrio esse dicitur tuentur, cum fiant propter naturæ imbecillitatem. Alex. aphro. in 2. de ani. ca. 45. c. 54. col. 4.

Electio est duorum, quæ proposita fuerint, hominis iudicium, quo alterum alteri, ex incitatione appetitui; anteposit. Eustr. 1. moral. ch. 6.

Electio est, quæ probum virum exprimit. Eustr. 5. ethic. cap. 5. char. 235.

Electio non fit actus nobilis in vnaqua; artium, nisi propter scientiam, & experientiam. Aueroes ro. ethic. cap. 9. ch. 78. col. 4.

Electio est, cum duo, vel plura proposita sunt, aliquid horum præoptare. Alb. mag. in top. c. 238. col. 3.

Electio nunquam fit præter conceptum iudicatum de bono simpliciter, vel vt nunc. Alb. mag. de prin. mot. proces. trac. 2. ca. 2. c. 181. col. 3.

Electio est, quibus propositis, vnum alteri præoptare. Albertus magnus de princ. mot. proces. tracta. 2. capit. 2. ch. 181. col. 3.

Electio aliquod bonum appetere videtur. Alb. mag. ethic. 1. trac. 3. cap. 5. ch. 6. col. 4.

Electio magis mores indicat, quam operationes. Alb. mag. ethic. 3. tra. 1. ca. 10. ch. 36. col. 4.

Electio est duobus propositis, vnum alteri præoptari. Alber. mag. ethic. 3. trac. 1. ca. 14. c. 38. col. 2.

Electio est actus immediatum principium. Alber. mag. ethic. 6. trac. 1. ca. 6. c. 70. col. 3.

Electio, vel est appetitiuus intellectus, vel est appetitus intellectiuius. Albertus magnus ethic. 6. tracta. 1. capit. 6. char. 70. col. 3.

Electio quæ aguntur, propter finem aguntur. D. Th. 5. metaph. tex. 19. c. 363.

Electio illa eligibilior est, quæ est secundum respectum obiecti magis intelligibilis: quia ratio perfectionis sumitur ex obiecto. D. Tho. 1. poli. li. 2. c. 104. col. 3.

Electio, vel est appetitus intellectiuius, vel intellectus appetitiuus. Alex. de ales in quinto metaph. tex. 34. char. 167. col. 2.

Electrum, & quæcumque dicuntur vt lachrymæ, vt myrrha, thus gummi, ex in frigidatione sunt. Aristot. meteor. 4. sum. 4. ca. 1. tex. 49. ch. 585.

Electrum in frigidatione fit, & concrefcit, in ipso enim animalia comprehensa videntur. Arist. meteor. 4. su. 4. cap. 1. tex. 50. ch. 585.

Electrum, myrrha, thus, & omnia, quæ dicuntur lachrymæ, & fructus, vt legumina, & frumetum, alia valde, alia minus terræ sunt. hæc enim mollificabilia sunt. hæc exhalabilia ex in frigidatione facta. Arist. meteor. 4. su. 4. cap. 1. tex. 51. ch. 586.

Electrum trahit paleam. Simp. 9. physic. c. 374. col. 2.

Electrum aliud est artificiale, quod ex argento, & nitro fit, aliud naturale. Albert. mag. de min. tract. 2. cap. 8. char. 150. col. 2.

Electri vas stridet, si in eo fuerit positum venenum: colorem, & auri, & argenti habet, ideo vtriusque etiã naturam obtinet. Albertus magnus de min. tract. 2. cap. 9. char. 150. col. 2.

Elementa quid sunt, & eius diuisiones,

Elementum vnumquodque infinitum esse impossibile est, quia corpus est, quod omniuaque dimensionem habet, & infinitum, quod infinite exten-

sum est. Arist. physic. 3. ca. 4. tex. 43. char. 69.

Elementorum aliquod infinitum esse impossibile est, quia omnia in illud elementum infinitum conuerterentur. Arist. physic. 3. ca. 4. tex. 46. char. 66.

Elementa non sunt infinita. Aristoteles primo de celo. tex. 44. char. 258.

Elementum est illud corporum, in quod alia corpora diuiduntur, quod inest potentia, aut actu, ipsum autem est indiuisibile in specie diuersa. Aristoteles tertio de celo. tex. 34. c. 343.

Elementa non oportet sumere infinita: omnia enim quæ illis redduntur, redduntur etiam finitis existentibus. Arist. 3. de celo. tex. 37. ch. 343.

Elementa necesse est esse finita. Aristoteles tertio de celo. tex. 36. char. 344.

Elementa si indiuisibilia sunt magnitudine, & paruitate, impossibile est differre aerem, aquam, & terram. Arist. 3. de celo. tex. 39. ch. 346.

Elementa sempiterna esse impossibile est: ignis enim, & aqua, & vnumquodque eorum dissoluitur. Arist. 3. de celo. tex. 52. char. 350.

Elementa corporum necesse est esse generabilia, & corruptibilia. Arist. 3. de celo. tex. 52. c. 350.

Elementa cum sint generabilia, aut generantur ex non corpore, aut ex corpore: & si ex corpore, aut ex alio, aut ex se inuicem. Arist. 3. de celo. tex. 53. c. 351.

Elementum omnne secundum totum ingenerabile est, secundum partes generabile. Aueroes 2. de celo. tex. 104. char. 78. col. 1.

Elementa omnia in sua regione grauitatem habent, præter ignem, etiam aer ipse: signum est, quia trahit plus vter inflatus, quam vacuus. Aristoteles 4. de celo. su. 3. cap. 2. tex. 30. char. 370.

Elementorum in sua regione vnumquodque, quod grauitatem habet, ac leuitatem grauitatem habet. Arist. 4. de celo. sum. 3. ca. 5. tex. 39. ch. 373.

Elementa omnes qui generant, & qui ea, quæ ex elementis, segregatione vtuntur, & congregatione, ipso agere, & pati. Aristoteles primo de genera. & corrup. su. 4. trac. 43. ca. 1. char. 403.

Elementorum est circularis generatio, & facillimus est motus transmutationis, quia cognatio existit in ijs, quæ sunt consequenter, vt ignis ad aerem ambo sunt calidi, aer ad aquam ambo sunt humidi, aqua ad terram ambo sunt frigidi: terra ad ignem ambo sunt ficci. Aristoteles de gener. & corrup. sum. 2. cap. primo. tex. 25. char. 430.

Elementorum materiam esse simularium partium gratia necesse est, & simularia dissimularium gratia sunt. Arist. de partib. anim. 2. cap. 1. c. 422.

Elementa sunt similia materiam. Arist. de anim. 1. sum. 2. cap. 5. tex. 82. char. 610.

Elementum dicitur, ex quo aliquid componitur, primo in existente indiuisibili specie in aliam speciem. Arist. 5. metaph. ca. 3. tex. 4. c. 22.

Elementum est, in quod diuiditur in existens, vt in materiam. Arist. 7. metaph. ca. 20. tex. 60. ch. 161.

Elementum est vox indiuidua, ex quo intelligibilis uox constitui potest, & hæc vocalis, femiuocalis, & muta dicitur. Arist. de poetic. cap. 20. ch. 285.

Elementa ipsa ab Aristotele corpora appellantur, quasi innuens, quod non sunt vera elementa, proprie enim & simpliciter elementa sunt, materia, & forma. Alex. aphrod. in 1. meteo. cap. 1. t. 1. com. 1. c. 1. col. 2.

Elementa, alia sunt simplicia in qua ignis, terra, aer, & aqua resoluuntur, alia sunt ipsa quatuor corpora. Alex. aphrod. in 1. meteo. cap. 2. com. 4. c. 3. col. 2.

Elementa, cum in se motus principium obtineant, naturalia sunt, sed nec alunt, nec cresunt. Themist. in 2. de ani. cap. 5. t. 6. c. 70. col. 4.

Elementum est id, ex quo primo cum insit, fit aliquid, & in quod

quod extremum resoluitur. Simplicius in 1. physic. chart. 3. columna. 1.
 Elementum est id, ex quo primo componitur aliquid, & in quod ultimum resoluitur. Simplicius in primo, de celo chart. 2. columna. 2.
 Elementa proprie simplicia, sunt ignis, & terra. Simpl. in 1. de cel. tex. 11. com. 11. char. 5. col. 2.
 Elementorum factio in se ipsa transmutatio facientium ex patientibus est, suppositis idonee se habentibus ad vtrunque. Simplicius in primo de celo tex. 20. com. 21. chart. 16. column. 2.
 Elementa sunt, vt materia: anima, vt forma, & efficiens: ita vt que est viuens corporis effectrix anima, vt forma, sit, quæ vero organo vtitur, efficiens dicatur. Simplic. in 2. de anim. tex. 82. char. 19. col. 2.
 Elementa cause sunt nostri corporis, non tamen propinqua: proportio enim humorum ex propinquo causa est nostri corporis, vt causa materialis; vt formalis, pater. Io. gram. in 1. post. cap. 2. ch. 5. col. 4.
 Elementa sunt generabilia secundum partes, ingenerabilia secundum totum. Io. gra. in 1. post. cap. 8. c. 22. c. 3.
 Elementum est id, quod constituit rem, & sit compositi pars. Io. gram. in 1. phys. chart. 3. col. 1.
 Elementa proprie sunt materia, & forma. Ioan. gram. in primo physic. char. 15. col. 1.
 Elementa hoc in loco intelligit ea corpora simplicia, que non sunt ex corporibus prioribus eis, & sunt tria, graue, leue, & neutrum. Auerroes prim. de celo tex. 91. chart. 28. columna. 4.
 Elementorum esse, est propinquius ad esse materie, quã ad esse forme: corpus autem coeleste contra, quia suum esse est propinquius forme. Auerr. secundo de celo text. 23. char. 52. col. 2.
 Elementi natura quanto magis appropinquauerit ad corpus coeleste, tanto magis recipit contextatẽ, & leuitatem. Auerr. 2. de cel. tex. 32. ch. 54. col. 4.
 Elementa non habent figuram naturalem, cum recipiant omnem figuram. Auerr. 2. de cel. t. 108. ch. 79. col. 3.
 Elementorum locus si esset idem, prohiberent se inuicem elementa in loco. Auerr. secundo, de celo text. 55. chart. 54. col. 4.
 Elementa non habent quantitatem determinatã. Auerr. 2. de cel. tex. 95. char. 75. col. 3.
 Elementorum alicuius partis corruptio, est generatio alterius partis. Auerr. 3. de cel. t. 51. ch. 99. col. 3.
 Elementum nõ est, qd apud generationem alterius corrumpitur secundum totum, quia elementum est pars rei elementorum. Auerr. 3. de cel. tex. 67. ch. 105. col. 1.
 Elementorum prauas antiquorum opiniones impugnavit hoc in lib. Arist. & non in lib. de generatione, quia maior pars eorum est de eis, vt sunt primæ partes mundi, non autem, vt elementa. Auerr. tert. de cel. t. 76. chart. 107. col. 4.
 Elementa si essent in vacuo, non possent moueri. Auerr. 4. de cel. tex. 22. char. 115. col. 3.
 Elementa non sunt graua, & leuia, donec sunt in suis locis, nisi accidentaliter, cum ab aliquo prohibentur. Auerr. 4. de cel. tex. 25. chart. 11. col. 2.
 Elementorum definitio data per quietem, magis declarat naturã rei. Auerr. 4. de cel. tex. 29. ch. 108. col. 1.
 Elementa habent grauitatem in suis locis omnia, præter ignem; & leuitatem, præter terram. Auerr. 4. de cel. tex. 29. char. 118. col. 4.
 Elementorum grauitas, & leuitas, quas habent in suis locis, non est nisi facilitas motus ad superius, aut ad inferius ab eo, qui facit violentiam; & propter hoc, qd hoc habent, fuit possibile, vt lapis moueretur a motu expellentis postquam separatur ab eo. Auerr. 4. de cel. tex. 29. chart. 118. column. 4.
 Elementis extra suum locum positis, non est inopinabile, vt accedat exitus a dispositione naturali. Auerr.

roes quarto de celo tex. 32. char. 120. column. 1.
 Elementum aliquando, dicitur de quatuor elementis, aliquando de materia prima. Auerr. quarto de celo tex. 37. char. 121. column. 3.
 Elementa si haberent materias diuersas, non reciperent suas formas reciproce, quia materie diuersæ non recipiunt nisi formas diuersas. Auerr. 4. de cel. t. 37. c. 121. c. 4.
 Elementa sunt eadem in substantia, & plura secundum accidentia. Auerr. 4. de cel. t. 37. c. 121. col. 4.
 Elementum nullum corrumpitur vniuersaliter propter æqualitatem, quæ est inter ea. Auerr. 2. de genera. & corrup. c. 178. column. 3.
 Elementa omnia grauitatem aliquam habent in proprijs locis, præter ignem. Auerr. meteor. 1. c. 182. col. 2.
 Elementa omnia grauitatem aliquam habent in proprijs locis, præter ignem. Auerr. meteor. 1. c. 182. c. 2.
 Elementa sunt æqualia secundum suas totalitates, & ideo habent permanentiam. Auerr. meteor. 1. c. 2. c. 199. c. 3.
 Elementorum potentie sunt inæquales: quod si non esset, non admiscerentur: quia si fieri debet commixtio oportet, vt vnum elementorum sit fortior operis in vna qualitate contrariarum quam suum comparat. Auerr. meteor. 4. te. 10. c. 214. c. 4.
 Elementis superaddite sunt essentia, & formæ rerum, quia omne ens compositum ex elementis componitur in aliqua proportione terminata a compositione propria, per quam illud ens est, quod est. Auerr. 1. de anim. te. 77. char. 123. column. 2.
 Elementorum natura non potest facere virtutem diuidentem, & cognoscentem: alioquin & vltimus actus, qui est ipsa intellectio, oriretur ex elementis. Auerr. 3. de anima. te. 5. char. 163. col. 2.
 Elementum non dicitur de causis extrinsecis, sed de intrinsecis, & dignius de materia. Auerr. 15. metaph. ex sum. 1. te. commen. 4. c. 50.
 Elementum primum est illud, quod nõ componitur ex aliquo omnino. Auerr. in 5. meta. ex su. 1. t. co. 4. c. 50.
 Elementa non dicuntur, nisi de causis existentibus in re. Auerr. in 8. meta. tex. com. 1. c. 98.
 Elementa æterna sunt secundum totum, & generabilia secundum partem. Auerr. in 8. meta. te. co. 12. c. 103.
 Elementum dicitur de eo, ad quod res resoluitur ratione formæ. Auerr. in epit. meta. tract. 1. c. 171. col. 4.
 Elementum est sonus inscriptionis partis minime vocis articulata. Boet. in lib. de interp. c. 297.
 Elementum est principium, ac minima pars illius rei, cuius est elementum. Boethius in topicor. Cic. lib. secundo chart. 788.
 Elementum est subiectum motui, & mutationi. Albertus magnus in prim. physicorum tractat. prim. capit. 1. char. 1. column. 2.
 Elementalia corpora sunt rotunda per accidens, ideo quia locantur in rotundo, & sunt recta per se, ideo habent motum rectum. Albertus magnus in 2. de celo, tractat. 2. cap. 1. ch. 28. column. 3.
 Elementa omnia sunt per partes generabilia, licet tota ordine naturali sint ingenerabilia. Albertus magnus in secundo de celo, tractat. quarto capite 19. charta 43. columna secunda.
 Elementorum est primum esse, quod habent ex proprijs formis substantialibus: secundum esse autem, quod habent coniunctum accidentibus naturalibus, quæ sunt suæ potentie naturales, & sic excellentie eorum in vnoquoque corrumpuntur immediate, & prouenit qualitas, quæ est actus mixti. primo modo manent formæ eorum in esse confuso, & non distincto. Albertus magnus in tertio de celo, tracta. 2. capit. 8. char. 52.
 Elementorum cum duplex sit esse, primum & secundum, primum est, quod habent in operatione propria qualitatũ suarũ, quæ fluunt ab ipsis, & sunt calor, frigus,

gus, humiditas, & siccitas. Alb. mag. in 1. de gener. & cor. trac. 7. ca. 5. c. 70. col. 4.
 Elementa sunt eadem, quorum primæ differentie sunt eadem. Albertus magnus in pri. meteor. trac. 1. cap. 9. char. 79. column. 4.
 Elementum est substantia, motu recto mobilis, quæ actualiter non per se mouetur, sed a generante. Alber. mag. de caus. & proces. vniuersa pri. caus. l. 2. trac. 1. cap. 3. ch. 200. col. 3.
 Elementum est materiale principium proprie loquedo, in quod diuiditur, & resoluitur id, quod ex materialibus compositum est, vt in materiam manentem, & incorruptam. Alber. mag. in 7. metaph. trac. 5. cap. 10. ch. 133. column. 4.
 Elementum est, ex quo componitur res primo, & est in eo. D. Tho. in 1. phys. l. 4. tex. 1. ch. 1. col. 2.
 Elementa, ignis scilicet aer, aqua, & terra, corpora non sunt, sed aliorum corporum elementa. D. Tho. in 1. meteor. l. 1. c. 2.
 Elementum communiter sumptum dici potest omne, quod venit in compositione alicuius. D. Tho. in 2. de gene. & cor. l. 3. tex. 16. c. 26. col. 3.
 Elementa dicuntur ad similitudinem primarum propositionum: quia, vt illæ elementa dicuntur, quia ex illis fit conclusio, sic ex his omnia fiunt. D. Tho. in 2. de gen. & cor. l. 3. tex. 16. c. 26. col. 3.
 Elementum hoc de propria natura sua habere debet, vt non soluatur ad aliquod corpus prius. Alex. de ales in 3. metaph. tex. 10. c. 62. col. 1.
 Elementum proprie dicitur de principijs intrinsecis. Alexan. de ales in 5. metaph. tex. 1. ch. 103. col. 1.
 Elementa, vt elementa, non faciunt rem, sed requirunt aliud. Alex. de ales. in 7. metaph. tex. 29. c. 241. col. 4.
 Elementum proprie dicitur de causa materiali. Alexan. de Ales in 7. metaph. tex. 59. c. 241. col. 4.
 Elementum sumitur largo modo, & sic quælibet causa intrinseca est elementum, & forma dici potest elementum: vel proprie, & stricte, & sic sola materia est elementum. Alexan. de ales. in 7. metaph. tex. 59. ch. 242. column. 2.
 Elementum vniuersi cuiusque prædicamenti debet dicere specialem rem in speciali prædicamento. Alexan. de ales. in 2. metaph. tex. 21. c. 336. col. 1.
 Elementa aliter, & aliter se habent secundum formã, celum aliter, & aliter se habet secundum vbi, non secundum formam: intelligentie non se habent aliter, & aliter, nec secundum formam, nec secundum vbi. Alex. de ales 12. metaph. tex. 38. c. 343. col. 4.
 Elementum proprie sumptum est id, ex quo fit aliquid primo inexistente indiuisibili specie in aliam speciem. Tho. de Vio in poster. ch. 160. col. 2.

Elementa, vt rerum principia, & vt contraria sunt.

Elementum vnumquodque contrarietatem habet ad vnumquodque. Aristoteles secundo de celo, su. 2. cap. 2. tex. 19. c. 297.
 Elementum aliquod impossibile est esse sempiternum: patiuntur enim, & agunt contraria a se inuicem, & corruptiua inuicem sunt. Arist. 2. de celo, sum. 2. ca. 2. tex. 19. char. 297.
 Elementa sunt causa omnium compositorum, quæ sunt graua, vel leuia secundum multitudinem, & paucitatem grauium, & leuium, ex quibus componuntur. Arist. 4. de celo. su. 3. ca. 2. tex. 30. c. 370.
 Elementa omnia nata sunt ad inuicem transmutari, quia generatio omnis in contraria est, & elementa sunt contraria ad inuicem, quia differentie sunt contrarie. Aristot. de gen. & cor. sum. 2. ca. 1. tex. 24. c. 429.
 Elementorum transmutatio velociter est eorum, quæ habent communionem inuicem, & eorum quæ non

haent, tarda; quia facilius vnum quam plura transmutatur. Arist. 2. de gen. & cor. su. 2. ca. 1. te. 25. ch. 429.
 Elementum tertium generari potest ex duobus elementis summe contrariis, vt terra ex igne, & aqua, si igni corrupta fuerit caliditas, aquæ humiditas, & sic ignis ex aere, & terra. Arist. de gener. & corru. su. 2. cap. 1. tex. 27. char. 430.
 Elementis nullum sensibile corpus est prius. Arist. 2. de gener. & cor. su. 2. ca. 2. tex. 33. ch. 432.
 Elementorum generatio in rectum in infinitum procedere nequit. Aristoteles de gen. & corrup. su. 2. cap. 3. tex. 36. char. 444.
 Elementa fiunt ex se inuicem, & vnumquodque in vnoquoque existit potentia, sicut, & aliorum, quibus vnum aliquid, & idem subiicitur, in quod etiam resoluntur vnum. Aristoteles meteor. 1. su. 1. cap. 2. tex. 1. char. 453.
 Elementa corporea tantum qui ponit rerum omnium principia, peccat; quia multa sunt incorporea. Arist. 1. metaph. ex su. 3. ca. 1. tex. 11. c. 22.
 Elementa sibi inuicem repugnant non vt substantie, sed vt qualitatibus affecta. Ammo. in præd. c. 47.
 Elementa vt humida & sicca, calida & frigida, contraria sunt, vt substantie, non sunt contraria. Dex. in præd. quæst. 40.
 Elementa cum suis contrarietatibus ita connexa sunt simul, quod complicata existunt, nata contrarietates, quasi differentias formatiua. Psel. in 1. phy. c. 8.
 Elementa sunt contraria secundum qualitates, & differentias. Simpl. in præd. c. 27.
 Elementa habent contrarietates non secundum se, sed secundum qualitates suas. Simpl. in præd. c. 75.
 Elementa in se omnia contraria habent, si principia esse debent, sed non proxime contraria. Simpl. in 1. phys. char. 51. column. 2.
 Elementa non secundum subiectum contraria sunt, sed secundum specificas potentias. Ioan. grammat. in 2. de gener. & cor. tex. 50. co. 40. c. 138.
 Elementorum motus cum sint contrarij non est possibile ponere, quod duo motus sint possibile esse in eodem corpore æqualiter, sed vnum eorum est naturalis, alter est accidentalis. Auerr. secundo de celo. tex. 33. c. 54. column. 4.
 Elementum, principium, & causa differunt; quia causa dicitur de omnibus, principium de extrinsecis, elementum de intrinsecis. Auerr. in 12. metaph. tex. commen. 23. char. 145.
 Elementorum formæ sunt contrarie, quia materia prima non potest recipere in eadem parte duas dimensiones terminatas, sed vna necesse est, vt corrumpat aliam, & quod agens educat eam de potentia ad actum. Auerr. de substan. orb. ca. 1. c. 3. col. 3.
 Elementa corrumpuntur secundum suas qualitates, quia aer plus quam debet infrigidatur, & sic alia. Albertus magnus de propr. elemen. l. 1. tracta. secundo, cap. 1. char. 115. column. 1.
 Elementa dupliciter considerari possunt: primo secundum qualitates actiua, & passiua, & sic sunt contraria: secundo secundum formas substantiales, quas consequuntur secundum impressionem corporis celestis. D. Tho. in 2. de ani. lec. 23. tex. 113. c. 44. col. 3.

Elementa quot sunt, & ad quam scientiam pertinet eorum consideratio.

Elementum omnibus vnũ supponentes comune peccatum est vnum solum motum facere naturalem, & omnium eundem. Arist. 3. de celo. tex. 51. c. 349.
 Elementum vnum esse impossibile est. Arist. 3. de celo. tex. 51. char. 350.
 Elementa cum non sint nec vnum, nec infinita, necesse

est esse plura, & finita. Arist. 3. de celo. tex. 52. c. 350.
 Elementorum cum vnum solum omnibus supereminet, & vnum solum omnibus substat necessario, duo alia esse necesse est, quæ vt substant alicui, & alicui supererminent. Aristoteles quarto de celo. sam. 3. cap. 4. tex. 37. char. 373.
 Elementa sunt quatuor, sed sic vt vna omnium sit communis materia, præsertim cum fiant ex se inuicem, sed esse eorum alterum est. Aristot. quarto de celo. su. 3. cap. 4. tex. 57. char. 373.
 Elementorum quatuor sunt coniugationes: calidi, & sicci: calidi & humidus: frigidi & sicci: frigidi & humidus: & sic secundum rationem simplicia corpora secuta sunt ignem, aerem, aquam, & terram. Arist. 2. de gener. & cor. su. 1. ca. 3. tex. 16. c. 427.
 Elementa duo esse necesse est contrarietate vna existente, materia autem medium est, insensibilis, & inseparabilis. Arist. 2. de gen. & cor. su. 2. cap. 2. tex. 34. c. 432.
 Elementum nullum elementi est actu subiectum. Aristoteles 2. de generatio. & corrup. su. 2. capit. tertio. tex. 32. c. 434.
 Elementis quatuor cum constemus, cur tria tantum contineamus, humidum, solidum, & spirabile: quoniam (vt aliquibus placet) ignis in aeris transit naturam, vt & aerem concoctum, & extenuatum igne gignere nouimus. Alex. aphro. probl. 2. nu. 14. c. 730.
 Elementa rerum omnium, duo sunt per se, materia scilicet, & forma: tria per accidens, addita priuatione. Io. gram. in 1. phys. tex. 60. c. 24. col. 4.
 Elementa quatuor, ignis, aer, aqua, & terra, alia sunt ab illis vniuersalibus, de quibus in physicis, scilicet materia, forma, & priuatione: sunt enim hæc elementa vniuersalia corporum simplicium, & compositorum, quatuor autem illa sunt elementa corporum compositorum tantum, quæ æquiuoce dicuntur elementa cum illis. Auer. 3. de celo, tex. 32. c. 92. col. 2.
 Elementorum rerum mobilium consideratio est propria scientiæ naturali, & consideratio de eis hoc in loco non est, nisi vt sunt principia substantiarum existentium per se. Auer. in 1. metaph. tex. co. 18. c. 8.
 Elementum quatuor de ratione sui habet: primo vt sit causa, vt ex quo: secundo vt sit ex quo primo: tertio, quod sit intrinsecum: quarto, quod habeat aliquam speciem, quæ non diuidatur in diuersas species, per quod differt a materia prima, quæ in diuersas species resolui potest. D. Th. 5. metaph. l. 4. tex. 4. c. 268.

Elementorum qualitas, & motus principia.

Elementorum figuræ determinatæ non sunt. Arist. 3. de celo, sum. 8. tex. 60. ca. 3. c. 355.
 Elementa superiora sunt vt formæ: inferiores, vt materiæ, quare in ipsa materia, quæ est ipsius grauis, & leuis ipsius grauis materia est, quatenus vero tale leuis, & est quidem eadem, esse autem non idem. Arist. 4. de celo. su. 3. ca. 4. tex. 35. c. 372.
 Elementorum differentia sunt, calidum, frigidum, siccum, & humidum. Aristot. primo de gener. & cor. capi. 1. tex. 1. char. 380.
 Elementa, quæ consequenter sunt, si corrumpantur in vtroque, qualitates, non constituunt aliud corpus: quia si corrumpitur qualitas similis, remanent contrariæ qualitates si contraria, remanet eadem, vt ignis, & aeris. si in vtraque corrumpatur calor, remanent contrariæ qualitates, siccum, & humidum. si in igne corrumpitur siccitas, in aere humiditas, restat calidum. Arist. 2. de gen. & cor. su. 2. ca. 1. tex. 29. c. 431.
 Elementorum quatuor sunt qualitates: actiue duæ, caliditas, & frigiditas: passiue duæ, humiditas, & siccitas. Arist. meteor. 4. sum. 1. ca. 1. tex. 1. c. 558.
 Elementorum naturalium initium sunt, calidum, frigi-

dum, siccum, & humidum. Aristoteles de part. anim. 2. cap. 1. char. 428.
 Elementa habent principium motus non mouendi, aut agendi, sed patiendi solum. Simplicius in 8. physicor. char. 482. colum. 2.
 Elementum per totum id, quod elementis constat, penetrat: & his, quæ cum ipsis elementis sunt, simul miscetur. Simp. 3. de celo. tex. 1. co. 3. c. 84. col. 2.
 Elementa in proprijs locis, nec grauius, nec leuius sunt. Simplic. in 4. de celo. tex. 32. co. 16. c. 107. col. 1.
 Elementorum qualitates, formæ sunt. Ioannes gramm. in 1. phys. tex. 41. ch. 18. col. 3.
 Elementa de sui substantia habent, vt figurentur spherice, cum sunt in locis proprijs naturalibus. Auer. 2. de celo. tex. 26. c. 52. col. 4.
 Elementorum formæ, sunt diminuti esse, & quanto magis forma erit perfectioris esse, tanto magis erit manifestius, vt sit accepta in definitione accidentium in formato: & quanto magis erit diminuti esse, tanto magis erit conuerso. Auerroes 4. de celo, tex. 40. char. 123. colum. 3.
 Elementa sunt nota reddere sibi inuicem fumos factos ex eis propter consimilitudinem, quæ est inter ea. Terra reddit aeri vaporem humidum, & aer recipit ipsum propter coniunctionem cum humido, & aer reddit igni propter coniunctionem quam habet in calido. Auer. de sen. & sen. c. 193. col. 3.
 Elementum frigidum minoris est quantitatis, quam alia, quia frigidi est constringere. Auerroes de som. & vig. char. 201. colum. 3.
 Elementorum qualitates sunt signa formarum substantialium, quæ sunt in elementis. Alber. mag. in 5. phys. tract. 1. cap. 4. c. 62. col. 3.
 Elementorum formæ ab orbis virtutibus sunt, & a loco, ita vt tanta distantia faciat ignem, & tanta aerem, & sic de singulis. Albertus magnus in 8. physic. tra. 1. cap. 13. c. 93. col. 3.
 Elementorum materia, a forma distincta non est actu aliquo modo. Albertus magnus in 8. physic. tract. 2. capit. 3. ch. 96. colum. 4.
 Elementorum formæ duobus possunt capi modis, vt & primæ, & secundæ, primæ sunt a quibus esse elementi substantiale sine contrarietate, secundæ sunt, a quibus est esse elementi, & actio: & primæ formæ feruantur in composito, alioquin non possent separari a mixto. Alb. mag. in 3. de celo. tr. 2. ca. 1. c. 48. col. 1.
 Elementi forma ideo præseruatur in composito, quia est via ad aliud. Albertus magnus in 3. de celo. frac. 2. cap. 1. ch. 48. col. 1.
 Elementum, & si esset secundum totum corruptibile, non corrumpitur tamen secundum totum propter æqualitatem causarum generationis, & corruptionis. Alb. mag. in 3. de celo. trac. 2. ca. 4. c. 50. col. 1.
 Elementa omnia in suis locis grauius sunt, præter ignem. Alb. mag. in 4. de celo, trac. 2. ca. 5. c. 56. col. 4.
 Elementa cum duas qualitates habeant, vna illarum fluit in essentiam illius elementi, & est sibi magis propria, quam alia. Alb. mag. in 2. de gener. & corrup. tract. 1. cap. 3. ch. 72. colum. 4.
 Elementaris materia est in primis qualitatibus, materialibus, diuisa per rarum, & densum in duo, id est, in elementum spirituale, & corporale, & quoad hoc aer magis cum igne, quam cum aqua est continuus, quia ex proximo continuo diuiditur per formam aeris, & ignis: & aer ex vno continuo in potentia: & ideo illa continua sunt per naturam, non autem ex proxime communi erit aer cum aqua per diuisionem continui illius. Alb. magnus in 1. meteor. tra. 1. ca. 3. ch. 78. col. 2.
 Elementorum qualitates sunt instrumenta virtutum celestium. Albertus magnus de nat. locor. dist. 1. cap. 5. char. 94. colum. 3.

Elementorum formæ substantiales cum ignorantur, loco illarum vtimur qualitatibus. Diuus. Tho. in prim. de gener. & cor. lec. 8. tex. 18. chart. 8. col. 4.
 Elementa transmutantur secundum partem, non autem tota, quia alioquin mundus destrueretur. D. Tho. in 2. de gen. & cor. l. 10. tex. 60. char. 35. col. 2.
 Elementis non attribuitur locus, & motus localis secundum qualitates actiuas, & passiuas, sed consequuntur formas substantiales. Diuus Thomas in 2. de ani. lec. 23. tex. 113. chart. 44. col. 3.
 Elementorum non sunt formæ substantiales, calor, frigus, humidum, & siccum, quia formæ substantiales non sunt sensibiles per se; & quia calor, & reliquæ sunt accidentia in alijs, & quæ in genere substantiæ sunt, non possunt illa alicui accidere. Diuus Thomas 11. metaphysicorum, lib. 12. chart. 828.
 Elementa qualitatem vnam simplicem quacunque habent, cuius medio in suo loco simplici feruntur: sed elementa media cum moueantur sursum quandoque deorsum, propter vnum tamen principaliter, scilicet, propter esse in loco proprio, dicuntur qualitates eorum mediæ. Petrus de Aluernia in quarto de celo l. 3. tex. 27. chart. 75. col. 4.
 Elementa omnia, præter ignem, grauitatem habent in locis suis, & etiam aer in parte eius inferiore. Petr. de Aluernia in 4. de cel. l. 3. tex. 3. char. 76. col. 2.

Elementa, vt agunt, mouentur, fiunt, & diuiduntur.

Elementa non mouent seipsa, sed habent motus principium non mouendi, sed patiendi. Aristot. physic. 8. sum. 2. cap. secund. tex. 32. char. 209.
 Elementum aliquod impossibile est esse sempiternum; patiuntur enim, & agunt contraria a se inuicem, & corruptiua inuicem sunt. Aristoteles secundo de celo. sum. 2. cap. 2. tex. 19. char. 297.
 Elementa si moueantur (vt ait Plato in Timæo) antequam factus esset mundus inordinate, motus autem erat violentus, aut naturalis, si naturalis, necesse est, & mundum esse, si quis vellet insistendo contemplari. Arist. tert. de celo, tex. 21. chart. 338.
 Elementa qui generat ex incorporeo facit vacuū. Arist. tert. de celo, tex. 53. char. 351.
 Elementa nec fiunt ex aliquo corpore, quia accidit aliud corpus elementi prius esse, & hoc si habebit grauitatem, vel leuitatem, erit aliquod ex elementis, & nullam habens, erit immobile, & mathematicum, quod si est in loco, & alicubi erit aliquod elementorum: si non erit in loco nihil ex ipso erit. Aristoteles tertio, de celo, tex. 55. char. 351.
 Elementa cum non fiant ex incorporeo, nec ex alio corpore, ex se inuicem fieri relinquuntur. Aristot. 3. de celo. sum. 8. cap. 1. tex. 51. char. 352.
 Elementa in se inuicem transmutata fiunt, & hoc dupliciter: aut transfiguratione, vt eadem cera fit spherica, & cubus, & sic necessario corpora erunt indiuisibilia: aut dissolutione in superficies, & sic non omnia inuicem generare accidunt. Aristoteles tert. de celo sum. 8. cap. 2. tex. char. 353.
 Elementa in locum poni similiter existimandum est quæ admodum circa alias generationes, & mutationes. Arist. 4. de celo. sum. 2. cap. 3. tex. 21. ch. 366.
 Elementa semper superius ad id, quod sub ipso sunt se habent, vt forma ad materiam. Aristoteles quarto, de celo. sum. 2. cap. 3. tex. 23. char. 367.
 Elementa debent esse actiua, & passiuia ad inuicem: miscetur enim, & transmutantur ad inuicem. Arist. 2. de gen. & cor. sum. 1. cap. 1. tex. 8. ch. 425.
 Elementa secundum se, & in seipsis motum habent, ac imitantur corpora celestia, vt semper agunt, quæ sunt incorruptibilia secundum totum, & secundum

partes: elementa vero incorruptibilia sunt secundum totum, licet per alterationem secundum partes corrumpantur; semper enim agunt. Arist. 9. metaphysic. capit. quarto, tex. 17. chart. 188.
 Elementa nullo alio mouentur motu, præter locali. Them. in secundo phys. c. 21. c. 2.
 Elementa non appetunt iuxta primum elementum accedere, quia sic corruptione appetent, sed appetunt ad suam vniuersitatem accedere. Simpl. in 4. physico. char. 217. colum. 2.
 Elementum vnum ex alio mutuo fit, vt ex materia, & sic nutritur velut circulus eorum ortus. Simpl. in octauo physico. te. 36. c. 433. col. 1.
 Elementa, quæ apud nos sunt, non sunt simplicia, sed mixta, & mouentur secundum prædominans. Simpl. in 1. de cel. te. 8. comm. 8. c. 4. c. 4.
 Elementis non existentibus, generationem esse impossibile est. Simp. in 3. de celo, te. 16. co. 32. c. 91. c. 3.
 Elementa non agunt in ea, quæ ipsis apponuntur, sed secundum eas partes, quæ tangunt partes patientis appositas. Ioan. gra. in 3. phy. ch. 64. c. 2.
 Elementa, quæ sunt extra spheram suam, cum ad eam tendunt, non dicitur motus, sed via ad motum. Ioan. gram. in 1. de anim. te. 19. c. 12. c. 3.
 Elementorum motus est per se. Auerroes 1. de celo, te. 81. c. 26. colum. 3.
 Elementa ex alio corpore esse impossibile est. Auer. 3. de celo, tex. 55. c. 101. col. 1.
 Elementorum formæ quia non recipiunt seipsas, cum sint eiusdem generis, contingit, quod non generantur ad inuicem, nisi cum recipiens exiit formam, & recipit formam receptam, & ideo non sunt elementa ad inuicem, & hoc non contingit in receptione formarum compositorum. Formæ enim compositorum sunt aliæ a formis eorum. Formæ vero elementorum licet sint diuersæ, tamen in eodem ordine sunt in substantialitate, quod scilicet impossibile est; vt quædam sint materiæ formarum quarundam. Auerroes 3. de celo, te. 67. ch. 105. colum. 2.
 Elementa non differunt in motu locali ab alijs motis in loco, nisi quia alia mota sunt illa, quæ in actu sunt ea, quibus attribuuntur motus: in istis autem motum in loco est illud, quod est potentia illud cui attribuitur motus id est, quod animal, quod mouetur in loco, est illud, quod est animal actu: & ideo dicitur in istis, quæ mouetur per se essentialiter, quod autem ex elementis mouetur in loco est illud, quod est in potentia illud elementum. Auer. 4. de celo. te. 22. c. 115. c. 2.
 Elementa non mouent seipsa, vt opinati sunt Plato, Galenus, & Seneca, sed omnia habent in se motus principium non mouendi se actiue, & faciendi, sed patiendi, & recipiendi hoc a generante ipsa, & dante eis formam cuius est motus, & locus, ad quem mouentur. Alb. mag. in 8. ph. tr. 2. c. 4. c. 97. c. 3.
 Elementa alia sursum, alia deorsum mouentur, quia loca illa sunt ipsorum perfectiones. Albertus magnus in 4. de celo. tr. 2. c. 1. c. 58. c. 2.
 Elementi motus extra locum suum est motus corruptionis ipsius non autem generationis. Alb. magn. in 4. de celo. tra. 2. c. 8. c. 58. c. 2.
 Elementum calidum vrit in cineres, & non consumit ad determinatam speciem, nisi aliqua virtute alia moueatur, & ad speciem dirigatur. Alber. mag. in pri. de miner. ex tract. 1. cap. 4. c. 139. c. 4.
 Elementa alium motum, & alium motorem habent in se consideratum, & alium, secundum quod congregantur ad locum missionis. Alb. mag. in pri. meteor. tract. 1. c. 12. c. 80. col. 3.
 Elementa duobus modis considerantur, aut secundum suam formam, & sic sunt absoluta, & distincta formis, & locis; alio modo secundum viam transmutationis

tionis ad inuicem, & sic non sunt determinata in suis formis, nec in suis locis, & sic vapor est aqua alterata ad naturam aeris, & nubes vapor alteratus ad naturam aquæ. Albertus magnus in secundo meteor. tract. 1. cap. 7. c. 95. col. 4.

Elementa si essent simplicia, non putrescerent, sed cum sint mixta putrescunt ab igne. Alb. mag. in 4. meteor. tract. 1. cap. 7. ch. 118. col. 2.

Elementatum nullum uiuit in simplici elemento, quia omnis res ex ipsis generatur, & nutritur, & nullum animal generatur à simplici elemento, nec nutritur. Albertus magnus in quarto meteor. tract. 1. capit. 2. char. 124. colum. 2.

Elementum propter inæqualitatem materiæ non de necessitate suscipit id, ad quod mouetur motu figurarum, & imaginum cœli. Albertus magnus de causis & processibus uersus a pri. cau. l. 2. tract. secundo, cap. 4. char. 200. colum. 3.

Elementorum diuisio non fit per minima, nisi uaporabiliter diuidantur. Alber. mag. de anim. l. 20. tracta. 1. cap. 8. ch. 165. col. 3.

Elemento non attribuitur motus localis, ut calidum, vel frigidum, sed ut graue, vel leue. D. Tho. in 1. de cœlo, lec. 4. tex. 8. ch. 3. colum. 2.

Elementa, & si ex se graui non ascendunt, & leuia non descendunt, tamen ex uariis salibus motoribus descendunt, & ascendunt. Diuus Thom. in 1. de gen. & corr. l. 24. tex. 84. ch. 22. col. 4.

Elementorum generatio fit semper uicinate qualitatum actiuarum altera, & altera passiuarum. D. Tho. in 2. de gen. & corr. l. 4. tex. 28. c. 28. col. 2.

Elementum nullum est materia ad reliqua elementa, sed materia eorum est una, quæ est potentia unumquodque. Diuus Thom. in 2. de gen. & corruptio. l. 8. tex. 31. c. 28. colum. 4.

Elementa non sunt ubique pura, sed in partibus ubi se contingunt, sunt permixta. D. Tho. in 2. de gen. & corr. l. 10. tex. 66. c. 35. col. 2.

Elementorum generatio est naturalis naturalitate materiæ, non naturalitate formæ. Diuus Thom. de ani. motu. lec. 1. char. 46. col. 1.

Elementa resoluuntur ad potentiam materiæ. Alex. de ales. in 1. metaph. ch. 17. col. 2.

Elementi nomen per prius dicitur de materia prima, quam de quatuor corporibus primis. Alex. de ales. in 5. metaph. tex. 4. ch. 109. col. 4.

Elementa ut sunt in re, & ut de ipsa prædicantur.

Elemento est aliqua alia materia cõmunis. Arist. 2. de gen. & corr. l. 2. ca. 2. tex. 31. ch. 431.

Elementum esse in re, actu, vel potentia, nondum declarauit in libris de cœlo Arist. quia nõdum erat notum, quomodo fieret generatio. Ioan. gramm. de gen. & corr. ex proce. c. 2.

Elementa potentia in composito sunt, non actu: non autem eo modo, ut est materia potentia, quia illa est omnino priuata, sed compositum, & si non sincere, habet tamen ignis formam caligatam: sed ea potentia, quæ est media inter aptitudinem, & actum. Io. gramm. in 2. de gen. & corr. tex. 46. co. 35. ch. 33.

Elementa concurrentia ad generationem mixti corrumpuntur secundum medietatem. Auerr. 3. de cœlo. tex. 67. c. 105. colum. 2.

Elementum ut elementum, nasci est manere, cū sit pars rei elementatæ. Auerr. 2. de gen. & corr. tex. 31. char. 170. colum. 2.

Elementum aliud manet in re, aliud non manet, sed transfmutatur, cum aliquid generatur ex eo: ut caro generatur ex sanguine, & sanguis non remanet pars carnis. Auerr. 5. metaph. l. 1. tex. 4. char. 50.

Elementa cuiusuis rei actu in eadem re esse impossibile est. Auerr. in epit. metaph. tract. 2. c. 174. col. 4.

Elementorum complexionum sequela prima est in fructibus, seminibus, vegetabilibus, & plantis. Albertus magnus de veget. l. 3. tracta. secundo, capit. quarto, char. 139. colum. 3.

Elementalis virtus, & si non moueat animal, operatur tamen ad mobilitatem ex parte membrorum. Alber. mag. de princ. mot. proces. tr. 2. ca. 13. c. 185. col. 4.

Elementa non prædicantur de ipsis, quorum sunt elementa. Albertus magnus in 13. metaph. tract. primo, capit. 2. char. 171. col. 2.

Elementa sunt in mixto præter naturam, quia sunt extra propriam regionem. D. Thom. in 1. de gen. & corr. l. 24. tex. 84. c. 22. col. 3.

Elementa non manent in mixto actu, sine aliqua alteratione. Diuus Thom. in pri. de generat. & corr. l. 24. tex. 84. ch. 22. colum. 3.

Elementa cum miscentur, vel formæ ipsorum, intentiones corrumpuntur, & restant in uirtute. D. Tho. in 2. de gen. & corr. l. 8. tex. 48. c. 32. col. 2.

Elementorum nullum antequam per alterationem debitam ueniat ad mixtionem, & fiat unum mixtum ex eis, est unum cum alio, nisi ut cumulus lapidum est unum secundum quid, non simpliciter. D. Thom. in 7. metaph. l. 16. tex. 56. ch. 564.

Elementorum essentia in mixto non est perfecta, quia secundum aliquorum opinionem sunt virtualiter, secundum aliorum est in esse refracta, & sic non est essentia perfecta eorum in mixto. Alex. de ales. in 5. metaph. tex. 4. char. 109. colum. 2.

Elementa, ut inserviunt sensibus, & saporibus.

Elementa sunt inodorabilia, nisi eis aliquid admisceatur, ideo mare est odoratum, quia habet saporem, & siccitatem. Arist. de sen. & sens. ca. 5. c. 19.

Elementa per se saporis expertia sunt. Alex. aphro. in 1. de ani. ca. 16. ch. 36. col. 4.

Elementum nullum habet saporem, vel odorem. Auerr. de sen. & sens. ex paraphr. c. 192. col. 3.

Elementa omnia, præter terram, possunt esse organa, vel media aliorum sensuum. D. Thom. in 3. de ani. le. 18. tex. 66. c. 68. col. 2.

Elenchus est repugnantia eiusdem, & unius non nominis, sed rei, & nominis non synonymi, sed eiusdem, quæ quidem ex ipsis, quæ data sunt, efficitur, necessariis nõ adiuncto eo, quod initio dictum est, quod eadem parte, & in eadem re, eodem modo, & in eodem tempore dicatur. Alexander aphrodis. in libro elenchorum. charta 3.

Elenchi uniuersales non proportionati sunt, qui non proportionantur alicui arti artum demonstratiuarum: & sunt elenchi, de quibus putaret quod sunt elenchi, ille, qui non fuerit exercitatus in illis artibus: ut elenchus artium demonstratiuarum est elenchus uerus non proportionatus: quoniam non proportionato uirtutis ars topica. Auerr. in 1. elen. ca. 6. ch. 326.

Elenchis uniuersalibus utitur sophista, & topicus: sed hic ad augendum intellectum, & disciplinam: ille ad fallendum. Auerr. in primo elenchorum. capit. 6. charta 326.

Elenchi sophistici sunt duo: unus qui putatur uerus, & est falsus: alius qui putatur, quod sit illius artis, & nõ est ita, siue uerus, siue falsus fuerit. Auerr. in 1. elen. cap. 6. charta 326.

Elenchus est uerus, cum habet tres condiciones: prima, ut sit uerus secundum figuram: secunda, quod sit uerus secundum præmissas: tertia, quod contradictorium inferentis sit uere contradictorium rei notæ per ipsum, id est, conclusionis cuius destructio intèditur. Auerr.

Auerr. in 1. elenchi, cap. 6. charta 326.

Elenchorum liber est ualde latens. Auerr. in secundo elenchi. cap. 8. char. 34.

Elenchus est syllogismus contradictionis. Alb. magnus in elenchi. c. 286. col. 1.

Elenchus est syllogismus compositus ad contradicendum alicui. Alexander de ales in quarto metaphysic. tex. 9. char. 84. col. 4.

Elephas quid est.

Elephantus in quadrupedum genere hirtus minime est. Arist. de hist. anim. l. 2. ca. 1. char. 40.

Elephas est animal maius inter quadrupeda, promiscidam habens longitudine decem cubitorum, & ea loco manus utitur, tam in bello, quam in cibus, & alijs operibus, timet murem, abhorret grinnitum porcorum, restuculos intus habet, sed coitus tempore emittit eos. Pellei habet nigram, quasi puniceam, scabiosam, in quam cadunt muscæ, quas in rugas trahens pellem interficat. Castus est animal, nec scit adulterium: sunt autem ita fortia ut quadraginta homines ferre possint. flexuras habent in cruribus, alioquin non incederent ordinare, sed forte strictas habent, ideo aliqui existimant eos non habere flexuras. Fel eius per nares immissum confert contra morbum caducum. Eius stercore fugat pediculos: uincia de offe elephantis cum decem uincijs mentastri montani potata confert ei, qui primo habet lepram: Si cum eius stercore suffumigeret domus, cimices moriantur, & fugatur. Alb. mag. de ani. l. 2. tr. 2. ca. 1. c. 176. col. 3.

Elephas, ut coit, & quæ ad generationem pertinent.

Elephantes coituri solitudines petunt, sed præcipue secus flumina, & qua passim consueuere. subsidit femina, clunibusque submissis insistit pedibus, ac innititur: mas superueniens comprimit, atque ita mure uenereo fungitur. Arist. de historia anim. 2. cap. secundo. chat. 148.

Elephantus femina incipit coire anno 12. cum celerrime, aut 15. cum tardissime: mas quinque, aut sex annos natus incipit superuenire ineunte uere; coitum triennio interposito repetit, quam grauidam reddidit, eandem præterea tangere nunquam patitur. Vterum biennio gerit, parit singulos, & edit fetum magnitudine uitali bimestris, vel trimestris. Arist. de hist. ani. 5. cap. 13. char. 164.

Elephantus tam mas, quam femina incipit coire anno ætatis 20. ferendi uteri tempus alij annu, & sex menses, alij triennium statuunt: parit enitens posterioribus cruribus, & subsidens cum dolore; pullus editus ore surgit non promiscide, & statim cum natus est cernit, & ambulat. tempus incertum est ferendi uteri, quia non patet tempus coitus. Arist. de hist. animal. 6. cap. 27. char. 240.

Elephantus eodem passu modios Macedonicos nouem edere potest, sed dare periculosum est; sex, vel septem dare in usu est, sed farinæ non plus quam quinque, uini etiam quinque mares, quæ mensura eminas continet sex. Iam quidam amphoras aquæ mensuræ Macedonicæ, quatuordecim eodem hausit potu, & a meridie eiusdem diei octo: & uiuit, ut aliqui aiunt 200. annis, ut alij 300. Arist. de hist. ani. 8. cap. 8. c. 284.

Elephas biennio uerum gestat propter exuperantiam magnitudinis. Aristoteles de gener. animal. 4. cap. 10. charta 260.

Elephas femina tempore coitus descendit in foueam, ut melius mas ascendere possit super eam, & appetit coitum in aqua, quia ibi utrumque magis iuuat. Albertus mag. de ani. l. 5. trac. 1. ca. 2. c. 52. col. 3.

Elephas post quinquennium coire incipit, femina post decennium, & coit usque ad 15. annos, & femina per triennium post partum quiescit, & fert in utero per biennium. Albertus magnus de animalibus. lib. 5. trac. 2. cap. 1. ch. 55. colum. 1.

Elephantis partes corporis, & eius situs.

Elephantis solius prolixè, ualideque nasus augetur, eiusque usus idem, qui manus, ea namque cibos tam siccos, quam humidos colligunt, capiunt, & in os admouent. Aristoteles de historia animalium primo. cap. 11. charta 22.

Elephas confidendo crura inflectit: nequit tamen præ nimio pondere, utrumque in latum equilibrio quodam uertere, sed aut læuo incubat, aut dextro, atque eo ipso habitu requiescit, ac flectit certe poplites posteriores, ut homo. Arist. de historia animal. secundo. cap. 1. charta 37.

Elephantus utrinque dentes habet quatuor, quibus cibum in farinæ speciem molunt. Duo præterea prominent grandes, quos mares grandiores resimatos habent, feminae minores, & contra quam mares; uerunt enim deorsum, pronique deuiant, & statim cum natus est, dentes habet, quamuis grandes illos non illico perspicuos obtinet. Aristoteles de hist. anim. 2. capit. 5. charta 47.

Elephas exta suili proxima, sed maiora habet, iecur quadruplo maius bubulo, & reliqua pari ratione, excepto liene, qui minor proportionem est. Arist. de hist. animal. 2. cap. 17. ch. 63.

Elephantus circa nares ore ipso uocem edit spirabundam, quemadmodum cum homo simul, & spiritum reddit, & loquitur; at per nares simile tubarum rucitati sonat. Aristoteles de historia animal. quarto. cap. 9. charta 139.

Elephantus antiquitus credebatur non moueri flexione, quod non est uerum, quippe cum id genus omne moueatur flexione in humeris facta, aut coxis. Arist. de animal. inces. cap. 7. char. 571.

Elephantus duas habet mammas, & eas sub armis, quia unius prolis est, & non inter femora, quia multitudine est. Aristoteles de partibus animalium quarto. cap. 10. charta 536.

Elephas, quia genibus caret, flexum in flexione, quæ in coxa est, facit. Michael de ani. inces. l. c. 59. col. 3.

Elephantis nasus, qui promiscida dicitur, est fortis longus, plicatur, & explicatur, quasi calceus, & loco manus utitur eo elephas: accipit enim per ipsum cibum, & porrigit ori suo, & per ipsum haurit aquam, & red dit ori suo potum, quod solum ipsi proprium est. Alb. mag. de ani. lib. 1. trac. 2. cap. 8. c. 29. col. 1.

Elephas habet pedes anteriores maiores posterioribus. Alb. mag. de ani. lib. 2. trac. 2. cap. 1. ch. 29. col. 1.

Elephas sedet, & flectit pedes anteriores, fere ut animalia quadrupeda: posteriorem autem fere ut homo, sed propter pondus sui corporis omnes extremitates simul flectere nequit, sed pro diuersitate temporis sulcitur super latus dextrum, & sinistrum appodiatu parieti, aut arbori forti, & sic quiescit, & dormit stante corpore, nec ob id offeduntur crura, quæ fortissima sunt ad sustinendum. Albertus mag. de animalibus. lib. 2. cap. 2. te. 1. c. 729. col. 3.

Elephantis quæ ad uitam pertinent.

Elephantes si comedunt terram, ægrotant, nisi frequenter comedant: nam si frequenter, nihil sentiunt mali, & interdum lapides deuorant. Arist. de hist. animal. 8. ca. 26. char. 307.

Elephantes aiunt, cæteris malis impunes esse, uexari autem

autem inflatione alui acrius. Aristoteles de histo. ani. 8. cap. 22. char. 304.

Elephantes fluore tentantur, quo cum vires languerint curantur potionibus aquæ calidæ, & cibo feni melle imbuti: vtrumque enim id sistit profluuium alui. Arist. de histo. anim. 8. cap. 26. char. 307.

Elephantes alij bibunt oleum, alij non. Aristot. de histo. ani. 8. cap. 26. ch. 307.

Elephas vivit annis 200. & aliqui aiunt eum vivere annis 300. Alb. mag. de ani. 7. tra. 1. cap. 6. c. 66. col. 1.

Elephantibus nocet ventosa infirmitas, quæ est causa vt nec mingere, nec egere possint. Alber. mag. de ani. lib. 7. trac. 2. ca. 2. ch. 69. col. 1.

Elephas vt pugnat, obedit homini, & vt capitur.

Elephanti vehementer inter se pugnant, & victus ne vocem quidem victoris tolerat. Arist. de histo. ani. 9. cap. 1. char. 319.

Elephantes sunt vni apud Indos rei bellicæ, tum mares, tum foeminae, verum foeminae, & pauciores, & timidiores sunt. Aristoteles de histo. animalium 9. capit. primo. char. 319.

Elephantus euertit ædificia dentes admouens magnos: palmas vero sua fronte impellit donec declinet: tum pedibus inculcans proste. nit in terram. Arist. de histo. anim. 9. cap. 1. char. 319.

Elephantes sic uenantur, conscendunt mites aliquos, & animosos elephantes; qui uenantur, cursuque insectantur feros, quos cum occuparint, ferire precipiunt suis, dum fatigent, & vires dissoluant; tum rector in defatigatum illum insiliit; regique falce, post breui tempore fera mitefcit, & obtemperat. Aristoteles de histo. anim. 9. cap. 1. ch. 319.

Elephantes quandiu insidet rector, mites se exhibent: cum descendit, alij mansuetudinè seruant, alij suam repetunt feritatem, itaq; inimicentium crura priora præpediant vinculis, vt quiescant. capiuntur, & grandes natu, & pulli. Arist. de histo. animalium nono. cap. 1. char. 319.

Elephantus omnium ferarum mitissimus, & placidissimus est. vt qui per multa officia erudiatur, & intelligat, cum etiam regem adorare discat. Arist. de histo. anim. 9. cap. 46. ch. 372.

Elephas foemina magis iuuat hominem, quam masculus in pugna. Albertus magnus de animalib. lib. 8. trac. 1. cap. 3. ch. 74. col. 1.

Elephantes duplici modo capiuntur. Primo, ascendit homo elephantem domesticum & it in siluam, & querit elephantes, & inuentis, incitat contra eos domesticum, qui fortior est siluestri, & cum uicerit eos, saltat homo super siluestrem, & percutit illum, & quiescit, & cum descenderit remanet domesticus; at si non remanet domesticus, ligat ei pedes anteriores quousq; fiat domesticus. Secundo modo faciunt foueam, & in ea ponunt cibum, in qua fouea cū ceciderit elephas, accedit homo verberans elephantem, & accedit alius eiciens eum ab elephante, & hoc sæpe facit, ita vt elephas liberator plauditur: tunc liberator facit uiam, & exire facit elephantem e fouea, & illi elephas obedit. Alb. mag. de ani. li. 8. tr. 1. ca. 3. c. 14. col. 1.

Elephas inter agrestia est magis aptus ad domesticandum, & obediendum homini. Albertus mag. de ani. lib. 8. trac. 1. cap. 2. c. 83. col. 1.

Eligibilis est illud, quod cognoscitur hoc, & illud quam illud, secundum quod cognoscitur hoc solum. Arist. poster. lib. 1. ca. 20. tex. 39. ch. 342.

Eligibiliorum loci sunt. 1. Quod diuturnius stabilisq; eligibilis eo, quod minus huiusmodi. Arist. topic. li. 3. cap. 1. char. 433.

Eligibiliorum locus 2. est. Quod magis eligit prudens,

vel bonus vir, vel lex recta, vel studiosi circa singula delecti, vt tales sunt, vel in vnoquoque genere periti, uel plures uel omnes, uel quæcunque omnino plures, vel omnes, vel omnia, ad vtile oportet ducere: quod dicendum est. Arist. top. li. 3. c. 433.

Eligibiliorum locus 3. Quod secundum meliorem disciplinam, alicui autem secundum propriam, eligibilis. Arist. top. li. 3. ca. 1. c. 433.

Eligibiliorum locus 4. Idipsum, quod est, eo, quod non in genere est eligibilis, vt iustitia iusto. Arist. top. lib. 3. cap. 1. ch. 434.

Eligibiliorum locus 5. Quod propter se eligendum, eligibilis eo, quod propter aliud, vt sanitas quam exercitari. Arist. top. li. 3. ca. 1. c. 434.

Eligibiliorum locus 6. Quod propter se eo quod per accidens eligibilis, vt amicos iustos esse, quam inimicos. Arist. top. lib. 3. cap. 1. c. 434.

Eligibiliorum locus 7. Quod boni causa per se, eo, quod per accidens eligibilis, vt virtus eligibilior fortuna. Arist. top. lib. 3. cap. 1. c. 434.

Eligibiliorum locus 8. Quod simpliciter bonum, eo, quod alicui, eligibilis, vt sanum fieri, quam incidi. Arist. top. lib. 3. cap. 1. c. 435.

Eligibiliorum locus 9. Quod natura est, eo, quod non est natura, vt iustitia iusto. Arist. top. li. 3. ca. 1. ch. 435.

Eligibiliorum locus 10. Quod honorabiliori, & meliori mest, eligibilis, ut Deo quam homini. Arist. top. lib. tertio. cap. 1. ch. 435.

Eligibiliorum locus 11. Quod melioris proprium, melius, quam quod peioris, ut quod Dei, quam quod hominis. Arist. top. lib. 3. cap. 1. char. 435.

Eligibiliorum locus 12. Quod in melioribus, uel prioribus, est melius, ut sanitas robore. Arist. top. li. 3. capit. primo, char. 435.

Eligibiliorum locus 13. Finis ijs, quæ sunt ad finem, eligibilior. Arist. top. li. 3. cap. 1. ch. 435.

Eligibiliorum locus 14. Quod in honorabilioribus, est melius. Arist. top. lib. 3. cap. 1. ch. 435.

Eligibiliorum locus 15. Duorum, quod propinquius est fini eligibilis. Arist. top. lib. 3. cap. 1. c. 435.

Eligibiliorum locus 16. Quod ad uitæ finem expetibilis, quam quod ad aliud aliquid. Arist. top. lib. 3. cap. 1. char. 435.

Eligibiliorum locus 17. Possibile, impossibili, eligibilis. Arist. top. lib. 3. cap. 1. c. 435.

Eligendorum locus 18. Cum duo sunt effectiua, cuius finis melior, & ipsum melius. Aristoteles topic. lib. 3. capit. 1. char. 435.

Eligendorum locus 19. Cum sit effectiuum, & finis, ex proportione, quando pluri superat finis finem. Arist. top. lib. 3. ca. 1. ch. 435.

Eligendorum locus 20. Melius est, quod propter se, & honorabilius, & laudabilius, ut amicitia diuitijs. Arist. top. lib. 3. cap. 1. c. 436.

Eligendorum locus 21. Quando duo aliqua fuerint valde sibimetipsis similia, & non poterimus præeminentiam aliquam conspiciere alterius ad alterum, videndum ex his, quæ sequuntur: nam si sequens est maius bonum, id eligibilis. Arist. top. li. 3. ca. 2. c. 436.

Eligendorum locus 22. Si e duobus vnum est minus malum, id eligibilis. Arist. top. li. 3. ca. 2. ch. 436.

Eligendorum locus 23. Plura bona eligibilia sunt paucioribus, vel simpliciter, vel quando altera alteris insunt. Arist. top. lib. 3. ca. 2. c. 436.

Eligibiliorum 24. locus. Eadem cum voluptate magis, quam sine voluptate eligibilia. Aristoteles topic. lib. 3. cap. 2. char. 437.

Eligibiliorum 25. locus. Eadem cum indolentia, eligibilia, quam cum tristitia. Aristoteles top. libro 3. capit. 2. char. 437.

Eligibiliorum 26. locus. Vnumquodque in quo tempore magis

magis valet in hoc eligibilis. Aristoteles topic. lib. 3. cap. 2. char. 437.

Eligibiliorum locus 27. Quod in omni tempore, & in pluribus, vtilius, vt iustitia, temperantia, Aristoteles top. lib. 3. cap. 2. char. 437.

Eligibiliorum locus 28. Quod cū oēs haberemus, nihil altero indigeremus, quæ quod cū haberemus indigeremus reliquò id eligibilis, vt iustitia, & fortitudo. Aristoteles topicorum li. 3. c. 2. c. 437.

Eligibiliorum locus 29. ex corruptionibus, & abiectionibus, & generationibus, & sumptionibus, & contrarijs, quorum enim corruptiones malæ ipsa eligibilia. Arist. top. li. 3. c. 2. ch. 437.

Eligendorum locus 30. Quod propinquius est bono, eligibilis. Arist. top. li. 3. c. 2. c. 437.

Eligendorum locus 31. Quod similius est bono, eligibilis. Arist. top. li. 3. c. 2. c. 437.

Eligendorum locus 32. Quod meliori eorū est similius id eligibilis, & considerandum, si in ridiculis est simile. Arist. top. li. 3. c. 2. ch. 437.

Eligibiliorum locus 33. Quod maxime insigne, eligibilis eo, quod minus tale. Aristoteles topicorum lib. tert. cap. secundo, char. 438.

Eligibiliorum locus 34. Quod difficilius eligibilis. Arist. top. li. 2. cap. 2. ch. 438.

Eligibiliorum locus 35. Quod magis propriū eo quod magis commune, eligibilis, Aristoteles topicorum lib. 3. cap. 2. char. 438.

Eligibiliorum locus 36. Quod malis est incommuniis, eligibilis. Arist. top. li. 3. c. 2. c. 438.

Eligibiliorum locus 37. Si hoc illo melius, & omnino optimum, eligibilis. Aristoteles topicorum libro tertio capit. secundo char. 438.

Eligibiliorum locus 38. Si omnino eorum, quæ in hoc melius, eo, quod in altero optimum, vt si melior homo equo, & optimus homo optimo equo melior. Aristoteles top. li. 3. c. 2. c. 438.

Eligibiliorum locus 39. Si optimum optimo melius, & simpliciter hoc illo melius. Aristoteles top. lib. tertio cap. secundo char. 438.

Eligibiliorum locus 40. Ea quæ volumus amicos participare, eligibilia, quam quæ non. Aristoteles top. lib. 3. cap. 2. char. 438.

Eligibiliorum locus 41. Quæ ad amicum agere malum, quam quæ ad quemlibet, eligibilia. Arist. top. li. 3. cap. 2. char. 438.

Eligibiliorum locus 42. Quæ sunt ex circumstantijs necessarijs meliora, aliquando eligibilia, sed aliquando meliora, non tamen eligibilia, quia philosophari melius est quam lucrari, non tamen eligibilis: ex circumstantia quod melius est, eligibilis, quod necessarium. Arist. top. li. 3. c. 2. c. 439.

Eligibiliorum locus 43. Quod non est ab alio exquirere, quum quod est, & ab alio, eligibilis. Aristoteles topicorum lib. 3. cap. 2. ch. 439.

Eligibiliorum locus 44. Si hoc quidem sine illo, eligendum, illud autem sine hoc. Aristoteles topicorum libro 3. cap. 2. char. 439.

Eligibiliorum locus 45. Duorum si alterum negamus, vt reliquum videatur nobis ineffe, illud eligibilis, quod volumus nobis videri ineffe, Aristoteles topicorum lib. 3. cap. 2. ch. 439.

Eligendorum locus 46. Pro cuius absentia minus increpandi sunt moleste ferentes, hoc magis eligendum. Aristoteles topicorum libro tertio capit. secundo charta 439.

Eligendorum locus 47. Pro cuius absentia non moleste ferentem magis increpandum, id eligibilis. Aristoteles topicorum libro tertio capit. secundo charta 439.

Eligendorum locus 48. Eorū, quæ sunt sub eadē specie,

quod propriam virtutem habet, eo, quod non habet, vtriusque autem habentibus, quod magis habet, eligibilis. Arist. top. li. 3. cap. 2. char. 439.

Eligendorum locus 49. Si hoc facit bonū illud cui adest, illud non, hoc, quod facit, eligibilis, si vtrunque, & magis. Arist. topic. li. 3. cap. 2. chart. 439.

Eligendorum locus 50. A casibus, vrbibus, actionibus, operibus, & hæc ab illis; sequuntur enim inuicem. Arist. topicorum lib. 3. cap. 2. char. 440.

Eligendorum locus 51. Si aliquo eodem hoc quidem maius bonum est, illud minus, maius magis eligendum. Aristoteles topic. lib. 3. cap. 3. char. 440.

Eligendorum locus 52. Si duo quædam vno aliquo sunt eligibilia, quod longe eligibilis eo, quod minus. Aristoteles topic. lib. 3. cap. 3. chart. 440.

Eligendorum locus 53. Cuius est superabundantia eligibilior, & ipsum eligibilis. Arist. top. li. 3. ca. 3. c. 440.

Eligendorum locus 54. Id, cuius magis eligit quis vt ipse sibi sit causa, quam cuius alter eligibilis. Arist. top. libro 3. cap. 3. chart. 440.

Eligendorum locus 55. Ex appositione, si eidem appositum aliquid, quod totum eligibilis facit. Aristoteles top. lib. 3. capit. 3. chart. 440.

Eligendorum locus 56. Si minori appositum aliquid, quod totum maius facit, Aristoteles topicorum li. 3. capit. 3. chart. 440.

Eligendorum locus 57. ex ablatione: quo enim ablato ab eodem, quod reitatur est minus, illud maius erit, & ablatum, reliquum minus facit. Aristoteles topicorum lib. 3. capit. 3. chart. 440.

Eligendorum locus 58. Si hoc propter se, illud autem propter gloriam eligendum, vt sanitas pulchritudine. Aristoteles topic. lib. 3. cap. 3. char. 440.

Eligendorum locus 59. Si hoc propter se, & propter gloriam eligendum, illud autem propter vnum tantum. Arist. topic. lib. 3. cap. 3. char. 441.

Eligendorum locus 60. Et vtrumuis magis propter se, honorandum, hoc & melius, & eligibilis, Aristoteles topicorum lib. 3. cap. 3. chart. 441.

Eligendorum locus 61. Diuidendum quoties, quod eligendum est, dicitur, & quorum gratia; vtilis, vel honesti, vel delectabilis; nam quod ad omnia, vel plura vtile est, eligibilis est. Aristoteles topicorum lib. 3. capit. 3. chart. 441.

Eligendorum locus 62. Quod propter melius, eligibilis est. Arist. topic. lib. 3. cap. 3. char. 441.

Eligendorum locus 63. in fugiendis eligibilis, quod impedit magis virtutes, Aristoteles topicorum libro tertio, capit. tertio, char. 441.

Eligendorum locus 64. Ex similitudine monstrari potest fugiendum, & eligendum, quod propositum est, nam minus eligendum quod æque eligeret aliquis, & fugeret, altero, quod fugiendum esset tantum. Arist. topicorum lib. 3. capit. 3. char. 441.

Eligendum est, quod natura bonum, Aristoteles topicorum lib. tert. cap. 4. chart. 441.

Eligendorum loci. Quod natura tale eo, quod non natura tale, magis tale. Arist. top. li. 3. cap. 4. ch. 441.

Eligendorum loci. Si hoc quidem facit, illud non facit, magis tale. Arist. topic. li. 3. cap. 4. chart. 441.

Eligendorum loci. Si quod interdum facit tale, quam quod non facit magis tale. Aristoteles topicorum lib. tertio capit. quart. chart. 441.

Eligendorum loci. Si vnum quod facit, quod magis facit tale. Arist. topic. lib. 3. cap. 4. char. 441.

Eligendorum loci. Si eodem aliquo hoc quidem magis, illud minus tale. Arist. top. li. 3. cap. 4. ch. 442.

Eligendorum loci. Si hoc tale magis tale, illud vero non tali tale, manifestum quod primum magis tale. Arist. topicorum lib. 3. cap. 4. chart. 442.

Eligendorum loci ex additione. Si eidem additum ali-

quod totum magis tale facit. Arist. top. l. 3. c. 4. c. 442.
 Eligendorum loci. Si ei, quod minus est tale additum, totum magis tale facit. Arist. top. l. 3. ca. 4. c. 442.
 Eligendorum loci ex ablatione. nam quo ablato reliquis reliquum, minus tale, illud magis tale. Arist. top. lib. 3. cap. 4. char. 442.
 Eligendorum loci. Quæ contrarijs impermixtiora, magis talia. Arist. top. lib. 3. cap. 4. char. 442.
 Eligendorum loci. Quod magis iuscipit propriam propositi rationem. Arist. top. l. 3. ca. 4. c. 442.
 Eligibilia ut tria sunt, honestum, utile, & iucundum, sic tria fugibilia sunt eis contraria, turpe, inutile, & immodestum; & circa hoc bonus vir recte agit, malus peccat, & præcipue circa voluptatem. Arist. 2. ethic. nicom. cap. 3. char. 35.
 Eligibile omne consultabile est, sed non econtra: nam de multis consultamus, quæ omnia non eligimus. Eustrata. 3. moral. ca. 3. ch. 130.
 Eligere est duobus, vel pluribus propositis, hoc illi præoptare. Alb. mag. eth. 1. trac. 3. ca. 6. c. 6. col. 4.
 Eligibilium, & ineligibilium, alia sunt tingibilia, ut lana, & terra, alia non tingibilia, ut æs, sed non ab aqua liquabile, sed ab aqua liquabilium: alia non tingibilia sunt, ut nitrum, & sales: alia tingibilia existantia non liquabilia sunt, ut lana, & fructus. Arist. meteor. 4. sum. 3. ca. 2. tex. 43. char. 578.
 Elitropia est lapis viridis fere smaragdo similis resperis sanguineis guttis, si vngatur succo elitropiæ herbar, & in vas aqua plenum reclusus sit, facit Solem sanguineum uideri, ut si eclipsim pateretur: causa est, quia toram aquam ebullire facit, & in nebulam ascendere, quæ inspissando aerem prohibet Solem uideri; reddidit hominem bonæ famæ, & uitæ longæ. Alber. mag. in 2. de miner. ex trac. 2. ca. 5. c. 140. col. 1.
 Eligata aliqua dicuntur, & non cruda, quia non incrassantur. Arist. meteor. 4. su. 1. ca. 4. t. 23. ch. 564.
 Elixatio est secundum totum concoctio a caliditate humida inexistentis interminati in humido, & hoc est aut spirituosum, aut aquosum. Arist. meteor. 4. su. 1. tex. 24. ch. 564. col. 4.
 Elixata sicciora sunt assis, non enim attrahunt in seipsa humidum, quæ elixantur: dominatur enim extrinseca caliditas ei, quæ intus est. Arist. meteor. 4. su. 1. cap. 4. tex. 24. char. 564.
 Elixatorum humiditas proprie excernitur a caliditate quæ est in extrinseco humido. Arist. meteor. 4. sum. 1. cap. 4. tex. 24. char. 564.
 Elixabile non est omne corpus. Arist. meteor. 4. sum. 1. cap. 4. tex. 25. char. 565.
 Elixabile non est, in quo nullum est humidum, ut lapides, nec quæ humidum habent, vinci tamen nequeunt ob spissitudinem, ut in lignis, sed quæ corpora habent humiditatem passibilem ab ea, quæ est in humido, ignitione. Arist. meteor. 4. su. 1. ca. 4. tex. 25. char. 565.
 Elixabilia sunt, quæ habent humiditatem passibilem ab ea ignitione quæ est in humido. Arist. meteorol. quarto. sum. 1. cap. 4. tex. 25. char. 565.
 Elixabilia dicuntur translatione aurum, & lignum, & alia multa secundum formam eandem, quia ea, quæ vere elixantur, quia non sunt nomina posita. Aristot. meteor. 4. sum. 1. cap. 4. tex. 26. char. 565.
 Elixari dicimus humida, ut lac, & multum, cum qui in humido sapor in formam aliquam transmutatur ab eo, qui in circuitu, & intrinseco igne calfaciente. Arist. meteor. 4. sum. 1. ca. 4. tex. 27. char. 565.
 Elixationis, & concoctionis non est finis idem omnibus: nam alia sunt ad esum, alia ad forbitonem, alia ad alium usum, medicamenta enim etiã elixare dicimus. Arist. meteor. 4. sum. 1. ca. 4. t. 27. c. 565.
 Elixabilia sunt omnia, quæ possunt fieri crassiora, aut minora, & grauiora, & hæc quidem ipsorum talia; hæc

autem contraria, quia hæc disgregata incrassantur, illa attenuantur, ut lac in serum, & coagulum. Aristoteles meteor. 4. sum. 1. ca. 4. tex. 27. ch. 565.
 Elixatio eodem modo fit in naturalibus instrumentis, & in artificialibus, quia propter eandem causam omnia erunt. Arist. meteor. 4. sum. 1. ca. 4. tex. 27. c. 565.
 Elixata quædam, assa alia, melius eduntur, quia humidiora non eatenus humectantur, sicciora non amplius exicari oportet: elixa autem humidiora, mollioraque omnia redduntur, quæ vero minus humida sunt, hæc igne confecta sicciora prorsus euadunt. Aristot. proble. sect. 2. tex. 5. char. 528.
 Elixari cito faciunt omnia attractiua humoris, ut vitri partes cum carnibus ad elixandum positæ faciunt cito elixari, quæ concoquuntur. Albertus magnus in 4. meteor. cap. 20. c. 121. col. 4.
 Elix non est linea, simplex, sed mixta ex recta, & circulari, proficitur enim ex duobus motibus imaginatis, quorum vnus est lineæ circumeutis columnam, alius est puncti moti per lineam. D. Tho. in 1. de celo. le. 3. tex. 5. char. 3. colum. 1.
 Eleborus albus, & niger est: niger acutior est albo. est calidus, & siccus, & resoluat, subtiliat, & abstergit, adeo ut carnem mortuam corrodat, cum aceto linitus delet morpheam. Alb. mag. de ueget. lib. 6. tex. secundo. cap. 6. c. 165. col. 2.
 Elocutio oratorum diuersa est ab ea, quæ est proprie poetarum. Arist. rhet. 3. char. a 131.
 Elocutionis principium est emendate loqui, quod in quinque rebus versatur. Primo in coniunctionibus, si quis reddiderit, ut naturaliter inter se antecedunt, & subsequantur, & non multas coniunctiones ante coniunctionem necessariam reddere. Secundo proprijs nominibus, & non ambientibus eloqui. Tertio non ambiguis. Quarto ut nomina masculina, foemina, & neutra (prout conuenit) reddantur. Quinto, ut numerus, qui uni, & qui multis debetur, recte respondeat. Aristot. theto. 3. c. 144.
 Elocutio accommodata ad naturam fidem sui facit. Arist. rhet. 3. c. 146.
 Elocutionis figura, nec metri compos, nec rhythmus ex pers esse debet, nam metrum parum facit ad fidem, rhythmus autem orationi finem ponere debet: quia quod infinitum est, suauitate caret, & cognosci non potest. Ari. rhet. 3. char. 147.
 Elocutio, aut est fusa, & vinculo vna, aut versa, & antiquorum poetarum antistrophis similis. Fusa est, quæ nullum per se finem habet, nisi res, quæ dicitur, absoluatur, quæ propter infinitatem est iniucunda. Versa est, quæ ambitibus constat, id est, quæ per se principium & finem habet, & facilem conspectu magnitudinem. Aristot. rhet. 3. char. 149.
 Elocutionis, quæ membris continetur, pars vna est distincta, alia opposita, quæ est, in qua in vtroque membro, aut contrarium cum contrario componitur, aut idem cum contrariis iungitur. Ari. rhet. 3. c. 150.
 Elocutio est compar si æqualia membra sunt, & similiter desinens, si membra similes exitus habent, & hoc aut in principio nomen, aut in fine syllabas extremas. Arist. rhet. 3. char. 151.
 Elocutionem urbanam faciunt translata, & poetarum similitudines: sed similitudo minus delectat, quia longior est. Ari. rhet. 3. ch. 152.
 Elocutio, & enthimemata urbana sunt, quæ ut celeriter dicamus, efficiunt. Ari. rhe. 3. ch. 152.
 Elocutionem diuersam vnicuique generi conuenire nobis manifestum est. Ari. rhet. 3. ch. 159.
 Elocutio scriptio est, quæ accuratissima, contentio- num, vero, quæ maxime cum actione coniuncta, & huius duo sunt species, morata vna, & altera affecta. Arist. rhet. 3. char. 159.

Elocu-

Elocutio concionum vmbrales picturæ similitudinem imitatur, quia quanto maior turba fuerit, tanto longius spectatur. Ari. rhet. 3. char. 160.
 Elocutio iudicialis accuratior est, & adhuc magis cum ad vnum iudicem est, quia præsidij minimum est in oratoris, facilius enim conspici potest, quid rei proprium, & quid alienum est, & contentio abest, ut sincera iudicatio sit. Ari. rhet. 3. c. 160.
 Elocutio ostentatiua ad scribendum aptissima est, quia opus eius est lectio, secundo loco iudicialis. Ari. rhe. 3. c. 161.
 Eluones dicuntur, qui multa edere, & ventrem quocumque replere consueverunt. Eust. 4. mor. cap. 1. c. 170.
 Emanites lapis est ferruginei coloris, habet venas sanguineas immixtas, valet contra fluxum ventris, vesicæ, & menstruorum, cum in aqua mixtus bibitur. Vnio permixtus puluis eius sanat vlcera, & vulnera, & carnem superfluam corrodit, visus hebetes ex humida causa confortat, & sanat, & temperat asperitatem palpebrarum. Alber. magnus in 2. de miner. ex tract. 2. cap. 5. ch. 140. colum. 1.
 Ematen est, quod inuenitur in mineris, & prouenit ex adustione magna sub nigro, venas diuersas in se habens. Alb. mag. de veg. l. 6. tra. 1. c. 7. c. 152. col. 4.
 Embrio in seipso habet virtutem mouentem, & coeurentem spermata, & formantem, quoniam si non est in eo, tunc necessario sequitur distinctam esse, & diuisam subiecto, & loco a spermatis conceptam, quod falsum est. Albertus magnus de animalibus, l. 16. tra. 1. cap. 2. ch. 135. colum. 4.
 Embrium perforatio multis fit modis. alia enim perforantur cauado, in quibus est calidus spiritus, ut cor, & pulmo, & hoc fit a multo, & calido spiritu, alia tebrando, ut sunt vix superfluitatum, ut intestina, & stomachus, & hoc fit a spiritu calido non acuto, sed venoso: alia perforantur subtili perforatione. ut vena quiete, & pulsatiles, & hoc operatur a spiritu paruo, & valde subtili acuto, & nutrimentum penetrare debet membrum, alioquin non ingrederetur substantia ipsius vndique. Alb. mag. de ani. l. 20. tr. 1. cap. 4. ch. 163. c. 3.
 Embrium quiescit in matrice propter superfluam humiditatem, & non mouetur donec digesta est illa humiditas. D. Thom. de som. & vig. le. 5. c. 37. col. 2.
 Emorrhoyus serpens est ab emor, quod est sanguis, & roys, quod est fluxus dictus, quia morsus eius laxat omnia officina venarum, & excutit quicquid sanguinis est in corpore morsus, & sic interficit, & est ordinis primici- nerei coloris est, & cubiti vnus maior. Alb. magn. de anim. lib. 25. ch. 202. colum. 1.
 Empedocles quatuor elementa posuit rerum principia, & ea semper manere, nec vnquam generari, vel corrumpi, sed omnem generationem, & corruptionem per congregationem, & disgregationem horum elementorum, & secundum multitudinem, & paruitatem fieri. Ari. 1. metaphy. ex su. 2. c. 1. ch. 11.
 Empedocles terram ob circumgirationem celi manere ait. Simp. 2. de celo. te. 78. co. 53. c. 78. col. 4.
 Empedocles quatuor elementa, litem, & amicitiam principia rerum esse dixit. Io. gra. 1. phy. te. 6. ch. 5. col. 3.
 Emptra est aial paruū in Germania, & mas, & femina in estate cibos aggregat, quibus viuūt in hieme: mas ē parcus, femina auida, iō mas feminam eiicit, & illa retro aditum occultū parat, & cibos vorando cōsumit, ideo vere est pinguis, & mas macie consumptus. Albertus magn. de anim. lib. 22. tra. 2. c. 1. c. 180. col. 1.
 Enchyos animal est orientis, tauri magnitudine, & ei simile, longibus crinibus descendentes ad duas spatulas, mollioribus crinibus equi, corporis color est inter nigrum, & ruffum, & pili eius in aliis membris lana assimilantur: vox animalis huius est ut vox tauri, & cornua ad interius multum inflexa, & ad pugandum inhabilia: caret dentibus superioribus, & cum

parit multa animalia eiusdem speciei ad comparientem addunantur, & egerentia singula sterora aggregant ad instar muri circa patientem. Albert. magnus de anima. lib. 2. tract. 2. cap. 1. char. 180. col. 2.
 Encomium est oratio facta cuiuscunque singularia exponens. Aristotel. moral. eudem. cap. 2. c. 383.
 Enemi medicamento quo sanguinem supprimimus vis est, ut exiccet, & materiam inutilis confluuium compe- scat, sine crusta, aut carnis putredine. Aristot. proble. sec. 1. te. 33. char. 351.
 Endiuia alia hortulana, alia Syluestris est, iuuat epati, frigida, & humida est. Alb. mag. de veg. l. 2. tractat. 2. cap. 1. c. 165. colum. 2.
 Energia est naturalis omnis substantiæ innatus motus, vel est virtus naturalis, & manifestatiua vniuersaliusque substantiæ. Alb. mag. in 1. r. 3. c. 4. c. 6. col. 4.

Entis diuisio.

Entia alia de subiecto aliquo dicuntur, in subiecto vero nullo sunt, ut homo, id est, substantia vniuersalis: alia, in subiecto sunt, de subiecto tamen nullo dicuntur, id est, accidens particulare, alia de subiecto dicuntur, & in subiecto sunt, id est, accidens vniuersale: alia nec in subiecto sunt, nec de subiecto dicuntur, ut substantia particularis. Ari. præd. tr. 1. c. 2. c. 57.
 Entia alia de nullo vere vniuersaliter prædicantur ut Cleon, & quod secundum vnum quodque sensibile: de iis autem alia prædicantur: & de his nihil: & intermedia horum, & de ipsis alia, & de aliis ipsa prædicantur. Ari. 1. prio. se. 2. c. 28. c. 206.
 Entis consideratio an sit vnum, vel ne, simile est, ac si consideratio fiat de perseveratione falsa, quæ vera tantū dicatur, ut Heracliti etiam opinio. Arist. physicor. 1. ex su. 1. c. 2. tex. 9. ch. 5.
 Entium, alia sunt natura, alia pp alias causas: natura sunt animalia, & partes ipsorum, & plante, & simplicia corpora, ut terra, ignis, aqua aer, & differunt ab iis, quæ non sunt natura: quia in seipsis motus, & status principium habent hæc in locum, alia secundum augmentum, & decrementum, & quædam secundum alterationem. Arist. phy. 2. cap. 1. tex. 1. ch. 29.
 Entium alia sunt actu, alia potentia: & eorum, quæ sunt actu, hoc quidem hoc aliquid, illud quantum, quale, & secundum reliqua predicamenta: & eorum, quæ sunt ad aliquid aliud dicitur secundum magis, & minus, aliud secundum agens, & patiens, & omnino secundum mouens, & motum, mouens enim est mouens motum, & motum est motum a mouente. Arist. phy. 3. su. 1. c. 1. te. 3. c. 54.
 Entium, alia semper immobilia sunt, alia semper mouentur, alia vtroque participant. Aristoteles physicorū 8. sum. 2. c. 1. tex. 2. c. 202.
 Entium aliqua aliquando mouentur, aliqua aliquando quiescunt. Ari. phy. 8. sum. 2. c. 5. te. 50. ch. 219.
 Entia aliqua esse ingenerabilia, & immobilia alterius, & prioris quam naturalis est considerationis. Aristoteles 3. de celo. cap. 1. tex. 2. ch. 332.
 Entia, aut sunt sensibilia, aut intelligibilia; scientia est quodammodo scibilia; sensus sensibilia. Aristote. 3. de anim. sum. 1. c. 5. te. 37. ch. 663.
 Ens & si multis dicatur modis, attamen potest cadere sub vna scientia; quia non est hæc multitudo æquiuocorum, sed attributorum ad vnum primum: exemplū in his, quæ sunt attributa ad vnum finem. Aristote. 4. metaphy. ex su. 1. c. 2. ch. 60. col. 2.
 Entia alia dicuntur, quia substantiæ; alia quia passiones substantiæ; alia quia via ad substantiam, & generationem, & corruptionem substantiæ; alia quia sunt priuationes formarum substantialium, aut qualitates substantiæ; alia quia sunt effectiua, aut generatiua substantiæ; alia

ff alia

alia quia attributionem habent ad substantiam, & negationes entia dicuntur. Arist. 4. metaphysicorum ex su. 1. cap. 2. char. 60. colum. 3.

Ens dupliciter dicitur, actu, & potentia. Ari. 4. meta. ca. secundo text. 20. char. 74.

Ens aliud dicitur secundum accidens, aliud secundum se. Secundum accidens, cum accidens, prædicatur de accidente: vt iustum musicum; vel cum accidens prædicatur de subiecto, vt homo musicus, vel cum subiectum prædicatur de accidente, vt musicus homo. Aristotel. 5. metaph. cap. 7. te. 13. char. 95.

Ens secundum se dicitur quot modis aliquid prædicatur, i. de decem prædicamentis. Ari. 5. meta. c. 7. te. 14. c. 95.

Ens diuiditur in ens secundum se, & secundum accidens, & in ens, quod est, vt verum, & in ens quod est, vt falsum, & in prædicamentorum figuras, vt quid, quale, quantum, vbi, quando, & alia, & in actu, & potentia. Ari. 6. metaph. ex su. 2. c. 1. tex. 4. c. 121.

Entia alia sunt necessaria, quæ semper, & vniuersaliter se habent, non per eam necessitatem, quæ secundum vim dicitur, sed quia per aliter non contingit: alia sunt, quæ semper non sunt, nec ex necessitate, sed magis vt plurimum, & hoc est principium accidentis. Ari. 6. metaph. ex su. 2. cap. tex. 5. char. 121.

Ens cum multipliciter dicatur, horum tamen primum ens est, quod quid est, quod significat substantiam, quoniam cum dicimus quale quippiam hoc, dicimus aliquid vel malum, cum autem quid est, substantiam respondemus, & cetera entia aliquid entis tantum dicunt. Aristot. 7. metaph. sum. 1. cap. 1. te. 2. char. 126.

Entia alia secundum substantiæ rationem dicuntur. Aristot. 9. metaph. ex sum. 1. cap. 1. te. 1. c. 174.

Ens omne, aut idem est, aut aliud. Aristotel. 10. metaph. ex sum. 2. cap. 1. tex. 1. char. 199.

Entia alia a substantia non sunt simpliciter entia, sed entia secundum quid. Ari. 12. meta. ex su. 1. c. 1. te. 3. ch. 243.

Ens duplex: in potentia, & in actu. Arist. 12. metaph. ex su. 1. c. 2. te. 7. char. 244.

Entium alia separabilia, alia inseparabilia, & separabilia vocantur substantiæ: & propter hoc substantiæ sunt causæ, quia sine substantiis non sunt, nec motus, nec passiones, & inter hæc principia substantiæ animatæ primum locum tenent, vt anima, corpus, intellectus, & appetitus. Arist. in 12. meta. ex su. 1. c. 4. tex. 25. c. 248.

Ens duplex, actu, & materialiter. Aristot. 13. metaphys. ex sum. 1. c. 3. c. 271.

Entium alia vltima sunt, & indiuidua, quæ de nullo prædicantur, alia summa genera, quæ nihil habent, quod de ipsis prædicetur, alia de alijs prædicantur, & alia de ipsis, quæ inter genera generalissima, & indiuidua sunt. Ale. aphro. in 1. prio. cap. 28. c. 51. c. 1.

Entium alia potentia, alia actu, & actu formæ sunt. Ale. aphro. in 2. de anima. cap. 3. char. 43. col. 3.

Entium quædam sunt sempiterna, quædam corruptibilia, quod accidit propter non entis commixtionem, & communicationem. Alexan. aphro. in 2. de anima. cap. 55. char. 54. colum. 4.

Entis, & non entis medium est, quod fit, quippe quod alias est ens, alias non ens. Alex. aphrod. ex 1. minor. secundum lati. 2. meta. c. 50.

Entis cognitio, aut secundum accidens, aut secundum substantiam fit, & ambo in duo diuiditur. Nam accidentium, alia cognoscitiua quodammodo subiectorum sunt, alia penitus aliena, tanquam nullam subiectorum prorsus cognitionem præbentia. quæ secundum substantiam, alia pluribus communia, alia paucioribus, & ideo propria. Ale. & Eust. in 2. posterior. char. 52. colum. 2.

Entia partim in solis animis sunt, partim per sese quorum partim corpora, partim corporis expertia, quorum partim sunt abstracta a sensibus, partim ipsis inherēt,

& alia ante multa alia in animo nostro, seu posteriora sunt. Ammon. in Porph. c. 3. col. 1.

Ens aliud necessarium, aliud, quod sic accidit, tertium existens. Ammon. in Porph. c. 1. c. 2.

Ens diuiditur in prædicamenta, vt vox ambigua in sua significata. Am. in Porph. c. 8. col. 3.

Entia alia substantiæ, alia accidentia, alia vniuersalia, alia particularia. Am. in præd. c. 17.

Ens diuiditur in agentes existētiæ, & in patientes: actus omnes reducuntur sub prædicamento actionis: passiones sub prædicamento passionis: essentiarum, alia per se ipsas habent esse, & sunt sub prædicamento substantiæ: alia in alijs: quarum alia spectant sine habitudine: alia cum quadam habitudine: quæ sine habitudine, aliæ secundum designationem, & quasi formam corporaliū existentiarum, & sunt qualia: alia secundum dimensionem, extensionem, ac multiplicationem, & sunt quanta. Quæ secundum habitudinem considerantur, alia dicuntur ad conuertentiam, & sunt ad aliquid: aliæ non dicuntur ad conuertentiam, & harum alia secundum habitudinem ad corpora, alia secundum habitudinem ad incorporea, & hæc vel secundum habitudinem ad locum, & est vbi: vel ad tempus, & est quando: quæ secundum habitudinem, ad corpora, alia secundum habitudinem ad illa, in quibus collocantur, & est poni, alia secundum habitudinem ad circūposita, & est habere. Simp. in præd. c. 16.

Entia multa sunt prædicatione, vt substantia prædicatione bonitatis, & aliarum rerum; præterea diuisione vt ratione, vel nomine. Simp. in 1. phy. c. 30. col. 2.

Entia, aut sunt motus, vt generatio, & corruptio; aut principia motus, vt Deus, anima, natura: aut in quibus sunt ea, quæ mouentur, vt tempus, & locus. Simp. in 3. phys. c. 140. colum. 1.

Entia alia immobilia semper, & hæc non sunt in tempore: alia semper mobilia: alia aliquando mouentur, & aliquando quiescunt, & hæc ambo in tempore sunt. Simp. in 4. phys. ch. 271. col. 2.

Entibus simplicissimis nihil inest præter ipsorum esse; ideo non est ipsorum hoc substantia, illud vero aliud: idcirco meliora sunt definitione, & demonstratione. Surian. in 2. meta. vol. 3. secundum latin. c. 3.

Ens si diuiditur secundum rationem demonstratiuam, intrabit vna natura in duas artes, vt mathematici consideratio, & diuini de numero, & similiter consideratio mathematici, & naturalis in corpore, linea, & superficie. Auer. in phy. 2. te. 71. c. 35. col. 1.

Entium, quæ multipliciter dicuntur, scire quidditates difficile est, quia appropinquat ei, quod non habet communem naturam, & huiusmodi definitiones difficile inueniuntur per regulas dantes definitionem, quæ sunt diuisione, compositio, & demonstratio. Auerro. in phy. 4. tex. 2. ch. 57. col. 1.

Ens aliquod generari a moto, quod est in potentia ens tantum, impossibile est, verbi gratia a prima materia, vt potest intelligi nuda a forma, nedum, vt generatur ex non esse. Auer. phy. 8. te. 4. c. 155. c. 2.

Entia omnia, aut sunt substantiæ, aut accidentia, aut viæ ad esse istorum, & sunt vniuersaliter transmutatio. Auer. in prim. de celo te. 1. ch. 2. c. 2.

Entium ordines videntur in quadruplici esse differentia. Primus est ordo entium, quod comprehendunt nobilitatem perfectam sine operatione, & diuersantur secundum magis, & minus, & hæc sunt entia abstracta. Secundus est eorum, quod appropinquat perfectæ nobilitati, per operationem, & hæc sunt duobus modis, aut per modicam operationem, & hæc non inueniuntur, nisi in corporibus celestibus, aut per multam, & hoc inuenitur in corporibus celestibus, & in homine. Tertius est eorum, quæ non possunt comprehendere propinquam nobilitatem perfectam, nec multam, nec modicam operationem, sed tamen apprehendunt nobilitatem minorem propinquam perfectæ nobilitati, & hoc per modicam operationem, & hæc non inuenitur in corporibus celestibus, & quilibet istorum habet latitudinem. Quartus est terra, quæ non potest comprehendere nobilitatem per operationem, sed per quietem tantum. Auerroes 2. de celo, te. 65. char. 67. colum. 2.

Ens aliquod cum generatur ex duobus rebus necessario non sufficit vna ad esse eius absque alia, & necesse est, vnam harum rerum esse causam agentem, aliam vero materialem. Auer. in pri. de gen. ani. cap. 20. c. 217. c. 1.

Ens primo diuiditur in ens per se, & in ens per accidens, Auer. in 6. metaph. sum. 1. te. comm. 1. c. 68.

Entium consideratio est duobus modis: aut secundum proprios modos habitos, aut vt sunt entia. Auer. in 6. metaph. ex sum. 1. te. 1. char. 68. col. 1.

Ens duplex, in intellectu, & extra intellectum. Quod est in intellectu, contingit, vt recipiat duo opposita simul: quod est extra intellectum, non. Auer. in 6. metaph. sum. 2. te. comm. 8. char. 72.

Entia alia sunt, quorum esse est in materia, & sunt naturalia, alia, in quorum definitione non apparet materia, licet habeant esse in materia, & hæc sunt mathematica, & sunt entia, quæ habent esse absolutum, de quibus in metaphysicis. Auer. epitome in metaphys. tract. 1. char. 168. colum. 3.

Ens dicitur multis modis. Vno modo de quolibet prædicamento, & dicitur secundum ordinem, & proportionem, non secundum meram æquiuocationem, nec vniuocationem. Secundo dicitur de vero, quod ita se habet in intellectu, vt extra intellectum, & de quidditate cuius rei habentis quidditatem, & essentiam extra animam, siue apprehendatur, siue non. Auerro. epitome in metaph. tract. 1. c. 169. colum. 1.

Ens dicitur de decem prædicamentis duobus modis, primo vt habet esse extra animam; secundo vt significant quidditates illarum essentiarum: & ideo entis nomen reuertitur ad duo tantum, ad verum, & ad id, quod est extra intellectum, & hoc dupliciter, vel ad res, vel ad formas. Auer. epitome in metaph. tra. 1. c. 169. c. 2.

Entium quædam sunt, quorum differentie substantiales sunt in motu, vt ventus, & alia, quorum esse sunt in motu. Auer. ex destruct. destruct. disp. 3. c. 22. col. 1.

Entia alia sunt comprehensibilia sensu, alia intellectu. Auer. ex destruct. destruct. disp. 6. c. 40. col. 2.

Entia sub triplici sunt differentia, vna est materia infima; secunda corpora spherica; tertia intellectus abstractus. Auer. de anim. beatit. cap. 1. ch. 64. colum. 1.

Ens solum producit per creationem, alia autem per informationem producuntur. Albertus magnus de præd. char. 9. colum. 2.

Ens, vnam, res, aliquid, non sunt genera, sed vt principia quædam per prius, & posterius de generibus summis dicuntur. Alb. mag. in præd. c. 36. colum. 2.

Entium quædam sunt existētia; quædam sunt entia, quæ in illis existentijs existunt, quædam sunt formæ simplices, vt species, genera, differentie intelligentiæ, animæ, quæ non corrumpuntur nisi per accidens, quia substantiæ, in quibus sunt, corrumpuntur. Alb. magn. in præd. char. 63. colum. 1.

Entia omnia, aut sunt tantum vnum, aut multa; quorum quodlibet est primum tantum vnum, & sic vnitatis vnus; & hoc non facit numerum, quia vna vnitatis non est numerus, sed multe; & diuersæ. Alb. mag. in 3. metaph. tract. 2. cap. 11. char. 82. col. 1.

Ens diuiditur in decem prædicamenta non vniuocè, sed secundum diuersum modum essendi. D. Thom. in 3. phy. le. 5. tex. 22. char. 35. col. 4.

Ens duplex, rationis, & naturæ. Ens rationis dicitur de illis intentionibus, quas ratio adinuenit in rebus consideratis, vt intentio generis, speciei, & reliquorum,

quæ non inueniuntur in natura, sed considerationem rationis consequuntur; & hoc est proprie subiectum logicæ. D. Tho. 4. metaph. l. 4. te. 5. c. 197.

Entia alia dicuntur esse, quia per se habent esse, vt substantia: alia, quia sunt passiones, vel proprietates substantiæ. D. Tho. meta. 4. l. 1. te. 2. c. 186.

Entis diuisione secundum se, vel secundum accidens attenditur; vt aliquid prædicatur per se, vel per accidens. D. Thom. 5. meta. l. 9. te. 13. ch. 316.

Ens per prius dicitur de substantia, per posterius de alijs accidentibus. D. Th. 7. meta. l. 4. te. 14. char. 450.

Ens diuiditur in necesse esse, & possibile esse. Necesse esse, est de substantijs separatis, de quibus in 12. Possibile esse diuiditur in substantiam, & accidens, de quibus in 7. Ens quoque possibile quæque est in potentia, quæque actu; & sic de actu, & potentia in 9. Ens quoque diuiditur in vnum, & multa, de quibus in 10. In reliquis primis aliqua ponuntur necessaria ad sequentia: in primo vt se habent antiqui circa veritatem entium: in secundo quomodo acquisitio veritatis non est impossibilis: in tertio disputat quædam quæstiones, quæ venari habent in sequentibus libris: in quarto ostenditur ad quæ se extendit potestas huius scientiæ, ad entis scilicet considerationem, & ad considerationem communium, & ad considerationem primorum principiorum; in quinto distinguit res determinandas in hac scientia: in sexto autem, quod modus huius scientiæ est speculatiuus. Ale. de ales in primo metaphysicorum char. 1. colum. 2.

Entis duplex est analogia. Alia est vt vere prædicamenta se habent ad substantiam, quia cum accidentia non habeant esse, nisi ratione substantiæ, ideo ad ipsam habent analogiam. Alia est, vt entia naturalia analogiam habent ad immaterialia. Ale. de ales in 1. metaphysic. char. 10. colum. 3.

Ens duplex, aliud, quod est ens per essentiam, & hoc non est ab alio, & est ens, quod est ab alio, & hoc ens est ens per participationem, ideo finitum est. Ale. de ales in 2. metaph. char. 45. colum. 2.

Ens potest esse quoddam nominatum, sed ab esse essentia, vel ab esse existentia. Primo modo, nec secundo non potest esse genus, ens. Ale. de ales in 3. metaphysicorum tex. 10. char. 64. colum. 2.

Ens prædicamentale in prima diuisione diuiditur in ens in se fixum, quod est substantia: in secunda diuisione diuiditur ens in alia, quæ sunt accidentia, & hæc alia sunt mensuræ; & dimensiones entis fixi, & sic quantitates sunt entia, alia quia sunt dispositiones, & proprietates entis fixi, & hæc sunt qualitates. Alexander de ales in quarto metaph. te. 2. char. 76. colum. 4.

Ens duplex, gens rei, & ens rationis. Ale. de ales in 4. metaph. tex. 5. char. 81. colum. 1.

Ens primo diuiditur in duas partes, in potentiam, & actum: secundo in decem prædicamenta. Alex. de ales in 5. metaph. te. 17. char. 130. col. 1.

Ens imperfectum, & diminutum triplex est: per accidens, in anima, & in motu. Alexan. de ales in 11. metaphysic. char. 316. colum. 3.

Ens ab esse dicitur; illud ergo prædicamentum, quod habet esse in se simpliciter, dicitur ens; alia vero dicuntur entis. Alexander de ales 12. metaphysicorum text. 2. char. 330. colum. 2.

Ens quid est, & quam latius patet.

Ens multipliciter dicitur: nam dicitur de decem prædicamentis, & multum differt de quo intelligatur. Aristote. physico. 1. ex su. 1. cap. 3. te. 13. char. 6.

Entium omnium nihil neque facere dictum est, neque pati contingens a contingente: neque fit quodlibet a quolibet, nisi per accidens; musicum enim fit ex

non musico, & non ex omni non musico, sed ex immusico. Aristoteles physicorum prim. ex sum. 5. cap. prim. text. 43. char. 16.

Ens omne quod fit, fit, & quod corrumpitur corrumpitur, aut ex contrariis in contrarium, & horum media, & media ex contrariis fiunt. Aristoteles physicorum prim. ex sum. 3. cap. 1. text. 47. char. 16.

Ens significat quod verum est: non ens, quod falsum; similiter in affirmatione, & negatione. Aristoteles secundo metaphysicorum. cap. 7. te. 14. char. 96.

Entia omnia per formam sunt id, quod sunt: ergo ex forma omnis perfectio. Alexander aphrod. de anima. lib. prim. cap. 2. chart. 39. colum. 4.

Ens maxime verum est, quia entis veritas est comes. Alex. aphr. ex primo, vel secund. lat. 2. meta. c. 7. c. 47. c. 1.

Ente nihil prius est. Alex. aphrod. in 3. metaph. vel secundum latin. 4. com. 1. ch. 82. col. 2.

Ens in eo quod est ens, natura vna participat. Alex. aphr. in 3. metaph. vel secund. latin. 4. com. 5. c. 84. col. 2.

Ens non est commune genus, sed decem sunt suprema genera. Porp. in 5. voc. cap. 3. char. 39.

Ens necessarium est, quod assidue sine vlla mutatione coheret, necesseque est esse. Am. in Porph. c. 1. col. 2.

Ens existens est vt ad actionum proentum, promotum que fit, ac contingens in rem ipsam inflexum. Am. in Porph. c. pri. colum. 2.

Ens non latius patet, quam necessarium. Am. in Por. c. 1. c. 2.

Ens non est ambiguum, sed ab alio capite declinatum. Am. in Porph. c. prim. colum. 4.

Ens nullius est prædicamenti, quia de decem generibus æquiuoce dicitur. Dex. in præd. c. 1. c. 28.

Ens proprie, & maxime apud Aristot. idem significat, quod apud Plato. ens, vt ita loquitur, ipsissimum. Them. in pri. phy. te. 28. ch. 7. colum. 2.

Entis ratio forma est. Pfellus in pri. phy. c. char. 10.

Entia completa sunt illa, in quorum esse nihil facit anima. Auer. in physic. 4. te. 88. char. 80. colum. 3.

Entium naturalium dispositio est ea habere esse, nisi comprehendantur ad omnia. Auer. 4. phy. t. 13. c. 93. c. 1.

Entis in actu descriptio est, vt sit tangibile, quia non inuenitur corpus non tangibile. Auer. 8. phy. t. 23. c. 164. c. 1.

Ens naturale omne conseruari diligit, & conseruatio ipsius est proprius locus. Auer. meteor. 2. c. 4. c. 203. c. 1.

Entia sunt res, quæ sunt extra animam, quia sunt intellectæ in potentia, & si essent actu, tunc essent intelligentes. Auer. 3. de anima. te. 16. char. 169. colum. 3.

Ens simpliciter est subiectum vtriusque scientiæ; metaphysicæ, scilicet, & logicæ. Auer. in 3. met. t. com. 1. c. 18.

Ens omne cum est ad aliud comparatum, aut erit idem aut diuersum, aut simile, aut dissimile, aut contrarium, aut non contrarium. Aueroes in tertio metaphysic. te. comment. 2. chart. 19.

Entis nomen dicitur de primis intelligibilibus, & secundis, & sunt res logicæ. Auer. in 4. meta. t. com. 2. c. 31.

Ens, quod significat essentiam rei, est aliud ab ente, quod significat verum. Auer. in 5. meta. su. 1. te. co. 14. c. 55.

Entia si non habent actiones proprias, non habebunt essentias proprias. Auer. in 9. meta. te. co. 7. c. 109.

Ens est nomen transumptiuum; quia aliud per hoc nomen intelligit vulgus, quam hoc in loco intelligatur. Auer. epitom. metaph. char. 169. colum. 2.

Ens, quod non est corpus, est in se scientia tantum. Auerr. ex destr. destruct. disput. 6. char. 38. colum. 1.

Ens, & vnum decem prædicamentorum genus esse non potest. Boeth. in Porph. ch. 74.

Entia vere sunt, quæ sunt ex principiis substantiæ composita. Alb. mag. in 6. metaph. tra. 1. c. 1. c. 116. col. 4.

Ens maxime, & vere esse est illud, quod in sua essentia separabile est a materia non dependens in essentialitate ad ipsam, & quod in esse, quod est essentialis actus eius, dat esse omnibus eis, quæ sunt aliqd hoc quod sunt, & hu-

iusmodi est forma, ergo est ens perfectissimum. Alb. mag. in 7. metaph. tract. 1. c. 5. c. 121. colum. 1.

Entia magis sunt, quæ actu sunt. D. Thom. prim. phys. 1. 1. text. 2. c. 1. colum. 3.

Ens simpliciter dicitur id, quod in se habet esse a substantia; alia dicuntur entia, quia sunt huius, quod per se est, vel passio, vel habitus, vel aliquod huiuscemodi. D. Thom. in 11. metaph. l. 7. te. 1. ch. 763.

Entis ratio non est in ente causato, nisi per causas altissimas, ideo eius ratio prius, & principaliter saluatur in causis altissimis, quam in aliis. Alex. de ales in 4. meta. te. 2. chart. 77. colum. 1.

Ens rationis est id, quod factum est ab intellectu, quod est secundæ intentiones, quas fabricat intellectus circa entitatem realem, vt genus, species, particulare, vniuersale, affirmatiuum, & negatiuum. Alex. de ales in 3. metaph. te. 5. char. 81. colum. 1.

Ens, quod prædicatur de creatura, est totum in partibus quia sparsum participatur a creaturis. Alex. de ales in 5. metaph. te. 12. char. 119. colum. 1.

Ens extra animam est mensura entis in anima. Alex. de ales in 5. meta. l. 14. c. 121. colum. 2.

Ens si queritur an per esse reale conueniat alicui, & esse extra animam, est quæstio generis, & si queratur aliquod de entitate conceptus, & proportionis, vt an aliquis conceptus habeat naturam entis, est quæstio accidentis. Alex. de ales. In 5. metaphysic. te. 14. char. 121. colum. 1.

Ens est illud, quod primo intellectui occurrit. Alexander de ales in 5. metaph. te. 17. ch. 129. colum. 2.

Ens est signum adæquationis rei. Alex. de ales in 5. meta. te. 14. char. 121. colum. 1.

Entitatem habens omne sua entitate est ens. Alex. de ales in 7. metaph. te. 5. char. 184. colum. 1.

Entis natura omnis si esset possibilis, abiretur in infinitum, vel res seipsam faceret, quod omne impossibile est. Alex. de ales in 7. meta. te. 17. ch. 271. col. 4.

Ens de quibus fit, & de quibus dicitur, & vbi de ipso tractatur.

Ens nudum si dicitur, non significat esse, vel non esse significat autem compositionem quædam, quam sine compositis non est intelligere. Ari. per her. c. 3. c. 120.

Ens causam generationis esse, rationabilius est, quam non ens. Arist. 2. de gener. & cor. su. 4. c. 1. te. 52. char. 444.

Entia omnia ad aliquid faciunt, qui dicit omnia vera, quæ apparent esse. Arist. 7. meta. cap. 4. te. 20. c. 29.

Entis in quantum ens, causas, & principia querit metaphysicus. Ari. 6. meta. su. 1. c. 1. te. 1. ch. 118.

Entia manifesta esse, quia & ipsa esse oportet. Aristot. 6. metaph. cap. 20. te. 59. c. 159.

Ens dicitur de decem prædicamentis analogice. Aristot. 7. metaph. su. 2. te. 15. c. 130. colum. 3.

Entia, quæ ex aliquibus constant, eiusmodi sunt, cuiusmodi ea, ex quibus constituuntur. Porp. in præd. c. 14.

Ens æquiuocum Aristoteli videtur, prædicamenta; æquiuoce dicuntur prædicamenta; Porp. in præd. c. 23.

Ens de prædicamentis dicitur secundum prius, & posterius, ideo non est commune genus. Ammon. in Porph. char. 1. colum. 3.

Ens prius de substantia, postea de ceteris prædicamentis dicitur, nam perempta substantia, reliqua perimi necesse est. Ammon. in Porph. c. 8. colum. 2.

Entia ab Aristotele tractantur in prædicamentis, non vt de illis exquisitam tradat cognitionem, sed vt est de ipsis vulgi opinio. Ammon. in præd. ch. 20.

Ens æquiuoce prædicatur de prædicam. Dex. in præd. c. 31.

Ens est verbum, quod de decem prædicamentis nomine tantum, non re prædicatur. Boet. in Porph. c. 49.

Entia in materia communicare possunt, in forma non. Auer. in phy. 1. te. 24. c. 8. col. 4.

Ens

Ens omne diligit per se manere. Auer. in physic. 1. te. 81. char. 22. colum. 2.

Entia successiua non habent esse completum extra animam, sed esse eorum componitur ex actione animæ in eo, quod est in eis extra animam. Auer. in physic. 4. te. 88. char. 80. colum. 3.

Ens omne in anima, cui respondet ens in re, figmentum esse ex hoc loco colligit. Auer. 4. phy. t. 141. c. 93. c. 2.

Entium naturalium constitutio, & id, quod est eis quasi vita, est motus; principium enim motus de omnibus mobilibus est vt anima de rebus viuus. Auer. physico. 8. te. 2. char. 154. col. 3.

Ens aliquid esse simpliciter nobile in his inferioribus impossibile est, præter remotionem a prima causa. Auer. de gen. & corrup. te. 59. c. 174. col. 4.

Entia, in quibus dominatur mixtio aquæ, & ignis, sunt longioris vitæ ijs, in quibus dominatur mixtio terræ, & aeris. Auer. de long. & breuit. vit. c. 1. c. 156. col. 2.

Entia omnia non acquirunt esse, & veritatem, nisi a prima causa. Auer. in 2. metaph. com. 9. c. 15.

Ens est in causa, vt non ens intelligatur: quia non intelligitur non ens, nisi in comparatione ad ens. Auero. 4. metaph. com. 16. c. 39.

Ens significat copulationem, quæ est in intellectu, eo quod significat essentiam, quæ est extra intellectum. Auer. in 5. metaph. te. co. 14. char. 55.

Entis nomine digniora sunt prædicabilia, quæ declarant quidditatem indiuidui substantiæ demonstratæ, quam prædicabilia aliorum accidentium, cum nunquam notificent quidditatem substantiæ. Auer. in 7. metaphysic. sum. 1. te. comm. 2. char. 72.

Entium multitudo prouenit ex multitudine materiæ, aut formæ agentis. Auer. in 12. meta. t. co. 11. c. 140.

Entia omnia mensurantur, vt sunt entia per substantiam cum eorum esse consistat in ea. Auer. in epitom. meta. tract. 3. c. 179. col. 3.

Entis omnis non retardatur actio, nisi quia deficit in esse suo aliquid, scilicet quod non exit in esse suo aliquid, scilicet quod non exit in esse suo perfecto. Auero. ex destr. destr. disput. 1. c. 15. col. 2.

Enti cuiuslibet inest diuina intentio, vt perueniat ad recipiendum tantum illius nobilis finis, quantum competit naturæ suæ, nec denegatur ab eius essentia pars ei concessa. Auer. de ani. beat. cap. 4. c. 66. col. 1.

Ens, & vnum de substantia non prædicatur ratione generis, sed prædicatione principij. Alb. mag. 1. pd. c. 15. c. 2.

Ens non prædicatur de substantia essentialiter, vel accidentaliter, sed vt idem cum substantia. Alb. mag. in pd. c. 15. c. 2.

Entia omnia, nec generantur ex contrariis, nec sunt contraria, nam immobilia non sunt, nec existunt ex contrariis. D. Tho. 4. metaph. le. 4. te. 16. c. 200.

Ens non generatur, vt ex ente in actu, sed ex ente in potentia. phy. 1. D. Tho. in poster. ch. 92. col. 3.

Ens, vt ens, habet causam Deum. D. Thom. 6. metaphysic. 1. 3. text. 7. char. 420.

Ens non dicit aliam conceptum a differentiis. Alex. de ales in 3. metaph. tex. 10. char. 64. colum. 2.

Entis consideratio, vt ens, differt a consideratione entis, vt hoc ens, quia primo modo consideratur a metaphysico: secundo ab alijs scientificis particularibus. Alex. de ales in 4. metaph. te. 1. c. 75. colum. 2.

Entia prædicamentalia non sunt vt vniuersa, quia si sic essent, ratio vnius prædicamenti reduceretur ad vnâ rationem communem, & prædicamenta omnia essent vnius rationis, nec æquiuoca, quia ratio vnius prædicamenti non reduceretur ad rationem alterius in habitudine, ergo analogica. Alex. de ales 4. metaphysico. tex. 2. char. 76. colum. 4.

Entitas profundat se inter omnes conceptus, ideo nihil potest concipi simplici intelligentia, nisi concipiatur ens. Alex. de ales in 4. metaph. tex. 9. c. 84. col. 2.

Entis habitudo ad quidditatem est quasi habitudo formalis ad formam. Alex. de ales in 6. meta. t. 1. c. 168. c. 4.

Entitatem non aufert modus significandi. Alex. de ales in 7. meta. te. 5. c. 185. colum. 1.

Ens vt substantia, & accidens.

Entis secundum accidens nulla est speculatio scientialis, quia nec actiua, nec factiua, nec actiua de eo studiosa est, est enim nomine tantum ens, & non enti propinquum est. Ari. 6. meta. ex su. 2. c. 1. t. 4. c. 121.

Entis per accidens non est scientia, quia ipsius non sunt causæ, & principia. Ari. 11. meta. ex su. 3. c. 2. c. 230.

Entis in anima existens, id est, quod significat veritatem compositionis, nec entis per accidens sunt scientiæ. Arist. 11. metaph. sum. 3. c. 2. ch. 231.

Entia cum dicit Aristoteles substantias intelligit. Alex. aphr. in 1. meta. com. 76. c. 39. col. 1.

Entia diuino participant in ipso esse, & multo magis in semper esse. Simp. in 2. de ani. te. 34. c. 31. col. 1.

Ens, quod est per accidens, non habet causam terminatam, & quod est veridicans, non habet causam, nisi animam, & ideo vtrunque nominatur in genere entis diminuti. Auer. in 6. meta. su. 2. c. 2. te. co. 8. c. 72.

Ens per accidens in ente separato imaginari non potest esse per accidens. Auerr. epitom. in meta. tr. 1. c. 169. col. 2.

Ens subiectum est habens accidentia multa, quæ accidenti ei per se: quæ licet realem ad ipsam non habeant differentiam, habent tamen differentiam in modo. Alb. mag. in 4. meta. tract. 1. cap. 3. c. 88. col. 4.

Ens per accidens non cadit sub arte. Alb. mag. ethicor. 5. tra. 4. c. 3. c. 68. colum. 2.

Ens secundum accidens est ens nomine solum, vt vnum de alio prædicatur. D. Th. in 6. meta. le. 2. t. 3. ch. 409.

Ens per accidens, est ex concursu accidentaliter entium extra animam, quorum quodcumque est per se. Diuus Thom. 6. meta. l. 3. te. 7. c. 425.

Entis ratio inter oia prædicata, primo, & principaliter saluatur in substantia. Alex. de ales in 3. metaphysicor. te. 4. char. 55. colum. 4.

Ens per accidens est, cum verbum est nota alicuius prædicati, quod inest subiecto, non per naturam sui, sed accidit, quod inest subiecto. Alex. de ales in 5. meta. te. 12. char. 119. colum. 1.

Ens per accidens duplex, vno modo est congregatum ex essentiis accidentium: alio modo, quod est præter intentionem agentis. Alex. de ales in 6. metaphysico. te. 4. char. 175. colum. 1.

Ens per accidens magis est deuiatio a specie, quam sit species. Alex. de ales in 6. meta. te. 4. c. 175. col. 2.

Ens per accidens dupliciter, vno modo quoad rem subiectam accidentalitati, & sic non est scibile: secundo quoad ipsam accidentalitatem, & sic aliquo modo est scibile, quia accidentalitas est quædam intentio determinata diuisa contra perfectitatem. Alex. de ales in 6. metaph. te. 5. c. 177. colum. 2.

Ens per accidens magis debet dici entia, quam ens, magis vna, quam vnum, magis aliqua, quam aliquid, & per consequens magis quæ, quam quid. Alexand. de ales 7. metaph. te. 12. char. 193. col. 3.

Ens per accidens magis dicitur non ens, quam ens. Alex. de ales 11. metaph. ch. 317. col. 2.

Ens vt mobile, & contrarium.

Entia, & substantiam fere ab omnibus confitetur componi ex contrariis: contraria enim principia omnes dicunt (quod ait secundum antiquorum opinionem, quia nec cœlum, nec substantiæ separata, componuntur ex contrariis.) Aristot. 4. metaphysic. ex sum. 1. c. 2. te. 6. char. 63.

Entia omnia in his continentur, quod vel contraria sunt, vel ex contrariis constant. Ale. aphr. in 3. metaph. vel secundum lat. 4. co. 1. c. 82. c. 1.
 Ens mobile est subiectum scientiæ naturalis. D. Tho. in pri. phys. le. 1. te. 1. c. 1. c. 2.

Ens ut vniuersale, & unum.

Ens vnum, & infinitum si est substantia, & quantum, duo sunt; si autem est substantia solum, & non est infinitum, nec magnitudinem habebit vllâ. Arif. phy. 1. ex. su. 1. c. 3. te. 15. ch. 7.
 Ens, & vnum non sunt genera; quia vniuersumque generis aliquas differentias esse necesse est; & vnum determinatorum, vt ens, & vnum, esse genus impossibile est; quia impossibile est species generis prædicari, de proprijs differentijs; aut genus, de differentijs prædicari, sine proprijs speciebus. Arifto. 3. metaph. ex. sum. 2. cap. 2. te. 10. char. 48.
 Ens, & vnum maxime omnium vniuersalia sunt. Arif. 3. metaph. ex. sum. 2. cap. 4. te. 16. ch. 54.
 Ens, & vnum sunt eadem natura, quia se ad inuicem consequuntur, vt principium, & causa. Arif. 4. metaph. ex. sum. 1. c. 2. te. 3. ch. 61.
 Ens, & vnum cum non differunt in generatione, vel corruptione, eadē sunt. Arif. 4. metaph. ex. su. 1. c. 2. t. 3. c. 61.
 Ens vnumquodq; est vnum per substantiam suam. Arif. 4. metaph. ex. sum. 1. c. 2. te. 3. ch. 61.
 Ens, & vnum cum conuertuntur, tot sunt entis species, quot vnus, de quibus speciebus vnus est metaphysici considerare; vt de eodē, simili, & alijs talibus; fere enim omnia contraria ad hoc principium reducuntur. Arifto. 4. metaph. ex. su. 1. c. 2. te. 3. c. 61.
 Ens, & vnum æqualiter dicuntur. Arif. 4. ex metaph. ex. 1. cap. 4. te. 7. c. 197.
 Ens, & vnum non sunt idem, sed tamen conuertuntur. Arif. 11. metaph. ex. sum. 2. c. 1. ch. 220.
 Entium principia vniuersalia esse debent, & substantiæ non debent esse separatæ. Arif. 13. metaph. ex. sum. 1. cap. 5. char. 295.
 Ens, & vnum subiecto idem sunt. Ale. aphr. in 3. metaph. vel secundum lat. 4. co. 1. c. 81. c. 2.
 Ens omne etiam vnum est, sed forma, & per se existit, & vnum est. Sim. in 2. de ani. te. 7. c. 25. c. 3.
 Ens primum omnia non appetent, nisi ab ipso suâ perfectionem, vt fructum perciperent, & aqua per totum æuum dependerent; ab hoc etiam esse per totum æuum receperunt. Quapropter si primum ens appetibile est omnibus, & ipsius esse omnibus est causa. Sir. in 2. metaph. vel 3. secundum lat. c. 8.
 Ens vnum prius dicitur de forma, deinde de congregato. Auer. 2. de ani. te. 7. ch. 127. c. 4.
 Ens dicitur per pluribus eis, de quibus dicitur hoc nomen vnum. Auer. in 11. metaph. te. co. 7. c. 120.
 Ens, & vnum, sunt vna, & eadem natura, sed significant idem secundum subiecta, & diuersa secundum modum. Auer. in 10. metaph. te. co. 8. c. 121.
 Ens vnum est, a quo emanat virtus vna, qua reperiuntur omnia entia; & quia sunt multa, igitur ex vno, quod est vnum, necesse est, vt sit multitudo. Auer. ex destru. destru. disp. 3. c. 22. col. 3.
 Ens, & vnum, sunt vna, & eadem natura, & vniuersumque rei vera entitas, est eiusdem rei vera vnitas. Alb. mag. in 4. metaph. tract. 1. cap. 15. c. 89. col. 3.
 Entis vniuersalis productio a Deo non est motus, nec mutatio, sed quædam simplex emanatio. D. Thom. in 8. phy. l. 2. te. 4. c. 119. col. 3.
 Ens, & vnum magis sunt substantiæ, quâ principii elementum, & causa. D. Thom. 7. metaph. l. 16. te. 57. c. 565.
 Ens vnum particulare, licet possit reduci ad vnâ causam particularem, tamen totum vniuersum, & totum ens

creatum non potest reduci, nisi ad aliquam causam vniuersalem, & ad intellectum principij. Alex. de ales in 1. metaph. char. 16. column. 2.
 Ens causatum totum deriuatur ab vno exemplari, & ab vno mouente primo, & ordinatum est ad vnum vltimum finem. Ale. de ales in 4. metaph. te. 1. c. 75. c. 4.
 Ens, & vnum non sunt genera. Alex. de ales vndecimo metaph. te. 1. ch. 306. col. 4.
 Ens, & vnum analogice dicuntur ad substantiâ, & accidens. Ale. de ales 11. metaph. te. 1. ch. 307. col. 4.

Ens, ut dicitur actu, & potentia.

Ens alio modo dicitur potentia, alio actu. Arifto. 5. metaph. c. 6. te. 14. ch. 96.
 Entia, quæ potentia sunt, reducuntur ad actum, quia intelligentia est actus. Ari. 9. metaph. c. 6. te. 20. c. 189.
 Entia perfectiora secundum actum, magis habent in se ipsis motus principium. Sim. in 4. de celo te. 24. com. 12. c. 105. columna 4.
 Entia extra animam affirmata non habent negationem oppositam, & negata non habent affirmationem oppositam, quia affirmatio, & negatio considerantur, vt sunt in anima. Auer. in perih. c. 4. c. 37. c. 3.
 Ens in potentia non est priuatio pura, nec actio pura. Auer. in phy. 1. te. 78. c. 21. col. 3.
 Ens in potentia; est aliquid, cui accidit priuatio non in sua substantia; priuatio autem, vt est priuatio est mouens per se. Auer. in phy. 1. te. 79. c. 21. c. 4.
 Entis in actu descriptio est, vt sit tangibile, cum non inueniatur corpus non tangibile. Auerroes physicorum 8. te. 23. char. 164. col. 1.
 Ens habere potentiam ad esse, & non esse infinitum in tempore præterito absque futuro, nec in futuro absque præterito impossibile est imaginari, nisi infinitum adrit super infinitum, quod impossibile est. Auer. 1. de celo te. 124. ch. 40. column. 2.
 Ens in potentia non inuenitur, nisi in ente in actu. Auer. 3. de celo te. 29. ch. 93. c. 4.
 Ens in vniuersali non fit, sed in particulari fit ex potentia ente, & actu non ente. Alb. mag. in 1. phy. ex tract. 2. cap. 6. char. 6. col. 2.
 Ens in potentia est quasi medium inter purum non ens, & ens actu. D. Thom. in 1. phys. l. 9. te. 33. c. 7. col. 2.
 Ens omne quod est actu, vel est actus, vel habet actum. D. Thom. in 1. de celo le. c. 20. col. 2.
 Ens aliquod quanto actu est perfectius, tanto est vehementius actiuum. D. Thom. in 8. physicorum lec. 21. te. 79. char. 147. col. 3.
 Ens in potentia non est ens primo, & per se, & per formalitatem entis, quam habet, sed solum est ens per quandam analogiam, quam habet ad ens. Ale. de ales in 5. metaph. te. 14. ch. 122. col. 2.
 Ens in actu omnino subintrat ambitum entis, quia illud vocatur ens in actu, quod habet entitatem formaliter in se. Ale. de ales in 5. metaph. te. 14. c. 122. col. 2.
 Entitas accidētis non est rediens ad essentia suâ, sed ad essentia substantiæ. Ale. de ales in 6. metaph. te. 5. c. 184. c. 4.
 Entitas completa est ipsius entis simpliciter, id est, substantiæ. Ale. de ales in 7. metaph. te. 5. c. 184. c. 4.
 Ens est diuidere per potentiam, & actum; per duo, quorum vnum est per se in genere, reliquum est per attributionē. Ale. de ales in 9. metaph. te. 1. char. 260. col. 2.
 Ens omne possibile resoluitur ad necesse esse. Ale. de ales in 10. metaph. te. 8. ch. 283. col. 3.

Ens, ut primum, & separatum.

Ens primū est mēlura omnium primorum intelligibiliū, & entium secundorum sensibiliū, quia ipsum est, quod omnia entia creauit, & mensurauit ea mensura conuenienti omni enti. Arif. de caus. prop. 16. c. 989.
 Ens

Ens primum quietum dat vitam ijs, quæ sunt sub se, non per modum creationis, sed per modum formæ. Arif. de caus. prop. 13. chart. 990.
 Entia simplicia, & æterna, & immobilia si fuerint, nullū eorum acquirunt esse necessarium ab aliquo alio. Auer. in quinto, metaph. sum. 1. te. co. 6. char. 52.
 Ens separatum, quod est causa, vt substantia indiuidui hæat esse, est magis substantia; & substantiæ separatæ sunt magis substantiæ. Auer. in epitom. metaphysic. tract. prim. chart. 169. column. 3.
 Entia separata Plato vocauit ideas, & species: species, vt erant principij cognoscendi; ideas, vt erant principij essendi. Alexand. de ales in 1. metaph. chart. 21. col. 2.
 Ens primum solum verum est simpliciter. Alex. ad. de ales in 2. metaphysic. char. 39. col. 1.
 Ens primū est illud, quod imprimitur in anima, secundario vero hoc ens. Alex. de ales in 3. metaph. t. 4. c. 56. c. 1.
 Entia licet sint ab vno primo, non tñ oia vniuersim afficiunt illud. Alex. de ales in 3. metaph. t. 15. c. 71. c. 1.
 Entia omnia attributionem habent ad primam causam, ad primum mouens, & vltimum finem. Alex. de ales in 4. metaphysic. te. 1. chart. 75. col. 4.

Ens, ut sensibile.

Entia sensibilia si queruntur in metaphysica, illa queruntur, non vt sensibilia, sed vt entia. Auerroes in 4. metaphysic. te. comment. 1. chart. 30.
 Entia sensibilia si essent simplicia, non generarentur, nec corrumpentur, nisi dependeret actio agentis primo, & essentialiter a priuatione; sed actio agentis dependet secundario per accidēs a priuatione. Auer. ex destru. destru. disput. chart. 20. col. 1.

Entis, ut est scientia.

Entis cuiusque speciei est aliqua scientia, quare philosophiæ velut sub vna quadam scientia ordinatæ sunt. Alex. aphrod. in 3. metaphysic. vel secundum latin. quart. comment. 6. char. 85. col. 1.
 Entis, & vnus cum nullum sit genus, nec definitiones erunt. Alexander aphrod. in 7. metaph. vel secundum latin. 8. comment. 14. chart. 221. col. 2.
 Entia in generalissimas differētias difficile est diuidere. Simplicius in præd. chart. 16.
 Ens in instanti non est ens in eo, ita quod sit quiescens, vel motum, sed tali modo essendi, in quo hæc duo contraria falsa sunt; & si dicat quies, erit equiuoce. Auer. physic. 6. te. 74. chart. 134. column. 4.
 Entia omnia non intendunt per suas operationes, nisi vt assimilantur perfecte nobili, quod est Deus, secundum quod in natura eorum est acquirere de assimilatione. Auerroes secund. de cel. tex. 34. ch. 66. col. 4.
 Ens dictum de decem prædicamentis non notificat de eis vnâ naturam, cū naturæ eorum sint diuersæ. Auer. in 3. metaphysic. tex. com. 10. chart. 23.
 Entia, quæ non sunt extra animâ, non dñr esse simpliciter, sed in aia cogitativa, aut appetitiva, sed non dñr entia, vt res mobiles. Auer. in 9. metaph. t. co. 7. ch. 109.
 Entium, quæ a natura cāntur, non pōt esse scientia per ea, quæ sūt a nobis, sed potius scientia haberi pōt ex principijs cāntibus essentia, & esse eorū in natura; quæ non nisi per contemplationē sunt in nobis. Alb. mag. de pd. c. 1. c. 3.
 Entium, quæ sunt a nobis, non pōt esse scientia vera apud nos, nisi per ea principia, quæ sunt in nobis, per quæ nos sumus causæ eorū, quæ sunt in nobis, cuius finis non est verū, sed bonū, quod bonū in nobis ē. Alb. mag. de pd. c. 1. c. 3.
 Entia omnia nihil, quod est in determinato genere, consequitur. D. Thom. 4. metaphysic. l. 2. te. 3. ch. 190.
 Ens non expectat aliquod additum, vt sit substantia, vel quantum, vel quale, sed statim a principio est substantia,

quantum, vel quale, ideo nec ens, nec vnum ponuntur in definitione. Diuus Thomas octauo, metaphysic. l. quinto, tex. 16. chart. 625.
 Ens speculatur a metaphysico, non sub ratione particulari, sed tanq̄ ens, & principiter, & circa principale ens, quod est substantia. Alex. de ales in 1. metaph. ch. 1. c. 2.
 Entia possibilia, & materialia, parum habent certitudinis ex parte rei. Alexand. de ales in 1. metaph. c. 8. c. 1.
 Ens, vt analogum ad decem prædicamenta, & vt analogum ad materialia, & immaterialia consideratur in metaphysicis. Alex. de ales in 1. metaph. c. 10. c. 3.
 Ens si esset æquiuocum, nulla scientia esse posset circa totum ens, quia illa, quæ cadunt sub vna scientia, debent habere vnitatem, vel vniuocam, vel analogam. Alex. de ales 11. metaph. te. 1. ch. 308. col. 3.
 Ens, vt ens, vel est incognitum, vel est dare scientiam vnâ vniuersalē, quæ circa ens, vt ens versetur. Alex. de ales 11. metaph. chart. 314. col. 4.
 Ens est ferrum anceps ad animalium occisionem fabre factum. Porphy. in prædica. chart. 4.
 Enses fiunt duri, vt alios gladios interfecerit, si extinguerentur sæpe in aqua raphani commixta cum humore, qui exprimit de vermibus, qui lubrici dicunt terrestres. Alb. mag. in 4. meteor. tract. 2. ca. 1. ch. 126.
 Entelechia, alia prima, alia secunda, prima est scientiæ actus, & habitus ipsi, secunda sunt actiones, quæ iuxta scientias, actus, & habitus ipsos, proficiuntur. Alex. aphrod. in 2. de anim. cap. 3. char. 43. col. 3.
 Entelechia est peculiare Aristotelis inuentoris nomen, & significat formam, quæ est actu, & secundum hoc est vnus finis acceptio, vel receptio vnus essentia profecta, vel interni finis continuatio, id est, habitus iuxta absolutum finem. Simplicius in secundo, physicorum text. 13. chart. 97. columna 2.
 Entelechia duplex, alia, vt forma quiescens, perfecta, vt anima, alia est actus. Sim. in 3. phy. ch. 147. col. 1.
 Entelechiam aliam separabilem, aliam inseparabilem nouit Aristoteles; & quod animam (maxime rationalē) tanquam separabilem entelechiam dicat in ijs, quæ de anima, a multis præclaris viris ostensum est. Sim. in 2. de celo tex. 5. com. 2. char. 57. col. 2.
 Entelechiæ non sunt nisi formæ habentes virtutem in corpore, quarū operationes sine corporibus esse non possunt, vt propria operationē aliq̄ non hæant, quæ non sit coniuncti operatio. Alber. mag. de caus. & proces. vniuers. a. 1. cau. l. 2. tract. 1. cap. 11. ch. 202. col. 4.
 Enthimema est syllogismus imperfectus ex verisimilibus, & signis. Arif. prior. l. 2. cap. 27. char. 291.
 Enthimema est, si vna tātum sumitur propositio, si duæ, syllogismus. Arif. prior. l. 2. cap. 27. char. 292.
 Enthimema probabilissimum est, quod fit per primam figuram. Arif. prior. l. 2. cap. 27. ch. 292.
 Enthimemata tū ex proprijs propositionibus cuiusvis artis, tū ex locis communibus ducuntur. Arif. rhe. t. c. 14.
 Enthimematum maxima pars ducitur ex proprijs propositionibus, minor ex communibus. Arif. rhe. t. c. 14.
 Enthimemata iudicialibus maxime cōperunt, quia carissam, & demonstrationem recipit potissimum factum propter obscuritatem. Arif. rhet. t. c. 1. ch. 42.
 Enthimemata faciendā sunt non ex omnibus, quæ probantur, sed ex definitis, aut ijs, qui iudicant, aut ijs, quos ipsi approbant, nec dubiū illud esse quin ita, aut omnibus, aut plurimis videatur: & non solum ex necessarijs, sed etiā ex ijs, quæ vt plurimū. Arif. rhe. c. 115.
 Enthimemata qui facere vult primo tenenda sunt, quæ insunt rei, quam persuadere volumus, vel omnia, vel quædam: quia si nihil teneas, ex nihilo nihil colligere poteris, & intueri non est in ea, quæ indefinita, sed in ea, quæ insita sunt, de quibus habetur oratio, & quæ plurima, eaque rei proxima completendo. Arif. rhetoricorum secund. chart. 115.
 Enti-

Enthimema facilius fiet, si plura habeantur eorū, que in sunt quo vero propiora, eo magis propria, & minus communia. Aristoteles rhetoricorum 2. ch. 116.

Enthimematum duo sunt genera: nam alia ad ostendendum esse, vel non esse apposita sunt: alia ad refutandum: & hæc ita differunt, ut elenchus, & syllogismus in dialecticis, ad ostendendum vero appositum enthimema est, quod colligit ex confessis, ad refutandum vero, quod in confessa. Arist. rhetor. 2. ch. 117.

Enthimema dissoluitur, vel opponendo syllogismis, vel afferenda obiectione, opponi autem possunt syllogismi ex iisdem locis, quia mala probabilia sunt inuicem contraria: obiectiones vero quadrifariam afferuntur, vel a se, aut a simili, aut a contrario, aut a iudicatis. Aristotel. rhetor. 2. chart. 131.

Enthimemata ex quatuor ducuntur, verisimili exemplo, techmerio, & signo: quæ autem ex ijs, quæ plerumque sunt, aut esse videntur, sunt a verisimilibus: quæ ex inductione, aut vnus rei similis, aut plurium; sumpto vniuersali concluditur, quod est in parte, ab exemplo, quæ ex necessario ac existente a techmerio, quæ ex vniuersali, aut particulari siue existat, siue secus, a signis. Aristotel. rhetor. 2. chart. 131.

Enthimemata, quæ ab exemplo, & verisimili ducuntur, dissolui facile est, si vnum aliquid non ita euenisse ostendere possumus. Arist. rhetor. 2. ch. 132.

Enthimemata non sunt probanda, quæ eminentia sunt, id est quæ sunt omnibus nota, & quæ scrutari non attingit: nec quæ, postquam sunt prolata, ignoramus, sed quæ simul dum proferuntur, intelligimus, etiam si ante non intelligebamus, aut quæ paulo post metis agitatione consequimur; si quidem efficitur, quasi perceptio quædam, illo vero modo neutram. Ac si sententia eorum, quæ dicuntur, spectatur, hoc modo enthimemata probantur; si autem elocutio primo figura opposita dicta, ut si bello pacem opponis, & nominibus, si translationem contineant, eaque nec alienam, quia ad videndum difficilis est: nec eminentem, quia non afficit; & deinde ante oculos ponant, quia cernere quæ agantur potius quam quæ agenda sunt, conuenit; quo fit ut hæc tria spectare oporteat, translationem, oppositionem, & actum. Aristoteles rhetoricorum 3. chart. 152.

Enthimemata iudicibus accommodata sunt. Aristotel. rhetor. 3. chart. 171.

Enthimemata continenter proferre non debes, sed permiscere, nam mutuo se ledunt. Arist. rhet. 3. ch. 171.

Enthimemata de omnibus rebus non sunt indiganda. Aristot. rhetoricorum 3. chart. 171.

Enthimemata, quæ refellendi vim habent, vehementius probantur, quam quæ monstrandi, quia, quæ refellunt, syllogismo conclusa esse apertius est, si quidem contraria inter se collata notiora sunt. Arioteles. rhetoricorum 3. chart. 172.

Enthimema non est ratiocinatio. Alex. aphrod. in 1. lib. prior. cap. 1. chart. 5. column. 3.

Enthimema a ratiocinatione vna, propositioe superat, veritatisque speciem, ac simulachrum præbet, quæ re perfecta appellatur ratiocinatio. Amm. in Porph. ch. 2. col. 1.

Enthimema fit per verisimile, & signum. Ioann. gram. in 2. priorum cap. 26. chart. 83. col. 2.

Enthimema est imperfectus syllogismus, cuius aliquæ partes, vel propter breuitatem, vel propter notitiam prætermittuntur. Boet. in top. cic. l. 1. char. 764.

Enthimema est mentis conceptio. Boethius in topicor. cic. lib. 5. chart. 832.

Enthimema a syllogismo ducit exordium, & exemplum ab inductione. Boet. de differ. top. l. 2. ch. 864.

Enthimema est oratio, in qua non omnibus antea propositionibus constitutis, infertur festinata conclusio. Boeth. de differ. topic. l. 2. chart. 864.

Enthimema, & syllogismus in hoc conueniunt, quod ambo sunt oratio, in qua ponitur aliqua res, & ex ea alia inferitur. Auerroes rhetoricorum 1. tract. 2. cap. chart. 31. column. 2.

Enthimema sub syllogismo colligitur. Albertus magn. in priorum chart. 167. column. 3.

Enthimema est syllogismus procedens ex verisimilibus, & signis. Albertus magnus in prior. ch. 169. col. 3.

Enthimema non dicitur constare ex pluribus signis, sed quandoque ex verisimilibus, & quandoque ex signis. Albertus magnus in prior. chart. 170. col. 2.

Enula campaua dicitur, quia florem ad modum capane habet; calida, & sicca est, doloribus iuncturam prodest. Alb. mag. de veg. l. 6. tract. 2. cap. 6. ch. 165. col. 2.

Enumeratio partium est quædam partium ipsarum a se dissipatio. Boeth. in topic. Cic. l. 1. chart. 772.

Enumeratio partium substantiam efficere solet: si reddit vniuersale facit genus: si partium coniunctione completur, facit totum. Boeth. in top. Cic. l. 4. ch. 810.

Enunciacionis diuisio.

Enunciatio distribuitur in affirmationem, & negationem, ut vox multa significans in diuersas significaciones, Mag. in lib. interpretio. chart. 5.

Enunciatio distribuitur in affirmationem, & negationem, ut genus in species. Ioan. gram. in 1. post. c. 2. ch. 7. col. 1.

Enunciationem transferre de aliqua re in aliquam rem tribus fit modis: primo ex vniuersali ad singulare, & sic est syllogismus: secundo ex omnibus partibus, vel pluribus ad vniuersale, & sic est inductio: tertio ex simili singulari ad singulare simile, & hoc est exemplum. Auerroes in topicorum 1. cap. 10. chart. 261.

Enunciationes simplices, quæ duobus terminis consistunt, alia ex infinito subiecto sunt, alia ex finito, & harum in alijs est vniuersale signum, in alijs vero particulari. Boeth. in lib. de interpretatio. chart. 381.

Enunciatio alia simplex, alia composita. Boeth. ad cat. sil. ex. intro. chart. 562.

Enunciatio, aut diuiditur panes componentia ipsam, & sic vel est simplex, vel composita, vel plures, & quodammodo vna, si qualitas ipsius aspicitur, sic vel affirmatiua, vel negatiua, & si vna est ratio enunciationis, sic non diuiditur. Alb. mag. in perher. ch. 85. col. 3.

Enunciatio cum modo, duobus dicitur modis: a modo compositionis, & a modo rei prædicatæ. Modus rei prædicatæ est, ut Socrates legit bene, male, & hic non facit totam propositionem modalem: alius modus est specialis disponens in formam specialem, ponensque compositionem, ut possibile, contingens, necessarium, impossibile: & hic modus propositionem modalem constituit. Alb. magnus in perher. ch. 91. col. 4.

Enunciatio quatuor modis dicitur singularis. Primo, cum subiectum sua significatione per qualitatem, quæ significat, est discretum, ut Socrates legit. Secundo quoad significationem alicuius discretionem facientis circa terminum communem in subiecto positum, vel ille, homo legit. Tertio, cum subiectum simpliciter stat pro essentia simplici, quam significat, ut homo est species. Quarto, cum priuatur a termino communi, qui est in subiecto, hoc, quod est prædicari de pluribus, quod solum facit per terminum communem, ut omnem hominem currere est possibile. Albertus magnus in perher. chart. 94. column. 2.

Enunciationis tres sunt modi: alia enim est simpliciter vna, & vnum significat: alia est simpliciter plures, & plura significat, sed secundum quid est vna, & coniunctione est vna: alia est simpliciter plures, quæ neque coniunctione, nec alio modo vnum significat. Diuus Thomas in perher. chart. 7. col. 4.

Enunciatio quinque modis diuiditur: ut est vna simpliciter,

placiter, vel coniunctione vna: secundo secundum quantitatem, ut est vniuersalis, vel particularis, indefinita, & singularis: tertio secundum qualitatem ut affirmatiua, & negatiua: quarto secundum tempus præsens præteritum, & futurum: quinto secundum materiam, vel de inesse, vel de contingenti, vel de impossibili, vel de necessario. D. Tho. in perher. ch. 12. col. 2.

Enunciationis multiplices quatuor sunt modi. Primus, cum subiicitur, vel prædicatur vnum nomen, quod impositum sit pluribus, ex quibus fit vnum, non ut vnum. Secundus ex quibus fit vnum in quantum plura sunt, & distinctæ actualitates subiiciuntur, vel prædicantur. Tertius, cum est vnum nomen pluribus impositum, ex quibus non fit vnum. Quartus, cum ista plura, ex quibus non fit vnum, vel subiiciuntur, vel prædicantur. Thomas de vio Caiet. in perhermen. chart. 22. column. 3.

Enunciatio, & opinio per se vera duobus modis est: primo in se ipsa secundum modos in posterioribus declaratos: secundo respectu suæ oppositæ. Tho. de vio Caiet. in perhermen. chart. 35. col. 1.

Enunciatio quid est.

Enunciare est, quod est non esse, & quod non est esse, & quod est esse, & quod non est non esse, & simili liter extra tempus primum, quæ sunt circa tempus. Aristot. perher. cap. 4. chart. 122.

Enunciatio est contradictio quælibet particula. Aristot. lib. 1. tex. 5. chart. 298. col. 2.

Enunciatio sola in differenti ratione cadere potest. Ammon. in Porph. chart. 3. col. 2.

Enunciatum est id, quod aliquid inesse, vel non inesse declarat. Ammon. in Porph. chart. 3. col. 2.

Enunciatum est illud, de quo est oratio, & de illo sunt propriæ orationis partes: cætera autem, quæ propositio completur, vsu coniunctionum habentur. Io. gram. in 1. prior. cap. 1. chart. 6. col. 1.

Enunciatio, propositio, problema, subiecto eadem sunt, ratione, & habitudine differunt. Ioannes gramm. in 1. posterior. cap. 2. chart. 7. col. 1.

Enunciatio si est pars syllogismi, propositio vocatur. Ioannes gramm. in 1. post. cap. 2. chart. 7. col. 1.

Enunciatio, propositio, & quæsitum, vnum sunt subiecto, differunt ratione, quia oratio iudicatiua cum accipitur ex parte, qua significatur verum, vel falsum, dicitur enunciatio, cum ex parte, qua est pars syllogismi, dicitur propositio, cum ex parte, qua est ignota, dicitur quæsitum. Auerroes in posteriorum lib. pri. tex. commento 13. chart. 132.

Enunciatiua oratio simplex est, in qua, cum verum falsum ne sit, illud tamen est, ut sine coniunctione totus orationis ordo proponatur. Boet. n. l. de inter. c. 2. 16.

Enunciatio est perfectus orationis intellectus, in quem veritas, aut falsitas cadit. Boet. in l. de interp. ch. 3. 12.

Enunciatio sola aliquid esse, vel non esse designat. Boet. ex introd. ad cat. sil. chart. 561.

Enunciatio, siue sui tantum dicat, siue ad aliud afferat approbandum, propositio est. Boet. de dif. top. l. 1. c. 857.

Enunciatio est materia remota ad syllogismum, propositio est materia propinqua. Alb. magn. in perher. c. 9. col. 2.

Enunciatio est oratio, in qua verum, vel falsum est. Diuus Thomas in perhermen. chart. 6. col. 3.

Enunciatio, ut affirmatiua, & negatiua.

Enunciatio affirmatiua est qua aliquid de aliquo significatur. Boet. ex introd. ad cat. sil. chart. 562.

Enunciatio negatiua est, quæ aliquid ab aliquo prædicatione seungit. Boet. ex introd. ad cat. ch. 562.

Enunciationis quantitatem variat negationis situs: in

singularibus non variat, in vniuersalibus autem variat. Thom. de vio in perher. chart. 21. col. 1.

Enunciationis partes, & in quo libro de ea tractatur.

Enunciatio omnis, ex nomine, & verbo oritur. Ammonius in lib. de interp. chart. 5.

Enunciatio nulla sine verbo esse potest. Mag. in lib. de interpret. chart. 22.

Enunciatio sine modo esse potest, sine materia non potest. Mag. in libro de interp. chart. 31.

Enunciatio tractata est in libro de interpretatione, in priore autem, de propositione, quæ argumenti est pars, differit. Ioan. gram. in 1. prior. cap. 1. ch. 25. col. 3.

Enunciatio tria considerata in se habet: Primum ipsas dictiones, quæ prædicantur, vel subiiciuntur, ut nomina, & verba: Secundum compositionem ipsam, ut verum, uel falsum significat. Tertium oppositionem vnius enunciationis ad aliam. Diuus Thom. in perhermen. chart. 16. column. 2.

Enunciationis pars principalior prædicatum est, eo quod est pars formalis, & eius completiua. D. Tho. ibid. ch. 7. col. 2.

Enunciatio, ut vniuersalis, & particularis.

Enunciationem præter naturam facit qui particulari de vniuersali enunciat. Mag. in prior. c. 39. col. 2.

Enunciatio vniuersalis est, quæ siue affirmat, siue negat vniuersaliter tamen enunciat vniuersale subiectum. Boethius ex introd. ad cat. sil. chart. 562.

Enunciationes particulares sunt, quæ uel affirmando, uel negando ambitum subiecti vniuersalis in partem redigunt. Boeth. ex introd. ad cat. sil. chart. 562.

Enunciatio particularis ab enunciatione in singulari differit; nam particularis vniuersali aliquæ subiicit, nec quis sit iste designat, singularis autem quæ aliquæ sumit, & quis sit iste designat. Boeth. ex introd. ad cat. sil. chart. 562.

Enunciationes vniuersales, si sunt ueræ, sunt et particulares, non autem econtra, & si falsæ sunt particulares, falsæ iterum sunt vniuersales, non autem econtra. Boeth. ex introd. ad cat. sil. chart. 366. Idem 587.

Enunciatio, ut indefinita, & singularis.

Enunciationes indefinite, id est vniuersales non vniuersaliter, ut homo albus, non semper, hæc quid est uera, illa falsa. Arist. perher. l. 1. cap. 6. chart. 124.

Enunciatio infinita differit a negatiua, quia aliquando inuenitur simul cum sua opposita in uno, & eodem, aliqui caret subiectum utraq; ipsarum: enunciatio uero affirmatiua, & negatiua nunquam complicantur simul in uno, & eodem. nec est aliquid quod careat utroque. Auer. in 2. prior. sect. 3. cap. 2. char. 97. col. 4.

Enunciationes indefinite sunt, quæ absque vniuersalitate, uel particularitate determinatione dicuntur. Boethius ex introd. ad cat. sil. chart. 562.

Enunciationes singulares, quæ sunt, de singulari aliquid, & de indiuiduo affirmando, negandoue proponunt. Boethius ex introd. ad cat. sil. chart. 562.

Enunciationes infinite particularibus respondent, eademque cum ueritatis, & falsitatis significationibus obtinent. Boeth. ex introd. ad cat. sil. ch. 569. Idem 586.

Enunciationes singulares cum non differunt quantitate sola differunt, semperque uerum a falso dirimunt, nisi ea impediunt, quæ sensum, alio, atque alio solent deflectere. Boethius ex introd. ad cat. Syl. char. 569.

Enunciatio, ut modalis.

Enunciatio cum modo, alia est generalis, alia specialis: generalis dicitur a modo generaliter sumpto: specialis

specialis quatuor modis, nam qui dicit esse, uel dicit esse promixtū potētię, & sic est possibile, & cōtingēs, uel in actu poro, & tunc, uel in esse, & est necessariū, uel in non esse, & est impossibile. Albertus magnus in periherm. chart. 92. col. 1.

Enunciationis modalis duplex est subiectum, subiectū locutionis, & subiectum enunciacionis. Alber. magn. in periherm. chart. 93. colum. 4.

Enunciatio modalis, quamuis sit singularis quoad totū, tamen quoad subiectum dicit potest esse uniuersalis, uel particularis, uel indefinita, uel singularis. Albert. magn. in periherm. chart. 94. col. 3.

Enunciatio modalis nō dicit aliquid inesse, uel non sed dicit potius modum enunciat. Thom. de uio Caiet. in periherm. chart. 26. columna 1.

Enunciaciones de impossibili recte illatæ fuerunt ab antiquis, de necessario non. Thomas de Vio Caiet. in perihermen. chart. 28. col. 4.

Enunciatio, ut simplex, & composita.

Enunciatio simplex est uox significatiua de eo, quod est aliquid, uel non est, ut tempora diuisa sunt. Ari. perihermen. cap. 4. chart. 122.

Enunciatio simplex est, quæ cōditione seposita, aliquid esse, uel nō esse pponit. Boc. ex intro. ad cat. fil. c. 562.

Enunciatio composita est, quæ ex duabus enunciacionibus simplicibus, copulante conditione consistit. Boethius ex introd. ad cat. fil. chart. 562.

Enunciacionum simplicium, aliæ differunt qualitate, aliæ quantitate: in qualitate, alia affirmatiua, alia negatiua: in quantitate, alia uniuersalis, alia particularis, alia indefinita, alia singularis. Boc. ex intro. ad cat. fil. c. 562.

Enunciacionum simplicium partes sunt subiectū, & predicatum. Boet. ex introd. ad cat. fil. chart. 562.

Enunciacionum oppositio, & equipollentia.

Enunciaciones contrariæ sunt in quibus enunciat uniuersaliter in uniuersali, quod est, uel non est, ut ois hō albus, nullus hō albus. Arist. perih. c. 5. c. 123.

Enunciaciones sub contrariæ sunt, cū in uniuersalibus non uniuersaliter dicit esse, uel non esse; ut aliquis hō albus, non aliquis hō albus. Arist. perih. ca. 5. p. ch. 123.

Enunciaciones contradictoriæ sunt, quæ uniuersaliter significant eidem, quod non uniuersaliter; ut omnis homo albus est, nō omnis homo albus est, uel nullus homo actus est, aliquis homo albus est. Aristoteles perihermen. lib. pri. cap. 5. chart. 123.

Enunciaciones contrariæ simul esse ueræ non possunt. Aristotel. perih. lib. pri. cap. 6. chart. 124.

Enunciaciones subcontrariæ aliquando simul ueræ sunt. Aristot. periherm. lib. 1. cap. 6. chart. 124.

Enunciaciones contradictorię si altera est uera, altera necessario est falsa. Arist. perih. lib. 1. cap. 6. chart. 124.

Enunciatio, & si sit potissima interpretatio, tñ nō cōuertitur cū interpretatione. Alb. mag. perih. c. 79. c. 1.

Enunciaciones, in quibus sunt uerba adiectiua, æquiualent enunciacionibus de tertio adiacente. Thomas de Vio Caiet. in perih. chart. 19. col. 4.

Enunciatio nulla sequitur ad illam, cuius ueritatem ipsa destruit. Tho. de Vio Caiet. in perih. ch. 30. c. 3.

Enunciatio, ut una, & plures.

Enunciatio una alia est una significatione, & nō uoce, ut animal rationale, & mortale est homo, alia uoce, & non significatione, in qua æquiuocum est, ut canis, alia uoce, & significatione, in qua unū, quod nec æquiuocum, nec multiplex est, prædicatur. Alb. magnus in perih. chart. 85. col. 3.

Enunciaciones plures sunt, in quibus, uel plura de uno, uel unum de pluribus enunciat. Albert. magnus in perih. chart. 98. col. 2.

Enunciacionis unitas nō interrumpit nec p cōpositionē, nō notat uerbum, nec per multitudinem nominum, ex quibus constat definitio. D. Tho. in perih. ch. 7. c. 2.

Enunciatio, ut uera.

Enunciatio nulla uera de generibus primis potest enunciat. Mag. in prior. char. 30. col. 1.

Enunciacionis ueritas est adæquatio uocis significati, & rei, quæ significatur per uocem, & ideo uerum, & falsum est in uoce, ut in signo, ad rem relatū. Alb. magnus in prædic. chart. 42. column. 1.

Epar causa cordis est, ut medicus causa sanitatis. Mich. ephes. de iuent. & senec. de vit. & mort. ch. 31. col. 1.

Epar, cum sensum non habeat ex se, per neruos ad iudicium descendentes apostemata, & læsiones sentit. Alb. magn. de animal. lib. 1. tract. 2. cap. 18. ch. 16. col. 3.

Epar hominis maius est proportione corporis, quā epar alciuius aliorum animalium. Albertus magn. de ani. lib. primo. tract. 3. cap. 5. chart. 27. col. 4.

Epar hominis est rotundum simile in figura epari tauri, licet non sit tantum in quantitate. Alber. mag. de ani. lib. prim. tract. 3. cap. 5. chart. 28. col. 2.

Epar, splen, & renes, in omnibus hæc membra habentibus eodem in loco sunt; quod si alibi sunt, monstrū est. Alber. magn. de ani. lib. 2. tract. 2. cap. 1. ch. 35. col. 1.

Epar, & splen uirtutem habent coquendi cibum; & si sit melancholice uas, tamen ex uenis, quæ sunt in ipso, habet calorem iuuantem ad cibi digestionem. Alber. mag. de ani. lib. 13. tract. 1. cap. 6. chart. 115. col. 4.

Ephemerides auis est, quæ in Hispani fluuio apud Cimmerium Bosphorum sub solstitio, ueluti ex quibusdā folliculis erūpit; quod genus uiuit usque in post meridiano diei, & uolat: mox Sole descendente marcescit, & languet, & occidentē emoritur. Aristot. de histor. anim. 5. cap. 19. chart. 179.

Ephesij in pecuniarum inopia leges tulerunt, ne feminae apud ipsos aurum portarent, & quodcumque in presentia haberent, mutuo ciuitati darent, & columnis, quæ in templo erant certo argenti numero definito, quem conferre oporteret, nomen eius, qui argentum dedisset, inscribi permiserunt tanquam ijs dedicasset. Aristotel. œconom. 2. chart. 812.

Epicicli, qui ponunt ab Astrologis, sunt falsi, & forsā et eccentrici, & magis. Auer. 2. de celo. tex. 8. ch. 4. col. 1.

Epiciclum esse impossibile est, quia impossibile est, quod corpus, quod circulariter mouet moueatur, nisi in circuitu centri. Auer. 2. de celo. tex. 35. char. 53. col. 4.

Epiciclos, & eccentricos, nec approbat, nec reprobat. Alb. magn. in 11. metaph. tr. 3. cap. 1. ch. 162. col. 3.

Epiciclum, uel eccentricum datur extra naturam. Auer. in 12. metaph. tex. comment. 45. chart. 154.

Epiciclus, ut sit impossibile est omnino. Auerroes in 12. metaph. tex. comment. 45. chart. 154.

Epicichroma syllogisticus est dialecticus. Aristot. topicor. lib. 8. cap. 4. chart. 567.

Epicuri existimauerunt primū domesticum homini esse uoluptatem simpliciter, sed progressu temporis corrigi, & emendari. Alexand. aphrod. in secund. de animal. cap. 40. chart. 51. col. 3.

Epiglottis, quæ est membrum gutturis, habet masculos se mouentes quorū unū quidem par est, quod ab offe laude nascitur, & uadit ad anteriora peltalis, & expanditur super ipsam, & contractione sua trahit cymbalarē ad interiora, & anteriora gutturis, & dilatat Epiglottis, & p̄m est unum par, quod tñ Galenus numerat inter gulæ musculos; est tñ commune gulæ, & Epiglottis, & oris in thorace, & extenditur ad peltalē, & contra-

contractione sua aperit, uel adiuuat in aperiendo supra dicta paria musculorum. Alber. magn. de anim. lib. pri. tract. 2. cap. 14. chart. 14. col. 3.

Epiglotem constringentes muscoli sex sunt; unus oritur ab offe laudis, extenditur ad peltalem, & recedens expanditur super innominatum, & continuatur illi, & cum contrahitur claudit Epiglotem: alij quatuor tangunt peltales, & innominati extremitates, & contractione sua coangustant Epiglotem: aliud pars est occultum, & aliud manifestum. Nascuntur a radice innominati, & cymbalaris a dextris, & sinistris, & tali clausura claudunt Epiglotem, quod musculos pectoris, & diaphragmatis ualeant refrenare ne aerem atrahant illo tempore, sunt parui, ne Epiglotti facerēt argustias, & fortes, ut prohibere possint aeris attractionē. Alb. mag. de ani. lib. 1. tr. 2. cap. 14. ch. 14. c. 3.

Epigramma erat in Delo. Si uales, optima, si es iustus, pulcherrima res est, iucundissima, si quis, quod amat, potitur. Arist. 1. ethic. cap. 8. chart. 17.

Epilepsia multis accidit dormientibus, uigilantibus uero minime; cum enim multus fertur spiritus sursum descendendo rursum, uenas tume facit, quibus coarctat meatum, quo fit respiratio. Aristot. de somn. & uigil. cap. 4. chart. 55.

Epilepsis nihil aliud est, quam omnium sensuum feriatio, qui & in somnis feriantur, ideo epilepsis somno similis est. Mich. ephes. de som. & uig. chart. 13. col. 4.

Epilepsis necessario fit ob abundantiam uaporis, obturata aspera arteria. Mich. ephes. de somn. & uic. c. 13. c. 4.

Epilogis, ex intermedijs partibus, ubi uolueris maxime auditoribus aliqua esse nota, ut oportet. Aristoteles rhetoricor. ad Alexander cap. 21. chart. 218.

Episodice simplicium fabularum actionum ueræ sunt, quæ deterrimæ, & episodice appello, in qua non uerisimiliter, nec necessario, mutua episodica nectant. Aristoteles de poet. cap. 8. chart. 270.

Episodum est pars tregediæ inter choricis perpetuos cantus. Aristot. de poet. cap. 10. chart. 272.

Epistrites lapis est natus in mari rutilans. & rubicundus; grandines a fructibus compescere fertur. Solis oculo oppositus igne, & radios igneos emittit, & si in aqua feruentem projiciatur, cessat ebullitio, & frigescit. Alb. mag. in 2. de mineral. ex. tra. 2. ca. 5. ch. 140. col. 2.

Epithetum, & a malo, & turpi, & a meliori formari licet. Aristotel. rhetoricor. 3. chart. 140.

Epithimū, & thimus utraque calida, & sicca herba est. Alb. magn. de uerget. lib. 8. tract. 2. cap. 5. ch. 165. col. 1.

Epopeie contextus a tragico differt longitudine metri. Aristotel. de poeticorum cap. 22. chart. 293.

Equus, ut ad generationem pertinet.

Equus, & mas, & femina inire incipit biennio, aut, ut in pluribus, in trimatu coeunt, ac proficiunt subinde in generando, & usque ad annos 20. procreant problem præstantiorem, coeunt mares ad annos 33. feminae ad 40. uiuit magna ex parte mas usque ad 35. femina plusquam 40. etram usque ad 65. uixisse equū proditum est. Arist. de hist. ani. 5. cap. 23. ch. 162.

Equæ potissimum incenduntur libidine, mox uaccæ. Arist. de histor. anim. lib. 6. cap. 18. chart. 228.

Equæ, & uaccæ inditum suæ libidinis præstant genitilis specie promentiore. Arist. de hist. ani. 6. c. 18. c. 226.

Equo uno tricenæ, aut paulo plures equæ dantur. Arist. de historia animal. 6. cap. 18. chart. 226.

Equa facillime omnium quadrupedum parit. Aristotel. de historia animal. 6. cap. 18. chart. 227.

Equus coire incipit bimus, tam mas, quam femina, sed in paucis, in pluribus trimus, fert uerum equa per menses undecim, parit 12. implet non certis diebus equus, sed aliquando uno, aut duobus, aut pluribus, ferius certe quam asinus superueniens equam implet.

Aristoteles de historia animal. 6. capit. 22. chart. 234. Equis coitus non tam laboriosus, quam bobus. Arist. de historia anim. 6. cap. 22. chart. 234.

Equus salacissimus est oium, tum seminarum, tum marium, homine excepto. Ari. de hist. ani. 6. c. 22. c. 234.

Equæ singulos pariunt, sed interdum, etiam gemellos. Arist. de histor. 6. cap. 22. chart. 234.

Equus tunc procreare potest, cum dentes emittere cessauit, & nonnullos prius implere potuisse affirmant Aristot. de histor. anim. 6. cap. 22. chart. 234.

Equus maxime procreat, idoneumque hoc illi est tempus, cum habet annos quatuor, & menses sex. Aristot. de historia animal. 6. cap. 22. chart. 235.

Equi seniores, & foeminae, & mares fecundiores sunt. Aristot. de historia anima. 6. cap. 22. chart. 225.

Equi, uel suas matres, & filias superueniunt; & tñ perfectum esse armentum uidentur, cum parentes suam ineunt prolem. Arist. de hist. ani. 6. cap. 22. ch. 235.

Equabus grauib. Scythæ equitant, cū primum se mouerit fetus: proficere enim putat ad partus facilitatē. Aristotel. de histor. anim. cap. 22. chart. 225.

Equa stans emittit partum, cum cæteræ quadrupedes iacentes pariant. Arist. de hist. ani. 6. ca. 22. ch. 235.

Equus mas omnibus temporibus inuit, nec cessat, quam diu uiuit, foemina etiam quam diu uiuit inuit, nec tempus ullum certum libidinem aufert, sed hominis ingenium arcet, uel vinculo, uel alio ingenio. Arist. de historia animal. 6. cap. 22. chart. 236.

Equus apud Opuntum gregarius fuit, qui annos quadraginta natus coire posset, sed adiumentum, quo ad eius pedes priores attollerentur, desiderabat. Aristot. de historia anima. 6. cap. 22. chart. 236.

Equi inuitū coeundi in uere est. Ari. de hist. ani. c. 22. c. 237.

Equa non statim a partu impletur, sed intermissio tempore, & melius intermissio quarto, aut quinto anno procreat, & omnino unū interponere annū, & nouale facere necesse est. Arist. de hist. ani. 6. ca. 22. ch. 237.

Equæ aliæ parere possunt, aliæ steriles sunt, aliæ concipiunt quidem, sed parere nequeunt, quia fetus circa renes alia quædam, specie propemodum renum ita continet, ut rescissus quatuor renes habere uideatur. Arist. de hist. ani. 6. cap. 22. chart. 237.

Equa cū peperit, statim secundas deuorat, & quod pulli nascens fronti adhæret hippomanes dictum, magnitudine minus carica parua, specie latiusculum, orbiculatū, nigrū, hoc si quis prupto odorem moueat, equa excitatur, furitq; agnito eo odore, qua propter id a ueneficis petitur, & percipitur mulierculus. Arist. de histor. anima. 6. cap. 22. chart. 238.

Equa ex equo prægnans, si cū asino coierit, fetus in ea conceptus corrumpitur. Ari. de hist. ani. 6. c. 22. ch. 239.

Equa non recipit asinū, ut asina equū, nisi asinus sit, qui equam luxerit. Arist. de hist. ani. 6. c. 23. chart. 239.

Equa nunquam super fetat. Ari. de hist. ani. 7. c. 4. c. 258.

Equa abortum facit, odorem sentiens fumi fumicantis lucernæ extinctæ, quod & mulierum nonnullis accidit. Arist. de hist. ani. 8. cap. 24. chart. 306.

Equi societate cōiuncti si altera forte perierit, reliqua pullū parente orbatū enutrit. Ari. de hist. ani. 9. c. 4. c. 32.

Equarum genus miro quodam prolis amore teneri putatur. Aristot. de hist. ani. cap. 4. chart. 321.

Equam fertur fuisse regi Scytharum egregiam, ex qua mares generosi omnes gignerentur, quorum unū, qui præstantior haberetur, eū ut ex matre, procrearet, placeret, admissum omnino recusasse: opertā deinde latuisse matrē, ut imprudens superueniret. Verū ubi a concubitu faciē matris detectam agnouerat, fugam properasse, atque se ipsum actum præcipitem interemisse. Arist. de hist. ani. 9. cap. 47. chart. 373.

Equa mēstrua nō emittit. Arist. de gen. ani. 4. ch. 5. c. 246.

Equi, & eis cognata animalia diutius uerum ferūt, alia annum,

annum, alia vt plurimum denos mentes. Aristotel. de generatione animal. 4. cae. 10. char. 260.

Equorum siluestriū vnum in Syria aiunt argento preesse, & cum aliquis cæteris iunior feminam superueniret, ducem irasci, ac illum tandiu insectari, quousque deprehenderet, & cum se inflexerit ore ex posterioribus poplitibus genitale euellere. Aristotel. de admirandis aud. char. 841.

Equus, & asina simpliciter conueniunt ad generationē muli, vt ait Porphyrius. est inconsiderate dictū, cum vniuersalium non sint actiones, sed tantum particularium. Albert. magnus in prædicab. chart. 31. col. 1.

Equus incipit coire, cū est annorū duorū, vel trium, & generat vsque ad viginti annos, sed tñ masculus aliqui saltat vsque ad triginta annos, & equa concipit vsq; ad 40. quod tēpus est tota vita sua, & equus uiuit vsq; ad 35. annos. Alb. mag. de ani. l. 5. tr. 2. c. 1. c. 54. col. 4.

Equæ plusq; aliæ femine animalium desiderant mares, & iō aliorum animalū petulantia ad equam defertur, & equā, femina luxuriosam appetentem, vocamus. Alb. magn. de anim. tract. 3. cap. 1. ch. 91. col. 2.

Equarū luxuria minuit, si præciduntur eis capilli, quasi motus capillorū in cauda, & in his faciat eas luxuriari. Alb. mag. de ani. l. 6. tract. 3. ca. 2. ch. 62. col. 3.

Equinum lac si datur mulieri ignorante ea ad bibendū, & statim cum ea vir eius coierit, frequenter concipit. Alb. mag. de ani. l. 2. tra. 2. cap. 1. ch. 180. col. 1.

Equi vita, infirmitates, & quæ ad vitam pertinent.

Equi uiuunt ad decimum octauum annum, sed nonnulli vsque ad 25. & 30. peruenerunt, & ad 50. si cura adhibeatur, sed longissima vita est ad 30. Aristot. de histor. anim. 6. cap. 22. chart. 236.

Equa femina vsque ad 25. annos uiuit, sed iam nonnullæ vixere vsque ad 40. Arist. de hist. ani. 6. c. 22. ch. 2. §. 6.

Equi mares minus uiuunt, quam feminae ob coitum, & qui domi aluntur minus, quam gregarij. Arist. de hist. animalium 6. cap. 22. chart. 236.

Equi, muli, asini fruge vescuntur, & herba, sed maxime potu pinguescunt. Arist. de hist. ani. 8. cap. 8. c. 284.

Equorū gregales morbo immunes sunt, excepta podragahoc. n. vno laborant morbo, & sæpe vngues amittunt, sed amittis, alia statim enascunt: inditiū ē, vt alterū testū dexter. s. palpitet, & circa nares cauū quidā rogosumque gignatur. Aristotel. de histor. anima. 8. cap. 24. chart. 304.

Equi domestici morbis plurimis obnoxij sunt. Laborāt ilico dicto, id est tenuioris uretini morbo, a quo morbo sanguine detracto iuuant. inditiū est, vt crura posteriora ad priora protrahant, & ita summoueāt, vt ppermodū collidant. Rigore neruorū capiunt: supuratione infestantur, & hordeacio, cuius inditiū est, vt palatū infestet, & sæpe spirat, & huic morbo natura sola pdesse pot, & limphari ac cordis dolore vexat, & mortu calcidis, vel dignydis, q̄ similis est parus lacertis, sed colore serpentis, infestatur, & tandē periti aiunt, quod tot morbis equus, & oues, quot homo infestatur. Arist. de histor. anim. 8. cap. 24. chart. 305.

Equus interimitur veneno sandarachæ. Arist. de histor. animal. 8. cap. 24. chart. 306.

Equus, qui est multo maior quantitate corporis, hoīe, tam breuioris vitæ est q̄m naturā, q̄ hoī: prouerbio. n. dī, q̄ tres vitæ canis faciūt eq vitā, & tres vitæ eq faciūt vnā hoīs. Alb. mag. de mor. & vita. tr. 2. c. 5. c. 60. c. 4.

Equus, mulus, & alinus comedunt herbas, & grana, & impinguntur præcipue aqua in qua decocta sit tortuca. Alb. mag. de ani. l. 7. tra. 1. cap. 5. ch. 66. col. 1.

Equus domesticis accidit infirmitates multæ, colica passio, & eis prodest minui vena, quæ est in coxa. confectio neruorū accidit eis, aggregatio pori in pede,

vel in alio loco, & oris infirmitates multæ, & in palato, & rabies, & vesicæ infirmitates. Albert. magn. de anim. lib. 7. tract. 2. cap. 2. chart. 69. col. 1.

Equo leso, Lunæ lumen frequentissime mortem inducit. Albert. magnus de animal. lib. 22. tractat. secund. cap. prim. chart. 177. col. 4.

Equorum corporis partes.

Equorum dentes senectute candidiores redduntur, contra atque in cæteris animalibus: canini dētes determinant planos ab acutis formæ vtrorumque particeps. Arist. de hist. ani. 2. cap. 2. chart. 46.

Equo dentes quadragiuta sunt, quorum primores quatuor mensē trigesimo mutantur, bini vtrinque subter, & supra, & postquam annum compleuerint alios quatuor eodem modo, & sic in alio anno alios quatuor; quibus annis præteritis non mutant plus dentes, & si in aliquibus aliter accidit, sed raro. Arist. de histor. animal. 6. cap. 22. chart. 235.

Equa femina quinquennio finem tum longitudinis tum proceritatis sui corporis recipit, mas sexennio. post annis sequentibus totidem crescit in corpulentiam, & ad viginti vsque annos pergit proficiens, sed mares in vtero celerius perficiuntur quam femine, sed natæ celerius foeminae quam mares, vt etiam homines, & animalia omnia, quæ pariant plura. Aristot. de histor. animal. 6. cap. 22. chart. 236.

Equi, & muli ætas cognoscitur a dentium ortu: sed cum prodierint omnes, non facile ætatem dignoueris, denique post dentium ortū eo maxime declaratur ætas, quem caninum vocamus: breuior enim hic septennibus est propter freni attritum, quod ei iniicitur, non septennibus maior quidem, sed non vertice extans ad actiore: iunioribus acutior, & procerior est. Arist. de histor. anim. 6. cap. 22. chart. 236.

Equi ferocitas.

Equi non castrati, & fortes cupiunt pugnare ex audacia cum leone, & castrati timent. Alb. magn. de anima. lib. 8. tract. 5. cap. 5. chart. 82.

Equi ab æqualitate, vel paritate dicuntur, eo quod pares antiquitus curribus iungebantur. Excellētes sunt, qui in Syria, & Cappadocia generantur; maiores corpore sunt, qui procreantur in tertio climate vsque in sexti climatis finem, & præcipue in Hispania; nec nō fortes, & satis magnos in septimo climate procreari vidimus, & magis durantes sunt in laboribus, quam qui in tertio, vel quarto climate. Quatuor in eis considerantur, forma, pulchritudo, meritum, & color. In pullo, cum nascitur, est caruncula, quæ a matre labendo annihilatur, quæ est essicax venenum, vt statim interficiat. Equi aliquando in tristitia lacrimantur, & amittis domus, & ministris ieiunant, & attristantur vsque ad mortem. Albertus magnus de animal. l. 22. tra. 2. cap. 1. chart. 176. col. 4.

Equus, vt animal fluuiiale, & marinum.

Equus fluuiatilis, quem gignit Aegyptus, habet iubam equi, vngulam qualem bubus, rostrum refimum. Talus bisulcorum modo inest, dentes exertis, sed leuiter, cauda apri, vox equi, magnitudo asini, tergoris crassitudo tanta, vt ex eo venabula faciant, interiora omnia equi, & asini similia. Aristoteles de animal. 2. cap. 7. chart. 48.

Equus maris est animal marinum, cuius anterior est in forma equi, posterior desinit in piscem, & est pugna animal, eius cibus est piscis, multum timer hominem, & extra aquam extractum statim moritur. Albertus magnus

magnus de ani. 24. ca. 1. ch. 197. col. 3.

Equus Nili animal est de genere crocodilorum: est crudelissimum hominibus occidēdis, & nauibus submergendis cupidissimum, vno pede in terram infixio, & altero in naui in impetu, vel submergit eam, vel lacerat, nec capitur, nisi carenis reticulatis, nec occiditur, nisi malleis ferreis: cuse enim spissam habet in altitudine cubiti. Albertus magnus de anim. l. 24. cap. 1. ch. 127. col. 3.

Equus fluminis dicitur esse animal aquaticum in partibus nostris, in terra, & aqua valens: habet crines, vt equus, sed pedes fixos cum vngulis, vt vacca, est sublimis facie, caudam habet, vt porcus; hinnit, vt equus; est, valde grossi corij; magnitudo eius est asini. Albert. mag. de ani. l. 24. cap. 1. c. 197. col. 4.

Equites.

Equitantes continue luxuriosi magis sunt, quia propter cupiditatem, & motum hoc patiuntur, quod accidit in coitu. D. Tho. in polit. 2. l. 13. c. 26. col. 3.

Equiceruus iubam fert, cornua duo capiti proxima excepta femina; pedes habet bisulcos, & est cerui magnitudinis: gignitur apud Arachoras, vbi etiam boues syluestres sunt; qui differunt ab vrbanis, quantum subarbani sues a syluestribus, sunt colore atro, corpore robusto, rictu leuiter adusco, cornua gerunt resupinatio. Arist. de hist. ani. 2. ca. 1. ch. 39.

Equiceruus est animal nouū apud nos, & est in figura cerui, sed altior, & vocatur apri elent, & quidā eū domesticant, & equitant cum tantum vna die, quantum equitari potest equus in tribus diebus, cuius cornua similia sunt cornibus hinnulū: sūt enim ramosa, solida, sed stipēs, vnde procedunt ramj, est latus, & tenuis, vt asfer, & in fine asferis multos simul eiecit ramos. Albert. mag. de ani. l. 2. tra. 1. ca. 2. c. 30. col. 1.

Equicerui maxima multitudo est in siluis Prusiae, Vngariae, & Sclatoniae, & caudam, & cornua cerui habet, & est magnæ latitudinis in fronte duorum palmorū. Alb. mag. de ani. l. 2. tra. 1. ca. 2. c. 30. col. 3.

Equiceruus est duorum generum: vnam est, quod elent germanice vocant: aliud est, de quo Solinus ait, quod est animal orientis, quod cornua habet, mas, non femina iubam habens per collum descendentes vsque post scapulas; barbam sub mento, & soleas, vt equus, & corpus ad cerui quantitatem. Alb. mag. de ani. l. 22. tr. 2. cap. 1. c. 189. colum. 1.

Eraclides Ponticus terram in centro existentem, & circulariter motam, cælum autem quiescere supponens, saluare apparentias nitebatur. Simpl. in 2. de cælo. tex. 75. co. 51. e. 78. col. 3.

Eraclides pisces sunt in Ponto circa Heraclia morantes: hic piscis multum sequitur aquam dulcem, ita ut scindens terram de aqua ad aquam transit, & aliquando in cauernis habitat, ubi amnes sub terra confluere inuenit. Alb. mag. de ani. l. 24. e. 197.

Eriminum est animal paruulum figuræ mustellarū, hyeme candens ad instar niuis, æstate fuluum, ut mustella, in extremitate caudæ nigerrimus est; mures, & aues insequitur, & carnibus vescitur. Alb. mag. de ani. l. 22. tra. 2. ca. 1. c. 180. col. 3.

Eriandros lapis est cristallo colore similis, qui perpetuis guttis destillatur, quæ febricitantibus valent: lapis tamen non fit minor, nec corrumpitur; quod fit, quia non ex substantia lapidis stillat guttæ, sed quia frigiditate conuertit in aquam aerem se tangentem. Alb. mag. in 2. de miner. tract. 2. ca. 5. c. 140. col. 1.

Eritius, erinatius, & cirogrillus sunt idem: animal est spinosum, quia multas habet superfluitates, quæ in cibū conuertuntur: prælagum uentorum, ideo in cauerna, duo, uel quatuor facit ostia, & ubi cognoscit uentum

spiraturum, se conuertit ad plagam oppositam; & claudit ostium, per quod uenit uentus. Inter quadrupe dia habet hoc proprium, quod testiculos habet super renes intus: Caro eius est desiccata, & dissolutiua, & confortans stomachum; uentrem soluit, & urinā prouocat, & utilis est his, qui ad lepram elephantiam sunt dispositi. Alb. mag. de ani. lib. 22. tra. 2. ca. 1. char. 180. colum. 1.

Eritij combusti cinis cum spinis si pici commisceatur, cicatricibus pilos reddit. Albertus mag. de anim. l. 22. tra. 1. cap. 1. c. 180. col. 1.

Eritius est piscis maris, habēs caput, & os inferius, & exitum superfluitatum superius, suis spinis utitur loco pedū: cæteris piscibus est horrore. Alb. mag. de anim. lib. 24. cap. 1. c. 197. col. 4.

Errantes indigent persuasionē, at qui proteruiū ducendi sunt ad oppositum alacrius, quod concedunt. Arist. 4. metaph. capit. 2. text. 19. c. 74.

Error paruus in principio, in fine fit maximus, quia principium virtute maius est, quam magnitudine. Arist. pri. de cælo. tex. 33. c. 254.

Errata sunt, quæ non præter rationem, & sine malitia in entia sunt. Arist. rhetor. primo. c. 58.

Error omnis, aut raciocinando, aut in sensu committitur, quorū vtrunque in medicina contingit. Arist. moral. eudem. 2. c. 403.

Erroris modi sunt complures, vt transgressio, ablatio, & appositio. Alex. & Eust. in post. c. 28. col. 1.

Erroris circa vniuersale triplex est causa. Prima, cum id, de quo demonstratur, est indiuiduum, vt Sol, de quo non fit demonstratio, vt de vno, sed tanquam si multi essent. Secunda est, cum species multæ differentes ratione vna conueniunt, at illud, in quo conueniunt, innominatū est. Tertia, cum is, qui aliquid inesse omni demonstrat, credit id inesse vniuersaliter demonstrasse. Themistius in posterior. capit. 3. c. 13. col. 2.

Error in artem occurrens, aut in sua principia, aut in ea, quæ principijs succedunt, accidit, in principijs est, vt qui negat naturam esse in physicis, in ea, quæ principijs succedunt, est, vt qui in eadem scientia naturali credit vacuum. Auer. epitom. in logic. c. 356. col. 2.

Errorum alij sunt essentialia, alij nō essentialia, vt quod affirmetur in se, quod est negatum ab eo, in eo, quod dicimus essentialiter, aut contra, non essentialia aliquando sunt veri, aliquando falsi, & hos non considerat ars. Auer. epitom. in logic. c. 356. col. 3.

Error occurrit ex syllogismo, aliquando sine syllogismo, vel syllogismus construatur, aut ex parte formæ, vel materiæ. Auer. epit. in logic. c. 356. col. 3.

Errorum, qui accidit circa esse, & non esse, sequitur error circa verum, & falsum. D. Tho. 4. metaph. l. 13. tex. 28. c. 251.

Erigulans est vermis, qui totum caput, & gulam sanguine, quem fugit, immergit, & tantum trahit, quod crepat, & adheret labijs luporum, & vulgariter theca appellatur. Albertus magnus de animal. lib. 26. char. 204. columna 2.

Eruca est vermis longus, variis colore, multis pedibus, cruris distensus, primo bombicum more araneorum, telas in extremitatibus arborum strait, & oua ponit, & ex illis ouis paruæ erucæ in vere proueniunt, quæ in Augusto mense tecta subintrant, & a parietibus intimis pendentes duram circa se pellem contrahunt, pelle pilosa, quam prius habuerunt, exuta, & uiuit vita, quasi dormientis, & sopiti animalis, & ex illa quasi ouali natura, aliam formam volatilis accipiunt, & tunc in autumnno volando coeunt diuissime sibi adherendo, & foemina tot oua facit, vt tota in oua conuertatur, & sic reperiuntur iuxta oua pelles foeminarum vacuæ. Albertus magnus de ani. l. 26. char. 204. columna 2.

Eruca est herba vt synapis in folijs calida, & sicca: alia hortensis, siluestris alia: Albertus magnus de vegetat. lib. 6. trec. 2. cap. 5. ch. 165. col. 1.

Eructamus cur cibo tam humido, quam sicco ingestos: quia spiritus, vel cum cibo admittitur, vel post ex coctione mouetur, qui cum tenuior sit, petit superiora, & ita per os extruditur, quod ructum appellamus. Alex. aphrod. probl. 2. nu. 104. c. 770.

Eruditi hominis est eatenus exactam in vnoquoque genere explicationem requirere, quatenus patri rei ipsius natura potest. Arist. ethic. 1. cap. 3. c. 6.

Eruditi recta esse (vt inquit Plato) ab adolescentia, ita institutos esse homines oportet, vt ijs gaudeant, & doleant, quibus gaudere, & dolere debent. Arist. ethic. nicom. cap. 3. char. 34.

Eruditi non prouenit alicui in moralibus, nisi experientia, & perseverantia in difficultibus artibus. Alb. mag. ethic. 1. tr. 4. ca. 5. c. 10. col. 1.

Eruditi est cognitio siue disciplina, per quam aliquis extra ruditatem ponitur sui intellectus, & hoc minoribus, qui in singularibus sunt operationum, & circumstantiarum, non nisi per experientiam fieri potest; quia talia in vniuersali ratione doceri non possunt, & ideo auditor proprius diiudicans sermones propositos, debet esse expertus. Albertus magnus ethic. 1. tract. 4. cap. 5. ch. 10. col. 1.

Eruca si aliquid nutrire debet, consistat, ac solida sit oportet. Alex. aphro. de sensu & sensato ex sec. 4. com. 51. ch. 21. colum. 1.

Erythrus de genere cancrorum semipedalis longitudinis: circa coronam sunt candidi; aculeos quosdam pro pedibus habentes, ora habent in medio corpore; sunt colore quasi vitrei, pene in scorpionis effigie; loco detum graues habet aculeos. Est venosus, & subtilem nauem adhaerens ducentorum, vel amplius pedum cum omnibus armamentis suis detinet contra quemlibet ventorum impulsus, ita, vt nec arte, nec violentia possit moueri. Albertus mag. de animalib. 1. 2. cap. 1. char. 197. colum. 4.

Esculenta alia, alia inesculenta experimur, an causa succus est: quod enim & ignis expers succum continet immitem, & igne confectum nihilominus redditur, hoc cibo ineptum est: quod autem succo esculento quidem, sed vehemētiusculo constat, hoc pro condimento recipimus: quod enim exiguu corpore vim magnam obtinet, id condire potest. Aristoteles prob. lect. 20. numero. 6. char. 529.

Essentiale quot dicitur modis.

Essentia in definitione distincta sunt, alia priora definito, alia posteriora: priora sunt digniora, & quæ ex posterioribus componuntur potius descriptiones dicuntur. & priorum alia sunt in re, alia extrinsec. & conuenientior definitio componitur ex rebus, quæ sunt in re, res, quæ sunt in re, sunt materia, & forma. Auer. epist. in logic. c. 353. col. 2.

Essentiale dupliciter dicitur, & quod est quid essentia, & quod est causa non relinquens essentiam. Albertus magnus in præd. c. 26. col. 1.

Essentia generabilium, & corruptibilium duobus consideratur modis, vt simplex actus essentia simplicis, & tunc totum est simul indiuisibile, vel prout est materia in illis, permixta contrarijs, & sic est fluidum, & non simplex. Alb. mag. in sex prin. c. 71. col. 4.

Essentialiter agere dupliciter diuiditur, per essentiam materiale, & corpoream, & per essentiam intellectualem, & spirituale. Alb. magnus in 2. de celo. tra. 3. cap. 5. c. 34. col. 2.

Essentia differentes sunt, quorum actus essentialiter differentes sunt. Alb. mag. 2. de ani. trac. 2. ca. 1. c. 16. col. 2.

Essentia vniuersalius rei dupliciter dicitur: primo, vt est natura diuersa a natura materia, siue eius, in quo est, quodcumque sit illud, secundo, vt est in materia: & primo modo dupliciter consideratur: Primo, vt est essentia absoluta in se ipsa, & sic vocatur essentia, & est vnum quid in se existens, nec habet esse nisi talis essentia, & sic est vna sola. Secundo modo, vt ei conuenit communicabilitas secundum aptitudinem: & hoc accidit ei per hoc, quod est essentia apta dare multis esse, etiam si nunquam det illud, & sic proprie vocatur vniuersale, & sic per hanc aptitudinem, vniuersale est in re extra, sed secundum actum existentem in multis non est nisi in intellectu. Albertus magnus ex primo de intellectu, & intelligibili, tracta. 2. cap. 2. char. 87. colum. 3.

Essentia rei duobus modis est quanta, duratione, ut res uariabile, quæ sunt subiecte motui, & per consequens temporis, & per accidens ex parte subiecti, quod habet determinatam quantitatem. Diuus Thom. in 1. de celo. l. 6. tex. 20. c. 6. col. 1.

Esse quid est, & vt se habet ad primam essentiam.

Esse superius omne, aut est superius æternitate, & ante ipsum, aut est cum æternitate, aut est post æternitatem, & supra tempus. Esse, quod est ante æternitatem est causa prima, quia est causa ei. Esse, quod est cum æternitate est intelligentia. Esse, quod est post æternitatem, & supra tempus est anima, quoniam est in horizonte æternitatis inferioris, & supra tempus. Aristot. acrip. de caus. ch. 975.

Esse est prima rerum creaturarum, & non est ante ipsam creaturam aliud, quia esse est supra sensum, & supra animas, & supra intelligentias, & non est post causam primam latius, neque prius causatum ipso. Arist. acrip. de causis. prop. 4. c. 977.

Esse ipsum factum est multa, quia compositum est ex finito, & infinito. Arist. acrip. de cau. prop. 4. c. 977.

Essentiam omnia habent per ens primum, & vna mouentur per essentiam suam propter uitam primam. Arist. de cau. prop. 18. c. 990.

Essentia rerum intelligibilium sunt existentes, licet non intelligantur. Auerroes septimo metaphysic. tex. 58. char. 97. colum. 1.

Essentialiter quod scitur, necesse est, ut habeat suas causas existentes essentialiter. Auer. de sum. c. 202. col. 2.

Essentia omnis comunicabiliter multis vniuersalis est, etiam si acta nunquam det esse nisi uni soli, ut Sol, Luna, Iuppiter, & huiusmodi. Alb. mag. ex 1. de intell. & intellig. tr. 2. cap. 2. c. 52. col. 2.

Essentia primi est mensura aliarum essentiarum. Alex. de ales. in secundo metaph. c. 37. col. 4.

Essentia, vt essentia, diffiniri potest, demonstrari non, nisi vt inducit rationem ipsius esse respectu subiecti. Alex. de ales. in 3. metaph. tex. 6. c. 57. col. 2.

Essentia tota est obiectum potentie creatantis. Alexander de ales. in 4. metaph. tex. 4. char. 78. col. 4.

Essentia, & suppositum si idem essent in formis separatis, impossibile esset reperire plusquam vnum in vna specie. Alex. de ales. in 5. metaph. tex. 12. c. 118. col. 4.

Essentia nunquam assequitur perfectam naturam entis, donec assequitur esse existentia. Alex. de ales. in 5. metaph. tex. 13. char. 121. col. 4.

Essentia rei demonstrari non potest per demonstrationem. Alexand. de ales. in 6. metaph. tex. 1. c. 170. col. 1.

Essentia creatæ se habent ad intellectum primi, vt artificium ad artificem. Alexander de ales. in 6. metaph. text. 8. charta 180. columna 4.

Essentia rei sic vocatur, quia habet quicquid debet habere in suo gradu, & in suo modo. Alexander de ales. in 6. metaphysic. tex. 9. char. 180. columna 4.

Essen-

Essentia, vnitas, veritas, bonitas eandem rem dicunt, sed sub differenti ratione: essentia enim dicit quidditatem sub esse permissiuo, super quam fundantur rationes vnus veri, & boni. Alex. de ales. in 6. metaph. tex. 8. char. 181. colum. 2.

Essentia vocatur, quæ in conceptu inseparabilia sunt. Alex. de ales. in 7. metaph. tex. 17. c. 197. col. 2.

Essentia rei compositæ comprehendit materiam, & formam, quidditas vero dicit solam formam. Alex. de ales. in 7. metaph. tex. 34. c. 222. col. 2.

Essentia rei sequitur esse in conceptu, non esse rei in effectu. Alex. de ales. in 7. metaph. tex. 37. c. 224. col. 1.

Essentia rei vel est simplex, & sic vna, vel composita, & sic est vna ex principiorum vnione. Alex. de ales. in 10. metaph. tex. 9. c. 287. col. 2.

Esse primum est esse simpliciter. Alex. de ales. in 7. metaph. tex. 7. c. 189. col. 4.

Esse per participationem habentia differunt ab ijs, quæ habent esse per essentiam: quia in illis, quæ habent esse per participationem, differt participans, & participatum: in illis, quæ habent esse per essentiam, non est dare hanc differentiam participantis, & participati. Alex. de ales. in 11. metaph. tex. 4. ch. 321.

Esse vt uerbum.

Esse, quod est, quando est: & non esse, quod non est, quoniam non est, necesse est. Arist. perih. l. 1. ca. 7. c. 127. Est uerbum, cum duo nomina non faciunt propositionem, ideo ponitur, quia annectit terminos, non vt pars propositionis. Io. gram. in 1. prio. ca. 1. c. 6. col. 3. Erat uerbum, significat, & rem existentem, & temporis partem præteritam. Ioannes grammat. in 3. physic. in digressio. c. 69. col. 1.

Est uerbum, dicitur dupliciter de uero, & non uero, vel de eo, quod diuiditur in prædicamenta. Auer. de destru. destru. disp. 5. c. 34. col. 3.

Esse, quod concluditur in demonstratione, est esse, quod consistit in habitudine prædicati. Alex. de ales. in 6. metaph. tex. 1. c. 269. col. 2.

Est particula utitur Arist. in omnibus locis, ubi aliquid suo Marte inuenit, ac tradit. Dan. Barb. primo rhetor. cap. 8. char. 13.

Esse in aliquo.

Esse in aliquo eodem modo dicitur, vt habere. Arist. 5. metaph. ca. 23. tex. 28. c. 112.

Esse in aliquo multis dicitur modis, vt in loco, vt in foro, vel vt in uase: vt pars in toto, vt manus in corpore: vt totum in aliquo, quia totum in suis omnibus partibus consistit, vt species in genere, vt in animali homo, vt genus in speciebus, quia species generibus participes sunt: vel vt in fine, vel vt in dominante, vt forma in materia, vt in ære hominis figura: quo significat hoc in loco utitur Aristoteles. Porph. in præd. c. 7. Idem Simp. in præd. c. 11.

Esse in alio vndecim dicitur modis: vt pars in toto & totum in partibus, vt species in genere, vt genus in speciebus, in tempore, in loco, in uase, forma in materia, res subditorum in principe, in causa finali: vel vt in subiecto. Ammo. in præd. c. 19. Idem Simp. in præd. c. 11. item ch. 91.

Esse in materia, & esse in subiecto differunt: nam esse in subiecto est id, quod est in substantia composita: esse autem in materia est esse in materia formis priuata. Simp. in præd. c. 11.

Esse in aliquo aliquid primo fateri possumus, sed in se ipso minime, immo in alio. Simp. in 4. physic. tex. 25. char. 220. colum. 1.

Est, non est: idem, diuersum non sunt in aliquo prædica-

mento. Dex. in præd. char. 29. **Esse**, non est essentialiter in aliquo agente, nisi sit ex causa generante, & agente, quæ est vt natura, aut anima, aut intellectus: esse autem formæ generatæ ex transmutatione precedente, quæ dicitur generatio, est per accidens: quoniam illa transmutatio in rei veritate aufert formam transmutati: quæ est contraria formæ generabili essentialiter. Auerroes quarto physicor. tex. 128. c. 92. col. 1.

Esse prius in potentia necesse est omne, quod est, postquam non fuit. Auer. phy. 8. tex. 4. c. 155. col. 1.

Essentia quæ insunt alicui indiuiduo eiusdem speciei, non omnibus indiuiduis illius speciei existant oportet. Auer. 2. de celo. tex. 59. c. 65. col. 1.

Esse in genere dicitur multis modis: primo, ut coordinata sub genere per modum participantis, & participati: & sic sunt in genere genera, species & indiuidua: secundum sicut via ad rem generis, sic motus, & mutatio sunt in genere: tertio, vt principia rei generis illius, vt forma, & materia sunt in substantia, vt in genere: quarto vt in principio, & sic differentia sunt in genere potestate: quinto, vt in principio vnde fiunt nature generum secundum imaginationem, & sic punctus, & vnitas sunt in genere. Alb. mag. in præd. c. 22. col. 2.

Esse in entibus aliud est esse superius, aliud inferius, aliud infimum, & quasi suppressum. Esse quidem superius est, quod nec magnitudine distenditur, nec motu distrahitur, nec materia contrahitur, nec priuatione ad malitiam inclinatur, sed esse primæ causæ, & esse intelligentiæ, & animæ nobilis, quæ secundum seipsam motum mouet localem circularem. Esse vero inferius est, quod quantitate distenditur, & propter hoc motu locali de vbi in vbi distractum. Infimum autem esse est, quod contractum est materia, & contrarietate determinatum, & motu ad formam, & mutationem continue distractum, aliter se habens in præterito, aliter in futuro, aliter in presenti. Sub infimum vero est, quod propter priuationem sibi admixtâ nunquam est plenum, & perfectum: vt esse materiæ primæ: & esse motus, & esse temporis. Albertus magnus de cau. & proces. vniuers. a prima cau. libro 2. tract. 1. cap. 7. c. 201. col. 3.

Esse aliquid in sua causa tribus modis dicitur: vel vt ex necessitate ex ea proueniente: vel vt, quod habet inclinationem ad suum effectum, quæ tamen impediri potest: vel quæ est pure in potentia. Diuus Thom. in perih. c. 13. col. 2.

Esse aliquid in alio secundum accidens tunc dicitur, cū est in eo propter aliquid aliud in eo existens. Diuus Thomas in quarto physicorum libro quarto. tex. 27. char. 49. colum. 2.

Esse aliquid potest in se ipso non secundum intellectum affirmatiuum, sed secundum intellectum negatiuum, prout esse in seipso non significat, nisi non esse in alio. Diuus Thomas in quarto physicorum. l. 14. tex. 27. ch. 49. colum. 2.

Esse in aliquo sub esse confuso, & indeterminato, est esse secundum quid, & in potentia. Alex. de ales. in 4. metaph. tex. 15. c. 88. col. 1.

Esse in potentia non est proprie esse, sed esse secundum quid. Alex. de ales. in 5. metaph. tex. 5. c. 110. col. 4.

Esse rei.

Esse, quod præcedit scientiam de quidditate rei est id, quod significat verum. Auer. ex destruc. destr. disput. 8. c. 43. col. 3.

Esse in simplici, est ipsamet quidditas. Auer. ex destruc. destruc. disput. 8. c. 43. col. 3.

Esse rei est si sit aliud ab eius essentia, non tamen est intelligendum, quod sit aliquod superadditum ad modum

accidentis: sed quasi constituitur per principia essentialia, & ideo hoc nomen ens, quod imponitur ab ipso esse, significat idem cum nomine, quod imponitur ab ipsa essentia. D. Tho. 4. metaph. su. 2. tex. 3. ch. 190.

Essendi modi.

Esse nihil inquit Gorgia: & si sit cognosci non potest. & si cognosci potest, esse eiusmodi, ut nequeat manifestari; & si quid sit, necessè est, ut neque unquam multa, neque genita, neque ingenita id nihil sit: nam si quicquam horum non sit, altera his opposita erunt. Aristoteles de Xenoph. Zenone, & Gorgia. chart. 928.

Essentia, quæ Arabice dicitur Dath, dicitur absolute de indiuiduo, quod non est in subiecto, nec dicitur de subiecto, id est indiuiduum substantiæ, & de indiuiduo accidentis, & de quolibet notificante quidditatem. Auer. in epit. metaph. tract. 1. c. 169. c. 4.

Essendi modi, proportionales sunt modis prædicandi. D. Th. 3. phys. 1. 5. te. 22. ch. 35. col. 4.

Ens per essentiam, & accidens.

Essentialiter quod est, prius est eo, quod est per accidens. Auer. in 4. metaph. te. 14. ch. 38. c. 3.

Esse rei duobus modis consideratur, secundum comparationem ad id, in quo est, & cuius esse est; & secundum comparationem ad id, a quo est formaliter constituyente ipsum. Alb. mag. in præd. c. 26. c. 4.

Esse aut est per essentiam, aut per accidens, & esse per accidens infinitum est, esse per essentiam est per essentialia, quæ sunt finita, esse autem secundum se est duobus modis in genere, vnum cuius essentia acquisita est ex sibi essentialibus, sed cum ipsum sit in aliquo, non est in eo, ut quædam pars, & impossibile est esse sine eo in quo est, & hoc accidens, & est in subiecto. Aliud est, quod est essentia acquisita ex principijs essentialibus, sed secundum esse, nõ in alio modo, eo quod non est in subiecto, & est substantia. Albert. mag. in 5. metaph. tr. 2. c. 1. c. 103. col. 4.

Essentialium nil subiectum habet ab accidente, quia accidens non potest esse causa substantiæ. Alb. magn. in 1. phys. ex tract. 2. c. 4. c. 6. col. 1.

Esse proprium omnia assequi intendunt, & per illud esse diuinum. Ale. de ales in 2. metaph. c. 44. c. 1.

Esse diuinum est esse per essentiam, quia ab alio non est: esse creaturæ est esse participatum. Alex. de ales in 5. metaph. te. 12. c. 119. col. 1.

Esse aliter attribuitur formis, aliter formatis. Ale. de ales in 5. metaph. te. 23. c. 154. c. 3.

Esse non prohibitum est esse possibile, uti non repugnat esse in actu. Alexand. de ales in 7. metaphysicor. text. 22. char. 207. colum. 3.

Essentiæ operatio.

Essentia omnis propriam, & essentialem habet operationem, qua nunquam destituitur. Alb. mag. in 2. de anim. tr. 1. c. 1. ch. 13. col. 1.

Exurire nõ incipimus ptinus ab exercitatioe, vel pp colliuationis rursus, dum penitus concoquuntur: aut propter spiritum, quem labor ex humore subito mouet, aut propter sitim, quam laboris calor inducit, hæc enim accident omnia. Aristoteles problemat. sect. 5. char. 405. q. 20.

Etesia flant post versiones, & canis ortum, nec tunc cum maxime fuerit prope Sol, nec quando longe, & diebus quidem flant, nocte cessant, quia prope existens præuenit exsiccans, antequam fiat exhalatio: cum autem abscesserit modicum, medio cris sit caliditas, ita ut

aquæ congelatæ liquecant, & terra exsiccata a propria caliditate, & ab ea, quæ Solis est, quasi ardeat, & exhalent: nocte desinunt, quia congelata liquefcere desistunt propter nocturnam frigiditatem. Aristotel. meteor. 2. sum. 2. cap. 2. chart. 514.

Etesia, qui est ventus Boreas, continue flant post æstiuales versiones, & non Austri, sic post hyemales, & si sunt leuiore post hiemales versiones, non tamen sic continue: quia Boreas a locis, quæ sub Vrsa flant, quæ plena aqua, & niue sunt multa, quibus liquefactis a Sole post æstiuales versiones, magis quam in ipsis flant etesia, sic enim, & suffocationis sunt, non cum maxime appropinquauerit ad Vrsam, sed cum calefecerit ampliori tempore, & cum prope. Similiter, & post hyemales versiones flant Oriethia, eterim hic etesia sunt debiles: minores autem, & tardiores etesias flant: septuagesimo enim die flare incipiunt, quia Sol longe existens inualefcit minus; non continui autem flant similiter, quia quæ in superficie, & debilia, tunc segregantur, magis autem congelata ampliore indigent caliditate. Quapropter interpolantes isti flant, donec sub verbonibus iterum æstiuales flauerint etesia, quoniam vult quam maxime continue hinc semper flare ventus. Arist. meteo. secund. sum. 2. cap. 2. chart. 515.

Ethices gemma est colore punico, & ab aliquibus aquileus vocatur, quia aquilæ aliquando inter duo oua illum ponunt in nido: habet in se lapidem, qui quassatur, & mouetur: sinistro brachio alligatus abortum prohibet, & periculum parturientis mitigat, & hominum caducorum casum frequenter prohibet. Albert. mag. 2. de miner. tract. 2. cap. 5. ch. 140. col. 1.

Ethicorum duplex est cognitio, vna ex proprijs principijs, quæ sunt natura, consuetudo, voluntarium, inuoluntarium, electio, consilium, & huiusmodi, quæ ad ethicam pertinent: alia rationum speculatio qua, quid eligibile, quid fugiendum contenditur. Alber. magnus in topicorum chart. 238. col. 3.

Ethicus suum non sentit calorem, cum aliquando maior sit calore febricitantis, quia omnis sensus dissimilitudine percipitur, & calor ethicus est habitudinalis. Albertus magnus de motibus animal. l. prim. trac. 2. cap. 4. chart. 43. columna 3.

Euaporationes sunt principia nubium, & pluriarum. Ale. aphrod. in 1. meteor. c. 1. tex. co. 1. chart. 2. colum. 1.

Euaporatis ab igne si derelinquitur aliquid, quod euaporare nequit, illud est terræ. Alexand. aphrod. in 4. meteor. cap. 6. com. 28. chart. 106. col. 1.

Euaporatio, & minima diuidit, & quod nobilius, & subtilius est in re ipsa, quæ euaporat eleuatur reiecto fetulento non bene commiscibili. Alber. magn. de ani. l. 20. tract. 1. cap. 8. chart. 165. col. 3.

Euaporatio tribus fit virtutibus, quarum duæ sunt in materia, & tertia, quæ est causa mouendi, & alterandi in vtraque. Prima est in materia grossiori, & grauiori calor in terra, & aqua vaporat: aliter eleuatur aqua. Alia est frigus temperatum aeris comprimens, & deprimens aerem in id, quod ex aqua, & terra eleuatur, & quod causat hoc est lumen periodi, quod ex multis stellarum virtutibus incidit in locum generationis. Alb. magn. de ani. lib. 20. tr. 1. cap. 8. chart. 165. col. 3.

Eudoxus Cnidius primus graecorum dicitur tetigisse suppositiones quibus soluantur apparentiæ. Simpl. in 2. de celo, tex. 66. com. 43. chart. 74. col. 3.

Euesus Syrus Aegypti præpositus cum pscelos singularum terræ Aegypti partium a se defecturos sensisset, conuocatos in aula oes suspedit, familiaribus autem eorum iussit renunciari, a se illos haberi in custodia, & ab ipsis pro redemptione pecunias accepit, quibus unicuique mortuum suum reddidit. Aristot. oconom. 2. chart. 822.

Eufrates

Eufrates fluvius nascitur in campis Indorum, & currit versus Syriam per miliaria 612. mergitur in Oceano Orientali, iuxta insulam, quæ Theron vocatur. Alb. mag. de natur. loc. dist. 3. ca. 1. c. 101. col. 2.

Euidencia duplex, alia, quam mens ipsa facit, alia sensus, quam summopere laudat Arist. Simp. in prædic. c. 2.

Euomentes leuiter cur pituitam euomunt; qui plenius, bilem, qui supra modum, etiam sanguinem? quoniam qui vehementer intendunt, materias quoque imis infixas euellere possunt: pituita, ut crassa illinitur, & ob eam rem, vel a leuiore excitatione mouetur, at si bilis per ventrem innatet, celerius mouetur quam pituita. Alex. aphrod. probl. nu. 2. 58. c. 744.

Europa his finibus circumscribitur. Herculis cippis, Põti recessu; Hircano mari, secundum quam angustia Isthmi similes ad Pontum vsque pertinent, nonnulli autem ab ipso Isthmo Tanaim fluum Europæ terminum esse dixerunt. Arist. de mundo. ca. 2. c. 814.

Euripides, tametsi aliqua parum recte dispset, maxime tamen tragicus omnium poetarum est. Arist. de poet. cap. 1. ch. 224.

Eurus flar ab oriente hyemale, & huic contrarius est Argetes, vel Olympias, vel Sciron, Caurus, Corus; omnibus enim his nominibus hic ventus appellatur. Arist. meteor. 2. sum. 2. ca. 13. ch. 519.

Euro spirante cur omnia maiora videntur? quia eo flatu aer fit obscurior, & magis caliginosus. Arist. probl. sec. 26. q. 55. c. 595.

Exacolutus varius est lapis, & dissolutius, vino permixtus, & potatus contra choliam, & iliacam passionem valet. Albertus magnus in 2. de miner. ex tr. 2. cap. 5. c. 140. colum. 2.

Exacontallitus est lapis sexaginta coloribus distinctus, parua quantitate, in Lybia inuenitur, nocet neruis, & oculos tremulos reddit. Alber. mag. in 2. de miner. ex trac. 2. cap. 5. c. 140. col. 2.

Exhalationis natura est calidum, & siccum, & quasi potentia ignis. Arist. meteor. 1. ca. 4. c. 457. col. 1.

Exhalatione exusta fiunt, quæ magis in supremo loco coguntur, quæ autem demillius segregata, propter quod congregatur, & frigescit humidior exhalatio: hæc enim congregata, & inspissata deorsum tendens propellit, & deorsum facit calidi projectionem. Arist. meteor. 1. su. 2. te. 1. ca. 1. c. 462.

Exhalationis ob positionem qualitercunq; posita habeat latitudinem, & profunditatem, sic fertur, aut sursum, aut deorsum, ad latus, ut plurimum aut ad latus, quia duobus fertur latitudinibus, violentia deorsum, natura sursum, omnia enim talia secundum diametrum feruntur: ideo ut plurimum obliqua fit latitudo horum. Arist. meteor. 1. su. 2. cap. 1. tex. 1. c. 461.

Exhalatio est omnium horum, ut materia, ut mouens autem, aliquando, quæ sursum latit, aliquando aeris con crescentis coagulatio. Aristoteles meteor. 1. sum. 2. cap. 1. tex. 1. c. 461.

Exhalatio vaporosa cum mixta, cum humida eleuatur, deciditque in pluuiam, plurima salsedinis portio decidit. Arist. meteor. 2. sum. 1. ca. 3. c. 502.

Exhalatio austro spirante, autumno tempore, plurima fit falsa. Arist. meteor. 2. su. 1. ca. 3. c. 504.

Exhalatio alia humida, alia sicca, & hæc vocatur vapor, illa secundum totum innominata est, sed vniuersaliter licet appellare fumum. Aristot. meteor. 2. sum. 2. cap. 1. char. 509.

Exhalatio non est humida sine sicco, nec sicca sine humido, sed dicitur secundum excessum. Arist. meteor. 2. su. 2. cap. 1. ch. 509.

Exhalatio humida est pluuiæ principium. Arist. meteor. 2. su. 1. cap. 1. c. 509.

Exhalatio sicca, est ventorum principium. Arist. meteor. 2. su. 2. cap. 1. c. 509.

Exhalat id, quod nec congelatum est, nec nihil habet siccum: sed quod habet siccum, & humiditatem, hoc exhalat. Arist. meteor. 2. su. 2. ca. 3. c. 515.

Exhalabilia sunt corpora, quæ humiditatem quidem habent, sic autem habent, ut non euaporent seorsum ab ignitis. Arist. meteor. 4. su. 2. ca. 2. tex. 4. c. 582.

Exhalabilia alia tempore in aerem excernuntur, & alia euanescentia sicca, & hæc terra fiunt, differt autem hæc excretio, quia neque madefacit, neque spiritus fit. Aristot. meteor. 4. su. 3. ca. 3. te. 47. c. 582.

Exhalatio est a calido vsuuo communis excretio sicci, & humidi simul; qua propter non madefacit, sed colorat magis. Aristoteles meteor. quarto. su. 3. cap. 2. tex. 3. ch. 582.

Exhalantia humidorum humidi magis sunt, ardentia autem sicci. Arist. meteor. 4. sum. 3. ca. 2. c. 584.

Exhalationes duas sursum ferri nouimus in aera nobis impendentem tenues, & nobis non conspicias, nisi si quid est huiusmodi ad tractus orientales, & præter ea, quæ ex amnibus, & locis irriguis sursum feruntur; alia sicca, & in fumum conformata, è terra manans: alia tera humida rosida expirationis plena ab humida natura exhalata, ex qua nebulæ, rores, & gelu omne genus, pluuiæ, nubes, niues, & grandines oriuntur: a sicca venti, flatuumque differentia exoriuntur, tonitrua, fulgura, turbines, fulmina, & his cognata. Aristot. de mundo. ca. 3. c. 815.

Exhalatio fumida communis est aeri, & terræ, & ex hac constituitur terræ quædam species. Aristot. de sen. & sen. cap. 5. c. 20.

Exhalatio fumida non potest fieri in aqua. Arist. de sen. & sen. cap. 5. c. 20.

Exhalatio attracta a stellis lactei circuli ipsum videre facit, ut exhalatio consequens aliquam stellam facit ibi videri caudam. D. Tho. in pri. meteor. lec. 13. c. 46.

Ex aliquo dicitur vno modo ex quo est, ut materia: & hoc dupliciter, aut secundum genus primum, id est materiam primam, ut liquabilia ex aqua; aut secundum ultimam speciem, id est materiam propinquam, ut ex ere statua. Alia ex primo mouete principio, ut ex quo pugna ex conuitio. Alia ex composito ex materia & forma, ut ex toto partes, quod totum quo finis ratio consistit, forma est, & per hanc formam habet finem, & perfectionem, & cum hoc, totum fit ex compositione, ut homo ex lapide, & statua ex ære. Alia dicuntur ex parte aliqua horum modorum, ut puer ex patre. Alia prius quidem tempore, ut ex die nox, & ex sereno tempestas, quia hoc post hoc, & horum alia: quia habent transmutationem ad inuicem sic dicuntur. Alia, quia secundum tempus solum, ut ex equinoctio nauigatio. Arist. quinto metaphysico. capit. 24. text. 29. char. 112.

Ex aliquo duobus modis fit, aut aliquod fit ex toto aliquid, ut animal sanguineum ex carne, vel ex parte, ut filius est ex matre. Auer. in 5. metaph. com. 29. c. 64.

Excedens diuiditur, & in excessum, & in id, quod exceditur. Arist. physic. cap. 3. te. 71. char. 99.

Excellentia nimia, odiosa sunt. Aristoteles 4. ethic. nic. cap. 7. char. 102.

Excessus in diuisione dicitur, cum aliquid diuiditur in materia, relinquendo, quæ sub ipsis sunt. Io. grammata. in secundo poster. cap. 6. c. 60. col. 1.

Excedens omne diuiditur in id, quod exceditur, & excessum, & componitur ex his. Simp. in 4. phys. te. 71. char. 244. col. 2.

Excessus, aut defectus, duobus modis consideratur: vno, in ipso vitio, cum magis, aut minus excedit: alio, respectu mediocritatis. Eufr. 2. ethic. ca. 6. c. 101.

Excedens omne secundum quantitatem continet illud, quod exceditur. Diuus Thomas 5. metaph. lib. 17. tex. 20. char. 364.

Excogitabile omne non est eligibile, sed id, quod est operabile finis, & hoc est bonum, vel verum, vel apparen-
 rens. Arist. de anim. mot. cap. 3. ch. 85.
 Excrementa omnia sunt falsa. Aristot. meteor. 2. sum. 1. cap. 2. char. 498.
 Excrementum duplex, aliud siccum, aliud humidum. Aristot. de hist. anim. 1. cap. 2. ch. 10.
 Excrementum est alimentum contrarium, & amarum dulci, & sanguis integer dulcis est. Aristot. de par. ani. 4. char. 506. colum. 2.
 Excrementi sicci, & humidi meatus in omnibus animalibus animal generantibus diuersus est. Arist. de gen. anim. cap. 18. ch. 108.
 Excrementum est reliquie alimenti. Arist. de generatione animalium. capit. 18. charta 122.
 Excrementum omne, aut vtile est, aut inutile. Arist. de generatione animalium. cap. 18. charta 122.
 Excrementum inutile est id, a quo nihil præterea naturæ suppeditatur, sed quo plus absumitur, eo magis natura vitatur, vtile contra. Arist. de generatione animalium. capit. 18. char. 122.
 Excrementum primi alimenti pituita est. Arist. de generat. anim. cap. 18. char. 122.
 Excrementis omnibus locus a natura datus est, colliqua-
 mentis non: sed fluunt, quo facilius ferri possunt, vt
 alimenti sicci excrementis alius: humidi vesica, vti-
 lis, ventriculus, seminalis vterus, genitale mammæ.
 Arist. de gen. ani. cap. 18. char. 123.
 Excrementi emissio semper utilis. Arist. de gener. anim.
 cap. 18. char. 125.
 Excrementis natura dedit, quibusque conceptacu-
 lum, & cum semen, & menstrua sint excrementa, sic-
 que inter se differant, ideo diuersa quoque concepta-
 cula eis dedit natura, vt vterus in foemina diuersus a
 membris viri excrementi semen scilicet capientibus.
 Arist. de gener. ani. 4. cap. 1. c. 230.
 Excrementa lenta glutinosaque, vt cum humore pro-
 pter mixtionem externi possunt, ita cum spiritu ne-
 queant. ideo magis vomitus, quam sudores corpora
 leuant. Arist. probl. sect. 2. nu. 22. c. 357.
 Excrementa, & putredines non nostra, sed diuersa sunt, &
 aliena a nostra natura. Arist. probl. sec. 4. nu. 14. c. 386.
 Excrementum omne caloris inedia sit. Ioan. gramm. de
 gen. ani. l. 1. cap. 20. c. 26. col. 3.
 Excrementum omne aduentitium est. Ioan. gram. de ge-
 ner. ani. li. 1. ca. 20. ch. 26. col. 3.
 Excrementum humidum plerique, sed magis ætas pue-
 rilis emittere solet. Ioan. gramm. de gener. ani. li. 2.
 cap. 4. c. 37. colum. 3.
 Excrementa natura producendi non habet scopum, sed
 ex necessitate hoc euenit, quia non potest conficere
 omne alimentum siccum, & humidum. Mich. ephes.
 3. de partib. anim. ca. 7. ch. 115.
 Excremento cum natura pro aliqua vtilitate vti potest,
 id facit; si autem, ponit ipsum in loco vbi non noceat
 operationibus animalium, vt sunt pili pectoris, & quæ
 circa pudenda. Auer. de part. ani. 2. cap. 15. c. 76.
 Ex æta omnia in feminam mutantur, quia laxatur prin-
 cipium, ex quo intentio corporis est. Arist. de gen. ani.
 5. cap. 2. ch. 286.

*Exemplum quid est, & quot sunt eius species,
 & ad quem pertinet.*

Exemplum est, cum extremum medio insistens mō-
 stratum fuerit per simile tertio; oportet autem me-
 dium tertio, & primum simile totius esse in exi-
 stens. Arist. prior. li. 2. ca. 24. ch. 287.
 Exemplum nec est, vt pars ad totum, nec vt totum ad
 partem, sed vt pars ad partem, quando ambo sub eam-
 dem sunt, totum autem alterum. Aristoteles prior.

l. 2. capit. 24. charta 288.
 Exemplum est inductio, enthimema syllogismus. Arist.
 rhetor. 1. char. 10.
 Exemplum est non vt pars ad totum, nec vt totum ad
 partem, nec vt totum ad totum, sed vt pars ad partē,
 & vt simile ad simile, cum vtrunq; fuerit sub eodem
 genere, & alterum altero notius sit. Aristoteles rheto-
 ricor. primo. char. 13.
 Exemplorum duo sunt genera; vnum est res ante gestas
 exponere, alterum ipsum confingere, huius altera est
 parabola, altera logi. Arist. rhetor. 2. char. 109.
 Exempla concionibus aptissima sunt. Aristot. rhetor. 3.
 charta 171.
 Exempla sunt res his, quæ facta sunt, similes, & his, de
 quibus nunc loquimur contrariæ. Aristot. rhetor. ad
 Alex. cap. 8. char. 202.
 Exempla vti oportet, cum quod ipse affirmas, vel mi-
 nus verisimile est, id re perspicuum futurum dicas:
 nam si minus fides per probabile præstatur, vbi didi-
 cerit rem aliam, ei similem, de qua loqueris, ita ha-
 buisse, vt dicitur magis credunt. Arist. rhetor. ad Alex-
 an. cap. 8. char. 202.
 Exemplorum duo sunt genera, partim enim res ratio-
 ne, partim sine ratione fiunt. Arist. rhet. ad Alexand.
 cap. 8. char. 202.
 Exempla ex contrarijs quoque sumere oportet. Aristot.
 rhetor. ad Alex. ca. 8. ch. 204.
 Exempla ea sumenda sunt, quæ rei congruunt, tum
 ipsis auditoribus, vel loco, vel tempore sint proxima,
 vel ex maxime notissimis. Aristot. rhetor. ad Alexand.
 cap. 3. 1. char. 231.
 Exemplum ad faciendum fidem, infirmissimum est ar-
 gumentum. Themist. in primo de ani. cap. 24. tex. 60.
 char. 67. colum. 1.
 Exemplum est oratio, quæ fidem partis ex parte facit.
 Alex. aphrod. in prim. prior. ca. 4. ch. 9. col. 2.
 Exemplum, & inductio probabilia sunt argumenta, non
 necessaria. Alexander aphrod. in primo prior. cap. 4.
 char. 9. colum. 2.
 Exemplum ex his, quæ ad singula pertinent, quæ alicui-
 us gratia sunt, sua subiecta constituit, atque inde sua
 argumenta dicit. Ammo. in porph. c. 2. col. 1.
 Exemplum persuadet probabile ex eo quod æqualem
 habet probabilitatem. Ioannes gramm. in pri. prior.
 cap. 1. c. 7. colum. 4.
 Exemplum est, vt pars ad partem. Io. gram. in 2. prior.
 cap. 24. ch. 82. col. 3.
 Exemplo melius difficultia manifestantur. Auer. 2. de ani.
 tex. 149. c. 156. col. 3.
 Exemplum est conclusio, quæ per particulare propo-
 situm, particulare quoddam ostendere contendit. Boe-
 tius de dif. top. lib. 2. ch. 864.
 Exemplum est argumentatio, in qua medium extremo
 inesse ostenditur, per id, quod est simile tertio. Alber.
 mag. in prior. c. 168. col. 1.
 Exemplum nullum secundum se facit necessitatē, ideo
 pertinet ad rhetorem; potest tamen pertinere ad dia-
 lecticum, quia ex præconessione facit fidem probabi-
 lem. Alb. mag. in prior. c. 168. col. 2.
 Exemplis vtitur Aristoteles ad declarationem rerum non
 ad veritatem; ideo sæpe, & in logicis, & in natura-
 libus eis secundum antiquorum opinionem vtitur.
 Diuus Thom. in prim. de gener. & corr. l. 8. text. 15.
 char. 8. colum. 2.
 Exemplorum duo sunt genera, alterum rei gestæ verita-
 tem continet, alterum fictæ commemorationem: huius
 duæ sunt species, collatio, & apologus. Dan. Barb.
 3. rhet. cap. 38. ch. 123.
 Exemplum isdem de causis sumitur, quibus similitudo,
 vt ornet, probet, apertam, & ante oculos faciat re po-
 sitam. Dan. Barb. 2. rhet. cap. 38. c. 123.

Exem-

Exemplum ut sit, & ut se habet ad conclusionem.

Exempla deliberatiuis maxime competunt, quia ex
 præteritis futura arguentes iudicium facimus. Ari-
 stoteles rhetoricorum primo chart. 42.
 Exemplum sit simile, & notius simile, & minus noto
 Alexander aphrodiseus in octauo, topicorum cap. 2.
 chart. 91. columna 4.
 Exemplar, cum non possit reduci in alias causas, erit, &
 causa. Simplicius in secundo, physicorum text. 69.
 chart. 127. columna 2.
 Exemplum si bonum est, & conclusio bona, si malum,
 mala. Ioannes grammaticus in secundo, prior. cap.
 24. chart. 82. columna 3.
 Exemplum in rhetorica magis persuadet, quam enthi-
 mema. Auerroes prim. rhetoricorum tract. secund.
 capit. secund. chart. 31. columna 2.
 Exemplum quatuor terminos habet. Albertus magnus
 in prior. chart. 168. colum. 1.
 Exemplum duas continet argumentationes. Prima, in
 qua fides trahitur ab exemplo, in qua ostendit primū
 de tertio per medium. Secunda, in qua trahitur fides
 a medio, in qua ostenditur primum de medio per si-
 mile tertio, & secundus habet necessitatem. Albertus
 magnus in prior. chart. 168. col. 1.

*Exemplum, ut differt à syllogismo, & ab inductione, &
 ut comprehenditur ab inductione.*

Exemplum differt ab inductione, quia illa ex omni-
 bus indiuiduis demonstrat extremum medio in esse,
 & ad extremum non copulat syllogismum, hoc autē,
 & copulat, & non ex omnibus monstrat. Aristoteles
 prior. lib. 2. capit. 24. chart. 288.
 Exemplum est inductio simile. Aristoteles rhetorico-
 rum secund. chart. 109.
 Exempla qui non habent, enthimemata tanquam de-
 monstrationis adhibere debent, per hæc enim fides
 fit: qui vero habent, tanquam testimonia post enthi-
 memata subijcere debet. Arist. rhet. 2. ch. 111.
 Exemplum differt ab inductione, quia in inductione
 verificatur vniuersale per particulare, hic vnum per
 alterum, quia sit simile. Auerroes epitom. in logic.
 chart. 359. colum. 3.
 Exemplum sub inductione comprehenditur. Albertus
 magnus in prior. chart. 167. col. 3.
 Exemplum differt a syllogismo: quia se habet vt pars ad
 partem. Albert. magn. in prior. chart. 168. col. 1.
 Exemplum, quia ex aliquo particulare facit fidē, differt
 ab inductione, quæ per omnia particularia concludit
 vniuersale. Alb. magn. in prior. chart. 168. col. 2.
 Exemplum reducitur ad inductionem, quia multa exē-
 pla, vnam faciunt inductionem. Albertus magnus in
 prior. 168. columna 2.

*Exempla, ut sumuntur literæ, & vt pro ipsis
 declarantur res.*

Exempla quibus vtitur Aristoteles in syllogismis, vi-
 delicet literæ a, b, c, nihil ponunt, ex quo aliquid
 sequitur veri, vel falsi, vt geometria lineam pedem
 ponit. Aristot. primo prior. sec. 3. cap. 39. ch. 228.
 Exempla, etsi falsa sint, non curantur. Auer. 2. de anim.
 text. 157. chart. 156. colum. 4.
 Exempla non curant multum Aristoteles, an secundum
 rei veritatem sint, modo rem declarent. D. Tho. in 2.
 de gen. & cor. l. 6. tex. 35. char. 29. col. 4.
 Exempla Aristotelis non semper sunt accipienda secun-
 dum veritatem, sed secundum similitudinem propor-
 tionis. Diuus Thomas septimo, metaphys. l. secund.
 text. 7. charta 434.

Exemplar, & imago differunt, quia exemplar est illud
 ad cuius imitationē fit aliquid, imago autē est, quod
 fit ad imitationem alterius. Ale. de ales in 1. metaph.
 chart. 29. colum. 4.

Exercitium vile id putandū est, vt ars, & disciplina, quæ
 corpus, aut animam, aut mentem liberi hominis ad
 vsum, & opera virtutis inutiliora reddunt, & artes il-
 la, quæ deterius disponunt corpus, & cuncta merce-
 naria exercitia sordida nuncupamus: mentem enim
 vilem, & occupatam reddunt. Aristoteles prim. lib. 8:
 cap. 2. char. 709.
 Exercentes cur a Sole cum sedent, magis vruntur, quam
 cum mouentur? quia cum in motu sunt, aerem agi-
 tant; cum vero sedent, quia aer immotus est, Solis vim
 acriorem experiuntur. Arist. probl. se. 38. nu. 6. c. 659.
 Exercitij finis est extenuatio, & extenuationis finis est
 sanitas. Auer. in phy. 2. te. 32. c. 29. c. 3.
 Exercitium largitur naturæ hominis præparationem,
 quæ in ea non erat ante, & non est remotum, vt vir-
 tus moralis operetur in hoc, & maxime castitas. Auer-
 roes phy. 7. tex. 20. ch. 147. c. 3.
 Exercitia liberalia sunt, quæ non vtilitatis causa operari
 quæruntur, sed propter ipsa exercētur, vt symphonia.
 Alb. mag. in 1. metaph. tract. 2. c. 7. c. 60. c. 4.
 Exercitium non generat directe virtutem, sed ex conse-
 quenti. Alb. mag. eth. 1. tr. 6. c. 4. c. 22. c. 2.
 Exercitus dux ille creandus est, qui experientiam habet
 magis, quam ille, qui habet virtutem, quia semper ex-
 perientia in armis potest magis pertingere ad finem
 reipublicæ, quam virtute. D. Thom. politicor. quinto
 lect. 7. ch. 81. colum. 1.
 Existens est (vt ait Theophrastus) quod cum est, tūc nō
 inesse nullo modo potest. Ale. aph. in 1. prior. c. 22.
 char. 26. columna 4.
 Existencia omnis, substantia dicitur. Io. gram. in 2. post.
 chart. 58. columna 2.
 Existencia in nobis, alia actu sunt, alia potentia. Magen.
 in l. de interpret. char. 18.
 Existencia, quæ quæritur de quacunque re, dupliciter se
 habet, quia illius aliquid est, cuius quæritur existencia
 aut non existencia, & ipsius aliquid est, cuius quæritur
 existentiæ possibilitas, & non existentiæ. Auerroes in
 post. 2. c. 1. te. 7. char. 199.
 Existens actu idem, quod antea fuit possibile. Auerroes
 in posterior. 2. c. 7. te. 56. c. 219.
 Existentiæ esse proprie non demonstratur. Ale. de ales
 in 6. metaph. tex. 1. c. 170. c. 2.
 Existimatio nostra non sufficit in rebus, vt ipsæ substi-
 tant. Simp. in præd. c. 44.
 Existimatio est tum assensus animæ per vnumquemque
 terminum factus, tum ad hærentia tanquam in vno
 termino facta. Simplic. in 3. de anim. ex lect. 1. te. 152.
 char. 654. colum. 1.
 Existimatione multoties vtitur Aristoteles pro certitu-
 dine. Auer. in 1. de ani. tex. 52. c. 137. c. 2.
 Existimatio est consensus, qui prouenit a cognitione.
 Auer. 3. de anim. te. 57. ch. 184. col. 5.
 Exoas fluuius nascitur de monte Taroste, & non lon-
 ge ab ipso in quinque alueos diuiditur, & omnes trā-
 seunt per Caucasum montem, qui locus Soli cantus
 dicitur, & postea fluunt in Gangem; hic vero eos acci-
 piens fluit miliaria 626. & mergitur in Oceanum or-
 rientalem vbi est insula Solis. Alb. mag. de natur. loco.
 distin. cap. 1. ch. 101. colum. 2.
 Exodus pars tragœdiæ iusta, postquam nullus deinceps
 est chori cantus. Ari. de poetic. cap. 10. ch. 272.
 Exordium est oratio, quæ rebus ijs, de quibus reliqua
 futura est dictio, summam expositis, auditorum ani-
 mos ad attentionem idoneè, & quoad fieri dicendo
 potest ad benevolentiam nobis comparat. Ari. rhet. ad
 Alexand. cap. 28. char. 223.

Exor-

Exordium non debet esse, nec vulgare, nec commune, commutabile, longum, separatum, translatum. Dan. Barb. 3. rhet. cap. 23. c. 182.

Expedientia vno tempore sæpe contraria, alio tempore expediunt. Aueroes primo rhetor. tract. 1. cap. 2. char. 30. colum. 3.

Ex, propositio indicat causam materialem, cum dicimus aliquid generatum esse ex hoc. Aueroes 5. metaph. ex sum. 1. r. 3. c. 49.

Ex famosior significatio est, cum aliquid dicitur esse ex aliquo tanquam ex materia. Alexan. de ales in 5. metaph. tex. 29. c. 158.

Ex particula aliquando dicitur habitudinem causæ efficientis, ut cum dicimus ex patre est filius; aliquando habitudinem causæ materialis, ut ex ferro est cultellus. Alexan. de ales. in 5. metaph. te. 4. c. 107. col. 3.

Expensarum imminutio fortuna est diuitiarum effectrix. Dan. Barb. 1. rhet. ca. 13. c. 33.

Experimento aut ex omni quiescente vniuersali in anima, vno præter multa (quod vtrique in omnibus sit vnum illud idem) est artis principium, & scientiæ: si quidem igitur circa generationem, artis est: si circa ens, scientiæ. Arist. post. 1. 2. ca. 18. te. 27. c. 386.

Experimentum fit ex memoria in hominibus: nam multæ memoriæ eiusdem rei faciunt experimentum vnum: vnde ita se habet experientia scientiæ, & arti, ut memoria experimento. Aristoteles primo metaph. ex su. 1. cap. 1. c. 4.

Experientia facit artem, in experientia casum. Arist. 1. metaph. ex su. 1. c. 4. col. 1.

Experimentum est circa particulare: ut hæc medicina confert tali ægrotanti: ars vero circa communes conceptiones, ut hoc omnibus ægrotantibus hac ægritudine contulit. Arist. 1. metaph. ex su. 1. ca. 1. c. 4.

Experientia, & ars non differunt in agendo: quia eodē modo, & ars, & experimentum circa particulare versantur, tamen in modo operandi differunt, ut in medicando magis proficiunt experti, quam habentes rationem, & artem sine experientia, quia experientia est circa singulare, ars autem licet operetur circa singularia, est tamen cognitio vniuersalium: experimentum vero, & quoad actionem, & quoad cognitionem est singularium. Arist. 1. metaph. ex su. 1. ca. 1. c. 4.

Experientiam temporis asert longitudo. Arist. 6. ethic. nicom. cap. 8. c. 149.

Experientia, & assuetudo differunt eo, quod assuetudo, & mos proprijs operationibus constat, ex hisque habitum acquirit, experientia vero alienarum operationum obseruatio est, ex quibus, qui discit, ratiocinari conuenit. Enst. 2. ethic. ca. 1. c. 84.

Experimento addiscens ædificatoriam artem potest esse, & surdus, & mutus: ideo male Themistius interpretatus est hanc primam posteriorum propositionem; Omnis doctrina, & disciplina &c. Auerr. in 1. poster. te. com. 1. c. 128.

Experimentum est vniuersalis cognitio ex similitudine sensibili accepta per potentiam indicatiuam: & multa sunt experimenta per vnam sensibilem cognitionem, & multæ memoriæ experimentum. Alber. magnus in post. c. 218. col. 2.

Experimentum est cognitio singularium. Alber. magnus de ani. l. 8. trac. 6. ca. 1. c. 84. col. 2.

Experimentum dupliciter consideratur: vno modo, ut est vna quædam acceptio post plura inducta, quomodo homo tantum habet experimentum: alio modo, ut est consideratio conferentis ex forma, quæ est in hac herba, vel illa, & sic quæritur a brutis. Alber. mag. de ani. l. 8. tra. 1. ca. 1. c. 84. col. 4.

Experientia in physicis multum plus confert, quam doctrina per demonstrationem. Alber. mag. in 1. metaph. tract. 1. cap. 1. ch. 56. col. 1.

Experientia in physicis multum plus confert, quam doctrina per demonstrationem. Alber. mag. in 1. metaph. trac. 1. cap. 1. ch. 56. col. 1.

Experientia artem facit, & in experientia casum. Alber. mag. in 1. metaph. tr. 1. ca. 7. ch. 58. col. 1.

Experimentum duo habet: vnum formale, quod est acceptio similibus de multis: alterum materiale, quod est memoria conferens. Albertus mag. in 1. metaphysic. trac. 1. cap. 6. c. 57. col. 4.

Experientia est alienarum operationum obseruatio. Albertus magnus ethicor. secundo, tracta. 1. cap. primo. char. 26. colum. 4.

Experientia a sensu habet ortum, primo metaph. D. Th. in poster. c. 61. col. 3.

Experimentum est proprium hominis, & pertinet ad vim cogitatricem, quæ ratio particularis dicitur. Diuus Tho. 1. metaph. lec. 1. ch. 7.

Experimentum, ut fiat, duo concurrunt, vnum materiale, alterum formale. Materiale sunt species retentæ in memoria. Formale autem est collatio illarum specierum; quæ collatio magis concurrat, quam species. Alex. de ales in 1. metaph. c. 4. col. 4.

Experimentum facit collatio inter multa facta. Alex. de ales in 1. metaph. c. 4. col. 4.

Expertus sapientior esse videtur quocūque sensum habente sine experimento: artifex sapientior experto. architectus sapientior est manu artiice: & speculatiui magis actiuis. Arist. primo metaph. ex summa prima. cap. 1. charta 6.

Experitur nemo ea, quæ a se fieri non posse videntur. Arist. rhet. 2. char. 69.

Expertes effecti duobus modis homines sunt: aut quia experti non sunt, aut quia subsidia habeant Aristot. rhet. 2. char. 82.

Expertum, & extimatum dupliciter referuntur ad vniuersale. Vno modo contemplatione, ut ex expertis, & memoratis in sensu acceptis rerum veritas accipitur per se, uel in signo communi. Alio modo inest expertum, & memoratum, prout in ipso est conferens ad appetitum, & fugam. Alber. mag. de ani. 2. 1. cap. 2. c. 170. colum. 2.

Expetendum ut effectuum alicuius per se ipsum experti non potest. Alex. aphrod. in 1. prio. c. 23. col. 1.

Expetendum est propter seipsum, quod in seipso ac sui natura expetendum obtinet. Alex. aphro. in 4. nat. quest. cap. 25. c. 21.

Expirantes vehementer cur iterum expirare nequeunt: quod idem in respirando accidit, quia alterum dilatatio, alterum contractio loci est, & ambo vicissim fieri necesse est, bis vero ex ordine posse neutrum. Arist. probl. sec. 34. nu. 8. char. 650.

Explicatio exquisita in introductorijs non est expetenda, Simp. in præd. ch. 16.

Exposita est bestia in Iudææ mari, quæ dicitur Iopea iucunda, longissimos, & multos dentes habens, & pinguedinem quinque cubitorum, & est de genere cetorum. Alber. mag. de ani. 24. ca. 1. ch. 197. col. 3.

Expositores octo in librorum inirijs præfari solent, & sunt, propositum libri, vsus, ordo eius, partes eius, ratio ex proportionem, modus doctrinæ, nomē libri quid significat, & auctor quis fuerit. Aueroes physicor. 1. ex proccem. ch. 2. col. 2.

Expositio est, cum sub vniuersali aliquod sensibile sumitur, de quo vtraque extremitas vel vniuersaliter, vel particulariter prædicatur. Albertus magnus in priora. ch. 104. colum. 4.

Expressibilia sunt illa, in quibus profundatur digitus, postea redeunt, ut lana facit, & cum non redeunt, vocantur compressibilia. Aueroes meteor. 4. tex. 9. ch. 212. columna 3.

Expulsio est, cum expellens relinquit quod mouetur. Arist.

Arist. phys. 7. sum. 3. cap. 1. tex. 10. charta. 181.

Expulsiva uirtus expellit, quod superfluum est, siue purum, siue impurum: & uiuatur calore aperiente vias, humiditate lubricante uias, frigiditate per accidens ingrossando ventositatem, quæ cum magno impetu eijciat; & siccitas, & frigiditas uiuant exprimendo: nec non caliditas viscositatem incidendo. Alber. mag. in secundo de ani. trac. 2. capit. 8. ch. 18. col. 4.

Exiccantur quæcūq; sunt aqua, & aquæ species; aut habent aquam siue super inducta, ut in lana, siue conatam, ut in lacte. Aristot. meteor. 4. sum. secunda. cap. 2. tex. 30. charta 569.

Exiccantur omnia, aut calefacta, aut frige facta, & ab interiori, & ab exteriori calido: extra quidem, ut quæ elixantur: intra autem, ut quæ ab lato humido a caliditate, quæ habet, consumptum fuerit expirante. Arist. meteor. 4. su. 2. cap. 2. te. 33. c. 570.

Extensibilia sunt illa, quæ possunt trahi ex uno latere, & elongantur, & non inciduntur; & uniuersaliter sunt res cōglutinatiuæ, in quibus est aliqua coagulatio. Auerr. meteor. quarto, charta 212. col. tertia.

Extenuatus merum si inde hauserit multum, morte occumbet, & plerique bibaces, cū se nihil extenuarint, multo tamen, & uniuerso mero hausto sicci eliciuntur; uinum enim calidum est, & ut uita calido contineri videtur, sic mors refrigeratione accidere, quia ut ex cicuta, sic ex mero intereundū est, dū proprius calor paulatim extinguitur, modo tamen diuerso: cicuta enim calorem frigiditate sua extinguit, humoremque indurat: uinum autem sua caliditate calorem macerat naturalem. Et ut a Sole, aut nimio igne exiguus ignis extinguitur, sic intimus corporis calor a uini calore, si minus est, superatur, & extinguitur. Arist. probl. sec. 3. charta 374.

Extimatiōnis differentiæ sunt scientia, opinio, & prudentia, & horum contraria. Aristoteles 2. de ani. sum. 7. 1. cap. 1. r. 154. charta 653.

Extimatio est, qua in omnibus fere sumus accipites, sitne ita, an secus. Arist. mag. moral. 1. cap. 43. ch. 316.

Extimatio omnis in assensu consistit: assensus autem non secundum solam occurrentium intellectionem, sed etiā per ueri, & falsi sit distinctionem. Simp. 3. de ani. ex sec. 1. r. 153. char. 54. col. 3.

Extimatio latius patet quam opinio. Simplicius ibidem. Extimatio & cogitatio sunt rationales cognitiones. Simplic. 3. de anima, sec. 1. tex. 163. char. 58. col. 1.

Extra mundum, nec locus est, nec uacuum, nec tempus. Arist. 1. de celo. r. 98. c. 274.

Extra mundum quæ sunt, non sunt nata in loco esse, nec tempus ipsa facit fenescere, nec vlla transmutatio vllius eorum est, quæ super extrema disposita sunt latione, sed in alterabilia, & impassibilia, optimam habentia vitam, & per se sufficientissimam, perseverant toto æuo. Arist. in 1. de celo. sum. 9. te. 100. c. 275.

Extra cadere terminus significat in plus esse, hoc est prædicari: hoc tamen in loco significat positionem mutare. Io. gram. in 1. post. ca. 19. c. 44. col. 4.

Extra corpus cœleste quod est, non est in tempore, ut Deus, & intelligentiæ, Auerr. 2. de celo. te. 1. c. 45. col. 2.

Extrahens aliquid ex potentia in actum necesse est, ut in eo sit aliquo modo illud, quod extrahit, non quod sit secundum omnes modos. Auerr. in 12. metaphysic. tex. co. 18. c. 143.

Extremitates in prima figura sunt, quæ & ipsa in alio, & in qua aliud est. Arist. prior. resolut. lib. 1. sec. 2. te. 5. charta 153.

Extrema in secunda figura vocantur, quæ subijciuntur medio, maius quidem, quod ad medium iacet, minus quod est longius a medio. Arist. lib. 1. prior. sec. 1. cap. 5. ch. 156.

Extrema in tertia figura, quæ prædicantur, maius a medio longius, minus quod proximus. Arist. lib. primo prior. sec. 1. cap. 6. c. 160.

Extrema semper & in alijs, & in naturalibus circa idem susceptibile videntur fieri, & eisdem esse passiones, ut sanitas, ægritudo, pulchritudo, turpitudine, robur, imbecillitas. Arist. de som. & vig. ca. 1. c. 47.

Extrema in rhombo puncta si duabus ferantur lationibus, cur non vtrunque æquale pertransit rectam, sed multo plus alterum? idem est sermo, cur quod super latus fertur, minus pertransit quam latus? quia quod ab obtuso fertur angulo, ambæ lationes feræ sunt contrariæ, & illa secundum quam ipsum fertur, & illam secundum quam a latere fertur. Ei autem, quod ab acuto fertur, accidit, ut ad idem feratur. Arist. quest. mechan. q. 23. c. 794.

Extremi in propositionibus sumpti sunt termini illi, qui semel in positione propositionum sumuntur. Alexan. aphro. in 1. prior. ca. 33. c. 62. col. 1.

Extrema semper sunt cū eare, cuius sunt extrema. Themist. in 4. phy. tex. 41. c. 36. col. 4.

Extrema alia sunt ut partes, alia ut termini. Simp. in 5. phys. te. 41. c. 36. col. 4.

Extremorum decidentia in eo cognoscimus, in quo fines, & extrema cognoscimus. Simp. in 3. de anima. ex sec. 2. tex. 23. c. 66. col. 2.

Extremitas minor in syllogismo cōcludente, necesse est, ut sit sub medio, ut continetur pars in toto, quousque fuerit proportio vnius ad aliud, proportio partis ad totum; & hoc actu in prima figura, potentia in secunda, & tertia figura. Aueroes in 1. prior. sec. 2. ca. 24. char. 83. colum. 3.

Extrema vtraque sunt in medio in actu, sed tamen non in vltima perfectione. Auerr. in physic. 1. tex. 56. c. 16. columna 4.

Extrema sunt in medio media dispositione, pro quo vide 4. celi. co. 26. Aueroes physic. 5. tex. 6. c. 96. col. 4.

Extremorum translatio non est necesse, ut sit per omnia media. Auerr. 2. de ani. tex. 105. c. 148. col. 1.

Ezox est piscis Danubijs, alij magnū, alij labsem vocant, alij vsionem, aut alocem; labsem figuram salmonis habet, nisi quod inferiorem mandibulam ad superius habet recuruā, ut Aquilæ rostrum curuatur ad inferius, & tunc non est longior, quam superior, sed superiore foramine ad hoc parato in se recipit inferiorem: non habet carnem adeo rubeam, nec delectabilem, ut salmo. Albertus magnus de animalibus, lib. 24. cap. 1. ch. 197. colum. 4.

F



FABA est multorum colorum, & qualitatum iuxta diversitatem terrarum, in quibus nascitur declinat ad frigiditatem, ac siccitatem, ac frigida, & humida est. viridis inflat multum. generat ex ipsa sanguis grossus, & caro mollis. Alber. mag. de veget. & plant. lib. 6. tr. 2. ca. 7. c. 165. col. 3.

Faba si vellitur ante lucem, antequam luna procedat exorta excussa, & refrigerata ponatur in saluo, Gurguliones aut non habebit, aut minus infestos. Alber. mag. de veget. & plant. l. 7. tr. 2. ca. 1. c. 177. col. 2.

Fabulas in Sicilia confingere ceperunt Epicamus, & Phormis. Arist. de poetica. cap. secundo. char. 263.

Fabula, & principium, & finem non temere positum habere debet: & longitudo tanta esse debet quanta memoria facile complecti possit, ac demum magnitudinis terminus est, cum siue ad commodam fortunam ex incommoda, siue ex commoda ad incommodam perpetua serie mutata fuerit. Arist. de poet. ca. 5. c. 267.

Fabula una est, non (vt nonnulli putant) si circa vnum aliquem sit: multa enim, & minime genere determinata accidunt, ex quibus quædam nullum constituunt vnum, & simili ratione vnus multæ sunt actiones, ex quibus vna actio nunquam fiet: in qua omnes præter Homerum errauerunt, & ita vna esse debet vnus, & eiusdem integræ, sicque partes inter se coherere, vt nulla transferri, vel subtrahi queat, quin totum illud varietur, & immutetur. Arist. de poet. ca. 6. c. 268.

Fabulæ pulcherrimæ sunt, & maximam admirationem præferant, quæ veluti suo sponte impulsu provenire videntur in ijs, quæ a fortuna proveniant. Arist. de poet. cap. 8. char. 270.

Fabularum aliæ simplices, aliæ implexæ, simplex est, in qua vna continua, & absque peripetia agnitione agendo fit mutatio, implexa, quæ vel agnitione, vel peripetia, vel etiam vtraque. Arist. de poet. ca. 9. c. 271.

Fabulam sic contextuisse oportet, vt etiam sublato spectaculo vnusquisque, quæ geri contigerunt, percipies plane exhorreat, misereaturque spectaculum, si portentosum est, & non terrificum, alienum est tragœdia. Arist. de poet. ca. 11. ch. 275.

Fabulæ ita sunt constituendæ, vt rem ante oculos maxime ponant, & in ipsis decorum inueniendū est. Arist. de poet. ca. 14. ch. 280.

Fabulæ ex admirandis, & fidem non capientibus constituantur. Alex. aphr. in 1. metaph. c. 15. col. 1.

Fabulas fingit poeta, vt excitet homines ad admirandū, & quia admiratio excitat, ad inquirendum, vt sciatur causa eius, de quo miratur admirans. Alb. mag. in 1. metaph. tract. 2. char. 60. col. 3.

Facere, & agere specie differunt. Aristoteles politic. 1. cap. 3. char. 493.

Facere est in quidpiam agere, cuius quæ sunt species, vel in seipsum facit, vt animus seipsum viuificat, vel in aliud, vt ignis, vel alio modo, per animi impetum, vt in cane latratus: vel per naturam, vt ignis in ligna. Ammo. in præd. char. 102.

Faciens, vt faciens, non mouetur, sed facit mouere immobile manens. Ammo. in præd. ch. 9.

Faciens comprehendit etiam subiectū, & significat compositum conceptum ex agente, & actione. Simpl. in præd. char. 79.

Facere non solum comprehendit motū, sed etiam actiones. Simpl. in præd. char. 82.

Facere & pati in illis generibus suscipiunt magis, & minus, in quibus res, quæ agunt, & patiuntur, suscipiunt magis, & minus. Simpl. in præd. c. 87.

Facere, & de irrationabilibus animalibus prædicamus, & de inanimatis corporibus: agere autem de animalibus rationalibus proprie prædicamus. Simpl. in 2. de celo. tex. 64. co. 42. col. 3.

Facere nemo dubitat, quæ se bene didicisse confidit. Diuus Thomas tertio ethico. lib. 16. c. 50. col. 3.

Facetia est mediocritas circa iucundum: si est in ioco, excellentiss, scurrilitas; qui vero ea est præditus scurra: qui autem deficit, rusticus quidem, & habitus est rusticitas. Arist. 2. ethico. ca. 7. c. 44.

Faceti dicuntur, qui apte, & moderate iocantur. Arist. 4. ethico. ca. 18. ch. 104.

Facetia est erudita contumelia. Arist. rhet. 2. ch. 99.

Facies ea pars est in homine, quæ caluæ subiecta est, soliusque hominis dicitur facies. Arist. de histo. anim. 1. cap. 8. char. 18.

Faciem homo solus anteuersus habet, & anteuersus vocem emittit. Arist. de partib. ani. 3. ca. 1. c. 467.

Faciem cur effigiare consueuerunt? quia ea præcipue parte, qui sumus, agnosci potest. Aristotele sproblem. sec. 36. nu. 1. ch. 655.

Faciem cur maxime sudare solemus, quæ carnis omnino expers, gracilisque est? an quod ea propensiora sunt ad sudorem, quæ humida, laxaque sunt? caput autem tale est, quod humorem suum plurimum habeat, quæ venæ tendentes inde declarant, & distillationes, quæ in capite venire solent: cerebrum item humidum est, & foramina capitis permulta, capilli profecto foraminum multitudinem, foras vsque productam, latissime indicant, sudor igitur non ex parte inferiore, sed ex capite oritur, quamobrem frons prima, & maxime sudat, prima enim subiecta vertici est, humor autem deorsum non sursum fluit. Aristoteles problematum. sec. 36. num. 2. ch. 655.

Faciem qui carnosam habent, segnes referuntur ad boues: qui macilentam, accurati: qui carnosam, timidi, referuntur ad asinos, & ceruos: qui valde paruam, pusillanimi, referuntur ad catum, & ad simiam: quibus est magna, tardi, referuntur ad asinos, & boues. At medius horum habitus est conueniens: & quibus videtur parum decens illiberales sunt, & referuntur ad ap parentem conuenientiam. Arist. physio. ca. 9. c. 350.

Facies super erubescens quibus est, verecundi sunt, referuntur ad passionem, quia verecundatis supererubescit facies. Arist. physio. ca. 10. c. 353.

Faciens, cum facit aliquid absque possibilitate patiendi, tunc vere dicitur facere. Alb. mag. in 1. de gen. & corr. tract. 5. ca. 7. c. 68. col. 1.

Faciei nomen non conuenit nisi homini secundum rationem, & non alijs animalibus. Alb. mag. de ani. lib. 1. tr. 2. ca. 1. ch. 6. col. 1.

Faciei septem membra mouentur: frons, oculi, palpebræ superiores, maxilla in communitate labiorum, labia sine maxilla, & duæ inferiores narium extremitates, & mandibula inferior forti motu mouetur. Albertus mag. de ani. l. 1. tra. 2. ca. 14. c. 14. col. 1.

Facile enuntiant ad pauca inspicientes. Arist. 1. de gene. & corr. cap. 2. tex. 5. c. 384.

Facile quod non est, non est beatum, sed violentum. Arist. 1. de ani. su. 3. tex. 49. ch. 601.

Facilius est non accipere, quam dare: suum enim quisque magis non profundere, quam alienum non recipere conuenit. Arist. 4. ethico. nicom. ca. 1. c. 80.

Facilia sunt, quæ breui tempore, vel non moleste sunt nam difficilia sunt, quæ sunt molesta, vel longitudine temporis. Arist. rhet. 1. ch. 28.

Facilia sunt, quæ breui tempore, & minimo labore, & impensa absoluuntur. Arist. rhet. ca. 1. ch. 182.

Facilius

Facilius est facere, quam bene facere. Alexand. aphrod. in top. cap. 1. c. 71. colum. 2.

Facilitas, & difficultas oritur ex proportione, & improportione obiecti ad potentiam. Alex. de ales 2, meta. char. 34. colum. 1.

Facta, alia propter aliquid sunt, alia non, & horum alia secundum electionem, alia non secundum electionem. Arist. phys. 2. su. 3. c. 2. te. 49. ch. 41.

Factiæ propositiones per duas species fiunt, per bonū, & per possibile. Arist. de animal. motu, c. 4. c. 86.

Factum quod est, cum factum sit, nullo modo fieri potest. Arist. 6. ethico. ad Nicom. c. 2. c. 141.

Factum, aut non factum esse perferuari, licet ex his, si quod minus naturam habet, vt fiat, factum est, & factum est, quod magis. Et si posterius, etiā quod prius, & si potuit, & voluit, fecit, & si voluit, & nihil extrinsecus impediuit, & si fieri potest, & iratus fuit, & si potuit, ac concupiuit, & si futurum fuit, vt facit, & si tentauit, & si quæcunque habent, vt posterius fiant, aut id cuius gratia fiunt, factum est etiā, quod prius, & huius gratia est, factum est. Aristoteles rhetoricorum secundo char. 107.

Factum ex aliquo, ex eo mutatur, ex quo fit, & ab ea natura descendit in qua erat, & aliquid aliud efficitur. Alex. aphr. in 6. meta. vel secundum lati. 7. co. 23. ch. 198.

Factum est de operationibus facientis, vt finis. Auer. 2, de celo te. 17. char. 50. colum. 2.

Factum omne prima intentione est essentialiter, secūda accidentaliter. Auer. 3. de celo, te. 74. c. 107. c. 3.

Factarum rerum, quædam sunt indiuidua substantiæ, quædam indiuidua accidentium, & substantiæ indiuidua, alia sunt indiuidua substantiarum simplicium, scilicet partes elementorum, alia indiuidua substantiarum compositarum, & substantiarum compositarum indiuidua, alia habent animas, vt animalia, & vegetabilia: alia non, vt mineralia. Accidentia vero, quædam sunt in indiuiduis substantiarum simplicium, quædam in indiuiduis substantiarum compositarum, aut in habentibus animas, aut in carentibus eis, & vterque istorum modorum duorum, aut est per naturam, aut per voluntatem. Auer. de somn. c. 202. c. 2.

Facta in hoc differunt a creatis, quia facta, cum inuenta sunt, concipiuntur eis priuatio, per quod indigent agente, quo esse eorum permanet. Auerro. ex destruct. destruct. disput. 3. char. 21. colum. 1.

Futura voluntaria non potest homo intelligere, nisi modo accidentali. Auer. de somn. ch. 202. col. 2.

Factum omne a mouente vniuocè fit, quæ propositio, tribus adiectionibus verificatur: prima quod intelligatur de causa, non instrumento: secunda quod intelligatur de coniuncta, non separata: tertia de causa per se, & non per accidens, & hæc est Alexan. Them. & Auer. opinio, sed Albertus eam veram esse generaliter intelligit. Albertus magnus in 2. metaphy. tractat. 1. cap. 11. ch. 150. colum. 3.

Factio non ponitur inter ea, quæ aliquod bonum appetere videntur, quia factio non est materialis artis, vt actio virtutis naturalis. Albertus magnus ethicorum 1. tract. 3. ca. 4. char. 6. colum. 4.

Factuarum rerum tres sunt termini, vnus electionis, alter motus, & operationis, tertius intentionis, & ille est status in actiuis non sic, sed stant in vno, primo quod est actus. Alb. magn. ethicor. 6. tra. 1. cap. 6. c. 70. col. 3.

Factum tribus de causis non affirmatur agenti in forma. Primo, quia factum non primo, & per se respondet agenti, sed per accidens, & per posterius. Secundo, quia agens agit instrumentaliter. Tertio, quia materia patientis non est proportionata ad recipiendam formam agentis propter eius excellentiam, sed recipit aliquid minus. D. Th. in 1. de gen. & cor. te. 3. c. 12. c. 3.

Facultates illæ sunt, quibus idonei dicimur, vt affectibus

afficiamur, quibus vel dolere, vel misereri possumus. Aristotel. 1. ethico. nicom. cap. 5. chart. 36.

Facultatum, habituum, & scientiarum non est vnus modus: nam facultas, & scientia eadem cum sit, esse contrariorum videtur, habitus vero contrarius, contrariorum esse nullo modo potest, nam ex sanitate contraria non agunt, sed sana. Aristoteles ethicorum nicom. capit. prim. chart. 108.

Facultas differt a parte, quia facultas per totum subiectum permeat, pars autem in aliqua portione substantiæ est, non in totum. Ioann. grammaticus in tert. de anima. capit. 40. chart. 92. col. 2.

Facultates irrationales, ira, & cupiditas, ita a natura homini tributa sunt, vt operari duobus modis possit, vel rationis obtemperantes, vel rationis imperium respuentes, si rationi obtemperant, & rationales ipse fiunt. At si contra rationi repugnant non solum brutis conuenientes faciunt actiones, sed brutis quoque peiores, nam rationalem facultatem sibi coniunctam habent. Eufr. 6. ethico. cap. 1. chart. 273.

Facultatum irrationalium perfectio est, vt anime rationali tanquam mensuræ subiiciantur. Eufr. 6. ethico. cap. prim. chart. 174.

Facultatis eiusdem est nosse similitudines, & differentias. Boet. in top. lib. 4. chart. 812.

Facultatis eiusdem est, & verum, & verisimile perpendere. Daniel Bar. 1. rhet. cap. 8. chart. 13.

Falcones, quod alio nomine arsenicum vocant, vel vulgo auri pigmentum, est lapis citrinus, & rubeus. Alb. mag. 2. de miner. tract. 2. cap. 6. chart. 240. col. 2.

Falconum genera.

Falconum nobilium sunt decem genera, & tria ignobilium, & tria mixta ex nobilibus, & ignobilibus, & vnum mixtum, quod quia non omnino est ex ignobili parente, valde est efficax ad venandum. Alb. mag. in lib. 23. de ani. cap. 5. chart. 187. col. 4.

Falconum primum nobilium genus est, quod sacrum appellant, amat alte volare, est indignus, parua crura habet, grossa, & nodosa, vngues crudeliores aquila, aspectu terribile, oculos flammeos ex citrino in rubeum declinantes, caput magnum, & rostrum fortissimum, complicationes alarum magnas, & caudam longam, & est in magnitudine fere aquile, & sub ipso propter timorem, nec aquila, nec alia auis rapax volat, sed fugiunt, volant duo simul, & domestici fiunt, qui in una pertica manent, & ad domicilium redire consueuerunt. Albert. mag. de ani. lib. 23. cap. 1. chart. 187. col. 4.

Falconum secundum genus nobilium, est gyrofalco: quantitate maior asture, & minor aquila: dicitur gyrofalco, quia diu girando prædam insequitur, nec ad parua dignatur, sed Grues, & Cignos insequitur. Est pulchra auis, non longa cauda, alarum ruga valde decentia habens, & fortia, crura plana non nodosa, vngues satis fortes habet: in uenatione diu insequitur prædam, ideo uenator, indiget ueloci equo, in quo insequatur eum, & doctis velocibus cambus, qui ei auxiliantur quando prædam deijci, est docendus, ne in aqua prædam inniciat, ne sequens in aqua lædatur, uel mergatur: & si euadit, fit timidus. Alber. magnus de animalibus lib. 23. cap. 1. chart. 187. col. 4.

Falconum tertium genus est montanarium, breue spissum in corpore, est præcipue breuis caudæ, pectoris ualde rotundi, & magni: fortium erurium, & breuiū respectu corporis, nodosorum pedum, & fortium unguium, frequenter respicit pedes, & est coloris in dorso, & exterius in alis, cineritii, & per permutationes fit clarior. Est ferum, malorum morum, iracundū, incostantis iræ, ideo præcipue Ptolomæus Rex Aegypti quod raro teneatur in manu, nisi de aurora, & tempore venationis.

venationis. Pedes valde pallētes habet; & crura quasi squamosa, squamis sese prementibus. Si non redit non est multum curandum, quia depōsita ira redit ad domicilium; si ultra vires, ad fortes aues dimititur, cum incaluerit ira eius immoderate præcipitat se in mortem. Alb. mag. de ani. li. 23. ca. 7. ch. 188. col. 1.

Falconum quartum genus, quod peregrinum dicitur, quia semper de terra in terram peregrinatur, ut quia nescitur nidus eius, est quantitatis minoris, quā montanius, cauda curta, longarum alarum, grossi capitis, longæ coxæ, brevis cruris, & si habet crura nodosa, melior est: albescentia etiā dicitur habere crura, & pedes. Anas communiter est eius præda. Alb. mag. de anim. li. 23. ca. 8. ch. 188. col. 2.

Falconum quintum genus est, quod gibbosum appellatur: valde paruum est corporis quātitate, sed mirabile virtute, & audacia, & strenuitate volandi, cum prædam insequitur: habet caput magnum respectu sui corporis, rostrum breue; rotundum, alas longas valde exētas, caudam breuem, coxas fortes, & crura aliquantulum longa, quasi squamosa, pedes nodosos in articulis digitorum, oculos flammeos ardentēs, & in colore peregrinorum: est tantæ audaciæ, quod anseres siluestres, ardeas, grētesq; deijcit. Alber. mag. de ani. li. 23. ca. 9. c. 148. col. 3.

Falconum sextum genus est falco niger, breuior peregrino, sed est figura per omnia similis ei, sed in colore dissimilis: quia in dorso, & exteriori alarum, & cauda fuscans habet nigredinem, & in pectore, & in ventre, & lateribus fuscans varietatem: in faciem guttas falconarias habet nigras, quæ quadam caliginosa, & fusca palliditate circumfundantur. Alber. magnus de anim. li. 23. ca. 10. c. 188. col. 3.

Falconum genus septimum est falco albus, qui venit a mare Oceano a regionibus Norvegiæ, & Suetiæ, albedinis causa est frigus regionis, in qua nascitur: non est ita velox in volando, vt niger, sed diutius sequitur aues, quam niger. Albertus magnus de animal. lib. 23. cap. 11. c. 188. col. 4.

Falconum genus octauum est, quod rubeum appellatur, non quod in toto falco sit rubeus, sed quia penæ, quæ in alis sunt albæ, in hoc sunt rubæ; nec apparet rubeus, nisi cum alas exerit: est paululum minor peregrino: est etiam vnguis pedibus, & rostro fortis, in volatu agilis, sed non diu perseuerans; domesticatur multum, & per mutas duas, vel tres melior efficitur, sed non est adeo longæ vitæ, vt alij. Alb. mag. de ani. lib. 23. ca. 12. c. 189. col. 1.

Falconum genus nonum iam declinans a nobilitate falconum est id, quod hyacinthinos habet pedes, simile in quantitate, & figura peregrino, sed non est adeo nigrum, & in pectore albus, alæ non ita magnæ, sed cauda longior, & vox acuta, & minoris audaciæ: inuadit piccas, & corniculas. Alber. magnus de animal. li. 23. cap. 13. c. 189. col. 1.

Falconum decimum genus est id, quod quantitate minimum, & similitudinē vulgariter vocatur, & licet a nobilibus alijs falconibus quantitate deficiat, tamen a nullo eorum in audacia, in viribus suis deficit, ita vt & graem dicunt cepisse, sed alaudē insequitur, & ad plus perdicem, vel columbam. Alb. mag. de anim. lib. 23. cap. 14. char. 189. col. 2.

Falconum ignobilium tria sunt genera, quæ vt antiqui aucupes, Aquila, Symmachus, & Theodotion tradunt, Janarij potius, quam falcones vocantur: iuuenes nullius audaciæ sunt, cum autem mutauerint se accipiunt sæpe colombas, & anates. Alber. mag. de anim. lib. 23. cap. 15. c. 189. column. 2.

Falconum genera permixta quatuor sunt. falco enim peregrinus permiscetur ei, qui est pedū hyacinthinorū, & si pater est peregrinus, parū declinat a nobilitate

patris, quia patris virtutem imitatur; & habet parum azzuri in pedibus: si mater peregrina, ignobilis; alia sunt cum peregrinis permiscetur, cū Janarijs nigris, albis, & rubeis. Alb. mag. de ani. li. 23. ca. 16. c. 189. col. 2.

Falconum duo alia inueniuntur genera præter decem nobilia, & tria ignobilia, & quæ permixta. primum est lapidare, aliud arboreale: primum est mediæ quātitatis inter peregrinum, & gibbosum, & inuenitur in altis rupibus: alterum est mediæ quātitate, & vigore, inter gibbosum, & similit. Alb. mag. de ani. lib. 23. cap. 24. c. 192. column. 3.

Falconum proprietates.

Falcones quatuor propria habent, quibus a cæteris omnibus alijs rapacibus auibus discernuntur. Primum est figura corporis: secundum color: tertium proprius actus: quartum sonus vocis. figura. n. in genere omnibus conueniens est, grossius habere caput, collū breuius, & rostrum pectus maius cum ossē acuto, alas longiores, caudam contractiorem, crura breuiora, & fortiora respectu sui corporis, cæteris auibus rapacibus. Color est in facie habere maculas nigras in maxillis, & albas circa foveas oculorū vtrinque ex vtraque parte rostri, cilia nigra, & in craneo, & dorso superiori colli, & exteriori alarum, & in exteriori caudæ cinereum sub nigrum colorem; in alijs corporis partibus plenum varietate, quasi virgulatim descendente interruptis quandoque virgulis, & ista varietas semper habet nigredinem pro vno colore, sed in primo anno. Secundus color est rufus remissæ rubedinis, & secundum quod sæpius mutatur, magis albescit.

Oculorum color est vehementer crocicatus, & color pedum optime croceus vergens ad albedinē, & quo minus albescent, eo ignobilior est falco, & si vergunt in saphyrum ignobilis est color. Proprius falconis actus inter aues rapaces est, impetu ferri in prædam, & oblique descendit, quia incidit vnguis longum vulnus, & inter descensum, & ascensum quasi nihil quietis interponit. Si alis stat suspensis, signum est timiditatis, & diligit adiuuari a falconario, & diuidit prædam cum socio sine pugna. Sonus falconum est grauis, & hoc fidelitatis habent falcones, quod bene nutriti, & edocti redeunt ad domos. Alber. mag. de ani. lib. 23. ca. 2. c. 187. col. 1.

Falcones cadaveri non insident, vt aquilæ, & miluorum genera. Alb. mag. de ani. li. 23. ca. 6. ch. 188. col. 1.

Falcones cum descendunt non ita percipiunt, sed potius cum a descensione reascendere incipiunt, tunc posteriore vngula ante pectus disposita feriunt. Alb. mag. de ani. li. 23. ca. 9. ch. 188. col. 4.

Falcones, qui in nidis completi sunt, meliores sūt, & fortiores habent pennas. Alb. mag. de ani. li. 23. cap. 17. c. 189. column. 3.

Falcones audaces sunt, si sæpe vitas aues accipiant, comprimant, & occidant cū clamore, quo inuitari solent a falconario, & caueat ne vnguis, aut rostro ab auibus noceatur, quia fit falco iuuenis pusillanimus. Alber. mag. de ani. li. 23. cap. 17. c. 189. col. 3.

Falconum regimen.

Falconū regimen in tria regimina diuiditur; domesticationum regimen: sanitatis regimen; & infirmitatis regimen. Albertus magnus de animal. 23. cap. 17. c. 189. column. 3.

Falconum regimen domesticationis, duos habet fines: vnus est, vt assuescat manu hominis: alius est, vt audax, & præceps in captura auium fiat. Primum perficitur, si nunquam nisi super manum cibet, primo enim cum domesticatur ante lucē pileo in duatur, & teneatur

teneatur in manu vsque ad tertiam, & detur ei coxa gallinæ, & cum comederit pone eum super gramen, & pone ante eum aquam, vt balneetur, si voluerit, & post dimitte eum stare ad solem donec se bene purgauerit, mittatur in locum obscurum vsque ad vespërā, & postea teneatur in manu vsque ad primum sonum, & reponatur in obscuro, & accēde ignem clarum, vel lucernam per totam noctem, & postea eo pileato sta ad ignem cum eo aliquandiu. Alb. mag. de ani. li. 23. cap. 17. c. 189. col. 3.

Falconum purgationem faciunt sumentes carnem, & reponunt eam in aceto forti, & comprimunt in puluere facto de pipere trito, & mastice, & aloë, & datur falconi cum repleta sunt viscera eius humore phlegmatico. Alb. mag. de ani. li. 23. cap. 17. c. 189. col. 4.

Falconum regimen sanitatis est, cum falconerius cibatur falconem cibo horis, & quantitate, qua siluestris cibari consuevit, & præcipue carne leui auium, & adhuc calore vitæ spirante, & teneat eum inter maciem, & pinguedinem. Alber. magn. de animal. li. 23. cap. 17. char. 189. column. 4.

Falconum prima infirmitas est dolor capitis, cuius signū est, quod falco claudit oculos, & mouet caput in partes diuersas, tunc tollat lardus, & miscetur cū pipere trito, & detur ei manducare, & alternis diebus detur ei aloë aliquantulum cum carne pullina. Alb. mag. de ani. li. 23. cap. 18. c. 190. col. 1.

Falco cum aperit rostrum, quasi extensiones habeat, & alices, & percutit cum rostro pedem, vel e conuerso, signum est, quod habet malum humorem in capite; ideo tunc torquendus est cum stilo argenteo, vel aureo ad nares, vt humor exeat, & postquam exierit, vngatur tortura oleo oliuæ, vel butiro. Alb. mag. de ani. li. 23. cap. 18. c. 190. col. 1.

Falco cum stentat, & projicit aquam de naribus, signū est humectationis cerebri immoderatæ; cura est, vt tria grana saxifragiæ, cum totidem piperis optime in mortario conterantur, & puluis inde confectus cum aceto forti distemperetur, & cū bombace in nares falconis, vel in palatū ipsius iniiciatur, & postea carne pullina cibetur. Alb. mag. de ani. li. 23. cap. 18. c. 190. col. 1.

Falconis collum cum inflatur, signū est guttæ mēbra colli infundentis calidæ; ideo deplumandum est collū, & minuendus de vena auriculari, vt gutta ad generationē generandarū penarū extrahatur, & detur falconi rana ad comedendum, quam si digesserit, pro certo sanus est. Alb. mag. de ani. li. 23. cap. 18. c. 190. col. 1.

Falco cū arteriam, vel cannam inflatam habet, & sufficit, ac si suffocari debeat, pro certo reumatismum patitur. Sumatur de sanguine pauonis, & muscatis, & mirobolanis, chebulis, gariofilis, cinamomo, zinzibere equaliter de quolibet vna vncia, & fiant nouem pillulæ, & quotidie detur sibi vna ad tertiam, & ad nonam cibet carne muris. Alb. mag. de ani. li. 23. cap. 18. c. 190. col. 1.

Falco si habet malum in renibus, est signum, quod non potest saltare, & alis extensis se a manu longe eicere, & redire vt aues consueuerunt, hæc gutta mortalis a plerisque vocatur. Sumantur grana, quæ crescunt in spina alba, quæ germanice appellantur hagedorn, quæ sunt rubea, & conunde ea, & commisce cum pilis leporis, & hoc totum misce cum carne cocta, & ciba eū tali cibo, vsque ad 9. dies si talem cibum retinuerit, sanus erit. Alb. mag. de ani. li. 23. cap. 18. c. 190. col. 1.

Falco si patitur guttam, quæ syllera appellatur, quæ quando decurrere incipit in corpus falconis, quali veneni naturam habet, tunc acumen rostri, & vngularum falconis dealbari incipiunt, & accipiatur serpens niger, qui tyrus dicitur, & abscindatur a capite, & cauda palmus, & abijciatur, & quod remanet frigatur in olla noua, & pinguedinem, quæ inde eliquatur, collige, & detur falconi calida, cum carne pauonis successiue

per octo dies, & postea accipe porcellum cum aqua calida depilatum, & sumatur tenerum pectoris cum mu re paruo, & detur ei comedere, quem cibum si bene digesserit absque dubio sanus erit. Alb. mag. de anim. li. 23. cap. 18. ch. 190. col. 1.

Falco cū leuato pede sæpe percutit cum rostro crus suū, scias quod habet guttam falsam, tunc minue sanguinē de vena, quæ est inter crus, & coxam, & sanabitur. Alb. mag. de ani. li. 23. cap. 18. c. 190. col. 1.

Falco cum pediculis grauatur, accipiatur argentum viuū, & commisceatur cum spūto hominis, & commoueatur, donec moriatur argentum viuū, & postea huic toti iunge axungiam veterem, & misce omnia, & inde vnge caput falconis, & intinge fila, & circum liga collo eius, & morientur pediculi: vel accipe piper, & grana sisami, & tere simul, & coque in olla noua, & immitte aquam & lauam, & sanabitur. Alb. mag. de ani. li. 23. cap. 18. c. 190. col. 2.

Falco febrem habet, si pedes eius ultra modum calent, & tunc accipiatur aloë, & axungia gallinæ, & mittatur in forti aceto, & detur ei interpolate ad manducandum: & alia vice testudo quam limacem vocant: si tenuerit hoc pastum, sanabitur. Alb. mag. de ani. li. 23. cap. 18. ch. 190. col. 2.

Falco cū carnem rostro laceratam accipit, sed statim, vel post modicum non per digestionē alteratā projicit, tunc pro certo viscositatem duram habet in struma, & stomacho, & in intestinis, quæ a quibusdā petra vocatur; tunc fiat puluis de gariofilis, & spargatur supra carnē passeris, & detur sibi alternis diebus, & alternis detur pipio, vel purgamentum, & si tenuerit hanc dietem, sanus erit. Alb. mag. de ani. li. 23. cap. 18. c. 190. c. 2.

Falco cum non egerit longe, signum est viscositatis duræ, tunc dandum est ei cor porcini, cum seta porcina minutatim incisa, vsque in tertium diem, & liberabitur. Alber. magn. de animal. lib. 23. cap. 18. char. 190. column. 2.

Falco si lumbricis in ventre affigetur, & in egestionē aliquod huiusmodi apparuerit, limatura ferri, & maxime caibus depurati, super carnem porcina spargatur, & falconi detur vsque in diem tertium, & purgabitur. Alb. mag. de ani. li. 23. cap. 18. c. 190. col. 1.

Falconis pennas si tinea consumit, accipiatur cera rubea, muscata mirabolani, falgemæ, gūmi Arabici grana tritici, æqualiter, sed plus de cera, & oīa hæc in forti aceto pone, & per nouē dies in eo dimitte in aliquo pelui, vel bacili, & postea deponere in ampulla, & quotidie laua falconem, vel aliam auem rapacem, & sanabitur, & postea aqua rosacea laua ea, & pone ad Solem. Alb. mag. de ani. li. 23. cap. 18. c. 190. col. 2.

Falco aliquando infusionem patitur, vt equus, & tunc partem non accipit, oculos grossos habet, quasi ex vicositate eleuatos, tunc fiat liscium de sarmentis vitis, & coletur ter, & impleatur guttur falconis, & sic dimitatur donec egerendo, se cibum, quem sumpserat, digessisse demonstrat, & postea detur ei lactera ad manducandum, vel aliter accipiatur vinum calidum cum pipere trito, & infundatur, vt supra. Alb. mag. de ani. li. 23. cap. 18. c. 190. col. 2.

Falconis pedes inflati non per violentiam, podagram significant. Tunc accipiatur butirum, & oleum oliuæ æqualiter vncia vna, & ex his commixtis vngantur pedes vsque ad tertiam diem, & pone ad Solem, & da ei comedere carnem catti, & sanabitur. Vel aliter, incende lycinium factum de carne columbina, & cum illo coque plantam pedis falconis, & cum supra petram viam axungiam veteri vinctam pone, & liberabitur, & da ei comedere mures. Alb. mag. de ani. li. 23. cap. 18. c. 190. col. 2.

Falco si se pedibus peccit, & scalpit, & pennas de cauda trahit, & eijcit, patitur pruritus, & contra hoc

accipiatur sterco anseris, & ouis, & aloë, de quolibet æqualiter in forti aceto, & ponatur in vase æreo sub Solem calidū, & serentur per tres dies, vel apud ignē lentum, si calor Solis non habetur, & ex illo falco balneetur, & detur caro columbina cum melle, & pipere, & reponatur in obscuro, & sic fiat per nouem dies, & cum apparet pēna bona, lauatur cum aqua rosacea, & liberabitur. Alb. mag. de ani. l. 23. cap. 18. c. 190. col. 2.

Falco si fluxum habet, guttæ acris, & acutæ; accipiatur sterco anseris, vel columbæ, cum cortice radicis vlmī, & bulliatur radicis cortex cum aqua donec aqua rubea fiat, & tunc distēperetur sterco in aqua, & per tres dies lauatur hac aqua falco, & erit liber. Alb. mag. de ani. l. 23. cap. 18. ch. 190. col. 2.

Falco si vulneratus fuerit, accipiatur albumē oui & oleū de oliua, & hæc simul mixta ponantur super vulnus, & caueatur, ne locus læsus ab aqua tangatur, & cum mutare volueris, laua locum cum vino calido, & sic facias donec acquirat crustam, vel corticem. & si vulnē ratū fuerit sub ala, vel pectore, vel cōstis, vel in coxa, pone supram crassam bene tritam cum cultello, donec mala caro corrodatur, & postea accipiatur thus, vel cera æqualiter, & sepum, & resinæ, & distemperentur hæc oia ad ignem in olla, & reseruetur, & cum est necessē, vngatur ad ignem, & si apparuerit mala caro, ponatur vitrica græca, vel viride artis, donec corrodatur. Alb. mag. de ani. l. 23. cap. 18. c. 190. col. 2.

Falco si comedere nequit, & sanies de naribus fluit, & comedere non potest, & fames fetorem præuenerit, fistula est in loco, & accipiatur posterior pilus capitis, & axūgia, & si non habetur, butirum, & vena, quæ de naribus ad oculos vadit incidatur, & cum acu ferrea calefacta comburatur vena incisa ex alia parte quam in parte fistulæ, & locus quōtidie butiro perungatur, & per 9. dies falco in loco calido reponatur, & sanabitur. Alb. mag. de ani. l. 23. cap. 18. c. 190. col. 3.

Falco cum balneatus fuerit, caueatur, ne supra lignum, putridum reponatur, ne inuenenetur. Alb. mag. de ani. l. 23. cap. 28. c. 190. col. 3.

Falconis vngula, si perdita est, & non recreuit, digitū pedis in calido mure aperto colligare oportet, & cū medulla pedis, & digiti porcini retingebat, donec sanetur. Alb. mag. de ani. l. 23. cap. 18. c. 190. col. 3.

Falco si inuenenatus fuerit, accipiatur tyriaca, & tria grana piperis, & dentur falconi, contrita cum petra, & custodiatur falco per 9. dies, & tunc iterum tyriaca, & piperis grana combure in testa, & puluerē sparge super carnem, & sic cibetur. Alb. mag. de ani. l. 23. cap. 13. char. 190. colum. 3.

Falconem si aliqua bellua momorderit, oportet locum deplumare, vbi est morsus, & si est paruus, amplifecur cum rasorio, & inungatur cum butiro calido, & fiat comixtio de olibano; resina, cera & sepo; & vngatur cum illa donec sanetur. Alb. mag. de ani. l. 23. cap. 18. ch. 190. colum. 3.

Falconis caput si purgandum est, tolle picem mundissimam ad fabæ quantitatem, & digitis calefac eam ad ignem, & postea tandiu cum ea palatum falconis frica, donec ibi adhæreat: deinde accipe quatuor stasifagriæ grana, & totidem albi piperis, & fac subtilissimā puluerem, & impone eam super picem palato falconis adhærentem, & de eo, quod de pulvere restat, impone naribus falconis, & cum sol bene incaluerit, ipsum in sole mit tas, quousque omnem sui capitis malitiam, & phlegma de capite deflūēs expurget per spumam, sicque per duos dies parte cum suauī, & dulci carne. Alb. mag. de ani. l. 23. cap. 19. c. 190. col. 3.

Falco si indiget refrigeratione palati, sume vetus butirū, & celandoniam æqualiter, & exinde factum puluerem in calida carne da falconi. Alb. mag. de ani. l. 23. cap. 19. ch. 190. colum. 3.

Falco si maculā in oculis habet, sume piper, & aloë æqualiter trita, & super maculam pone, & si tempus fuerit, vt pruna spinarum siluestrium sumere possis, tres guttas earum super maculam stilla, & multum valet. Albertus magnus de anima, lib. 23. cap. 19. ch. 190. col. 3.

Falco si pulmonem, vel pulmonis cannam læsam habuerit, sume stercois passeris, & muris æqualiter vnciam vnam, & piperis albi grana quinque, salgemmæ vncias duas, lanæ succidæ vnciam vnam, & hæc tere, & misce cum eis, mellis, & olei puri vtriusque, & equaliter sex guttas, & lactis foemine masculum lactantis, & quæ eundem peperit guttas nouē, & de butiro quantum sufficit, & misce hæc omnia, & ex eis forma cum lacte tres pillulas ad quantitatem auellanae, & mitte in gulam falconis, & tene cum per duas horas in manu, vt totam euomat portionem, & cum euomuerit, post modicum pone eum iuxta aquas, & si ex eis biberit, post modicum pace eū pulmone, & corde lactantis agni, et nondum herbis vesicatis, & sit calido calidorum, quoniam esse poterit, postea alia carne suaue illum affidue in sero vero da illi sufficienter de passeris, & pullo, & sanabitur. Alb. mag. de ani. lib. 23. cap. 19. c. 190. col. 3.

Falco si se bursum ostenderit, vel infirmitatum in pulmone, sume auri pigmenti triti vnciam vnam, piperis grana nouem, et hæc simul cum carne calida falconi tribue iterum tolle tria lardi frusta, qualia falco deglutire possit, et melle ea intinge, et eis limaturam ferri superaspere, et in gulā falconi immitte, et per triduum nil aliud quam hoc illis des; quarto die tolle porcellum tenerum & eundem vino forti, & claro inebria, & calefac pectus inebriati ad ignem, & cum bene calefactus fuerit, tunde pectus eius, vt sanguis vino infusus in pectus ascendat, & occide porcellum, & statim pectus sic calidum in calido lacte capræ intinge, & per aliud triduum tali cibo falconem pasc, & sanabitur. Alb. mag. de anima, lib. 23. cap. 19. char. 190. col. 4.

Falconem si lumbrici longi comedunt, tolle tenerum pullum pudillum, siue intestinum aqua bene coctum, & fac inde tres nodos ad mensuram medietatis pollicis, & ex vtraque parte firmetur filo tenui, & imple oleo lucidissimo, & ponatur in gulam falconis, vt & alia portio poni consuevit, & si in crastinum adhuc læditur, sumatur rasura eboris, & stercois passeris indici, siue solitarij, vel communis, equa iter, vicia vna, & puluerizentur, & cum carne calida falconi dentur: in tertia die, si adhuc perseverat, abstrahatur cruda pellis tenchæ, & in calida testa super carbonem comburatur, & rasura eboris, & stercois passeris æqualiter, & teratur, & cum calida carne ministrantur, & si opus est quarto die limatura ferri addatur puluerizata, cum carne calida. Alb. mag. de ani. lib. 23. cap. 19. ch. 190. col. 1.

Falco contra omnia vitia renum, puluerem candriæ, & si non habetur, nasturtij aquatici, in corde pulli tribue, & confert: item quercus, et boli æqualiter trita cum carne pulli calida qui vino inebriatus sit, falconi ministrantur, et liberabitur de omni vitio epatis. Alb. mag. de anima, lib. 23. cap. 19. char. 190. colum. 4.

Falconi datur contra fastidium, & siccitatem ouum cum lacte caprino bullitum ad duritiem, et si digesserit, liberabitur. Albertus magnus de animalibus, lib. 23. cap. 19. char. 190. colum. 4.

Falconi pennas si tineæ deuorant, balsamum purum in foramine, de quo penna excidit, impone, et scias quod tineæ remouebitur, et pēna suboriatur: adhuc crocei puluerizati, vnciam vnam, luti stercois, anseris recentis per pannum colati coclearia tria, et totidem aceti fortissimi, et in vase æreo tandiu dimittatur, donec cum flore ipsius ad spissitudinem deueniat, deinde per tres vices, locus, ex quo penna ceciderunt aceto puro lauatur, et cum illis locus perungatur, aliter sanguisugæ super tegulas incenduntur, et fac puluerem, & pauonum

pauonum pennas super fumum ignis pone, & de fuligine illis adherente fiat puluis simili pondere cū priorē, & cum forti aceto, sed non multum liquidum confice, & laua forti aceto loca vnde pennæ ceciderunt, & deinde lardi particulas intinge in hoc quod conficisti de pulueribus quousque adhæreant, & perunge loca vnde ceciderunt pennæ bis in hebdomada. Item pilos equi longos contritos tenuissime, supra carnem falconi in cibum tribue. Item piperi puluerem cum raphani succo, & forti aceto distempera, & tineas perunge, & sanabitur; vel vire bufonem, & fac puluerem, & in pastum tribue, & ad idem valet, si ferri limatura falconi in pastum cum carne tribuatur. Albertus magnus de anima, lib. 23. cap. 19. char. 190. colum. 4.

Falco si nascētiās in pede habuerit, mediam iuniperi corticem sicca, & fac puluerem subtilissimum, & ei tribue cum carne per nouem dies alternis diebus, & sanabitur. Alb. mag. de ani. lib. 23. cap. 19. char. 190. col. 4.

Falco si pedum patitur inflationem, aloë, & albumē oui simul tere, deinde quære cotem, in qua saepe acutum est ferrum, & in qua ferri aliquod inhaeret, & super illud ita diu puluerem frica, quod omnis acutio, quæ in cote est, in puluerem transeat, & tunc pedibus inflatis suppone ita diu donec crustam faciat, & pedi hæreat, & sequenti die optime sapone vnge, & tertia die age vt videris expedire. Albertus magnus de animalibus, lib. 23. cap. 19. char. 190. colum. 4.

Falconi si in aliquo loco mala caro creuerit, accipe calchiam, & aloë æqualiter, & fac puluerem, & suppone & sanabitur. Alb. mag. de ani. lib. 23. c. 19. ch. 190. col. 4.

Falconi si pedes sunt sanandi, sume millefolij, saxifragie, verbenæ, & plantaginis equaliter, & puluerem tritum cum calida carne da, & sanabitur. Alber. mag. de ani. lib. 23. cap. 19. char. 190. colum. 4.

Falco si famem inordinatam habet, maris sanguinem, mel, apij semen æqualiter sume, & commixta da ei. Alb. mag. de ani. lib. 23. cap. 19. char. 191. col. 3.

Falco ne hominem deserat, sume apium, mentham nigram, & petroselinum, & simul tere, & cum calida carne sibi tribue. Albertus magnus de animalibus lib. 23. cap. 19. char. 191. colum. 1.

Falcones, vt capiuntur.

Falcones tribus capiuntur modis. Vno, vt retē disponatur patulum, quod facilliter conuertitur cum corda, & imponitur rubeus lanatus, vel auis, & saepe concutitur, vt falco, qui forte perinde peregrinatur, in impetu descendens prædari; & incidit in retē, & capitur. Alio modo fit lignorum duorum in modū crucis compositio, & super extrema illorum curuantur duo alia semicirculariter, ita vt extrema semicircularum infingantur extremis lignorum, & sic infinguntur semicirculi, donec non distent, nisi per ter, vel quatuor digitos, et omnes semicirculi laqueis implentur, et fit hoc vas in altitudinem 7. vel 8. pedum, et in latitudinem 5. vel 6. ita vt pede vno distent a se inuicem latera vasorum, cum vnum est in alio, et in interiori sint ligna per modū trabium super se, ab inferiori ad summum disposita, et aues sex, vel septem ponantur in interiori, illæ continue ascendunt, vel descendunt in trabibus, quas videns falco descendit, et incidit in laqueos. Tertio modo, disponitur auis ante retē, vt in primo modo, quia falco prædæ auibus seipsum in retē præcipitat. Alb. mag. de ani. lib. 23. cap. 8. cha. 188. colum. 2.

Falcones vbi maxime inueniuntur.

Falcones, et huiuscemodi aues maxime abundant in Britania, Suetia, Liouonia, et huiuscemodi regionibus, quia ibi sunt multæ aues aquaticæ. Albertus magnus de animalibus, lib. 23. cap. 24. char. 141. colum. 2.

Falena est animal Libiæ in desertis agens, superbum, contra seipsum hominibus erigentibus insectum, humilitatis parcens, et aliquando euadere permittens. Albert. mag. de anima, lib. 22. tract. 12. c. 180. col. 3.

Faluisus est serpens bicolor ordinis secundij, morsus eius est similis morsu viperarum, et accidit morsus ab eo corruptio, et mollificatio, vt et habet hydrophim, & profunditas somni, et obliuio, et egritudines hepatis, et colicæ, et ieiunium. Alb. mag. de ani. lib. 26. ch. 102. col. 1.

Fallacia ex conclusionem fit, cum non concludimus id, quod ex ijs, quæ rogata sunt, efficitur, sed illud amittimus, & aliud, quod volumus, concludimus. Alexand. aphrod. in libr. elench. c. 115.

Fallacia alia est non putare aliquid esse, quod est; alia putare esse, quod non est. Boet. in libr. de intel. c. 285.

Fallacia contrariæ deceptionis fit cum putat se recipere vnum in illo, quodammodo accidit accipere contrarium. Alb. mag. in prior. c. 164. col. 1.

Fallacia contrariæ deceptionis est in præmissis, non in conclusionem. Alb. mag. in prior. c. 165. col. 2.

Fallacia, quæ fit ob generis appropinquationem, vel remotionem, aut ordinem, alia est a fallacia, quæ fit ob generis simpliciter, ideo non intrat loca generis simpliciter. Aucr. 6. topic. cap. 1. char. 302.

Fallacia ignorantie elenchi duplex est, vel vt syllogismus est contradictionis, vt scilicet ignoretur differentia simpliciter, & condiciones syllogismi, & contradictionis communiter. Albert. mag. in elench. ch. 291. col. 3.

Fallacia consequentis est, vbi cunq; est fallacia antecedentis, sed non e contra. Alb. mag. in elench. ch. 294. col. 1.

Fallacia syllogismi sophistici peccantis in materia oritur a principio syllogismi peccantis in forma. Alber. mag. in elench. c. 295. colum. 3.

Fallacia dictionis non fit in tertio modo primæ figuræ. Alb. mag. in elench. c. 309. col. 1.

Fallacia figure dictionis cum fit ex hoc, quod commutatur quale quid in hoc aliquid, tunc est, vel inter præmissas, aut inter præmissas & conclusionem. Si inter præmissas non est fallacia. Si inter præmissas, & conclusionem, aut aliquod comparatur ad idem significatum in minori præmissa, & conclusionem, aut ad diuersa: si ad diuersa non incidit fallacia: si ad idem, vt oratio, quæ facit ipsum esse pro quali quod remanet, tam in præmissa, quam in conclusionem, aut non remanet ea dem; si remanet est fallacia: si non remanet, non est fallacia. Alb. mag. in elench. c. 309. col. 3.

Fallacia a secundum quid a simpliciter soluitur considerando ad contradictorium conclusionis, vtrum possit simul esse cum præmissa ex qua procedit, & ad contradictionem conclusionis, & conferendum ad præmissa; quia si oppositum conclusionis potest esse simul cum præmissa, non sequitur conclusio, quia oppositum consequentis, & antecedens non sunt simul, quamuis oppositum antecedentis, sicut cum consequente. Alb. mag. in elench. cap. 1. char. 312.

Fallacia secundum ignorantiam elenchi soluitur per diuisionem apparentis contradictionis, quæ est in conclusionem, a vera contradictione, & considerando defectū contradictionis in eis. Alb. mag. in elench. c. 312. col. 3.

Fallacia paralogismi accidentis fit tam ex veris, quam ex falsis. Albert. mag. in elench. char. 284. colum. 1.

Fallaciæ omnes vtuntur sermone, sed sermo in fallacijs extra dictionem sumitur, vt sermo subiact rei: in fallacia dictionis sumitur sermo, vt res subiact sermoni. & ideo in sermone principium deceptionis est, in fallacijs in dictione; in fallacijs autem extra dictionem sumitur, vt est in re, & refertur ad sermonem. Alb. mag. in elench. chart. 284. colum. 3.

Fallaciæ a simpliciter ad secundum quid, duo sunt modi: primus, cum proceditur a quo quid est nota partis subiectiue ad simpliciter: alius, cum proceditur ab eo

quod est secundum quid quod est nota partis integralis ad simpliciter. Alb. mag. in elench. c. 285. col. 4.
 Fallacia elenchi peccat in contradicendo tantum. Alb. mag. in elench. c. 286. col. 3.
 Fallacia non cause, vt causa, semper fit in syllogismis ad impossibile. Alb. mag. in elench. c. 289. col. 2.
 Fallacia non cause, vt causa, duobus sumitur modis. Primo, quod ipsa ablata alijs remanentibus sequitur conclusio. Alio, ex qua non sequitur conclusio, licet sequi videatur. Alb. mag. in elench. c. 289. col. 2.
 Fallacia interrogationis tres sunt modi; vel queruntur plura de vno, vt est terra, mare, & celum; aut vnum de pluribus, vt est Petrus, & Andreas, homo; aut plura, de pluribus, vt hæc, & hæc sunt videntia, & cæca. Albert. mag. in elench. c. 191. col. 3.
 Fallacia consequentis in demonstratiuis non est, quia non concludit ex falsis. D. Tho. in post. c. 54. col. 3.
 Fallacia accidentis est efficacissima ad fallendum etiam sapientem. D. Tho. 1. metaph. l. 8. c. 789. Idem Alex. de ales. 1. metaph. c. 317. col. 1.
 Fallacia semper est, quando unque fit processus a duabus causis veritatis ad vnam. Alex. de ales. 3. metaph. tex. 3. c. 52. col. 2.

Falsi diuisio.

Falsum dicitur vno modo, vt res dicitur falsa, & hoc eo quod non componitur: aut quod impossibile est componi, & horum hoc semper falsum, illud quandoque. Alio modo falsa sunt, quæcunque sunt quidæ entia, apta tamen nata apparere, aut non qualia sunt, aut quæ non sunt. Arist. 5. metaph. cap. 29. tex. c. 116.
 Falsa oratio in topica, quatuor est modis: primo, quod oratio concludat secundum opinionem, non quod ita vera sit: secundo, quod concludat quæsitum; tertio quod concludat quæsitum per se primo, sed ipsius præmissæ non sunt in conditione, quæ exposuit ars: quarto quod concludat quæsitum per se primo; sed præmissæ sint falsæ oēs, aut quædā. Auer. in top. l. 8. cap. 3. c. 318.
 Falsum duplex; essentialiter, quod scilicet omnino non veridicat. Alio modo secundum accidens quod veridicat, quando prædicatur de illo cuius est definitio, & si prædicatur de alio falsum. Auer. in 5. metaph. text. 34. num. 10. char. 67.
 Falsum possibile, quia potest recipere verum, differt a falso impossibili, quod non potest recipere verum. Auer. 9. metaph. tex. 8. nu. 10. ch. 109.

Falsum quid est & vt sit.

Falsa ratio efficitur, penes primum falsum. Arist. prio. l. 2. cap. 20. ch. 278.
 Falsa est tota propositio, cuius contraria est tota vera. Arist. prior. resol. l. 2. cap. 2. ch. 244.
 Falso supposito, & non impossibili, conclusio erit falsa, & non impossibilis. Arist. l. prio. sec. l. cap. 14. c. 172. Idem Auer. 4. phy. tex. 72. c. 76. col. 1.
 Falsum ex falsis colligitur; verum & ex veris, & aliquando ex falsis, licet raro ex falsis. Arist. poster. l. 1. cap. 25. tex. 43. ch. 349.
 Falsitas semper est in compositione. Arist. 3. de ani. su. l. cap. 4. tex. 22. ch. 660.
 Falsum est dicere ens non esse, vel non ens esse. Arist. 4. metaph. cap. 5. tex. 27. c. 81. Idem D. Tho. in periber. ch. 13. colum. 4.
 Falsus est homo, qui falsas propositiones eligit, non propter aliud quā propterea quod falsæ sunt in se, & qui alias rationes falsas facit. Arist. 5. metaph. cap. 29. tex. 34. char. 116.
 Falso supposito, falsum sequi necesse est. Alex. aphrod. l. prior. cap. 9. c. 22. col. 3.

Falsa captiuicula est idem ac syllogismus captiosus. Alex. aphrod. in l. elench. char. 3.
 Falsa dicere nemo cogitur. Alex. aphrod. in 8. top. cap. 2. ch. 494. colum. 3.
 Falsum qui dicit, nihil dicit: falsum enim est, quod non est, & quod non est, nihil est. Eustr. vel Mich. ephes. 10. ethic. cap. 2. ch. 488.
 Falsum omne non est impossibile, omne autem impossibile falsum est. Ioan. gramm. in 1. prior. cap. 12. chart. 29. colum. 4.
 Falsum minus perturbat in scientijs, quam in dialecticis conuentibus. Ioan. gramm. in 1. poster. cap. 9. char. 25. colum. 3.
 Falsum in generabilibus fit dupliciter, vel in cogitatione, vel secundum prædicatum, vel secundum tempus. Io. gram. in 3. de ani. tex. 21. c. 88. col. 1.
 Falsum est id, quod est in intellectu, aliter quam extra; quod duobus modis intelligendum est. Primo, quod res habeat esse, in quantum est in intellectu tantum, quia habet esse penitus extra intellectum, & hoc ingreditur falsi definitionem. Secundo, quod habeat esse extra intellectum, sed aliter accipitur in intellectu, aliter extra; & hoc duobus modis. Primo, quod id, quod ponitur esse in intellectu, sit secundum compositionem illorum subiectorum, quæ extra intellectum, & attributionem vnius ad aliud, sed non eo modo, quo habent in se, vt hircoceruus. Secundo modo, quod extra animam inueniantur res diuersarum essentiarum, quæ sibi inuicem habent esse, vt sunt immixtæ simul; & intellectus separat eas ad inuicem, & aggregat eas, quæ inter se sunt similes, & admiscet eas, & separat eas a rebus, quæ inter se differunt, ita vt intelligit naturam rerum separatarum iuxta essentiam suam; & hoc nec est falsum, nec continetur sub definitione falsi; & sic abstrahit punctum a linea. Auer. in epit. metaph. tract. 2. ch. 174. col. 3.
 Falsitas in opinionibus est, quoties rem capit imaginatio, non ex subiecto, aut res ita non subijcitur intellectui, vt est. Boeth. in l. de inter. c. 305.
 Falsitas est inæqualitas rerum, & mentis. Alb. mag. in 6. princ. ch. 66. colum. 3.
 Falsum non potest esse causa veri, quantum ad rem conclusam, sed præmissæ possunt esse causa veræ conclusionis dupliciter: aut per se, aut per accidens: per se non sequitur ex falsis verum, sed per accidens, ex parte scilicet materiæ. Alb. mag. in prior. c. 146. col. 3.
 Falsa ratio conclusa in aliquo syllogismo fit semper, & concluditur per aliquod primum falsum in præmissa suppositum. Alb. mag. in prior. c. 162. col. 4.
 Falsum immanifeste inopinabile est, & omne inopinabile atque est falsum. Alb. mag. in elench. c. 300. col. 1.
 Falsum est plus in mente, quam verum, quia falso in re extra nihil correspondet, ideo ad ens relatum est non ens. Alb. mag. in 6. metaph. tract. 1. cap. 1. c. 119. col. 1.
 Falsum est in re causatiue tantum, in conceptu subiectiue, in propositione significatiue. Alex. de ales. in 5. metaph. tex. 34. ch. 161. col. 1.

Falsum vt syllogismi vitium.

Falsum accidere non penes hoc primum est in syllogismis ad impossibile, cum ad contradictionem est huius, quod monstratum est, ea, quæ est ad impossibile. Aristoteles prior. libr. 2. capit. 19. c. 276.
 Falsum accidere non penes hoc tunc fit, cum sublato hoc nihilominus concluditur syllogismus. Arist. prior. l. 2. cap. 4. char. 276.
 Falsum esse non penes hoc manifestum fit, cum a suppositione inconiunctus fit a medijs ad impossibile syllogismus, quod in topicis dictum est non causam vt causam ponere. Alio modo est, si continuū sit impossibile suppositi-

suppositioni, non tamen propter illam accidat, & contingit accipienti continuum, & sursum, & deorsum fieri. Arist. prior. lib. 2. cap. 19. c. 276.
 Falsorum syllogismi propter tot sunt, propter quot & apparet redargutio. Arist. elench. l. 1. cap. 7. ch. 590.
 Falsum non propter hoc accidere est secundum vitium syllogismi. Alb. mag. in prior. c. 162. col. 2.
 Falsum non propter hoc sequi tribus modis accidit. Primo, quod impossibile, quod conclusum est, non secundum positionem accidat. Secundo, si dicitur continuum impossibile cum hypothesi in altero termino, siue sit subiectum, siue prædicatum, & tamen falsum non accidet propter hypothesim. Tertio, si supra prædicatum hypothesi sumitur, quod continuatur, siue coniungitur ad hypothesim. Alber. magn. in prior. c. 162. col. 3.
 Falsum non propter hoc sequi differt ab eo quod dicitur non causam vt causam sumere; quia illud superius est, hoc inferius, & vbi est falsum, & non causa est, non autem e contra. Alb. mag. in prior. c. 162. col. 4.

Falsa que soluenda, & cui accidit.

Falsa non omnia sunt soluenda, sed illa sola, quæcunque sunt ex aduersarij principijs, ac per illa, aliquis ostendendo mentitur; quæ autem non ex ijs ostenduntur, minime diluere licet. Simp. in 1. phys. tex. 11. ch. 17. colum. 1.
 Falsitas non accidit sensui, nisi per accidens, propria enim est falsitas imaginationi. Auer. in 4. metaph. tex. com. 24. char. 43.
 Fama illustri factorum, est cum damus, quæ quasi debita sunt. Boet. de diff. c. 653.
 Famam qui negligit, crudelis est. Alb. mag. ethic. 3. tract. 2. ch. 42. col. 2.
 Fames, & sitis concupiscentia est, fames quidem calidi, & siccis: sitis vero frigidi, & humidi, & sapor est, vt quoddam condimentum. Aristot. de anima 2. sum. 2. tex. 28. char. 621.
 Fames, & sitis sunt nutrimenti appetitiones. Simp. in 2. de anima. tex. 29. ch. 29. col. 4.
 Famelici dicuntur, qui tempora præscripta in sumendis cibis præuertunt, nec expectare quidpiam patiuntur. Eustr. 4. moral. cap. 1. c. 170.
 Familiaris rei finis sunt diuitiæ. Aristot. ethic. prim. cap. 1. char. 3.
 Familiaris rei pars est comparatio rerum in vita necessariorum, & vtilium ad societatem ciuitatis, & domus. Arist. polit. l. cap. 5. ch. 501.
 Familiaris res est parare domum, & ea vti. Arist. oconom. l. cap. 1. ch. 775.
 Familiaris res prior est republica. Arist. oconom. l. cap. 1. char. 776.
 Familiaris est species actiue philosophiæ, quæ de familiaribus, & cohabitantiis in ea constitutione considerat. Eustr. ethic. l. cap. 1. ch. 2.
 Famofum quod est, non est necesse, vt sit per se notum. Auer. ex dest. dest. disput. l. c. 9. col. 1.
 Famofa apud omnes, aut sunt reciproca secundum totum, aut secundum partem. Auer. de som. & vig. ch. 292. colum. 4.
 Famofum falsum esse secundum totum non est verum. D. Tho. de diuin. per som. lect. 1. cap. 43. c. 30.
 Familiaris dicimus scientias tribus modis. Primo quæ est quæ sita non propter scire, sed propter opus, vt mechanica. Secundo quæ queritur propter hoc, quod est modus quidam & adminiculans ad aliud, vt rationalis. Tertio famulantur illæ, quas non querimus, vt fines cognitionis speculatiuæ, in quibus fit felicitas vltima, sed quia inuenimus in eis intellectualia, quasi incorporalia, vt lucem videmus coloribus incorporatam, & querimus eas, vt id quod veritatis, & luminis

puri, & intellectualis est, in ipsis separando colligimus, & ex hoc in nobis perficiamus theoremata dura, & firma; quorum delectatio speculatiuam in nobis complet fecilitatem, vt diuini esse, & puri, & simplicis pars sunt in physicis, & metaphysicis; & hoc modo alie duæ speculationis partes famulantur sapientiæ ambæ, & ita est prior, & antiquior eis. Alb. mag. in 1. metaph. tract. 2. cap. 3. ch. 59. col. 4.
 Farina triticea, & ptisana, candidiora redduntur oleo instillato, cum oleo sit rufum, quia spumare solet dum cum humore miscetur, quod albescere est; mixtio vero verlatu, agitatoque fit, & cum corpulentis humor committi melius potest, quod ijs accidit, quæ aqua decoquit, & sic candidiora efficiuntur. Arist. probl. sect. 2. l. num. 1. char. 540.
 Farinæ triticeæ primum, ordeaceæ vltimum candidiores sunt, quia alterum, vt durius circumfrangitur, idque agitur cum plurimum temporis molitur alterum, vt mollius, & tenuius, quam primum exprimitur: candidius autem in vtrisque quod interius est. Arist. probl. sect. 2. l. num. 3. ch. 541.
 Farina mulso, subacta rigidior redditur vbi decocta est, quam aqua subacta, licet mel tenacius sit, quam aqua, quia aqua feruore ignis cogitur, & consistit; mel contrahit quidem, sed non sine exsiccatione; itaque rem facit rigidiorum: causa namque rigoris in siccitate est. Arist. probl. sect. 2. l. num. 11. c. 543.
 Farina aqua subacta melius coquitur quam oleo, quia aqua tenuior est, & coheret inter se melius farina aqua, quam oleo. Arist. probl. sect. 2. l. nu. 17. c. 546.
 Farinæ massa cur leuior est, quæ scorsum farina & aqua? quia aquæ pars a calore farinæ euaporatur, quod est in causa, vt leuior sit. Arist. problem. sect. 2. l. numero 18. char. 547.
 Farina tritici massata, & pertrita longe amplior redditur, quam ordeæ ex proportione; vel quia altera multum humoris sibi admittit, altera parum, quod fit, quia triticeam pleniorum triticea patitur, quia partibus minutionibus constat. Aristot. problem. sect. 2. l. num. 22. char. 547.
 Farina tritici resiccata constipatur minus quam ordeæ, quia intercapedine vacant, quæ ex partibus constant minutissimis, & plura, quæ grauiora sunt compressa in opte pondere tantumdem occupant, quantum pauca, sed farina ordeæ crassiuscula est; itaque siccata cōpesci, atque in minus cōtrahi potest, vt quæ minus est suo cōpressu, plus illud constipet in seipsum, cap. effat quæ triticea porro partibus minutissimis iam constat, itaque non ideo resiccatur, vt partes reddantur minores, sed vt leuiores efficiantur, minusque suo compressu cōstipentur, natura enim grauior est farina triticea, quam ordeacea. Arist. probl. sec. 2. l. nu. 26. c. 549.
 Fascinari cur aliqui possint, præsertim quæ pueri? quia de facili natura sua permutari possunt, quod proprium est fascinationi, tenerrimi enim sunt pueri. Alexand. Aphrod. probl. 2. num. 54. char. 743.
 Fascinatio est, cum anima vnius per visum, vel aliam appropinquationem imaginationis impedit operationem alterius. Alb. mag. in 4. metaph. tract. 3. c. 1. c. 93. c. 3.
 Faseoli sunt frigidi, & siccissimi in substantia, & est in eis superflua humiditas; rubei minus inflant, & meliores alijs sunt. Alber. magn. de ueget. & plant. lib. 6. tract. 2. cap. 7. char. 165. col. 4.
 Fasianus est gallus siluestris, pulchra auis valde, igneis, & rubentibus pennis interdum viridibus in capite decorata. Alb. mag. de ani. l. 23. cap. 24. c. 193. col. 2.
 Fastaleon animal est marinum non impugnans aliquod animal, eo quod carnes non comedit, sed tantum herbis uescitur. Alb. mag. de ani. lib. 23. cap. 1. c. 197. col. 4.
 Fatigationis causa nihil aliud est, quam quod motor mouetur, quando mouet, & hoc prouenit, quia est-

in materia. Arist. physic. 8. tex. 83. ch. 196. colum. 3. Fatigationes melius tunc cessant, cum quis ex aqua oleo permixta se perficit, quoniam oleum magis subire cum aqua potest, quâ si per se ipsum est: ducitur enim sua parte natura, ut innatet, fluitet, ubi autem subijit corpus subinde amplius emollitur, quia oleum natura calidum est, calidum autem quodque, & siccat, & indurat. At membris fatigatis, siccitas, & durities omnino incommodæ sunt; mixtum igitur aquæ eo plus inuat quominus siccat. Arist. probl. sec. 5. nu. 6. c. 396. Fatigationem mouere breues deambulationes magis solent, quia variant, incompletæque sunt; faciunt enim ut sepe subsistatur. De contrario autem in contrarium frequenter mutari laboriosum est; neutri namque assuescere sinit; quæ quidem assuescendi ratio vacat fatigatione, utriusque autem simul ut assuescas, fieri non potest. Arist. probl. sec. 5. num. 12. c. 399. Fatigatio prouenit ex inobedientia eius, quod mouetur ad motorem. Alber. Magn. physicor. 8. tract. 3. cap. 5. ch. 107. col. 4. Fatigatio in motoribus ex hoc accidit, quia simul & ipsi mouentur, & seipsos semper non possunt mouere. D. Tho. in 8. phy. l. 23. te. 83. c. 150. col. 1. Fatum ponentes auferunt possibile, & contingens, affirmationem pariter, & negationem veram esse aiunt, nec non utraque falsam. Alex. aphrod. in 1. natur. quæst. cap. 4. char. 2. Fato fieri illud, cuius oppositum impossibile est; esse, vel factum, id non est verum; nam si esset idem quod necessarium, & quod fato, definitio vnius esset, & alterius & in plus est necessarium, quàm fatum; his duo necessario faciunt quatuor, sed non fato. Alex. Aphrod. in 2. natur. quæst. cap. 5. char. 7. Fatum aliquod esse, satis comprobatur hominum existimatione. Alex. Aphrod. de fato. cap. 1. char. 23. Fatum vanum esse nomen, nihilque fato fieri dixit Anaxagoras Clazomenius. Alex. aphrod. de fato. c. 1. c. 23. Fatum a lii putant incommutabilem, ac inuitabilem causam, omniaque a fato fieri, sed quasdam alias esse rerum causas; & quæ sunt fato non esse incommutabilia, sed eorum quodque, quæ fato fieri nata sunt, non fieri fato, sed præter sortem. Aliis omnia fato uidentur fieri, & his ipsis maxime ea, quæ a fortuna sunt aduersantur. in propositis autem recte agentes seipsos recte fatorem auctores esse existimant, tanquam non occurrerent; illa quæ occurrerunt, nisi hæc potius pro illis egressent. Alexand. Aphrod. de fato. cap. 1. char. 23. Fatum quid sit querendum est, non autem an sit. Alex. aphr. de fato. cap. 1. ch. 23. Fatum inter agentem causam numeramus, conditoris statum artificis proportionem seruans ad ea, quæ ipso fiunt. Alex. aphrod. de fato. cap. 3. c. 23. col. 4. Fata alia fiunt gratia alicuius, alia nullius, quæ alicuius gratia, alia ratione, alia natura. Alex. aphr. de fato. cap. 3. char. 23. Fatum est inter causas agentes in ijs, quæ alicuius gratia fiunt, ac natura fiunt, idem enim fatum, & natura. Alex. aphr. de fat. cap. 3. ch. 24. Fatum & natura idem sunt, solo nomine differentiam habentes. Alex. aphr. de fato. cap. 3. c. 24. Fato omnia fieri asserenti, accidit fortunam, casum, & contingens ad vitiumlibet auferri. Alex. aph. de fato. cap. 5. char. 24. Fato omnia fieri asserens asserit etiam consultationem frustra esse, ergo consilij hominem aptum frustra natura fecit. Alexander Aphrod. de fato. cap. 7. ch. 25. Fato omnia fieri asserentes, quantum ad ipsos spectat, hominum vitam euertunt, Deorumque proximam tollunt, ac cuitus ipsorum auferunt. Alex. aphr. de fato. cap. 11. ch. 26.

Fatum versatur in ijs, quæ quantum ad naturalem apparentiam pertinet, apta sunt, & accommodata ad opposita, in altero tantum opposito cohibens ipsa, & conseruans secundum quandam ordinem consequentiam, & hæc sunt generabilia, & corruptibilia, non autem omnia: quia neque quæ ex arte, nec quæ ex proposito, ut quæ in nostro arbitrio sunt, continent fatum. Alex. aphrod. in 2. de ani. cap. 48. c. 56. col. 2. Fatum locum non habet in ijs rebus, quæ in nostro libero arbitrio posita sunt. Alexander aphroditi. in secun. de anima. cap. 48. char. 56. colum. 2. Fatum in rebus naturalibus, & præsertim in animalibus imperium habere videtur. Alexander aphrod. in secun. de anima. cap. 48. ch. 56. colum. 2. Fato quæ fiunt, secundum ordinem, & consequentiam, quandam fiunt, seriemque quandam in ipsis habent. Alex. aphrod. in 2. de anim. cap. 48. c. 56. col. 4. Fatum est in propria vniuersi nature, non in vniuersali, sed in particulari, ut in Callia, & Socrate. Alex. aphrod. in 2. de anim. cap. 48. c. 56. colum. 4. Fato euenire dicitur id, quod naturale est. Themistius in primo physic. tex. 47. ch. 48. colum. 2. Fatum est præcedentium causarum, & consequentium perplexio quædam, & cathenæ more continentia. Boet. in topic. lib. 5. char. 835. Fatum idem est, ut ait Trimegistus in libro de natura deorum, quod causarum amplexio ex prouidentia primæ causæ dependens, quod & Apuleius philosophus sentit. Alb. mag. in 2. phy. tract. 2. cap. 19. c. 25. colum. 4. Fatum, ut ait Firmianus & Prolomeus illi consentit, est causarum colligantia ex motibus astrorum, vim, & efficaciam trahens. Albertus magnus in 2. physicorum. tract. 2. cap. 19. ch. 25. colum. 4. Fatum, ut ait Seneca in libro de naturalibus questionibus, est omnium rerum, necessitas, & actio, quam nulla vis potest irumpere, quia secundum scientiam, ex Iouis dispositione, & distincto consilio Deorum dependet. Alb. mag. in 2. phy. tract. 2. cap. 19. c. 25. col. 4. Fatum, ut ait Boetius in quarto de consolatione philosophiæ, est inhærens rebus mobilibus dispositio, per quam diuina prouidentia suis quæque necit ordinibus. Alb. mag. in 2. phy. tract. 2. cap. 19. c. 25. colum. 4. Fatum est eorum, quæ diuina simplicitas gerenda disposuit, immobilis nexus, & ordo temporalis. Alber. mag. in 2. phy. tract. 2. cap. 19. char. 26. col. 1. Fato non comprehenditur id, in quo primo dispositio facti esse debet, ideo cœli non sunt sub fato, sed ea, quæ mutabilia sunt aliquo modo, ne omnino desuuant, fato alligantur. Alb. mag. in 2. phy. tra. 2. c. 20. c. 26. col. 2. Fatum necessitatem non imponit. Albert. mag. in secun. phy. tract. 2. cap. 20. c. 26. colum. 2. Fatum negare, est negare totum ordinem rerum naturalium. Alb. mag. ethic. 3. trac. 1. cap. 17. ch. 39. colum. 2. Fatum dici potest ordo causarum naturalium. D. Thom. in quinto physicorum lect. 10. tex. 58. chart. 84. col. 1. Idem Alex. de Ales 6. metaph. cap. 7. ch. 179. colum. 2. Fati positio non remouet contingentiam a rebus. Diuus Thom. 5. metaph. lect. 3. text. 7. char. 419. Fatum est dispositio inhærens rebus naturalibus, per quam prouidentia diuina intretur ordines. Alexand. de Ales. 6. metaph. cap. 2. ch. 179. col. 2. Fauonio astante, cur canes minus valeant vestigia comperire? quia plurimum hic ventus confundit, quoniam ventorum omnium continentissimus est, maximeque terram attingit. Arist. problem. sect. 26. nu. 24. c. 586. Fauonius cur nubes maximas agit? quia de alto spirat, & regione maritima nubes per ampla spacia colligit ampliores. Arist. problem. sect. 26. nu. 26. chart. 586. Fauonius cur serenus, & iucundissimus omnium ventorum est? quia aeris temperiem plene obtinet, nec calidus est, ut qui de meridie, & ortu spirant; nec frigidus, ut qui

ut qui de Septentrionibus veniunt; sed medium frigidorum, & calidorum statum tenet. Propterea flatus omnes, vel in aduersos, vel in dextros transire consueverunt, itaque cum post aquilonem fauonius spirat, dexter enim est, efficit adeo tanquam mitis, ad immitem, & simul ubi desinit hiems serenam magna ex parte subsequi solitum est; at qui flatus hibernus aquilo est, subsolanus quamuis inter calidos, & frigidos situs, minus qualitatis eorum particeps est; hic enim cum spirat, flatus vergentes ad austrum motit quidem, sed cum his misceri non patitur. At fauonius & mouetur ab austro, & ipse cum spirat aquilonem mouet; huc enim usque; progrediens vicissitudo spirituum finem sui circuitus facit; quod cum vnus facit alterius finem, alterius initium secum habeat, merito suauis, & est, & esse videtur. Aristoteles problematum, sect. 26. numer. 33. char. 588. Fauonius cur horis post meridianis spirare, & non mane solet? quia sol magna ex parte, vel oriens, vel occidens auctor spirituum est; quoties enim aerem humidum tepescendo percoquit atque discernit, in spiritum illum extenuat; quod si tantisper acciderit, ut aer spirantissimus sit, magis, & magis a Sole vertetur in spiritum. Quoties igitur Sol in exortu est, procul a fauonio abest; hic enim ab occasu se promittit, & cum iam occidere proxurus est, aer omnino discretus fluit; at dum cōfecto meridie peragit ad post meridianum, tantisper ad aerem tepescendum, & discernendum modice ad modum habet. Subsolanum quoque ob eandem rem spirare mane incipere patet; aerem enim, qui supra terram sublimis impendens nocte humefactus solo sui ponderis ratione appropinquat, Sol mane discernens proximum sibi excitat primum; qui autem ex Sole oriente spirat, subsolanus appellatur. Arist. problem. sect. 26. numer. 34. char. 589. Fauonius omnium ventorum lenissimus, & frigidissimus est, & vere, & autumnno maxime spirat, & cum aduersa sit potissimum terram attingit: lenis quidem, quia ex mare, & campis planissimis spirat; ceteris vero frigidior est, quia vel post hiemem, Sole adeo nuper reuigente, vel autumnno, cum Sol amplius non viger, spirare incipit. Vicinus terræ hic maxime afflat, ac non ex montibus, nec niue per vim tabescente spirat, sed tanquam per fauces expedite profunditur: pars enim ad aquilonem, aut ad austrum vergens montuosa est, occulum versus nullus mons, nulla terra est, sed mare Atlanticum spatiat; & cum vespera prope est, spirat loci ipsius ratione; tunc enim Sol ad locum proxime accedit, unde fauonius oritur. Noctu quiescit, quia tunc Solis motio deest. Arist. problematum, sectio. 26. numer. 54. char. 595. Fauonius propter causam oppositam subsolano, adducit pluuia. Alber. mag. de pass. aeris, char. 120. col. 1. Faxis fluuius nascitur de monte Caucaaso, & fluit in pontum. Alber. mag. de natur. loc. tra. 3. ca. 3. c. 102. col. 4. Febres & lippitudines æstate cur insequi solent cum venti Septentrionales hiemem occupant, & ver Austros? quia ætas corpora nostra multum humoris alieni continentia excipit, & terra madet, & habitans locus perhumidus est, talisque redditur, qualis qui morbois perpetuo constat. Aristoteles problematum, sect. prim. numer. 8. char. 332. Febres creare solent austri sicci, & nihil humentes, quia calorem, & humorem excitant alienum. Arist. problem. sect. prim. numer. 23. char. 339. Febri non oritur nisi excessu humiditatis, & calidi. Aristoteles problematum, sect. 1. numer. 23. char. 339. Febres ardentes magis hieme quam æstate rigores infestant, quia in corpore hominis bilis calida, pituita frigida est, itaque æstate frigidum dissoluitur, & diffusum rigores, & tremores excitat; per hiemem calidum, quod

est pressum, vi temporis refrigerat: Febres vero ardentes hieme, autumnoque molestant, quia calor a frigore pulsus introrsus se contrahit, non enim in summis residet calor, sed intrinsecus se expandit. Aristot. problem. sect. 1. nu. 29. c. 341. Febrientibus potio sæpe, & paulatim ministranda est, quia multa præceps defertur, exigua lente incedens irrorat, madefacit, & se se infinat corpori. Arist. problem. sect. 1. num. 57. char. 350. Febribus intermittibus balneum, & fometa pedibus admouenda, & vestem pleniorum superponendam, & quietem agendam, quibus præparetur ut corpus perquam calidum sit ante accessionem: ubi enim multum superest ignis, lucerna ardere nequit; exiguum enim ignem attrahit multus ille, sic cum febris sit exiguum ignis, si in corpore multus præparabitur ignis, extinguetur febris ignis. Arist. probl. sec. 1. nu. 57. char. 350. Febribus quartanis ratio victus extenuanda non est, sed ignem corpori interlerendum, nec non exercitatione vtendū, & qua die accellio instat lauandum, somnūque minime querendum. Prodest victus hic calefactus, quæ febris quartana imbecilla est, alioqui, nisi imbecilla esset non esset quartana, victus ergo talis esse debet, ut partim ignem, partim rorem induat in corpus. Arist. problem. sect. 1. num. 58. char. 350. Febrium ardores sunt potius in frigidissimis terris, quia frigus calorem intus circumobstitit, cuius rei contrarium æstate agitur; & sic exterioribus partibus refrigerantibus, caloris copia interiores redundat. Arist. problem. sect. 14. num. 3. char. 483. Febri quartana cur diuturnior est quam quotidiana, cum pituita, quæ frigida, crassa, sit; quomodo etiã atra bilis, quæ quartanam agit, frigida, crassa, atque etiam longe minor, quam pituita sit? quoniam pituita humida est, & humidum facile immutari potest; sicca vero, ut est atra bilis, difficulter immutari potest. Alexand. Aphrod. problem. 1. num. 84. char. 694. Febre sinocha, & feruore continua appellata, cur cum multi laborassent, cutem aliquandiu nigram post decretorium diem habuerunt? quoniam febris bili commista est flaua, quæ morbo inualecente deusta atrum sibi colorem hausit, itaque cum indicaretur, pulsa in cutem a natura summa corporis tinxit, ut per albugines cutem reddi albidam nouimus, crassitudine vero materię accidit, ut difficulter color is deleatur. Alex. Aphrod. problem. 1. num. 91. char. 699. Febre ardua, cur qui insaniunt, ut laxius, sic plenius soleant respirare? animam enim per neruos, ac musculos suo fungi munere certum est. Pectus igitur, & totus thorax per ea ipsa mouetur media; sed quoniam vires anime læsæ sunt, deserunt suum officium, nec neruis, & musculis ex æquo imperant: itaque fit, ut spiritus reddatur laxior, tamē plenius effunditur, ut cor refrigerari possit; vis enim vitalis exurgit, & vim animalem stimulat interitum plane minitans, nisi ad strū munus redeat, spiritumque reddat, & trahat. Ergo, quod anima exequi assidue propter morbum nequit; hoc vires cordis, ob sui necessitatem amplitudine spirandi compensare consueverunt. Alex. Aphrod. problem. 2. num. 1. char. 724. Febri tertiana, quæ ex bili, materia calida, agili, efficaci creatur, die vno prætermisso accedit: quotidiana, quæ ex pituita prouenit, materia frigida, graui, hebetere, nullum intermittit diem: quartana diebus duobus intermissis consistere incipit. Quartana cum exiguum materię habeat statim a sudore, vel vomitu digeri potest, itaque ad tertiam diem accessio protollitur. Quotidiana, quod ex larga, & crassa materia oritur frequens est, & morbum augevi ex multitudine materię constat, nullam obtinet intermissionem. Quotidiana tamē quæ minus quā continens habet materię, non nihil intermissionis,

missionis, quod vel sensu percipi potest, ostendit. multo magis tertiana, quam materia calida condidit, & longe amplius quartana, quo enim minus materię subest eo lætius venit accessio, quin & quintana, & septimana, & nonana committi potest, prout minus materię vitiatum est. Alex. Aphrod. problem. 2. nu. 10. c. 728.

Febrientibus cur carnes minuuntur, pili augentur: contra in cōualeſcendo pili defluunt, corpus augetur? quoniam pili per excrementa augentur, quæ in febribus redundant, corpus autem per malū habitū nutriri nequit. At cōualeſcentes nō habent amplius excrementa, & sic pili defluunt, & corpus magis nutritur, & sic augetur. Alex. Aphr. probl. 2. nu. 20. char. 732.

Febrientes plus siti, quam fame affliguntur, & qui cōualeſcunt, plus fameſcunt, q̄ sitiāt, quoniā sitis ex nimio calore febris cōſiſtit, vt est in bene valentibus, si multū meri hauserint, sitis oriatur necesse est: famem vero nō sentiunt, quoniam multum humoris vitiosi in stomacho sentiūt. At cōualeſcentes non sitiunt, quia corpus refrigeratur febre sublata, & humores consumpti sunt. Alex. Aphro. probl. 2. nu. 30. char. 635.

Febres, & omnes abditæ affectus, cur in bestijs difficilij curantur, quam in homine? quoniā naturam, sentiendique potestatem parte interna sui corporis gerunt immerſam, non ad exteriora euocatam, vt in homine. Alex. Aphrod. probl. 2. nu. 39. c. 737.

Febrientibus cur si vinum cum pane ob imbecillitatem conceſſerimus, febris non aucta est, immo minor esse incipit? quoniam exiguum, & inualidum dedimus. hinc enim facile concoctum, & digestum in omnes partes est, & membra recreata facilijs concoquunt. Alex. Aphrod. probl. 2. nu. 67. c. 752.

Febrium accessiones cur certo ordine venire solēt? quoniam tantum materię putret, quantum a natura concoqui potest, & cum materia certa est, & tempus certum esse necesse est. Alexand. Aphrod. problem. 2. num. 70. char. 755.

Febres quartanæ cur omnibus diuturniores sunt? quoniam in ea materia peccatur, quæ terrena maxime est, & terrenum omne graue est, ideo longius tenent, & lentius repetunt. Alexand. Aphrod. problem. 2. num. 116. char. 772.

Febris per ardorem qui insaniunt, cur pulſum arteriarum habent leuiorem: qui per lethargum vitium memoria obtorpescunt, pleniorē reddant? quoniam alteri spiritu relaxato cerebri delirant, alteri eodem ipſo spiritu crasseſcente, graueſcenteque premuntur & infestantur. Alex. aphro. probl. 2. nu. 120. c. 772.

Febribus quibusdam cur per sudorem leuatis cordis periculosa affectioes sedari soleant? quoniam materia vitiosa, partim diffatur, partim resoluitur. Alex. aphr. probl. 2. nu. 122. char. 772.

Febris si subiectum corrumpit, accidens non erit, sed commutatio nature, quod interitus vocatur. Ammon. in Porph. char. 12. colum. 4.

Febris non est accidens, nec alteratio subiecti, sed præter naturam caliditatis animalis compositionis dissolutiua. Ioan. Gram. in 1. de ani. tex. 39. char. 18. col. 1.

Febre hæctica laborantes nullum consensum caloris accipiunt, quia mala temperatura est per vniuersa solida, quia per viuerſas partes non est hoc, quod agit, illud, quod patitur. Ioan. Gram. in 2. de anima. text. 52. char. 49. colum. 1.

Febriticantibus cum materia euaporat ad caput, propter similitudinem linearum casu protrahatur in pariete videtur, quod animalia in parietibus videant. Albert. mag. de fom. & vig. lib. 2. tract. 1. cap. 7. char. 33. col. 2.

Fel nullum pecori in Chalcidica Euboia est: in Naxo autem omnibus ferme quadrupedibus est, & tam grande, vt prodigij loco, aduenæ, qui sacra fecerunt, arbitrantur. Arist. de hist. anim. 1. cap. 10. c. 34.

Fel alijs annectitur iecori, alijs minime. Ex quadrupedibus ceruo, & damæ deesse notatum est, ceruicque intestinum multum amarum est, ita vt ne a canibus quidem attingatur, nisi ceruus præ pinguis sit, atq; etiam equo, mulo, asino, vitulo marino, & murium nonnullis. Ceruis Achainis in cauda fel continere creditur. Elephantus habet iecur sine felle: inciso tamen, parte, qua fel adherere solet, humor felleus effluit, plus, minus. Delphinus inter ea, quæ mare excipiunt, felle priuatus est. Arist. de hist. animal. 2. cap. 15. char. 60.

Fel pisces omnes, ac aues habent, & quadrupedes omnes, quæ oua pariunt, dixerim in vniuersum, omnes aut plus, aut minus fellis fortiuntur. Sed piscium aliis in iecore positū est, ut musteligenis, & siluro, & squatinæ, leuiraiæ, torpedini, atque ex longis anguillæ; acui, libellæ. Pulchro etiam in iecore inest proportione corporis maxime omnium copiosum, Aliis intestino annexum est dependens a iecore, meatibus quibusdam perpetuis summæ tenuitatis. In auibis autem, aliis ventri, aliis intestino iungitur, vt columbæ, coruo, coturnici: aliis iecori simul, & ventri, vt capricipiti: aliis iecori simul, & intestino, vt accipitri, & miluo. Arist. de hist. ani. 2. cap. 13. char. 60.

Fel habet maior pars animalium, quibus sanguis: & id, aut in iecore, aut in intestinis sepositum, vt quod suā naturam non minus alio familiare habeat. Arist. de histor. animal. 4. cap. 2. char. 505.

Fel qui sensus alicuius gratia factum esse opinati sunt, decipiuntur. Arist. de partib. ani. 4. cap. 2. c. 505.

Felle carent equus, mulus, asinus, ceruus, dama: camelus vero, non discretum habet fel, sed quibusdam venulis cōfusum, vitulus marinus quoque caret felle, & inter pisces, delphinus: & mures in eodē genere alij habent, alij non habent; quod idem, & homini accidit. Arist. de partib. animal. 4. cap. 2. char. 505.

Felle quidam homines carere videntur, quidam in iecore habere. Arist. de part. ani. 4. cap. 2. char. 506.

Fel oues in Naxo adeo large habent, vt exuperantia prodigij loco habeatur, & apud Chalcidem Euboicam omnino carent. Aristotel. de partib. animalium 4. capit. 2. chart. 508.

Fel morborum acutorum causam esse opinatur Anaxagoras, & falso. Arist. de partib. anim. 4. cap. 2. c. 506.

Fel excrementum est iecoris. Aristotel. de partib. anima. 4. cap. 2. char. 506.

Fel est purgamentum, & inutilis materia, ideo pulchre a veteribus dicitur illis, qui causam, cur diutius viuatur, fellis vacuitatem esse aiunt, argumento ex solipedum, ceruorumque genere dicto; hæc enim, & felle vacant, & diu viuunt. Quinetiam, ea, quæ non viderunt ipsi, felle carere, vt delphinus, & camelus, longæua sunt. Iecoris enim naturam, vt opportunam, ac necessariam omnibus sanguineis animalibus causam pro sua qualitate afferre unuēdi plus, minusve temporis ratio est. Arist. de partib. animal. 4. cap. 2. char. 507.

Fel, iuxta Galeni opinionem, vtilitatem corpori affert, quod mouet alium, & excitat ad expurgandas feces, vt ebulliat in intestinis. Auer. de partib. animal. 4. capit. 2. chart. 91.

Fel magnum animalia habentia, in eis exuperat siccitas, & caliditas accidentalis, & generatur multum de excremento in eorum sanguine. Auer. ibidem.

Fel habent in intestinis ceruus, mulus, & equus; & vitulus maris, quia intestina sua sunt amarissima; species autē quædam cerui, quæ dorcadæ appellatur, in tunica hæret fel. Alb. mag. de animal. lib. 2. tract. 2. cap. 1. c. 33. col. 3.

Fel quædam volatilia habent in ventre, vt columbæ, & coturnices; aliæ in epate, vt falcones, aliæ respersum, in omnibus his, epate; intestino, & ventre, ut accipiter, & miluus. Alber. magn. de animalib. lib. 2. tract. 2. cap. 1. char. 33. col. 3.

Felas est animal in antris habitans, quantitate paruum, malitiosum, stercus ex antro proicit, & humo operit, ne eius habitatio depræhendatur, ex insidijs interficit bestias, quas potest, & deuorat. Albert. mag. de animal. lib. 2. tract. 2. cap. 1. c. 180. col. 3.

Felas non parte posteriore se iungunt, sed mas fiat, femina se subiacet; sunt in eo genere foemina ipsa natura libidinosa, & salaces: itaque mares ipsæ ad coitum frequentes alliciunt, inuicant, cogunt, puniunt etiam nisi pareant. Arist. de hist. anim. 5. cap. 2. c. 148.

Felas, & icneumonæ tot numero pariunt quot canes, vescunturque eisdem, & viuunt circiter annos sex. Arist. de hist. anim. 6. cap. 35. char. 246.

Felas cum corium exuere velint, reliquorum serpentium more vultu resupino bibere iniquunt, eumque a medicis seruari, cum mirum in modum comitialibus proficit. Arist. de admir. aud. nu. 65. c. 850.

Femora quàm tibie magis fatigantur, vel quia prope ab sunt ab ea parte, quæ excrementum continet, itaque cum ea pars agitata nimium incaluit, femora expeditius, ac plenius attrahere possunt, quàm tibie; vel quod femora continentiore constant natura; laboratur enim præcipue propter continui distractionem, quippe cum & si nullo excremento substante feli sumus, tamen femoribus, ac lumbis acius laboramus; vel quia quomodo inguina per ictum oriri nouimus, propter venarum neruorumque societatem, ita etiam lassitudo potius in femur incumbit, quod quidem ab initio propius abest, vel quod femur eadem habitus ratione magis fungitur suo munere, quàm tibia, quæ quidem res laboriosior est, vel quod femora carnis copiam subſtinent. Aristot. problem. sect. 5. num. 426. char. 404.

Femoris os est illud, quod exit a linea spondilium versus latus dextrum, & in sui extremo concauitatem rotundam magnam habet, & fortem intus cartilaginosa. Concauum est, vt recipiat vertebrum coxæ rotundum, vt motui aptum sit, & a nocuentis remotum, & huic simile est in sinistra parte, & ad quatuor partes comparatum, quatuor nomina habet; ad sinistram os ilij, ad anteriorem os femoris, ad posteriorem os guchæ, ad superius, quod tamen inferius respicit, vocatur scia, vel paxia coxæ, quia coxæ membrum in ipſo vertitur. Alb. Mag. de anim. lib. 1. tract. 2. cap. 13. c. 13. col. 3.

Fera omnia, aut plurima, non ante cum foeminis ad commune pascuum conueniunt, quàm tempus sit coeundi, sed cum iam per ætatem licuerit, segregant mares a foeminis, scorſumque pascuntur. Aristot. de historia animal. 6. cap. 18. char. 227.

Fera aliquibus in locis quædam peculiariter ita se habent, vt neglecta prouenire præstantiora, mitioraque possint, quàm quæ alibi summo cum studio coluntur. Arist. problem. sec. 10. nu. 44. c. 441.

Feritas est minus quàm vitium, sed horribilius malum est: non enim corrupta vt hominis pars, sed deest. Arist. moral. nicom. cap. 6. char. 172.

Feritas est quoddam vitium exuperans, cum eo vsque nequam prorsus quempiam intuemur, vt ipsum non hominem, sed feram esse dicamus. Arist. magn. moral. cap. 6. lib. 2. char. 327.

Ferrum vt metallum.

Ferrum liqueſcit elaboratum, ita vt humidum fiat, & iterum concreſcat. Aristotel. meteor. 4. sum. 2. cap. 3. text. 39. chart. 571.

Ferrum melius est, quod habet pauciorē purificationem. Arist. meteor. 4. su. 2. cap. 3. tex. 39. c. 572.

Ferrum, cornu, vnguis, os, neruus, lignum, pili, folia, & cortex, terræ sunt magis. Arist. meteor. 4. su. 4. cap. 1. text. 51. char. 586.

Ferrum durius, & asperius est postquam extinctū fue-

rit quam prius, quia ex inflammatione consumpta est ab igne ea humiditas, q̄ in ipſo erat, & incēdit quousque aliqua humiditas sup̄ sit. Ale. aph. de mis. c. 59. c. 2.

Ferrum alteratur, quod tantum in superficie caleſcit; quod se igniatur non amplius est alteratio, sed progressus in aliam speciem, & figuram. Simplic. in 7. phy. tex. 15. char. 377. colum. 1.

Ferrum mouetur ad magnetem, vt perſiciat se, & si magnes vngatur oleo, amittit dispositionem attrahendi ferrum, ideo non attrahit. Auer. physico. 7. te. 10. char. 143. colum. 2.

Ferrum cum tangitur a magnete, naturaliter mouetur, cum non moueatur a magnete, nisi per alterationem quam acquirat mediante aere a magnete; ideo si complexio magnetis transmutatur, vt accidit ei cum confricatur aliis, non attrahit. Auer. physico. 8. tex. 35. char. 170. col. 2.

Ferrum sit durissimum incidens omnia, si candens saepe immergatur in succo raphani immixto cum aqua, quæ extrahitur de lumbricis terræ contusis, & per pannum expressis, æquis portionibus. Alb. mag. in 2. de miner. ex trac. 3. cap. 2. c. 142. col. 3.

Ferrum inuenitur in lapidibus, eis incorporatum, & in terra aquosa, vt granula milij. Alber. mag. in 2. de miner. ex trac. 1. cap. 39. c. 145. col. 4.

Ferrum aduritur in rubrum, quia terreſtre superat, & incenditur: stannum, & plumbum euaporat; quia nō habet argentū viuū multum emundatū a lutea pingui substantia. Alb. mag. in 3. de miner. ex tr. 2. c. 5. c. 147. c. 2.

Ferrum ignobilius est cæteris metallis, ne liqueſcibile vt cera, sed potius liqueſcibile molliſcibile. Alb. mag. 4. de miner. ex trac. 2. cap. 8. c. 149. col. 2.

Ferrum componitur ex argento viuo impundo, & sulfure impundo, & rubiginem facile trahit propter sulfuris aduſionem. Albert. magn. in 4. de miner. ex trac. 2. cap. 8. c. 149. col. 2.

Ferrum candens induratur in aquam positus, quia calor frigus aquæ fugiens ad interiora ferri comburit in ipſo materiale humidum, & sic induratur. Alb. magn. in 4. de miner. ex tract. 2. cap. 8. c. 149. col. 2.

Ferrum liqueſcit si metetur, & prouocatur ei desuper puluis sulphuris, & auri pigmenti, & simul bene temperetur, & ponatur in igne forti, quia sulphur adiuuat liquefactionem soluendo grossum terreſtre. Alb. mag. in 4. meteor. trac. 2. cap. 9. c. 126. col. 2.

Ferrum tanto durius sit, quanto siccior est aqua in qua extinguitur. Albert. Magn. in 4. meteor. trac. 2. cap. 9. char. 126. col. 2.

Ferri vt ad motum pertinet.

Ferri illa sola dicuntur proprie, cum non in seipsis sit mutantibus locum stare, & quæ non ipsa seipsa mouent secundum locum. Aristotel. physico. 5. cap. 3. tex. 18. char. 130.

Ferri illuc impossibile est, quo nullum, quod fertur, peruenire potest. Arist. 1. de celo, tex. 58. char. 262.

Ferri proprie dicuntur, quæcunque in anima, & quæcunque ab alio extrinsecus motum accipiunt. Pfellus in 5. physic. char. 43.

Fibræ inter neruum, & venam suam habent naturam; & nonnullæ humorem saniem appellatum continent: tendunt a neruis ad venas, & inde ad neruos. Aristot. de hist. ani. 3. cap. 6. char. 84.

Fibrarum aliud genus est, quod in sanguine consistere solet, quamquam non cuiusque animalis. Spissari autem sanguis non potest, si id genus fibrarum detraharur, spissatur vero si non detraharur. Et huiusmodi fibras non habent cerui, damæ, bubali, & alij: quo circa eorum sanguis, vt aliorū non concreſcit, sed ceruorum sanguis, & lac sine coagulo spissari solet, & item leporis;

Ieporis; bubali vero sanguis magis spissatur, ut qui pro-
xime ouillo consistat. Arist. de hist. anim. 3. c. 6. c. 84.
Ficedula avis dicitur, quia ficus edit. Alb. mag. de anim.
lib. 23. cap. 24. char. 92. col. 3.
Fictoris musculi sunt quatuor. Vnus, qui concomitatur
os, & qui leuis carne vehementer miscetur, quæ per-
mixtionem laborum ipsius musculi similis est valde, &
constringit, & sua expressione excutit stercoris reli-
quias. Alius est magis inferius, qui stat secundum com-
parationem capitis hois, & putatur duo habere extre-
ma, cuius extremum cum radice virgæ continuatur, &
aliud per quod super hos omnes transfuersum existit,
cuius auxilium est longam sursum eleuare, nec ac-
cidit longam egressio, nisi propter ipsius laxationem.
Alb. mag. de anim. lib. 1. trac. 2. cap. 16. c. 15. col. 4.
Ficus siluestris per terram expansæ fibus hortensibus
conferunt. Arist. pri. de plant. cap. 2. char. 375.
Ficus si in furno sicantur, dariores efficiuntur, quam si
exemptæ foris refrigerentur, quia in furno ex calore
totus humor euaporatur. Aristotel. problem. sect. 22.
num. 10. char. 552.
Ficus cum molles, & dulces sunt, cur dentes offendunt?
quia gingiuis sua lenitate adhærent, seque præmolles
inter dentes insinuant, & per suum calorem cito pu-
tredinem conficiunt, & forsitan ob granorum suo-
rum duriciem dentes celeriter effatigant cum confi-
ciuntur. Arist. probl. sect. 22. nu. 14. c. 553.
Ficus a fecunditate dicitur, calida est, & humida, sed
viscosa, & grossam habet humiditatem; ideo come-
sta multum generat pediculos, quia ex profunditate
extrahit humores ad poros, in quibus pediculi gene-
rantur, & sudorem prouocat, & senum rugas disten-
dit implendo pellem exterius superfuitate: & calore
suo emundat apostemata, & vlcera: nisi cum nuce
manducetur malum sanguinem generat: melior est
alba, post albam rubea, & inferior nigra. Alb. mag. de
veget. lib. 6. trac. 1. cap. 19. c. 155. col. 1.
Ficus nutrimentum licet non sit adeo bonum, & robu-
stum, ut carnis, & granorum frumenti, est tamen me-
lius, & robustius alijs nutrimentis fructuum aliorum.
Alb. mag. de veget. lib. 6. trac. 1. cap. 19. c. 155. col. 2.
Ficus ramis si caro coquitur, cum eis resoluatur ob sub-
tilitatem ramorum ficus. Albert. mag. de veget. lib. 6.
tract. 1. cap. 19. char. 155. col. 3.
Ficus cortex amarissimus est, fructus autem dulcissimus.
Alb. mag. de veget. lib. 6. trac. 1. cap. 19. c. 155. col. 3.
Fides omnis fit per syllogismos, sumptos, & per indu-
ctionem. Arist. prior. lib. 2. cap. 23. c. 286.
Fidem facit non solum verum dicere, sed etiam falsi cau-
sam explicare. Arist. 7. ethic. nicom. cap. 14. c. 185.
Fidem tunc maxime habemus, cum demonstratum esse
opinamur. Arist. rhetor. 1. char. 6.
Fides alia caret arte, alia artificiosa sunt. Carentia arte
sunt, quæ nos non peperimus, sed aut erant, ut testes,
quæstiones, singulæ, & huiuscemodi reliqua. Arti-
ficiose vero sunt, quæ per nos parere possumus. quo
fit, ut illis uti, hæc inuenire debeamus. Aristotel. rhe-
toric. 1. char. 8.
Fides, quæ ratione pariuntur, in tres species diuiduntur;
primo in moribus dicentis, secundo ut aliquo modo
afficiatur qui audit, tertio in ipsa oratione. Arist. rhe-
toric. 1. char. 9.
Fides non solum demonstratiua, sed etiam morata ora-
tione fit. Arist. rhetor. 1. char. 36.
Fides, quæ caret arte, in quinque consistit, in legibus,
testibus, pactis, quæstionibus, & iusiurandis. Aristot.
rhetor. 1. char. 60.
Fidem faciunt præter demonstrationem, prudentia, vir-
tus, & benivolentia. Arist. rhetor. 2. char. 68.
Fides, quæ communes sunt omnibus, genere duæ sunt,
exemplum, & enthymema. Arist. rhetor. 2. c. 109.

Fides ad demonstrandum accommodatas esse oportet,
& omnis ad id, de quo est quæstio, accommodanda
est. Arist. rhetor. 3. char. 170.
Fides, quæ alicui rei effici debet, ex alio vel ex alijs fit;
nihil enim ex seipso demonstratur. Alex. Aphrod. in
1. prior. cap. 4. char. 9. col. 2.
Fides alicui rei fit, vel ex toto, & vniuersali, & eo, quod
reliqua continet, quæ tanquam eius pars sit, vel ex par-
tibus totum, vel ex parte aliquam rem, vel ex parti-
bus, quæ sub toto suo continentur, probat. Alexand.
Aphrod. in prior. cap. 4. c. 9. col. 2.
Fides, quæ partem ex parte monstrat, exemplum dicitur.
Alex. Aphrod. in 1. prior. cap. 4. c. 9. col. 2.
Fides, quæ ex partibus totum monstrat, inductio est.
Alex. Aphrod. in 1. prior. cap. 4. char. 9. col. 2.
Fides, quæ ex toto partes monstrat, ratiocinatio est.
Alex. Aphrod. in 1. prior. cap. 4. char. 9. col. 2.
Fides est circa necessaria, sine causa tamen. Simpl. in 3. de
anima. sect. 1. tex. 155. char. 55. col. 1.
Fides ea est, quæ cognito assentitur, ut vero. Simpl. in 3.
de anima, ex sect. 1. tex. 156. c. 55. col. 2.
Fides inest scientiæ, intellectui, prudentiæ, & opinioni.
Simpl. in 3. de ani. ex sect. 1. tex. 156. c. 55. col. 3.
Fides, quæ rationalem, & intelligentem omnem conse-
quitur cognitionem, bestijs nullis inest. Simpl. in 3. de
anima. ex sect. 1. tex. 156. char. 55. col. 3.
Fides, est assensus tanquam in veritate elaboratus per
opinionis conuersionem in seipsam, quæ opinio indi-
cat sui ipsius intelligentiam tanquam verum de rebus
ipsis. Simpl. in 3. de ani. ex sect. 1. tex. 156. c. 62. col. 2.
Fidei effectiua est persuasio, & finis persuasionis est fides.
Ioan. Gram. in 3. de anima. tex. 155. c. 80. col. 2.
Fiducia est voluptas, cum nullum periculum nobis euen-
turum sit, vel si euenit, euasuros esse speramus. Eust.
2. ethic. cap. 2. char. 92.
Fides vera est res in animo, quæ accidit credenti per ser-
monem. Auer. in poster. lib. 1. tex. 10. char. 133.
Fides vulgi est fortior fide philosophorum, quia vulgus
non assuevit audire aliud, philosophi audiunt multa.
Auer. in physic. tex. 60. char. 18. col. 1.
Fides numero facilius habetur, si per exempla ita esse
ostendatur. Boet. in lib. de interpret. char. 406.
Fides est, quando in vnam partem inclinatur ratio, & ac-
quiescit. Alb. mag. in topic. char. 226. col. 2.
Fides est, cum ratio fortificatur in alterum sine funda-
tione in eadem scientia, aut cum fundatur per demon-
strationem. Alb. mag. in 3. metaph. cap. 1. ch. 77. col. 2.
Fides fit ex opinione, cum opinio inuatur, & confortatur
ad vnu rationis, ita quod habere incipit ad aliud
cum scientia. Albert. magn. ethicor. 7. tract. 1. cap. 2.
char. 82. col. 2.
Fidei catholice in nullo repugnant rationes Aristotel.
quia nos non ponimus mundum esse factum per ge-
nerationem, sed creatum a primo principio, quod
ipsum facere poterat, ut voluit. D. Thom. in prim. de
cælo. l. 29. tex. 14. c. 29. col. 1.
Fides inter virtutes intellectuales numerari non potest,
quia eius certitudo est sub imperio voluntatis. Tho-
de Vio in post. char. 178. col. 1.
Fidentia metui contraria est. Arist. rhetor. 2. c. 82.
Fidentiam afferunt, & calamitates, quæ longe ab sunt, &
quæ prope, si adsint emendationes, & subsidia, aut
multa, aut magna, aut vtrumque, & si iniuriam neq;
acceperint, neq; intulerint, & si competidores, aut nul-
li sunt, aut vires non habeant, aut si habent vires, amici
sint, aut beneficiu dederint, aut acceperint, aut si plu-
res sint, quibus eadem conducant, aut præstantiores,
aut vtrique. Arist. rhetor. 2. char. 82.
Fidentes sunt, qui sæpe re bene gesserunt, neque offen-
dise arbitrantur, aut si sepe in calamitates inciderint,
atque euaserint: & si plura sibi suppetere arbitrentur,
&

et si iniuriam fecerint nemini, aut non multis. Arist.
rhetoric. 2. char. 82.
Fidentes redduntur, si res diuinae ipsi egregie se ha-
beant, ut oracula, & ita fidentem reddit. Aristot.
rhetoric. 2. char. 83.
Fieri aliquid ex eo, quod est, aut ex eo, quod non est,
aut quod non est, aut quod est, facere aliquid, aut pa-
ri, aut quodcunque hoc fieri non differt. Arist. physic.
1. cap. 4. tex. 73. char. 24.
Fieri simpliciter & nos dicimus ex eo, quod non est: sed
tamen fieri ex eo, quod non est secundum accidens.
Arist. physic. 1. cap. 4. tex. 75. char. 25.
Fieri prius necesse est id, quod factum est, & quod fit fa-
ctum esse, quæcunque diuisibilia, & continua sunt:
non tamen semper id, quod fit, sed & aliud aliquan-
do, ut illius aliquid, sicuti fundamentum domus. Arist.
physic. 6. sum. 4. cap. 2. tex. 59. c. 164.
Fieri id impossibile est, quod non contingit esse factum.
Arist. 1. de cælo, tex. 58. char. 262.
Fieri non potest vnum ex duobus in actu. Arist. 7. meta-
physic. cap. 15. tex. 48. char. 154.
Fieri aliquid ex eo, quod non est, magis verisimile est,
quam non multa sint ea, quæ sunt. Arist. de Xenopha.
Zeno, & Gorgia, de Xenopha. char. 926.
Fieri nequit, ut si quid est, id factum fuerit, de Deo asse-
rens, acbat Zeno, cum necesse sit, ut id, quod factum
fuerit, vel ex similibus, vel ex dissimilibus extiterit,
quorum neutrum fieri nequeat: & ob id æternus est
Deus. Arist. de eod. de Zen. char. 922.
Fieri proprie dicuntur ea, quæ natura duce sunt: cæte-
ræ actiones, affectiones appellantur. Simpl. in 2. physi-
c. tex. 2. char. 94. col. 1.
Fieri aliquid ex aliquo, fit duobus modis: ex priuatione,
& ex subiecto. D. Tho. 7. metaph. l. 6. tex. 23. c. 476.
Fieri aliquid ex aliquo, dupliciter dici potest: aut quia il-
lud, ex quo fit, in eo est principium naturaliter in via
generationis, & huiuscemodi immateriale principiu:
aut quia factio est resolutio in principium materiale,
ut ex composito de resolutione materiali principium
fieri dicatur. D. Tho. 8. metaph. lec. 4. tex. 11. ch. 616.
Fieri aliquid ex aliquo dupliciter potest: vel ex priuatione:
alio modo, ut ex materia, & potentia materiæ.
Alex. de Ales in 5. metaph. tex. 2. c. 103. col. 3.
Fieri subiectiuum, quod vocatur generatio, necessario
sequitur materiam, & formam, & distinctionem vtrius-
que: sic & fieri obiectiue, quod vocatur creatio, requirit
essentiam, & distinctionem vtriusque. Alexand. de
Ales in 7. metaph. tex. 22. c. 207. col. 2.
Fieri terminatur ad actum. Alex. de Ales in 7. metaphy-
c. tex. 30. c. 216. col. 3.

Figura ut qualitatis species.

Figura, quæ rotunda, & circinata sunt, cur ex omnibus
figuris facilius mouentur: trifariam autem circulum
rotari contingit, aut secundum absidem centro simul
moto, ut plauti tora; aut circa manens centrum, ut
trochileæ stante centro: aut in pauimento manente
centro, ut figuli rota, huiuscemodi quidem celerissima
sunt, parua enim sui parte plantam contingunt, ut cir-
culus secundum punctum: & quoniam non offensaunt,
à terra enim semotus est angulus. Præterea cui obuia
sunt corpori, id rursum secundum pusillum tangunt,
si autem rectilineum esset, rectitudine sua multum
plani contingeret. Ad hæc quo mutat pondus, eo mo-
tor mouet, cum igitur ad rectum super plano circuli
fuerit diameter, planum secundum punctum contin-
gente circulo æquale vtrique pondus determinat
diameter. cum autem mouetur, plus illico, ad quod
mouetur, ceu inde nutans, ab impellente facilius in
ante mouetur. Arist. quæst. mecan. q. 8. c. 781.
Figura optima, optimo omnium corpori natura debe-
tur, cui quies est præter naturam, & ob id, nec basem
aliquam habet, qua sistere possit. Alex. Aphrod. in 2.
natural. quest. cap. 18. char. 4.
Figura est, quæ ab aliqua, vel ab aliquibus lineis conti-
netur. Porph. in præd. c. 22.
Figura est plerumque in causa, ut aliquid tardius, aut ve-
locius moueatur. The. in 6. phy. tex. 38. c. 53. col. 3.
Figura posterior est magnitudine, & qualitas magnitudi-
nem præcedit, & in hoc differunt. Simp. in præd. c. 58.
Figura, quæ in qualitate assumitur, non sumitur, ut con-
stet ex lineis, nec ut est colorata, sed secundum aliquam
figurationem, ut scilicet redigitur in angulum, vel non.
Simpl. in præd. char. 69.
Figura dicitur de sola circumscriptione extrinseca. Sim-
in prædicamen. c. 69.
Figura & si qualitas est magna, tamen habet commu-
nionem, & conuenientiam cum magnitudine, & quan-
titate. Simp. in 4. phy. tex. 84. c. 251. col. 2.
Figurationes sunt quædam generationes. Simpl. in 7.
physic. te. 15. char. 377. col. 1.
Figura & si fit qualitas, tamen in genere quantorum ac-
cepta est. Simp. in 3. de cælo, te. 5. co. 7. c. 85. col. 3.
Figura omnis est sub quali. Simpl. in 3. de anima. te.
133. char. 49. col. 1.
Figura orbicularis, inter omnes celerius mouetur, ut
quæ in puncto diuisionem efficit. Io. gram. in 4. physy-
c. te. 71. char. 96. col. 4.
Figuras cubica omnium circulari motui ineptissima est.
Io. gra. in 4. phy. te. 71. c. 96. col. 3.
Figuræ acutæ, & orbiculares cum minus corpori ca-
pian, & ferant, idcirco celerius ea, quæ subiiciuntur
interualla simul diuidunt. Ioan. gram. in 4. physycor.
tex. 74. char. 98. col. 1.
Figuræ omnes rectæ lineæ in triangula resoluntur.
Ioan. Gram. in 1. de gener. tex. 8. co. 32. char. 14.
Figura, quæ plures angulos habet, capatior est. Ioan. gra.
in prim. de anim. tex. 16. char. 11. col. 1.
Figuræ non sunt affectus materiæ, sed corporis. Ioan.
gram. in 1. de anima. tex. 17. char. 12. col. 1.
Figuræ, quæ multos angulos habent, magis circulo pro-
pinquæ sunt, & tanto propinquiores, quanto plures
habent angulos. Io. gra. in pri. de ani. te. 30. c. 15. col. 3.
Figuræ sunt accidentia corporum cælestium. Auer. in
phy. 2. tex. 17. c. 26. col. 2.
Figura est qualitas in quantitate, ut est quantitas. Auer.
physy. 7. tex. 15. char. 145. col. 3.
Figuræ diuersitas non est secundum differentias sub-
stantiales rei: figura enim est qualitas. Auer. physic.
7. tex. 30. c. 150. col. 4.
Figura cæli non est in eo accidentaliter, sicut in elemen-
tis, in quibus intendebatur receptio multarum figu-
rarum. Auer. 2. de cælo, tex. 22. c. 52. col. 1.

Figura sphaerica prioritas secundum perfectionem est magis propria quam alia. Auer. 2. de celo. tex. 24. char. 52. colum. 3.

Figura sphaerica est in omnibus corporibus coelestibus essentialiter, in elementis accidentaliter. Auer. 2. de celo. tex. 26. c. 52. col. 4.

Figura in corporibus coelestibus est de rebus essentialibus. Auer. 2. de celo. tex. 60. char. 65. col. 2.

Figuras ponentes essentialia esse elementorum differentias, non possunt fugere vnum trium impossibilium: primo aut vt non concedant ignem esse diuisibilem, quod est contra sensum: secundo aut quod aliquod corpus sit non elementum, nec compositum ex elementis, quod est impossibile: tertio, quod elementum habet elementum, quod est contrarium definitioni elementi. Auer. 3. de celo. tex. 65. c. 104. col. 3.

Figura est, quæ sub aliquo, vt circulus, vel aliquibus terminis, vt angularis figuræ, clauditur. Boeth. in prædicamen. char. 182.

Figura altera parte longior est, quæ quatuor habet æquales angulos, lineas autem inæquales, ita tamen vt binæ sumptæ, inuicem æquales sint. Boet. in Præ. c. 187.

Figura dupliciter dicitur, vt est quantitas terminata, & sic est id, quod est in genere quantitatis, & vt est terminatio quantitatis, & sic est in genere qualitatis. Alb. mag. in præd. char. 55. col. 4.

Figura differt a forma, quia in forma considerantur intrinsecæ superficies, in figura extrinsecæ. Alb. mag. in præd. c. 55. col. 4.

Figura non dat nisi accidentalem differentiam motui. Alb. mag. in 7. phys. tract. 2. cap. 3. char. 86. col. 4.

Figura cum alicui mobili datur vt causa sui motus, datur ei, vt causa per se, non autem, vt causa per accidens. Alb. mag. in 2. de celo. tract. 2. cap. 9. c. 52. col. 3.

Figura in materia si imprimatur tempore cuiusvis constellationis coelestis, ab ipsa constellatione coelestis figuræ aliqua vis influitur operi artis, & naturæ. Alber. mag. in 2. de miner. ex trac. 3. cap. 3. c. 142. col. 3.

Figura, quæ ab arte inducitur, est accidentalis. Alb. mag. in 2. de ani. tract. 1. cap. 1. char. 13. col. 2.

Figura omnis, quæ est in inferioribus, causatur a figuris constellationum in coelestibus. Alber. magn. de nat. & orig. anim. tract. 2. cap. 7. c. 64. col. 1.

Figuræ & dimensiones non sunt principia substantiæ, nec secundum formam, nec secundum materiam. Alb. mag. 3. metaph. tract. 3. cap. 22. c. 88. col. 2.

Figura differt a forma, quia figura importat terminationem quantitatis, forma vero dat esse specificum artificiato. D. Tho. in 7. phy. l. 5. tex. 15. c. 111. col. 2.

Figura est qualitas in quantitate. Alexand. de Ales. in 5. metaph. tex. 18. c. 135. col. 3.

Figura ut ad syllogismum pertinet.

Figura prima est, cum termini tres ita se habent inuicem, vt vltimus in toto medio sit, & medium in primo, vel non sit. Arist. prior. l. 1. sec. 1. cap. 4. c. 153.

Figuræ primæ si minor est negatiua, non est syllogismus, siue vniuersalis, siue particularis sit. Arist. prior. lib. 1. sec. 1. cap. 4. char. 153.

Figuræ primæ maior semper debet esse vniuersalis, alioqui non est syllogismus. Aristotel. l. 1. prior. sect. 1. cap. 4. char. 159.

Figuræ primæ syllogismi omnes perfecti sunt, & per hanc omnes alii perficiuntur. Arist. lib. 1. prior. sect. 1. cap. 4. char. 156.

Figura secunda est, cum idem huius quidem omni, illi vero nulli inest. Arist. l. 1. prior. sec. 1. cap. 5. char. 156.

Figuræ secundæ nullus est perfectus modus, est tamen, & vniuersalis, & particularis. Aristotel. l. 1. prior. sect. 1. cap. 5. char. 156.

Figuræ secundæ syllogismus sit vniuersalis, cum medium huic quidem omni, illi vero nulli inest, et si ad vtrumuis fuerit priuatiuum, aliter minime. Aristotele. lib. 1. prior. sect. 1. cap. 5. char. 156.

Figuræ secundæ erit syllogismus, si maior est vniuersalis, & minor illi qualitate discrepat, siue vniuersalis, siue particularis. Arist. lib. 1. prior. sect. 1. cap. 5. ch. 157.

Figura tertia est, cum hoc quidem omni, illud nulli inest, aut ambo omni, aut nulli. Aristoteles lib. prim. prior. sectio. 1. cap. 6. chart. 160.

Figuræ tertiæ syllogismi nulli sunt perfecti. Arist. lib. 1. prior. sect. 1. cap. 6. chart. 160.

Figuræ tertiæ syllogismi non concluduntur aliter, nec affirmatiue, nec negatiue. Aristoteles lib. prim. prior. sect. 1. cap. 6. chart. 163.

Figuræ secundæ quartus modus, quo ad modos existentes necessarios, & de inesse, inutilis est, quia non sequitur conclusio necessaria. Aristoteles lib. 1. prior. sect. prim. cap. 10. char. 168.

Figurarum maxime faciens scire, prima est. Arist. poster. lib. 1. cap. 11. tex. 31. ch. 321.

Figura prima est perfectarum ratiocinationum. Alexand. aphrod. in 1. prior. cap. 4. char. 9. colum. 2.

Figura prima fit, cum medius terminus bis sumptus est, & de altero terminorum prædicatur, alteri subijcitur. Alex. aphrod. in 1. prior. cap. 4. ch. 9. col. 4.

Figura secunda fit, cum medius terminus de vtriusque, quæ sunt in quæstione, prædicatur. Alexand. aphrod. in pri. prior. cap. 4. char. 8. colum. 4.

Figura tertia fit cum medius terminus de vtriusque, quæ sunt in quæstione subijcitur. Alexand. aphrod. in prim. prior. cap. 4. char. 9. colum. 4.

Figura prima demonstranti, secunda dialectico, tertia sophistæ accommodata est. Alexander aphrodisi. in prim. prior. cap. 4. char. 10. colum. 1.

Figura prima, vt cõcludat, debet vniuersalem minorem affirmatiuam habere. Alexander aphrodisi. in prim. prior. cap. 4. char. 10. colum. 1.

Figura prima sola vniuersale affirmatiuum colligit. Alexand. aphrod. in 1. prior. cap. 4. char. 11. col. 2.

Figuræ primæ Theophrastus quinque addidit modos. Alex. aphrod. in 1. prior. cap. 4. char. 13. col. 1.

Figura secunda vt sit concludens, debet maiorem habere vniuersalem, & minor diuersa a maiori in qualitate esse debet. Alex. aphrod. in 1. prior. cap. 5. ch. 13. col. 2.

Figuræ secundæ coniugationes quatuor sunt: nam vel maior vniuersalis affirmatiua minor vniuersalis, vel particularis negatiua: vel maior vniuersalis negatiua minor vniuersalis, vel particularis affirmatiua. Alex. aphrod. in pri. prior. cap. 5. ch. 13. col. 2.

Figuræ secundæ, si propositiones similes sunt qualitatis, nihil concluditur. Alexander aphrodisi. in 1. prior. cap. 5. chart. 14. colum. 1.

Figura secunda si maiorem vniuersalem affirmatiuam, maiorem particularem negatiuam habuerit, demonstratur per deductionem ad impossibile, aliter non. Alex. aphro. in 1. prior. cap. 5. ch. 15. col. 2.

Figuræ secundæ conclusiones sunt negatiuæ. Alexander aphrod. in 1. prior. cap. 6. chart. 16. col. 4.

Figura tertia vltimum locum obtinet, quia nihil vniuersaliter colligit, & captiosas ratiocinationes concludit. Alexand. aphrod. in 1. prior. cap. 6. ch. 16. col. 4.

Figuræ tertiæ iugationes si concludere debent necesse est, vt minor sit affirmatiua, & altera illarum vniuersalis. Alexand. aphro. in 1. prior. cap. 6. ch. 16. col. 4.

Figuræ tertiæ plures sunt iugationes, quia si debet fieri conclusio, vnum tantum requiritur, in alijs duo. Alex. aphrod. in 1. prior. cap. 6. chart. 16. col. 4.

Figuræ tertiæ iugationes, vel constant ex ambabus affirmatiuis vniuersalibus, & est primus modus: vel ex ambabus vniuersalibus, altera negatiua altera affirmatiua. & est

& est secundus: vel ex ambabus affirmatiuis, altera particulari, vniuersali altera, & est tertius; vel ex ambabus affirmatiuis, maiori vniuersali, minori particulari, & est quartus: vel ex maiori negatiua particulari, minori vniuersali affirmatiua, & est quintus: vel ex maiori negatiua vniuersali, minori affirmatiua particulari & est sextus. Alexand. Aphrod. in prim. prior. cap. 6. c. 17. col. 1.

Figuræ secundæ duo primi modi reciprocatis vniuersalibus negatiuis, ad primam figuram reducuntur, tertius modus ad quartum primæ reducitur; quartus ad primam. Alex. aphrod. in pri. prior. cap. 7. c. 19. col. 4.

Figura secunda aliquando ob necessitatem materiam affirmatiuam concludit conclusionem. Alex. Aphrod. in pri. prior. cap. 9. char. 21. col. 1.

Figura illa, in qua affirmatiuum vniuersale concluditur, est magis apta demonstrationi, quam reliquæ, & post ipsam illa, in qua vniuersale negatiuum. Io. gram. in pri. prior. cap. 4. char. 12. col. 3.

Figura prima maiorem vniuersalem, & minorem affirmatiuam habere debet; si aliter erunt, inutiles erunt. Io. gram. in pri. prior. cap. 5. c. 13. col. 4.

Figura secunda maiorem vniuersalem habere debet, & diuersa in qualitate esse debent propositiones. Ioan. gram. in pri. prior. cap. 5. char. 14. col. 1.

Figura tertia minorem affirmatiuam debet habere. Io. gram. in prior. cap. 5. char. 14. colum. 2.

Figuris omnibus hoc commune est, vt ambæ non sint negatiuæ, vel particulares. Ioan. gram. in prior. cap. 5. char. 14. colum. 4.

Figuræ secundæ medium de vno, quod enunciatur extremo, prædicatur, tertie vero medium subijcitur. Io. gram. in prior. cap. 5. char. 15. col. 1.

Figura tertia omnes particulares concludit. Ioan. gram. in prior. cap. 5. char. 18. col. 2.

Figura prima maxime propria est demonstranti, quia vniuersale affirmatiuum concludit, & quia alijs non indiget ad perfectionem. Ioan. gram. in pri. post. cap. 11. char. 30. col. 1.

Figuræ tres sunt, nec plures, quoniam tres sunt ratiocinationum species, demonstratiua, dialectica, & sophistica: demonstratiua prima figura, dialectica secunda, sophistica tertia competit. Mage. in prior. char. 47. col. 2.

Figura dicitur ordo medij inter duas extremitates. Auer. in prior. sect. 1. cap. 5. c. 57. col. 1.

Figura quarta, quam posuit Galenus, non est figura naturalis. Auer. in pri. prior. sec. 1. cap. 5. c. 57. col. 1.

Figura secunda est naturalis, quia super ipsa cogitatio humana naturaliter cadit. Auer. in prim. prior. sect. 1. cap. 5. char. 59. colum. 3.

Figuræ secundæ extremitates nõ distinguuntur, nisi penes quæsitum. Auer. in pri. prior. sec. 1. cap. 5. c. 59. col. 3.

Figuræ quartæ, de qua meminit Galenus, nõ est syllogismus naturalis. Auer. in pri. prior. sec. 1. c. 8. c. 63. col. 3.

Figura secunda non concludit ex duabus affirmatiuis, licet in aliqua materia concludat, quia in pluribus non sequitur. Auer. in q. logic. tex. 9. c. 367. col. 2.

Figura prima est illa, in qua qui subiectus est terminus, de alio prædicatur. Boet. de syl. cat. char. 592.

Figura secunda est, in qua medium solum prædicatur. Boet. de syl. cat. char. 593.

Figura tertia est, in qua medium solum subijcitur. Boet. de syl. cat. char. 593.

Figura secunda, & tertia, de prima figura nascitur. Boet. de syl. cat. char. 593.

Figura secunda nascitur de prima maiore propositione conuersa, tertia autem minore. Boet. de syl. cat. c. 593.

Figura prima quatuor habet modos, secunda quatuor, tertia sex. Boet. de syl. cat. char. 594.

Figuræ primæ primus modus constat ex ambabus propositionibus vniuersalibus affirmatiuis, vniuersale col-

ligens affirmatiuum. Boet. de syl. cat. char. 594.

Figuræ primæ secundus modus constat ex prima vniuersali negatiua, secunda vniuersali affirmatiua, & colligit vniuersale negatiuum. Boet. de syl. cat. char. 594.

Figuræ primæ tertius modus constat ex prima vniuersali affirmatiua, secunda particulari affirmatiua, colligens particulare affirmatiuum. Boet. de syl. cat. char. 594.

Figuræ primæ quartus modus constat ex prima vniuersali negatiua, secunda particulari affirmatiua, & colligit particulare negatiuum. Boet. de syl. cat. char. 594.

Figuræ primæ vltra quatuor modos ab Aristotele declaratos, Theophrastus, & Eudemus quinque alios addiderunt. Boet. de syl. cat. char. 594.

Figuræ primæ quintus modus fit ex duabus vniuersalibus affirmatiuis, particularem colligens affirmatiuam, vt omne b, a, omne c, b, ergo aliquod a, c. Boet. de syl. cat. char. 595.

Figuræ primæ sextus modus fit ex vniuersalibus negatiua, & affirmatiua, colligens vniuersalem negatiuam, vt nullum b, a, omne c, b, ergo nullum a, c. Boet. de syl. cat. char. 595.

Figuræ primæ septimus modus fit ex vniuersali, & particulari affirmatiuis, & colligit particularem affirmatiuam per conuersionem. Boet. de syl. cat. char. 595.

Figuræ primæ octauus modus fit, quoties ex vniuersalibus affirmatione, & negatione, colligitur particularis. Boet. de syl. cat. char. 596.

Figuræ primæ nonus modus fit ex particulari affirmatiua, & vniuersali negatiua, particularem colligens negatiuam. Boet. de syl. cat. char. 596.

Figura prima colligit vniuersale affirmatiuum, & negatiuum: particulare affirmatiuum, & negatiuum. Boet. de syl. cat. char. 596.

Figura secunda non colligit affirmatiuum, nec vniuersale, nec particulare. Boet. de syl. cat. char. 596.

Figuræ secundæ primus modus constat ex vniuersalibus negatiua, & affirmatiua: colligitur vniuersalis negatiua, & probatur per primam figuram per secundum modum. Boet. de syl. cat. char. 596.

Figuræ secundæ syllogismi ex seipsis, & si veræ sint, non probant, sed ex primæ figuræ modis implentur. Boet. de syl. cat. char. 596.

Figuræ secundæ secundus modus fit ex vniuersalibus, affirmatiua, & negatiua: colligitur vniuersale negatiuum, & probatur per primam figuram per secundum modum. Boet. de syl. cat. char. 597.

Figuræ secundæ tertius modus fit, ex vniuersali negatiua, & particulari affirmatiua, & colligitur ex particulari negatiua, & probatur per primam figuram per quartum modum. Boet. de syl. cat. char. 597.

Figuræ secundæ quartus modus fit ex vniuersali affirmatiua, particulari negatiua, & concluditur particularis negatio, & probatur per primam figuram per syllogismum ad impossibile. Boet. de syl. cat. char. 597.

Figuræ secundæ syllogismi omnes imperfecti sunt, sed per primam perficiuntur, vel per impossibile, vel via recta. Boet. de syl. cat. char. 598.

Figura tertia nunquam vniuersale concludit. Boet. de syl. cat. char. 598.

Figuræ tertiæ primus modus fit ex duabus vniuersalibus affirmatiuis: particularem affirmatiuam colligit, & perficitur per tertium modum primæ figuræ. Boet. de syl. cat. char. 598.

Figuræ tertiæ secundus modus fit ex vniuersalibus negatiua, & affirmatiua, colligens particulare negatiuum, & perficitur per quartum modum primæ figuræ. Boet. de syl. cat. char. 598.

Figuræ tertiæ tertius modus fit, ex particulari, & vniuersali affirmatiuis, colligitur particulare affirmatiuum, & perficitur per tertium modum primæ figuræ. Boet. de syl. cat. char. 598.

Figura tertiæ quartus modus fit ex affirmatiuis vniuersali, & particulari, colligens particularem affirmatiuam, & perficitur per tertium modum primæ figuræ. Boet. de syl. cat. c. 599.

Figura tertiæ quintus modus fit, ex particulari negatiua, & vniuersali affirmatiua, colligens particulare negatiuum, & perficitur per impossibile. Boet. de syl. cat. char. 599.

Figura tertiæ sextus modus fit, ex vniuersali negatiua, & particulari affirmatiua, colligitur particularis negatiua, & perficitur per quartum modum primæ figuræ. Boet. de syl. cat. c. 599.

Figura primæ modi perfecti sunt, nec indigent, vt per vniuersales monstrantur. Boet. de syl. cat. c. 600.

Figura secundæ & tertiæ modi per primæ figuræ modos demonstrantur. Boet. de syl. cat. c. 600.

Figuras facere in potestate nostra est, nam qui mutat elocutionem, figuras mutat. Boet. de syl. cat. char. 808.

Figura in tertia tunc conclusio necessaria sequitur cum in affirmatiuis vniuersalis est necessaria, in negatiuis vniuersalis negatiua, & alia de inesse. Albert. magn. in prior. c. 10. col. 2.

Figura syllogismi est id, quod resultat ad dispositionem terminorum in dualibus propositionibus, qua ablata, nulla remanet dispositio ad syllogismum. Alb. mag. in prior. char. 134. col. 2.

Figura primæ primus modus non potest reduci ad alias figuras, quia in ipsa tantum concluditur vniuersale affirmatiuum, nec primæ, & tertiæ affirmatiui ad secundam reduci possunt. Alb. mag. in prior. c. 141. col. 3.

Figura primæ secundus modus non facit scire propter quid, quia maior est negatiua, & causa, quæ est mediū, debet subijci maiori extremo, & non negari: sed per vniuersales secundæ figuræ, in quibus per causam remotam syllogizatur, potest fieri, quæ sunt demonstrationes quia. Alb. mag. in post. c. 188. col. 4.

Figura vt a passionibus alterantur.

Figura, & passiones, quæ apparent in facie, secundum similitudines accipiunt passiones, quæ enim pariter aliqd fit, vt si hoc habet quæ aliquis irascitur irascibile signum, eiusdem generis mas femina maior est, & fortior, & extrema corporis fortiora, & crassiora, & habitus meliores, & potiores secundum omnes virtutes. Arist. physiogno. cap. 4. char. 338.

Filacterium est gemma eadem cum chrysolito, & eiusdem naturæ. Alber. magn. in 2. de mineral. ex tract. 2. cap. 6. char. 140. col. 2.

Filii nihil casu facere debent, sed omnia ordinate, serui vero, & bestiarum multa casu, & ad bonum commune pauca. Arist. 12. metaph. l. 3. cap. 1. tex. 52. c. 261.

Filii parentibus similes sunt, quia quod ad partes accesserit, simile est ei, quod remanet, vt semen est potentia totum corpus patris. Arist. de gen. ani. 1. cap. 19. c. 126.

Filius, qui suis parentibus similis non est, iam monstrum quodammodo est, coepit enim degenerare. Arist. de gen. anim. 4. cap. 3. char. 232.

Filii similes sunt primo patri, sed si alijs, id fit, quia omne, quod mutatur, in sibi oppositū transit, ideo, & quod in generatione non superatur, transeat in oppositū necesse est pro ea facultate, qua non superarit quod generat, quod si qua est mas non potuit, femina gignitur. Sed si qua est Socrates, non patri, sed matri simile gignitur, vt enim patri mater opponitur, sic singulæ generantes vngulis generantibus opponuntur. Infans autem motus, alij actu, alij potetia, vt si motus eius, qui generat, soluitur, primo differentia minima in motū patris transibit, mox in aui, & sic eodē modo in ceteros similis. Sic, & in feminis fit transitus; motus enim concipiētis in motū soluitur matris, si non in eū, in auiæ, & sic in superioribus.

Sed potissimum ita natura fert, vt qua. pater est simul, & superat, & superetur, parum enim discriminis est, itaque vt simul vtrunque eueniat, haud difficile est. Arist. de gener. animal. 4. cap. 3. c. 233.

Filii adis similes sunt, si motus soluitur, & qua mas est feruetur, soluiturque; in Socratis patrem, mas erit, aut similis, & sic de alijs, Arist. de gen. ani. 4. cap. 3. c. 234.

Filiorū similitudinē ex his tribus elici ostenditur; primo quod motus alij sunt actu, alij potetia; secundo alterum degenerare in oppositū quod superatur; tertio transire in motū proximū id, quod soluitur. & si minus soluit in propinquū, si magis, in remotiorē discedere, & demū ita confundi, vt nemini suorum similes sint, sed tantū cōe relinquant, vt sit homo, quia omne particulare cōsequitur oīa, cuius solutionis causa est, quod omne agens patitur et a patiente. Arist. de gener. anim. 4. cap. 3. char. 235.

Filios eorum, qui pro patria bellando occubissent ex publico alendos esse, lege Athenis cautum erat, Arist. polit. 2. cap. 6. char. 536.

Filii nimis distare non debent ab ætate paternā; nam nec ipsis gratiam referre, nec parentes filiis adumenta præstare possunt, nec minus proximi ad ætatem paternam esse debent, quia non est tanta reuerentia ob æqualitatem, quia querelæ ob istam quali paritatem oriuntur. Arist. polit. 7. cap. 16. c. 750.

Filiorum circa educationem lex sit, nihil orbatum natura fore educandum. Arist. polit. 7. cap. 16. char. 751.

Filii quali victu nutriantur plurimum refert, & lactis nutrimentum maxime proprium est, statim etiam a pueritia frigori assuescere ad sanitatem, & ad res bellicas vtile est. Arist. polit. 7. cap. 17. char. 753.

Filios barbari vel gelido amne natos immergunt, vel parua veste amictiunt, vt Galli faciunt. Aristot. polit. 7. cap. 17. char. 753.

Filii, si educati recte a parentibus sunt per sanctos, & iustos mores, boni merito euadunt, contra si fiat seculus, sentient detrimentum. Arist. œconom. 2. cap. 2. c. 786.

Filiorum probitas, & multitudo interest multum, si multa iuuentus adsit, & bona; bona vero, vel ex virtute corporis, vt magnitudine, pulchritudine, robore, certatrice facultate; vel ex virtute animi, vt temperantia, & fortitudine, Arist. rhetor. 1. c. 21.

Filii, qui in nullo est similis parentibus, nec secundum speciem naturam, nec sui individui figuram, est monstrum, & mirabile naturæ vocatum. Albert. magn. de animal. lib. 18. tract. 1. cap. 4. c. 153. col. 4.

Finis quot dicitur modis.

Finis est duplex, alius cuius, alius cui. Arist. de anim. 2. sum. 3. cap. 1. tex. 34. c. 623. Idem Alexan. & Eustr. in 2. poster. char. 64. col. 2.

Finium quædam videtur esse differentia; alii enim sunt operationes, alii præter has opera quædam sunt, & quorum præter actiones fines, alij sunt, in his opera ipsa operationibus censentur præstantiora. Arist. ethic. 1. cap. 1. c. 3.

Finis non est simplex, sed duplex; quorundam enim est ipsa actio, aliorum, vtus. Arist. mag. moral. 1. cap. 3. c. 277.

Finis duplex, quod, vt felicitas: cui, vt nobis. Alex. Aphr. in 2. de anim. cap. 4. char. 51. col. 4.

Finis duplex, alius omnium optimus, & perfectissimus, alius partialissimus, & exiguus. Simpl. in 2. de celo, tex. 66. co. 43. c. 74. col. 1.

Finis duplex, alius appetitus, vel scopus, vt sanitas, quam medicus intendit; alius in quo, hoc est cui aduenit, vt sanus. Simpl. in 2. phys. char. 107. col. 1.

Finis duplex: rei, & eius, qui vititur re. Plessus in 2. physicorum, char. 13.

Finis duobus dicitur modis, de forma, & de actione. Auer. 4. de celo. tex. 22. c. 115. col. 1.

Finis

Finis intellectus duplex: alius est finis intelligentis, & hic non est fortuitus: alius ad quem terminatur operatio propositi, & hic potest esse fortuitus. Alb. mag. in 2. phys. tract. 2. cap. 14. ch. 24. col. 4.

Finis duplex, in se, & in alio: finis in se est vniuersaliusque rei ratio essentialis ipsius finis: in alio est actio entis, prout sit passio in passio suo proprio, quod recipit actionem eius. Albertus magnus in secundo de celo, tract. 1. cap. 7. char. 27. colum. 1.

Finis duplex: vltimus scilicet, qui est finis in quo quiescit mouentis intentio; & finis, circa illum, qui est terminus mouentis cuiuscunque operis ad finem illum ordinatus, & sic dicuntur fines quæcunque mouente aliquo sunt infra finem vltimum. Albertus mag. in 5. metaph. tract. 1. cap. 2. ch. 96. colum. 2.

Finis dupliciter consideratur, secundum esse, & secundum quod mouet efficientem, & materiam, & formam etiam ordinata ad eam, non est in ipsa causa, secundum quod accipitur in esse, sed potius est finis. Albertus magnus in quinto metaph. tract. 1. cap. 3. char. 99. colum. 3.

Fines alij sunt operationes, alij per operationes opera quædam constituta. Albertus magnus ethico. 1. cap. 8. char. 7. colum. 3.

Finis, cuius causa aliquid agitur, dupliciter dicitur: vno modo directe, vt medicus agit causa sanitatis: alio sicut quo, quod duobus modis intelligitur. Vno, vt intelligamus, quod finis dicitur, & subiectum habes id, cuius causa agitur, vt si medicine finis, non tantum causa est sanitas, sed etiam corpus habens sanitatem. Alio modo, vt quod finis est non tantum principale intentionum, sed & illud, quo illud adipiscimur, vt medicine finis, calefacere corpus, quia a calore habetur equalitas complexionis, quæ est sanitas. Diuus Thomas in 2. de anima. lect. 7. tex. 35. char. 27. colum. 4.

Finem aliquis suum non profequitur, ob duas causas: vel quia ignorat finem, vel quia omnia, quæ sunt ad finem, grauia, & difficilia sunt. Alexander de Ales in prim. metaph. c. 3. colum. 1.

Finis duplex: rei actæ, & agentis; & sic differunt, quia finis rei actæ subiectiue est in re acta; finis agentis subiectiue est in agente, quia vtilitas est in agente, & non in re acta. Alex. de Ales 5. metaph. tex. 21. c. 151. col. 1.

Finis quid est.

Finis est in his, quæ aguntur a natura, vel a mente. Arist. 11. metaph. cap. 2. c. 231.

Finis est in rebus immobilibus, est finis enim duplex, qui præexistit ante motum, vt ceterum in motu grauium, & sic est in immobilibus: alio modo qui est in mente agentis, & sic tantum est in rebus mobilibus. Aristot. 11. metaph. sum. 2. tex. 38. c. 253.

Finis perfectus, nihil aliud est, quam felicitas. Aristotel. mag. moral. 1. cap. 3. ch. 276.

Finis omnis, aut re bonum est, aut specie. Alexan. aphro. in quarto metaphysicor. vel secundum latin. 5. co. 6. char. 129. colum. 2.

Finis, vt finis impartibilis est. Alexander & Eustrat. in 2. poster. c. 71. colum. 2.

Finis in brutis est sensus, in hominibus sapientia, & prudentia. Them. de som. & vig. cap. 10. c. 97. col. 2.

Finis est causa formæ, vbi forma distincta est a fine. Simpl. in 2. phys. text. 9. char. 138. colum. 1.

Finis maxime naturalis est, quem sibi tanquam scopum proponit natura, vt aliud faciat quale ipsum est. Ioan. grammat. in 2. de anim. tex. 35. char. 45. colum. 1.

Finis est semper melius, & præstantius his, quæ conducunt ad finem. Eustr. in pri. ethico. char. 6.

Finis rerum, quæ a voluntate dependent, multoties est bonum, & non est in rei veritate; in naturalibus vero, est

bonum verum. Auer. in phy. 2. tex. 31. c. 29. col. 2.

Finis generationis alter est a fine rei generatæ. Auer. in phy. 2. tex. 70. char. 35. col. 2.

Finis est causa causarum, cum alia reperiantur causa ipsius. Auer. in epitom. metaph. tract. 3. c. 177. col. 4.

Finis aliquarum rerum est agere tantum. aliquarum est pati. Auer. metaph. 9. tex. 16. char. 114.

Finis significat agens significatione necessaria, vt motum mouens. Auer. de sub. orb. cap. 2. c. 4. col. 3.

Finis est initium cogitationis, & vltimum operis: res vero iuuantes sunt, vltimum cogitationis, & initium operis. Auer. pri. rhetor. trac. 2. cap. 8. c. 34. col. 3.

Finis solum est vere illud, quod est bonum naturæ, & causæ. Alb. magn. de princ. mot. procel. tractat. 2. cap. 1. c. char. 181. colum. 1.

Finis vltimus est perfectio, & bonitas causæ primæ, quæ omnimode actu est, & non potestate, sed consecutio eius in parte cuiuslibet sui proportionata est in potentia, quæ prima causa immobilis est in se, cum nihil sui sit extra ipsam, sed mouet omnia alia, quæ sui consecutionem habent extra se secundum aliquam participationem suarum bonitatum. Albert. mag. metaph. 3. trac. 3. cap. 19. c. 87. col. 4.

Finis in natura, alius est generationis, alius naturæ generantis. Albert. magn. in 5. metaphysic. tractat. 1. cap. 3. char. 99. colum. 3.

Finis est vltimum, cuius causa sit omne, quod fit. Albert. mag. metaph. 5. tract. 4. cap. 1. c. 111. col. 2.

Finis in arte, alius est operis, vt domus, & alius in quo quiescit operatio operantis. Alber. mag. in 5. metaph. trac. 1. cap. 3. c. 99. col. 3.

Finis non est principium, nisi vt est in intentione mouentis. D. Tho. 12. metaph. l. 4. tex. 21. c. 851.

Finis est prior perfectione ipsius, quæ sunt ad finem, & actus est finis potentia, & non e conuerso. Alexan. de Ales in 9. metaph. tex. 15. c. 270. col. 4.

Finis semper est nobilior eo, quod est ad finem. Alex. de ales 12. metaph. tex. 36. c. 342. col. 4.

Finis vt causa.

Finis non est omne vltimum, sed quod optimum. Arist. phys. 2. su. 2. cap. 2. te. 23. c. 35.

Finem, quæcunque habent, agunt per finem. Arist. phys. 2. cap. 3. tex. 78. char. 48.

Finis consideratio ab antiquis, non simpliciter, sed per accedens facta fuit. Aristot. prim. metaph. ex sum. 2. cap. 5. te. 10. c. 21.

Finis, & efficiens sunt opposita. Arist. 3. metaph. ex su. 2. cap. 1. tex. 3. char. 43.

Finalis causa est optimum, & aliarum causarum finis, sed nihil differt, an bonum re vera, an apparens bonum. Arist. 5. metaph. cap. 2. te. 3. c. 86.

Finis nostri cognitio magnum ad vitam momentum affert; nam vt sagittarij si scopū habemus magis bonū, & honestum assequi possumus. Arist. ethic. 1. cap. 2. c. 4.

Finis optimus, quod perfectum videtur esse, & ideo videndum, an vnus sit finis, vel plura; & si plura, quod perfectissimum: illud enim sequendum est, & huiusmodi videtur felicitas; hanc enim propter seipsam semper, & nunquam ob aliud expetimus, & ob ipsam honorem, voluptatem, mentem, & virtutem expetimus. Arist. pri. ethic. cap. 7. char. 13.

Finis cuiuscunque operationis est, qui secundum habitū existit. Arist. 3. ethic. cap. 7. c. 66.

Fine singula diffiniuntur. Arist. 3. ethic. cap. 7. c. 66.

Finium præstat perfectus imperfecto, & perfectus est, cuius accessu nullo amplius nobis opus est. Arist. mag. mor. pri. cap. 3. c. 276.

Finem nemo eligit, sed ea, quæ sunt ad finem. Aristot. moral. eudem. 2. cap. 10. c. 402.

Finis natura semper bonus est, Aristot. moral. eudem, 2. cap. 1. char. 406.
Finis quanto finem excedit, tanto effectum effectuum excedit, Alex. Aphrod. in 3. Topic. cap. 1. c. 38. col. 3.
Finalis causa in immobilibus non est, Alex. Aphrod. in 2. metaph. vel apud Lat. 3. co. 14. c. 58. col. 2.
Finis vniuersiuique gratia eorum, quæ ad finem pertinent effectio in actionibus consistit, & in effectiuis, actiuisq; scientijs, in quibus effectio, & actio inest, in ijs, & motus habetur, non igitur in immobilibus est causa finalis, quæ sua natura, & simpliciter bonum est, Ale. Aphr. in 2. metaph. vel apud Lat. 3. co. 14. c. 58. c. 2.
Finis omnibus alijs causis perfectior est, & vltimo appetitur, & primo bono propinquior est, Alexand. & Eustr. 2. phy. c. 63. col. 2.
Finalis causa cognitio est principalissima ad scientiam, Simpl. in 2. phy. char. 108. col. 2.
Finis gratia fiunt ea, quæ fiunt, non tamen sine materia, & non materia, vt causa principalissima, sed sine qua non, Simpl. in 2. phy. tex. 88. c. 136. col. 2.
Finis peculiare id est, efficere, vt quæcunque primum attingit, firmiter sibi hæreant, Simpl. in 4. physic. tex. 11. c. 191. col. 2.
Finis gratia quidquid fit, putandum est fieri, Ioan. Gram. de gener. anim. lib. 1. cap. 1. char. 1. col. 2.
Finis, & forma in naturalibus idem habet, Ioan. Gram. de gener. anim. lib. 1. cap. 1. c. 1. col. 2.
Finis omnibus nomen ponit, rebus, ab ipsoque omnia denominare par est, Ioan. Gram. in 2. de anim. tex. 42. char. 47. col. 1.
Finem quæcunque præcedunt, sunt propter finem, Auer. in phy. 2. tex. 29. c. 28. col. 4.
Finis non inuenitur, nisi quando inuenitur illud, cuius est finis, Auer. in phy. 4. tex. 42. c. 65. col. 4.
Finis rei non est de natura rei, Auer. 4. physic. text. 129. chart. 92. colum. 4.
Finis indiuisibilis est, & differt ab eo, cuius est finis, Auer. phy. 6. tex. 32. char. 122. col. 1.
Finis transmutatio, si dicitur transmutatio, dicitur æquinoce, Auer. phy. 6. tex. 32. c. 122. col. 1.
Finis inueniri nequit sine eo, cuius est finis, Auer. phy. 6. char. 129. colum. 4.
Finem qui destruit, destruit ea, quæ sunt ad finem, Auer. phy. 8. tex. 24. c. 164. col. 4.
Finium diuersitas est in causa diuersitatum actionum, Auer. 2. de celo. tex. 65. c. 67. col. 2.
Finis melior est alijs causis, quia alæ causæ sunt propter finem, Auer. in 3. metaph. tex. com. 3. char. 20.
Finis dicitur causa principaliter; eo quod est causa causarum, quia propter illud mouetur efficiens, & propter illum mouetur materia, & illam attingit forma rei per aliquem modum, Alb. mag. in 1. phy. tract. 1. cap. 5. char. 2. col. 3.
Finem vtitur metaphysicus, in demonstrando, vt est efficiens vltimum intentum, quia reliqua famulantur, Albert. mag. in 3. metaph. trac. 3. cap. 2. c. 84. col. 1.
Finem non cognoscit in re, non tendunt in finem, nisi vt directa ab aliquo cognoscente, D. Thom. in 2. physic. lec. 12. tex. 75. c. 27. col. 4.
Finis tantum habet rationem causæ, in quantum mouet agentem, D. Tho. in 3. physic. l. 5. tex. 22. c. 35. c. 4.
Finem aliquem qui desiderant, a prosecutione finis ex aliqua causa sæpe retardantur, vel propter difficultatem perueniendi, vel propter alias occupationes, D. Tho. 1. metaph. lec. 1. c. 4.
Forma est causa, quia perficit rationem quidditatis, D. Thom. in 5. metaph. l. 2. tex. 2. c. 259.
Finis causalitas consistit in mouere agens, & prestare ipsis medijs in finem ordinem ad ipsum, quod mouet, vt in potentia; existens actualiter tamen apprehensum, D. Thom. 5. metaph. lec. 2. tex. 2. c. 260.

Finis & si sit vltimus, in quibusdam, tamen in consuetudine semper est prior, D. Tho. 5. metaph. l. 2. tex. 2. c. 264.
Finis dicitur causa causarum, quia est causa causalitatis in omnibus rebus, D. Thom. 5. metaphys. lec. 2. tex. 2. char. 264.
Finis non solum vltimum esse debet, sed etiam cuius causa sit aliquid, D. Tho. 5. metaph. lec. 18. tex. 21. c. 371.
Finis, & forma in generatione incidunt in idem numero, D. Tho. 5. metaph. l. 3. tex. 7. c. 417.
Finis vnus est hominis, vt homo, propter vnitatem naturæ humanæ, D. Tho. ethic. 1. lec. 9. c. 9. col. 2.
Finis est causa causarum, & nobilissima inter omnes causas, & principales, quæ scientiæ finem considerat, & principalissima est, Alex. de Ales metaph. 1. c. 3. col. 1.
Finis maiorem bonitatem habet in se, quam ea, quæ sunt ad finem, Ale. de Ales in 1. metaph. c. 3. col. 4.
Finis mouet agentem, ergo principalior est causa agente, & per consequens, causa materiali, & formali, quia agens mouet materiam ad formam, Ale. de Ales in 1. metaph. c. 8. col. 4.
Finis, & bonum conuertuntur, Ale. de Ales in 1. metaph. c. 12. col. 1.
Finis sub esse intentionali mouet agentem, vel sub esse naturali fit ab agente, Alexand. de Ales in prim. metaph. c. 12. col. 2.
Finem tractabant antiqui per accidens, quia non vt finis, sed vt rationem formæ habebat, de ipso tractabant, Ale. de Ales in pri. metaph. c. 24. col. 1.
Finis non possibilis terminari ociosus est, Ale. de Ales in 2. metaph. c. 41. col. 3.
Finis, & bonum sunt idem, quia perfectio rei idem quod finis, Ale. de Ales in 2. metaph. c. 43. col. 3.
Finis est terminus motus, quia de ratione causæ finalis est, quod habeat quandam prioritatem respectu agentis, & quandam posterioritatem, Alexand. de Ales in 3. metaph. tex. 3. c. 53. col. 1.
Finis omnis non est acquisitus per actum, & est terminus actus, quia prima causa finis est totus vniuersus, quia, vt agens, præcedit omnem actum cuiusque agentis, & finis terminat omnem actum, ita tamen, vt non acquiratur per actum, Alexand. de Ales in 3. metaph. tex. 5. c. 53. col. 1.
Finis & id, quod est finis, differunt, Ale. de Ales in 3. metaph. tex. 3. c. 53. col. 3.
Finis quo ad suam causalitatem non est ab agente, sed quantum ad suum esse, Ale. de Ales in 5. metaphys. tex. 2. char. 105. colum. 2.
Finis vltimus habet rationem infiniti boni, quia bonum, quod est in quocunque fine dato, est in sublimiori modo in vltimo fine, Alex. de Ales in 5. metaph. tex. 22. c. 150. col. 2.
Finis inclinatur per bonitatem, quæ est in potentia, vt agens agat per formam suam, Alexand. de Ales in 5. metaph. tex. 22. c. 150. col. 2.
Finis ratio postulat, vt terminet operationem, & terminet intentionem agentis, Alex. de Ales in 5. metaph. tex. 21. c. 151. col. 1.

Finis artium, actionum, & ciuitatis.

Finis artium, quæ architectonicæ habentur, magis quam reliqui expetendi sunt, Aristotel. ethicor. prim. capit. chart. 4.
Finis actionum, siue operationes sint, siue præter ipsas, opera quædam sint, nihil interest, Aristotel. ethicor. prim. cap. 1. char. 4.
Finis suatori est vtile, & noxium; iudici iustum, vel iniustum; ostentatio honestum, inhonestum, Aristotel. rhetoricor. 1. c. 16.
Finis ex rhetorica non est nisi propter animam, nõ propter ens in se, Auer. in 2. de celo. tex. 34. c. 55. col. 2.

Finis

Finis propinquus ciuitatis in qualibet republica diuersus est, & secundum hunc finem diuersim distinguntur principatus, vno modo secundum distinctiones finis secundum se, & sic diuersi sunt fines principatus, exercitus, & iudicii; alio modo secundum distinctionem, vt homines diuersimode se habent ad illum finem, ita vt finis sit vnus secundum rem, sed quia homines aliter se habent ad illum finem, principatus, distinguitur, vt principatus, ornatus mulierum, puerorum, & virorum, D. Tho. 4. polit. lec. 13. ch. 67. c. 3.

Finis proprietates.

Finis semper melior est, ac præstantior his, quæ conducunt ad finem, Eustr. 1. moral. cap. 6.
Fines quorum differunt, & principia differunt, Ioan. Gram. 3. phy. tex. 18. char. 54. col. 1.
Finis, & id, quod est propter finem, sunt relatiua, Auer. 2. phy. ex media expoli. c. 201. col. 4.
Fines aliquando sunt actiones tantum, aliquando actiones in passiuis, Auer. 2. de celo. tex. 17. c. 50. col. 2.
Finis non separatur a finito, Auer. 2. de anima. tex. 22. chart. 130. colum. 4.
Finium gradus proportionatur gradibus agentium, D. Thom. Ethic. 1. lec. 9. char. 9. col. 2.
Finem oportet esse non ignotum ad hoc, vt absque errore operationis dirigatur ad finem, D. Thom. ethic. 10. libr. 6. chart. 17. colum. 1.
Finis vltimi cognitio est homini necessaria, D. Thom. ethic. 1. lec. 2. char. 3. col. 1.
Finis hoc requirit vt sit vltimum, & optimum, Alex. de Ales in 5. metaph. tex. 22. c. 49. col. 3.

Finis vt figurarum terminus.

Finis qui habetur in magnitudinibus, semper prior est eo, cuius est finis, ab eoque vno interuallo vincitur, Alex. Aphrod. in 4. metaphys. vel secundum Lat. 5. com. 14. ch. 139. col. 2.
Fines corporum diuersantur secundum naturam diuersitatum corporum, Auer. in phy. 4. tex. 36. c. 64. col. 1.
Finis, & principium in circulo sunt vnum subiecto, & duo ratione, sed in linea recta sunt duo, & subiecto, & ratione, Auer. phy. 8. tex. 73. c. 189. col. 4.

Finis librorum Aristotelis, & eius philosophia.

Finis Aristotelicæ philosophiæ, est nosse omnium opificem causam sempiternam, eodemque modo semper se habentem, Ammon. in præd. c. 3.
Finis philosophiæ moralis est ipsa per virtutes perfectio; contemplatiuæ autem consensus ad vnum rerum motum principium, ambarum finis felicitas, ad eam qui peruenit non homo, sed Deus dici potest, Simpl. in præd. char. 2.
Finis vltimus libri prædicamentorum est, vt ex ordinatis ratio accipiatur compositionis, ad enunciationem, quæ sola inter orationes verum significat; & vltior adhuc finis est, vt ex compositis eliciatur collectio vnius ex altero, per quam accipiatur scientia consequentiæ compleri, quod est ignotum, Albert. mag. in præd. char. 33. col. 2.
Finis propinquus libri prædicamentorum est, q est terminus operis, vt scientia habeatur ordinabilis secundum omne genus secundum quod potest esse diuersus modus prædicandi, & ordo prædicabilis ad subiectum, de quo prædicatur, Alb. mag. in præd. c. 33. col. 2.
Finis libri de interpretatione est constituere orationem interpretatiuam de re sub sermone, veram interpretationem, & perfectam faciente, Albert. Magn. in Periherm. char. 79. col. 4.

Finis pro finito.

Finis finitis sumpta finita sunt omnia, Aristotel. post. lib. pri. cap. 17. tex. 34. char. 332.
Finis sunt, quæ in eo quod quid est, prædicantur, Arist. post. lib. 1. cap. 17. tex. 34. c. 332.
Finitum corpus omne absumitur a corpore finito, Arist. phy. pri. ex. su. 2. cap. 2. tex. 37. c. 14.
Finis semper eisdem accidentibus melius est accipere, quam infinita, Arist. phy. 8. cap. 5. tex. 48. c. 218.
Finis pars est finita, Arist. pri. de celo. tex. 37. c. 256.
Finitorum ni hil habet virtutem infinitam, nec infinitorum virtutem finitam, Arist. pri. de celo. tex. 71. c. 265.
Finitis corporis omnis ad finita potentia est, Aristot. 2. de celo. cap. 1. tex. 21. c. 316.
Finis, & continens honorabilius est, quam finitum, hoc enim materia est, illud autem substantia constitutionis est, Arist. 2. de celo. su. 4. cap. 1. tex. 74. c. 318.
Finitum est id, ex quo fit eorum, quæ generantur vnumquodque, Aristotel. prim. de gener. & corrup. cap. 7. text. 16. chart. 390.
Finitum esse nihil aliud est, quam extrema habere, & quod extrema habet, vt ad aliquod ea habeat nõ est necessario, Arist. Xenoph. Zen. & Gor. char. 927.
Finis non semper finito est magis ens, sed cum abstractum ab ipsa natura seipsum infert, Sir. in 2. metaph. vel 3. chart. 37.
Finitarum rerum finitæ sunt vires, infinitarum infinitæ, Them. in 5. physic. tex. 82. char. 30. col. 3.
Finitum & infinitum multitudine differt ab infinito, & finito magnitudine, Simpl. in pri. phy. c. 6. col. 1.
Finitum, & infinitum de his, quæ quantitatem habent, dicuntur, Simpl. in 3. phy. tex. 25. c. 160. col. 2.
Finitum omne diuiditur infinita æqualia inter se numero, Simpl. in 6. physic. c. 356. col. 1.
Finitum omne quantiscunque sublati, demptisque æqualibus finitis consumitur, Ioan. Gram. in 4. physicor. char. 76. colum. 2.
Finitum, & infinitum non dicuntur, nisi de quanto non de sine quanti, Auer. in phy. 1. tex. 18. c. 17. col. 4.
Finitum necessario est, quod componitur ex partibus finitis numero, Auer. 6. phy. tex. 20. c. 119. col. 1.
Finitum est omne, quod consumitur a mensuratione finiti, Auer. 6. phy. tex. 20. char. 119. col. 1.
Finitum necessario est, quod compositum est ex partibus finitis in magnitudine, & numero æqualibus, Auer. phy. 6. tex. 60. c. 130. col. 4.
Finitum idem est, quod componitur ex finitis, Auer. phy. 6. tex. 60. c. 131. col. 3.
Finitum est quidquid mensuratur a sua parte, Auer. phy. 6. tex. 61. char. 131. col. 3.
Finito quod perficitur, melius est, vt inueniatur per finitum, Auer. 8. phy. tex. 48. char. 177. col. 2.
Finitum, & infinitum de corporibus dici potest, Auer. phy. 8. tex. 78. char. 194. col. 2.
Finitis cuiuslibet dispositio est habere principium, & finem, Auer. 1. de celo. tex. 36. char. 13. col. 4.
Finitum non inuenitur in rebus, nisi propter formas earum, non propter quantitates, Auer. 4. de celo. tex. 40. char. 123. col. 4.
Finis, quæ inest corporibus propter formas materiales in eis existentes, est in causa corruptionis, Auer. ex paraphr. 1. de celo. tex. 112. c. 135. col. 2.
Finitum essentialiter non componitur ex infinitis, Alb. mag. in poster. char. 195. col. 4.
Finitum omne absumitur finito quocunque semper accepto, D. Tho. in 3. phy. l. 10. tex. 60. c. 42. col. 3.
Fissibilia sunt, vt lignum, non fissibilia, vt fictile, Aristot. meteor. 4. sum. 2. cap. 2. tex. 47. char. 581.
Fissibile est, quod potest diuidi ad plus, quam diuidens diuidit, non, fissibile est, quod hoc pati non potest, Arist.

Arist. meteor. 4. su. 2. cap. 2. tex. 47. char. 581.
Fissibile nullum est molle simpliciter, nec omnia dura sunt fissibilia, sed quæ humida sunt non impressibilia, nec fricabilia. & hæc sunt, quæ secundum longitudinem habent meatus, secundum quos uniantur inuicem, sed non secundum latitudinem. Arist. meteor. 4. su. 2. cap. 2. tex. 47. c. 581.
Fissibile illac est, vel secundum longitudinem, si illac sunt multæ unum, si autem latitudines sunt multæ unum, illac diuisibile est. Aristotel. meteor. 4. su. 2. cap. 2. tex. 47. char. 581.
Fistula est organum vniuersaliter, quod sonat per expulsionem spiritus. D. Tho. 8. polit. l. 2. c. 131. col. 2.
Fit aliquid, aut per se, aut per accidens, medicus enim vt medicus per se medetur, per accidens autem ædificat, non vt medicus, sed vt ædificator. Aristotel. physic. 1. cap. 4. tex. 74. char. 25.
Fit aliquid ex eo, quod est secundum accidens: nam si animal fit ex animali, non fit ex animali, vt animal, sed nõ quatenus est animal. Arist. physic. 1. cap. 4. tex. 77. c. 26.
Fit vnum quodque ex contrario, & omnis delatio in contrarium est. Arist. de gener. animal. 4. cap. 1. c. 228.
Fit aliquid ex non ente actu, sed ex ente in potentia. Arist. 4. metaph. cap. 2. tex. 20. char. 74.
Fit aliquid ex aliquo multis modis, vt ex efficiente, ex imperfecto perfectum, ex partibus totum, vt ex contrarijs contraria, vt aliquid post aliud. Alex. Aphrod. in 1. metaph. cap. 68. c. 34. col. 1.
Fit ex alio quoduis multis modis, vno modo, vt ex materia, vt scammum, ex ligno: alio, vt ex contrario in contrarium, vt ex immulico mulicum: tertio vt ex signo, cum ob id cognoscimus aliquid fieri, quo cognito nos aliud facimus, & omnibus his modis principium motus habere oportet, vel in seipsis, vel in duobus ultimis, aut extrinsece, vt in primo. Albert. mag. de anim. l. 15. trac. 2. cap. 4. c. 139. col. 3.
Fit aliquid ex aliquo, dupliciter: vel quod mutatur ordo prioris ad posterius, & tunc oportet, quod posterius sit perfectio priorum: vel vt ex aqua fit aer. Alb. mag. in 2. metaph. cap. 7. c. 75. col. 4.
Fit aliter aliud ex potentia materiæ, & aliter ex contrario, vel ex priuatione, fieri aliquid ex potentia materiæ est fieri per se: ex contrario de priuatione fieri, est ipsum contrarium per priuationem corrumpi. Alex. de Ales in 2. metaph. c. 43. col. 1.
Flamma est fumus ardens, Arist. de gener. & cor. sum. 2. cap. 1. tex. 28. c. 451.
Flammæ accensæ, sydera cadentia, trabes, & capræ omnia sunt idem, & per eandem causam; differunt autem ipse magis, & minus. Aristot. meteor. 1. sum. 2. cap. 1. char. 459.
Flamma est spiritus sicci ardor. Aristot. meteor. 1. sum. 2. cap. 1. char. 460.
Flammarum ardentium, syderum cadentium, trahium, & huiuscemodi omnium generatio non est exustio, sed segregatio ab expulsionem. Aristot. meteor. 1. su. 2. cap. 1. char. 462.
Flammæ accensio, sydera cadentia, & reliqua huiuscemodi oia sub Luna fiunt. Arist. meteor. 1. su. 2. cap. 1. c. 462.
Flamma propter continuum humidum, & siccum quod permutatur, fit, & non aliter non eadem existens. Arist. meteor. 2. sum. 1. cap. 2. char. 496.
Flamma lignorum viridum est rubea, quia fumo multo mistus est ignis fulgidus existens, & albus. Aristot. meteor. 3. sum. 2. cap. 3. c. 549.
Flamma est spiritus, aut fumus ardens. Arist. meteor. 4. sum. 3. cap. 2. tex. 48. char. 383.
Flammeo qui sunt colore maniaci sunt, quia in corpore, quæ sunt vehementer calefacta, flammeum habent colorem, Qui autem extreme calefacti maniaci sunt. Arist. physiogn. cap. 10. char. 352.

Flammeus color quibus est circa pectus, difficilis iræ sunt. referuntur ad passionem; iratis enim accidunt, quæ sunt circa pectus. Arist. physiogn. cap. 10. c. 352.
Flamma minus calida est ferro ignito, non frigidi mistione, sed propter materiæ soliditatem, & resistentiam. Alex. Aphrod. in 2. natur. q. cap. 17. char. 8.
Flamma, cum sit fumus ardens, minime perspicua est, & translucida; terrestre enim in se permixtum habet. Alex. Aphrod. in 2. de anima. cap. 39. c. 51. col. 2.
Flammulenta quadantenus naturam ætheris, & quinti elementi participant, ac ea cognatione aerem sibi admotum, aut aliud perspicuum corpus illuminant, quod noctu magis, & non die, quia magis lumen abest. Them. in 2. de ani. cap. 24. tex. 72. c. 75. col. 4.
Flammæ segregari ab oculis hominis, narrat Theophrastus. Simplic. in 3. de celo, tex. 33. co. 30. c. 91. col. 1.
Flamma, vt est propinqua lignis, est fumosa, vt longius abest, est lucida, sic intelligentia, vt comparatur primæ causæ, est lucida, vt adhæret orbi, est obscurior. Alber. mag. in 1. phy. ex 3. trac. cap. 11. c. 12. col. 2.
Flammam præbere possunt omnia, quæ non sunt humida, sed vaporabilia. Alb. mag. in 4. meteor. trac. 3. cap. 19. char. 151. col. 3.
Flamma multa corrumpit paruum, quia consumit humidum, quod erat nutrimentum minoxis. Pet. de Auver. de long. & breui. vit. l. 3. c. 61. col. 4.
Flatus diluculo nati sunt incipere flare. Arist. meteor. 2. su. 3. cap. 2. char. 526.
Flatus putredinem prohibent, operimentum flatum ardet. Arist. de gener. anim. 5. cap. 5. char. 280.
Flatus non nisi motio aeris est. Aristot. proble. sect. 26. num. 2. char. 580.
Flatus tropicos, id est, quos versarios, aut reciprocos vocamus quæ mouet? an eadē ratio est, qua euriipi mari recū procante agitantur? nã, & mare, & aer eatenus fertur, quatenus pfluere licet: deinde cum obice quadã amplius prograssandi licetia his tollitur q per terrã pergunt, qã parũ habent valida primordia suæ motionis, reciprocantur. Arist. problem. sect. 26. num. 7. ch. 581.
Flatuum omnium genera in vêtos aduersos, aut dextros mutari solent. Arist. probl. sect. 26. nu. 15. c. 583.
Flatus cur hiberno tempore veniunt parte exortia, æstiuo occidua? An vbi Sol amplius non vincit, aer libere profuit, cum igitur nobis occidit, nubes relinquit, quibus fauonij prodeunt: & cum incolis inferioris hemispherij oritur, spirituum illis parte exortia producit, contra cum in parte inferiori occidit, fauonios illis, subsolanos nobis conlectante aere facit. Vnde fit, vt si quem alium ventũ occuparit, augeat, eo scilicet, quod non nihil adiunxit. Arist. proble. sec. 26. nu. 23. c. 585.
Flatus anniuersarii cur eodem tempore atque modo afflare, semper solent, & cur desinent die desinant, noctuque nõ spirant? an id quidem ipsum, quoniam nix liquefieri cessat a Sole cum vesperascit, totaque nocte manet indomita, tunc enim est tempus spirandi, cum Sol vincere, & resolueret glaciem ad Aquilonem positam cœpit. Arist. probl. sec. 26. nu. 53. c. 594.
Flatus de ortu mane hiberno tempore cur spirare, æstiuo de occasu post meridiem consuevit? quia flatus, qui nobis æstiuo veniunt, hiberno his spirant, qui oppositum terræ hemispherium inhabitant. Arist. problem. sect. 26. num. 56. c. 595.
Flatus futuri indicium cur datur, cum per aerem multæ feruntur aranæ? quia post imbres, atque hiemes aranæ vniuersim inferuntur, opus enim suum aranæ tunc exequitur, cum cœlum serenum est, & oculis se impatiens frigoris, cum hiems vrget, tractusque afflatu nimium, eruit filum; post imbrem autem flatus magna ex parte oriri solitum est. Arist. proble. sect. 26. nu. 63. char. 598.
Flatus, qui in aere spirant, ventos, auras, & spirationes dicimus,

dicimus, quæ ex humore procedunt. Aristot. de mundo. cap. 3. char. 816.
Flando cur calida refrigerare, & frigida tepescere possimus? quoniam nostra respiratio calida est, spiritus qui ore profuit, qualitate aboler contrariam potest, calida vero refrigeramus eo quod calidam etiam qualitatem mouerimus, atque digesserimus. Alexander aphro. problem. 1. num. 65. chart. 686.
Flaui magnanimi sunt, referuntur ad leones. Arist. physiogn. cap. 10. char. 352.
Flebile, & lachrimabile est omne, quod fit contra naturã. Alex. de Ales in 2. metaph. chart. 47. col. 2.
Flegmatis materia proxima sunt dulcia, aut crassa. Arist. 8. metaph. cap. 6. tex. 1. char. 168.
Flegmatici ætate acutius specularunt, & fiunt facilius dementes hieme. Alber. mag. in sex princ. c. 73. col. 1.
Flegma est humiditas non nutriens, sed exterius fluens per nares. Alber. magnus de som. & vig. lib. 1. tract. 2. cap. 9. chart. 31. colum. 1.
Flegma est humor, quem non perfecte digerit calor naturalis impeditus superfluitate aquositate eius, aut quia calor naturalis debilis est, & impotens ad decoctionem completam, & hoc, vel est flegma naturale, aut innaturale, naturale est, quod calore naturali digerente aliquando fit sanguis; innaturale, quod calore corruptente aliquando fit febris materia; in primo differt a ceteris humoribus, qui nunquam fiunt sanguis; in secundo conuenit cum eis. Albert. magn. de anima. libr. 3. tract. 2. cap. 3. char. 41. colum. 2.
Flegma naturale licet ex defectu digestionis generetur, & sit ita complete digestum, tamen intentione naturæ sic formatum, & in sanguine fluit ad mēbra propter tres causas, quarum duæ sunt necessitatis, tertia utilitatis. Prima, quia calor naturalis cum nõ habet aliqua de causa sanguinem, in quem agat, quia in aliquo loco sit retentus, non consumat substantiam illius membri, sed in flegma agat. Secunda, quia sit nutrimentum quorundam membrorum flegmaticorum, quæ puro nutriri nequeunt sanguine, vt cerebrum, oculi, nerui. Tertia, vt cum sanguine decurrens adhæreat iuncturæ membrorum, quibus frequenter, & fortes motus excitentur, ne calorem qui per motum excitatur, excita ducescant, & inhabilia fiant ad operationes, quas ob causas propriam receptaculum flegmati non fecit natura, vt cholera & melancholia. Albertus magnus de anima. libr. 3. tract. 2. cap. 3. ch. 41. col. 2.
Flegmatis innaturalis 9. sunt modi. Primus est, quod sit inspidum si est solum, sed si additur calor aliquis sanguinis, est dulce, & mollis saporem habere videtur. hic generatur a frigiditate cerebri ex subtili sanguine ibi delegato. Secundus est, quod est valde subtile, & aquosum, vt id, quod sanguini supernat, hæc est ipsa sanguinis aquositas indigesta. Tertius est, cum est diuersitas in substantia, sensu, & virtute, ita vt vna pars est spissior alia, & alterius gustus, quàm alia, quod mucilaginosum appellatur. Quartus est, cum in essentia diuersificatur, non secundum spissitudinem, & tenuitatem, sed vbi que in partibus inspidum inuenitur, & vocatur crudum in reumatibus, & catarrhis & vomitibus. Quintus est, quod est grossum valde secundum totam essentiam, & valde spissum, quod fit, quia diu in poris, & iuncturis detinetur, & ex ipso euaporauit subtile aqueum, & tale efficitur, quod est in nodis flegmaticis, qui apparent in capitibus hominum, & aliquando efficitur, vt gipsus lapis. Sextus est, flegma subtile inspidum per frigiditatem, & vitreum vocatur. Septimus est, flegma falsum, quia partes quædam cholericæ adustæ amaræ aquositate flegmatis miscentur, qua amaritudine confusa a flegmate oritur sapor falsus. Octauus est, flegma acetosum, quod ex duplici fit causa, primo cum ex se magis ebullit euolantibus

ipsis partibus remanet acetosum; alia causa est cum aliquid cholerae nigrae admiscetur, quæ ipsum reddit acetosum. Nonus vocatur ponticum, quod fit, vel per frigiditatem propriam, vel cū aliquid melancholie ingreditur. Alb. mag. de ani. l. 3. tract. 2. cap. 3. c. 40. c. 3.
Flegma est quadruplex in substantia aquosa, mucilaginosum, sub quo comprehenditur crudum, vitreum, & gipsosum. Alb. mag. de ani. l. 3. tract. 2. cap. 3. c. 40. col. 3.
Flegma in sapore est quadruplex, falsum, acre, ponticum, & inspidum, ad quæ reducitur dulce. Alb. magn. de ani. l. 3. tract. 2. cap. 3. c. 40. col. 3.
Flegmatis efficiens causa est, quæ est in epate caliditas diuina, materialis est id, quod de cibis, & potibus est grossum, humidum, & viscosum, & frigidum: formalis est digestio deficiens a complemento: finalis est necessitas, qua indiget natura & utilitas, quæ affert corpori. Alb. mag. de ani. l. 3. tract. 2. cap. 4. c. 42. col. 3.
Flegmaticus piscis est ille, qui flegmati viscoso, vt albumen oui, est similis. Alb. mag. de ani. l. 4. tract. 1. cap. 1. ch. 45. colum. 4.
Flegma naturale est materia sanguinis. Alb. magn. de ani. l. 12. tract. 3. cap. 2. c. 112. col. 1.
Flexibilia sunt, & directibilia, vt arundo: inflexibilia vt fistile, & lapis. Arist. meteor. 4. su. 3. cap. 7. tex. 44. c. 578.
Flexibilia & directibilia sunt, quorum corporum potest longitudo in rectum ex circumferentia transmutari. Arist. meteor. 4. su. 3. cap. 2. te. 44. c. 574.
Flexus omnium excarnes sunt. Arist. de partib. anim. 3. cap. 9. ch. 492.
Flexus est e recto ad curuum; aut ad angulum mutatio, & directio est ex alterutro horum ad rectum. Arist. de ani. inces. cap. 7. ch. 571.
Fflexu non existente, nec progressio, nec volatus, nec natus essent. Arist. de ani. inces. cap. 7. c. 571.
Fflexus omnis, vel directio fit in puncto, cui naturali puncto naturalem diuisionem concedunt. Mich. ephes. de ani. inces. c. 59. col. 2.
Fflexibilia sunt illa, quæ possunt a rectitudine redire in flexibilitatem, vt vitæ humidæ. Auer. meteor. 4. cha. 212. colum. 3.
Fflexio est motus ad terminos alienos: rectum, quod fit, & mouetur ad terminos quasi proprios. D. Tho. in 4. meteor. lect. 7. c. 232.
Florus odio equum habet, pellitur enim ab equo, pabulo herba, qua vescitur. Aristot. de histor. anim. 9. cap. 1. char. 318.
Florus, Spinus, Aegythus, quem salum voco, odiũ inter se exercent. Arist. de hist. ani. 9. cap. 1. c. 319.
Flos est subtilis materia, cum concoctio incipit fieri, ideo fructus præcedit. Arist. 2. de plant. cap. 2. ch. 396.
Flores, & fructus in nonnullis, eodem sunt colore, vt in malo puniceo: nam & flores, & fructus sunt puniceo, at in alijs nonnullis multum differunt colore, vt in lauro, & hædera: flos enim est flauus, fructus niger. Arist. de color. cap. 5. c. 888.
Flores vere a pruina cadunt, & inueniuntur rubei, & in puluere conuertuntur, quia calor naturalis in eis incidit humidum, cum ex pruina propulsus erat in profundo. Alb. mag. in 4. meteor. tract. 1. cap. 1. c. 16. col. 3.
Flores sunt fructuum indicia, & seminum. Alb. mag. de veg. l. 2. tract. 2. cap. 1. c. 139. col. 1.
Flos est fructuum indicium, & eadem est substantia cum fructus substantia. Alb. magn. de veg. l. 2. tracta. 2. cap. 4. char. 135.
Flos nascitur de natura humoris subtilis aquei, bene tamen terrestri commisti. Alb. magn. de veg. l. 2. tract. 2. cap. 4. ch. 135. col. 1.
Flores oēs cuiuslibet plantæ in medio sui habent granulorum congeriem per paruulos cotilidones fundo floris infixi, quæ in multis est multa, in multis parua. Alb. mag. de veget. libr. 2. tract. 2. cap. 1. ch. 135. col. 4.
 Flo-

Floris albi color fit ex luminoso aereo humido cui nihil terre strepitatus supernat, sed terrestre quod est in ipso est ad determinationem multi humidi perspicui, quod est in substantia ipsius, propter quod album remanet lucentis albedinis. *Alber. mag. de veget. libr. 2. tract. 2. cap. 7. char. 136. colum. 2.*

Floris cerulei color fit ex humido terminato lucido, cui supernat fumus, siue terrestris substantia fumosa non incensa, sed multum decocta, ideo accedit ad auri speciem. *Alb. mag. de veg. lib. 2. trac. 2. cap. 7. c. 136. col. 2.*

Floris hincinthe color fit ex compositione trium substantiarum aquarum: una est lucida; altera subtilis terream in aqueam terminans; tertia est terrea, quasi cinere adusta, subtilis, & tenuis dictis duabus supernatans, quæ radios inferioris per ipsam lucentis obscurat. *Alber. mag. de veget. lib. 2. tract. 2. cap. 7. char. 136. col. 2.*

Floris rubei color fit ex tribus substantijs, aqua lucida & terrea, subtiliter tamè commixta; & ex incensa fumosa supernatante, in quam incidens lumen aliarum facit ruborem. *Alb. ma. de veg. l. 2. tra. 2. c. 7. c. 136. col. 2.*

Flores & fructus fere omnium sunt redolentes magis, quam semina. *Albertus magn. de veget. libr. 3. tract. 2. cap. 6. char. 139. colum. 4.*

Flores in temporibus, & locis calidis magis odorabiles sunt, quia odoratus principaliter fit per calorem. *D. Thom. de sens. & sens. l. 5. ch. 6. col. 4.*

Fluctus interdum cur prius eueniant quam venti? quia spiritus primo ortu maris pars prima impulsâ partem sibi continuam ipsâ compellit, itidemque deinceps pari vice ferreque agitur perpetua. Quare cû mare continuo sit, efficitur ex his omnibus, quasi vnus iectus continuus, vt simul, & prima, & vltima pars mouetur; quod aeri nunquam accidit, quia corpore vno continuo esse nequit. *Arist. proble. sect. 23. nu. 3. char. 554.*

Fluctus per se ferunt ventum, quia flatus tantum indices sunt, flatus enim impulsus est aeris, an quia vice propellendi successiuâ conflant, propellit autem flatus nondum continuus, sed exoriens; primus igitur quasi emarcuit, mox hunc alter propellit; factaq; altera den sitare elanguescit. quare cû hoc propulsum iam adest, propellens quoque illud venturum esse palam fit: facit enim id ipsum cum incipit. *Arist. problem. sect. 23. numer. 10. chart. 557.*

Fluctus cur ante quam flatus erumpit? an quia nō simul flatus desistit, & mare vndabundum sedatur, sed mare postea cessat? ideo fieri potest, vt qui mouerit spiritus, ante occidat, quam sensu obuius sit. itaque nō fluctus spiritu prior est, sed ille later, hic patet. An flatus non vndique simul spirat, sed primum vnde exortus sit? simul autē spirat, & mare sibi proximum agitatur, quod exitum subinde proximum mouet: atque ita fieri potest, vt fluctus flatum possit antecere. motus enim ille velocior a mari, non a flatu principium ducit. *Aristot. problem. sect. 23. num. 11. c. 558.*

Fluctus pelagi altioris tardius desistit, quam breuioris, quia res omnis ferius ex motione multa, quam pauca quiescit. æstus autem magni pelagi amplior quam parui est: ergo nihil temere agitur, si tardius quietatur. *Aristot. problem. sect. 23. num. 17. c. 559.*

Fluctus pelagi præalti nequeunt superfringi, vt parui, quia aqua parua magis distrahi ab aere potest quam multa, ideo percussa facilius frangitur; at in alto multa, in breui pauca est, quæ in fluctus compellitur. *Arist. problem. sect. 23. num. 24. char. 561.*

Fluctus ante interdum veniunt in terram, quam venti, eadem causa etiam, qua postea desistunt, quia primus flatus prius quasi languescit, quam fluctus ille impulsus, deuenit autem in terram non ea vnda quæ prima impulsâ est, sed id vice pari subinde impellitur, quod proximam deinceps exceperit. *Aristoteles problemat. sectio. 23. num. 28. char. 562.*

Fluidorum omnium radix est, vel aqua, vel aer. *D. Tho. 5. metaph. l. 8. te. 8. c. 300.*

Fluit tantum illud, quod est vnus formæ in fluente, & in eo, a quo fit fluxus. *Alb. mag. de caus. & proces. vniuers. a. 1. cau. l. 1. tract. 4. cap. 1. c. 194. col. 3.*

Fluxus est emanatio formæ a primo, qui omnium formarum est fons, & origo. *Alb. mag. de cau. & proces. vniuers. a. 1. cau. l. 1. tract. 4. cap. 1. c. 194. col. 1.*

Fluxus semper est in fieri, & fluxus acceptio aliquando in facto esse. *Alb. magn. de caus. & proces. vniuers. a. 1. cau. l. 1. tract. 4. cap. 1. c. 195. col. 1.*

Fluuus totus magis locus est, quam pars, cum totus est immobilis. *Arist. phy. 4. cap. 8. tex. 41. c. 88.*

Fluuiorum principia, primo in terra sunt ex paruis guttis, veluti scaturiente terra in vnum. *Arist. meteor. 1. su. 4. cap. 1. c. 482.*

Fluuij plurimi, & maximi, ex altis montibus fluunt. *Arist. meteor. 1. su. 4. cap. 1. c. 482.*

Fluuij absorbent in multis locis terre, vt Peloponesi, plurima, talia sunt circa Arcadiam, quia montuosa existēs non habet effluxus ex alueis in mare, repleta enim loca, & non habentia effluxum, ipsa inueniunt transitu in profundum, cogente desuper adueniente aqua; & circa Græciam parua sunt; & sub Caucaſo est stagnum, in quo multi, & magni fluuij ingredientis non habent fluxum, manifeste deriuat sub terra iuxta Coraxos, circa vocata profunda Pontij, & circa Ligusticam fluuius non minor Rhodano absorbet, & iterū egreditur secundum alium locum, & Rhodanus est nubibus transmeabilis. *Arist. meteor. 1. su. 4. ca. 1. c. 485.*

Fluuij alij semper currunt, alij non, & causa carius est magnitudo altiorum locorum, & spissitudo, & frigiditas. *Arist. meteor. 1. su. 4. cap. 2. c. 489.*

Fluuij sursum fluere non possunt. *Arist. meteor. 2. su. 1. cap. 1. c. 499.*

Flumina sunt masculini generis apud Græcos, quia in mare prorumpentes, quasi ad masculi proportionem estimati sunt. *Ammo. in l. de inter. c. 20.*

Fluuiorum fundas generat lapides, quia calor in littoribus sub aqua in terris penetrat, & cum aqua replet vndique poros, quibus evaporare possit, simul comiscetur, & decoquit, quod mistum est in lapidibus. *Alb. mag. in 1. de miner. ex tract. 1. cap. 8. c. 136. col. 2.*

Fluuij in hieme aliquando congelantur, quia exeuntes a suis hostijs multum recipiunt gelu aeris in hieme, & in frigidantur. *Alb. magn. in 2. meteor. tract. 2. cap. 12. c. 91. colum. 2.*

Fluuij lecaris aqua, tempore Alberti magni, per tres horas per spatium militarij exsiccata fuit, quod accidit, quia cum esset illa pars solidissima nec posset vapor sub ipsâ eleuatus exire, eleuauit fluminis alueum, qui inter duos montes non multum altus est, & sic permansit, quousque vapor exhalauit, & in pristinum locum aqua rediit. *Alb. magn. in 2. meteor. tract. 2. cap. 13. c. 91. col. 2.*

Fluuios habet quarta meridiana duos, Nilum, & Bragadam. *Alb. magn. de nat. loc. tract. 3. cap. 4. c. 103. col. 1.*

Flumina quartæ Orientalis sunt 22. quæ in ipsa fluunt, licet non oriuntur in ipsa: Thetidis, Exoas, Sigoco, Enges, Camestres, Sigodus, Itaspes, Euphrates, Armodius, Carmanta, Careatic, Fura, Crisforcos, Tigris, Alibrata, Adropagiter, Anlius, Pactolus, Crisis, Eleucris, Adonis, Iordanis. *Alb. magn. de nat. loc. dist. 3. cap. 1. ch. 101. colum. 2.*

Flumina quartæ Occidentalis famosa sunt 14. Betres, Tagus, super quod est Taletum, & Rotæ artificum Arfacelis philosophi, vbi etiam idem philosophus astrorum fecit obseruationes, & tabulas; Minus, Hiberus, Arar, Rhodanus, Garona, Piadmi, Danubius, Draus, Suauis, Trimon, Tiberis. *Alb. magn. de nat. loc. dist. 3. cap. 2. ch. 102. col. 1.*

Flumi-

Flumina infraſcripta non sunt in descriptione Augusti, Padus, Ateſis, Bretica: Padus, qui ab Oriente versus Occidentem vadit, Bretica & Ateſis ab Aquilone in Meridiem. *Alb. mag. de nat. loc. dist. 3. cap. 2. c. 102. c. 3.*

Flumina quartæ Septentrionalis sunt 19. Tanais, Berifron, Meotidem, Nais, Theſimon, Faſi, Cebesten, Timanum, Galdum, Spiramos, Perſium, Macolum, Alfeum, Tutotas, Fudatum, Ermnam, Menandiam, Sirrum, Aldrabulam. *Alb. mag. de nat. loc. tract. 3. cap. 3. ch. 102. col. 4.*

Fluuus semper manet idem, quantum ad speciem fluuij materialis, tamen aqua semper est alia, & alia. *D. Tho. de gener. & cor. l. 15. tex. 36. c. 14. col. 2.*

Flumen est in Thracia, e quo postquam grex ouium biberint, si coeunt, nigros faciunt agnos, in Anchadaria duo sunt flumina, quorum alter albos, alter nigros facit. *Alb. magn. de ani. l. 3. tractat. 2. cap. 2. c. 40. col. 3.*

Fluxiones ex capite oriuntur in his corporibus, quibus cerebrum frigidius est, quam temperamentum modicum postulet: cum enim alimentum per venas sursum respicit, vbi excrementum ob eius loci vim refrigeratum est, fluxiones pituitæ sanieque mouet, quod simile generationi imbrii euenire intelligendum est, quoad magnum cōferre cū paruo licet. *Ari. de par. ani. 2. c. 7. c. 449.*

Fluxiones sunt hominibus, quia existente cerebro frigidio, & sanguine circa cerebrum in angustis venis, facile in frigidabilis euaporatio cibi in frigidatur, & sic fiunt fluxiones, quibus odoribus medetur. *Aristo. de sen. & fen. cap. 5. ch. 20.*

Felicitatis pars, & diuisio.

Felicitatis partes præcipuæ sunt animi bona, virtutes actiuæ, & contemplatiuæ bonæ, naturales affectiones, & aptitudines, habitusque, & operationes: corporis bona, pulchritudo, magnitudo, robur, sanitas: postremo quæ ad formas pertinet, vt diuitiæ, nobilitas, amici. *Arist. 1. prior. cap. 6. c. 45.*

Felix duplex: vnus ciuilitatis, qui etiam externis bonis indiget, vt operari sine impedimento possit: alter, qui contemplationem rerum, quæ vere sunt, præcipue incubit. *Eust. vel Mich. ephes. 9. ethic. cap. 8. c. 492.*

Felicitas alia dicitur secundum participationem, alia simpliciter, & simpliciter, duobus modis: secundum esse, & secundum posse. Secundum esse est, vt est in solis essentialibus, id est, vt est omnium bonorum optimum perfectum per se sufficiens alio bono non connumeratum, & vt est hominis bonum, vt homo est, secundum rationem, secundum perfectissimam virtutem ab homine possessam, secundum vitam perfectam, secundum se delectabile, non ad vitam habens delectationem, pulcherrimum, desideratissimum, delectabilissimum. Secundum posse autem, vt est status omnium bonorum congregatione perfectus, exteriorum, & interiorum, siue essentialiter, siue subiectiuè, siue organice sibi subseruientium, & vtroque istorum modorum dicitur dupliciter scilicet secundum habitum, & facultatem, vel secundum actum, & operationem. Secundum habitum, & facultatem omnibus conuenire potest non orbatis ad virtutem. Secundum actum, & operationem in essentialibus consideratam omnibus conuenire potest non orbatis ad virtutem, secundum posse suum considerata secundum actum, & operationem non conuenit nisi vni, qui est vrbauitatum ordinator ad quem alia omnia ordinantur per analogiam. Secundum participationem felicitas tripliciter sumitur, secundum quod tria concurrunt ad felicitatem: aut vt participat ordinans, quæ ratio est, & sic dicitur felicitas concupiscibilis, & irascibilis, ratione participantis; aut virtute participans, quæ essentialiter est in felicitate; aut participat

organice, vt amicos felices dicimus. *Albertus magnus ethicor. prim. tract. 7. cap. 7. char. 21. colum. 2.*

Felicitas quid est; & in quo libro de ea tractatur.

Felicitas est bona actio. *Aristotel. physicor. 2. sum. 3. cap. 2. text. 58. char. 44.*

Felicitas est in anima, quia est qualitas alicuius animæ. *Arist. 9. metaph. tex. 16. c. 188.*

Felicitatem existimamus, ea quæ si sola relinquatur sufficienti, ac expetibili, vitam nullius rei indigam facit. *Arist. 1. ethic. cap. 7. char. 14.*

Felicitas cum agendorum finis sit, perfectum quoddam, & sufficiens videtur. *Arist. 1. ethic. cap. 7. char. 14.*

Felicitas efficitur animæ operatio ex virtute, & ex perfectissima virtute, & in vita perfecta. *Aristotel. primo ethicor. cap. 7. char. 15.*

Felicitas vita est suauis, & iucunda. nam lætari est ex affectionibus animæ. *Arist. 1. ethic. cap. 8. char. 18.*

Felicitas optima, pulcherrima, & iucundissima est, & nō sunt hæc inter se distincta, sed omnes operationes secundum virtutem insunt. *Arist. 1. ethic. cap. 8. ch. 18.*

Felicitatis admodum compos ille non est, qui vel specie profus deformis, vel genere ignobilis, vel solitarius, & prole carens, nec minus si alicui pessimi sint filij, aut boni sint mortui. *Aristo. 1. ethic. cap. 8. char. 18.*

Felicitas est operatio animæ secundum virtutem. *Arist. prim. ethicor. cap. 9. char. 20.*

Felix nunquam miser efficitur: beatus tamen non erit, si in Priami calamitates incidit, nec varius erit, ac mutabilis. neque enim facile, vel a quibuslibet infortunijs, sed a multis, & ingentibus a felicitate dimouebitur. *Arist. 1. ethic. cap. 10. char. 23.*

Felicitas animæ est per virtutem perfectam operatio quædam. *Arist. 1. ethic. cap. 13. char. 26.*

Felicitas est habitus cum operatione coniunctus. *Arist. 9. ethicor. nic. cap. 9. chart. 233.*

Felix qui futurus est, probis amicis opus habet. *Aristot. 9. ethic. nicom. cap. 9. ch. 235.*

Felicitas non est habitus, sed magis in operatione quadam ipsa reponenda est, & expetenda est per se non ad aliud. *Arist. 10. ethic. nicom. cap. 6. char. 153.*

Felicitas nullius rei indiga est, sed ex seipsa sufficit. *Aristot. 10. ethic. nicom. cap. 6. char. 253.*

Felicitas perfecta est operatio intellectus, siue diuinum quoddam ipsum sit, siue ex ijs, quæ in nobis sunt, diuinissimum, secundum propriam virtutem, quam esse contemplatiuam dictum est. *Aristoteles 10. ethicor. nicom. cap. 7. char. 255.*

Felicitati voluptas admixta est: iucundissima enim, ex virtutis operationibus ea est, quæ secundum sapientiam est. *Arist. 10. ethic. nicom. cap. 7. ch. 256.*

Felicitas sola per se ipsam amari videtur. *Arist. 10. ethic. nicom. cap. 7. char. 256.*

Felicitas in otio esse videtur. *Aristoteles 10. ethicor. nicom. cap. 7. chart. 256.*

Felicitas eousque se protendit, quousque contemplatio se se extendit, ideo contemplatio quadam est. *Aristote. 10. ethic. nicom. cap. 8. char. 260.*

Felix est vita eius, qui ex virtute operatur. *Aristote. 10. ethic. nicom. cap. 8. ch. 261.*

Felicitatem Solon recte fortasse definit, cum inquit eos esse, qui externis rebus mediocriter fuerunt instructi, & honestissima egerunt, modesteque vixerunt. *Arist. 10. ethic. nicom. cap. 8. ch. 261.*

Felicitas constat ex multis bonis. *Arist. mag. moral. prim. cap. 3. chart. 276.*

Felicitatem esse dicimus, bene agere, & bene viuere, & esse in viuendo ex virtutibus. *Aristotel. mag. moral. prim. cap. 4. chart. 278.*

Felicitas cum sit perfectum bonum, & finis, non est in puero,

puero, sed in ætate perfecta. Arist. magn. moral. 1. cap. 4. char. 268.
 Felicitas non est circa voluptatem. Arist. mag. moral. 2. cap. 8. ch. 378.
 Felicem esse non contingit aliquem absque externis bonis, quorum domina fortuna est. Arist. magn. moral. 2. cap. 9. ch. 345.
 Felicitas est actio non habitus, non enim sciendo, sed utendo ijs, quæ decent, sumus felices. Arist. mag. moral. 2. cap. 11. ch. 349.
 Felices & beati existimandi sunt, qui iustis, & honestis actionibus tranquille incumbunt, diuinaque aliqua contemplatione participant, non autem diuitias, & magni. Arist. moral. eud. cap. 2. c. 370.
 Felix non est animal irrationale. Arist. moral. eud. 1. ca. 2. char. 376.
 Felicitas inter agibilia homini præstantissimum est. Arist. moral. eud. cap. 5. ch. 376.
 Felicitas est vitæ perfectæ, & secundum perfectam virtutem operatio. Arist. moral. eud. 2. cap. 1. c. 382.
 Felicitas singulorum hominum, & ciuitatis eadem est. Arist. polit. 7. cap. 2. c. 716.
 Felicitas est omnium bonorum maximum, & vltimum, & scopus. Alex. aphrod. in 2. de anim. com. 51. cap. 40. colum. 4.
 Felicitas est bona actio, & administratio, aut omnino in actione, ac administratione posita. Them. in 2. phys. tex. 58. com. 24. col. 2.
 Felicitatem ciuilem docet in hoc nono, in decimo autem, ea, quæ pertinent ad eum, qui in otio, & contemplatione versatur. Eust. vel Mich. ephes. 9. ethico. cap. 8. ch. 465.
 Felicitas est, quæ vero homini conuenit, & quæ nos similes Deo reddit, quod fit, cum intellectualibus operamur. Eust. vel Mich. ephes. 516. col. 3.
 Felicitas est e Stoicorum opinione naturalis appetitionis extremum, ad quod cum peruenit natura, nihil amplius desiderat, quam ipsam continere, & non amittere. Eust. vel Mich. ephes. 10. ethico. cap. 8. c. 532.
 Felicitas est actio secundum perfectionem optimam virtutis animæ. Alb. mag. in 2. phy. tract. 2. cap. 16. chart. 25. colum. 1.
 Felicitas est bonum hominis, & virtus est bonum partis. Alb. mag. ethic. 1. tract. 2. cap. 7. e. 5. col. 3.
 Felicitas est maxime bonum perfectum, cum per se ipsum, non per aliud, eligibilis est. Alb. mag. ethic. 1. tract. 6. cap. 2. ch. 15. col. 3.
 Felicitas est bonorum vltimum, & optimum bonum perfectum, & per se sufficiens. Alb. mag. ethic. 1. tract. 6. cap. 1. ch. 16. col. 1.
 Felicitas est præmium, ad quod intendit virtus ex seipsa, & non requirit vltra aliud. Alb. mag. ethic. 1. tract. 7. cap. 11. ch. 23. col. 1.
 Felices omnes esse possunt, qui non sunt orbiati ad virtutem, orbiati autem sunt, qui ex distractione intellectus, & rationis capaces virtutis non sunt vt fatui. Alb. mag. ethic. 1. tract. 7. cap. 7. c. 23. col. 1.
 Felicitas est optimum hominis, quæ est finis, & vltimum omnium bonorum humanorum. Alb. mag. ethic. 1. tract. 7. cap. 7. ch. 23. col. 2.
 Felicitas est principium cognoscendi virtutes. Alb. mag. ethic. 1. tract. 9. cap. 1. ch. 25. col. 1.
 Felicitas est finis omnium humanorum, quia omnia humana ad ipsam referuntur. Alb. mag. ethic. 10. tract. 2. cap. 1. ch. 111. col. 1.
 Felicitas est proprium bonum hominis. D. Tho. ethic. 1. l. 5. ch. 4. col. 4.
 Felix maxime est, qui vacat in hac vita speculationi veritatis. D. Tho. ethic. 10. l. 11. c. 179. col. 2.
 Felix perfectus est simpliciter, non in habitu, sed in operatione. D. Tho. 4. polit. 10. ch. 61. col. 3.

Felicitas est operatio hominis secundum intellectum. D. Tho. 7. polit. lec. 2. c. 204. col. 3.
 Felicitas contemplatiua perfectior est felicitate actiua. D. Tho. 7. polit. lec. 2. c. 104. col. 4.
 Felicitas est actus perfectus secundum virtutem. Alex. de ales in 9. metaph. tex. 16. c. 271. col. 3.
 Felicitas est conditio contentorum bonorum aggregatione summa. Dan. Barb. 1. rhet. cap. 14. c. 37.

Felicitas vnde, & vt expetenda.

Felicitatem consentaneum est, si aliquod aliud donum exhibetur a dijs exhiberi, ac tanto magis, quanto ipsa omnium humanarum rerum optima sit. Aristot. 1. ethic. cap. 9. ch. 19.
 Felicitas & si a Dijs non mittatur, sed vel ex virtute, vel disciplina aliqua, vel exercitatione accidat ex diuinitatis rebus esse, quippe cum præmium virtutis, & finis optimum quoddam, & diuinum sit ac beatum. Arist. 1. ethic. cap. 9. c. 19.
 Felicitas disciplina quadam, & diligentia ab omnibus acquiri potest, modo ad virtutem consequendam læsi ac manci non fuerint estque quoddam longe commune. Arist. 1. ethic. cap. 5. ch. 19.
 Felix homo si esse potest ex virtute, & disciplina, melius est ex virtute, & disciplina asserere, quam ex fortuna: quæ enim natura sunt, optima sunt; maximum enim & pulcherrimum fortunæ committere valde prauum est. Arist. 1. ethic. cap. 9. c. 20.
 Felix puer esse nequit, nondum enim est hic ad tales res agendas per ætatem idoneus, at qui dicuntur felices, spe dicuntur. Arist. 1. ethic. cap. 9. c. 20.
 Felicitas cum omnibus hominibus sit expetenda, omnino agere debemus, vt hanc requiramus tanquam finem nostrum bonorum maximum. Alex. aphr. in 4. nat. q. cap. 25. char.
 Felicitatis, & virtutis nulla societas est. Alex. aphr. in 2. de ani. cap. 43. c. 54. col. 1.
 Felicitas alterius vitæ omnem inuestigationem rationis excedit. D. Tho. in 1. ethic. 10. l. 10. col. 3.

Felicitas in quo consistit, quæ faciunt felicem & eius opera.

Felicem hominem, nec vnus dies, nec breue tempus facit. Arist. 1. ethic. cap. 7. c. 15.
 Felicitas videtur externis bonis indigere: fieri enim non potest, vel non facile fit, cui necessaria non suppetunt, is bona, atque honesta agat. Multa enim & per amicos, & diuitias, & ciuili potentia, quasi per instrumenta quædam aguntur. Arist. 1. ethic. cap. 8. c. 18.
 Felicia non possunt esse bruta animalia, cum non sint participantia virtuosa operationis. Arist. 1. ethic. cap. 9. char. 20.
 Felicitas inter facultates reponenda non est. Aristot. 1. ethic. cap. 12. ch. 25.
 Felicitas inter honorabilia ponenda est, est enim principium, & causa bonorum. Arist. 1. ethic. cap. 12. ch. 26.
 Felices a miseris in dimidia parte vitæ nihil distare inquirunt, id est, dum dormiunt, nisi quod bonorum vltima differunt a malis. Arist. 1. ethic. cap. 13. ch. 27.
 Felix indiget bonis corporis, & externis, & fortuna, ne hæc impediatur. Arist. 7. ethic. Nicom. cap. 13. c. 184.
 Felici amicos non tribuere absurdum est, cum bona omnia ipsi tribuamus. Arist. 9. ethic. Nicom. cap. 9. c. 232.
 Felicitatem humanarum rerum finem statuimus. Arist. 10. ethic. Nicom. cap. 9. c. 253.
 Felicitas mancipio tribui non debet. Arist. 10. ethic. Nicom. cap. 6. c. 255.
 Felicitas tantum in operatione secundum virtutem consistit. Arist. 10. ethic. Nicom. cap. 6. c. 254.

Felici

Felici externa prosperitate opus est, ad contemplandum enim natura non ex se se sufficit; sed oportet vt & corpus valeat, & alimentum, & cetera obsequia suppetant; at non magnis indiget felix, & si absque externis bonis, felix esse non potest. Arist. 10. ethic. Nicom. cap. 8. char. 260.
 Felix in somno non est felix, nam & si existit ipsi viuere: sed ex actione non existit viuere. Arist. mag. moral. 1. cap. 4. char. 278.
 Felici homini bonorum genera tria, externa scilicet, corporis, & animi adesse oportet. Aristot. polit. 7. cap. 1. char. 714.
 Felix, vt felix, peccare nullo modo potest. Eust. 1. ethic. cap. 6. char. 73.
 Felicitas in ludo non est. Auer. 10. ethicor. cap. 6. chart. 76. colum. 1.
 Felicitate operatur vnusquisque, cum nihil ei deficit eorum, quæ ad necessitatem, vel voluntatem rationalem ordinantur. Albert. magn. ethic. 1. tract. 3. cap. 9. char. 7. colum. 4.
 Felicitas inconuenienter ponitur sub fortuna. Alb. mag. ethicor. 1. tract. 7. cap. 7. c. 21. col. 2.
 Felix magis infortunijis tagitur ad sensus mutationem, sed non vsque ad rationis ductionem, vel deductionem. ducitur autem ratio, cum per consensum appropinquat; deducitur autem cum omni suo regimine destituta in malum præcipitatur. Alb. mag. ethic. 1. tract. 7. cap. 14. c. 23. col. 2.
 Felix non indiget nisi amicitia, quæ in honesto fundata est, non autem alijs amicitia speciebus. Alb. mag. ethic. 9. tract. 3. cap. 2. c. 104. col. 1.
 Felicitas in tali operatione consistit, quæ est in operante, non quæ transit in rem exteriorem, cum sit bonum felicitis, & perfectio eius. D. Thom. 9. metaph. lec. 8. tex. 16. ch. r. 657.
 Felicitas per se non consistit in bonis exterioribus, sed in optima operatione intellectuali per se. D. Tho. pol. 7. l. 10. c. 115. col. 3.

Fœmina quid est, & cur sit.

Fœmina appellatur, quæ in se mittit semen prolificum. Arist. de hist. ani. 2. cap. 3. ch. 11.
 Fœmina est id, quod in seipsa gignit, ideo terræ merito nomen fœminæ tribuunt. Arist. de gener. anim. 1. cap. 2. chart. 98.
 Fœmina est quasi mas læsus. Arist. de generat. anim. 2. cap. 3. char. 154.
 Fœmina ex inconcoctione, & sanguinei alimenti frigidityate fit. Io. gram. de gener. anim. l. 4. cap. 2. c. 75. col. 4.
 Fœmina generatur propter materiam inæqualitatem. Alb. mag. in post. c. 213. col. 4.
 Fœminam facere nunquam intendit natura particularis, sed procedit ex corruptione alicuius principij naturalis, quia intendit natura particularis semper opus perfectum, id est, mas facere; tamen fœmina non est extra cursum naturalem vniuersalis naturæ, quæ ordinis est causa inferioribus. Alb. mag. in 2. phys. tract. 1. cap. 5. ch. 17. colum. 2.
 Fœmineum est, quod ex alio suæ speciei indiuiduo, suscepto semine generat in seipso per modum materiam, & parientis in generatione se habens. Alb. mag. de veg. l. 1. tract. 1. cap. 7. c. 123. col. 4.
 Fœminæ ratio est, vt ex alio semine in seipsa, & ex sua materia producat. Alb. mag. de ani. l. 5. tract. 1. cap. 1. ch. 52. col. 2.

Fœmina, vt ad generationem pertinet.

Fœmina cum gignit, ab alio gignit, & ambo sunt a seipsis separati. Arist. 1. de plant. cap. 1. c. 363.

Fœmina aborta inter tertium mensem indistincta est. Arist. de hist. anima. 7. cap. 3. char. 254.
 Fœmina tardius in vtero perfectionem recipit, & sæpe in decimo mense protrahitur, contra mas. Aristoteles de hist. anima. 7. cap. 3. char. 255.
 Fœminæ aliæ ex se ipsis gignunt, vt aues oua subuentanea, aliæ nihil, vt equæ, quia auis in vterum proicit, equa extra vterum. Aristoteles de hist. animal. 10. cap. 8. char. 395.
 Fœminæ omnes quadrupedes in auersum mingunt; non enim alibi genitale commodius ad coitum habere possunt. At mares perpauca in auersum mingunt, vt leo. solipedum nullum in auersum mingit. Arist. de partib. anima. 1. cap. 10. char. 358.
 Fœmina idonea est ad concipiendum a purgatione, cum enim multum effluxit, sed adhuc effluit, tamen non tantum, vt semen elabatur, tunc concipiunt fœminæ. Arist. de generat. anima. 1. cap. 19. char. 129.
 Fœminæ emittunt in coeundo aliquæ humorem; qui non semen est, sed humor proprius loci, & ex emittit quæ nitida, & fœminales sunt, non fuscæ, & quæ viragines sunt, & pro diuersitate ciborum, & aeris excernitur. Arist. de generat. ani. 1. cap. 20. char. 130.
 Fœmina ex seipsa animal generare non potest, quia mas est efficiens talis animæ. Aristoteles de generatio. animalium 2. cap. 4. char. 164.
 Fœmina si est in aliqua specie, in qua non sit mas, ipsa in seipsa generare potest. Aristoteles de generatione animalium 2. cap. 4. char. 164.
 Fœminas generat magis nouella ætas propter calorem, nondum perfectum, & senescens propter defectum caloris, quam florens ætas. Aristoteles de generatio. animalium 4. cap. 2. char. 230.
 Fœminam potius gignunt humidiora, & effœminatiora corpora, & semina humida potius quam spissa, quæ omnia caloris naturalis inopia eueniunt. Arist. de generat. anima. 4. cap. 2. char. 230.
 Fœminam generare, & non marem, est initium degenerationis, sed hoc est naturæ necessarium. Aristot. de genera. anima. 4. cap. 3. char. 232.
 Fœminam potius generant temporibus austrinis initus, quia largior humor tardius crassescit: austrinis humor temperamenti facit, vt semen reddatur humidius. Aristot. problem. lect. 14. num. 5. char. 484.
 Fœminæ quæ sint aptæ ad generationem experitur, si spongia, lana, vel linum, aut aliquod tale plenum odore aquæ rosarum, vel terti odoris in vuluam positum fuerit, & si odor per pectus ad nares peruenerit, secundæ sunt mulieres; si non, infocundæ: non enim esse obstructiones inditium est, nec non illinantur supercilia, & palpebrarum pili colore nigro, quo vtuntur mulieres ad eas partes nigras reddendas; & si salua nigra expuitur, focunda est; sin aliter, infocunda. Ioannes grammat. de generat. ani. libr. 2. c. 5. c. 50. col. 3.
 Fœminæ in ætate coire desiderant, quia caro earum est laxa, & humida; & in hieme clausos poros habens nimis efficitur humida, quia fumus interius reflectitur ad pellem viscosam, & spissam exterius, & redundans interius redit in humorem aquicum, & suffocat calorem mouentem ad coitum; sed in ætate calore aeris aperiantur pori, & per euaporationem humidi temperatur, itaque moueri, & excitari potest a calido naturali, & tunc appetit coitum. Albertus magnus de animalibus lib. 5. tract. 1. cap. 3. char. 53. col. 2.
 Fœminæ nullius animalis menstrua patiuntur coniunctione, vel oppositione Solis, & Lunæ, & redeuntibus, nisi sola mulier. Albertus magnus de animalibus lib. 6. tract. 3. cap. 1. chart. 61. colum. 4.
 Fœminarum generationis causa est sperma subtile non multum filiosum. Albertus magnus de animalibus lib. 9. tract. 1. cap. 2. char. 86. colum. 1.

Fœmina

Fœmina generatur a masculo præter intentionem agentis. Alex. de Ales in 10. metaphy. tex. 25. ch. 302. col. 4.

Fœminarum vita & vox.

Fœminæ maribus longioris sunt vitæ, si masculi in coitu fœminas excedunt, ita ut ipsæ sint castæ, & viri luxuriosi. Alb. mag. de mor. & vit. tract. 1. c. 8. c. 62. col. 1. Fœminæ omnes, præter vaccam, sunt altioris, & subtilioris vocis, quam mas. Albertus magnus de anima. lib. 4. tract. 2. cap. 9. chart. 10. colum. 4.

Fœminis quid accidit, & earum excrementa.

Fœminæ omnes ex aduerso mingunt. Aristoteles de histor. anima. 2. cap. 1. char. 44. Fœminæ maribus maiores euadunt in ijs, quæ aut ouum pariunt, aut vermem, vt in piscibus, atque insectis, vt serpentes, phalangia, stelliones, ranæ, & viuaciores sunt, quia vetustiores maribus capiuntur. Aristot. de histor. anima. 4. cap. 11. char. 143. Fœminæ habent partes inferius posteriusq; robustiores, tam in hominibus, quam in cæteris animalibus, quæ pedestria sunt, atque animal generant. Aristoteles de histor. anima. 4. cap. 11. char. 143. Fœmina iuuenior, & infirmior est: substantiam etiam habet tenuiorem quam mas. Aristoteles de histor. animal. 4. cap. 11. char. 143. Fœminæ carnem humidiorē habent quam mares, & genua planiora, crura tenuiora, sed pedes elegantiores quocumque in genere hæ partes habeantur. Aristot. de histor. anima. 4. cap. 11. char. 143. Fœminis vox tenuior est, & acutior, boue excepto. Arist. de histor. anima. 4. cap. 11. char. 143. Fœmina in omni cartilagineo genere maior est quàm mas, quod ferè idem in cæteris piscium generibus est. Arist. de histor. anima. 5. cap. 5. char. 150. Fœminæ canes considerentes mingunt, & si aliquæ etiam crure elato mixerunt. Aristoteles de histor. anima. 6. cap. 20. char. 232. Fœminæ differunt a maribus, quia fœminæ mollioribus moribus sunt, mitescunt celerius, & manum facile patiuntur. discunt, & imitantur ingeniosius, vt in genere canum laconico, fœminas esse sagaciores, quàm mares apertum est. Arist. de histor. ani. 9. cap. 1. char. 314. Fœminæ omnes, excepta panthera, & vrsâ, minus animosæ sunt, quàm mares. Aristoteles de histor. animal. 9. cap. 1. chart. 315. Fœminæ maribus sunt malitiosiores, astutiores, infidiosiores, atque in nutrienda prole magis sollicitæ. Arist. de histor. animal. 9. cap. 1. char. 315. Fœminam omnem ad semen conferre patet. Aristotel. de histor. anima. 10. cap. 8. char. 394. Fœminæ in insectis, & in piscibus, & in quadrupedibus ouiparis, magna ex parte maiores sunt. Arist. de gener. animal. prim. cap. 16. char. 112. Fœminæ nullæ arma ad pugnam viresq; exercendas a natura tribuuntur. Arist. de gener. ani. 3. cap. 10. ch. 212. Fœmina ob frigiditatem, & impotentiam sanguine abundat in quibusdam sui corporis partibus, quod est contra, ac aliqui existimarunt, qui putabant ex calore fieri in fœminis hanc sanguinis multitudinem, quæ per impotentiam caloris naturalis fit. Aristoteles de genera. animal. 4. cap. prim. char. 227. Fœmina, & mas iam est, cum partes habent, quibus fœmina differt a mare. Aristoteles de generatio. animal. 4. cap. prim. char. 229. Fœmina, cruditate, frigiditateque sanguinei alimenti describitur. Arist. de gener. anima. 4. cap. 1. char. 230. Fœminis purgatio menstruorum fœminis est exitus, cum menstrua non sint, nisi semen incoctum. Aristoteles

de generat. anim. 4. cap. 5. c. 250. Fœminæ sunt natura debiliores, frigidioresque, & sexus fœmininus, quasi naturalis læsio, & detrimentum putridum est. Arist. de gen. ani. 4. cap. 6. c. 253. Fœminæ aialium ferarum, quas conatur nutrire, mäsuetę magis, & minus fortes sunt, quam mares. Verū nutrimenta, & assuetudines manuū recipientes magis: quare minus sunt maribus iracundę. Magis malefica sunt fœminea, proteruiora, petulātiora, & illiberaliora, & impotentiora. Minoris capitis est fœmina mare, angustioris faciei, gracilioris colli, pectora imbecilliora habet, minorum costarū existit, coxas magis carnosas habet, genua flexibilia, & crura gracilia, pedes pulchriores, formā totus corporis molliorē, minus neruosa, & molliorē, & humidioribus p̄dita est carnibus, timidior, & iniustior, cōtra mares. Ari. physio. c. 8. c. 344. Fœmina, vel feruus natura distincta sunt. Arist. polit. 1. cap. 1. char. 488. Fœminæ, quæ vitiosæ sunt, carent prope modum dimidia parte beatitudinis. Arist. rhetor. 1. ch. 22. Fœmina nulla currendo mingere potest. Io. gra. de gen. ani. l. 2. cap. 6. c. 52. col. 4. Fœminæ, cum cadunt, super posteriora cadunt, quia illa membra sunt maiora. Albe. magn. de somn. & vig. l. 1. tract. 12. cap. 8. c. 30. col. 2. Fœminā citius pubescit quam masculus, per humidum multum dilatabile, & citius terminabile. Alb. mag. de iuuen. & senec. tract. 1. cap. 2. c. 48. col. 3. Fœmininus animus, vt in pluribus est misericors, timidus, facile cedit passionibus, doloribus, laboribus, impatiens, auarus, subdolos. Alb. mag. de ani. l. 1. tract. 2. cap. 2. ch. 6. col. 3. Fœminæ non habent barbas, quia non habent testiculos, nisi debiles valde. Alb. mag. de anim. l. 1. tract. 2. cap. 9. ch. 10. colum. 4. Fœmina in omnibus fere animalibus fœminas habentibus facilior est ad instruendum, & informandum, quàm masculus, quia fœminæ sunt molliores, & magis auaræ, & sollicitæ circa nutrimentum filiorum. Alb. mag. de ani. l. 8. tract. 1. cap. 1. c. 72. col. 4. Fœminæ in omnibus animalibus quadrupedibus debiliores sunt masculis, præter vrsam, & leopardam. Alb. mag. de ani. l. 8. tract. 1. cap. 1. c. 72. col. 4. Fœminæ in aibus aduncos vngues habentibus sunt fortiores, & corpore maiores, quam mares, quia sunt magis hoc animalia sicca, & calida, quæ qualitates a femineo sexu mitigantur. Alb. mag. de ani. l. 8. tract. 1. cap. 1. ch. 72. colum. 4. Fœminæ omnes tempore catulorum ferociores sunt maribus, ob affectum filiorum. Alb. mag. de ani. l. 8. tract. 1. cap. 1. c. 72. col. 4. Fœminæ omnes præter vaccam sunt altioris, & subtilioris vocis, quam mas. Albe. mag. de ani. l. 4. tract. 2. cap. 4. ch. 51. col. 4. Fœminæ citius crescunt, quàm masculi, quia calori minus repugnat caro laxa, & mollis, quam caro dura, & sicca, vt est caro masculi, & hac de causa vetulæ prius fiunt fœminæ, quam viri. Alb. magn. de ani. l. 9. tract. 1. cap. 3. c. 86. col. 4. Fœminæ aliæ præter mulierem in partu non habent dolores. Alb. magn. de ani. l. 9. tract. 1. cap. 8. c. 88. col. 4. Fœmina cum sit libera habet potestatem consiliandi, sed consilium eius est inualidum. D. Tho. polit. 1. lect. 10. ch. 13. colum. 3.

Fœminarum virtutes.

Fœminarum virtutes est corporis pulchritudo, & magnitudo, animi vero temperantia, & operis studium sine illiberalitate. Arist. rhetor. 1. c. 22. Focnum Græcum est calidum, & siccum, non tamen ab humi-

humiditate remotum. mundat eius ablutio furfures ex capite. Albertus magnus de veg. & plant. libr. 6. tract. 2. cap. 7. char. 165. colum. 4. Fœniculus est calidus, & siccus, aperit oppilationes, & acuit visum, frangit lapidem. Alber. magn. de veget. & plant. l. 6. tract. 2. cap. 7. c. 166. colum. 1. Fœniculum desiderat loco feri aperto, & iuxta muros. Albertus magnus de veget. & plant. libr. 7. tractat. 2. cap. 7. char. 177. colum. 4. Fœtent alæ omnium, maxime nostri corporis partium, quia immobiles habentur. Aristoteles problematum sectio. 13. nume. 8. char. 481. Fœtent magis homines, qui virus hirci redolent, cum se odorifice vnguentarint, quia hoc in multis accidere solet, velut cum in acido dulce commixtum est, omne dulcius exultat, & etiam, quia postquam sudarunt omnes grauius olent; vnguentum autem concalescendi vim obtinet, itaque sudorem prouocare potest. Arist. problem. sect. 13. nume. 9. c. 481. Fœtent magis incurui homines, & gibbi, quia locus pulmoni accommodatus conclusus flexusque est a sua proceritate, itaque transmittere spiritum non potest, sed vapor, & spiritus interclusus putrescit. Aristoteles problem. sect. 13. numer. 10. char. 481. Fœtida grauius fœtent cum calent, quam cum frigent, quia odoris natura est vapor, & delatio est in calore; calor autem mouendi vim obtinet, frigus contra efficit, vt res consistant, & refrigerata omnia deorsum feruntur, calida sursum. Arist. probl. sect. 13. nu. 5. c. 479. Fœtidior est vrina, quo diutius in corpore manserit, sterucus autem minus: quia sterucus, quo diutius detinetur, eo magis siccatur, & quod siccus est, minus putredini patet: vrina cōtra effici crassior solet, recensq; potioni indigeste similior est. Arist. probl. sect. 13. nu. 1. c. 478. Fœtida esculenta minus male olent his, qui illa ederunt, quia olfactum peruium ad palatum habemus, idcirco sensus hic prope impletur, itaque nec interiorē odorē æque amplius percipere potest. principio enim omnes sentire queunt, vbi autem tetigerunt, non insuper possunt, quasi iam res consociata, natiuaq; reddatur, & exterior similis ille oblatu delitescit obtentu interioris. Arist. problem. sect. 13. num. 2. char. 478. Fœtus plurimi intra quadraginta dies deprauauantur. Arist. de histor. animal. 7. cap. 3. char. 254. Fœtus prodiens maturius, quàm septimo mense, non est vitalis; qui septimo, vitalis, sed vt plurimum infirmus; qui octauo nascuntur, viuere & adulescere in terra Aegypti, & in alijs locis possunt: sed in locis Græciæ multi intereunt, & pauci seruantur: & si quis seruetur, non existimatur natus octauo mense. Aristoteles de histor. animal. 7. cap. 4. chart. 256. Fœtus generatur ex semine virtute acquisita a datore feminis, cum habet conditionem generatiui. Aristoteles de generat. animal. 2. cap. 1. char. 146. Fœtus inuoluitur partim in membranis, aliæ secundæ appellatur, quæ maioris, minorisue ratione differunt. Arist. de genera. animal. 2. cap. 4. char. 160. Fœtus cum intra vterum est, nutritur quidem vt planta, non aut vt aial. Them. de somn. & vig. c. 13. c. 97. col. 3. Fœtus quiescit in vtero in initijs, quia ob multum incrementum partes moueri nequeunt. Themist. de somn. & vig. cap. 16. char. 98. colum. 1. Fœtus viuacior, ac vitæ breuior esse solet pro parentum affectione, qualem ipsos coitus tempore habere contigerit. Ioan. gram. in 4. de gener. anim. c. 10. c. 90. col. 2. Fœtus mortem in matrice significat immobilitas ipsius, & quod de loco in locum, vt lapis fertur; & quod latus mulieris, cum iacet super ipsum, in frigidatur sine causa exteriori; & cum detumescit mamilla, & superfluitates exeunt de matrice virulentæ, & foetidæ. Alb. mag. de animal. libr. 10. tract. 12. cap. 2. chart. 95. col. 1.

Fœtus decrepitorum ultra tempus determinatum a natura, debiles sunt corpore. Diuus Thomas 7. politic. lect. 12. char. 122. colum. 2. Foliorum materia terrestris natura extra ponitur, vt in animalibus vngues. Albertus magnus de veg. & plant. libr. 2. tract. 2. cap. 2. c. 134. colum. 3. Foliorum reticulatio, & venæ proficiuntur a materia terrestris sicca. Alber. mag. ibidem. Foliorum latitudo proficiuntur generaliter ab humore aqueo, qui facile dilatatur. Albertus magnus lib. eod. tract. eod. cap. 3. char. 134. colum. 4. Foliorum strictura fit ex siccitate, & viscositate calidi humoris. Albertus magnus ibidem. Folia herbarum, vt frequentius longa sunt, arborum breuia. Alb. mag. de veg. libr. 3. tract. 1. cap. 3. c. 135. col. 1. Folium, & flos magis adhærentia sunt corporibus plantarum, propter quod non separantur a planta, nisi corrupta, fructus verò separatur non corruptus. Albert. mag. de veg. lib. 3. tract. 1. cap. 1. c. 136. colum. 3. Folia anisi, fœniculi, aneti, meui, camomillæ, & cotillæ fetidæ, similia sunt per lineas diuicata, quod ideo est, quia sunt herbe calidæ, & humidum, quod est in ipsis, acuitur. Albertus magnus de veget. & planta. libr. 6. tract. 2. cap. 2. char. 162. colum. 3. Fontes plurimi motibus, & locis altis sunt vicini: in campis tribus, autem sine fluminibus pauci omnino sunt. Arist. meteor. 1. sum. 4. cap. 1. char. 482. Fontanæ alię sunt fluuiales, & spontaneę fluunt; alię indigent arte, & operante. Aristoteles meteor. 2. sum. 1. cap. 1. char. 493. Fons in via, quæ Siracusas ducit, in prato extrat, qui neque magnitudine præstat, nec multa aqua refertus est; at cum è regione vehemens turbo efflauerit, immensam aquæ copiam accolis concedere solitus est. Arist. de admir. aud. num. 54. char. 848. Fons in Sicilia palicis est, qui decem accubantium situm occupat, huc enim ad sexcubitalem altitudinē aquam reijcere aiunt, adeo vt incolæ cum id videbant, campos exundare existimabant; rursum aqua in eundem redit fontem. Iusurandi quoque in se diuinitatem detinere autumant. Nam si quis tabellam inscriptam iusurandi in eum imposuerit, si recte iurauerit, tabellam supernatare affirmant: si secus, tabellam grauitate affectam in profundum aboleri, hominemque periturum comburi, quocirca sacerdotem ab ipso hiderullionem de expurgationis impensa suscipere, cum factum quid iusurandum depurgare voluerit. Aristoteles de admir. aud. nume. 55. char. 848. Fonticulus quidam nascitur inter Scotos Thessaliæ, ex quo immensa aquę copia effluit, qui vlcera, & contracta membra hominum, & iumentorum conualescere facit. At si quis lignum, nec penitus, sed tantillum recisum in ipsum iniecerit, id denuo conglutinari, & in pristinum restitui afferunt. Aristoteles de admir. aud. nume. 112. char. 865. Fonticulus iuxta Thraciæ Cyclopos existit, cuius aqua aspectu quidem sincera, pellucidæque incolis, ac pari modo cæteris apparet. At si ex ea aliquod animal biberit, diem suum obire aiunt. Aristoteles de admir. aud. numer. 116. char. 866. Fontem Colossis in Arcadia quendā esse afferunt, in quo muscoli terrestres generantur, & ibi interdum noctuue pernatant, deguntque. hoc idem in Lampiaco inueniri afferunt. Arist. de admir. aud. nume. 121. char. 867. Fontes sunt feminini generis apud Græcos, quasi habeant rationem matris. Ammo. in lib. de interpret. char. 20. Fons in Gothia est, in quo omnia, quæ merguntur, conuertuntur in lapides, & guttæ iuxta fontis ripam cadentes in lapidem conuertuntur, cum aqua continue fluat. Albertus magnus prim. de min. tracta. 1. capit. 7. char. 136. colum. 1.

Formæ quot dicuntur modis, ac ipsarum variae considerationes.

Formam impossibile est omnium esse vnam, ex quo vero, id est materiam, possibile. Arist. phys. 1. ex su. 2. cap. 4. tex. 23. ch. 8.
 Formæ magis, quam materiæ habenda ratio est. Arist. de part. ani. 1. cap. 5. ch. 418.
 Forma, & numerus conveniunt, quia forma diffinibilis est, vt numerus; & vt in numero vno, addito semp variatur species, sic est forma diffinibilis, si diffinitioni aliquid additur semper variatur diffinitio, & forma diffinibilis; & vt numerus non suscipit magis & minus, sic nec secundum speciem forma, sed si suscipit, nõ suscipit, nisi vt est in materia. Ari. 8. met. c. 5. te. 10. c. 164.
 Formarum aliæ naturales, vt substantiæ; aliæ artificiales, vt qualitates. Alex. aphro. in 1. nat. q. cap. 20. c. 5. Idem Alb. mag. in lex. princ. c. 67. col. 1.
 Forma omnis determinata, & diffinita secundum esse aliquid vnum est. Alex. Aphro. in 1. metaph. comm. 44. ch. 21. col. 2.
 Forma omnis diuersa, & separata est a materia si nõ subsistentia, at certa ratione. Alex. aphr. in 4. metaph. vel secund. lat. 6. co. 15. c. 140. col. 1.
 Forma omnis tum naturalis, tum artificialis in materia esse obtinet. Alex. aphr. in 7. metaph. vel secund. lat. 8. co. 4. c. 123. colum. 1.
 Forma intelligibilior est, quæ in substantia, & per se, quæ quæ in alto quopiam habetur; & harum ea, quæ simplicissima est, & semper actu, tñ quia semper est, si quæ suapte natura intelligibilis est; quia formæ, quæ in compositis sunt, tunc demum intelligibiles sunt, cum animo, ab ijs, in quibus sunt, se iungunt, & tanq simplicia considerant. Alex. aph. in 11. metaph. vel 12. co. 20. c. 291. c. 1.
 Forma ab Aristotele duobus sumitur modis: vel pro substantiali forma, vel pro ea, quæ ex substantialibus formis in superficiebus est impressa, quomodo est qualitas. Porph. in præd. ch. 23.
 Forma materiam exornat. Ammo. in Porph. ch. 11. col. 4.
 Forma nulla potest esse motus, nec motum habere, quæuis nonnullæ moueant, vt anima, vel grauitas lapidæ. Them. in 5. phy. tex. 5. c. 46. col. 1.
 Forma alia naturalis, alia mathematica, alia artificialis: naturalem, & physici, & dialectici occupant, sed dialectici negligunt materiam, quam physici semper accipiunt. Ceteras formas artifices, & mathematici sortiti sunt, & horum alij solitarii, & absolutas considerant, vt mathematici, alij materiam sumunt, vt ceteri artifices. Them. in 1. de ani. cap. 8. tex. 17. c. 62. col. 3.
 Forma alia est substantialis, alia dicitur de pictis, quæ superficie sunt qualitates. Simp. in præd. c. 69.
 Forma, & figura eodem modo dicitur, & de animatis, & de inanimatis. Simp. in præd. c. 69.
 Forma duplex, secundum figuram vna, alia secundum rationem. Simp. in 2. phy. tex. 12. c. 97. col. 1.
 Forma nunquam per se fit, nec corrumpitur, sed secundum differentiam formæ. Simp. in 2. phy. ch. 99. col. 2.
 Formæ, & rationes, aliæ a corporibus separabiles sunt, aliæ non sunt, vt quæ in seipsis non habent esse suum, & perfectionem. Simp. in 2. de ani. tex. 8. ch. 25. col. 4.
 Formatum a forma diuersum est. Simp. in 3. de anim. ex tract. 1. tex. 7. c. 61. col. 1.
 Forma nulla ita minui magnitudine potest, vt esse nequeat. Io. gram. in 1. phy. c. 16. col. 2.
 Formæ, si simpliciter potestatem materiæ sequerentur, nihil effet opus natura. Io. gram. in 2. phy. tex. 87. ch. 50. colum. 1.
 Formæ omnes repente, momentoque nascuntur de substantijs, ac in ipsis introducuntur. Io. gram. in 3. phy. char. 69. colum. 2.
 Formæ non suapte natura idoneæ sunt in quavis magni-

tudine consistere. Io. gra. in 3. phy. tex. 68. c. 72. col. 3.
 Forma aliqua compræhensa semper abijcit priorem formam, & mutatur in alteram. Io. gram. in 1. de gen. & corrup. tex. 11. co. 50. c. 24.
 Formæ, a Platone, numeri vocantur, vel quia vt numerus subiecta metitur, ita formæ materiam metiuntur; vel quia vt numeri ab vno dependent principio, sic forma ab vno deducitur principio. Io. gram. in 1. de ani. tex. 26. ch. 14. col. 1.
 Forma triplex, vel materialis omnino, vt res naturalis, vel materiæ expers, vt diuina, vel partim materialis, partim materiæ expers, vt mathematica. Io. gram. in 3. de ani. tex. 35. c. 90. col. 4.
 Formæ, ac materia omnia consistunt, vel ea, quæ ad similitudinem formæ, ac materiæ substantiam sortiuntur. Boet. in Porph. ch. 88.
 Formarum diuersarum oportet materias proprias esse diuersas. Auer. in post. 2. cap. 10. tex. 54. c. 233.
 Formæ duæ in esse non possunt vni, & eidem. Auerr. in post. 2. cap. 10. tex. 95. c. 234.
 Formarum aliæ sunt in materijs, aliæ non. Auer. in phy. 1. tex. 82. ch. 22. col. 4.
 Formæ nomen aliquando large sumitur, aliquando proprie. Auer. phy. 5. tex. 5. ch. 96. col. 3.
 Formæ omnis est potentia finita, siue sit actiua, siue sit passiuæ, cum sit diuisibilis per diuisibilitatem corporis, & omne corpus sit finitum. Auerr. phy. 8. text. 78. ch. 194. colum. 1.
 Forma tripliciter dicitur: vno modo de toto, quod resultat ex partibus: alio modo de compositione, quæ resultat in ipsis compositis: alio modo de forma naturali in materia. Auer. 2. phy. ex med. expos. c. 200. col. 1.
 Formæ diuersarum naturarum innatæ sunt habere materias diuersæ quantitatis, cum formarum diuersitas sit causa diuersarum quantitatum, & magnitudinum recipientium formas. Auer. in 1. de celo, te. 7. c. 24. col. 3.
 Formæ omnium entium, quæ sunt apud nos, sunt causæ sui permanentiæ in aliquo tempore. Auer. 2. de celo. tex. 6. ch. 46. col. 3.
 Formarum diuersitas est causa in terminatione proportionum, quæ sunt inter potentias motorum, & rerum motorum ab eis. Auer. 2. celo, tex. 38. ch. 57. col. 4.
 Forma, vt forma, impossibile est augeri in infinitum. Auer. 3. de celo. su. 1. tex. 6. ch. 82. col. 3.
 Formarum diuersitatem causam esse diuersitatis materiæ melius est existimare, quam diuersitatem materiæ causam esse diuersitatis formarum. Auerr. 2. de anima. tex. 60. ch. 138. col. 4.
 Formæ habentes tres ordines, quarum vna est corporalis: secunda est in sensu spiritualis: tertia est in virtute imaginatiua, & est magis spiritualis. Auerr. de sens. & sens. ch. 193. col. 2.
 Forma hominum, vt homines sunt, non est nisi per cõtinationem eorum cum intellectu, qui est principium agens, & mouens nos. Auer. in 11. metaph. te. 38. c. 151.
 Formæ communes in quibus inueniuntur vniuersalia, sunt entia in potentia communicatione. Auerr. in 12. metaph. tex. 10. com. 14. c. 141.
 Formæ omnes sunt in potentia in ipsa materia, & in actu in primo motore, & assimilant aliquo modo esse eius, quod fit in anima artificis. Auer. in 12. metaph. tex. co. 18. char. 141.
 Forma dicitur multis modis: vno modo de forma corporum simplicium non organicorum: secundo modo de formis corporum organicorum, & sunt ipsæ animæ: tertio de formis corporum celestium, quæ partim simplicibus assimilantur, quia sunt nõ organica, & similitur organica, quia sunt mobilia ratione illarum, dñ quoque de qualitate, & quantitate ipsi mixto adueniunt, vt est mixtum. Auer. in epit. meta. tra. 1. c. 171. c. 4.
 Forma omnis communicat in dimensionibus materiæ,

teriarum, quarum quælibet habet quantitatem determinatam propriam, & dimensiones terminatæ ultimo actu esse non possunt, nisi postquam forma substantialis est in eo, vt est dispositio in alijs accidentibus. Auer. de subst. orbis. cap. 1. c. 3. colum. 2.
 Formæ non sciuntur, quia sunt in materijs, & cum inuenitur aliquod, quod non sit materia, notum est, quid sit. Auer. ex destruc. destr. disp. 6. c. 38. col. 1.
 Formarum, quædam sunt separata a materia, quædam egent materia, & harum sunt multi gradus quorum infimæ sunt quatuor elementorum formæ. & aliæ sunt formæ, quæ ex elementorum mixtione generantur, & post hos sunt gradus, ita vt forma rationalis, in quantum rationalis, est nobilior omnibus dictis. Auer. de ani. beatit. cap. 5. c. 66. colum. 4.
 Forma omnis hoc habet, vt omnes habeant aliquid, sine quo forma non est forma, & hæc est ratio formandi, & terminandi; quia forma est terminus esse, in quo res ponitur per formam, & ideo forma dat esse, & rationem rei, cuius ipsa est forma; formæ autem corporum sunt per esse, & potentiam immersiæ materiæ; formæ autem separatae per esse, & potentiam sunt remotæ a materia, & sunt super ea. Formæ igitur mediæ sunt per esse coniunctæ, & per operationem, & potentiam separatae, quod fieri nequit; quia coniunctum per esse non habet suam operationem, quæ non sit coniuncti, nec habere potest: aut per operationem coniunctæ, per esse separatae, quod eodem modo fieri nequit: aut secundum aliquod sui separatae, secundum aliquid coniunctæ, quæ tantum sunt horum formæ, & quidquid in parte separatum est, in parte coniunctum, numeratur numero eorũ, in quibus habet vtrasque operationes. ergo anima hominum numeratur numero hominum. Alb. ma. cõtra Auer. de vnit. intel. c. 3. c. 81. col. 4.
 Forma est in causa, vt quicquid intelligitur, per ipsum intelligatur. & hæc tripliciter accipi potest, vel vt in principio processionis, & sic omnes accipiuntur in vnum; vel vt in lumine extenso a primo procedentes, & sic ratione differunt; & vt in lumine terminato ad res, & sic accipiuntur secundum esse diuersæ. Alb. mag. de caus. & process. vniuer. a caus. pri. l. 2. tra. 1. c. 7. c. 205. col. 4.
 Forma omnis cum perfecte separata est a materia, & a penditjs siue accidentibus eius, statim redit ad suum principium, & fundatur in eo, nusquam enim nisi in intellectu est. Albert. mag. de caus. & process. vniuer. a caus. pri. l. 1. tract. 2. cap. 1. ch. 190. colum. 4.
 Formæ omnium in primo principio; in triplici sunt consideratione vnitæ: secundum quod sunt in ipso procedentes, & secundum quod in lumine suo sunt, quod ab illo procedit: & distinctæ, vt sunt in lumine terminatæ ad rei constitutionem. Alb. mag. de caus. & process. vniuer. a pri. cau. l. 1. tract. 7. cap. 6. c. 194. colum. 3.
 Formæ vniuersalesque tres intentiones sunt: prima vt est simplex, & essentia inuariabilis: secunda vt est forma formans: tertia vt in sensibus quiescit. Albertus mag. de caus. & process. vniuer. a caus. pri. libr. 2. tracta. 2. cap. 40. char. 518. colum. 4.
 Formas qui venatur, cauendum est ne priuatiue diuisionis aliquod membrum accipiat. Alber. mag. de anima. lib. 1. tract. 2. cap. 4. char. 100. colum. 3.
 Formam venans per diuisionem peccat si diuidit subiectum in accidentia, vel accidens in subiectum, aut accidens in accidentia. Albertus magnus de anima. li. 2. tract. 2. cap. 4. char. 100. colum. 3.
 Formam venans per diuisionem peccat si inducit accidentia, quia nulla forma substantialis est accidens. Alber. mag. de anima. lib. 1. tract. 2. cap. 4. c. 200. col. 3.
 Formas per diuisionem venantes videndum est ne introducant tales formas, quæ in materia non sunt, vt fecit Plato, quia omnes formæ animalium, & membrorum eorum sunt in materia, & de potentia materiæ educuntur.

Alb. mag. de anima. libr. 1. tract. 2. cap. 4. c. 100. col. 3.
 Formales corporum animalium virtutes, quædam sunt simplices non nisi mouentes, & hæc est virtus primi motoris, quæ omnes alias informat; quædam composita ex motore, & moto; quædam animales, quædam corporales. Alb. de ani. l. 10. tract. 2. cap. 1. c. 167. col. 1.
 Formæ duplex est consideratio; vt est motus ad ipsam, & vt est substantia. primo modo in physicis est actum; secundo hic agitur. Albertus magnus in 7. metaph. tract. 1. cap. 5. char. 121. colum. 2.
 Forma simpliciter, vel qualitas essentialis, quam significat homo, dupliciter consideratur: accipitur enim aliquando, vt est absoluta per intellectum a suis appellatis: & vt est multiplicabilis, nihil enim multiplicabile est nisi forma. Albertus magnus in 7. metaph. tract. 2. cap. 1. char. 123. colum. 4.
 Formarum, quæ nullo modo sunt in potentia materiæ, intellectus est formæ prima causa, in illis autem, quæ sunt ab arte, & a natura, natura est causa, & intellectus apprehensor, & minister. Albertus magnus in 7. metaph. tract. 2. cap. 10. char. 126. colum. 4.
 Forma duobus modis accipitur; vno modo, prout ipsa natura, & actus dans esse, & substantiam ei, cuius est materia, & sic prædicatur de ipso, ideo quod ipsa hoc modo considerata totum est esse ipsius. Alio modo accipitur, vt essentia quædam separata, & sic est pars accepta, vt ens, & non vt esse, & hoc modo non prædicatur de eo, cuius est forma. Albertus mag. in 8. metaph. tract. 1. cap. 1. c. 134. colum. 1.
 Formæ triplices, ante rem, in re, & post rem. Ante rem sunt, quæ sunt formæ secundum se acceptæ principia rerum existentes. In re, quæ sunt formæ in ipsis existentes, dantes eis nomen, & rationem per id, quod sunt aptæ esse in multis, & vniuersales. Post rem, quæ sunt formæ per abstractionem intellectus ab indiuiduibus separatae, & in quibus intellectus agit vniuersalitatẽ. Primæ substantialium rerum sunt principia. Secundæ rerum substantiæ. Tertiæ accidentia, & qualitates, quæ notæ rerum in anima acceptæ vocantur, & dispositiones, & habitus. Alber. mag. in prædicam. c. 6. colum. 3.
 Forma totius dupliciter assignatur in nomine, vel vt forma tantum, vt humanitas in homine; vel dicẽs totum esse, cuius est forma, & tunc designatur per esse, quod dat ei, in quo est, & nomen: vt homo, dicit esse formale, quod forma totius dat huic composito, quod est hic homo. Alber. mag. in prædicam. c. 9. colum. 3.
 Forma specifica tribus modis consideratur. Primo in se, vt est substantia, quæ est forma substantiam faciens. Secundo prout est in specie constituta, & sic est specificata. Tertio prout per ipsum id, quod formatum est, comparatur ad aliquid secundum conuenientiam, vel differentiam, & hoc solum modo differentia vocatur: primo modo forma: secundo species. Albertus mag. in prædicam. char. 19. colum. 1.
 Forma & si sit idem subiecto, est tamen diuersa ratione; nec dicitur forma, nisi vt procedit a forma substantiali actu continendi intrinseca, & ideo forma dicitur id, quod est qualitas, & non quantitatis. Albertus magnus in prædicam. char. 55. colum. 4.
 Forma differt a figura, quia forma dicitur comparatione ad formatum, id est, ad subiectum; figura autem dicitur secundum quod est terminatio quanti ad extra. Albert. mag. in 2. phy. tract. 2. cap. 2. char. 2. colum. 3.
 Forma duplex est; alia est, vt pars essentia, alia vt totum. Vt pars essentia duplex est: alia est, vt forma: alia, vt intentio, aut abstracta, & vtraque ipsarum est simplex; sed vna est, vt forma materiæ, quæ est forma, quæ facit in actu materiam, & est pars compositi: alia est, vt differentia rei constitutiua, quæ est intentio qualitatibus essentialis, quæ de re abstrahitur, vt sub forma vltima significatur. Forma, quæ est vt totum, composita est, & est

- genus, vel species. Alb. magn. in 2. phy. tract. 2. cap. 2. ch. 20. colum. 4.
- Forma non diuiditur per se, sed per accidens, id est, per esse, quod habet in materia, nec diuiditur nisi secundum quod attingit materiam, & terminat ipsam, & complet ad speciem suscipiendam. Alb. mag. in 3. phy. tract. 2. cap. 12. ch. 38. col. 4.
- Forma, quæ sunt in subiecto fluente, duplex subiectum habent, commune, & proprium. Subiectum commune, est materia corporis, & partes, secundum materiam. Subiectum proprium est corpus idem secundum formam, & partes eius secundum formam: & si ad subiectum commune referantur istæ formæ: tunc non manent formæ sibi numerum eadem, sed sibi speciem: si vero ad subiectum proprium, tunc formæ ipsæ sunt unum numero. Alb. mag. in 5. phy. tract. 3. cap. 2. c. 65. col. 3.
- Forma duplex, substantialis, & accidentalis, quas ambas recipere debet prima materia. Alb. mag. in 1. de celo, tract. 3. cap. 4. c. 14. col. 2.
- Forma sensibiles situm habentes in corpore secundum duos modos diuiduntur: primus est per formarum specificas differentias, & alter est per accidens, per suorum subiectorum diuisionem. Alb. mag. in 3. de celo, tract. 1. cap. 2. c. 44. col. 4.
- Forma quælibet dans esse, & formam, fuit ex omnibus, quæ sunt principia eius, in eodem genere prædicamenti, & tamen est forma specifica simplex. Alb. magn. de sen. & sen. tract. 1. 2. cap. 2. c. 10. col. 1.
- Forma omnis diuersificatur, & numeratur per subiectum. Alb. magn. de sen. & sen. tract. 3. cap. 2. char. 18. colum. 1.
- Forma omnis ab anima ministrata procedit ab aliquo thesauro, qui thesaurus duplex est: alius intentionum, qui est memoria, alius est imaginatiua, siue formalis. Alb. magn. de somn. & vig. l. 2. tract. 1. cap. 1. ch. 31. colum. 4.
- Forma, quæ inducitur a mouente composita necessario est in triplici gradu: quædam enim propinquior est materiæ: quædam motori, & efficienti: & quædam est per æquidistantiam, siue per aliquam medijs rationem inter vtranque istarum. Alb. mag. de natu. & orig. ani. tract. 1. cap. 1. c. 66. col. 4.
- Forma simpliciter potest considerari, vt est actus rei, & pars esse eius, & sic de re non prædicatur: alio modo, vt est intentio rei a re abstracta, & sic de re prædicatur. Alb. mag. pri. de ani. tract. 1. cap. 8. c. 3. col. 3.
- Forma consequens operatur omnes operationes præcedentium tribus rationibus. Primo consequentia ordinis, quia non est consequens, nisi quia exiuit a præcedente. Secundo, quia si sit consequens sibi intellectum, tamen est vicinior secundum esse primæ causæ. Tertio, quia immaterialior, & simplicior semper consequens, quam præcedens est sibi esse; non tamen secundum rationem. Alb. mag. in 2. de ani. tract. 1. cap. 11. c. 16. c. 3.
- Forma rei, & intentio rei differunt; quia forma est proprie, quæ in formando dat esse actu materiæ, & composito, ex materia, & forma. Intentio autem vocat id, per quod significat res indiuidualiter, siue vniuersaliter sibi diuersos gradus abstractionis, & ideo intentio non est pars rei, vt forma. Alb. mag. in 2. de ani. tract. 3. c. 4. c. 20. c. 3.
- Formas in materia agere aliud est, & aliud agere formas tantum, nam agere formas in materia, est agens, quod transmutat materiam; agens formas tantum, non est agens materiale, sed potius ipsa forma. Alb. mag. in 2. de ani. tract. 3. cap. 6. c. 21. col. 1.
- Forma duplex esse habet. Vnum simplex, & spirituale, quod habet in abstractione, quod fit a simplici agente, quod est forma rei. Alterum materiale in re, in qua est per agens generans non simplex, quod agit eam educendo de materia per generationem. Alb. mag. in 2. de ani. tract. 5. cap. 1. c. 21. col. 4.
- Forma apprehensiuæ quædam sunt de foris existentibus suis agentibus, vt sensus; alia intus existentibus suis agentibus. Alb. mag. in 3. de anima, tract. 1. cap. 1. ch. 33. colum. 2.
- Forma corporis duplex: simplicis, & compositi. Simplicium formæ quinque sunt, quæ multiplicantur secundum numerum compositorum corporum, ex elementis. Forma autem, quæ est virtus in corpore, est virtus organica animæ vegetabilis, vel sensibilis. Alb. mag. in 3. de ani. tract. 2. cap. 2. c. 35. col. 4.
- Formæ omnes ab ipsa totius vniuersitatis natura largiuntur, & quo magis ab ipsa elongantur, eo magis nobilitatibus suis priuantur, & quo minus, plures potestates obtinent. Alb. mag. ex 1. de intel. & intel. tract. 1. cap. 5. ch. 50. col. 1.
- Forma communis, quæ est cogitationis principium, tribus modis accipitur. ante rem, vt causa formalis; in re, & post rem per abstractionem separatam ab ipsa. Alb. mag. 3. metaph. tract. 3. cap. 19. c. 85. col. 4.
- Forma omnis communicabilis est, materia incommunicabilis. Alb. mag. ex 1. de intel. & intel. tract. 2. cap. 13. ch. 51. colum. 3.
- Forma, quæ est in re, aliquando agit per qualitates materiæ, in qua est, & tunc agit materialiter; aliquando per se solâ, & tunc immaterialiter, quia & ipsa est essentia immaterialis per seipsam, nec alia indiget, vt in prima. Alb. mag. in 2. de ani. tract. 3. cap. 6. c. 21. col. 3.
- Forma omnis cum sit in formato, a formante potest attendi secundum potentiam formantis, vel secundum potentiam formati. Alb. magn. ethic. 1. tract. 1. cap. 3. ch. 2. colum. 2.
- Formas omnes constituit inundatio primi, & intellectua- lis luminis in totam diuersitatem materiæ. Alb. mag. ethic. 1. tract. 6. cap. 6. c. 16. col. 3.
- Forma alicuius intellectus propria ratio non repugnat ei, quod est esse in pluribus, sed hoc impeditur ab aliquo alio duobus modis, siue sit aliquid aliud accidentali- ter adueniens, siue propter conditionem naturæ. D. Tho. in perih. c. 9. col. 1.
- Formam suscipientis susceptiuum in triplici differentia potest se habere. Primo, cum est in vltima dispositione nullo existente impedimento, nec in se, nec in alio, & cum statim recipit formata, vt in aere illuminato. Secundo, cum susceptiuum non est in vltima dispositione ad suscipiendum formam, & tunc requiritur alteratio, vt cum de aere fit ignis. Tertio, cum susceptiuum est in vltima dispositione, sed adest impedimentum, tunc requiritur alteratio, vel mutatio per accidens, quæ remouet prohibens, vt aer in clausa fenestra non potest illuminare. D. Tho. 7. phys. l. 6. tex. 10. c. 113. col. 3.
- Forma duplex: vna perfecta, quæ complet speciem rei naturalis; alia incompleta, quæ nec perficit, nec complet, nec est finis omnis naturæ, sed se habet in via generationis, & corruptionis. D. Tho. 1. de gen. & corru. l. 8. tex. 18. c. 8. col. 3.
- Forma rerum omnium inferiorum præter hominem est in terminis omnibus, quia superiora se habent ad inferiora, vt forma ad materiam. D. Tho. 2. de gen. & cor. lect. 8. tex. 20. c. 30. col. 4.
- Forma omnis aliquam ex se patitur inclinationem, seu appetitum, & inclinatio, vel appetitus operationem. D. Tho. 2. de ani. lect. 5. tex. 25. c. 25. col. 2.
- Forma, quæ est perfectæ virtutis in agendo, non solum potest inducere suam similitudinem in suo susceptibili, sed etiam disponere patiens, vt sit proprium eius susceptiuum, quod facere non potest, cum est imperfectæ virtutis. D. Thom. in 2. de ani. l. 15. tex. 70. ch. 35. col. 4.
- Forma omnis, vt huiusmodi, est principium agendi sibi simile, vnde cum color sit quædam forma ex se habet, quod causet sui similitudinem in medio. D. Thom. de nat. lum. opus. 5. l. c. 84. col. 2.

Formæ

- Formæ si essent infinitæ nullo modo esset aliquid notum. D. Tho. 2. metaph. lect. 4. tex. 11. c. 113.
- Forma magis, quam materia res cognoscitur. D. Tho. 4. metaph. l. 12. tex. 22. c. 233.
- Formæ omnes, siue accidentales, siue substantiales, quæ non sunt per se subsistentes, sunt, quantum est de se, communes multis. D. Tho. 7. metaph. l. 15. tex. 34. ch. 556.
- Forma si debet fieri in effectu tria imaginatur; primo vt sit ibi natura possibilis, de qua natura possibili educitur illa forma: secundo natura agentis, in cuius virtute sit illa forma: tertio est illa forma facta. Alex. de ales in 1. metaph. c. 2. col. 3.
- Forma si debet fieri in conceptu est ibi vna potentia, quæ tenet locum possibilis, & hunc vocamus intellectum possibilem; & potentia, quæ tenet locum agentis, & hunc vocamus intellectum agentem: & vltimo est forma facta in conceptu, ita vt intellectus possibilis in virtute agentis sit sub forma in conceptu, & hunc vocamus intellectum factum, vel speculatiuum. Alex. de ales in 1. metaph. c. 2. col. 3.
- Forma omnis, quæ introducitur per motum, est in agente in motu, & in materia sub aliquo modo essendi. Alex. de ales in 1. metaph. c. 14. col. 2.
- Formæ sunt in materia, vt in pura potentia passiuâ. Alex. de ales in 1. metaph. c. 25. col. 4.
- Forma quælibet specifica componitur ex conceptibus formalibus. Alex. de ales in 2. metaph. c. 44. col. 1.
- Forma triplicem gradum habet. Quædam forma est, quæ est ipsum esse subsistens, ideo habet omnem perfectionem ipsius esse, & hæc est Deus. Alia est esse participatum, & hæc est forma intellectiua creata. Tertia, cuius esse est participatum, & immersum materiæ, quæ finita est. Alex. de ales in 2. metaph. c. 45. col. 2.
- Forma omnis creata est finita inferiori, quia est arctata ad certum gradum, & ad certam differentiam. Alex. de ales in 2. metaph. c. 45. col. 3.
- Formam numerari tribus modis intelligi potest. Primo, vt prima forma, quæ est purus actus, sit vnum extremum, & nihil aliud, & inter hæc extrema numerentur, & multiplicentur formæ. Secundo, quod infra vnâ formam numerentur diuersi conceptus formales. Tertio numeratur forma per materiâ, vel per illud, in quo recipitur, & hic numerus formarum vocatur materialis. Alex. de ales in 2. metaph. c. 45. col. 3.
- Formæ infinitæ capi possunt inter primam formam, & nihil, ita. Post materiam sequitur forma elementi: post formam elementi sequitur forma mixti in maiori gradu: & adhuc in maiori gradu post formam mixti defu- forma vegetatiua: post quam adhuc in maiori gradu detur forma sensitiua: post formam sensitiuam in maiori gradu detur forma intellectiua, & sic semper ascendendo, possunt a se tendere formæ in infinitum in nobilitate. Alex. de ales in 2. metaph. c. 46. col. 1.
- Forma quælibet specifica causata, est imitatio primæ formæ increatæ. Alex. de ales in 2. metaph. c. 26. col. 1.
- Forma sub eadem infiniti conceptus formales, sub & supra non possunt esse; quia omnes conceptus formales sub & supra ordinati sunt: habent enim statum in generalissimo, ac specialissimo. Alex. de ales in 2. metaph. ch. 46. colum. 2.
- Forma duplex, intrinseca, & extrinseca; intrinseca est vt anima in homine, & dicitur ab Aristotele, species. extrinseca est vt ars in mente artificis, vt est forma arcæ, & dicitur exemplar. Alex. de ales in 5. metaph. te. 2. ch. 103. colum. 4.
- Forma duplex; partis, vt in homine anima; & consequens totum, vt humanitas. Alex. de ales in 5. metaph. text. 15. c. 123. colum. 1.
- Forma duplici via præcedit accidens; primo quo ad intentionem agentis, quia primo intendit formam substantialem: secundo quo ad esse terminatum. Alex. de

- ales in 7. metaph. tex. 7. c. 190. col. 2.
- Forma, quæ communicabilis est, non plus concernit hoc indiuiduum, quam aliud. Alexander de ales in septimo metaphysico. tex. 54. c. 236. col. 3.
- Formæ aliæ sunt per se subsistentes, aliæ in materia. Alex. de ales in 8. metaph. tex. 8. c. 250. col. 1.
- Forma omnis, vel substantialis, vel accidentalis, si suscipit magis, & minus, semper suscipit, secundum quod est in materia. Alexander de ales in octauo metaphysico. text. 10. char. 253. columna 1.
- Formæ proprietates sunt magis, & minus, secundum esse; & cū esse formæ sit in materia, ideo magis, & minus non respiciunt formam, nisi in materia. Alex. de ales in 8. metaph. tex. c. 253. col. 1.
- Formæ aliæ non sunt immerse in materia, nec in quantitate, & sunt formæ intelligibiles; aliæ immerse in materia, & sunt formæ sensibiles, & nullæ sunt sensibiles, nisi materiales. Alex. de ales in 12. metaph. text. 14. c. 333. columna 3.

Forma quid est.

- Forma est magis natura, quam materia. Arist. phy. 2. cap. 6. tex. 12. ch. 32.
- Forma est actus, & actus dupliciter, alius vt speculatio, alius vt scientia, est igitur actus, vt scientia anime. Arist. 2. de ani. su. 1. cap. 1. tex. 5. c. 615.
- Forma quælibet mixti; & communis est aliquod præter elementum. Arist. 7. metaph. cap. 2. te. 60. c. 161.
- Forma est, quæ est aliquod ens actu, ratione vero separari potest. Arist. 8. metaph. cap. 2. tex. 32. ch. 163.
- Forma est causa ex accidenti non ex se. Alex. aphro. in 1. prior. cap. 12. c. 27. col. 4.
- Forma vniuersi cuiusque rei esse illud, secundum quod est. Alex. aphr. in 1. top. cap. 1. c. 3. col. 2.
- Forma est causa, vt materia sit actu, ex seipsa enim subsistere nequit. Alex. aphr. in 1. natur. quæst. cap. 8. c. 3.
- Forma non est in subiecto, cum sit pars substantiæ vniuersi cuiusque. Alex. aphr. in 1. nat. q. cap. 8. c. 3.
- Forma est proprie intelligibilis, quia est aliquid actu, & quæ est substantia, magis intelligibilis est, & harum maxime simplex, & quæ semper est actu. Alex. aphr. in 1. nat. q. cap. 1. ch. 1.
- Forma ab omni materia, & omni potestate seiuncta sui natura, est proprie intelligibilis. Alex. aphro. in 1. nat. q. cap. 3. ch. 6.
- Forma ipsa est in substantia materiæ, non enim potest materia sine propria forma esse; sed sine forma non potest illa materia esse, cuius illa erat forma, sed simul est, ideo vt sit materia, opus est ei præsentia formæ; igitur forma per se inest materiæ, vt quod in substantia eius est. Alex. aphr. in 1. nat. q. cap. 2. c. 6.
- Forma omnis materialis est in materia. Alex. aphr. in 1. nat. q. cap. 2. char. 6.
- Forma propria, & peculiaris causa est motionis in corpore. Alex. aphr. de ani. cap. 7. c. 33. col. 1.
- Forma est in causa, vt quodlibet ens sit hoc aliquid & ipsa absente definit esse hoc aliquid, quod prius erat. Alex. aphr. in 2. de ani. cap. 2. c. 43. col. 3.
- Forma omnis incorporea est. Alex. aphr. in 2. de ani. cap. 5. ch. 43. colum. 4.
- Forma est in causa vt res cognoscantur quod sint, non autem quantitas: quæ forma tandiu persistit, donec res subiecta extat, non intercepta. Alex. aphrod. in 3. metaph. vel secundum lat. 4. co. 51. c. 112. col. 2.
- Forma in dilatabilis est, & vacat partibus. Alex. aphr. in 6. metaph. vel secundum lat. 7. co. 34. c. 207. col. 1.
- Forma est finis, vt in domo, cuius finis est, quæ in ipsa continentur, a latronibus tuta conseruare, quod ei a tali forma supeditatur. Alexand. aphrod. in septimo metaphysico. com. 41. char. 218. colum. 2.

KK 3 Forma,

Forma, & si sit magis substantia, quam substantia, materia vocata, non tamen quam substantia, quæ est forma; quia substantia, quæ per formam intelligitur, non habet nec magis, nec minus, neque magis substantia est, quam altera forma. Alexander aphrodisien. in 7. metaphysic. co. 9. c. 125. colum. 2.

Forma semper actu est, materia potentia. Ammo. in libr. de interpret. chart. 139.

Forma est maxime substantia. Dex. in prædic. char. 42.

Forma est principium omnis motus: nam omne, quod mouetur, per formam mouetur. Them. in 3. physico. tex. 27. c. 28. colum. 3.

Forma partim est substantia, partim habitus; ut habitus est contraria priuationi, non ut substantia. Simplicius in prædicament. c. 27.

Formæ remissio, & diminutio est principium transmutationis in contrarium. Simpl. in prædic. char. 38.

Forma dicitur de commensuratione, vel de proportionem eorum, quæ terminantur. Simpl. in prædic. c. 69.

Forma est substantia, quia quod efficit substantiam, substantia est. Simpl. in prædic. c. 19.

Forma est elementum, & non solum materia, si elementum est id, ex quo primo cum infit, fit aliquid, & in quod extremum resoluitur. Simpl. in prim. physico. c. 3. col. 1.

Forma est vniuersiuique character, per quem vnumquod que subsistit, & esse dicitur id, quod est. Simpl. in secund. physico. char. 101. colum. 1.

Forma est quoddam naturale, non autem natura. Simpl. in secund. physico. c. 102. colum. 1.

Forma omnis habens substantiam discretam est quoddam principium ingenitum & immobile; neque ea, quæ est in materia primo, cum sit participatio & affectio materię: neque ea, quæ est in natura, cum ea etiam consistat in subiecto; neque ea, quæ est in anima. Nam cum seipsa mouet, nihil magis mouet, quam mouetur, neque est magis principium, quam ex principio. Simplic. in 2. physico. tex. 21. c. 105. colum. 1.

Forma, quæ est in materia, nullum habet exemplar. Simpl. in 2. physico. c. 108. colum. 2.

Forma non solum secundum superficiale figuram, sed etiam secundum rationem dicitur. Simpl. in secundo physico. tex. 28. ch. 109. colum. 1.

Forma non est locus, quia distinguitur ab eo, quod ambit, ipsaque mutatur, & locus manet. Simpl. in 4. physico. tex. 11. char. 191. colum. 2.

Formam esse dicimus terminum, & finem constituentem. Simpl. in 4. physico. char. 226. colum. 3.

Forma omnis terminus est, & cuius gratia cætera existunt. Simpl. in pri. de anim. tex. 2. char. 1. col. 3.

Forma non est hoc aliquid, terminus enim, & perfectio est, non autem res determinata, & perfecta. Simpl. in 2. de anima. tex. 2. char. 23. colum. 2.

Forma vnicuique est in causa, ut sit quod sit. Simpl. in 2. de anima. tex. 8. char. 25. colum. 4.

Forma est purus, & primus actus, actus autem est rei per se quo. Simpl. in 1. de ani. tex. 6. char. 2. col. 2.

Forma non est actu, sed ipsemet actus. Simpl. in prim. de anim. tex. 6. char. 2. colum. 3.

Forma cognoscibilis sine materia in vita stat. Simpl. in 3. de anima. ex sect. 1. text. 139. char. 51. col. 2.

Formale indiuisibile omnino est impartibile, nullasque habet partes. Simplicius in tertio de anima. ex sect. 2. text. 23. char. 66. colum. 4.

Forma præstantior est materia. Mag. in li. de interp. c. 31.

Forma argumenti est conclusio, materia vero argumenti sunt propositiones. Ioan. gram. in 1. prior. ch. 2. col. 4.

Forma est quæ finit, & terminat, & vnicuique vnitatem tribuit. Ioan. gram. 1. physico. tex. 32. c. 15. col. 3.

Forma vniuersiuique, nihil aliud est, quam natura vniuersiuique. Ioan. gram. in 1. physico. tex. 1. c. 30. col. 3.

Forma prima & maxime propria dicitur natura: scilicet

cundo materia: tertio via in formam. Ioan. gram. in 2. physico. ch. 32. colum. 2.

Forma est actionis finis, & speculationis principium. Io. gram. in 2. physico. tex. 90. c. 51. col. 2.

Forma est, quæ in augmentationem augetur, non quidem secundum essentialem, & incorpoream rationem, sic enim augeri nequit, sed secundum quantitatem, cum in ampliori, vel minori subiecto fit. Io. gra. in 1. de gen. & cor. tex. 35. c. 54. col. 4.

Formæ, & habitus per se immobiles sunt. Mich. ephes. de ani. mot. c. 51. col. 3.

Forma omnis qualitas est. Boet. in Porph. c. 88.

Forma propria vniuersiuique compositi in suis partibus constat. Boet. in top. Cic. c. 796.

Formatio perfectissima est, quæ intelligitur per diffinitionem. Auer. in epit. in log. c. 351. col. 4.

Formæ non habent diffinitionem, quia sunt simplices, ideo non est possibile, quod omnium partium diffinitionis sit diffinitio. Auer. in quæst. log. text. 10. chart. 372. colum. 2.

Forma est principium per se, priuatio per accidens. Auer. in physico. 1. tex. 70. ch. 20. col. 1.

Forma est dignior hoc nomine substantia, quam compositum, quia per illam compositum est actu, & causa rei est dignior causato. Auer. in physico. 2. tex. 4. ch. 14. colum. 1.

Forma comprehenditur per intellectum. Auer. in physico. 2. tex. 10. c. 25. col. 1.

Forma dicitur de formis perfectis, cum quibus non coniungitur priuatio; & de imperfectis, cum quibus coniungitur priuatio. Auer. in physico. 2. tex. 15. char. 25. colum. 4.

Forma dicitur de contrario, cui non coniungitur priuatio, & de contrario, cui coniungitur priuatio. Auer. in physico. 2. tex. 15. c. 25. col. 4.

Forma est in causa, ut vnaqueque res sit vna, & forma est per se indiuisibilis. Auer. in physico. 3. tex. 68. chart. 55. colum. 2.

Forma est indiuisibilis per se. Auer. in physico. 3. text. 68. char. 55. colum. 2. Idem 6. physico. tex. 44. chart. 125. colum. 4.

Formæ in rebus generabilibus quodammodo sunt formæ, & quodammodo sunt fines. Auer. in physico. 3. text. 11. c. 58. colum. 4.

Forma est vltimum rei, quæ continet, & terminat materiam eius. Auer. in physico. 4. tex. 12. c. 59. col. 1.

Forma est, quæ determinat dimensiones, & materiam. Auer. in physico. 4. tex. 14. c. 59. col. 2.

Forma est causa finitatis magnitudinis, & si magnitudo esset infinita, & forma esset infinita. Auer. 1. de celo, tex. 61. c. 21. col. 1.

Forma est subiectum vniuersalitatis. Auer. 1. de celo, tex. 92. colum. 3.

Formæ substantia, alia est ab essentia materię. Auer. 1. de celo. tex. 92. c. 29. col. 3.

Forma est finis rei habentis formam. Auer. in 4. de celo. tex. 23. c. 115. colum. 4.

Forma est finis non distinctus, locus est finis distinctus. Auer. 4. de celo, tex. 23. c. 115. col. 4.

Forma est nobilior materia, non dicitur enim forma nisi in respectu materię. Auer. 4. de celo, text. 35. char. 121. colum. 1.

Forma non est causa agens simpliciter, sed quia sunt cause propinquæ, & essentielles. Auer. 2. de gener. & corr. tex. 52. ch. 173. col. 4.

Forma est id, per quod aliquid est ens. Auer. 2. de ani. su. 2. tex. 37. c. 134. col. 2.

Formæ nomen dicitur de forma, quæ declarat quidditatem rei, & de forma particulari, quæ est forma demonstratæ materię. Auer. in 7. metaphysico. tex. 10. char. 88. colum. 3.

Forma

Forma est pars, quæ cum fuerit, est res, & materia est illud, quod cum fuerit, non erit res. Auer. in 7. metaph. tex. com. 37. char. 88.

Forma prædicatur per se de habente formam, & declarat quidditatem eius substantiæ. Auer. in 7. metaph. text. com. 34. char. 87.

Forma & materia diffiniri non possunt. Auer. in 8. metaphysico. tex. 10. char. 102. col. 3.

Forma ipsa est actus, & quidditas. Auer. in epitom. metaphysico. tract. 2. c. 175. col. 1.

Forma est causa, ut res sit intelligibilis; & materia, ut sit sensibilis. Auer. in epitom. metaphysico. tractat. 7. chart. 175. colum. 3.

Forma omnis, quæ mouetur, ad seipsam perficiendam per formam aliam, necesse est, ut suum mouere sit finitum. Auer. de sub. orbis. cap. 1. c. 4. col. 1.

Forma sola communicabilis est multis, vnum existens in eis secundum essentiam. Alber. magn. in prædicam. chart. 9. colum. 3.

Forma, quæ prædicatur, totius fit, & totum esse significat, & non significat essentiam eius, cuius est actus proprius, & hæc est illa, quæ formam totius designat. Alb. mag. in prædic. 11. col. 4.

Forma dicitur quasi fortis manens. Alber. magn. in sex princ. char. 65. col. 4.

Formæ non dicuntur, nisi separatæ, at quæ in materia sunt, proprie dicuntur imagines. Boet. de Trinitate. Alb. mag. in sex princ. char. 66. col. 1.

Forma (logice loquendo) est intentio, quæ dat esse formale totius. Alb. mag. in sex princ. c. 66. col. 1.

Forma est proprie loquendo essentia, quæ cum per motum est in materia, constituit speciem secundum esse in naturalibus. Alber. Magn. in 2. physico. tract. 2. cap. 2. char. 20. colum. 2.

Forma si generaliter sumitur, dicitur forma omne id, quod informat ad esse secundum actum, & sic diuiditur in formam substantialem, & accidentalem. Substantialis dupliciter dicitur, quæ est substantia, & quod dicitur, & quæ est accidens, & quod dicitur. Alb. mag. in 2. physico. tract. 2. cap. 2. c. 20. col. 3.

Forma in simplicibus est essentia eorum, ut in elementis: in compositis est complexio, quæ non est simplex. Alb. mag. in 2. physico. tract. 2. cap. 2. c. 20. col. 3.

Forma vna est omnium mouentium in vno genere motus a principio vsque ad vltimum, sed consideratur hæc forma secundum esse, & secundum essentiam: essentia quidem vna est in omnibus mouentibus: esse autem ipsius secundum quodlibet mouentium est aliud, & aliud. Alb. mag. in 2. physico. tract. 2. cap. 3. c. 21. col. 2.

Forma est perfectio rei existentis in actu. Alb. mag. in 3. physico. tract. 1. cap. 4. char. 32. col. 2.

Forma ut forma est, non prædicatur de eo, cuius est forma, sed prout est forma, & idem siue vnum genere, specie, vel numero. Alber. magn. in 6. physico. tract. 1. cap. 1. char. 68. col. 4.

Forma omnis secundum tale esse inest, quale permittit subiectum, in quo est. Alber. magn. in 7. physico. tract. 1. cap. 4. char. 83. col. 4.

Forma, quæ est actus corporis, cognoscitur per hoc, quod eius operatio expletur per corpus, & finita est operatio eius. Alber. magn. in prim. de celo. tract. 3. cap. 4. char. 14. col. 3.

Forma omnis per hoc est forma, quod ipsa est intelligibilis per se, & principium intelligendi aliud, quod est formatum per ipsam. Alber. magn. in 2. de celo. tract. 1. cap. 2. char. 23. col. 4.

Forma cum est in phantasia conueniens, vel disconueniens corpori, statim virtutes, quæ sunt affixæ membris, mouent corpus ad eam induendam. Alb. mag. in 3. de ani. tract. 3. cap. 4. char. 41. col. 4.

Forma, quæ absolute forma est, nullo modo potest esse

materia. Alb. mag. in 3. de ani. tract. 2. cap. 9. c. 38. c. 1.

Forma est principium esse, & cognitionis. Alb. mag. in 1. de ani. tract. 1. cap. 1. char. 1. col. 1.

Formæ omnes materiam determinantes sunt ordinatæ. Alb. mag. in 3. de ani. tract. 2. cap. 9. char. 38. col. 1.

Forma vniuersalis, vel particularis est id, quod dat esse, & essentiam totam: materia autem non assumitur ad esse conferendum, sed potius ut sit subiectum essentię. Alb. mag. in 3. de ani. tract. 3. cap. 11. char. 45. col. 4.

Forma dicitur totum esse rei, quia materia nihil est de esse rei; nec intenditur a natura, quia si forma esse posset in operatione sine ipsa nunquam induceret in materiam, ideo materia non ad esse, sed ad ipsius esse determinationem requirit. Alb. mag. ex pri. de intel. & intel. tract. 2. cap. 2. char. 89. col. 2.

Formæ essentia non est nisi secundum aptitudinem vbi que; semper, & non in actu. Alb. mag. ex prim. de intel. & intel. tract. 2. cap. 4. char. 52. col. 3.

Forma est, quæ simpliciter prædicatur de eo, cuius forma, & cuius partes virtuales omnes perficiunt partes materię. Alb. mag. de ani. l. 11. trac. 2. cap. 1. c. 99. c. 1.

Forma cuiuslibet rei est quidditas nulli rei alij conueniens: ideo cauendum est, ne talis sumatur diuisio, cuius partibus diuisentibus idem sit animal, ut de formica volante, & non volante. Alb. mag. de anim. l. 11. tract. 2. cap. 4. char. 100. col. 3.

Forma prima naturæ est vita. Alber. mag. de anim. l. 20. tract. 2. cap. 1. char. 167. col. 1.

Forma est causa præter materiam, & materia prima est vnum quid, & perpetuum, & immobile, ut non mutatur, vel mouetur ab esse, vel ad esse materię: sed non quod non mutetur secundum esse, & esse sicut mutatur subiectum mutationis, & motus, & propter hoc esse necessaria est forma. Alb. mag. in 3. metaph. tract. 3. cap. 10. char. 85. col. 4.

Forma per essentiam eadem est, siue sit in potentia, siue in actu, ideo in potentia esse dicitur esse compositi, non esse formæ per essentiam. Alb. mag. in 3. metaph. tract. 3. cap. 16. char. 87. col. 2.

Formæ intentio est dare esse: materię intentio est facere hoc esse: hoc intentio efficientis est inducere esse, & dare ipsum post non esse: intentio finis est oia propter ipsum, & esse compositi, ab ipso pendere: ideo finis prior est intentione agentis, vltimus autem secundum esse rei. Alb. mag. in 5. metaph. trac. 1. cap. 3. char. 99. col. 2.

Forma continui est ante formam circularem, & ante formam recti per intellectum, & licet pluri sit formatum rotundum, & rectum, tamen illæ formæ nihil adimunt de vniuersitate, & simplicitate, sed e contra, licet forma recti vna sit, tñ tollit vniuersitatem, & simplicitatem in natura propter diuersitatem terminorum formæ recti, quæ accipiuntur in corpore naturali simplici, inducunt contrarietatem in situ. & ideo continuum circulare magis vnum est, & magis vnus motus, quam rectus. Alb. mag. in 10. metaph. trac. 1. c. 1. c. 141. col. 4.

Forma est principium essendi, & ita pertinet ad primum philosophum: sed materia, & priuatio sunt principia entis transmutabilis, & sic a philosopho naturali consideratur. D. Tho. in pri. physico. l. 15. tex. 83. c. 16. col. 1.

Forma est actus primus, operatio est actus secundus. D. Tho. in 2. de celo. l. 4. tex. 17. c. 33. col. 4.

Forma est quoddam diuinum in rebus, ut est quædam participatio primi actus. D. Thom. in 3. de celo. l. 2. tex. 2. char. 57. col. 1.

Forma omnis, ut forma, est principium agendi sibi simile. D. Tho. in 2. de ani. l. 14. tex. 70. c. 35. col. 7.

Forma est quidam terminus materię. D. Thom. de sens. & sen. l. 5. c. 6. col. 2.

Formarum non est generatio. D. Thom. in 3. metaph. lib. 10. tex. 13. char. 155.

Forma, quia est ab alio, finita est. Alexand. de Ales. in

in 2. metaphysic. char. 45. col. 3.
Forma ipsa non est nisi quædam imitatio diuinæ essentia. Alex. de ales in 2. metaph. c. 46. col. 1.
Forma est causa materiæ quo ad esse. Alex. de ales in 5. metaph. tex. 2. char. 105. col. 2.
Formalis distantia omnis diuersitas est. Alex. de ales in 5. metaph. tex. 16. c. 126. col. 4.
Forma de natura sua non denominat seipsam, sed aliqd aliud. Alex. de ales in 5. metaph. tex. 25. c. 154. col. 3.
Forma tenet medium inter agens, & passum. Alex. de ales in 5. metaph. tex. 25. c. 154. col. 3.
Forma dicitur substantia, non quia fit illud, quod est per se, sed quia est ratio essendi aliquid per se. Alexand. de ales in 7. metaph. tex. 7. c. 188. col. 2.
Formæ essentia est, vt sit actus materiæ. Alex. de ales in 7. metaph. tex. 7. c. 189. col. 4.
Forma habet aliquam prioritatem respectu compositi, quia est ratio essendi, non quod fit illud quod est, sed quia est ratio essendi substantiam, non quod proprie sit substantia. Alexand. de ales in 7. metaphysic. tex. 7. char. 189. col. 1.
Forma est causa quantitatis materiæ. Alex. de ales in 7. metaph. tex. 7. char. 190. col. 3.
Forma, quæ est ab arte, & natura, non est omnino a duabus formis, sed est vnum agens adiunctum per aliud. Alex. de ales in 7. metaph. tex. 29. c. 215. col. 2.
Forma nulla est vltra speciem specialissimam, sed solum requiritur designatio formæ per materiam. Alex. de ales in 7. metaph. tex. 33. c. 218. col. 2.
Forma rei solum secundum veritatem loquendo proprie dicitur quid. Alexand. de Ales in 7. metaphysic. tex. 59. char. 240. col. 2.
Forma elementi non est in potentia ad aliam formam, nisi in quantum concernit materiam. Alex. de ales in 8. metaph. tex. 4. c. 245. col. 4.
Forma & passio nunquam separantur, quia simul sunt, sic & potentia ad formam, & ad passionem nunquã separantur. Alex. de ales in 8. metaph. tex. 4. c. 247. col. 1.
Forma, quæ est actus primus tenet medium inter potentiam actiuam, & passiuam, quia perficit potentiam passiuam, & fundat potentiam actiuam. Alex. de ales in 9. metaph. tex. 11. c. 267. col. 2.
Forma est ratio agendi ipsi supposito. Alex. de Ales in 9. metaph. tex. 14. c. 270. col. 2.
Forma omnis specifica est quædam vnitas, quæ per plura indiuidua diuidi potest. Alex. de ales in 9. metaphysic. tex. 1. char. 277. col. 2.
Forma omnis specifica plurificabilis est, alioquin non esset species. Alexand. de Ales in 10. metaphysic. tex. 1. char. 277. col. 2.
Formaliter quæ distant, distant secundum actum, non secundum potentiam. Alexand. de ales in 10. metaphysic. tex. 23. char. 279. col. 2.

Forma animæ.

Forma, & primus actus dicitur æquiuoce de rationali anima, & de partibus reliquis animæ. Auer. 3. de ani. tex. 5. char. 163. col. 2.
Forma vltima, quæ in nobis existit, qua denudamus ipsa intelligibilia, & ea efficimus pro arbitrio, & voluntate nostra, est forma composita ex intellectu agente, & intellectu adempto, in habitu scilicet existente. Auer. 3. de anim. tex. 36. char. 177. col. 4.
Forma ipsa est id, quo aliqua res agit suam propriam actionem: at intellectu agente agimus propriam actionem, ergo intellectus agens est forma in nobis. Auer. 3. de anim. tex. 37. char. 179. col. 4.
Forma hominum, vt homines sunt, non est nisi per continuationem eorũ cum intellectu, q est principium agens, & mouens nos. Auer. in 12. metaph. tex. co. 38. c. 151.

Forma nulla generationis est, quæ non sequatur virtutes materiæ, quæ sunt in spermate, nisi sola rationalis, ad quam, nec spiritus spermatis, nec calor aliquid operari videtur, sed tantum causatur a lumine intellectus primi, qui operatur in opere naturæ, quia nullus corporis, vel partis corporis est actus. Alber. mag. de ani. lib. 16. tract. 1. cap. 12. ch. 139. col. 3.
Forma animæ est in aliqua similitudine ad motorem primum in hoc videlicet, quod ad vnum refert totum suum vniuersum, vt motor primus refert omne, quod mouet, ad vnum. Albertus magnus de natur. & orig. anim. tract. 1. cap. 3. ch. 68. col. 2.
Formæ super materiam eleuata, quæ anima vocantur, in quatuor accedunt ad motorem: primo, quod huius formæ actus non est simpliciter esse, sed confert ei viuere: secundo quod substantia, & naturalis potentia operatur multa, cum forma naturalis, & corporea non operetur, nisi vnum: tertio est locus eius, cuius est forma ipsa: quarto, quod virtus hæc vegetans ex vno influit omnibus partibus effectum, & motum vitæ, & ab eo construit vias in omnes partes, per quas discurrunt spiritus, & alimentum virtutem primi in se habentia, & formam, quæ dat eis motum ad omnem situm partium. Alb. ma. de na. & ori. ani. tra. 1. c. 3. c. 68. col. 1.
Forma animæ non est corporalis, ita vt sit simplicis forma corporis, aut armonia compositi, aut aliquod corporeum armoniam consequens. Alber. mag. de natur. & orig. ani. tract. 1. cap. 3. char. 68. col. 1.
Forma animæ natura non potest vocari, quia natura non est, nisi ad vnum, & hæc forma de se multa facit. Alb. mag. de natu. & orig. ani. tract. 1. cap. 3. ch. 68. col. 2.
Forma animæ non est immerita materiæ, & victa ab eâ, si enim victa esset, nõ haberet locũ, nisi locum materiæ, nunc autem extendit partes suas in locum alium. Alb. mag. de natu. & orig. anim. tract. 1. cap. 3. ch. 68. col. 2.
Formæ rerum inanimatarum propter sui imperfectionem sunt principia paucarum operationum: vnde nõ exigunt diuersitatem organorum in suis operationibus. D. Thom. in 2. de anima. l. 1. tex. 6. char. 21. col. 2.

Formæ, vt abstractæ, & celestes.

Formarum abstractarum, vt abstractæ, est propria consideratio diuini philosophi. Aristoteles physicor. 2. sum. 2. cap. 2. text. 26. char. 36.
Formam primam omnia appetunt. Simpl. in pri. physico. text. 80. char. 87. col. 2.
Forma omnis pura, & prima, indiuisibilis est. Simplicius in 2. de anima. tex. 2. char. 23. col. 2.
Formæ puræ sunt nobis immanifestæ propter nostram imbecillitatem. Ioannes grammaticus in prim. posterior. cap. 26. chart. 55. col. 4.
Forma est diuina, quia a Deo proficitur. Ioann. gram. in pri. physico. tex. 81. char. 29. col. 4.
Formarum abstractarum rationes, sunt in mente opificis. Ioan. gram. in prim. de ani. tex. 16. c. 11. col. 2.
Formarum abstractarum consideratio in esse est in philosophia naturali, non in prima. Auerroes in phys. 2. text. 26. char. 28. col. 2.
Formæ formarum, vt existimatur de forma hominis vltima, sunt multæ inter vltimam formam materialium & formam primam abstractorum. Auerroes in phy. 2. text. 26. char. 28. col. 2.
Forma prima, & primus finis, ex hac cognitione, quæ acquiritur in hac scientia, cognosci non possunt. Auerr. pri. physico. ex media expof. char. 197. col. 1.
Forma abstracta non significat naturam corporis. Auer. prim. de celo. text. 4. c. 3. col. 4.
Formæ abstractæ, vt sunt formæ abstractæ, innatae sunt, vt illud, quod ab eis mouetur, sit corpus, nec graue, nec leue, vt innatae sunt, vt mouentur motu circulari, &

ri, & vt forma ignis innata est habere formam propriam. Auer. 1. de celo. tex. 4. c. 3. col. 4.
Formæ simplicium, alia sunt a formis compositorum, & eorum materiæ propinquæ alia a materiis istorum, sed tamen eadem sunt proportionaliter. Auer. in 12. metaph. tex. com. 11. char. 144.
Forma prima, & non anima est abstracta, secundum Alexandrum. Auer. in 12. metaph. tex. co. 25. char. 145.
Forma nulla est quasi finis, & communis, & vniuersalis, nisi illa ex eis, quæ habet actionem communem; & hæc est dispositio formæ mouentis primum cœlum motu diurno. Auer. in 2. metaph. tex. co. 44. char. 154.
Formæ corporum cœlestium nihil aliud sunt, quam id, quod intelligunt ex ipsis; & quia mouentur ab eis per modum desiderii, ideo sunt fines eorum. Auer. in epitom. met. tract. 4. char. 182. col. 4.
Formæ cœlestes non sunt in subiecto mediantibus dimensionibus, sed non sunt potentia in corporibus. Auer. de subst. orb. cap. 1. char. 3. col. 4.
Forma, quæ mouetur in formis constitutis per suam substantiam, differt a forma, ad quam mouentur, sed in cœlesti corpore non est alia, Auer. de subst. orbis. cap. 1. char. 3. col. 4.
Forma prima est ab efficiente primo, Alb. mag. in 8. phy. trac. 1. cap. 4. char. 90. col. 4.
Forma cœlestis licet corpora afficiat, non tamen necessitatem imponit. Alb. mag. de som. & vig. lib. 3. trac. 1. cap. 11. c. 38. col. 2.
Forma vna est prima, quæ procedit ab vniuersitatis principio, quæ etiam explicatur ab omnibus motoribus cœlestibus, siue sint simplices, siue compositi ex mouente, & mobili, quæ quanto plus procedit in distantia mouentium, & eorum, quæ mouentur, tanto plus multiplicatur, & determinatur per diuisionem, & contrahit ad esse determinatum: quæ forma nihil confert ad scientiam futurorũ, etiã si imprimatur in anima, eo quod est forma operis, & non scientiæ alicuius futuri, vel alterius. Alb. mag. de som. & vig. l. 3. trac. 1. cap. 7. c. 36. c. 4.
Formæ cœlitus quæ ad nos corpora nostra tangentes fortasse mouent, & suas imprimunt virtutes, licet nõ sentiantur propter exteriorẽ tumultum, Et ideo, cū alienatio sit a sensibus, quocunq; modo illud fiat, tunc percipiuntur motus, sicut patiens percipit motũ passionis, licet nõ moueat, vt passio, sed potius vt signum, & quædam causa futurorum. Anima autem vegetatiua, ad quam peruenit huius formæ motus, recipit motum, secundum modum possibilem sibi. Alb. mag. de som. & vig. l. 3. trac. 1. cap. 9. char. 37. col. 2.
Forma vltima sola dat esse speciei, & formæ; & antecedentes formæ res sunt potentia essentialis determinatae per vltimam formam. Alb. mag. de nat. & orig. anim. tract. 1. cap. 3. c. 70. col. 2.
Formæ a prima causa procedentes per lumen intelligentiæ procedunt in animam, & per animam præparationem, & motum procedunt in naturam, & per naturam vniuersalem in omnibus corporibus cœlestibus diffusam in spheram actiuorum, & passiuorum, & per illa tandem procedunt in subiectam actiuorum generatorum, & corruptorum materiã. Alb. mag. de caus. & proces. vniuer. a cau. l. 2. tr. 2. c. 41. c. 219. c. 1.
Forma, qua mouetur cœlum, non est forma secundum esse, sed est forma relationis compositionis ad centrum vniuersale, quod est terra. Alb. mag. de caus. & proces. vniuer. a cau. pri. l. 2. trac. 5. cap. 5. c. 227. col. 4.
Formæ mundi differunt a formis materiæ, quia mundi formæ vocantur relata ad vniuersum; materiæ sunt, quæ materiæ dant esse. Alb. mag. ex 2. de intel. & intel. cap. 2. char. 89. col. 2.
Forma influxum superiori orbi influit: superior inferiori, & sic semper fit. Alber. magn. de animalib. lib. 20. tract. 2. cap. 2. char. 167. col. 3.

Forma, vt quidditas primæ substantiæ considerata dupliciter consideratur. Aut vt natura ipsa, quæ explicat diffinitio, & hæc non refertur ad primam substantiam, nisi per accidens, quia ipsa natura est esse primæ substantiæ substantiale, & sic ipsa est natura vnica simpliciter. Alio modo consideratur secundum accidentia consequentia ipsam, & præcipue secundum hoc accidens, quod est esse communicabilem, primam, & communicationem multiplicabilem in multa, quorum omnium ipsa est esse substantiale, & sic efficitur predicabilis de multis, & communicata efficitur causa accidentis in his, in quibus est. Alb. mag. in 7. metaph. trac. 1. cap. 1. c. 119. c. 2.
Formas primas posuere Peripatetici non esse intelligentias, sed esse actiones, quia sunt motores spherarum. Alb. mag. ethic. 6. trac. 2. cap. 16. c. 74. col. 4.
Forma rectæ rationis, prima & communis qualitas est omnium eorum, quæ elementaliter generant virtutem. Alb. mag. ethic. 2. trac. 1. cap. 5. char. 28. col. 1.
Formæ oēs corporũ inferiorũ reducuntur in corpora cœlestia, vt in quodam principia. D. Th. in 1. meteor. l. 5. c. 20.
Forma nulla creata potest imitari essentiam diuinam in tantum, quod aliqua alia nõ possit plus imitari. Alex. de Ales in 2. metaph. char. 46. col. 1.
Forma diuina est infinite perfectionis, ideo infinitis modis imitabilis, ideo fieri possunt infinitæ formæ. Alex. de Ales in 2. metaph. c. 46. col. 1.
Forma prima, quæ est purus actus, est limitata superius, quia non est ab aliquo, & infinita inferius, quia nõ est recepta in aliquo. Ale. de ales in 2. metaph. c. 45. col. 3.
Forma prima non solum aspicit alias formas, ad materiam vnitas, sed vt numerus finitus numerum infinitum. Alex. de ales in 2. metaph. char. 46. col. 2.
Forma prima simplicissima est, & etiam infinitissima. Alexand. de ales in 2. metaph. c. 46. col. 1.
Formæ creatæ cadunt a prima forma, & simplicitate, & infinitate; & quia cadunt a simplicitate cadunt in numerum, & quia cadunt ab infinitate, ideo cadunt in imitationem. Alex. de ales in 2. metaph. char. 46. col. 1.

Formæ vt separabiles, & vniuersales.

Forma non separatur a materia, nisi ratione. Aristot. phy. 2. cap. 6. tex. 12. char. 32.
Forma, & materia non separantur a re, id est, actu, sed ratione. Arist. phys. 4. sum. 1. cap. 2. tex. 17. char. 81.
Formæ quædam post substantiam compositam manent, vt intellectus. Aristotel. 12. metaphysicor. sum. 1. capit. 3. text. 17. chart. 246.
Formæ a materia separatae simpliciter actus dicuntur, cum materiæ coniunctæ non actus, sed substantiæ appellentur. Ammon. in lib. de inter. char. 139.
Formam per se considerat Aristot. ideo formæ a materia separari possunt. Simp. in 2. phy. c. 104. col. 2.
Formam a materia cogitatione separare possumus, & ipsam intelligere, vt subsistat. Ioan. Gram. in 1. physico. char. 22. col. 3.
Forma sine materia non subsistit, materia vero, & si aliquando non sit sine aliqua forma, tamen quo ad propriam eius rationem, est sine forma. Io. gra. in pri. physico. tex. 66. char. 25. col. 4.
Formæ, quæ in anima rationali sunt, sunt imagines earum, quæ in imaginatione sunt. Ioan. Gram. in 1. de ani. tex. 16. char. 11. col. 2.
Formam nõ separari per se ponit naturalis philosophus, id est, non mutatur de materia in materiam, vt corpora mutantur de loco ad locum, sed eius separari est corruptio. Auer. in physico. 4. tex. 17. char. 59. col. 4.
Formæ vniuersales non indiuiduantur, nisi propter materiam. Auer. de somn. chart. 202. col. 1.
Formas separatas a materia transmutare impossibile est, & quia nihil aliud transmutat materiam, nisi quod

quod est in materia. Auer. in 5. metaphysicor. tex. 10. char. 84. col. 2.
 Formam separari a materia impossibile est. Auer. in 8. metaph. tex. 10. char. 99. col. 3.
 Formæ separatae non sunt substantiæ, nisi æquiuoce, nec sunt in genere, nec prædicantur de rebus, nisi æquiuoce. Alber. mag. in prædic. c. 36. col. 1.
 Forma, quæ est vniuersalis, siue sit accidentalis, siue substantialis, contingit composito, & non est compositum. Alb. mag. in sex princ. c. 66. col. 2.
 Formæ primus habitus non est separabilis a materia. Alb. mag. in 1. physic. ex 3. trac. cap. 4. char. 10. col. 4.
 Formæ separatio a materia est quædam vniuersumque corruptio. Albert. Magn. in 4. physicor. tract. 1. cap. 7. char. 42. col. 4.
 Forma quælibet facilius separatur ab innaturali sibi subiecto, quam a naturali. Albert. magn. in 2. meteor. tractat. 1. cap. 4. char. 95. col. 2.
 Forma quæcunque essentialiter est pars corporis, aut actus nullam vitæ actionem agens, nisi ex aliqua parte corporis, secundum esse non potest a corpore separari; quia si separaretur, separata nullam haberet vitæ actionem. Albert. Magn. in 2. de anima. tract. 1. cap. 4. char. 14. col. 1.
 Forma omnis, quæ multa per se operatur, siue, & illis vitatur corpore, siue non, est anima. Alb. magn. de veget. libr. 1. tractat. 1. cap. 9. char. 124. col. 3.
 Formas separatas mouere intellexit Plato, non quod omnino separatae moueant, sed licet sint in materia, non tamen mouent per hoc, quod sint in materia, & per virtutem formarum superiorum, quæ per se mouent, & non per qualitates, aut elementorum mixturas; & hæc operationes sunt, quæ nec sunt compositorum elementorum, nec compositionis ipsius secundum se, sed sunt formarum, vt sunt influxus ab intellectualibus, & separatis substantijs. Alb. Mag. de veg. & plant. lib. 6. tract. 2. cap. 1. char. 162. col. 3.
 Forma nulla est separabilis, nisi ea sola, quæ etiam incorruptibili materia secundum substantias, & potentias sibi essentielles, & operationes, iam in corpore manens separata est. Albert. magn. de natur. & orig. anima. tract. 2. cap. 12. char. 74. col. 4.
 Forma comparatione, quam habet ad rem, nunquam est vniuersalis; at ex comparatione, quam habet ad intellectum, in quo est, semper est vniuersalis: eo quod in eo ubique est, & semper. Albert. magn. de natur. & orig. ani. tract. 1. cap. 7. c. 70. col. 1.
 Forma, & natura nunquam est sic vniuersalis, nisi per hoc, quod est cuiuslibet secundum se. Alb. Mag. contra Auer. de vnit. intel. cap. 5. char. 82. col. 2.
 Forma est separabilis ratione, quia potest intelligi sine materia sensibili indiuiduante. D. Tho. 8. metaphysic. lec. 1. tex. 3. char. 586.
 Forma in quibusdam non separatur, vt forma domus non separatur a materia. D. Thom. 11. metaphysicor. lect. 2. tex. 1. char. 759.
 Formæ non sunt separatae a substantijs compositis, alioquin essent æternæ. D. Thom. 12. metaphysic. lec. 3. tex. 17. char. 845.
 Forma pura, & forma in separatis a materia non differt, quia sunt puræ formæ. Alexand. de Ales in 11. metaphysic. char. 322. col. 1.

Formæ vt substantiales, & naturales.

Formæ naturales generantur ex formis, vt homo ex homine; artificiales autem non: scamnum enim non generatur ex scamno. Aristotel. physicor. 2. cap. 6. tex. 13. char. 32.
 Forma natura est, sed forma & natura dupliciter dicuntur, priuatio enim quodammodo forma est, Aristot.

physic. 2. cap. 7. tex. 15. char. 33.
 Formam considerare debent naturales eouq; quo Medicus cognoscit neruum, id est, vsque ad vltimam formam, propter quam fecit materiam, id est ad formam hominis. Arist. physic. 2. su. 2. cap. 2. tex. 26. char. 36.
 Formas esse abstractas a substantijs, quarum sunt formæ, impossibile est. Aristot. 1. metaphysic. ex sum. 3. cap. 4. tex. 33. char. 29.
 Forma vna omnium existentium sub vna specie, substantialis in numero esse non potest. Aristot. 3. metaph. ex su. 2. cap. 3. tex. 13. char. 50.
 Forma & compositum sunt magis substantiæ, quam materia. Arist. 7. metaph. ex sum. 2. cap. 1. tex. 8. c. 130.
 Forma cuiusvis rei sensibilis non fit, nec quod quid erat esse eius fit, sed quod fit, vel ab arte, vel a natura, vel ab alia potestate, non est quidditas in se, sed quidditas in alio, & quoddam compositum ex alio. Arist. 7. metaph. cap. 7. c. 27. char. 140.
 Formæ materiales intelligibiles sunt, sed non sui natura, nec per se, sed intelligens ipse intellectus ipsas facit intelligibiles, se iungens ipsas a materia intellectu, & vt per se existentes accipiens. Alex. Aphrod. in 1. natur. quæst. cap. 25. char. 6.
 Forma naturalis substantia est, vt & natura; artificialis autem non est substantia, vt nec ars. Alex. Aphrod. de anim. lib. 1. cap. 2. c. 30. col. 3.
 Formæ materiales ab intellectu intelligibiles reducuntur, cum sint potestate intelligibiles. Alex. Aphrod. in 2. de ani. cap. 15. c. 44. col. 3.
 Forma naturalis est substantia, non est autem in subiecto vt forma artificialis. Alex. Aphrod. in 2. de anima. cap. 27. char. 46. col. 3.
 Formæ naturales absque materia definiri nequeunt. Alex. Aphrod. in 5. metaph. vel secund. Lat. 6. com. 3. char. 173. col. 2.
 Forma non est causa priuationis, sed per accidens, quia absentia formæ accidit priuatio. Alex. Aphrod. in 6. metaph. vel secundum Lat. 7. co. 18. c. 194. col. 1.
 Forma naturalis, ac materialis semper generationem constituit, & p̄bet ex simili. Them. in 2. phy. te. 14. c. 22. c. 1.
 Formæ naturales, & si quandoque cogitatione a materia eximantur, non tamen acti, aut substantia possunt eximi. Them. in 2. phy. te. 26. c. 22. col. 3.
 Forma sola in sempiternis est forma, & priuatio in naturalibus. Simp. in 1. physic. char. 67. col. 2.
 Formam naturalem, qui sciuerit, & cognouerit, materiam quoque tali corpori naturali subiectam sciet. Simp. in 2. phy. te. 26. char. 107. col. 2.
 Forma naturalis licet non omnis sit vitalis, differt ab anima ipsa impartibilitate, quia omnis forma impartibilis est. Simp. in 2. de ani. tex. 4. c. 24. col. 1.
 Forma, & materia corporis non sunt partes, sed elementa. Io. gra. in pri. phy. char. 17. col. 2.
 Formæ ex complexionibus non sunt, sed extrinsecus corporibus adueniunt. Ioan. gram. in prim. physicor. text. 82. chart. 30. colum. 2.
 Formis corporum compositorum non solum subiicitur qualitas quædam, id est, talis elementorum complexio, vel mixtio, sed etiam quantitas. Ioan. Gram. in 1. physic. tex. 35. char. 16. col. 2.
 Formæ substantiales per se difficillime sunt imaginatioe concipi, attamen separare eas ratio apta est. Io. gra. in 2. phy. tex. 19. char. 35. col. 2.
 Formæ materiales per se subsistere absque subiecto non possunt, sed semper compositæ sunt. Ioan. gramm. in pri. de gener. & corrup. tex. 8. char. 16. col. 3.
 Forma ad existentiam materiam cõfert; ad generationem eius, quod non est, nihil confert. Ioan. gram. in prim. de gen. & corr. tex. 22. co. 69. char. 33.
 Forma augetur, licet id, quod aduenit, materiam adueniat; facta enim appositione, & propulsione ipsi materiam

veræ accidit sub quacunque parte formæ, materia multiplicationem factam iri. Ioan. Gram. in 1. de generat. & corrup. tex. 35. co. 94. c. 56.
 Formæ materialium rationum sunt in anima nostra, quarum, quæ in imaginatione, diuisibiles sunt, quæ sunt in ratione, in diuisibiles, Ioan. Gram. in prim. de anim. tex. 16. char. 11. col. 2.
 Formæ substantiales elementorum intenduntur, & sunt mediæ inter substantias perfectas, & accidentia, cõtra Auicennam. Auer. 1. de coelo, tex. 67. c. 105. col. 2.
 Formæ rerum naturalium cum fuerint ablatae, auferuntur etiam materiam. Auer. 2. de anima, sum. 1. text. 8. chart. 128. colum. 2.
 Formæ consideratio inducens ad primam formam, est consideratio de ea, vt substantia. Auer. in 7. metaph. tex. co. 9. char. 75.
 Formæ substantiales solum habent genus, scilicet subiectum ex natura earum. Auer. in 7. metaphysic. tex. comm. 13. chart. 77.
 Forma non est generabilis, nec corruptibilis, nisi per accidens. Auer. in 7. metaph. tex. co. 23. char. 82.
 Formæ substantiales materiales, neque sunt actiue, nec passiuæ essentialiter. Auerroes in 7. metaphysicor. text. comm. 3. 1. char. 85.
 Forma quælibet in entibus naturalibus habet materiam propriam. Auer. in 8. metaph. tex. co. 11. char. 103.
 Forma non patitur vt forma a primo transmutante essentialiter, sed patitur per accidens. Auer. in 9. metaphysic. tex. co. 2. char. 107.
 Formæ sensibilium entium habent gradus in esse; & visus est esse earum in materiis, deinde esse earum in intellectu humano est dignius, quam esse earum in materiis; deinde esse earum in intelligentiis separatis est dignius, & nobilius, quam esse in intellectu humano. Auer. ex destr. destr. disput. 3. c. 26. col. 2.
 Formæ materiales cum abstrahuntur in anima a materijs suis, fiunt scientia, & intellectus. Auer. ex destr. destr. disput. 6. char. 38. col. 1.
 Formæ imaginatiuæ, a quibus proueniunt operationes animalis, determinatæ sunt, tanquam mediæ inter intellecta, & formas imaginatiuas intellectuales. Auer. ex destr. destr. disput. 16. c. 54. col. 1.
 Formæ substantiales nullæ inducuntur, nisi a virtute aliqua cœlesti. Albert. magn. de natur. loçor. distinc. 1. cap. 4. char. 44. colum. 1.
 Forma substantia est, substantiæ dans esse influxum a substantia primæ causæ, & intelligentiæ primæ, lumine, & motu animæ nobilis, quæ materiam dat esse nomen, & diffinitionem, & hoc habet in eo, quod est forma. Albert. Magn. de caus. & proces. vniuersa pri. cau. lib. 2. tract. 1. cap. 3. char. 200. col. 2.
 Formas naturales, quæ sunt vltimi fines, qui nititur accipere per diuisionem, errat. Alber. magn. de anim. lib. 11. tract. 1. cap. 1. c. 98. col. 3.
 Forma substantialis dupliciter consideratur, vt dat esse, & vt est principium operationum naturalium; & primo modo non comparatur secundum magis, & minus, sed secundo modo. Alber. mag. de animal. lib. 11. tract. 2. cap. 2. char. 99. col. 4.
 Forma substantialis duplex: quarum vna est diuisibilis, quæ est actus corporis habentis virtutem in corpore: alia nec diuisibilis, nec dimensa per materiam, nec actus, nec perfectio est alicuius corporis. Alb. mag. 2. de coelo. trac. 3. cap. 4. char. 14. col. 2.
 Forma cœlestis euecta sigillatur in anima somniatis tresdecim modis. Primo, cum non tangit, nisi virtutes motiuis, & non elucet, nisi implicite, & confuse, & sic non imprimitur, nisi audacia futura prædicendi. Secundo, cum affectus formæ, & motus præuenit ad animam secundum lucem indistinctam, & confusam, quæ determinari per sua simulachra nequit. Tertio, quod mo-

ueat adeo expresse, quod per metaphoras conuenientes exponitur, & hæc somnia sapietes interpretantur. Quarto, qui non tollitur super imaginationem acti, sed tantum somniat non metaphorica, vt res euenit. Quinto, cum iam mouet phantasiam, & ei videtur assistere aliquis explanans in figuris, & verbis. Sexto, cum mouet simulachra, sed elucet expresse intelligentiæ actus, vt aliquis doceat recte futuram significationem. Septimo, cum adhuc in somno apparent veræ, & expresse intelligentiæ, sine simulachris. Octavo, cum forma cœlestis est adeo fortis, quod mouet in vigilia auersum a sensibus, & retrahentem sensus in se, sed non ostendit se, nisi in simulachris obscuris. Nono, cum vigilanti auerso a sensibus occurrit imaginatio futurorum a forma cœlesti mouente per formas expresse facie adaptabiles, vt melancholicorum visa. Decimo, cum imaginationes sunt expresse, & aliquid luminis intellectus mixti impartibilis, quod est per modum instructis, & docentis. Vndecimo, cum ex imaginibus soluto intellectu elicit intellectus veras futurorum intelligentiæ. Duodecimo, cum videntur imagines rerum futurarum expresse, & est primus gradus prophetiæ. Tertiusedecimus, cum homo occulta per cœlestium instinctum sic accipit, vt non habeat de his intelligentiam sine magna sensuum auerfione; & est complementum prophetiæ. Albert. mag. de som. & vig. lib. 3. trac. 1. cap. 10. char. 37. col. 3.
 Formæ in generatione sunt diuersæ, & quædam sunt materiales nihil agentes, nisi ex principijs primarum qualitatium, aut ex his, quæ causantur ex mixtura earum, & absorptæ in materia, vt lapidis forma. Aliæ eleuantur supra virtutes principiorum commiscentium materiam, ita vt agant, non vnum per potentiam naturalem, sed plura, vt est anima vegetabilis. Aliæ sunt formæ, quæ habent operationes, & passiones in nullo communicantes, cum materia, vt anima sensibilis, quæ accipit formam sensibilis sine materia, propter quod etiam has formas agens, distinctum esse a materia oportet; & cum materia sit in femina, oportet vt actiuum principium generationis animalium sit extra eam, adeo oportet causari masculinum, & hoc est quod ait Arist. masculinum esse propter animam sensibilem in animalibus, non autem propter vegetabilem. Alber. mag. de animal. lib. 26. trac. 1. cap. 17. c. 141. col. 4.
 Forma non secundum omne esse natura corruptibilis est, sed tantum secundum esse acti, quod habet in hoc generabili, & corruptibili; secundum esse autem in potentia, non corrumpitur in isto; secundum vero esse in actu, quod habet in efficiente, quod per se mouet, & non per accidens, qualis causa est motor primus, non corrumpitur per aliquid modum per se, vel per accidens: & sic est ante potentiam materiam substantia, ratione, & tempore; & sic est principium, & ad ipsam educendam in similem formam efficienti secundum conuenientiam aliquam ponitur efficiens, & finis. Albert. magn. in pri. metaph. trac. 3. cap. 2. c. 62. col. 1.
 Forma, & vnitas idem sunt intellectu, quia vnitas est qua quælibet res est vna, & per formam res est vna; & sic intellectus unitatis comprehendit intellectum formæ; & alium modum habet vnitas alium forma, quia in se considerata est vnitas, sed considerata prout eius proprietates est esse, quod dat rei, est forma: esse dico formæ proprietatem potius quam defectum, quia esse nihil aliud est, quam diffusio formæ in eo, quod actu existit, & sic simplicior est unitatis modus, quam formæ. Albert. magn. in 1. metaphysic. trac. 4. cap. 2. c. 65. col. 4.
 Forma secundum esse non est ante rem, cuius est forma, nec aliud est intellectus eius, & aliud esse eius, sed idem. Alb. mag. in 3. metaph. trac. 3. cap. 11. c. 86. col. 2.

Forma nec generabilis, nec corruptibilis est, nec mobilis, quia quicquid secundum essentiam non fit per motum, vel generationem, Supponitur esse ante omnem motum, & ante omnem generationem, secundum essentiam non fit per motum, vel generationem. forma autem essentia esse supponitur in materia ante omnem motum, & generationem. Albert. magn. in 3. metaph. trac. 3. cap. 16. char. 87. col. 2.

Formæ rerum naturalium se habent ad lumen intelligentiæ agentis in natura, vt formæ artificiorum ad intellectum practicum artificis: quia forma naturalis si resoluitur ad principia formalia, resoluitur in digerens, & terminans calidum elementum, & spiritum corporeum, qui vehiculum est virtutum agentium ingenerabilium materia: & si ulterius resoluitur, resoluitur in radios, & angulos radiorum coelestium informantis calidum digerens, & terminans, & spiritum, qui est instrumentum virtutum generantium; & si ulterius resoluitur, resoluitur in motus corporum, hos radios ad locum generationis mittentium: & ulterius si resoluitur, stabit in lumine intelligentiæ agentis, & informantis omnia ista; & in illo est secundum formalissimum, & simplicissimum esse suum, ubique & semper, & ita nulla formarum substantialium cedit in non esse. Albert. Magn. in 4. metaph. trac. 3. cap. 9. char. 96. col. 2.

Forma in intellectu per informationem, vt forma, in subiecto non est, sed vt in loco specierum. Alber. magn. in 4. metaph. tract. 3. cap. 9. c. 96. col. 2.

Forma corporis, quocumque modo est forma corporis, secundum esse non separatur a materia, vt materia secundum actum non separatur a forma. Alb. mag. in 5. metaph. tract. 2. cap. 4. char. 104. col. 3.

Forma & si non est causa, vt materia sit substantia, tamen est causa, quare materia sit actu; quia forma dat materiam esse in actu, vt est forma: & ideo per successionem formarum semper est actu. Albert. Magn. in 5. metaph. trac. 2. cap. 4. char. 107. col. 3.

Forma aliquo modo prior est materia prioritate causæ; quia licet non sit causa materiam, vel substantiam in eo quod materia, vel substantia est: tamen est causa esse materiam, & non est causata ab ea. Alb. mag. in 5. metaph. trac. 2. cap. 4. char. 104. col. 4.

Formæ quod attribuit materiam sub diuersitate dispositionum, sicut sub diuersitate meritorum, est motus cœli commiscens, & in diuersas dispositiones agens materiam. Cum enim intelligentiæ luminum dent formas intelligentiæ cuiuslibet, cuiuslibet motui orbis attribuit materias differentes, vt indefinenter dare possit suas diuinas bonitates intelligentiæ. & sic patet, quod propter formæ diuersitatem, est diuersitas materiam, & diuersitas dispositionum eius. Alb. mag. in 5. metaph. trac. 2. cap. 4. char. 104. col. 4.

Formæ rerum per hoc habent esse in anima, quod sunt lumen quoddam intelligentiæ agentis, & vt tale lumen, non habent oppositum. Alb. mag. in 6. metaph. trac. 3. cap. 1. char. 119. col. 3.

Forma substantialis, quæ vere substantia est, non proprie dicitur elementum, sed principium, & causa proprie vocatur, quia ipsa totius esse est causa, & principium, & aliquo modo finis. Alb. mag. in 7. metaph. trac. 3. cap. 10. c. 133. col. 4.

Forma licet secundum se sit prior materia, tamen in substantiis, quæ vere naturales sunt, determinatæ actione, & passionis contrariorum, posterior est forma, quia conceptæ sunt cum materia, & in eis recipitur in definitionibus earum, & in eis præcedit potentia actum. Alb. mag. in 12. metaph. trac. 1. cap. 1. char. 164. col. 1.

Forma substantialis, a qua sumitur differentia, tripliciter consideratur: vt forma esse conferens; vt differen-

tia: vt actionis substantialis principium. & hæc dupliciter ex parte formæ, quæ actionis est principium, & ex parte compositi. Alb. mag. in præd. c. 20. col. 1.

Forma & materia sunt substantiæ, vt principia essentialiter substantiam constituentia, & non sunt in substantia secundum rectum ordinem prædicamenti, sed vt substantiæ principia. Alb. mag. in præd. c. 36. col. 4.

Forma prout est pars, & principium compositi, de generibus, speciebus, ac indiuiduis non prædicatur. Alb. mag. in præd. char. 41. col. 1.

Formarum alterationes nisi per quantitatem sunt receptibiles in substantia. Alb. mag. in præd. c. 42. col. 2.

Forma corrupti mutatur, dum abijcitur. Alb. mag. in sex princ. char. 78. col. 3.

Forma naturalis, & si sit simplex, triplex tamē habet esse: vnum enim habet in priuatione, quod est formæ confusæ, & imperfectæ: aliud in motu ipso, in quo est actus, & potentia, & hoc esse est fieri; tertium autem esse se habet, quando ipsa est terminus motus, quod est esse quietum, ac perfectum. Alb. mag. in 2. phys. trac. 2. cap. 2. char. 20. col. 2.

Formæ substantiales sunt simpliciter simplices, sine quantitate, nec maiores in maiori parte materiam suam, nec minores in minori; nec habent medium, propter quod fit motus ad extremum ipsam. Alb. mag. in 5. metaph. tract. 1. cap. 4. c. 61. col. 4.

Forma substantialis corporis fm ordinem naturæ consequens est corporeitatem indeterminatam dimensionum. Alb. mag. in 1. de celo. tract. 3. cap. 4. ch. 14. col. 3.

Formæ substantiales, quæ sunt perfectiones vltimæ in natura, nec remittuntur, nec intenduntur. Alb. mag. in 3. de celo, tract. 1. cap. 8. c. 52. col. 1.

Formati pars quæ augetur, habet materiam sibi determinatam, in qua formatur, quæ est ex humido radicali, & seminali sumpta, vt est humidum, ex quo formatur membra organica, & totum naturale corpus, cui anima prius infunditur, & membra illa formantur per virtutem, quæ est in semine diffusum in omnibus partibus; & virtus illa remanet in membris & operatur in humido nutrimentali ad similitudinem membri, quod nutritur. Est enim humidum quoddam ex primo semine diffusum in omnibus partibus ex semine primo formati, cui additur humor ex nutrimento sumptus. & per virtutem membri quantum fieri possit assimilatur, & additur parti materiam, & multiplicata materia extenditur quantitas membri, & figura; & fit augmentum; forma tamen seruat in primis radicalibus, & quamuis fiat in illis deperditio, restauratur tamen ab humido nutrimentali, quod extraneum est: & sic continuo exsiccat humidum in quo fuit calor, vt in subiecto proprio, & corrumpitur indiuiduum. Quæ tamen corruptio differt per humidum nutrimentum, quod additur humido seminali. Alb. mag. in 1. de gen. & cor. tract. 3. cap. 8. c. 65. col. 4.

Formæ naturales duplices sunt. Vna, quæ magis sequitur naturam corporis naturalis, in qua est forma non eleuata supra ipsam, & potentia eius; & hæc proprie natura appellatur, nec agit nisi vnum. Alia est magis vicina causæ vniuersali agenti primæ, quæ oēs formas agit, quæ est essentia incorporea mouens, & perficiens corpus, quæ habet imprimere in naturam totam, eo quod ordine naturæ supra naturam est ois formæ corporeæ, & hæc vocatur aia. Alb. mag. 2. de ani. trac. 1. c. 3. c. 13. c. 3

Formarum practicarum ordo in omnibus intelligentiis est, quod formæ in materia generabilium per ipsas descendant, & sunt formæ in omnibus eadem, sed in inferioribus magis, & magis determinatæ. Alb. magn. ex 1. de intel. & intel. tract. 1. cap. 4. c. 10. col. 4.

Forma substantialis non percipitur sensu, sed intellectu, quia quicquid est primum obiectum, est intellectus, calidum ergo non est ignis forma substantialis. D. Tho.

de sens. & sens. lect. 10. char. 12. columna prima.

Forma substantialis, nulla sensibilis est per se, sed solo intellectu comprehensibilis. Diuus Thomas de natura. lumi. opusc. 2. 1. char. 84. colum. 1.

Formalis diuersitas obiecti diuersificat habitum, non autem materialis. D. Thom. in post. c. 74. colum. 3.

Formæ substantiales non sunt contrariæ licet differentie in genere substantiæ sunt contrariæ, secundum quod vna accipitur cum priuatione alterius, vt animatum, & inanimatum. Diuus Thomas in prim. phys. lect. 13. tex. 68. char. 13. colum. 2.

Formæ substantiales, si essent ad aliquod, ea, quæ per formas substantiales terminantur, ad aliquod essent. D. Thom. in 7. de celo. lect. 9. tex. 43. ch. 64. colum. 1.

Forma nulla substantialis est sensu perceptibilis, sed solum intellectu. Diuus Thomas in prim. de generat. & corrupt. lect. 8. tex. 18. char. 8. colum. 4.

Formæ sensu perceptibiles sunt qualitates speciei, & ob id dicuntur passibiles, quia sensibus inferuntur passionibus. D. Thom. in 1. de gener. & corr. l. 8. tex. 18. c. 8. col. 4.

Formæ substantiales omnes differunt secundum magis, & minus perfectum. Diuus Thomas in prim. de generat. & corrupt. l. 8. tex. 18. c. 8. colum. 4.

Formæ substantiales differunt secundum perfectius, & imperfectius. Diuus Thomas in prim. de generat. & corrupt. l. 10. tex. 24. c. 10. colum. 4.

Formæ, & speciei non deberur locus, nisi ratione materiei. Diuus Thom. in prim. de generat. & corruptio. lect. 15. tex. 36. char. 14. colum. 2.

Forma substantialis qualibet propria dispositionem acquirat in materia. Diuus Thomas in prim. de generat. & corrupt. l. 24. tex. 84. c. 22. colum. 4.

Formæ substantiales sunt in materia, non in subiecto. D. Tho. in 1. de gener. & corr. l. 24. tex. 84. c. 23. col. 1.

Forma omnis recipiēs magis, & minus est diuisibilis per accidens, in quantum subiectum potest ea magis, vel minus participare. Diuus Thomas in prim. de gener. & corrupt. l. 24. tex. 84. c. 23. colum. 1.

Formarum substantialium simplicium corporum virtutes sunt in mixtis, non actu, sed virtute. D. Thomas in prim. de generat. & corr. l. 24. tex. 84. c. 23. colum. 1.

Formæ substantiales sunt ignoræ nobis, quia insensibiles, ideo per qualitates, quæ sunt principia immediata transmutationis, exprimentur. D. Thom. in pri. de generat. & corrupt. l. 2. tex. 6. char. 25. colum. 2.

Forma substantialis differt a forma accidentali, quia forma accidentalis non facit ens actu simpliciter, sed ens actu tale, vel tantum: forma substantialis facit ens actu simpliciter, & non aduenit subiecto iam præexistenti in actu, sed existenti in potētia tantum, id est, materiam primæ. D. Thom. in 2. de ani. l. 1. tex. 4. c. 20. colum. 4.

Forma substantialis vna tantum vnus rei est, alioquin se cunda adueniret enti in actu, quod est impossibile. D. Thom. in 2. de anima. lect. 1. text. 4. c. 20. colum. 4.

Forma substantialis est de essentia subiecti. D. Thomas in 2. de anima. l. 1. tex. 6. c. 20. colum. 2.

Forma in naturalibus terminat quantitatem, & hæc est principium speciei magis quam materia. D. Thomas in 2. de anima. l. 8. tex. 41. char. 29. colum. 1.

Forma substantialis non est sensibilis, nisi per accidens. D. Thom. in 7. metaph. l. 2. text. 8. char. 436.

Formæ substantiales sunt a generantibus naturalibus nõ a formis separatis. D. Thom. 7. metaph. l. 8. tex. 3. ch. 488.

Formæ naturales sunt de genere substantiæ. D. Thomas 8. metaph. l. 3. text. 9. char. 196.

Forma rerum sensibilibus, non est præter materiam, quamuis aliquid sit præter materiam. D. Thomas 11. metaph. l. 2. text. 1. char. 759.

Formæ substantiales non sunt sensibiles per se. D. Tho. 11. metaph. lect. 12. char. 828.

Formæ substantiales, non possunt esse contrariæ, quia

contraria sunt extrema quædam cuiusdam determinatæ distantia, & quodammodo continuæ, cum sit motus de vno contrario in aliud. Diuus Thomas 11. metaph. lect. 12. char. 828.

Forma substantialis, vt in se cõpletur, constituit speciem in genere substantiæ; ac vt vna forma habet priuationem alterius formæ, sic diuersæ formæ sunt contrariarum differentiarum principia; nam priuatio quodammodo est contrarium. D. Thom. 11. metaph. l. 12. char. 828.

Formæ in infinitum multiplicari possunt materialiter, non formaliter, quia formæ differentes solum numero non habent ordinem, nisi accidentalem: in ordinatis autē accidentaliter potest esse infinitum in potentia, & si generatio duraret in infinitum, tunc potuissent tales formæ multiplicari in infinitum. Alexander de Ales in 2. metaph. char. 46. colum. 2.

Forma non est per se plurificabilis nisi per materiam. Alexan. de Ales in 5. metaph. tex. 12. c. 118. colum. 3.

Forma ita substantificatur per essentiale, vt materia per posse. Alex. de Ales in 7. metaph. text. 7. c. 189. col. 4.

Forma substantialis est actus, sed non ois actus, sed actus primus. Alex. de Ales in 7. metaph. tex. 7. c. 189. col. 1.

Forma substantialis, quæ disponit materiam ad formam substantialem nondum in essentia, duplex habet esse: interminatum dum est in fieri, & terminatum dum est in facto esse, & quo ad vltimum præcedit accidens. Alexander de Ales in 7. metaph. tex. 7. c. 190. col. 3.

Forma substantialis non suscipit magis, & minus. Alex. de Ales in 8. metaph. text. 10. char. 253. columna 1.

Formæ naturales duplex esse habent; vnum in materia, aliud in intellectu motoris primi. Alexander de Ales in 11. metaph. text. 15. char. 333. columna 2.

Formæ an fiant, moueantur, & earum finis.

Forma nec mouet, nec mouetur, aut locus, aut quantitas. Arist. phys. 5. cap. 1. tex. 3. char. 124.

Formæ passionibus, & locus, ad quæ mouentur ea, quæ mouentur, immobilia sunt. Arist. phys. 5. c. 1. tex. 5. c. 124.

Formam non fieri, sed compositum, non solum ostendit ratio de substantia, sed de omnibus prædicamentis. In omni enim, quod fit, oportet præexistere materiam, & formam: sed in hoc differt, quia cum generatur substantia, semper præexistit altera substantia actus; in accidentibus autem non est necessarium, quod præcedat aliquod actu; sed potentia solum. Aristot. 7. metaph. cap. 11. tex. 32. char. 143.

Formæ sunt sine generatione, & corruptione sui, quia non generantur, nec corrumpuntur, sed compositum. Aristot. 8. metaph. cap. 7. tex. 14. char. 170.

Forma omnis quæ fit, aliquo modo prius fuit in fieri, & in moueri. Aristot. 9. metaph. cap. 3. tex. 14. c. 186. col. 1.

Forma non fit, nec materia vltima, quia omne, quod transmutatur, ex aliquo, id est, materia transmutatur: & ab aliquo, id est, a primo mouente: & in aliquo, id est, forma; & si fieret, daretur processus in infinitum, igitur stare in aliquo oportet. Aristot. 12. metaph. sum. 1. cap. 3. tex. 12. char. 245.

Forma quæcunque fit, ex simili sibi fit, quia omne quod fit, vel fit ab arte, vel a natura, vel a fortuna, vel a casu; & ars, & a natura sibi simile faciunt. Aristoteles 12. metaph. sum. 1. cap. 3. text. 13. char. 246.

Forma non mouet, nec mouetur, intelligitur de forma substantiali, quæ est finis generationis, & qualitatis, quæ sunt finis motus alterationis: & non mouet formam, nec mouetur, quoniam motor, & motum compositum est a materia, & forma. Aueroes physicorum 5. text. 3. char. 96. colum. 1.

Formas qui fingit in scientia naturali moueri, non est cū eo loquendum in naturali scientia. Aueroes phys. 5. text. 5. char. 96. colum. 2.

Forma fit per accidens, quia cum fit aliquid habens formam, fit forma per accidens. Auer. in 7. metaph. tex. com. 26. char. 83.
 Forma non generatur per se. Auerr. in 7. metaph. tex. com. 31. char. 85.
 Forma non generatur, nec corrumpitur, sed compositum. Auer. in 8. metaph. tex. co. 8. c. 102.
 Forma si generatur, esset composita ex materia, & forma. Auer. in 12. metaph. tex. com. 12. c. 140.
 Forma non comprehenditur secundum sensum, sed secundum suam actionem; & ideo non comprehenditur, nisi ab intellectu. Auer. in 12. metaph. tex. com. 14. char. 141.
 Formata, quæ est in quolibet, operatur comparatione intelligentiæ, non operatione naturæ. Alb. mag. ethi. 6. tract. 2. cap. 16. c. 74. col. 4.
 Formarum duplex est finis; alius generationis, alius rei generatæ; finis generationis est forma dans esse; finis rei generatæ est operatio propria cuiuslibet animalis, & cuiuslibet membri animalis. Alb. magn. de ani. l. 1. tract. 2. cap. 4. c. 100. col. 3.
 Forma proprie non fit, sed compositum, & formæ educuntur de potentia materiæ, ut materia, quæ est in potentia ad formam, fit actu sub forma, quæ est facere compositum. D. Tho. 7. metaph. l. 7. tex. 27. c. 478.
 Forma nec materia generantur nisi per accidens. Diu. Tho. 8. metaph. l. 1. tex. 3. c. 586.

Forma ut est causa, & ut habet esse.

Forma & finis idem est. Aristo. de gen. anima. 1. cap. 1. char. 95.
 Forma, & materia sunt vnum, quia forma est in actu, materia est in potentia. Aristo. 8. metaph. cap. 8. tex. 15. char. 171.
 Forma omnis, ac entelechia ad aliquid refertur, anima autem entelechia ad corpus refertur. Alex. aphr. in 2. de ani. cap. 4. ch. 43. col. 4.
 Formarum locus anima est. Alex. aphr. in 6. metaph. vel secundum lat. 7. co. 21. c. 196. col. 1.
 Forma, & materia iugata non amplius est natura, sed ex natura. Them. in 2. phy. tex. 12. c. 21. col. 4.
 Forma ut est causa mutationis ad esse, ita priuatio est mutationis causa ad non esse. Simpl. in 1. physicor. char. 75. col. 1.
 Forma & finis in naturalibus sæpe eadem sunt. Simpl. in 2. phys. char. 128. col. 1.
 Formam qui cognoscit, & id, quod ea priuatum est, cognoscit, tanquam non participans de illa. Simp. in 3. de ani. ex sec. 2. tex. 25. c. 67. col. 3.
 Forma, & finis sunt idem numero, & solo habitu, & ratione differunt. Io. gram. in 2. phy. tex. 71. c. 46. col. 2.
 Formæ rationem habent superiora, inferiora materiæ. Io. gram. in 4. phys. ch. 86. col. 3.
 Forma, & materia ad aliquid sunt. Io. gram. in 1. de ani. tex. 15. ch. 10. col. 4.
 Forma causa est vniuersalis, & perfectionis materiæ, & subiecti, ipsum enim continet. Io. gram. in 2. de ani. tex. 1. ch. 35. col. 2.
 Formas plures naturales esse, est materia, & fundamentum per se manifestum, quod ponit naturalis. Auer. in phys. 2. tex. 21. ch. 27. col. 1.
 Forma existente, necesse est, ut prius fuerit materia, & agens. Auer. in phy. 2. tex. 74. c. 36. col. 1.
 Forma non sequitur naturam materiæ necessario. Auer. in phy. 2. tex. 74. ch. 36. col. 1.
 Forma inuenitur per materiam efficiens subiectum, & sic accidentia. Auer. in phys. 3. tex. 65. c. 54. col. 3.
 Forma si adest, & materiam adeste priorem ei necessario oportet. Auerroes 2. physicor. ex media expof. char. 202. col. 1.

Forma est innata prædicari de pluribus, & inueni in pluribus materijs. Auer. 1. de celo, tex. 92. c. 29. col. 2.
 Forma debet accipi in definitionibus secundum dispositiones, in quibus existit. Auer. 1. de ani. te. 16. c. 11. c. 3.
 Forma & accidens, æquiuoce dicuntur esse in subiecto. Auer. 2. de anim. sum. 1. tex. 4. ch. 127. col. 2.
 Formæ extra animam habent esse corporale purum, in anima spirituale purum, in instrumentis sensuum, medium inter spirituale, & corporale. Auer. de sens. & sens. ex paraph. ch. 197. col. 1.
 Forma est melior alijs causis, quia scientia rei per formam est melior scientia rei per aliam. Auer. 3. metaph. tex. 3. char. 20.
 Formæ si sunt permanentes, & scientia erit permanens. Auer. in 4. metaph. tex. com. 22. c. 43.
 Formam eandem in re æterna, & corruptibili esse impossibile est. Auer. in 10. metaph. tex. co. 25. c. 129.
 Formæ artificiales non sunt abstractæ, quia vel sunt in anima, vel in materia. Auer. in 12. metaph. tex. com. 14. char. 142.
 Formæ aduenientes post mixtionem elementorum & eorum temperaturam, ut sunt formæ vegetabilium, & hominis, habent suum esse propter animam rationalem, & anima rationalis propter nobilitatem, ut res se habet in corporibus cœlestibus. Auer. epitom. metaph. tract. 4. ch. 185. col. 2.
 Forma perficit, & actus perficit; forma perficit, ut finis eius, quod est in potentia; operatio, & actus perficit, ut est finis formæ, & est ab ipsa, ut a causa. Alb. mag. in 4. de celo. tract. 2. cap. 1. c. 55. col. 2.
 Forma in effectu non habet esse, nisi per hoc, quod est in materia fundata. Alb. mag. de caus. & process. vniuers. a caus. l. 1. tract. 1. cap. 10. c. 189. col. 3.
 Forma & finis in naturis non solum præcedunt in definitione potentia, sed etiam tempore. Alb. mag. de ani. l. 1. tract. 1. cap. 2. ch. 97. col. 1.
 Forma non fit in anima nisi per hoc, quod liberatur a materia, & materiæ conditionibus. Alb. magn. ex 2. de intel. & intel. cap. 1. c. 53. col. 1.
 Forma ex quo in potentia est in anima, & non in effectu, non efficitur in anima, nisi actu alicuius agentis, & cum hoc non sit nisi lumen intelligentiæ, ideo ab ipso lumine intelligentiæ efficitur. Alb. mag. in 2. de intel. & intel. cap. 1. c. 53. col. 3.
 Forma ad esse in anima intellectualem, non indiget, nisi lumine intelligentiæ agentis, quod fuit in anima, & esse intellectualem formarum generatur in anima. Alb. mag. ex 2. de intel. & intel. cap. 1. c. 3. col. 3.
 Forma aliqua, quæ est in corpore, non contingit esse in corpore contra naturam, sed potius ab effectu formæ priuante, vel habitudinem principiorum formæ, quæ determinat corpus ad perfectum. Alb. magn. ethic. 1. tract. 2. cap. 5. ch. 5. col. 1.
 Formæ definitionem non ingreditur compositum, sed materia. D. Tho. 2. de ani. l. 1. tex. 4. c. 20. col. 4.
 Forma, & finis generationis incidunt in vnum numero: agens incidit cum eis in idem specie, non in idem numero: materia, nec in idem specie, nec in idem numero. D. Tho. 7. metaph. l. 6. tex. 22. c. 469.
 Formæ non habent proprium esse, sed in proprijs materijs, ut nec accidentia non habent esse perfectum, nisi secundum quod sunt in substantia. D. Tho. 7. metaph. lect. 9. tex. 34. ch. 495.
 Forma ut sit definibilis, requiritur, ut possit resolui in genus, & differentiã. Ale. de ales in 8. meta. te. 10. c. 151. c. 3.
 Forma de se non est nisi intelligibilis, sed quod sentitur, & intelligatur, non habet nisi ut est in materia. Alex. de ales 12. metaph. tex. 14. c. 333. col. 3.
 Forma habet triplex esse; vnum in intellectu motoris, vel intelligentiæ, & hoc est, ut esse formarum in intellectu artificis; secundum in virtute cœli, & est ut esse formæ

formarum in instrumento, quo mediante agit artifex; tertium esse habet forma in materia. Alexand. de Ales 12. metaph. tex. 39. char. 344. columna 2.

Forma ut est in materia, & de ipsa educitur, & recipitur.

Formæ nullæ, quarum materia est receptiua, absque materia existere possunt, nec materia sine aliqua forma, sed quoad existentiam inseparabilia sunt. Alexan. aphrod. natur. quæst. cap. 11. char. 8.
 Formæ successiue corrumpuntur ex materiæ in ipsas mutatione. Alex. aphr. 1. natur. quæst. cap. 26. char. 6.
 Forma sine materia maxime est intelligibilis. Alexander aphrod. pri. natur. quæst. cap. 25. char. 6.
 Forma eadem in maiori materia maior est ea, quæ in minori existit. Alex. aphrod. de ani. c. 60. col. 4.
 Formarum, quæ in materia sunt, nulla potest per se subsistere, siue simplicis, siue compositi corporis esse deprehendatur. Alex. aphr. de ani. cap. 2. c. 30. col. 3.
 Forma non est sempiterna, nec semper eadem manet in materia, sed fecernitur, & inter huiusmodi est forma omnis materialis. Alex. aphr. in 4. metaph. vel secundum latin. 5. cap. 16. char. 40. col. 1.
 Forma per se actu absque materia esse non potest. Alex. aphr. in 7. metaph. vel 8. cap. 1. c. 220. col. 2.
 Forma cuiusvis rei artificialis sine tempore, & in instanti ponitur, ut vltima tegula absque tempore, & in instanti ponitur in domo. Alexander aphrod. in 6. metaph. vel secundum lat. 7. co. 17. ch. 193. col. 1.
 Formarum locus anima est. Alexander aphrod. in 6. metaph. vel secundum lat. 7. cap. 11. char. 196. col. 1.
 Forma domus, quæ in anima ædificatoris immaterialiter inest, est ars. Alexander aphrod. in 6. metaph. vel secundum lat. 7. com. 25. char. 199. col. 1.
 Formæ artificiosorum non sunt in substantia, sed in intelligentia, & cogitatione. quamobrem nec per generationem, & temporaneum spatium, aut omnino per aliquam subiecti mutationem illis esse suppeditatur, nec per interitum, non esse. Alexander aphrod. in 11. metaph. vel 12. co. 8. char. 286. col. 2.
 Formæ receptio fit in materia secundum naturalem aptitudinem. Simp. in 1. phys. char. 102. col. 1.
 Formæ collocatio in materia perficit compositum. Simp. in 3. de ani. tex. 7. c. 60. col. 1.
 Formæ cum in aliquo maiore subiecto extenduntur, maiores euadunt. Ioan. grammar. in 1. phy. c. 60. col. 2.
 Forma non recipit ab efficiente quod non patitur. Ioan. grammar. in 1. phys. c. 16. col. 2.
 Forma eadem in diuersa materia non nascitur, vniuersusque enim formæ propria est materia. Ioan. gram. in 1. de anima. tex. 53. c. 24. col. 3.
 Forma a quo provenit, ab eo quoque proueniunt accidentia formam sequentia. Auer. phy. 8. tex. 32. c. 168.
 Formæ omni existenti in materia contingit diuisibilitas, vel possibilitas, scilicet potestã diuidendi ex parte materiæ. Auer. phy. 8. tex. 78. char. 193. col. 2.
 Formam solum quam recipit receptabile necesse est inreceptibili non esse, sed non ut non habeat formam omnino. Auer. 3. de celo, tex. 67. c. 105. col. 2.
 Formæ non recipiuntur in humido. Auerroes de mem. & rem. char. 199. col. 2.
 Forma aliqua, vel priuatio, si esset essentialiter in materia, non reciperet omnes formas. Auerroes in 7. metaph. tex. com. 8. c. 75.
 Forma est in materia per essentialiam confusam, & ipsa est eadem numero extra per virtutem formatiuam immixtam in materiam, quam tangit agens, vel mediate, vel immediate: mediate, ut orbis mouet inferiora per aerem, & ignem: immediate, ut semē masculinum mouet sanguinem, & semen foemininum immixtum in

ipso, ut coagulum immixtum lacti. A. Ibertus magn. in pri. physic. ex 3. tract. cap. 15. c. 14. col. 3.
 Forma causa est materiæ secundum quod est in actu, & non secundum esse materiæ, nec secundum quod est materia; quia quod fit in materia non habet a forma, sed a seipsa: quod autem fit in actu, a forma habet, non a seipsa. Alb. mag. in 2. phys. tract. 2. cap. 6. c. 21. col. 4.
 Formæ desiderium est inchoatio in materia, quæ educitur de ipsa. Albertus magnus in prim. de generatio. & corrupt. tract. 1. cap. 23. char. 62. col. 4.
 Formæ omnes in materia sunt per inchoationem, & non per coadunatum habitum, quarum illa potentia suscipibilis est, & ideo potentia illa imperfecta habituali omnes habet: actu distincto, & determinato nullam habet. Alb. mag. in 1. de ani. tract. 2. cap. 14. c. 11. col. 2.
 Formæ, quæ sunt in materia prima, & formæ, quæ sunt in intellectu possibili, non sunt eadem: sed quatuor modis differunt. Primo, quia formæ intelligibiles sunt in intellectu possibili, ut in magis formali per ipsas determinato: formæ autem in materia prima sunt sicut in materiali, in quo subsistere habent. Secundo, quia formæ vniuersales simplices sunt comparatæ ad intellectum possibilem, formæ particulares, & hic, & nunc existentes sunt comparatæ ad materiam. Tertio, quia potentia materiæ non est determinata ad ens intellectuale; naturæ, secundum quod est primæ materiæ: potentia autem intellectus possibilis est determinata ad ens, intellectuale nature: & ideo natura materiæ non illustrat sua luce super formas, quæ sunt in ipsa, sed remanet in tenebra priuationis omnis formæ: natura vero possibilis intellectus super formas, quæ in ipsa sunt, illustrat, & ideo omnes eas discernit. Quarto, quia formæ in intellectu possibili existentes non sunt indiuiduatæ, quia sibi non vniuntur, ut subiecto, nec vt materiæ: & ideo intellectus non obligatur alicui earum, ut materia, & instrumentum, in quo, & per quod forma suas exercent operationes, sed libere operatur circa eas: materia autem formas, quæ recipit, ut subiectum recipit; & ideo diuiditur per formas in partes, & efficitur per partes obligata cuilibet formæ, & exercet operationes suas in ea, ut in instrumento, & subiecto. Albertus magnus in secundo de anima. trac. 2. cap. 13. char. 39. col. 2.
 Forma & si secundum Peripateticos ducitur de materia, non tamē fluere dicitur, sed potius produci. Albertus magnus de caus. & process. vniuers. a prim. cau. libr. 1. tract. 4. cap. 1. char. 194. col. 4.
 Forma omnis, quæ in nullo est separata secundum se, est tota in materia. Albertus magnus de motibus anima. lib. 1. tract. 1. cap. 42. char. 42. col. 2.
 Forma omnis dat esse in eo, quod est forma, siue sit concepta cum materia, siue separata. Albertus magnus de mor. & vit. tract. 1. cap. 2. char. 58. col. 4.
 Forma omnis, quæ est in materia, corruptibilis est. Alb. mag. de mor. & vit. tract. 2. cap. 3. char. 60. col. 2.
 Formæ exteriorum nõ agunt, nisi prout sunt intellectus quidam, & agunt sub lumine intelligentiæ agentis, quod est in ipsis, & agere possunt in possibilem intellectum. Albertus magnus in secun. de intellect. & intel. cap. 3. chart. 89. col. 4.
 Forma eadem est in intellectu possibili, & in materia, sed in intellectu nullam accipit indiuiduationem. Albert. mag. in 2. de intellect. & intel. cap. 4. c. 54. col. 2.
 Formam quidquid recipit, recipit eam secundum propriam recipientis potestatem. Alber. mag. de natur. & orig. ani. tract. 2. cap. 6. c. 73. col. 2.
 Formam nullam in materia esse, Epicurei dixerunt, quia generationem dixerunt esse alterationem, idcirco intentione materiæ non est per analogiam ad formam determinatam, propter hoc intetio communis abstracta per intellectum ab huiusmodi materia nõ habet rationem

mem generis, quia nulla potestas habet in se differentiam, sicut nulla potestas materiæ, quam ponunt, in se habet formam. Alb. mag. in 3. metaph. tract. 2. cap. 2. ch. 79. colum. 4.

Formas non educi e materia dixerunt Stoici, quia datas ab extrinseco datore supposuerunt, & per consequens eas non esse actus, & determinationes, & causas, & principia completa potestatum materiæ. Alb. magn. in 3. metaph. tract. 2. c. 79. col. 4.

Forma ut est in multis, multiplicatur per aliud; ut est de multis est vna per se, & secundum rationem non habens ex se diuersitatem numeri. Et licet sit vna fm originē, & in se, & secundum quod est de multis, tamen cuiuslibet harum vnitate annexa est aliqua pluralitas. Alb. mag. in 3. metaph. tract. 13. cap. 12. c. 86. col. 3.

Formæ omnes potentia insunt in materia; & per motum deducuntur de ipsa. Alb. mag. in 3. metaph. tract. 3. ca. 11. ch. 86. colum. 2.

Forma nulla est quid completum in specie, sed complementum speciei competet substantiæ compositæ. D. Tho. in 2. de ani. l. 1. tex. 2. c. 20. col. 2.

Forma perfectior dat materiæ, quod ei minus perfecta forma dat, & præter illud etiam amplius. D. Tho. in 2. de ani. l. 1. tex. 4. c. 20. col. 4.

Forma recepta in alio ex receptione limitatur; itaq; non potest attingere omnem gradum entis. Ale. de ales in 7. metaph. ch. 45. col. 2.

Formæ, ut artificiales, & accidentales.

Forma in artificialibus non est præter substantiæ compositum. Aristot. 12. metaphysicor. su. 1. cap. 3. tex. 15. char. 246.

Formæ artificiales duplex esse habent, vnum in mente artificis, aliud in materia. Aristot. 12. metaph. su. 1. cap. 3. tex. 15. char. 246.

Formæ, quæ artis opere in materijs subiectis perficiuntur, inseparabiles habentur, & si constat eiusmodi materijs abique ijs speciebus posse subsistere. Alex. aphr. de ani. l. 1. cap. 2. c. 30. col. 3.

Forma per accidens, & non secundum se complectitur figuram. Simp. in præd. ch. 69.

Formæ artificiales sunt accidentia in corporibus naturalibus, tamen constituunt res artificiales, ut sunt artificiales. Auero. in 2. physicorum. text. 13. chart. 25. colum. 2.

Forma ut est finis artis in artificialibus, sic anima est finis naturæ in animalibus, & in omnibus naturalibus. Aueroes 2. de anim. tex. 37. ch. 134. col. 2.

Formæ artificiales non sunt abstractæ, quia vel sunt in anima, vel in materia. Auero. in 12. metaphysic. text. commen. 14. char. 142.

Formæ artificiales habent esse in actu, in materia, & in potentia, in anima artificis. Auero. in 12. metaphysic. text. comm. 36. char. 149.

Formæ materiales mouent intellectum, non ut materiales, sed ut formæ. Auero. de animæ beatitud. cap. 4. char. 65. colum. 3.

Formæ materiales mouent intellectum, qui est potentia, & hunc motum faciunt a parte intellectus abstracti. Auero. de ani. beatitud. cap. 4. c. 65. col. 4.

Formæ materiales cum sint intelligibiles in potentia, indigent vno agente, quod extrahat eas de potentia ad actum. Auero. de ani. beatitud. cap. 4. c. 61. col. 3.

Formæ rerum, quæ ingrediuntur prædicamenta qualitatis, dispositionum scilicet & habituum, cum perfectum est esse suum, non indigent amplius agere. Aue. ex dest. dest. disput. 1. ch. 21. col. 2.

Forma accidentalis substantiæ aduenit iam existenti, & non terminat potentiam subiecti, ut non suscipiat magis, & minus, & eius, quod suscipere magis, & minus

potest: & ita accidentia, quorum nomina in termino posita sunt, ut quartum qualitatis genus, non suscipiunt magis & minus. Alb. mag. in sex princ. ch. 78. colum. 2.

Forma, quæ est in mente fabri, informat instrumenta, quibus operatur faber. Alb. mag. in 7. metaph. tract. 2. cap. 10. c. 126. col. 3.

Formas artificiales non posuit Plato esse separatas, sed substantiales tantum. D. Tho. in 8. metaphysic. lect. 3. tex. 9. char. 196.

Formæ accidentales sunt formæ actiue, formæ substantiales non sunt actiue. Alex. de ales in 7. metaphysic. tex. 28. char. 212. col. 4.

Formæ accidentales agunt non quocumque modo, sed ut sunt instrumenta formarum substantialium, & sicut instrumenta inducunt formas substantiales. Alex. de ales in 7. metaphysic. tex. 28. c. 213. col. 4.

Forma quælibet, quæ suscipit magis, & minus, habet latitudinem in essentia: & quia forma accidentalis habet latitudinem in essentia, ideo suscipit magis, & minus. Alex. de ales in 8. metaphysic. tex. 10. c. 252. colum. 4.

Formæ ut differunt, & contraria sunt.

Formæ duæ contrariæ in eodem esse non possunt: Aristot. 9. metaph. ex su. 1. cap. 3. tex. 4. ch. 176.

Forma priuationi non est contraria, ut substantia, sed ut ens non enti, & principium vltimo, & bonum malo. Dex. in præd. ch. 40.

Formæ, quæ sunt in materia, contrariæ sunt; & si esset forma in materia sine contrario, natura esset ociosa. Auero. 1. de celo. tex. 20. c. 8. col. 2.

Forma compositi quanto magis remota est a formis simplicium componentium, tanto magis erit contraria illis formis; quapropter actio simplicium erit fortior in se. Auero. de long. & breuit. vit. c. 256. col. 4.

Forma, secundum quod est genus, & differentia, differt a formis secundum quod sunt formæ, illas enim esse genus, aut differentiam est accidens, quod accidit eis. Auero. in 5. metaphysic. tex. co. 31. c. 65.

Formæ contrariæ existentes in anima sunt quodammodo eadem forma. Et ideo recipit anima contrarias formas. Auero. in 7. metaphysic. tex. co. 25. c. 81.

Formæ mundi differunt a formis materiæ, quia formæ mundi vocantur relatæ ad vniuersum, formæ materiæ sunt, quæ materiæ dant esse. Alb. mag. de intell. & intell. l. 2. cap. 2. c. 89. col. 3.

Formæ contrariarum, in materia sunt contrariæ, in anima non. D. Tho. 7. metaphysic. l. 6. tex. 23. c. 472.

Formæ non sunt contrariæ, nisi secundum suum complementum esse. Alexand. de ales 9. metaphysic. tex. 4. chart. 269. colum. 1.

Formæ elementorum.

Formæ elementorum sunt primæ contrarietates, caliditas, frigiditas, & his terminantur simplicia corpora. Alex. aphr. in 2. nat. q. cap. 11. c. 8.

Formæ elementorum sunt causæ propinquæ, ut sit materia prima, quæ est communis eis, & hoc per modum formæ, & finis tantum. Auero. in epit. metaph. tract. 1. ch. 185. colum. 1.

Formæ elementorum sunt propter necessitatem, scilicet propter esse formæ corporum sphericorum. Auero. in epit. metaph. tract. 1. c. 185. col. 2.

Formæ elementorum sunt in materia necessitatis gratia, ac si coniungantur, in eis est necessitas duobus modis: vno ex eo, quod sunt: alio ex eo, quod sunt in materia, & causa horum duorum necessitatum est esse corporum sphericorum. Auero. in epit. metaph. tract. 4. c. 185. colum. 2.

Formæ elementorum in mixtis non sunt actu sub potentia.

entia: Diuus Thomas in secun. de generat. & corrup. ex q. lect. 12. tex. 69. char. 37. colum. 1.

Forma ut mathematica.

Formæ mathematicæ reperiri possunt in diuersis materijs, nec determinant sibi materiam aliquam certam; formæ vero naturales reperiuntur in vna materia, & ob id inuicem differunt. Alexander de Ales in 7. metaphysicor. text. 36. char. 227. colum. 4.

Forma a quo considerantur, & a quo primo ex antiquis cognita fuit forma.

Forma non minus, ac materia a naturali consideranda est, cuius formæ natura potior est, quam materiæ natura. Aristot. de partib. anima. 1. cap. 1. char. 404.

Formam maximam docet in hoc libro Aristot. quia hæc in demonstrationibus, ut plurimum accipitur. Alexan. & Eufrat. in 2. poster. char. 4. colum. 2.

Formas mobiles contemplari est proprium naturalis scientiæ. Auero. 1. phys. ex med. expol. char. 200. colum. 4.

Forma inter omnes antiquos cognita fuit in rei veritate a solo Aristotele. Auero. in 3. metaphysic. tex. co. 2. c. 19.

Forma Reipublice conueniens.

Forma, secundum quam princeps in optima republica operatur, est disciplina recta secundum rationem rectam, ut prudentia, & virtus ciuilis. D. Thom. 7. polit. lect. 10. char. 116. colum. 3.

Formæ sunt propositiones propriæ cuiusque generis, & artis. Daniel Barbar. rhet. 1. cap. 8. char. 26.

Formicæ coeunt, & vermiculorum pariunt nulli annexum qui accrescens ex minutulo, & rotundo longiusculus fit, formamque accipit debitam, & oritur verno tempore. Aristot. de histor. anim. l. 5. cap. 25. char. 185.

Formicæ, quæ equites appellantur, in Sicilia non sunt. Aristot. de histor. animal. 8. cap. 28. char. 308.

Formicæ nihil venantur, sed facta ab alijs colligunt. Aristot. de histor. animal. 7. cap. 4. char. 355.

Formicæ latibula sua in tres partes diuidunt, in prima vescuntur, & degunt, in secunda cibos deponunt, in tertia sepeliunt mortuos. Simplicius in secun. physic. text. 80. char. 133.

Formicæ, & apes phantasiam habent. Albertus magnus in 3. de anima. tract. 2. cap. 7. chart. 34. colum. 4.

Formicæ diligentes, ac artificiosæ sunt, & tempestates deprehendunt, quia ante eas se ad casas conferunt. Albertus magnus de animal. libro 8. tractat. quarto. cap. 1. char. 79. colum. 2.

Formicæ regem non habent, sed ita sunt ut ciuitas eorum, quorum nullus obtinet principatum. Albertus mag. de animal. lib. 8. tract. 4. cap. 1. char. 79. colum. 2.

Formica vermis est paruus valde prouidens sibi escas, & grana sicca condit, morsu suo venenum spargit, qui pustulas eleuat; si sulphure, & organo puluerizato super domos aspergantur, relinquunt casas. Alber. mag. de animal. lib. 26. c. 204. colum. 2.

Formicaleon dicitur leo formicarum, & primo non est formica, sed formicas capit, & deuorat. Albertus mag. de animal. lib. 26. char. 204. colum. 2.

Formidolosa sunt exanguia. Aristot. de partib. animal. 4. cap. 5. chart. 511.

Formidolosus, vel timidus est, qui ea, quæ timenda, & quæ non timenda sunt, tolerare non potest. Albertus mag. de mot. anim. lib. 1. tract. 2. cap. 7. c. 44. colum. 2.

Fornicatio est improba voluntas cum effectu circa venerea. Albertus magnus ethicor. 3. tractat. prim. cap. 8. char. 36. colum. 2.

Fornicatio, an sit bonam, vel non, non est standum in-

continenti, namque eius corrupta est existimatio, sed temperanti, cuius existimatio salua est. Alexander de Ales 11. metaphysic. char. 313. colum. 1.

Fortasse, sæpe Aristoteles pro omnino vitur. Eufrat. prim. ethicor. cap. 6. char. 80.

Fortitudo quid est.

Fortitudo est mediocritas inter timorem, & fiduciam, qui intrepiditate excedit, vacat nomine, qui confidendo exuperat, audax est. at qui in timendo exuperat, in confidendo deficit, ignauus est. Aristoteles 2. ethicor. nicom. cap. 7. char. 42.

Fortis proprie ille dicitur, qui circa præclaram mortem impavidus fuerit, & circa ea, quæ mortem afferunt cum proxima sunt; eiusmodi autem maxime sunt, quæ in bello occurrere consueverunt. Aristoteles 3. ethic. cap. prim. char. 65.

Fortis est, qui circa maxima pericula intrepidus manet. Aristoteles tertio ethicorum. capit. sexto. chart. 65.

Idem Aristot. moral. eudem. cap. 1. char. 104.

Fortis & in mari, & in morbis impavidus est, non ita tamen ut maritimi homines; nam hi salute desperata ægre eiusmodi genus mortis ferunt; illi bona spe ob nauigandi peritiam freti sunt. Aristot. 3. ethicorum, cap. 6. chart. 66.

Fortis vir est, qui ea, quæ oportet, & cum causa oportet, & ut oportet sustinet, ac timet, & simili modo confidit, quippe cum pro dignitate, & ut ratio præscribit, conuenit ut fortis vir & patiat, & agat. Aristoteles 3. ethic. cap. 7. chart. 66.

Fortes non sunt, qui ira, vel ex dolore in periculum impelluntur. Aristot. 3. ethic. cap. 8. char. 70.

Fortis magis est is, qui in timidis rebus imperturbatus fuerit, ac sicut debet se gesserit, quam qui in illis, quæ fiduciam afferunt. Aristot. 3. ethicor. cap. 9. char. 71.

Fortitudo est virtus, per quam honestas actiones in periculis obeunt, & legi obtemperant; timiditas contra. Auero. 7. metaphysic. tex. 27. char. 146. colum. 1.

Fortitudo est res molesta; nam in tolerandis rebus molestis fortes dicuntur, ideoque est laudanda. Aristot. 3. ethicor. cap. 9. char. 71.

Fortitudo est in motibus, & audacijs humanis in illis rebus, in quibus ceteri, aut omnes metuunt. qui audet fortis est. Aristot. mag. mor. 1. cap. 19. char. 296.

Fortitudo est virtus animosæ, per quam non facile mortis metu percelluntur. Aristot. de virt. char. 477.

Fortitudinem esse ad aliquod patet, quia non dicitur nisi respectu debilitatis. Aueroes septimo physicorum, text. 17. chart. 146. colum. 1.

Fortis virtuosus, non est fortis ob necessitatem, sed propter electionem. Diuus Thomas tertio ethicorum. lect. 16. char. 50. colum. 3.

Fortitudo, & temperantia sunt virtutes irrationalis partis, quia ad eam pertinent partem, non solum propter ipsas passionem, sed etiam propter passionum obiecta. Diuus Thomas ethicorum, lect. 19. char. 53. colum. 1.

Fortitudo vnde prouenit, & quid fortitudinem arguit.

Fortitudinem arguit color medius inter nigrum, & album. Aristot. physio. gnom. cap. 10. char. 352.

Fortitudo non spectatur circa omne genus mortis, sed circa ea, quæ in bello accidunt in maximo, & pulcherrimo periculo. Aristot. 3. ethic. cap. 6. char. 65.

Fortitudo, quæ ex verecundia nascitur, inter omnes videtur virtuti proxima. Aristot. moralium eundem. 3. cap. 3. char. 416.

Fortitudo non inest hominibus, nec animalibus maxime efferatis, sed potius mansuetioribus, & leonibus moribus.

moribus. Aristotel. politic. 8. cap. 4. char. 762.
 Fortitudo a calore proficiscitur, spiritus enim calidus est. Io. gra. de gen. ani. 2. cap. 4. c. 37. col. 3.
 Fortitudo est habitus ardua aggrediens, & difficilia sub-
 stinens gratia boni, in cuius delectatione tristitiam
 dolorosorum, secundum rationem non sentit, quam-
 vis percipiat in corpore. Alber. Mag. Ethic. 3. tract. 2.
 cap. 1. char. 44. col. 4.
 Fortitudo est in irascibili, temperantia in concupiscibili
 virtus. Eust. in 2. ethic. tract. 3. cap. 1. c. 44. col. 4.

Fortis effectus veri, & similes.

Fortitudinem cur maxime honore prosequuntur res-
 publice, quæ tamen virtutum præcipua non est? quæ
 semper vel ipsæ alij bellum inferunt, vel ab alijs illatū
 patiuntur: hæc autem virtus perutilis in vtranque par-
 tem est; honorant enim non quæ optima sunt, sed quæ
 optima existimant. Arist. prob. sec. 27. q. 5. c. 601.
 Fortis viri non est mori, vt paupertatem, vel amorem, vel
 molestiam fugiamus, sed potius timidi. Arist. 3. ethic.
 cap. 7. char. 67.
 Fortitudo quinque alijs modis dicitur, qui similes sunt
 veræ fortitudinis. Primo est civilis cura, cuius tum ob
 multas, & opprobria, tum ob honores legibus insti-
 tutos, pericula subeunt, & qui ab ijs, qui principatum
 obtinent, coguntur. Secundo experientia cuiusque rei
 fortitudo videtur. Tertio iram in fortitudinem refe-
 runt. Quarto bene sperantes fortes esse aiunt. Quinto
 ignorantes, & non longe absunt a bene sperantibus.
 Arist. 3. ethic. cap. 8. ch. 68.
 Fortioris viri esse videtur in improvisis terroribus intre-
 pidum, imperturbatumque se se præstare, quæ in cons-
 picuis; sex habitu enim id magis proficiscitur, minusque
 ex præparatione; nã quæ antea palam fiunt ex considera-
 tione, quilibet eligere, ac ratione potest; quæ repete ac-
 cidunt non nisi ex habitu. Arist. 3. ethic. cap. 8. c. 71.
 Fortitudinis finis iacundus videri potest, sed obscuratur
 ab ijs, quæ circa ipsam sunt. Aristot. 3. ethicor. cap.
 9. char. 72.
 Fortis vir ob mortem magis dolet, cum maxime dignus
 sit quod vivat. Arist. 3. ethic. cap. 9. c. 72.
 Fortes aliqui sunt ab experientia, vt milites; & ab expe-
 rientia contrario, qui scilicet inexperti sunt eorum, quæ
 eueniunt; & alij a perturbationibus, vt amantes. Alia
 fortitudo civilis est, vt si qui ciuium pudore offusi tol-
 lerant pericula, vt fortes existimantur. Alij sunt fortes
 ob spem: qui omnes fortitudinis modi non sunt reue-
 ra fortis: sed fortis est, q nulla iã supradicta causa fortis
 est, verum quia id honestū censet, & id faciat, siue ali-
 qua, siue nulla oblata fuerit occasio. Arist. magn. mor.
 1. cap. 19. char. 296.
 Fortitudo non gignitur citra perturbationem, ac impul-
 sum, sed expedit impulsuum habere rationem honesti
 causa, ad intrepide periclitandum, qui est hoc modo, is
 erit fortis. Arist. mag. mor. 1. cap. 19. c. 297.
 Fortis non oportet esse intrepidus, vt cum forti fuerit oc-
 cursum, in totum nihil metuatur, nec talis, cui in totū
 nihil est horridum, ceterum metuendum quidem, sed
 tolerandum: nam si nihil metuens tolleret, nequiquā
 fortis, & nō in quouis tempore, sed in quo, & metus,
 & plura imminet pericula. Aristot. magn. mor. 1. cap.
 19. char. 298.
 Fortis agit quod decet, & perinde medius existit: nam
 quod ratio dicit, ea & metuit, & sustinet, q magna,
 acerba, interitumque inferentia, nisi sint honesta, sub-
 ire non iubet. Aristotel. moralium eudem. 3. capit.
 1. char. 412.
 Fortitudinis est circa mortem eiusque acerbiter recte
 affici. Arist. moral. eud. 9. cap. 3. c. 415.
 Fortitudinis est esse inconcussum a mortis motibus, &

constantem in malis, & intrepidum ad pericula, &
 malle honeste mori, quam turpiter seruari, & victorie
 causam præstare, & laborare, & in aio instituire, & pos-
 se, & fortitudini accedit audacia, & animi præstantia;
 & fiducia, & confidentia, & industria, & tolerantia.
 Arist. de virtut. ch. 479.
 Fortissimos perturbant, quæ repente fiunt, quia in insen-
 sibili tempore fiunt. Simpl. in 4. phys. tex. 127. chart.
 274. colum. 2.
 Fortis vir ob honestatem eligit mortem intrepidus, & pe-
 ricula subit. Eust. in 3. mor. cap. 6. c. 141.
 Fortis non timet penam, quæ est contraria virtuti, sed vt
 adimit honestum bonum. Alb. magn. 3. ethicor. cap. 2.
 ch. 42. colum. 2.

Fortuna quid est.

Fortuna & casus sunt aliquid. Arist. phy. 2. su. 3. cap. 2.
 tex. 48. ch. 41.
 Fortuna est causa per accidens in ijs, quæ secundum ele-
 ctionem eorum, quæ propter aliquid sunt. Arist. phy.
 2. su. 3. cap. 2. tex. 51. c. 42.
 Fortuna est causa per accidens, simpliciter vero causa nō
 est fortuna. Arist. phy. 2. su. 3. cap. 2. tex. 53. c. 43.
 Fortuna est circa agenda, cuius signum est, quod prospe-
 ra fortuna, vel idem est cum felicitate, vel prope.
 Arist. phy. 2. su. 3. cap. 2. tex. 58. c. 44.
 Fortuna non est in inanimatis, nec in bestijs, nec in pue-
 ris, quoniam non habent electionem. Aristot. phy. 2. su.
 3. cap. 2. tex. 59. ch. 44.
 Fortuna est causa per accidens secundum electionem eo-
 rum, quæ causa huius fiunt. Arist. ex metaphysicorum
 3. cap. 2. ch. 23. 1. Idem Alex. aphr. in 2. de ani. cap. 57-
 ch. 55. colum. 4.
 Fortuna non potest esse prior natura, cum natura sit cau-
 sa per se, fortuna per accidens. Aristot. 10. metaph. su. 3.
 cap. 2. char. 23. 1.
 Fortuna, & casus sunt priuationes nature, & intellectus.
 Arist. 12. metaph. su. 1. cap. 3. tex. 13. c. 246.
 Fortuna minima est vbi mens, & ratio multa, & ecōtra.
 Arist. mag. moral. 2. cap. 9. c. 345.
 Fortuna est in his, quæ in nobis non sunt, neque eorum,
 quorum ipsi sumus domini, quæque possumus effice-
 re. Arist. mag. moral. 2. cap. 9. c. 345.
 Fortuna & esse, & causa esse necesse est, vnde & bono-
 rum, & malorum quorundam causa est. Aristot. moral.
 eud. cap. 17. ch. 468.
 Fortuna est nobilitas diuinæ potentia. Aristot. rhetor.
 2. char. 98.
 Fortuna est causa effectrix per accidens, vt id, quod fit a
 fortuna, est finis per accidens. Simp. 2. phys. cor. tex. 52.
 ch. 119. colum. 1.
 Fortuna est, quod potius eligendum est. Mag. in lib. de
 interp. char. 19.
 Fortuna est qualitas accepta in nato complexione causa-
 rum a celo descendens secundum nativitatē pericu-
 lum, quia quis naturalem accipit potentiam, vel impo-
 tentiam ad futuros successus. Alb. mag. 7. ethic. tract.
 2. cap. 4. c. 90. col. 1.
 Fortuna est intellectus agens præter rationem. D. Tho.
 5. ethic. lect. 12. ch. 93. col. 3.
 Fortuna est intellectus agens præter intentionem, &
 non assimilatur suis agentibus, quæ ab ipsa sunt.
 Diuus Thomas in 10. metaphysicor. lec. 13. text. 13.
 chart. 843.

Fortuna in quo est, versatur, & eius euentus.

Fortuna & intellectus circa idem est, electio enim nō
 sine intellectu est. Aristotel. phys. cor. 2. summ. 3.
 cap.

cap. 2. tex. 51. char. 42.
 Fortuna & casus sunt in ijs, quæ propter aliquod sunt.
 Arist. phys. 2. su. 3. cap. 2. tex. 49. char. 41.
 Fortuna quod fit, maxime est separatam a rebus natu-
 ralibus; nam cum fit aliquod præter naturam, illud
 non fortuna, sed casu factum dicimus. Arist. phys. 2.
 cap. 2. tex. 64. char. 45.
 Fortuna & intellectus, circa eadem versantur. Arist. 1. 1.
 metaph. su. 3. cap. 2. char. 131.
 Fortuna committere, quod maximum est, valde pra-
 uum est. Arist. 1. Ethic. cap. 9. char. 30.
 Fortuna, quæ homini veniunt, vel parua sunt, vel ma-
 gna; si parua nullum momentum vitæ afferunt: si se-
 cunda, & magna, beatitudinē augent. At si contra eue-
 niunt, premunt, leduntq; beatitudinē, quippe cum &
 molestias afferant, & multis operationibus impedi-
 mento sint. Arist. 1. Ethic. cap. 10. char. 21.
 Fortuna & casus inter entia connumeranda sunt. Alex.
 Aphrod. in 2. de ani. cap. 57. char. 55. col. 3.
 Fortuna nulli eorum, qui gignuntur scopos est. Alexan.
 Aphrod. in 2. de anim. cap. 57. char. 55. col. 3.
 Fortuna esse videtur in rebus voluntarijs, quæ secun-
 dum voluptatem, & propositum sequuntur, causa
 per accidens. Alexand. Aphrod. in 2. de anima. cap. 57.
 char. 55. col. 4.
 Fortuna in his solis est, in quibus est electio. Alex. & Eu-
 strat. in 2. poster. char. 66. col. 1.
 Fortuna locum habet in quibusdam, quæ fiunt a discursu.
 Alex. & Eustrat. in 2. poster. char. 66. col. 2.
 Fortuna non per demonstrationem potest ostendi, cum
 sit ex necessarijs, & ex frequentibus. Them. in 1. po-
 ster. cap. 45. char. 8. col. 1.
 Fortuna reperitur in ijs, quæ raro eueniunt, & gratia
 alicuius fiunt. Themist. in 2. phys. cor. tex. 48.
 char. 23. col. 2.
 Fortuna inconstans est, cum ex earum rerum numero
 est, quæ raro eueniunt, & non necessario. Them. in 2.
 phys. cor. tex. 56. char. 24. col. 2.
 Fortuna, & id, quod est a fortuna, circa eas res versatur,
 quibus adest ea, natura, vt fortunata dici possint, &
 demum circa eas, ad quas pertinet actio. Them. in 2.
 phys. cor. tex. 57. char. 24. col. 2.
 Fortuna versatur circa res, quæ agi, & geri possunt, quæ
 omnia voluntate, & consilio fiunt. Them. in 2. phys. cor.
 tex. 57. char. 24. col. 2.
 Fortuna quæ fiunt, aliqua prius præelectione fiunt, vt
 inuenire amicū, dum emeret librum. Ammon. in
 lib. de interpret. char. 79.
 Fortuna quæ fiunt, sunt in paucioribus. Ioan. Gram. in
 1. poster. cap. 24. char. 54. col. 2.
 Fortuna habet locum in aliquibus partibus coniectura-
 libus. Ioan. Gram. in 2. poster. cap. 11. char. 65. col. 4.
 Fortuitum omne casuale est, non autem omne casuale
 fortuitum. Ioan. Gram. in 2. post. cap. 11. ch. 65. col. 2.
 Fortuna, & casus in his collocantur, quæ raro fiunt. Ioan.
 gram. in 2. phys. cor. tex. 48. c. 41. col. 2.
 Fortuna est eorum, quæ fiunt alicuius gratia in his, quæ
 secundum voluntatem, & raro fiunt, causa proue-
 niens. Ioan. Gram. in 2. phys. cor. tex. 48. c. 41. col. 4.
 Fortuna est qualitas alicuius vitæ, & etiam vitæ nobilis.
 Auer. in 9. metaph. tex. 16. char. 114.
 Fortuna euentus in ijs sunt, quæ raro eueniunt, & per
 accidens propter aliquid fiunt. Boeth. in Topicor.
 lib. 5. char. 839.
 Fortuna, & casus non potest esse, nisi in contingentibus,
 vt in paucioribus. Albert. Magn. in 2. phys. cor. tract. 2.
 cap. 12. char. 24. col. 2.
 Fortuna circa idem operatur, circa quod est intellectus
 practicus. Alb. mag. in 2. phys. cor. tract. 2. cap. 14. c. 24. c. 4.
 Fortuna non est in ijs, quæ agunt a natura, sed casus.
 Alex. de Ales in 12. metaph. char. 328. col. 2.

Fortuna, & casu quæ fiunt, fiunt præter naturam, & in-
 tellectus intentionem. intellectus, quo ad fortunam,
 natura, quo ad casum. Alex. de Ales 12. metaph. tex.
 13. char. 333. col. 1.
 Fortuna in brutis ratione carentibus esse potest, casus
 non potest. Dan. Barb. rhetor. 1. cap. 16. char. 42.

Fortuna, vt causa.

Fortuna, & casus dicuntur de numero causarum esse,
 multa enim dicuntur & esse, & fieri propter fortunam,
 & casum. Arist. phys. 2. su. 3. cap. 2. tex. 39. c. 40.
 Fortunam & casum quidam antiquorum negabant: om-
 nium enim causam determinatam esse aiebant. Arist.
 phys. 2. su. 3. cap. 2. tex. 50. char. 40.
 Fortuna quod est, non est causa eius, quod est ex neces-
 sitate, & semper, nec eius, quod est frequenter: sed eo-
 rum, quæ præter hos modos fiunt, & horum autem for-
 tunam causam esse. Arist. phy. 2. su. 3. cap. 2. tex. 48. c. 41.
 Fortuna quod est, fit a causis indefinitis, ideo est homini
 immanifesta. Arist. phy. 2. su. 3. cap. 2. tex. 53. char. 43.
 Fortuna, & casus sunt in numero causarum efficientium
 per accidens. Arist. phy. 2. cap. 2. tex. 65. char. 43.
 Fortuna & casus sunt causæ posteriores naturæ, & intel-
 lectu. Arist. phys. 2. cap. 2. tex. 66. char. 46.
 Fortuna ea fieri dicuntur, quorum causa est indefinita,
 nec alicuius causa fiunt, nec semper, nec vt plerūque,
 nec ordinate. Aristotel. rhetoric. prim. char. 45.
 Fortuna & casus causæ per accidens sunt. Alex. aphr. in
 2. de ani. cap. 57. char. 55. col. 3.
 Fortuna differt ab alijs causis per accidens, quia vnaque-
 que illarum causarum dicitur per accidens, quia acci-
 dit causæ per se, sed in fortuna una, & eadem actio est
 alterius causa per se, alterius vero per accidens. Simp.
 in 2. phys. cor. char. 118. colum. 2.
 Fortuna dominatur in coelo, & in hoc sublunari mundo
 suum imperium maximum pandit, & potiundis ma-
 gistratibus; & rebus prosperis, & aduersis maxime
 causam fortunam asserimus; ideo illi clauum tribuunt
 in una manu, in alia cornu copiarum plenum fructibus
 ponunt, & ipsam ciuitates honorant. Simplic. in 2.
 phys. cor. tex. 67. char. 126. colum. 2.
 Fortuna æquiuoce dicitur vt cadit in genus causæ, &
 vt est effectus adhærens nato ex fato, & constellatio-
 ne. Primo modo sunt infortunata, & fortunata. Se-
 cundo non est in potestate nostra, & ideo non perti-
 net ad felicitatem, sed an sit verum, quod sit hæc for-
 tuna ex fato, & constellatione, non est præsentis specu-
 lationis. Hoc tantum fit, quod in operante non facit
 aliquam necessitatem per libertatem intellectus, qui
 dispositioni celestium corporum non supponitur, &
 ideo ait Ptolomeus, quod sapiens dominabitur astris.
 Alb. mag. ethic. pri. trac. 3. cap. 9. char. 21. col. 4.
 Fortuna, & casus, ab Arist. collocantur inter externas cau-
 sas. Dan. Barb. pri. rhetoric. cap. 16. char. 41.
 Fortuna non est aliquod causæ genus separatam a natu-
 ra mente & proposito. Dan. Barb. prim. rhetoricor.
 capit. 16. chart. 41.
 Fortuna interdum est causa earum rerum, quæ referuntur
 ad artem, interdum ad naturam. Dan. Barb. rhe-
 toricor. 1. cap. 16. char. 42.

Fortuna vt bona, & mala.

Fortuna bona dicitur, cum aliquid boni euenit; mala,
 cum malum aliquod. Aristotel. phys. cor. 2. sum. 3.
 cap. 2. tex. 56. char. 43.
 Fortuna prosperitas rationaliter incerta est, neque enim
 semper, nec frequenter possibile est esse eorum, quæ
 sunt a fortuna quicquam. Aristotel. phys. cor. 2. cap. 2.
 tex. 56. char. 43.

Fortuna bona, & mala dicitur, cum bonum, uel malum euenerit, & circa horum magnitudinem prosperitas, uel infortunium. Aristotel. 11. metaphysicorum. 3. cap. 2. char. 231.
Fortunas posterorum, & amicorum, nil conferre ad felicitatem, qui dixerunt, longe est ab amicitia alienum, & hominis opinionibus contrarium. Arist. 1. ethicorum. capit. 11. char. 24.
Fortuna fieri dicimus, quorum gratia si aliquid agere statuerimus, ut ea assequamur, in quibus bonam fortunam dicimus, aut si non assequamur, de quibus infortunium prædicamus. Alexan. Aphrod. in 2. de anima. cap. 57. char. 55. col. 4.
Fortuna bona nuncupatur, cum bonum cupiam accidit, mala, cum malum. Them. in 2. physic. tex. 56. char. 24. col. 2.
Fortunæ actiones hoc habent, ut una actio, & eadem est huius effectus causa per se, illius causa per accidens, ut fossio causa est per se stationis, per accidens inueniendi thesauri. Them. in 2. phy. tex. 50. c. 24. col. 1.
Fortunæ bona secundum se non sunt bona, sed sunt ut organa beatitudinis. Albert. Magn. in Topicorum. char. 239. col. 1.
Fortunæ bona, ideo dicuntur, quia fortuito adueniunt homini. D. Tho. Ethic. 1. lec. 13. char. 14. col. 3.
Fortunam bonam omnes ferre non possunt, hoc enim est virtuosi. D. Tho. polit. 5. lec. 7. char. 79. col. 4.

Fortunati, & infortunati.

Fortunæ prosperitas est, cum aliquod magnum bonum euenit. Arist. phy. 2. su. 3. cap. 2. tex. 56. char. 43.
Fortunæ infortunium est, cum aliquod magnum malum euenit. Arist. phy. 2. su. 3. cap. 2. tex. 56. char. 43.
Fortunatum esse est eum, qui parum habet, quod magnum bonum capiat. Aristotel. physicorum. 2. sum. 3. cap. 2. tex. 56. char. 43.
Fortuna, & quod a fortuna est, ijs inest, quibus, & fortunatos esse inerit, & omnino actio. Aristotel. physic. 2. sum. 3. cap. 2. tex. 57. char. 44.
Fortuito non eueniunt prompta: nam quibus ratio deest, non dici potest promptum, sed fortunatum. Arist. mag. moral. 2. cap. 3. char. 322.
Fortunatus dicitur, cum finis, ac rei exitus talis habeatur, qualem quis animo ante conceperat, atque statuerat. Them. in 2. physic. tex. 56. char. 24. col. 2.
Infortunatus est, cum quis statuto fine non potitur. Them. in 2. physic. tex. 56. char. 24. col. 2.
Fortunatum nil prohibet aliquid esse, quod in se non est fortuitum, quod tamen dicitur fortuitum per comparisonem ad aliud. D. Thom. 9. metaphysic. lect. 6. tex. 12. char. 649.

Fortuna, ut ab antiquis describitur.

Fortuna ab antiquis descripta erat in rota, propter varietatem, cæca propter imprudentiam fortuitorum, & dimidia alba, & dimidia nigra, propter fortunium, & infortunium. Alb. mag. in 2. physic. tract. 2. cap. 11. char. 23. col. 4.
Forum venalium debet esse in alio loco a loco ædium sacrarum accessu facile, & quo a terra, & mari facilius sit portatio omnium, in quo cõmessationes magistratuum esse debent. Arist. polit. 7. cap. 11. char. 734.
Fractio est diuisio, & separatio in magnas partes. Arist. meteor. 4. su. 3. cap. 2. tex. 44. char. 579.
Frangibilia & friabilia sunt, aut simul, ut fictile, aut frangibile quidem, friabile autem non ut lignum: aut friabile quidem, frangibile non, ut lapis. Arist. meteor. 4. su. 3. cap. 2. tex. 94. char. 579.
Frangibilia sunt illa, quæ diuiduntur ad partes magnas,

quod fit ob pororum distantiam. Auer. meteor. 4. char. 212. col. 3.
Frates si longe ætatibus diuersi sunt, non amplius fraterna inter ipsos amicitia est. Aristotel. Ethic. Nicom. cap. 10. char. 205.
Fratrium amicitia sodalitiæ est similis. Aristotel. lib. eod. cap. eod. char. 206.
Fratrium contentiones & iræ sunt acerbissimæ, & qui se nimium amant, hi se nimium oderunt. Aristot. polit. 7. cap. 7. char. 729.
Friabilia sunt quæ multos habent vicissitudinarios meatus. Arist. meteor. 4. sum. 3. cap. 2. tex. 44. char. 579.
Friatio est diuisio, & separatio in quascunque partes, & plures duabus. Arist. meteor. 4. su. 3. cap. 2. te. 44. c. 579
Fricationes sicæ cur carnis soliditatem molliant? quia calor per frictionem recalescit, & humor consumitur, & caro perfricata densatur. Aristot. problem. sect. 37. num. 5. char. 657.
Fricio cur plus quam cursus corpus implere possit? quia cursus carnem refrigerat, nec alimenti reddit capacior, sed pars in imum conuertitur, pars a naturali calore extenuata transit in spiritum. at manus carnem per mulcet, laxat, capacem alimonie facit. Et vero exterior ista intentio premendo, stipandoque refringit interiorum impetum, obstititque ætius continet, & carnem attollit. Arist. probl. sec. 37. nu. 6. c. 657.
Friciones cur carnem augent? quia calida, quæ in nostro sunt corpore, vim præcipuam habent augendi, vel quia per alimentum auctior caro reddatur concalescendi beneficio. calidum enim omne humoris detrahens est. Fricio carnem laxat, & spiritus reddit opportuniore, & prohibet ne inutiles coitiones in corpore contrahantur; quæ si absint, tabes nulla subsequitur. Quod si caro spiratio, & laxior est, mollem capiat ampliorem consentaneum est. nam & alimenti capacior & excrementorum fecerentior redditur. Arist. problem. sect. 37. num. 3. char. 656.

Frigus quid est, & quotuplex.

Frigidum est, quod coniungit, & congregat similiter, & quæ eiusdem sunt generis, & quæ diuersi. Arist. 2. de gen. & cor. su. 2. cap. 2. tex. 9. char. 425.
Frigus est caloris priuatio. Aristot. de generat. animal. 2. cap. 4. char. 170.
Frigidum tot dicitur modis, quot calidum. Arist. de part. ani. 2. cap. 2. ch. 430.
Frigidum est congregatiuum, & homogeneorum, & eterogeneorum. Alexan. Aphrod. in 4. meteor. cap. 1. co. 1. char. 91. col. 1.
Frigidum potius passiuum est, quam actiuum: est autem actiuum, ut corrumpit. Alex. aphr. in 4. meteor. cap. 5. com. 22. char. 102. col. 1.
Frigus, quodammodo est defectus caloris. Auer. 1. de generat. & corrupt. tex. 11. char. 157. col. 2.
Frigiditatis operatio, primo & per se est priuatio operationum caloris naturalis. Auer. meteororum 4. char. 211. col. 1.
Frigiditas inuata est mouere calorem naturalem ad sui originem, quia est contraria ei, & si non, corrumpetur statim calor naturalis. Auerroes de somn. & vig. chart. 201. colum. 3.
Frigus triplex: primo solum frigus, quod nil aliud facit, quam condensari vaporem in nubem, & in aquam, quia expellit ab ipso calorem: secundo frigus multum, quod vniuersaliter expellit calorem, congelat, & strigit; tertio frigus vehemens, quod quasi eodem in tempore tria facit: densat, in aquam congelat, & calorem vniuersaliter expellit. Alber. mag. in 2. meteor. trac. 1. cap. 10. char. 86. col. 2.
Frigidum est per se mortificatiuum, ideo oportet esse vincum

vincum in omni re, quæ habet esse, & vitam per mixturam, & vincum non deseruit nisi continendo, & constare faciendo humidum per calorem terminatum. Alb. mag. de nat. loc. trac. 2. cap. 2. c. 99. col. 3.
Frigus, quo eleuatur vapor, duplex est: aliud constringens plus potens constringere, quam Sol eleuare, & hoc impedit omnem euaporationem; aliud temperatum continens Solem ne incendat, sed non prohibet ne euocet. Alb. mag. de passio. aeris. char. 117. col. 4.
Frigiditas duplex: mortificatiua, & complexionalis, quæ continet, ne aliquid effluat. Alb. mag. de veg. l. 1. trac. 1. cap. 11. char. 125. col. 3.
Frigidius in corpore est phlegma; post sepurn, & postea pinguedo, deinde pilus, postea ossa, deinde cartilago, deinde ligamenta, postea chordæ, postea membrana, deinde medulla cerebri, & vltimo cutis. Alb. mag. de ani. l. 1. 2. trac. 1. cap. 2. char. 101. col. 4.
Frigus excellens impedit augmentum. Pet. de Auer. de long. & breuit. vit. l. 3. char. 61. col. 3.
Frigidi est constringere, & non dilatare. Pet. de Auer. de long. & breuit. vit. l. 3. char. 61. col. 3.

Frigoris vires.

Frigus quandoque calefacit, verum quodammodo, & abscedens. Aristotel. physicorum. 8. sum. 1. cap. 1. tex. 8. char. 196.
Frigus aliquando vrere dicitur, & calefacere, non ut calidum, sed quia congregat, aut quia circumobstitit calidum. Arist. meteor. 4. su. 2. cap. 2. tex. 30. c. 569.
Frigidum non solum congelat, & exsiccat, sed in crassa; exsiccat quidem aquam, increffat autem aerem aquam faciens. Arist. meteor. 4. sum. 3. tex. 40. c. 578.
Frigus atque excessus summa intereundi causæ sunt. Arist. probl. sec. 1. num. 17. char. 336.
Frigore ambustis, & perniciosis tam aqua frigida quam calida prodest, quoniam genus id vitii ex nimio humore consistit. frigida humor em refringit, atque exasperat: calida in spiritum vertit, carnemque elaxans libertatem essendi præbet spiritui. Aristotel. proble. sect. 1. num. 55. char. 350.
Frigus perniciosa, calor ambusta facit, & tollit; quia eadem vis colliquefaciendo sicat, exsiccando tollit. Arist. problem. sect. 1. num. 56. char. 350.
Frigoris vis est contrahere, & consp. are aptissima. Alex. Aphrod. problem. 1. num. 6. char. 667.
Frigus coagulandi vim obtinet. Ioan. Gram. in 1. phy. l. 6. char. 5. col. 4.
Frigus calefacit reuersus quouomodo, id est, quia calor existens in re reuertitur de extrinseco in intrinsecum per frigus, ideo calefacit frigus per accidens. Auer. phy. 8. sum. 1. tex. 8. char. 156. col. 3.
Frigiditas ingreditur generationem aliquo modo, coæquat enim calorem naturalem, ut sit conueniens enti, cui ipse est calor naturalis, & ipsum conseruat ne exhalet. Auer. meteor. 4. char. 211. col. 2.
Frigiditas non omnis operatur humiditatem, sed quæ est in materia humida, & est frigiditas aquea: quæ autem est in materia sicca, operatur siccitatem. Auer. meteor. 4. char. 211. col. 3.
Frigiditas si habet introitum in generationem, habet aliquo modo. Auer. meteor. 4. char. 210. col. 4.
Frigiditas licet in animatis nullo modo operetur ad vitam, tamen ad lapides operatur, quia mineræ sunt elementis proxima, & parum elementa transmutantur ad generationem eorum, ideo in eis qualitates elementorum parum alterantur. Alber. mag. in 1. de mineral. ex trac. 1. cap. 5. char. 135. col. 4.
Frigus terminat coagulando, permutat alterando, & calidi effectum impediendo, humectat humorem aqueum inducendo, & conuertendo æreum in aqueum

humorem: arefacit humorem comprimendo, & mollicat au gendo humidum, induratque comprimendo. Alb. mag. in 4. meteor. trac. 1. cap. 1. ch. 116. col. 3.
Frigus per accidens arefacit expellens calorem in intimas rei partes, ut consumet humidum naturale; quo consumptore relinquuntur res arida. Alber. mag. in 4. meteor. trac. 1. cap. 1. char. 116. col. 3.
Frigus congregat homogenea, & etherogenea, quia cum habet motum ad centrum, inspissat subtilia etherogenea sibi, & grossa, quæ sunt eiusdem generis. Albert. mag. in 4. meteor. trac. 1. cap. 1. char. 116. col. 4.
Frigido tempore non pluit, quia causa pluuiæ efficiens est frigidum in nube impulsum a circumstante calido. Alb. mag. 4. meteor. trac. 1. cap. 24. char. 87. col. 2.
Frigiditas ligat organa sensuum communis, & particularis, & inducit somnum propellendo ab exterioribus calorem naturalem. Alb. mag. de som. & vig. l. 1. trac. 2. cap. 5. char. 29. col. 2.
Frigiditas nulli est complexionalis. Alb. mag. de veget. 15. trac. 2. cap. 3. char. 40. col. 2.
Frigus in genitalibus primo sentitur, ideo homines frigore perempti inueniuntur vel genitalia pannis cooperuisse, vel ea ad calefaciendum in manibus habere. Alb. mag. de anim. l. 2. trac. 1. cap. 3. char. 31. col. 1.
Frigore coagulantur corpora, in quorum compositione sunt multum aquæ, & minus terræ. Albert. magn. de animal. l. 12. trac. 1. cap. 3. char. 102. col. 4.
Frigus non solum indurat corpus, sed etiam inspissat, & condensat: calor mollicat. Alb. mag. de anim. l. 19. cap. 6. char. 260. col. 4.
Frigiditas & si sit qualitas actiua, potius agit reprimendo constringendoque, quam expoliendo, & inducendo alia. Alb. mag. de ani. l. 20. trac. 1. cap. 4. c. 163. c. 3.
Frigus accrescit calorem, quia cum ei circumstet, non potest illum destruere. vnitus enim calor fortior est disperso. D. Tho. in 1. meteor. l. 14. char. 54.
Frigiditas est causa grauedinis. Pet. de Auer. in 4. de celo, lec. 1. tex. 39. c. 78. col. 2.

Frigus quæ magis sentiant, & quo tempore, & quis sit eius locus.

Frigus exercit atque magis sentiunt, quam non exercitata, quia pingue a laboribus consumptum est; quod tepore prætare potest; calidum enim opimum est; vel quod ideo spissatiora sunt eorum corpora, quoniam pingue excrementumque omne detractum est, ita ut frigus arere nequeant; vel quia meatibus per sudationem patet factis, vel ut ostia complura aperiantur. Habitum autem non eundem sanitati, & robori esse idoneum manifestum est; alteri namque pinguis, alteri laxus videtur plane conuenire. Arist. probl. sec. 8. nu. 6. c. 416.
Frigus matutino tempore acrius est, cum tamè Sol propius adsit, vel quia plus temporis absentie Solis exultat: itaque terra magis refrigerata est; vel quia die instante ros, & pruina, cadere solent, quæ frigida sunt, & hæc ideo cadunt, quoniam calor, qui sursum se extulit, vi frigoris superatur, idque non nisi Solis absentia euenit. Quocirca cum longe distat non cadunt, cum propius cadunt, & gelantur; quia locus vehementius refrigeratus est propter Solis diuturniorem absentiam, vel die instante potius flatus incitantur nocturni, qui gelidi admodum spirant. An quia frigus acrius iudicari esse videtur, quod cibi concocti iam sunt, inaniore autem cum fumus, frigus utique acrius sentimus, argumentum quod a vomitu maxime frigere solemus. Aristotel. problemat. sectio. 8. num. 13. char. 418.
Frigentes vehementer, si statim copioso igne calefiunt, indolescunt; si paulatim tepescunt, sine magno dolore recreantur: quia cum omnino e contrariis in contraria

contraria proficiuntur, magna effici mutatio solet; nam vt calor hominis frigentis, intus se consistit, & colligit, sic humor, & rigor parti exteriori relinquuntur, & contrarium sui contrarij corrumpens est: efficitur recte, vt si sensum, paulatimque tepescat, calor prouocetur, & exeat, itaque minus doleant: sin subito recalcant, amplius adducatur, & astringatur, itaque dolendum acrius fit. Aristot. problem. sect. 8. num. 15. char. 419.

Frigus cur prima luce, & iam mane amplius fit, quam nocte. cū Sol a nobis propius absit? quia iam dies incipit, ros cadit, & pruina, q̄ frigida sunt, & sic magis omnia infrigidantur. Arist. probl. sec. 25. nu. 5. c. 573.

Frigus & æstus, cur intensus in Ponto sunt? an aer rationis illius (sua crassitudine, nec hieme tepescere, nec æstate refrigerari potest? an propter varium solis cursum? recedit enim per hiemem, accedit per æstatem. Arist. probl. sect. 25. nu. 6. char. 573.

Frigore cur omnes corporis partes rigent, facies nō, cum hæc vna detecta corpori pateat? an propter consuetudinem? facies enim quod semper detecta est, aeris mutationibus infueuit; nuat autem plurimum ad resistendum consuetudo, & exercitatio. Alexan. Aphrod. problem. 1. num. 39. char. 676.

Frigoribus cur digiti, & omnia extrema corporis nigrescant, & decidat? quia vis summi frigoris calorem insutum ad corporis profunda impellit, & claudit, & sic extrema calore preuata primo liuent, deinde nigrescant, & moriuntur, & ita extrema affici possunt, quia parum carnis, & caloris obtinent. Alex. aphrod. probl. prim. num. 43. chart. 678.

Frigere cur multi incipiunt cibo ingesto post ieiunium? quoniam solito cibi vsu prætermisso bilescunt, & materiam aggregant acriorem; post enim cibo ingesto membris iam confirmatis, bilis cutem versus expellitur: itaque fit, vt rigor oriatur, cum bilis membra remordeat, excitetque ad repellendum. Alex. Aphrod. in problem. 1. num. 139. char. 719.

Frigida res omnis cur dentibus, ossibus, neruisque inimica est? quoniam hæc natura constant terrena, quæ frigida est, & quia qualitas frigida augetur, ideo detrimentum accidere potest. Alexand. aphrod. problem. 2. num. 119. char. 772.

Frigoris sempiterni loca sunt alta, montuosa vsque ad mediam acris regionem ascendentia, vel multum aquilonaria, latitudinem septimi climatis excedentia. Alb. mag. in 2. meteor. trac. 1. cap. 24. char. 88. col. 2.

Frigus eodem modo deberet esse sub polo arctico, vt sub antarctico, quod non est verum, cum æqualiter distaret ab æquinoctiali, quod est in causa, quia Sol mouetur in circulo eccentrico, & maior pars diametri est in vna parte, quam in alia, vt rationibus geometricis conspiciuntur esse maior in gradibus 20. Geminorum, minor in 20. Sagittarij, ergo est Sol vicinior terræ meridionali, quam septentrionali. Albert. Magn. meteor. tract. 3. cap. 6. char. 93. col. 2.

Frigus ut a corporibus cælestibus agitur.

Rigiditas & humiditas si non ageretur a corporibus cælestibus, esse hic per accidens. D. Tho. in 2. de celo. lect. 10. text. 43. c. 40. col. 1.

Frons faciei est, quæ sub sincipite posita est inter ipsum, & oculos; quibus est magna, segnes sunt; quibus parua, mobiles: quibus lata, mente moueri idonei: quibus rotunda, iracundi. Aristotel. de historia animal. 1. cap. 8. char. 19.

Frontem paruam qui habent, indisciplinabiles, referuntur ad fues. Qui magnam valde, tardi. referuntur ad boues. Qui rotundam insensati referuntur ad asinos. Qui minus planam, sagaces, referuntur ad canes. Qui

quadrangulum commensuratum fronti habent magnum, referuntur ad leones. Qui collectam, adulatores, referuntur ad passionem, quæ fit, quæ in canibus videtur. Qui nebulosam, audaces, referuntur ad taurum, & leonem. Quoniam autem audaciam significat nebulosus habitus, tranquillous adulationem, medius bene decenter se habet. Qui tristem habent frontem, mæsti. referuntur ad passionem: quoniam mæsti tristem habent faciem. Qui demissam, lamentabundi, referuntur ad passionem. Arist. phys. cap. 9. c. 351.

Frontis id, quod est ante caput, qui eleuatum habent, liberales sunt, referuntur ad leones. Aristotel. phys. cap. 10. chart. 354.

Frons angusta nimium, indocilem, inquinatum, & voracem significat. Albert. Magn. de animal. lib. 1. trac. 2. cap. 2. char. 6. col. 4.

Frons magna valde, ponderosum, declinantem ad stultitiam indicat. Albert. Magn. de animal. lib. 1. tract. 2. cap. 2. char. 6. col. 4.

Frons parua mediocriter, significat bonitatem motus: lata, paruitatem discretionis. Alber. mag. de animal. lib. 1. trac. 2. cap. 2. char. 6. col. 4.

Frons rotunda, iracundiam designat; oblonga, sensuum vigorem, atque docilem significat. Albert. magn. de animal. lib. 1. tract. 1. cap. 2. char. 6. col. 4.

Frons humilis & demissa, verecundiam ostendit, & turpia non admittentem. Albert. magn. de animalibus. lib. 1. tract. 2. cap. 2. char. 6. col. 4.

Frons curua & alta, ad stoliditatis indicium accedit. Alb. mag. de ani. lib. 1. tract. 2. cap. 2. char. 6. col. 4.

Frons quadrata moderatæ magnitudinis congruens capiti, & vultui, magnæ virtutis, & sapientię, & magnanimitatis est indicium. Albert. magn. de animalibus lib. 1. tract. 2. cap. 2. char. 6. col. 4.

Frons plana & continua, vendicat sibi honores vltra meritum. Alb. mag. de ani. lib. 1. trac. 2. cap. 2. char. 6. col. 4.

Frontis rugas, qui supra retractas habent, magna cogitare consueuerunt, & sunt melancholici. Alber. mag. de animal. lib. 1. trac. 2. cap. 2. char. 6. col. 4.

Frontis cutem, qui laxam, & tanquam aridentem habent, blandi sunt, non tamen innoxij; sunt enim blandiores palam, & in occulto detractores. Alb. mag. de animal. lib. 1. trac. 2. cap. 2. char. 6. col. 4.

Frons quibus aspera cutis est sicut collis, & concaua sicut defossa, versuti, & asperi sunt, & forte aliquando stulti. Alb. mag. de ani. lib. 1. trac. 2. cap. 2. char. 7. col. 1.

Fronte tenui præditi, securi sunt. Alb. mag. de animalibus. lib. 1. tract. 2. cap. 2. char. 7. col. 1.

Frons mouetur a musculo adeo tenui, quod a cute non separatur, propter quod & cordam, qua moueat, non videtur habere. Albert. mag. de animal. lib. 1. tract. 2. cap. 14. char. 14. col. 1.

Fructus alij ex partibus paucis compositi sunt: alij ex multis, vt oliuæ: illæ enim corticem habent, & carnem, & testam, & semen, & fructum: alij tria habent velamenta. Arist. 1. de plant. cap. 2. char. 367.

Fructices sunt plantæ mediæ inter arbores, & herbas in radicibus suis multos ramos habentes, vt virgulta, & rubus. Arist. 1. de plant. cap. 3. char. 370.

Fructus alij meliores sunt in vno loco, quam in vno alio. Arist. 1. de plant. cap. 3. char. 372.

Fructus quidam compositi sunt ex carne, & osse, & grano, & pruna: alij ex carne, & grano, vt cucumeres; quidam ex humore, & granis, vt malagranata. Arist. 1. de plant. cap. 3. char. 373.

Fructus alij corticem foris habent, carnem intus, vt poma, pira: alij carnem foris, intus os. Arist. 1. de plant. cap. 3. char. 373.

Fructuum alij semen habent statim cum tegumeto cooperiuntur, vt dactyli, & amygdala, quidam non. Arist. 1. de plant. cap. 3. char. 373.

Fructus

Fructus alij edendo sunt, & per accidens non edendo, & alij non edendo nobis; alij vero sunt, vt hyoscyamus, & helleborus, quæ hoibus sunt venena, coturnicibus vero alimentum. Arist. 1. de plant. cap. 3. c. 375.

Fructuum alij in siliquis sunt, vt fabæ grana; alij in tegumentis, & veluti telis, vt triticum; alij in carne, vt dactyli; alij in casis multis, & tela, ac testis, vt nuces. Arist. prim. de plant. cap. 3. char. 373.

Fructus alij cito maturescunt, vt mora, cerasa; alij tarde, vt fructus agrestes, aut omnes, aut plerique. Arist. 1. de plant. cap. 3. char. 373.

Fructuum figuræ diuersæ sunt. Arist. de plant. c. 3. c. 374.

Fructus fit amarus, dum calor, & humor non sunt in coctione completi; nam frigus, & siccitas perfectione prohibent, cuius signum est, quod amarum in igne mistum dulcescit. Arist. in 2. de plant. cap. 2. char. 597.

Fructus amari in igem missi, dulces fiunt. Aristotel. de plant. cap. 2. char. 197.

Fructu quædam vacant cum florem habent, vt cucumer, cucurbita, malus punica, vel quia his fructus non deest; & ipsa pro fructibus habentur, quibus flos insidet. Arist. probl. sec. 20. nu. 3. c. 528.

Fructus terræ cur alij sunt idonei ad manducandū crudi, alij costi? quia quibus succus esculentus non est, protinus iis decoctis dulcior redditur a calore; quibus autem sapor, vel protinus gratus consistit, hæc etiam cruda esitantur. Arist. probl. sec. 20. nu. 4. c. 529.

Fructus omnes in terra Attica præter semen, dulcissimi sunt, quia ager tenuis, siccusque est: quamobrem non multum humoris continent, quæ in eo nascuntur: ergo quæ dulcia sua constant natura, hæc ob humoris contenti mediocritatem, vbi Sol consumpsit maximam, facile reliqua concoquantur, quia mediocre expeditius concoquitur quam multum: & sic fructus dulces sua natura dulciores redduntur. At qui siccus, & non dulces sua natura sunt, suam ob inopiam tantū humoris retinent, quantum suo cōueniāt generi, quod dulce nequaquam est. Et Sol quantum dulcissimū sit, & leuissimum, eximit, & ita acerrimi relinquuntur, quia humore superuacuo carent, quem fructus ceteri obtinent. Arist. problem. sect. 20. num. 20. char. 574.

Fructuum cur alij partē radici proximā habent amariorum, vt cucumeres; alij postremam superiorē, vt glandes? quia pars illa radici proxima, crudo vescitur alimentum, quoniam estæ confluuium per radicem frequentant; aliis quia siccus e natura sunt, postrema pars succo dulci concoctis; inde absumpto, iam plenius siccatur, & amarescit modo salis. Reddit enim quodque amarum, cū amplius exsiccat, vt oliuæ, & glandes inueterate redduntur amaræ. Arist. probl. sec. 20. num. 25. c. 535.

Fructus & carnes vtribus inflatis intacta seruantur, & quæ circum vndique, obturata sunt, quia corrumpi omnia solent, cum mouentur, at quæ plena sunt, immota persistunt. Arist. probl. sec. 22. nu. 4. c. 550.

Fructus inconcoctos cur palea emolliunt, & concoctos non putrefaciunt? quia palea est calida, & attrahens suo calore concoquit, & per eam vim attrahendi famiem omnem seuocat, & imputridos seruat. Aristot. problem. sect. 22. num. 13. char. 553.

Fructus cur alij partem intus inutilem continent, vt pruna, persica; alij extrinsecus, ut nuces? quoniam natura cui ortum æternum, vireque succedendi perpetuas moliretur, prætegenda semina, quæ ortum præstarent, censuit; sic tamen, vt ne pulpam quidem suorum fructuum nudam relinqueret. Alexand. aphrod. problem. 2. num. 16. char. 731.

Fructus & fruges extrinsecus concoquantur, & non vt cibus in stomacho animalium. Alex. Aphrod. de sens. & sens. ex sec. 4. co. 51. char. 21. col. 1.

Fructus generaliter malè nutriunt hominem, eo quod est eis virtus terræ, & elogati sunt ab hominum com-

plexione temperatissima, propter quod nutrimentum generatum ex talibus putrescit, aut in stomacho, aut in venis. Albert. Magn. de nutrim. & nutrib. tract. 1. char. 63. col. 4.

Fructus alij sunt, qui habent folia a radice cotilidonis, alij pendent a stipite, alij a radice, alij sunt in medio plantarū. Alb. mag. de vet. l. 1. trac. 2. cap. 4. c. 128. c. 1.

Fructices sunt illæ, quæ ex vna radice plures emittunt ramos. Alb. mag. de veget. l. 1. trac. 2. cap. 5. c. 128. c. 3.

Fructus alij sunt potabiles, vt vna; alij vnetuosi, & pingues vt oliuæ; alij dulcedinem melleam habent, vt dactyli. Alb. mag. de veget. l. 1. trac. 2. cap. 7. c. 129. col. 1.

Fructus nomen plus conuenit artis intentioni, quam naturæ: fructus enim est, quo fruitur agricola post calores. Alber. mag. de veget. l. 3. trac. 1. cap. 1. c. 136. col. 3.

Fructus & flos, si redolent, flos erit minoris odoris, & fructus maioris. Albert. magn. de veget. lib. 3. tract. 2. cap. 6. c. 140. col. 1.

Fructus nullus, aut vix salutaris est, si crudus, & simplex comeditur, quia eius nutrimentum putrescit frequenter, vel in stomacho, vel in venis. Alber. mag. de veget. lib. 4. trac. 2. cap. 4. char. 143. col. 1.

Fructus amari sæpe ad ignem positi digestionem, quæ est epthesis, vel optesis, ad dulcedinem conuertuntur. Alb. mag. de veg. l. 4. trac. 4. cap. 3. c. 146. col. 1.

Fructuum carnis sapor est secundum naturam, & virtutem digestionis stipitis; nuclei, secundum virtutem digestionis radicis. Albert. Magn. de veget. l. 3. tract. 1. cap. 3. c. 147. col. 3.

Fructus cum ossibus si inseruntur super salicem, oriuntur sine ossibus. Albert. magn. de veget. lib. 5. tract. 1. cap. 7. c. 140. col. 1.

Fructus aromatici sunt, si quis perforatis ramis qui sunt iuxta ramusculos, de quibus pendent fructus, impleat foramina pulueribus aromaticis optime contritis, & obstruat foramina cera ex vtraque parte. Alb. mag. de veget. plant. l. 7. trac. 1. cap. 2. c. 172. col. 2.

Fructuum in Ponto frigori expositum seruari diutius potest, quia humor alienus vna cum calore euanescit, vt in vuis fieri nouimus: alia enim frigore, alia calore exhalant. Arist. problem. sect. 1. num. 2. c. 485.

Fructuum masticatum apostemata maturat, sed oppilationes facit, si bene separatur a fursure. Alb. mag. de veg. plant. l. 6. trac. 2. cap. 7. c. 166. col. 2.

Fruenti panis cum fursure factus, licet non ita nutriat, melior tamen est. Albert. Magn. de veget. & plant. l. 6. tract. 2. cap. 7. char. 166. col. 2.

Fruentum, ordeum, siligo, & adorem, melius in vallibus proueniunt. Albert. mag. de veget. & plant. lib. 7. tract. 1. cap. 7. char. 174. col. 3.

Fruentum vrbes omnes, quæ sub vna sunt ditone, inuicem adiuuare posse debet, modo ne ad externos transeat. Dan. Barb. 1. rhetor. cap. 13. char. 35.

Frustra est, cum non fiat, quod propter aliud est, illius gratia. Arist. phys. 2. cap. 2. tex. 62. char. 43.

Frustra dicimus calcamentum, cuius non est calcatio. Arist. 1. de celo, tex. 32. char. 253.

Frustra dicitur esse, aut fieri, quod rationem finis minime ducit. Alex. & Eustr. in 2. post. com. 2. char. 65.

Frustra tripliciter dicitur: nam vel nihil aliud euenit ei, quod frustra factum est, sed solum a proprio fine aberrauit, vt ambulatio ob ventris purgationem: aut quoties aliter euenit finis ab illo cuius gratia fiebat illud, quod prius erat factum: vel etiam illud sequitur id, cuius gratia fiebat illud, quod prius erat factum, vel etiam illud sequitur id, cuius gratia est aliud ab illo. Simpl. in 2. phys. tex. 63. c. 123. col. 1.

Frustra est id, quod non sequitur finem, ad quem est. D. Tho. 2. metaph. lec. 1. tex. 1. char. 102.

Frustra timet homo illa, quæ vitare non potest. D. Tho. 3. Ethic. cap. 2. tex. 62. char. 47.

Fulgetrum

Fulgetrum est spiritus ignitus, & coruscans, dum nubes dirumpitur, quæ tonitrua antecedere solet, cū tamen post ipsum fiat. Arist. de mundo. cap. 3. c. 818.

Fulgor est ignis collectio, qui in aere exarsit, per cœlum ille quidem, aut iaculari specie transiens, aut vno loco fixus. Arist. de mundo. cap. 3. c. 819.

Fulgor fixus est extensio longe porrecta, & loco permanens, & tanquam profusum sideris, quæ si in alteram partem dilatetur, crinita stella vocatur, qui sæpe multo tempore manet, alius confestim extinguitur. Arist. de mundo. cap. 3. char. 319.

Fulica spuma capiuntur, appetunt enim eam avidius: quocirca spuma inspersa eas venari in usu est. Caro earum est probi odoris, parte vltima posteriore excepta, quæ sola litum olet. Arist. de historia animalium 9. cap. 35. char. 346.

Fulica nigra, & aquatica, est avis de genere mergorum. in mare habitat, & circa stagna, cadaveribusque vescitur. Alb. mag. de anim. l. 23. cap. 24. c. 192. col. 4.

Fuligo est exhalatio pinguis, vt ceræ, thuris, & picis. Arist. meteor. 4. sum. 3. cap. 2. tex. 47. char. 583.

Fulmen est ventus accensus, & fulminum diuersitates sunt propter diuersitatem materiæ huius venti: quæ enim sunt ex substantia subtili aerea non corrumpunt corpora mollia, in quæ vadunt, vt quæ liquefaciunt æres, & non comburunt pannum, & occidunt animalia, cum non videatur signum combustionis: quæ exhalatione terrea, siue cinerea sunt, comburunt omne, ad quod vadunt. Auer. meteor. 2. cap. 4. char. 203. c. 4.

Fulmina & procellæ feruntur deorsum, cum spissior sit cōsistentia nubium ad vltimum terminum. Quæ enim deficit calidum, quod disgregatur in superiorem locum, hac esse spissiorē consistentiam, & frigidiorē necessesse est. Ideo ea cogunt deorsum ferri, vt nuclej ex digitis exilientes. Aristotel. meteor. 2. sum. 4. cap. 1. char. 533.

Fulmina mouentur deorsum, quia in ipsa exhalatione est pars leuis, & pars grauis, & per hanc grauius inferius fertur, & velocius fertur, quia amat suam conseruationem. Auer. meteor. 2. cap. 4. c. 203. col. 3.

Fulmen est spiritus multus, & tenuis ex nube extrusus; si valde tenuis non adurens fuerit, vocatur clarum; si minus, adurens fumidum vocant; clarum propter velocitatem, fertur, & præuenit, antequam igniat, pertransire, & motum faciens denigret: fumidum autem tardius colorat quidem, non autem exulsi, sed præuenit pertransiens, & pertransit vestimenta sine combustione. Arist. meteor. 3. sum. 1. cap. 1. char. 539.

Fulmina semper spiritus sequitur, & præcedit, sed non videtur, quia sine calore est. Aristot. meteor. 3. su. 1. cap. 1. char. 540.

Fulmen vocatur spiritus ignitus, a nube dirupta in terram illisus. Si semulsum quidem, sed vniuersum tamen, violentumque incubuerit *πρὸς τὴν γῆν*, id est accensus turbo dicitur. Si prorsus ignis nihil interim conceperit *τὸ φῶς* vocatur, qui est vortex procellifus & euerberans. Horum quicquid in terram impetu decubuerit *σκηπτός*, id est fulmen vocatur: *ἀλόεις* dicitur, cum fuliginem contraxit: *ἀργός*, si raptim emicuerit: *εὐκίαις*, si lineari specie conformatus est: *σκηπτι* dicuntur, quæcunque fulmina, in quibus illis sit. Arist. de mundo. cap. 3. char. 818.

Fulminum *πρὸς τὴν γῆν*, & *ἐννεφίας* causa est violenta sicca segregatio exhalationis. Alexand. Aphrod. 3. meteor. cap. 1. char. 65. col. 2.

Fulmen ex vapore nigro, & fumoso, si vapor ignitur, potest esse lapis. Alber. magn. in 3. meteor. tractat. 3. cap. 21. char. 108. col. 2.

Fulmina aspicientibus diu intumescit facies, & forte excæcatur, quia ignis intrat per poros, & corrumpit humidum, & inflat faciem, & in oculis intrat, & exci-

cat humorem crystallinum, & excæcat. Alber. magn. in 3. meteor. tract. 3. cap. 122. c. 108. col. 4.

Fulmine interfectis non apparet vulnus, quia propter subtilitatem uaporis vulnus non apparet, & magis ictu lædit, quam calore. Alb. mag. in 3. meteor. trac. 3. cap. 22. char. 108. col. 4.

Fulmen si tangit dolium uino plenum, & si frangat dolium, uinum tamen remanet intactum, quia fulmen uino immiscet viscosum uaporem, qui fit continuus, ut pellis, & continet humorem ne decidat. Albert. Magn. in 3. meteor. tractat. 3. capit. 22. char. 109. col. 1.

Fulmine tacti omnes liquores sunt pestiferi, & si quis biberit, uel morietur, uel demens fiet. Alber. magn. in 3. meteor. trac. 3. cap. 22. c. 109. col. 1.

Fulmen animalia uenenosa emundat a ueneno, quia suo calore extinguit humidum uenenosum, quod in illis erat, & postquam expirauerit uapor fulminis, restant omnino a ueneno libera. Alb. mag. in 3. meteor. tract. 3. cap. 22. char. 109. col. 1.

Fulminum tria sunt genera: primum, quod cribrat, quod est materiæ subtilis: secundum, quod dissipat, quia habet commixtum multum spiritus procellifus: tertium, quod urit, quia habet multum uaporem terreum, & est maxime igneum, & urit, uel flando leui iniuria, uel comburit, uel accendit. Alb. mag. in 3. meteor. trac. 3. cap. 26. c. 109. col. 3.

Fulmen nullum uenit sine igne. Alb. mag. in 3. meteor. tract. 3. cap. 26. char. 109. col. 1.

Fulmina, & ignitæ exhalationes cum sint leues, deorsum cadunt; quia coagulatio frigoris impellens eas declinat deorsum. D. Thom. in prim. meteor. lect. 7. chart. 25.

Fulmen aliquando crumenam illæsam relinquit, & liquefacit pecuniam, & occidit homines, & relinquit vestimenta illæsa; & puer in utero matris mortuus est, matre intacta; & uinum sine combustione permansit in dolio adustis asseribus, & viro illæso barba combusta fuit. D. Tho. in 3. meteor. lec. 2. c. 169.

Fulmen aliquando est subtile, quod ea, quæ parum resistunt non colorat, aut adurit, sed cito penetrat: at ea, quæ resistunt quanto magis sunt dura, tanto magis percutiuntur, tum quia magis immorantur, tum etiã, quia dum primæ parti fulminis resistit secunda, prima condensatur, & est fortior. D. Thom. in 3. meteor. lec. 2. char. 170.

Fulmen magis tangit excelsas turres, quia sunt altiores, & ei citius occurrunt. D. Thom. in 3. meteor. lec. 2. char. 170.

Fulmen suum affert lapidem, quod vel generatum est in nube ab exhalatione calida digerente aqueum humidum nubis, vel a vento circulari sursum est eleuatum. D. Tho. in 3. meteor. lec. 2. char. 171.

Fumus est ex aere, & terra. Arist. 2. de gener. & corrupt. sum. 2. cap. 1. tex. 28. c. 431.

Fumus est exhalatio ligni, corporis, & ossium, & pilorum, & talium. Aristot. meteor. 4. sum. 3. cap. 2. tex. 47. c. 582.

Fumus non nisi exhalatio est. Aristot. de part. anim. 2. cap. 1. char. 429.

Fumus, cur oculos maxime infestat? quia infirmissimi sunt, vel quia referti meatibus sunt: conspectus enim per quosdam meatus protruduntur. Arist. problem. sec. 31. q. 22. c. 636.

Fumus nigerrimus est, qui ex opimis, & pinguibus, vt oleo, pice, ac tæda erumpit. Aristotel. de color. cap. 1. char. 878.

Fumus si est maioris humiditatis in flamma apparet color alurgus: phœniceus vero, si minor inest humiditas. Alexand. Aphrod. in prim. meteor. cap. 6. com. 23. char. 12. col. 2.

Fumosibilia sunt illa, in quibus cum ignis agit, resoluitur ex eis humiditas admixta fumositati, quæ, cum dominatur partibus fumosis, dicitur vapor, & si est pauca, vocatur fumus. Auer. meteor. 4. c. 21. col. 4.

Fumus est quædam pars substantialis subtilis corporis fumantis ex ipso resoluta. Alb. magn. in 2. de ani. tract. 3. cap. 25. c. 27. col. 2.

Fumusterræ est herba multum amara, frigida, & sicca: purificat sanguinem, & aperit: bibitor contra pruritus, & scabiem: stringit gingiuas: confortat stomachum: & aperit opilationem epatis, lenit ventrem, & prouocat vrinam. Alb. magn. de veg. & plant. l. 2. tract. 2. cap. 7. ch. 166. col. 2.

Fumus est ex terra, & aere: & humiditas aerea expirans, & secum trahens partes terrestres, propter quod denigrantur ea, quæ tangit. D. Tho. in 2. de gen. & corr. tex. 25. l. 4. c. 28. col. 1.

Fumus proprie dicitur exhalatio sicca lignorum ignitorum. D. Tho. in 2. meteor. l. 7. c. 108.

Fundarum iactu, ita prestare aiunt Ligures nonnullos, vt cum multas viderint aues, inter se certatim eligunt, qualem quisque earum necis apparatu capere decreuerit, vt prompte quisque suam consequatur auem. Arist. de admir. aud. nu. 88. c. 856.

Fungi tuberes, & boleti videntur vitam plantæ habere. Alb. mag. de veg. l. 1. tract. 2. cap. 5. c. 128. col. 3.

Fungi qui oriuntur in vere, parui ad modum pilei rotundi neminem vnquam interfecerunt, sed omnes sunt mali fucci, qui nascuntur iuxta ferrum, vel es ruginosum sunt mortiferi: & etiam qui nascuntur iuxta alias res putridas. Signum mortiferi fungi est, quod in eius superficie est quædam humiditas viscosa corrupta, & quæ cito alteratur, & corrumpitur inter manus colligentium. Alb. mag. de veg. & plant. tra. 2. cap. 7. c. 166. c. 1.

Fur in locis publicis furans, cur morte punitur, in domi-

bus duplo multatur? quia melius domi res custodire possumus, ideo legem adhibuit legislator seueram, & minitantem, si quis furatus est in locis, in quibus res minus custodire possumus. Arist. probl. sec. 29. nu. 14. char. 613.

Furio animal est Arabice vocatum, & est intemperatissimæ commestioni, & feruentissimum in coitu, ita vt in fœminam grassare videatur, & cum coitum perficere non potest, clamat, & coit more hominum. Albert. mag. de ani. l. 22. tract. cap. 1. c. 180. col. 3.

Furon, vel furunculus animal vocatur, quod est paruum maius mustella, inter croceum, & album habens colorem, est ferum, & audax; cuniculos ex antris in retia expellens: omnibus animalibus infestum: partu secundum edens 7. vel 9. partus: post partum coire dicitur: fœmina tempore luxuriæ mare carens tumescit, & moritur. Eius cerebrum cum aceto frixum, & bibitum curat morbum caducum. Alb. magn. de ani. l. 22. tract. 2. cap. 1. c. 180. col. 3.

Furti pena capitalis cur est, & contumelia, quæ grauior iactura est, estimatur, quod pati suo corpore, aut quantum soluere debeat qui deliquit? quia agere contumeliosè est humana affectio, & omnes homines plus minus, eius participes sumus; at furari nulla humana necessitate cogimur. Adde quod qui furtum commiserit, idem agere quoque contumeliosè maluerit. Arist. probl. sec. 29. nu. 16. c. 615.

Fusio substantias eiusdem generis ita vnit, vt iterum separari non possint; sed si vna sit magis liquefcibilis, alia minus, separari possunt, vt in argento, & auro. Io. gra. in 2. de gen. & cor. tex. 8. co. 8. c. 107.

Futurum non contingit meminisse, sed est opinabile, & sperabile; est enim scientia speratiua, vt quidam dicunt diuiniatiua. Arist. de mem. & rem. cap. 1. ch. 35.

Futurum incertum nobis est. Arist. ethic. cap. 11. ch. 23.



G Abrada fluuius est prouincie Africæ, magnus, & nobilis, & vnicus. Albertus mag. de natur. loc. tract. 3. cap. 4. char. 103. colum. 1.

Gagates alius est coloris nigri, alius crocei; at crocei coloris est pellucidus vt topacius, est etiam glauci coloris declinans ad pallidum. Cum citrino colore confricatum trahit paleas, & incensum ardet, vt thus: confert hydropicis, & fluidos firmat dentes. Lotum cum aqua, & per suffumigationem mulieribus inferius superpositum prouocat menstrua. Valet contra subuersionem ventris, & melancholica phantasmata; & valet contra laborem parturientis. Albertus magnus in 2. de miner. ex tract. 2. cap. 7. chart. 14. colum. 2.

Gagatonica est lapis diuersi coloris, vt pellis capriolæ, & reddit victores se gestantis. Albertus magnus in 2. de miner. ex tract. 2. cap. 7. char. 140. colum. 2.

Galalca animal est marinum, quod, præter vsum omnium animalium, sentiens foetum in vtero viuere, extrahit violenter eum, & si satis maturi sunt lactat, & nutrit; si immaturi, reponit in vterum, & fouet quousque ad maturitatem formantur. Albertus magnus de anima. libr. 24. cap. 1. char. 197. colum. 2.

Galanga est arbor non alta, sed potius est frutex, cuius radices sunt duræ, ruberæ, & meliores nigri; est calida, & sicca. Alb. mag. de veg. l. 6. tract. 1. c. 21. c. 156. col. 1.

Galaricides similis est cineri, tritus dat saporem lactis, & in ore clausus turbat mentem: collo alligatus replet vbera lacte; & femori ligatus faciles facit partus; & contra scabiem valet. Albertus magnus in 2. de mine. ex tract. 2. cap. 7. char. 140. colum. 2.

Galbanum est arbor, si frutex arbor vocetur, cuius gutta galbanum vocatur, & gumma alia est spumosa, & leuis ponderis, & alba; altera est spissioris substantiæ, grauior, & nigrior: prima siluestris est; secunda domestica. Est calida, & exsiccatiua, & odor eius bonus, vt inde fiat incensum optimum: doloribus dentis corrosi confert, & venenosa fugat animalia. Albertus magnus de veget. lib. 6. tract. 1. cap. 21. char. 155. colum. 4.

Galena plumbi species est humida, fusilisq; vt argentum liquidum. Ioan. gram. de gener. ani. l. 2. c. 3. c. 34. col. 2.

Galenus in plerisque molestus importunusque est. The mist. in 4. physic. text. 97. char. 41. colum. 4.

Galenus fecit tractatum, vt destrueret demonstrationem Aristotelis, quod motus omnis habet motorem. Auer. physic. 7. tract. 1. char. 139. colum. 4.

Galenus non intellexit, quod id, quod mouetur per se, non sequitur, cum aliqua pars eius quiesceret, in totum quiescat, sed vt remaneat motus per partem, non per totum; quia intellexit hic per motum per se, quod opponitur moto per accidens, & non moto per partem eius, & ideo non sequeretur apud eum cum aliqua pars quiesceret, vt residuum quiesceret. Auerroes phys. 7. tract. 2. char. 140. colum. 3.

Galenus errauit existimans aerem esse sentiẽtem. Auer. de sen. & sen. char. 193. colum. 2.

Galenus putat pullabiles venas proprias esse ad deferendum spiritum, quo defertur calor, licet fateatur ipsas sanguinem deferre, non pullabiles vero esse proprias secundum ipsum ad deferendum sanguinem, licet arbitretur etiam ipsas membrum spiritum deferre. Auer. de partib. anima. cap. 4. char. 71.

Galenus non perspexit fundamenta naturalia, ideo non est mirandum, si dicat semen mulieris habere virtutem ad generationem: at de Auicenna mirandum est, qui habebat notitiam de scientijs speculatiuis. Auerroes

primo de generat. animal. cap. 20. chart. 216. colum. 1.

Galgulus cū lybio pugnat. Arist. de hist. ani. l. 1. c. 1. c. 317.

Gali est animal, quod muribus vescitur, ideo cum serpentibus, qui mures deuorant, pugnat, & cum vicerit eos deuorat, & postea rutam comedit contra venenum. In cauernis habitat, & ad aquilonem, & meridiem ostia parat, vt vndeunque ventus veniat, sit tutum contra ventum. Alb. mag. de ani. l. 2. tract. 2. c. 1. c. 180. col. 3.

Galleruce vermibus, fimo bouis, aut iumentum creatis gignuntur. Arist. de hist. animal. 5. cap. 19. char. 178.

Gallina toto anno, præterquam duobus mensibus brumalibus, parit: aliquæ enim quæ generosæ dicuntur, sexaginta oua edunt ante incubitum, quanquam ipsæ minus foecundæ sint, quam ignobiles. Hadrianæ paruo sunt corpore, sed quotidie pariunt: ferociunt tamen, & sæpe pullos intermunt. Color his varius est. Nonnullæ etiam è cortalibus bis in die pariunt. Aristot. de historia animalium. 6. cap. 1. char. 194.

Gallarum iuuentæ pariunt primæ statim vere ineunte, & plura quàm veteres, sed minora. Aristot. de hist. animal. 6. cap. 2. char. 197.

Galline ouum consistit a coitu, & perficitur decem diebus magna ex parte; columbæ paucioribus. Aristot. de historia animal. 6. cap. 2. char. 199.

Galline tertia die, ac nocte, postquam coepere incubare, indicium præstare incipiunt. Ab auib. maioribus plus temporis prætereat oportet, minoribus minus, & per id tempus effertur ad cacumẽ luteus humor, qua principium oui est, atque ouum detegitur ea parte, & cor quasi punctum sanguineum in candido liquore consistit; quod punctum iam salit, & mouetur, vt animal. Tẽdunt meatus duo venales tortuosi ad tunicam ambientem vtranque dum augetur, & membrana distincta sanguine est, a meatibus venarum oriens. Paulo post conspicitur pullus conspicuus capite, & maxime oculis inflatis, quibus diu sic permanet. Sero enim decrescunt, & se ad debitam proportionem contrahunt. Meatum, quos ex corde tẽdere diximus, alter ad ambiendum album liquorem fertur, alter ad luteum, vt vmbilicus: & decimo die totus perspicuus pullus videtur, & albumen exiguum, lentum, crassum, & pallidum est. Aristot. de hist. animal. 6. cap. 3. char. 199.

Gallinis subijciunt incubanda oua Pauonia, ne dum semina incubat aduolans, mas eas frangat. quamobrem, & siluestres nonnullæ anes pariunt fugientes marem, & incubant: & bina subijciuntur, cum plura suo incubitu nequeat aperire. curaque adhibetur, vt cibis adsit, ne desiderio eius discedens gallina intermittat fouendi operam. Arist. de hist. animal. 6. cap. 9. c. 208.

Gallinacei mares iam visi sunt, qui foemina interempta cum esset, ipsi matris officio in educandis, ducendis, & fouendis pullis fungeretur, & aliqui iam inde a primo ortu, ita effeminati mares proueniunt, vt neque cucuriant, neque per coitum agere velint, & venere eorum, qui tentent, superuenire patiantur. Aristot. de hist. anima. 9. cap. 49. char. 375.

Gallinæ vulgares fecundiores sunt generosis, alteris enim corpora humidiora sunt, alteris grandiora, & sicciora. Aristot. de genera. anima. 3. cap. 1. char. 187.

Gallinæ apud Illirios non semel, vt alibi, sed omnes bis, terque interdum parere affirmant. Aristot. de admir. ani. cap. 227. text. 124. char. 868.

Gallinas interficit sterco eius, qui elleboro vsus est. Albert. mag. de veg. libr. 6. tract. 2. cap. 6. chart. 165. col. 3.

Gallinæ toto anno ouant, præterquam cum Sol ingreditur tropica signa. Albertus magnus de anima. libr. 6. tract. 1. cap. 1. chart. 56. colum. 2.

Gallinæ, quæ multum ouant, debilitantur, & cito moriuntur. Alb. mag. de ani. l. 6. tract. 1. cap. 1. ch. 56. col. 2.

Gallina cubante in æstate, citius oua finduntur ad exitum pullorum, quàm hieme: in 18. enim diebus in æstate:

in hieme vero in 25. & hoc secundum diuersitatem caliditatis climatum, & indispositione cœli; quoniam temporibus æqualiter calidis citius exeunt Sole ascēdente, quam descendente, & Luna crescente, quæ decrescente. Alb. mag. de ani. l. 6. tract. 1. ca. 3. c. 56. col. 4.

Gallina auis nota, tardi volatus, temperatæ carnis, cuius caro ea die, qua ouum fecit, percuti non potest a serpente, & caro percussis est medicina: Ouum vndecima die perficitur, & non foecundatur per vnicam spermatis mixturam, sed per coitum continuum. Quant oua venti, & ex rotundis galli nascuntur, ex longis gallinæ. Oua decem dierum bene fouentur; & recentiora, & antiqua non bene. In æstate in calidis locis in 11. diebus oriuntur, in hieme in 29. Oua bona ad fouendum in quatuor dies habent sanguineas venas; oua foecunda merguntur in aqua, alia supernatant, & multum nocet si commoueantur manu. Caput pulli ad acumen oui conuertitur, & totum corpus ad residuum. Vnguibus iracunda victum querit, & aurum si minutatum ponatur inter membra gallinæ, gallina consumit aurum. Alb. mag. de ani. l. 23. cap. 24. c. 193. col. 1.

Gallinago per sepes hortorum capitur, magnitudine quanta gallina: rostro longo, colore attagenæ, currit velociter, & hominem mire diligit. Arist. de hist. anim. 9. cap. 26. ch. 336.

Gallus auis nota est, & cristatus, valde pugnans pro gallinis, & inter gallos victor coit cum gallinis; & erigit caput, & gloriatur, vt victor. Multi galli gallinas occidunt ob nimium coitum. Iura gallorum decrepitorum profunt asinatibus; & defectum cordis patientibus. Gallum album timet leo; & basiliscum a gallo generari verum non esse credit Albertus. Alb. mag. de ani. l. 23. cap. 24. c. 193. col. 1.

Gammari color (quod ex toto dixerim) nitet, nigrisque maculis dispersis euariat. Ari. de hist. ani. 4. c. 2. c. 113.

Gammari soli non certum, sed alterutram æque, vt fors tulerit, forcipem habent grandiorẽ, tam mares quàm femina: cuius causa, quæ sit, incertum est. Arist. de part. ani. 4. cap. 8. ch. 526.

Gargar quibus abscissum penitus est, in tabem incidunt, & ab ea consumuntur; quoniam quandiu gargar tegumen gutturis extat, aer, qui per os trahitur, recalcet, & antequam adeat pulmonem, desinit a suo immodico frigore: at illo detracto aer prius ad pulmonem defertur, quam moderetur. Itaque supra modum refrigerat, & sanguinem contentum in conceptaculis indurat, & pulmonem ad motum tardiorẽ facit: quod cū per vim pulmo moueri enitatur, rumpuntur conceptacula sanguinis: quamobrem tabem oriri necesse est. Alex. aphr. probl. 2. nu. 3. c. 725.

Gargar est illa carnicula, quam gutturi pro tegumento natura addidit, nomine a soni genere indito, quod alij fundibulum appellant, quia supra amplius, infra arctius est. Alex. aphr. ibid.

Garona fluuius nascitur in campis Aquitanie, & currẽs miliaria 207. mergitur in Oceano Occidentali. Alb. mag. de nat. locor. dist. 3. cap. 2. c. 102. col. 2.

Garrulus est auis ita picta coloribus, vt nullus ei deesse videatur; imitatur omnium auium voces, & ex ira ita furit, vt interdum seipsam interficiat. Alb. mag. de ani. l. 2. cap. 24. c. 193. col. 1.

Gauda est herba frigida, & humida, qua tinctorum viridem colorem faciunt, si lana, vel pannus est hyacinthinus; si albus, in croceum colorem mutat. Alb. mag. de veg. & plant. l. 6. tract. 2. cap. 8. c. 166. col. 2.

Gaudium est lætitia boni, quod adipiscitur, qui dignus fuerit illius. Auer. 2. rhet. cap. 13. c. 50. col. 4.

Gaudium, & tristitia reducuntur sub actione, & passione, quia non fiunt sine motu, & actione cordis, & passione, secundum motum sistole, & diastole.

Alber. Magn. in sex princip. char. 70. colum. 3.

Gaudium est delectatio cordis in conceptu boni, quod est voluptas. Alb. mag. in top. ch. 234. col. 4.

Gaudium duo naturaliter conseruant: primo temperantia spiritus in sua compositione: secundo larga materia reparantium spirituum loco deperditi. Alb. mag. de mot. ani. l. 1. tract. 2. cap. 6. c. 44. col. 3.

Gaudium est animi diffusio in conceptione boni conuenientis. Alb. Magn. ethicor. 1. tract. 6. cap. 16. char. 18. colum. 3.

Gecolitus est lapis orientis ossis oliuæ similis: tritus, & cum aqua haustus, lapidem de vrina, vesica, & renibus frangit. Alb. magn. 2. de miner. ex tracta. 2. cap. 7. ch. 140. colum. 3.

Gelofia est lapis habens figuram grandinis, & colorem, duritiæ adamantis similis, & tantæ est frigiditatis, vt vix tandem, vel nunquam ab igne calefieri potest, cuius causa est pororum contractio; iram, luxuriam, & calidas passiones mitigare aiunt. Alb. mag. 2. de mine. ex tract. 2. cap. 7. c. 140. col. 2.

Gemelli in hominibus, si alter est mas, alter foemina, pauci feruntur ambo. Aristot. de hist. anima. 7. cap. 4. char. 258.

Gemelli nati in Germania duo erant, quorum vnus cū ferretur iuxta ostia versus: latus sinistrum aperiebantur quantumcunque clausa fuissent, & sic fratri accidebat in latere dextro; breui tamen temporis spatio ambo defuncti sunt. Alb. mag. de motib. ani. l. 1. tract. 1. cap. 3. c. 41. col. 3.

Gemelli diuersi sexus rarissime superuiuant; & huius causa est delicatio complexionis humanæ, & materiæ teneritudo, quæ distemperationem diuersarum qualitatum vix sustinere potest, nisi in mulieribus valde fortibus, & paucis. Alb. magn. de ani. l. 9. tract. 1. cap. 5. ch. 87. colum. 3.

Gemelli fiunt quando sperma diuiditur, aut per loca matricis, aut ex eius motu, aut per vices iniectionis spermatis, aut quia multum est sperma. Alb. mag. de ani. l. 15. tract. 2. cap. 7. c. 132. col. 4.

Gemini mas, & foemina cum oriuntur in genere hominum, minus feruntur; quia non pari tempore mas, & foemina discernuntur, sed aut marem cunctari, aut foeminam præuenire necesse est. Arist. de gen. ani. 4. cap. 6. char. 253.

Gemini in vnoquoque animali nati feruari possunt, etiã si sint diuersi sexus, in homine vero non possunt, quia homini maxime partus geminatio contra naturæ suæ legem accidit. Arist. probl. 10. nu. 30. c. 435.

Gemini, Libra, & Aquarius, lapidibus debite in sculpti reddunt ferẽtes ad amicitiam, & legum obseruantiam promptos. Alb. magn. de miner. ex tract. 3. cap. 5. ch. 143. colum. 1.

Geminorum partus fit, & ob diuisionem projectionis spermatis, & ob impregnationem supra impregnationem. Alb. magn. de ani. l. 9. tract. 2. cap. 6. c. 92. col. 1.

Gemmarum materia communis est aqua non pura, sunt enim vitra naturæ opere producta, cui aquæ est immixtum subtile. Atb. mag. 1. de miner. ex tract. 1. cap. 3. ch. 135. col. 1.

Genæ quibus erubescunt, amatores sunt vini, referuntur ad passionem, quia ebrii genæ semper erubescunt. Arist. physio. cap. 10. c. 353.

Gena altera cū resoluta est, cur non ei admouemus remedia, sed alteri? quoniam cum duo musculi obiecti inter se se genas moueant, si accidat, vt eorũ alteruter resoluatur, reliquus suam vim integram propterea obtinet, trahitque ad se alterũ languentẽ, ita vt pars sana augeatur, egra vero distendat, & trahatur. Hoc quidẽ quoque oculis distortis euenit; nã si pupilla in angulũ vergat ampliorẽ, minoris anguli facta resolutio est, si ad minorem econtra. Alex. aph. probl. 2. nu. 11. c. 729.

Generum connexitas vocatur pars, quæ interiacet inter oculum, & aurem. Alb. mag. de ani. l. 1. tract. 2. cap. 8. ch. 10. colum. 2.
 Genas qui crassiores habent, ignari sunt. Alb. magn. de ani. l. 1. tract. 2. cap. 8. c. 10. col. 4.
 Genæ rotundæ inuidiam arguunt. Alb. magn. de ani. l. 1. tract. 2. cap. 8. c. 10. col. 4.
 Genæ leues, malæ, & prolixæ loquacitatē importunam arguunt. Alb. magn. de ani. l. 1. tract. 2. cap. 8. char. 10. colum. 4.

Generatio an sit, & quot dicatur modis.

Generationem quidam antiquorū auferebant, vt Melissus, & Parmenides. Ari. 3. de celo. ca. 1. te. 1. c. 332.
 Generari omnia dixerunt antiqui quidam, nullamque rem ingenerabilem esse, & generatas alias quidem incorruptibiles permanere, alias rursus corrumpi, vt Hesiodus. Arist. 3. de celo. cap. 1. tex. 3. c. 333.
 Generari omnia alii quidam dixerunt, sed fluere, esse vero fixum, nihil unum autem quoddam solum persistere, ex quo hæc oia transfigurari nata sunt, vt Heraclitus Ephesius. Arist. 3. de celo. cap. 1. tex. 3. c. 333.
 Generabile alij omne corpus faciunt, componentes ex superficiebus, & dissoluentes in superficies. Arist. 3. de celo. cap. 1. tex. 3. c. 333.
 Generationem vniuersi corporis esse, nisi sit vacuū, impossibile est. Arist. 3. de celo. tex. 29. c. 342.
 Generationem dicentibus fieri e superficiebus, contingit dicere non fieri e corpore. Arist. 3. de celo. cap. 2. tex. 64. char. 354.
 Generatio non potest fieri posito materiam primā esse vnum ex elementis, quia eidem contraria inessent. Arist. 2. de gen. & cor. cap. 2. tex. 31. c. 432.
 Generatio non potest fieri, posito materiam primam esse intermedium elementorum. Arist. de gen. & corru. cap. 4. tex. 39. c. 436.
 Generatio, & corruptio, si est continua semper aliquod moueri necesse est, vt non deficiant ipsæ transmutationes. Aristot. de generatio. & corrup. sum. 3. cap. 2. tex. 56. char. 444.
 Generatio si est sempiterna, & ex necessitate est, & si ex necessitate, & sempiterna. Arist. 2. de gen. & cor. su. 3. cap. 3. tex. 68. ch. 449.
 Generationem in æternis esse impossibile est. Aristot. de Xenoph. Zenone, & Gorg. c. 917.
 Generatorum aliud generatur a natura, aliud ab arte, aliud a casu. Arist. 7. metaph. cap. 6. tex. 22. c. 137.
 Generatum aliud est ab eo, quod est sub fieri generationis. Simplicius in 1. de celo. tex. 22. comm. 28. chart. 20. colum. 1.
 Generanti quatuor insunt facultates, generat enim animal, vt mas, vel vt Socrates, vel vt homo, vel vt animal: si fortem, vt mas, si sibi similem generat, vt Socrates, si hominem, simpliciter vt homo, & sic de alio. Io. gram. 4. de gen. ani. cap. 3. c. 77. col. 3.
 Generatio est tribus modis, aut simplicium, aut organorum, aut complexionis, & mixtionis. Auer. phys. 6. tex. 59. c. 130. colum. 2.
 Generationem non esse ex non esse pure patet ex significato sermonis, qui ait, hoc generari ex hoc. Aue. phy. 8. su. 1. tex. 4. c. 155. col. 2.
 Generationem, & corruptionem qui negat, in hac scientia non est ei respondendum. Auer. 3. de celo. ex su. 1. tex. 4. ch. 82. col. 1.
 Generare simile in specie fit tribus conditionibus: prima est, vt pertingat tempus, in quo habet hanc virtutem: secunda vt cum hoc non habeat occasionem, ista enim impedit hanc actionem: tertia est, vt illud viuum non sit ex eis, quæ fiunt casu, sed per se. Auer. 2. de ani. su. 2. tex. 34. c. 133. col. 3.

Generatio, & corruptio dupliciter sumuntur, proprie, & communiter. Proprie non generatur, nec corrumpitur, nisi substantia: secundum quid, vel communiter est generatio, & corruptio accidentium, vt motus corrumpitur in fine temporis. Albertus magnus in prim. physic. tract. 3. cap. 13. char. 56. colum. 4.
 Generatio tria in se habet: primo continuitatem esse, cuius causa est motus diurnus: secundo diuersitatem generationis, & corruptionis, cuius causa est circulus obliquus: tertio diuersitatem generationum in figuris, & speciebus, cuius causa est diuersitas generantium, aliquando distantium, aliquando non distantium secundum situs diuersos eorum in circulis suis, & illic sunt orbis stellarum fixarum, & planetarum. Albert. magnus in 2. de celo. tract. 1. cap. 7. char. 27. colum. 2.
 Generabilia dupliciter considerantur. Primo comparantur ad id, quod proxime mouet ad actum generationis, & sic non habent causam suæ generationis, nisi per accidens. Alio modo comparantur ad naturam, cuius virtute fit generatio, & tunc est vt ex homine homo. Alb. mag. in 8. phys. tract. 2. cap. 9. c. 100. col. 3.
 Generatio potest accipi secundum rationem suam, essentialiter abstracta a motu, vt est sola mutatio, & potest accipi secundum suam esse, vt comparatur coniuncta semper motui, quæ est alteratio coniuncta generationi, quia finis alterationis est generatio. Primo modo, habet ens potentia tantum pro subiecto. Secundo modo est subiectum ens actu. Albertus magnus in prim. de generat. & corru. tract. 1. cap. 2. char. 62. colum. 2.
 Generatio duobus dicitur modis: homo enim generat hominem ex materia cibi vniuoce: Sol autem generat æquiuoce. Albertus magnus de anima. libro 16. tract. 1. cap. 8. char. 138. colum. 2.
 Generationi substantiæ sensibilis quinque circumstant, quorum primum & principale est, quod omne, quod generatur, educitur de potentia ad actum, & hæc potentia de qua educitur, est intra materiam, & tamen nihil est de substantia materiæ. Secundum, quod omne, quod educitur de potentia ad actum, extrahitur per aliquod mouens, quod aut est vniuoce, aut generato reducitur ad vniuoce. Tertium est, quod omnis motus inferior, qui est in materia generabilium, reducitur ad motum celi, quod est causa, & mensura huius motus per formam intelligentiæ mouētis motum illum, & per formam stellarum orbis, & virtutes radiorum. Quartum est, quod nihil ex nihilo fit penitus secundum naturam, sed quæcunq; fiunt, procedunt ex indeterminatis, & confusis inchoationibus suarum essentialium, quæ inditæ sunt materiæ. Quintum est, quod non quodlibet fit ex quolibet, sed omne quod fit, ex aliquo sui generis procedit; & hoc genus ambitu suo, & extensione ambit id, quod fit, & suum contrarium, & ideo contraria sunt vnum in radice sui generis. Alb. mag. in 1. meta. tex. 1. cap. 3. c. 149. col. 1.
 Generatio dicitur dupliciter: primo est mutatio de non esse ad esse: secundo cum id, quod ponitur in esse, est nobilior, & contra de corruptione. Diuus Thomas in quarto meteor. lect. 2. char. 217.
 Generatio omnis tria habet: primo, quod illud, quod generatur, possit fieri, & generari: secundo, vt hoc possibile positum per virtutem agentis trahatur ad actum: tertio, vt hoc possibile terminetur ad aliquem finem. Alexan. de Ales in 2. metaph. c. 41. colum. 3.
 Generatio duorum cum est reciproca, oportet quodlibet illorum posse habere rationem prioris, & posterioris respectu alterius, vt aer, & aqua. Alexan. de Ales in 8. metaphysicor. text. 14. char. 256. colum. 1.

Generatio quid est, & vt fit.

Generatio est via in naturam. Aristot. physicorum. 2. cap. 7. text. 14. char. 32.

Generatio

Generatio est mutatio ex eo, quod non est, ad id, quod est. Arist. physic. 5. cap. 1. text. 4. char. 124.
 Generatio simplex est, quæ ex eo, quod non est, mutatur simpliciter in substantiam, & sic de corruptione. Arist. phy. 5. cap. 2. tex. 7. char. 126.
 Generatio cuiusdam est, quæ ex non albo mutatur in album. Arist. phy. 5. cap. 2. tex. 7. char. 126.
 Generatio non est motus, quia non ens est illud, quod generatur. Arist. phy. 5. cap. 4. tex. 9. char. 127.
 Generabile dicitur vno modo, si quod non erat prius, posterius sit, siue genitum, siue absq; generatione, quandoque quidem non sit, rursus autem sit. Vno autem si possibile sit, siue veritate diffinito possibili, siue facilitate. Vno vero, si generatio ipsius sit ex eo, quod non est, in id, quod est, siue iam existente, sed per generationem existente, siue etiam nondum existente, verum contingente. Aristot. 1. de celo, tex. 12. char. 28.
 Generabile est, quod contingit prius non esse. Arist. pri. de celo, text. 120. char. 283.
 Generatum omne, aut in aliquo sit, & aut incorporeum erat id, in quo est generatio, aut habebit corpus. Si habebit corpus, duo simul erunt corpora in eodem: id, quod fit: & id, quod præexistit. Si incorporeum, necesse est esse vacuum separatum, quod impossibile esse ostensum est prius. Arist. 3. de celo. text. 54. char. 331.
 Generatio antequam esset, alij inquit esse alterationem, alij aiunt generationem, & alterationem, diuersam esse. Arist. de generat. & corru. cap. 1. tex. 1. c. 378.
 Generatio & corruptio simplex non est congregatione, & segregatione, sed cum mutatum fuerit ex hoc in hoc. Aristot. prim. de generat. & corru. cap. 2. tex. 10. c. 387.
 Generatio substantiæ est generatio simpliciter, accidentium autem non. Aristot. prim. de generat. & corru. cap. 3. tex. 18. char. 391.
 Generari secundum aliquid dicuntur, quæ non significant substantiam, quæ autem substantiam significant, simpliciter. Aristot. prim. de generatio. & corruptio. cap. 3. tex. 20. char. 363.
 Generatio in substantiis est semper alterius corruptio, & corruptio alterius, est generatio alterius. Aristot. prim. de generat. & corru. cap. 3. tex. 20. char. 393.
 Generatio est, cum totum transmutatur, non manente aliquo sensibili vt subiecto eodem: sed vt ex genitura tota sanguis, aut ex aqua aer, aut ex aere omni aqua. Arist. de gener. & corru. sum. 1. cap. 4. tex. 23. char. 394.
 Generatio simplex & naturalis transmutatio est opus primarum qualitatum, & opposita corruptio secundum naturam. Arist. meteor. 4. sum. 1. cap. 2. tex. 2. ch. 599.
 Generationis consideratio contra se habet, atque inessentialia; nam quæ in generatione posteriora sunt, hæc essentialia priora sunt: & quod primum in natura est, hoc vltimum est in generatione. Aristot. de partibus animal. 2. cap. 1. char. 422.
 Generatio & mors est communis omnibus animalibus, modi autem differunt specie. Aristot. de iuuen. sen. vit. & mor. & respir. cap. 14. char. 326.
 Generatio est prima participatio cum calido nutritiuo animæ. Aristot. de iuuen. senect. vit. & mort. & respir. cap. 14. char. 328.
 Generationes naturales sunt eorum, quorum generatio ex natura est, & in hac generatione hæc sunt: materia ex qua fit; & agens, a quo eorum, quæ natura sunt aliquid est; & illud, quod fit aliquid vt homo, vel planta, aut aliquid talium, quæ maxime dicimus substantias esse. Aristot. 7. metaph. cap. 6. text. 22. char. 137.
 Generationes alie a naturalibus factiones dici possunt, & hæc, aut sunt ab arte, aut potestate, aut a mente; & harum alie fiunt a casu, & a fortuna, vt in factis a natura. Arist. 7. metaph. cap. 6. tex. 23. char. 138.
 Generans & genitum in naturalibus tale est, quale generatum; non tamē idem, & vnum numero, sed vnum

specie, nisi quod præter naturam fiat, vt equus, & mulus, quod tamen quoque simile est. Aristot. 7. metaph. cap. 8. tex. 28. char. 141.
 Generatio & corruptio non sunt motus. Aristot. 11. metaph. ex sum. 4. cap. 3. char. 238.
 Generata primo fiunt secundum longitudinem, secundo secundum latitudinem, tertio secundum profunditatem. Arist. 13. metaphysicor. sum. 1. cap. 2. chart. 267.
 Generans & generatum sunt duo numero, & vnum in intentione vniuersali. Aristot. 7. metaphysicorum. text. commen. 28. char. 84.
 Generationes voluptates non sunt, neque cum generatione omnes existunt, sed operationes sunt & fines; neque ex his, quæ gignuntur, sed ex ijs, quibus vtuntur, efficiuntur: finis item non omnium diuersum quid est, sed eorum, quæ ad naturæ perfectionem deducuntur. Arist. 7. ethic. ad nicom. cap. 12. char. 182.
 Generationis omnis principium est Diuinorum ad hæc ipsa, quæ hic, certa quædam secundum motum habitudo. Alexan. aphro. de fato. cap. 3. char. 24.
 Generatio est permutatio a virtutibus actiuis in subiectam materiam, secundum ipsas virtutes passiuas, quæ fit cum in tali proportione actiua ad passiuas extiterint, vt ipsas vincant. Alexander aphrodis. in 4. meteor. cap. 3. com. 6. char. 93. colum. 2.
 Generatio est principium motus in cunctis rebus naturalibus ad materialem formam. Alexander aphrodis. in 4. metaph. com. 9. char. 132. colum. 2.
 Generatio est, cum ex eo, quod est in potentia, & ex materia efficitur, quod actu est, & forma. Alexan. aphrodis. in quarto metaphysicorum, vel secundum lat. 5. commen. 17. char. 142. colum. 1.
 Generatio est participatio anime nutritiæ cum calore. Michael Ephes. de respir. char. 42. colum. 4.
 Generatio secundum substantiam est simplex generatio, & quæ secundum substantiam generant, habent principium non solum temporis, sed etiam ab aliqua rei parte incipiunt. Simpl. in 1. phys. c. 34. colum. 2.
 Generatio substantiæ non est alteratio, sed sine alteratione non fit. Simpl. in 1. phys. tex. 63. c. 73. colum. 2.
 Generatio est secundum mutationem in contrarium. Simpl. in 3. phys. tex. 47. char. 171. colum. 2.
 Generatio omnis, & corruptio finita, in tempore finito fit. Simpl. in 6. phys. tex. 60. char. 356. col. 2.
 Generatio maxime spectatur dum fit, & non vt primum factum est aliquod. Simplicius in 8. physicorum ex digress. char. 412. colum. 2.
 Generationes violentæ extant, cum ope adhibita quorundam medicamentorum, ipsas in se concipiunt generationes secundum naturam minime obstantes. Pfellus in 5. physicorum. c. 47.
 Generatio est motus species. Ioannes grammaticus in 2. poster. cap. 12. char. 67. colum. 1.
 Generatio omnis, & motus in tempore fiunt. Ioannes grammat. in 2. poster. cap. 11. char. 66. colum. 2.
 Generatio est mutatio secundum substantiam ex non ente in ens. Ioannes grammaticus in prim. de genera. & corrupt. tex. 1. char. 5. colum. 4.
 Generatio aliud facit, alteratio alterum. Ioan. grammat. in pri. de generat. & corrupt. tex. 1. c. 5. colum. 4.
 Generatio, & corruptio est a mutatione temporum anni. Ioan. gram. in 2. de gener. & cor. tex. 69. co. 56. c. 154.
 Generatio est processus a non corpore, donec perueniat corpus aliquod, cuius contrarium est corruptio. Auer. epitom. in logicam. char. 343. colum. 1.
 Generatum est compositum ex forma, & subiecto. Auerroes in phys. 1. tex. 64. char. 18. colum. 4.
 Generatio est exitus eius, quod est in potentia in actum, & est esse non completum. Auerroes physicorum. 5. text. 16. char. 101. columna prima.
 Generatio est non ens simpliciter, & per accidens. Auerroes

roes in physico. 5. tex. 8. char. 98. colum. 2.
 Generatio omnis est factio alicuius, quod ante non fuit. Auerr. phy. 5. tex. 8. char. 98. col. 2.
 Generabile omne est corruptibile. Auerr. phy. 5. tex. 14. ch. 100. colum. 4.
 Generatio non est motus, quia in ea non est perfectio di-
 minuta de genere eius, ad quod est motus, scilicet a
 genere perfectionis completæ, quia forma est indivisi-
 bilis, & generatio est de non esse. Auerr. phy. 5. tex. 21.
 ch. 102. colum. 3.
 Generationis, & corruptionis primum est minima pars,
 quæ ingeneri potest de generato; minimum enim de
 generato finitæ est quantitatis. Auerr. 6. phy. tex. 37.
 ch. 122. colum. 2.
 Generatio, & corruptio non sunt diuisibiles, ita vt ha-
 beant principium, & finem. Auerr. phy. 6. tex. 43. ch.
 126. colum. 1.
 Generationis motus non est motus, sed finis motus.
 Auerr. phy. 8. tex. 7. c. 156. col. 1.
 Generatio est quasi finis omnium aliorum motuum.
 Auerr. phy. 8. tex. 24. c. 164. col. 3.
 Generans est id, quod dat corpori simplici generato for-
 mam suam, & omnia accidentia contingentia formæ,
 quorum vnus est motus in loco. Auerr. phy. 8. tex. 32.
 char. 168. col. 4.
 Generationis istorum modus, quæ se mouent ad inui-
 cem, est per accidens; quia sunt quasi instrumenta, per
 quæ mouent corpora cælestia, id est, quod homo non
 dat in generatione hominis, nisi illud quod est, quasi
 instrumentum: corpora autem cælestia sunt quasi arti-
 fex, & virtutes informatiua, quas vocat Aristoteles in
 libro de animalibus, virtutes animæ, fiunt etiã a cor-
 poribus cælestibus. Auerr. phy. 8. tex. 47. ch. 177. col. 1.
 Generatio, aut est alteratio, aut sequitur alterationem.
 Auerr. phy. 8. tex. 55. ch. 180. col. 3.
 Generatio in tota terra, in eo quod est corpus, possibilis
 est, & in eo quod quælibet pars eius generabilis est, &
 est impossibilis, vt tota terra, vt est vnus elementorū
 mundi. Auerr. 2. de celo. su. 1. tex. 104. c. 78. col. 1.
 Generatio est motus, & motus indiget subiecto necessa-
 rio, & res generata est alia a re, quæ fuit apta vt esset.
 Auerr. 3. de celo. tex. 52. c. 100. col. 1.
 Generabile est, cuius priuationem subsequitur esse. Aue-
 r. ex paraph. 1. de celo. tex. 121. c. 133. col. 2.
 Generatio differt ab augmentatione, & nutritione, quia
 augmentatio, & nutritio est in tempore, generatio in
 forma, & specie. Auerr. meteor. 4. c. 211. col. 1.
 Generatum omne generatur ab eo, quod est in actu spe-
 ciei illius generati. Auerr. 3. de ani. tex. 27. c. 173. col. 1.
 Generabile, & corruptibile est omne illud, cuius causa
 est generabilis, & corruptibilis. Auerr. in 2. metaphys.
 tex. com. 29. char. 147.
 Generans est illud, quod mouet materiam, donec reci-
 piat formam, id est illud, quod extrahit illam de potē-
 tia ad actum. Auerr. in 7. metaph. tex. co. 30. c. 85.
 Generatio, & corruptio sunt in substantia, & non sunt
 motus, sed mutationes. Alb. mag. in præd. c. 64. col. 2.
 Generatio si accipiatur, vt in mixta alteratione, quia alte-
 ratur materia eius, quod generatur, improprie est mo-
 tus. Alb. mag. in præd. ch. 64. col. 2.
 Generatio, & corruptio est in substantia, cum totum cō-
 positum ex materia, & forma transmutatur in totum.
 Alb. mag. in sex princ. c. 38. col. 3.
 Generatio simplex est, cum totum cōpositum transmu-
 tatur in aliud cōpositū, vt aer fm speciem, & ma-
 teriam in aquam. Alb. mag. in 6. princ. c. 78. col. 3.
 Generantur secundum quid, & non simpliciter, omnia
 ea, quæ non substantiam, sed accidentia significant.
 Alb. mag. in 6. princ. c. 78. col. 2.
 Generatio non est motus, sed finis motus. Alb. mag. in 5.
 phy. tract. 1. cap. 3. ch. 68. col. 1.

Generatio triplex: alia simplex, alia complexionis, alia
 corporis organici. Alb. mag. in 6. physic. tract. 2. cap. 7.
 ch. 74. colum. 3.
 Generationem duo faciunt, quorum vnus est ex parte
 materiæ, quæ est ipsa diuisio: alii sunt qualitates
 agentis primæ, & alterantes: at cœli materia susci-
 pit formam suam ante vtrumque; & ideo, nec habi-
 litatem materiæ habet ad generationem, nec actionē
 agentis ad generationem. Alb. mag. in 2. de celo. tract.
 1. cap. 1. ch. 23. col. 1.
 Generati essentia tota consistit ex materia, & forma.
 Alb. mag. in 1. de generat. & corrup. tract. 1. cap. 21.
 char. 62. col. 2.
 Generans vnus secundum diuersam actiuam acceptio-
 nem, diuersas in acre facit generationes. Alb. mag. in 1.
 meteor. tract. 4. cap. 2. c. 83. col. 3.
 Generatum omne propter paucitatem materiæ, ex qua
 generatur, prius est imperfectum secundum quantita-
 tem, sed ab augmentatiua reducitur ad perfectionem,
 vt a virtute diminutiua ad contrarium deducitur.
 Alb. mag. in 2. de ani. tract. 2. cap. 2. c. 16. col. 2.
 Generans omne actu est, & ideo nihil seipsum generat.
 Alb. mag. in 2. de ani. tract. 2. cap. 7. c. 18. col. 2.
 Generatio motus nutrimenti esse non potest, tamen est
 motus substantialis: quia in generatione noua forma
 de potētia educitur, & esse nouum habet, quod gene-
 ratur. Alb. mag. de nutrim. & nutri. cap. 3. c. 64. col. 4.
 Generans primum est cœlum motum ab intellectu diui-
 no, & separato, & puro. Alb. magn. de nat. & orig. ani.
 tract. 1. cap. 3. c. 67. col. 4.
 Generatum, & factum, in quauis natura sit, oportet, vt
 sit aliquod agens, & aliquod passibile, & illam actionē
 suscipiens. Alb. mag. contra Auerr. de vnit. intel. cap.
 3. ch. 81. col. 1.
 Generatio non est eorum, quæ in seipsis manent, quia
 eorum est generatio, quæ non totum sui habent in
 seipsis, quia eorum materia non tota in ipsis est. Alb.
 mag. de caus. & proces. vniuers. a cau. 1. l. 2. tract. 1. cap.
 21. ch. 266. col. 1.
 Generatio inquietata, & infinita est propter allationem
 generantis inquietam, & infinitam. Alb. mag. de caus.
 & proces. vniuers. a cau. 1. l. 2. tract. 3. cap. 1. c. 220. co. 1.
 Generatum ex re alia diminutum est, eo quod per seip-
 sum ad actum perducere non potest. Alb. mag. de cau.
 & proces. vniuers. a cau. 1. l. 2. trac. 5. cap. 3. c. 227. col. 3.
 Generatio nihil aliud est, nisi via a diminutione ad com-
 plementum. Alb. mag. de caus. & proces. vniuers. a cau.
 1. l. 2. tract. 5. cap. 3. c. 227. col. 3.
 Generabile est omne illud, & solum id, quod potētia est
 alterum. Alb. mag. de caus. & proces. vniuers. a cau. 1.
 l. 2. tract. 5. cap. 1. c. 227. col. 1.
 Generari nullo modo aliquod credibile est, per aliquam
 virtutem generatiuam in putrefactis, & non possibile
 alio modo magis naturali generari; licet enim gene-
 ratio sit ad conseruandam speciem, tamen non ge-
 nerat, nisi indiuiduum, quod post suam complemen-
 tum incipit generare. Nam si aliquo casu omnes ho-
 mines perirent, & aliquo modo generaretur homo, &
 haberet foeminam; per coitum generabit homines, &
 non obstante, quod per coitum non est generatus, &
 femina illa iuuat generationē in hoc, quod facit gene-
 ratē, qui habet potentiam generatiuā. Contra Auerr. 8.
 phy. co. 46. Alb. magn. de anim. l. 15. tract. 1. cap. 8. c.
 128. colum. 3.
 Generans id est, quod sibi simile producit. Alb. magn. de
 ani. l. 16. tract. 1. cap. 8. c. 138. col. 2.
 Generationis motor proximus est intus in spermate, &
 in actu secundū virtutē; & prima eius origo est a gene-
 rante, a quo sperma descendit; & remanet in sperma-
 te virtus eius, nec accipit virtutem a matris anima, li-
 cet materia incrementū a menstruo accipiat, & nutri-
 mentum

mentum spiritus a spiritu; qui pulsatur in arteriis ma-
 tris. Albert. magn. de anima. lib. 16. tractat. 1. cap. 8.
 chart. 138. colum. 2.
 Generatio, & corruptio non fiunt in tempore, sed in in-
 diuisibili. D. Tho. in 6. phy. l. 5. tex. 32. c. 92. col. 4.
 Generatio & corruptio sunt termini alterationis. D.
 Tho. in 6. phy. l. 7. tex. 45. char. 95. col. 4.
 Generaretur aliquid frustra, nisi in esse generatum per-
 maneret. D. Tho. in 8. phy. l. 15. tex. 67. c. 139. col. 1.
 Generatio significatur cum aliquid incipit esse, & deter-
 minatum habet essendi modum. D. Thom. in prim. de
 celo. l. 24. tex. 11. c. 24. col. 1.
 Generatio est acquisitio esse simpliciter per transmuta-
 tionem. D. Tho. in 3. de celo. l. 11. te. 56. c. 66. col. 3.
 Generatio, & corruptio simplex, est solius substantiæ. D.
 Thom. in pri. de gen. & cor. l. 6. tex. 12. c. 7. col. 1.
 Generationes multæ mediæ sunt inter generationē com-
 positam, & primum principium generationis. D.
 Tho. in pri. de gen. & cor. l. 8. tex. 18. c. 8. col. 3.
 Generari secundum quid dicitur, quod accipit formam
 accidentalem. D. Thom. in prim. de gen. & corrup. l. 9.
 tex. 20. char. 9. col. 3.
 Generationis termini, cum ita se habent, vt vterque sit
 tota materia alterius, & e conuerso, necesse est, quod
 vno generato generetur aliud, & e conuerso. D. Tho.
 in 2. de gen. & cor. l. 11. tex. 67. c. 36. col. 2.
 Generatio & corruptio non sunt proprie motus speciei,
 sed mutationes. D. Thom. in prim. de anim. l. 6. tex.
 39. char. 8. colum. 4.
 Generatio quæ perfectissima est anime vegetabilis ope-
 ratio est, per quam aliquid iam quasi in seipso perfe-
 ctum existens, alteri esse, & perfectionem tradit.
 D. Tho. in 2. de ani. lec. 9. tex. 49. char. 30. col. 3.
 Generatio finis est motus alterationis. D. Tho. de ani.
 mot. lec. 3. c. 50. col. 3.
 Generatio partium imperfecta est; totius vero generatio
 perfecta est. D. Tho. ethic. 10. l. 5. c. 172. col. 1.
 Generatio est variatio secundum formam substantialem,
 non secundum formam accidentalem tantum. Alex.
 de Ales in 1. metaph. char. 12. col. 4.
 Generari non est aliud, nisi ipsum possibile medium
 perfici per formam substantialem. Alexand. de Ales in
 2. metaph. c. 41. col. 3.
 Generatio est medium inter esse, & non esse: quia quod
 possibile est, non est adhuc: quod est in termino, iam
 perfectum est. Alex. de Ales in 2. metaph. c. 41. col. 4.
 Generans vt generando dat formam, sic dat act onem
 consequentem formam, & dat aspectum ad certum
 finem consequentem illam formam. Alex. de Ales 2.
 metaph. char. 43. col. 4.
 Generatur ex aliquo priori possibile omne, quod gene-
 ratur. Alex. de ales. 3. metaph. tex. 12. c. 67. col. 2.
 Generatio est terminus alterationis. Alex. de ales in 3.
 metaph. tex. 12. char. 67. col. 2.
 Generatio proprie dicitur, de rebus naturalibus, & no-
 mine actionis vtitur in operatione intellectus, qui
 nihil constituit extra, vt speculatiua, & practica, quæ
 respicit actus morales, & actiuos: factio vero est in
 operatione intellectus, qui respicit habitum factiuū.
 Alex. de Ales 7. metaph. tex. 23. c. 208. col. 1.
 Generans & genitum sunt similes in forma sua. Alexan.
 de ales 7. metaph. tex. 26. c. 210. col. 4.
 Generatio non est motus, sed est finis motus. Alexan. de
 ales 11. metaph. char. 325. col. 4.
 Generationem esse est idem, quod quoddam fieri esse.
 Alex. de ales 11. metaph. char. 328. col. 3.
 Generatio est perfectio entis in potentia. Alex. de Ales
 12. metaph. tex. 8. char. 331. col. 4.
 Genitum de sui ratione est, quod aliquo modo præfue-
 rit in generante, sed tamen genitum aliquando præ-
 fuit in generante secundum eandem rationem, & sic

genitum fit aliquid simile: aliquando secundum ali-
 quam aliam rationem præfuit in generante, & sic non
 est simile. Alex. de ales 11. metaph. tex. 13. c. 333. col. 1.
 Generatio est prima participatio nutritiua animæ in ca-
 lido sibi proportionali. Pet. de Aluer. de iuuen. & sen.
 de mor. & vit. & respir. l. 17. char. 80. col. 3.
 Generatio est quibus constat, & in quo lo-
 co perficitur.
 Generationes ex oppositionibus sunt, ergo & falla-
 cia. Arist. periherm. lib. 2. cap. 4. char. 145.
 Generatio & corruptio esse nequit, nisi sit motus. Arist.
 phy. 8. sum. 1. cap. 1. tex. 1. char. 194.
 Generare alia deditate, & raritate, vel subtilitate, & gros-
 sitie, nihil differt. Arist. 3. de celo. l. 1. c. 43. char. 347.
 Generationis subiectum est in potentia, alterationis
 actu; & in hoc differunt. Arist. 1. de gener. & corrupt.
 cap. 2. tex. 10. char. 387.
 Generatio est aliquo modo ex non ente simpliciter, mo-
 do alio ex ente semper; ipsum enim potentia ens, actu
 autem non ens necesse est præexistere. Arist. 1. de ge-
 ner. & cor. cap. 3. tex. 11. char. 388.
 Generatio vnus cum sit corruptio alterius, & huius
 corruptio alterius generatio, ideo incessabilem necesse
 est esse transmutationem. Arist. 1. de generat. &
 cor. cap. 3. tex. 17. char. 390.
 Generatio non deficit, quia generatio fit ex non ente, &
 corruptio fit in non ens: generatio enim entis est cor-
 ruptio non entis, & corruptio entis est generatio non
 entis; & sic materia nunquam denudatur ab altero
 duorum contrariorum. Aristot. prim. de gen. & cor.
 cap. 3. text. 22. chart. 393.
 Generatio magis apparet, cum transmutatio fiat ex in-
 sensibili in sensibile, aut actu, aut omnibus sensibus,
 vt cum aqua generatur, aut corrumpitur in aerem, si
 non manet substantia, est generatio; si manet, est alte-
 ratio. Arist. 1. de gen. & cor. su. 1. cap. 4. tex. 24. c. 394.
 Generatur similiter alterum ex altero, & ab aliquo actu
 existente eiusdem generis, vel eiusdem speciei, vt ho-
 mo ab homine. Aristot. prim. de gen. & cor. su. 2. cap.
 12. tex. 30. char. 397.
 Generatur nihil ex glacie, neque ex igne. Arist. de gener.
 & corrupt. cap. 3. tex. 21. char. 428.
 Generatur ex igne aqua, & ex aere terra, & rursus ex
 aqua ignis, & ex terra aer; sed quia ambarum qualita-
 tum est transmutatio, difficilis fit. Arist. 2. de gener.
 & corrupt. cap. 1. tex. 26. char. 430.
 Generatio non fit ex quolibet, sed ratione aliqua, id est,
 ex determinato. Arist. 2. de gener. & corrupt. sum. 2.
 cap. 4. tex. 40. c. 436.
 Generatio existit in eo loco, qui est circa medium. Arist.
 de gen. & cor. su. 3. cap. 1. tex. 51. char. 441.
 Generatio, & corruptio necesse est esse circa possibile
 esse, & non esse. Aristot. 2. de generat. & corrupt. su. 3.
 cap. 1. tex. 51. char. 441.
 Generat nihil seipsum, sed conseruat. Arist. 2. de anim.
 sum. 3. tex. 47. char. 627.
 Generata omnia generantur ab eo, quod est in actu.
 Arist. 3. de ani. su. 1. cap. 4. tex. 26. char. 661.
 Generationis, & corruptionis nō est possibile quippiam
 ipsum sibi causā esse, præexistere enim oportet motus
 ei, quod mouetur, & generans ei, quod generatur, ip-
 so autem seipso prius nullum est. Aristot. de ani. mot.
 capit. 3. chart. 84.
 Generationis principia sunt mas, & foemina: mas est vt
 quod generationis originem habeat, foemina mate-
 ria. Arist. de gen. anim. 1. cap. 2. char. 97.
 Generat nihil seipsum, sed quod primum extrinsecus
 mouet, id causa est, sed postquam generatum est, seip-
 sum iam auget. Arist. de gen. anim. 2. cap. 1. char. 144.
 Generat

Generat quod est uniuocum, ut homo hominem, sed per se augetur. Arist. de gen. ani. 2. cap. 1. c. 148.
 Generationem ex non ente fieri, impossibile est. Arist. 3. metaph. ex su. 2. cap. 3. tex. 12. c. 50.
 Generatio omnis supponit aliquod sempiternum, scilicet materiam. Aristot. 3. metaphys. ex sum. 2. cap. 3. tex. 12. char. 50.
 Generationis si esset generatio, abiretur in infinitum, & si posterior, & prior est, & si fieri, fiebat, sequitur quod illud, quod fit non fit, dum fit, ergo si non est dare in infinitum primum fieri, non est etiam dare fieri, quod consequenter se habet ad primum, ergo nullum fieri. Arist. 11. metaph. cap. 3. c. 240.
 Generatorum omne ab aliquo fit, & ex aliquo, & sunt aliquid. Arist. 7. metaph. ca. p. 6. tex. 22. c. 137.
 Generabilia unumquodque habet materiam determinatam, ex qua fit, quod fit. Aristot. 12. metaph. ex su. 1. cap. 2. tex. 8. c. 245.
 Generatio est ex non ente, quod est ens in potentia. Arist. 12. metaph. ex sum. 1. cap. 2. tex. 8. c. 245.
 Generatio & corruptio proprie in ijs dicuntur, quæ principaliter generantur, & corrumpuntur, quæ cum fiant per annum Solis circuitum, accedente Sole, quibus accidit, generantur; recedente corrumpuntur. Alex. aphr. in 3. nat. q. cap. 4. c. 12.
 Generari necessario in solis ijs verum est, quæ circulo semper fiunt. Alex. aphr. 3. nat. q. cap. 5. c. 12.
 Generatio in infinitum procedit successione, & vicissitudine, sed nunquam in eodem. Alex. aphr. 3. nat. quæst. cap. 5. char. 12.
 Generatio secundum substantiam non ex contrarijs fit, sed ex oppositione secundum contradictionem; quoniam nihil est substantiæ contrarium. Alex. aph. 4. nat. q. cap. 29. char. 23.
 Generabilia ex propria priuatione dicuntur generari per mutationem eius, quod subicitur huius priuationi, ideo & per accidens priuatio est principium, ut elementum omnium generabilium. Alex. aphro. natur. quæst. cap. 11. ch. 8.
 Generatio constat ex oppositis, id est ex proprijs eorum, quæ fiunt, priuationibus, & negationibus. Ammo. in 1. de interp. ch. 146.
 Generatio omnis per transmutationem conficitur. The. in 1. phy. tex. 43. c. 17. col. 3.
 Generabile nullum potest esse, nec fieri, nec fore sine tempore. Simp. in præd. c. 89.
 Generatio huius mundi constat ex necessitate, & mente. Simplicius in secundo physicor. tex. 9. chart. 138. column. 2.
 Generabilium formarum exemplar necesse est, si omne, quod fit, ab aliqua causa fit, quod prius sumat rationem eius, quod fit, & ne fiat temere. Simp. in 2. phy. tex. 20. ch. 105. colum. 1.
 Generatio per se non est eius, quod non est, sed cui accidit id, quod non est. Simp. in 5. physicor. tex. 8. char. 297. colum. 1.
 Generatio non fit in materia prima, nec in corpore simplici. Simplic. in quinto physicor. text. 9. chart. 298. colum. 2.
 Generabile omne non solum ex aliquo generatur, sed & ab aliquo; non enim ex materia solum fit aliquid, sed etiam ab efficiente causa, ideo non sufficiunt elementa, sed necessarij sunt celi ad generationem. Simp. in 2. de celo. tex. 21. co. 12. c. 61. col. 3.
 Generationis processus omnis fit ab imperfecto ad perfectum, prioraque sunt posterioribus imperfectiora. Simp. 2. de ani. tex. 6. c. 25. col. 4.
 Generatio omnis ab imperfecto incipit, & mediante eo, quod secundum habitum perfectum est, in eam terminat perfectionem, quæ secundum actum consistit. Simp. 3. de ani. ex tract. 1. tex. 1. col. 3.

Generatio omnis denominatur a forma, ad quam tendit. Ioan. Gram. in 2. physic. tex. 7. c. 33. col. 1.
 Generatum habet a forma quod fit actu, a materia quod fit potentia. Ioan. gram. in 1. de gen. & corrup. text. 17. com. 59. chart. 38.
 Generatio omnis est ex non ente: quia ex materia, quæ omnium habet priuationem, & ex ente, quod potentia est omnia. Ioan. gram. in prima. de gen. & cor. tex. 21. co. 67. char. 32.
 Generationem qui ponit ex non ente, ait aliquid habere dispositionem, quam nunquam habebat, nec simpliciter, nec in subiecto, & alterum duorum concedere debet: aut quod est transmutatum ante transmutationem: aut quod transmutatio est in priuatione, quæ omnia sunt impossibilia; sed moderni hoc accipiunt, quia assueti sunt a pueris sic audire: & consuetudo est altera natura. Auer. in physicor. prim. text. 71. char. 20. col. 2.
 Generationis primæ partes componuntur ex alteratione, & generatione, quia cum aliquid generatur ex aliquo, ut caro ex sanguine, primo amittitur qualitas, & accidentia sanguinis, & fiunt accidentia propria carnis donec amittatur forma sanguinis, & fiat forma carnis. Auer. phys. 6. tex. 59. c. 130. col. 2.
 Generabile omne naturale habet aliquam quantitatem naturaliter in initio generationis, & sine, & ista quantitas habet extrema, & medium. Auer. physic. 6. tex. 91. char. 139. colum. 1.
 Generari ex nihilo aliquid Saraceni dicunt, quia sentiunt multa comprehensibilia visu generari ex rebus incomprehensibilibus visu, ut ignis ex aere. Auer. physic. 8. su. 1. tex. 4. c. 155. col. 2.
 Generationis & corruptionis subiectum non est aliquid demonstratum. Auer. phy. 8. tex. 82. c. 183. col. 1.
 Generationis nomen a celo vult Aristoteles remouere, quod fit terminatum in tempore, & ab aliquo. Auer. 1. de celo. tex. 1. c. 8. col. 1.
 Generationis motus quiescit cum ens perficitur. Auer. 2. de celo. tex. 2. c. 45. col. 3.
 Generatio fit per actionem virtutum actiuarum, & passionem passiuarum. Auer. meteor. 4. c. 210. col. 4.
 Generationis esse est a caliditate, quia commixtio non potest esse nisi per ipsam. Auer. meteor. 4. c. 210. col. 4.
 Generatio non est nisi per complexionem, & mixtionem. Auer. meteor. 4. char. 210. col. 4.
 Generatum habere aliquam quidditatem supponit Auer. pace. Auer. 3. de anim. tex. 36. char. 177. col. 4.
 Generatum omne habet causam efficientem, & materialem. Auer. 1. de gen. ani. cap. 20. c. 217. col. 1.
 Generatio est ab eo, quod est in potentia, non ab eo, quod est in actu. Auer. in 1. metaph. tex. co. 18. char. 8.
 Generabilia secundum famositatem magis dicuntur naturalia, quam æterna. Auer. in 2. metaphysic. tex. com. 16. char. 17.
 Generationi magis videtur attribui, quod fiat ex priuatione, quam subiecto priuationis. Auer. 7. metaphysic. tex. com. 25. char. 82.
 Generatio fit ex priuatione, non ex esse. Auer. 7. metaphysic. tex. com. 25. char. 82.
 Generatum omne generatione actuali, id est, generatione non cessabili, generatur a suo simili. Auer. 7. metaphysic. tex. com. 28. char. 84.
 Generatio perficitur per hæc tria, quia cum aliquid generatur, necesse est, ut aliquid superfluum, quod non conuenit ad recipiendam formam, diuidatur a sua materia; & ut aliquid ei addatur, forma scilicet, & additio, & diminutio non sunt sine transmutatione. Auer. in 9. metaph. tex. com. 12. char. 112.
 Generata ex putrefactione quamuis, non fiant ex conuenientibus simpliciter, tamen fiunt ex aliqua operatione. Auer. in 12. metaph. tex. co. 13. char. 140.

Genera-

Generationem ponentes conueniunt in hoc, quod ponunt generationem esse transmutationem in substantia, & quod nihil generatur ex nihilo; scilicet quod necessarium est in generatione esse subiectum, & quod generatum non fit nisi ab eo, quod est sui generis in forma; & isti diuiduntur. Aliqui enim ponunt, ut est Auicenna, quod agens creat formam, & ponit eam in materia, & illud agens non est in materia omnino, & vocat ipsum datorem formarum. Alij, ut Themistius, dicunt illud agens inueniri quodbus modis, aut abstractum a materia, aut non. Quod est non abstractum, est, ut ignis, qui facit ignem, & homo generat hominem; abstractum vero generat animalia, & plantas, quæ fiunt non a simili. Tertia est opinio Aristotelis, quod agens non facit nisi compositum ex materia, & forma mouendo materiam, & transmutando eam donec exeat id, quod est in potentia ad ea ad illam formam in actu, & agens non est congregans inter duo, sed extrahens illud, quod est in potentia ad actum, & quasi congregat inter materiam, & formam, secundum quod extrahit potentiam ad actum non destruendo subiectum recipiens potentiam, & tunc efficiuntur in composito duo, materia, & forma. Auer. in 12. meta. tex. co. 18. c. 143.
 Generans indiuiduum est indiuiduum. Auer. in epito. metaph. trac. 2. c. 173. col. 3.
 Generatio semper ex oppositis fit, ac ex eo, quod non fuit. Boet. in lib. de interp. c. 284.
 Generatio omnis ex permutatione eius, quod fuit, surgit. Boet. in lib. de interp. c. 459.
 Generatum omne in aliam quodammodo substantiam formam permutatur. Boet. in lib. de interp. char. 459.
 Generatio omnis fit per diuinum aliquid, quod est in eo, quod generat. Alb. mag. 1. de intel. & intel. tract. 1. cap. 5. c. 51. col. 4.
 Generatur nihil, nisi forte lapis, in terra inhabitabili. Alb. mag. de natur. locor. distinc. 2. cap. 2. c. 99. col. 4.
 Generatio vegetabilium fit ex stellarum motibus, cum mouent elementorum mixtionem, & informant mixtum ad hanc, vel illam speciem, & eodem modo, in generatione similibus animalium, ut ait Auicenna. In homine autem non ita, quia anima rationalis datur a datore primo, & non educitur de potentia materiae. Alb. mag. de propriet. element. lib. 1. tract. 2. cap. 13. char. 113. col. 2.
 Generatio est ex inchoatione cuiuslibet formæ in materia; & quia non omnium inchoatio est cuiuslibet in quolibet, ideo non ex quolibet generatur. Albert. magn. de caus. & proces. vniuers. a cau. prim. lib. 2. tract. 1. cap. 3. char. 200. col. 2.
 Generatum omne ex humido spermatico habet suæ generationis substantiam, & virtutum, siue illud humidum sit in utero, siue in ouo; quod humidum si debet habere virtutem generationis, necesse est habere proprietatem virtutis, & masculi, & foeminae. Alb. magn. de ani. l. 1. trac. 1. cap. 5. c. 4. col. 3.
 Generationis & esse principium est, & conseruationis eiusdem, & nutrimenti principium, quod per generationem, & esse ab illo exiuit. Alber. magn. de anim. l. 3. trac. 1. cap. 6. char. 35. col. 3.
 Generatum omne uniuoce dum generatur, generatur ab aliquo efficiente secundum formam, quod habet naturam, & est in aliquo, ut in fine generationis; & sic ex primo mouente, quod habet naturam, & virtutem generandi, ex forma ad primum, id est ex forma primi uniuoce generantis, ut ex arbore fit arbor. Alb. mag. de ani. l. 12. trac. 1. cap. 1. c. 100. col. 4.
 Generationis diminutio proculdubio creatur a magnitudine corporis. Alber. Magn. de anim. l. 18. tract. 2. cap. 1. char. 155. col. 3.
 Generatio, & corruptio est in his inferioribus, ut conseruetur perpetuum esse in eis. D. Tho. in 2. phy. l. 12.

tex. 77. char. 28. col. 1.
 Generabile omne fit ex contrario, ut ex non permanente, & fit ex subiecto, ut ex permanente. D. Thom. in pri. de celo. l. 6. tex. 20. char. 6. col. 1.
 Generatio & corruptio in rebus naturalibus est, quorum forma non est positio, & ordo non quidam per congregationem, & segregationem, sed quia fit transmutatio ex hoc toto, id est non dissoluto in partes in hoc totum, quasi non congregatum ex aliquibus partibus. D. Tho. in pri. de gen. & cor. l. 5. tex. 10. c. 6. col. 2.
 Generatio per se est ex ente in potentia, id est ex materia, quæ est ut subiectum naturalium rerum. D. Tho. in 1. de gen. & cor. lec. 7. tex. 15. c. 8. col. 1.
 Generantur omnia, & maxime temporalia ex generatione elementorum. D. Tho. in 2. de gen. & cor. lect. 12. tex. 69. c. 37. col. 1.
 Generata ex putrefactione non sunt eadem specie, & generata ex spermate, iuxta Auerrois opinionem: & sunt eadem, iuxta opinionem Auicennæ; & iuxta opinionem Aristotelis, aliqua possunt, & ex spermate, & ex putrefactione generari, aliqua non, perfecta enim non possunt generari nisi ex semine; alia vero imperfecta, quæ sunt vicina plantis, generari possunt ex semine, & ex putrefactione. D. Tho. 7. metaph. l. 3. tex. 23. char. 471.
 Generationem aliquam esse per se, cum referatur ad viam causam, nihil prohibet, cum referatur ad aliam, esse per accidens. D. Tho. metaph. 7. l. 6. tex. 23. c. 471.
 Generatio animalis ex spermate, & si non sit a spermate, ut ab uniuoco, quia sperma non est animal, id tamen, a quo est sperma, est aliquo modo uniuocum, eo quod fit ex spermate: sperma enim fit ab animali. D. Tho. metaph. 7. l. 8. tex. 31. c. 487.
 Generatio in uiuentibus differt a generatione inanimatorum, quia inanimatum generatur, non ut coniunctum, siue unitum generanti, ut ignis ab igne; in uiuentibus autem fit generatio per quandam unionem ad generationis principium. D. Thom. metaphysicor. 5. lect. 5. tex. 5. char. 277.
 Generatio per se in se habere debet similitudinem aliquam generati tribus modis. Primo cum forma generati præcedit in generante secundum eiusdem modum essendi ex simili materia, ut ignis generat ignem. Secundo, cum forma præcedit secundum esse immateriale, quod habet in mente artificis. Tertio, cum non tota forma, sed aliqua pars eius, vel pars partis, & hoc nullo modo est uniuoca. D. Thom. in 7. metaphysic. l. 8. tex. 29. char. 485.
 Generans, & genitum sunt diuersa numero, & materia, & sunt unum forma. Alex. de Ales in 7. metaphysic. tex. 28. c. 21. col. 4.
 Generatio, quæ est motus formalis, arguit aliquem motum non formalem, sed localem tantum, qui motus localis arguit aliquem motorem, qui immobilis mouetur. Alexand. de Ales in 7. metaphysicor. tex. 28. char. 213. col. 1.

Generationis causa, & potentia.

Generationis causa non excrementi emittendi duplex in animalibus est: sed quia seminis natura humida est, ideo meatus idem communis cum excremento humidi alimenti habetur. Arist. de gen. anim. cap. 13. char. 109.
 Generationum causa in rerum natura est mas, & foemina. Arist. de gen. ani. 2. cap. pri. char. 140.
 Generationis causa efficiens est potentia, & natura in semen coniecta. Alexand. aphrod. in 6. metaphysic. vel secundum Lat. 7. com. 17. c. 143. col. 1.
 Generandi aptitudinem quod continet, nonnumquam gemellos parit. Ioan. gram. de gen. anima. l. 2. cap. 6. char. 52. colum. 4.

Generandi

Generandi aptitudinem obtinent ea animalia, quæ omnibus anni temporibus concipiunt. Ioan. gra. de gen. ani. lib. 2. cap. 6. char. 52. col. 4.

Generatio cuiuslibet speciei non perficitur, nisi per aggregationem motuum corporum celestium, quod si non essent plures motus eorum, essent otiosi, quod impossibile est. Auer. 2. de celo. text. 21. char. 51. col. 2.

Generatorum ex non simili est principium, Sol, & orbis declivis, & eorum, quæ generantur ex simili, non tantum est principium simile in specie, sed cum Sole, & orbe declivi. Auerroes in 12. metaphysicor. text. comm. 40. chart. 152.

Generabilium multiplicatio causa ab vno agente est, & multiplicatio materiarum, in quas agit. Auer. 7. metaph. tex. co. 28. char. 84.

Generatiuæ virtutis organum sunt membra seminaria, vt cerebrum vitutis animalis, & cor vitutis vitialis. Alb. magn. 2. de ani. tract. 2. cap. 7. c. 18. col. 2.

Generatiua virtus sita in membris genitalibus imprimat in alimento supersuo virtutem formatiuam, quæ in feminis viscositate retenta cum fuerit in debito loco, format semen in organicum corpus. Alb. magn. in 2. de ani. tract. 2. cap. 7. c. 18. col. 2.

Generatiua potentia omnibus viuientibus naturalibus, & non æternis substantijs inest. Alb. mag. 2. de anim. tract. 2. cap. 1. c. 16. col. 1.

Generatiua virtus duplex est. Vna, quæ a generante descendit semen attrahendo, & hæc tribus modis operatur: calore, qui spumofum facit semen, vt spumofum sit spiritu deferente formatiuam virtutem, & eodem calore consumit supersuum humidi feminis, vt efficiatur globosum, vt virtutes, & distinctiones membrorum magis retinere possit. Operatur etiam influendo virtutem formatiuam, quæ est in semine, vt ars in artificiati materia. & etiam operatur ventositate, & in instrumento extendente membra genitalia ad actum coitus, & eijciendo semen a masculo in feminam. Alia virtus est in semine, duo habens instrumenta, duas materias, & duo opera: vnum instrumentorum est calor feminis, qui triplici virtute est informatum, quarum vnâ habet a substantia, vt est calor, & illa est virtus solutiua, aut dissolutiua, & subtiliatiua, & alteratiua feminis: secunda virtus coelestis: tertia est virtus animæ. Duo autem humida sunt materiæ, in quibus hæc operatur: vnum est in substantia feminum, aliud est attractiuum, vt addatur illi, & hoc est humidum sanguinis mensurati. Duo autem opera, aliud est membrorum formatio, aliud, quod attribuitur membris, vt numerus, ordo, situs. Albert. Magn. in 2. de anima. tract. 2. cap. 7. char. 18. col. 2.

Generatorum nullum omnino simile inuenitur vni alteri, quia quodlibet punctum habitationis habet virtutes speciales, quibus informatur id, quod locatur in ipso. Albert. Magn. de natur. locor. dist. 1. cap. 4. char. 94. col. 3.

Generationis principia ad aliquam speciem non generant, nisi informata ipsa specie. Alb. mag. 7. metaph. tract. 4. cap. 3. c. 130. col. 3.

Generationis suæ principium in seipso nihil habet. D. Tho. de animal. mot. lec. 1. c. 46. col. 2.

Generationis perpetuæ causa est corpus ingenerabile, & incorruptibile, scilicet corpus coeleste. Alexand. de Ales 12. metaph. tex. 56. c. 353. col. 1.

Generatio in quo est, & eius necessitas.

Generatio, & corruptio omnibus natura consistentibus substantijs, nõ est sine sensibilibus corporibus. Arist. 2. de gen. & cor. su. 1. cap. 1. tex. 1. c. 422.

Generatio animalium fit, quia animalia numero æterna esse non possunt, specie sunt æterna. Aristot. de gen. anim. 2. cap. 1. char. 139.

Generatum omne, & ex aliquo, & ad aliqd gigni necesse est. Arist. de gen. ani. 2. cap. 1. char. 144.

Generatio omnis, & interitus in tẽpore est. Alex. Aphr. in 2. metaph. vel secund. Lat. 3. tex. co. 57. c. 79. col. 2.

Generatio omnis fit per transmutationem materiæ, & materia est indiuiduum generans. Auer. in 7. metaph. tex. co. 28. char. 84.

Generabile omne non necessario generatur; corruptibile vero omne necessario corrumpitur. Alb. mag. in 1. de celo. trac. 4. cap. 6. char. 20. col. 4.

Generatio non est necessaria, nisi in esse corruptibili, vbi id, quod secundum se mouere nequiuit, mouet secundum generationis successionem in sibi simili, quia forma in toto luminis processu, non habet constitutionis suum principium, nisi in esse corruptibili. Albert. magn. de caus. & proces. vniuers. a cau. prim. l. 2. trac. 1. cap. 21. char. 206. col. 1.

Generans ex hoc generat, quia est mouens, & ex hoc est mouens, quia est actus. D. Thom. de anim. mot. lect. 3. char. 50. col. 3.

Generatio saluari non potest, si forma, & materia non differunt realiter. sic creatio saluari non potest, si essentia, & esse non differunt realiter. Alex. de Ales in 7. metaph. tex. 22. c. 207. col. 2.

Generatio ideo data est rebus, vt saluetur esse permanens saltem diminuto modo, quia non saluatur, nisi in specie, & non in indiuiduo. Alex. de Ales in 7. metaph. tex. 28. char. 213. col. 2.

Generationis modus, & similitudo, & cognitio.

Generatum, & illud, ex quo generatio fit, simul esse oportet. Arist. 3. de celo. su. 8. cap. 1. tex. 55. c. 351.

Generata in luto, prius in ipsis generantur caput, & superius corporis, post hoc interiora, quæ sunt via nutrimenti, & tandem inferiora. Alb. mag. de animalib. lib. 17. tract. 2. cap. 5. char. 151. col. 2.

Generatio si fit modo essentiali, & non accidentali, tunc semper est similitudo ad parentes, vel ad auos: quoniam si vincit sperma, erit similis patri; si materia trahat ad se sperma, matri similis erit, & hoc tripliciter esse potest: aut in membro principali, aut secundarijs simul: aut in principali ad se trahit materiam, in secundarijs autem non inuenitur sperma, & tunc in complexione cordis, & sexu similis est matri, in reliquis patri. Si autem econuerso fiat, tunc erit partus in corde & sexu similis patri, & in membris alijs similis matri. Alb. mag. de animal. l. 18. tract. 1. cap. 4. c. 153. col. 4.

Generatæ rei qualitas maxime cognoscitur per ascendens natiuitatis. Alb. mag. de animalib. lib. 20. tract. 1. cap. 8. char. 165. col. 4.

Generatio totius speciei differt a generatione partium. D. Tho. Ethic. 10. lect. 5. char. 172. col. 1.

Generationis natura, & finis.

Generationis finem esse necesse est, si motus est, quia motus finitus est. Aristot. metaphys. 3. sum. 2. cap. 3. tex. 12. char. 50.

Generandi finis hominibus, vt plurimum, est septuagesimus annus, mulieribus quinquagesimus. Aristot. polit. 7. cap. 16. char. 750.

Generatum per calidum, calidum est sua natura. Alex. aphrod. in 2. de ani. cap. 31. c. 47. col. 4.

Generatiuæ facultatis finis est rerum diuinarum imitatio. Io. gram. 2. de ani. tex. 33. c. 44. col. 4.

Generabilia, & corruptibilia mensurantur a tempore, tum quia mouentur, tum etiam quia tempus ea excedit. Auer.

Auer. phy. 4. tex. 120. char. 90. col. 1.

Generata res cum fuerit in generatione, nondum est illa res generata. Auer. phy. 5. tex. c. 100. col. 3.

Generabile omne diuisibile esse debet ratione non actu. Auer. 7. metaph. tex. co. 27. char. 83.

Generatio nihil aliud facere optat, nisi formam in materiam inducere. Albert. magn. in prim. de generat. & corrup. tract. 1. cap. 21. c. 62. col. 2.

Generabile omne cum eo, quod ex eo generatur, commune habet materiam, & genus intellectuale. Albert. mag. de caus. & proces. vniuers. a cau. prim. l. 2. tract. 5. cap. 2. char. 227. col. 2.

Generans non generat sibi idem numero, sed idem specie. D. Tho. 2. de gen. & cor. lect. 10. tex. 59. c. 35. c. 2.

Generans, & agens semper intendit sibi assimilare passum, & trahere ad terminos suos, sed aliquando non potest omnino assimilare passum, sed assimilatur quantum potest. Alexand. de Ales in 10. metaphysic. tex. 25. char. 302. col. 4.

Generabilia, & corruptibilia, & vt opponuntur.

Generatio opponitur corruptioni, simplex simplici, & singularis singulari. Aristot. phys. 8. sum. 3. cap. 2. tex. 62. char. 226.

Generabilia omnia corruptibilia sunt. Arist. 1. de celo. tex. 33. char. 277.

Generatioui simplici contraria maxime est putrefactio. Aristot. meteor. 4. su. 1. cap. 2. tex. 3. char. 559.

Generatio, augmentatio, & alteratio, & forma, & materia differunt: materia, quia generatio est in substantia, augmentatio in quantitate, alteratio circa quale. circa formam, quia generatio circa substantiam producit generatum: alteratio circa passibiles qualitates; augmentatio addit aliquid. Ioan. gram. 1. de gen. & cor. tex. 15. co. 77. char. 37.

Generationem vnus corruptionem esse alterius non est verum in omnibus entibus, sed in quibus contrariis existentibus melius, & peius inuenitur. Ioan. gram. 1. de gen. & cor. tex. 20. c. 66. c. 32.

Generationis motus, præcedit alios motus, & motus alterationis præcedit generationem per accidens, vt forma elementorum, sunt qualitates, aut qualitates sequuntur eas. Auer. phy. 8. tex. 57. c. 181. col. 4.

Generantes mundum habent concedere vacuum. Auer. 3. de celo. tex. 29. c. 92. col. 4.

Generatum omne oportet esse in loco, vel per se, vel per accidens. Auer. prim. de gen. & corrup. tex. 27. char. 159. col. 4.

Generatio si esset vniuersalis, esset ex non ente. Auer. pri. de gen. & cor. tex. 40. char. 161. col. 3.

Generata ex elementis differunt maxime ab elementis, ita vt dici non potest, vt propter raritatem, vel spissitudinem hoc accidat. Auer. 1. metaph. tex. co. 11. ch. 6.

Generatio non sequeretur, nisi esset multitudo motuum celestium. Albert. magn. in 2. de celo. tractat. 1. cap. 7. char. 29. col. 2.

Generans non mouet id, quod mouet, nisi quod ei dat suam formam. Alb. magn. 3. de celo. tracta. 1. cap. 7. char. 47. col. 3.

Generata tantum per resolutionem corrumpuntur. Albert. mag. in 3. de celo. tract. 2. cap. 4. char. 49. col. 4.

Generationis causa finalis, est esse perpetuum. Alb. mag. in 2. de ani. tract. 2. cap. 1. char. 17. col. 1.

Generatum consequitur formam per actionem generantis. D. Thom. in poster. c. 88. col. 1.

Generans quantum dat de forma, tantum dat de loco. Alex. de Ales in 2. metaph. c. 45. col. 1.

Generans quantum dat de forma, tantum dat de accidente, quod sequitur forma. Alex. de Ales 12. metaph. cap. 25. char. 337. col. 4.

Generatio dum fit, aliquid destruitur, vt priuatio, & perficitur aliquid per formam, vt materia. Alex. de Ales 12. metaph. tex. 8. c. 331. col. 4.

Generans mouet graue, & leue, non primo, sed in quantum dat formam, cui competit per se esse sursum, vel deorsum; immediatum autem principium actiuum est grauitas, & leuitas. Pet. de Auer. in 4. de celo. l. 2. tex. 23. c. 75. col. 2.

Generatio vt a casu, & vt in artificialibus fit.

Generatio secundum naturam fit, vt semper, & vt sepe, & quæ extra hæc, est generatio casu, & fortuna. Arist. 2. de gen. & cor. cap. 4. tex. 39. c. 436.

Generationum, & motuum, hæc quidem intellectio, illa vero effectio vocatur. quæ quidem a principio, & a specie, est intellectio: quæ ab vltimo intellectiois, effectio. Arist. 7. metaph. cap. 6. tex. 23. char. 138.

Generatio eorum, quæ natura sunt, semper similis est: ad numeros enim quosdam definitos, ac terminatos semper fiunt, non autem casu, & fortuna: nec tamen ad exemplar fiunt, quia natura cum sit rationis expertis, non fungitur munere suo intelligendo, licet sit causa, vt ordo seruetur. Alex. Aphrod. in 1. metaphysic. com. 69. char. 35. col. 1.

Generatio naturalis differt a generatione artificiali; quia non oportet, vt forma domus semper sit a domo, & si aliquando contingat, vt ad eius similitudinem fiat domus, sed semper sperma est ab animali. D. Tho. 7. metaph. lect. 8. tex. 31. char. 487.

Generata a casu nõ sunt intenta a natura, sed magis vocari debent priuationes generabilium. Alex. de Ales 12. metaph. tex. 13. char. 333. col. 1.

Generationis, vt liber ab Aristotel. conditus.

Generationis librum præcedit liber hic de celo. Auer. 3. de celo. tex. 56. char. 101. col. 3.

Genera, vt diuiduntur, quid significant, & vt differunt.

Genera omnia per species oppositas diuiduntur. Arist. 10. metaph. cap. 7. tex. 24. c. 209.

Genera vniuersalia sunt, vniuersalia autem quibusdam existentibus vniuersalia sunt. Alex. Aphrod. in prim. natur. quest. cap. 3. char. 11.

Genera differunt ab ijs, quæ prædicantur de vno, quia de pluribus prædicantur. Porph. 5. voc. cap. 2. char. 34.

Genus dicitur tribus modis. Primo ab vnus habitudine, vt Romani a Romulo. Secundo, quod est vnus cuiusque generationis principium, vel ab eo qui genuit, vt Orestes a Tantalos; vel a loco, in quo quis genitus est, vt Pindarus Thebanus. Tertio, cui subiicitur species: & de hoc tertio apud philosophos est sermo. Porph. 5. voc. cap. 2. c. 37.

Generis diuisio semper est in plures species. Porphir. 5. voc. cap. 3. c. 40.

Genera differunt ab ijs, quæ prædicantur de pluribus: a specie quidem, quia prædicantur de differentibus specie, species vero de differentibus numero: a differentijs, quia in eo, quod quid est prædicatur genus, differentia in quale quid: a proprio, quia proprium de vna solum specie prædicatur, genus vero de pluribus: ab accidentibus autem, quia prædicatur in quid, accidentia in quale. Porph. 5. voc. cap. 2. char. 34.

Genera prima non habent constituentes differentias, diuidentes habent. Ammon. in Porph. c. 5. col. 2.

Genera diuisiua non constitutiua habent differentias. Ammon. in Porph. c. 4. col. 4.

Genus duplex significatum habet, vel vt analogum, vel cui subicitur species. Simplic. 3. physicorum. text. 4. char. 143. col. 1.

Genus si diuidere vis, cape aliud genus illius generis superius, vel inferius: si recte diuideris in omnes differentias, ac immediatas species, omnes sub illis intelliguntur: si non insunt, non recte facta est diuisio. Io. gram. in 2. poster. cap. 14. c. 69. col. 2.

Genera diuersantur, quædam enim magis assimilantur formæ, & quædam magis materiæ. Auerr. in 7. metaph. tex. co. 43. c. 92.

Genus, apud Aristotelem, est forma vniuersalis, & differentia est forma particularis. Auerr. in 7. metaph. tex. com. 43. char. 72.

Genus, quod dicitur de omni in rei veritate significat materiam, non autem genus, quod dicitur de omnibus attributis eidem parti. Auerr. 10. metaph. tex. co. 24. char. 128.

Genus aliquando dicitur vniuoce, aliquando secundum prius, & posterius. Auerr. 12. metaph. tex. com. 2. char. 138.

Genus nihil aliud est quam conceptus formarum vniuersalium ipsius definiti, quæ se habent, vt materia, & forma vniuersalis. Auerr. in epitom. metaph. tract. 2. char. 174. col. 4.

Genera representant materiam, ideo sunt in potentia in ipso diffinito. Auerr. in epitom. metaph. tract. 2. char. 175. col. 4.

Genera omnia includuntur in potentia in genere propinquo. Auerr. in epitom. metaph. c. 175. col. 4.

Genera nihil aliud sunt, quam representatio, vel exemplar materiarum compositarum, quæ sunt partim actus, partim potentia, & ideo genera habent diffinitiones, vt species. Auerr. in epitom. metaph. tract. 2. char. 175. col. 4.

Genere in aliquo absolute id, quod reperitur, est in causa, vt in eo reperitur aliquid secundum dispositionem. Auerr. in epitom. metaph. tract. 3. c. 177. col. 3.

Genus actu differentias in se non habet, potentia autem habet. Boet. in Porph. ex dial. c. 33.

Genus aliud est, quod in semet ipso, atque in se intelligitur: aliud, quod ad alterius prædicationem refertur: proprietates ipsam constituit, relatio facit genus. Boet. in Porph. char. 61.

Genus, aut in multitudine, aut in procreatione, aut in participatione substantiæ consistit, species autem ex figura, aut ex generis suppositione constat. Boet. in Porph. char. 79.

Genus contrarias differentias in se potentia, non autem actu obtinet. Boet. in Porph. char. 87.

Genus qui diuidit, nullam formam præmittere debet, at si totum diuidit, & multe sunt partes, qui diuidit, si aliquam præmittit, minus errat. Boet. in top. Cicer. lib. 2. char. 807.

Genus cum differat a proprii prædicatione in duobus, in prædicari de pluribus, & in quid, prius tamen differat a proprio in hoc, quod prædicatur de differentiibus specie, quam in hoc, quod prædicatur in quid. Alb. mag. de prædic. char. 12. col. 1.

Genus diuiditur secundum potentiam, non secundum essentiam; quia essentia generis simplex est, totaque simul potest esse in omnibus diuidentibus ipsum. Alb. mag. in præd. c. 24. col. 4.

Genus in subalternum, & non subalternum diuiditur per accidens. Alb. mag. in præd. c. 16. col. 1.

Genus in duobus præcipue materiæ assimilatur, quorum vnum est, quod materia est formarum primum subiectum, vt & genus est subiectum primum differentiarum: secundum est, quod vt genus potentia habet omnes differentias, actu nullas, & hæc potestas non ipsa natura est generis, & substantia, sed est habitualis

inchoatio confusa, & imperfecta differentiarum, ita & materia potestate habet formas, quæ potestas non est ipsamet materia, sed est habitualis confusio, & inchoatio formæ ad speciem indistincta, & indeterminata. Alb. mag. metaph. tract. 1. cap. 7. c. 101. col. 3.

Genus idem simpliciter accipitur, quando ex parte subiecti non sumitur aliqua differentia determinans, quæ sit extranea a natura illius generis. Non est autem vnum genus, cum sumitur circa subiectum aliqua differentia extranea a natura illius generis. D. Thomas in posterio. chart. 48. col. 3.

Genus duplex: naturæ, & logicum. Naturæ infra vnum genus sunt, quæ sunt infra vnam materiam, & infra vnum primum subiectum. Genus vero logicum est conceptus confusus specificabilis per qualitates differentiales. Alex. de Ales in 5. metaph. text. 32. c. 163. col. 4.

Genus quid est, & cur diffiniri non potest.

Genus est, quod de pluribus, & differentibus specie in eo, quod quid est, prædicatur. Aristot. topic. 1. cap. 4. char. 393.

Genus quod participat omne, vel species, vel indiuiduum est. Aristot. topic. lib. 4. cap. 2. char. 453.

Genus dicitur illud, a quo sunt primo mouente ad esse, vt Græci genere, alij a Ione; illi a Græco, hii a Ione primo genitore: & magis qui a patre, quam qui a matre, quia & a femina dicuntur, vt a Pyrrha. Aristoteles 5. metaph. cap. 28. tex. 33. char. 115.

Genus dicitur, si generatio eorum, quæ eandem speciem habent, continua sit: at si hoc non sit, non genus erit. Aristot. 5. metaph. cap. 28. tex. 33. char. 115.

Generis positio in diffinitione hanc vim habet, vt rem diffinitam ab ijs, quæ genere differunt, separet. Alex. aphrod. in 1. libr. prior. c. 5. col. 3.

Genera, & species, ac omnino vniuersalia non sunt substantiæ, sed particularium similitudines. Alexander aphrod. in 7. metaph. physicorum, vel secundum lat. 8. commen. 1. char. 220. col. 1.

Genus totum est; species & totum, & pars; indiuiduum pars. Alex. & Eustr. in 2. poster. c. 80. col. 1.

Genus est, quod de pluribus differentibus specie in eo, quod quid est, prædicatur. Porph. 5. voc. cap. 2. c. 34.

Genus est quoddam totum, indiuiduum pars, species vero & totum, & pars; sed pars alterius, totum vero non alterius, sed in alijs. Porph. 5. voc. cap. 3. c. 41.

Genera sunt animi nostri notionem, non elementa rerum. Themistius in primo de anima. cap. 29. text. 78. char. 68. col. 3.

Genus, aut mera notio est sine euidenti soliditate aliqua, sed ex tenui, subobscuraque similitudine singularium collecta, aut nihil. Themistius primo de anima. cap. 4. tex. 8. char. 61. col. 2.

Genus formarum genus est. Ammon. in Porph. c. 1. col. 3.

Genus, species, ac differentia, naturalia dicuntur, eo quod perficiant vniuersum animal. Ammon. in Porph. c. 2. col. 2.

Genera a philosophis fortasse descripta sunt ad imitationem hominum, qui familias a primo earum institutore denominandas existimarunt. Ammon. in Porph. c. 4. col. 4.

Genus non diffinitur, quia supra genus non est genus, ex quo constat diffinitio. Ammon. in Porph. c. 4. col. 4.

Genus non diffinitur, cum ambigua sit generis appellatio, decem enim dicitur modis. Ammon. in Porph. c. 5. col. 1.

Genus est vox, quæ plura significat, & quæ de multis specie differentibus dicitur, & qua, quid sit vnum quodque, queritur. Ammon. in Porph. c. 5. col. 4.

Genus, & species sunt in numero eorum, quæ ad aliquid sunt. Ammon. in Porph. char. 17. col. 1.

Genus

Genus, species, & reliquæ quinque voces non habent naturam distinctam, sed in omnibus generibus considerantur, ideo de illis non datur diffinitio. Ammonius in porph. char. 7. col. 4.

Genus ideo de animali dicitur, non quia animal est, sed quia eo modo affectu est. Ammon. in porph. c. 13. col. 1.

Genus in diffinitione materiæ locum tenet; differentia formæ. Ammon. in libr. de interpr. c. 39.

Genus, & species nominis tantum impositionem iuxta communem respectum indicat. Dex. in prædic. c. 32.

Genera suprema diffiniri nequeunt, cum ipsorum non sit sumere genus. Simpl. in prædic. c. 7.

Genus est id, quod prædicatur de pluribus specie differentibus in quid. Simpl. in prædic. c. 13.

Genus est quædam communitas, quæ substantiæ primo inest, quia & illa prima subsistit, ac per illam reliquæ: sed reliquis generibus secundum ordines, ipsa communitas erit tanquam principium. Simplicius in prædicament. char. 54.

Genus quædam communitas est, quæ æqualiter distinctis specie conuenit. Simp. in 4. phy. t. 23. c. 198. col. 2.

Genus per particularem quandam eorum, quæ a specie continentur, rationem terminatur. Simplic. in primo de anima. tex. 8. c. 3. col. 1.

Genus non dicit commune genus eorum, quæ dicuntur secundum prius, & posterius. Mag. in li. de interpr. c. 11.

Genus est vt totum, species est vt pars. Ioan. grammar. in prim. poster. cap. 5. tex. 13. col. 3.

Genus dicitur subiectum vniuersiusque scientiæ, ex quo omnis terminus datus sumitur. Ioan. grammar. in prim. poster. cap. 8. char. 21. col. 1.

Generis diffinitionem accipies si diuiso genere in suis speciebus, ac specierum diffinitionibus, quæ partes ipsarum diffinitionum communes sunt, illa est generis diffinitio. Ioan. grammar. in 2. poster. cap. 14. ch. 68. col. 4.

Genus non est confusum. Ioan. grammar. in prim. phys. text. 2. char. 4. col. 1.

Genus est, quod additum est differentiæ, & speciei, & impossibile est imaginari speciem aut differentiam absque genere. quod est possibile addito accidentali, non autem addito substantiali. Auerr. ex destruct. destru. disput. 5. char. 33. col. 2.

Genus quodlibet quæ consequuntur, ea non faciunt differentiam specierum. Ioan. grammar. in 2. de anima. text. 106. c. 68. col. 4.

Genus est, quod ex duobus vniuersalibus ipsum sit illud, quod vniuersalius est, & per quod debet fieri responsio ad interrogationem factam de aliqua re, quid sit. Auerr. in porph. cap. 2. char. 2. col. 2.

Genus est id, sub quo ordinata est species. Auerr. in porph. cap. 2. char. 2. col. 2.

Generis diffinitio videtur quidem differre ab vltima specie, a medijs vero non item. Auerr. in por. c. 2. c. 2. col. 2.

Genus non est prædicatum primum, quia non prædicatur primo de aliqua specie sua, vt hæc species, quoniã genus prædicatur de pluribus vna specie. Genus ergo primo prædicatur de natura sibi æquali. hæc autem natura est subiectum formæ, quæ est materia ipsius appropriata generi, quia nullum genus potest esse sine materia. Auerr. in poster. lib. 1. tex. 41. char. 141. col. 4.

Genus nullum esse potest sine materia; caro enim, & quod consistit tali consistentia, est materia animalis. Auerr. in poster. lib. 1. tex. 41. c. 141. col. 4.

Genus ponitur inter prædicata prima, cum appropriatur, & non absolute profertur, quia homo, secundum quod homo, est animal quoddam, non animal simpliciter. Auerr. in poster. lib. 1. tex. com. 42. char. 141.

Generis prædicatio de specie, non est prædicatum primum per se, quia genus est necessarium speciei: species vero est ipsi possibilis. Auerr. in posterior. libro 1. text. comment. 44. char. 143.

Genus duobus dicitur modis, quorum vnum est primo, & vere, & est illud, quod semper non notificat re, quæ sit extra diffinitum: & est genus, quod dicitur vniuoce, vt animal de homine, & equo. Auerr. epitom. in logic. chart. 353. col. 2.

Genera accepta in diffinitionibus, aut sunt vniuoce, aut multipliciter dicta. Auerr. in 2. de anima. sum. 2. text. 30. char. 132. col. 3.

Genus in re non existit actu, vt materia. Auerr. in 7. metaph. tex. 43. char. 92.

Genus rei propinquum non est nisi vnum. Auerr. in 2. posterio. cap. 3. text. 20. char. 204.

Genus est in oibus rebus quædam prima natura, ex qua oia, velut ex fonte manant. Boet. in porph. ex dial. c. 1.

Genus, & species non sunt ipsæ substantiæ, in quibus genus & species sunt, sed participatio priorum ad superiores, & subteriorum ad priores. Boethius in Porph. ex dialog. char. 14.

Genus nihil aliud est, quam cogitatio collecta ex specierum similitudine, quæ similitudo si est in singularibus, est sensibilis: si in vniuersalibus, intelligibilis. Boethius in porph. char. 56.

Genus, vt genus, genus habere non potest, ideo nec diffinito. Boet. in porph. char. 60.

Genera vnius rei duo esse non possunt, nisi alterum alteri subiciatur. Boet. in porph. char. 74.

Genus omnibus illis, quibus est genus, æqualiter est genus. Boet. in porph. char. 83.

Genus est, quod de pluribus specie differentibus in eo, quod quid est, prædicatur. Boet. de diuis. char. 640.

Genus est quodammodo vna multarum specierum similitudo, quæ earum omnium conuenientiam substantialem monstrat, atque ideo est collectiuum multarum specierum. Boet. de diuisio. char. 644.

Genus omne speciei suæ substantialis est declaratio. Boet. de diffinitio. char. 652.

Genus est, quod de pluribus specie differentibus in eo quod quid est, prædicatur, vt animal de homine, & equo. Boet. in top. Cicer. lib. 2. c. 775. Idem de diuisio. c. 649.

Genus omne maius est eo, de quo prædicatur, & de eo substantialiter prædicatur. Boet. de diff. top. l. 1. c. 860.

Genus logicum est, vt forma indistincta, quæ totum est esse speciei, secundum esse informe, & indistinctum, distinguibile tamen ad formam speciei. Albertus magnus in prædicament. char. 10. col. 4.

Genus non habet aliquod commune substantiale, per quod diffinitio fiat. Alb. mag. de prædica. ch. 10. col. 3.

Genus est aptum de multis prædicari, & si actu de vno tantum prædicaretur. Alb. mag. de præd. ch. 13. col. 3.

Genus est totum esse speciei, ita vt sit in potestate; & nihil est de eius esse, quod non sit in potentia ante vltimum actum, ad quem terminatur potentia. Albertus magnus de prædicab. char. 11. col. 3.

Generis essentia in omnibus per diuisionem acceptis integra manet, & indiuisa in quolibet: potestas autem partitur, & secundum aliquod eius est in vno diuidentium, & secundum aliud in alio, & in nullo secundum totum. Alber. mag. in præd. c. 20. col. 2.

Genus non est materia, sed forma generaliter, & confusa, indistincta, & diffusa in materia non determinata per formam, quam quidam appellant inchoationem. Albertus mag. in præd. char. 21. col. 4.

Genus est forma totius existentis in potentia. Albertus magnus in præd. char. 22. col. 1.

Genus prædicatur in quid, quia dicit quid distinguibile. Albertus magnus in præd. char. 22. col. 1.

Genus, species, & indiuiduum sunt principia formabilia. Alber. mag. in præd. char. 25. col. 1.

Genus est principium differentiarum, & speciei, & ideo tota coordinatio illa reducitur ad genus, vt ad principium. Albertus magnus in præd. chart. 25. col. 1.

Genus

Genus de pluribus prædicatur, vt pars: species autem, vt totum esse eorum, de quibus prædicatur. Alb. magn. in prædicab. ch. 29. col. 2.
 Genus est primum, in quantum primo constituit essentias, quæ sunt sive ordinationis, in quibus ipsam, secundum actum, & intellectum, continetur. Alb. mag. in sex princ. char. 65. colum. 3.
 Genus non est vna natura, sed species est vna natura. D. Tho. in 7. phy. l. 8. tex. 36. ch. 115. col. 3.
 Genus est vnum logice, non autem physice, D. Tho. in 7. phy. lect. 8. tex. 31. ch. 115. col. 3.
 Genera magis sunt elementa, quia sunt magis vniuersalia. D. Tho. 3. metaph. lect. 4. tex. 4. c. 275.
 Genus non est præter ea, quæ sunt species generis. Diu. Tho. 7. metaph. lect. 12. tex. 43. ch. 515.
 Genus de natura sua dicit quod, & quid essentia. Alex. de ales in 3. metaph. tex. 10. ch. 64. col. 1.
 Generis ratio postulat, vt differentes sint eius qualitates. Alex. de ales 5. metaph. tex. 32. c. 164. col. 1.
 Genus, differentia, & species cadunt super esse essentia, licet diuersis modis; quia genus cadit super esse essentia quasi informabile, & specificabile: differentia cadit super ipsam informationem, & specificationem, & species dicit quid compositum ex ambobus. Alex. de ales in 3. metaph. tex. 10. c. 64. col. 1.
 Genus est quædam forma: illud autem, in quod diuiditur, species est: species autem est quædam pars formalis, & qualitatia generis. Alex. de ales in 5. metaph. tex. 30. ch. 159. col. 2.
 Genus non est proprie diffinibile, quia nostra cognitio nunquam figitur in genere, sed semper quærit speciem; in qua specie specialissima status est. Alex. de ales in 7. metaph. tex. 37. c. 218. col. 2.
 Genus, & indiuiduum prohibentur a vera diffinitione, quia genus non dicit formalitatem, sed aliquid in potentia ad formalitatem, & indiuiduum formæ tantum signationem supra formam addit. Alex. de ales in 7. metaph. tex. 36. ch. 223. col. 1.
 Genus qui dicit, non dicit totum intellectum rei, quia generis intellectus expectat intellectum differentiarum. Alex. de ales in 10. metaph. tex. 26. c. 297. col. 3.
 Genus logicum comprehendit ea, quæ sunt infra vnum conceptum potentialem. Alex. de ales in 10. metaph. tex. 26. char. 303. colum. 3.
 Genus nature comprehendit ea, quæ sunt infra potentialitatem vnius materia. Alex. de ales in 10. metaph. tex. 24. char. 300. colum. 3.

Genus ut prius est, & vt notius.

Genere sublato auferuntur omnia, quæ sub ipso sunt; ideo prius natura. Alexan. Aphrod. in 2. nat. quæst. cap. 11. char. 3.
 Genus differentijs sub se positis prius est, ita vt si genus tollitur, & differentia tolluntur, non econtra. Porp. 5. voc. cap. 7. char. 48.
 Genus de nullo conuersim prædicatur. Porp. 5. voc. cap. 7. chart. 49.
 Genere quæ differunt, specie, & numero, non autem econuerso differunt. Ammon. in Porp. ch. 6. col. 1.
 Genus prius est formis, quia in ipso causæ inest ratio, & si sint in his, quæ cum aliquo conferuntur. Ammon. in Porp. ch. 4. col. 1.
 Genus non potest esse commune illis, in quibus inest prius, & posterius, magis, & minus. Sim. in præd. c. 32.
 Genere cuiusvis considerationis non cognito, cætera ignota permanebunt. Io. gram. in 1. de ani. tex. 6. c. 7. col. 2.
 Generis cognitio quod est in multis, nobis remotior est, & ob id ignotior. Io. gram. in 1. phy. tex. 2. c. 4. col. 1.
 Genera priora sunt formis natura, vt anima nostra prior est homine, & equo. Mag. in prior. c. 1. col. 3.

Genere interempto, species interimitur, & eodem modo differentia interempta, species interimitur. Boeth. in Porp. ex dial. char. 37.
 Genus, extinctis differentijs diuisiuis, modo maneat constituturæ, permanere potest. Boeth. in Por. ch. 97.
 Genera & species, sublatis indiuiduis, interimi necesse est. Boeth. in præd. ch. 129.
 Genus natura speciebus suis prius est. Boeth. de diuisione. char. 670.
 Genere, & differentia interemptis, interimitur species, quia sunt speciebus natura simpliciora. Alb. mag. in 2. topic. char. 259. col. 2.
 Genus secundum esse nusquam est, nisi in speciebus, sic & materia nusquam est, nisi sub alia formetur. Alb. mag. in 1. phy. ex 3. tract. cap. 5. c. 9. col. 2.
 Genus prius esse natura, & intellectu, cum separatur ab alijs, & non alia ab ipso, verum est, quod prius est ijs, quorum est principium, & hæc sunt species constituturæ: sed non est principium naturæ illius, quæ est differentia, & actus, & forma; & ideo non separatur ab ipsa, vt prior natura, sed vt imperfectum a perficiente, & confusum a terminante, & sic quodlibet generum eo magis est principium, quo magis vltimas differentias participat. Alb. mag. in 3. metaph. trac. 3. cap. 10. c. 85. c. 3.

Genera, an separantur ab ijs, quorum sunt genera, & per se subsistant.

Genera nequeunt ab ijs, quorum genera sunt, separari, vt ipsa per se subsistant. Alex. aphr. in 3. metaph. vel secundum lat. 4. co. 20. c. 92. col. 2.
 Genus vt per se subsistens nihil est; vt ratio particularis in specie consistens, specie est posterius. Simp. in 1. de anim. tex. 8. ch. 3. col. 1.
 Genera, & species vere subsistunt, ac incorporalia sunt: sensibus enim nullis capiuntur, animo tamen qualia sint consideratione clarescunt. Boeth. in Por. ex dial. c. 5.
 Genera, & species, sensibilibus iuncta subsistunt in sensibilibus, intelliguntur autem propter corpora. Boeth. in Porp. chart. 56.
 Genera, & species non solent intelligi vniuersalia, sed etiam præter corpora subsistere, Plato putat. Boeth. in Porp. char. 36.
 Genera, & species vniuersalia intelligi, sed in sensibilibus subsistere, Arist. putat. Boeth. in Porp. c. 56.
 Genus, & specierum, Platonis opinionem laudat Boethius, vt ex eius verbis colligitur. Boeth. in Porp. c. 56.
 Generis nomen a specie nullo modo separari potest. Boeth. in top. Cic. l. 2. ch. 778.

Genera quæ diuersa, & quot sint.

Genere quæ diuersa sunt, plus distant, quam quæ specie diuersa. Aristot. 10. metaphysicor. cap. 9. text. 26. char. 212.
 Genus diuersorum, & non subalternatim positorum diuersa sunt species, & differentia. Arist. prædicament. tract. 1. cap. 4. char. 59.
 Genere diuersa dicuntur, quorum diuersum est primum subiectum, & non resoluitur alterum in alterum, nec ambo in idem, vt species & materia diuersa genere. Et quæcunque secundum diuersam prædicationis entis figuram dicuntur. Arist. 5. metaph. ca. 28. tex. 33. c. 115.
 Genera rerum tot sunt, quot prædicamenta. Alex. aphr. in 1. prior. cap. 37. ch. 65. col. 3.
 Genera duo eiusdem esse non possunt, nisi sit alterum sub altero. Alex. aphr. in 4. top. cap. 2. c. 49. col. 4.
 Genera diuersa sunt, quæ in diuersis sunt prædicamentis. Porp. in præd. ch. 9.
 Genus diuersorum, causæ diuersæ sunt. Auerro. in 3. metaph. tex. comm. 2. ch. 19.

Genus,

Genus, vt dicitur de speciebus, & differentijs, & quid continet.

Genus singulare in duas secari differentias partim non facile, partim nullo modo fieri potest. non enim desunt, quorum vna tantum est differentia, cætera vero suuacanea sunt; vt. gra. pedatum, bipes, fissipes, multitudine: hæc enim vna potissima est: sin minus, sapius idem dici necesse erit. Arist. de partib. ani. 1. c. 2. c. 409.
 Genera speciebus suis nomina dant, & diffinitiones, species vero indiuiduis suis nomina; debetque genus ex vna, & communi causa, quæ sit in multis esse, non ex multis: at ratio causæ, per quam genus astringitur, non cuius est manifesta. Arist. 1. de plant. cap. 1. c. 361.
 Genus non videtur participare differentias imas, nam contrarijs idem participaret. Aristoteles septimo metaphysicorum. cap. 14. tex. 42. char. 251.
 Genus non est aliud a speciebus, quia si est aliud, est vt materia. Arist. 7. metaph. cap. 14. tex. 43. c. 151.
 Genus dicitur, vt superficies figurarum, & solidum solidarum, & hoc est subiectum respectu formarum, & quod primum est in definitionibus, cuius differentia dicuntur qualitates. Aristoteles quinto metaphysico. cap. 78. text. 33. char. 115.
 Genus in pluribus prædicatur, quam differentia. Alex. aphrod. in 4. topic. cap. 6. c. 60. colum. 2.
 Genus ad aliquid differentia sunt ad aliquid. Alexan. aphrod. in 6. topic. cap. 3. ch. 77. colum. 2.
 Genus vniuscuiusque speciei, familiare, & proprium est. Alexan. & Eustr. in 2. poster. ch. 33. colum. 2.
 Genera ex speciebus tanquam ex partibus componuntur. Alexan. & Eustr. in 2. poster. ch. 84. col. 1.
 Genus semper de specie prædicatur, vt superiora de inferioribus; species vero, nec de proximo genere, nec de alijs superioribus prædicatur. Porphi. 5. voc. cap. 3. c. 40.
 Genus & species de indiuiduis proprie prædicantur, reliqua autem non quid sint, sed quid ipsis extrinsecus accidit, declarant. Porphi. in præd. char. 11.
 Genere vel differentia corrupta, perim; simul quæ sub ipsis sunt, necesse est. Porp. 5. voc. cap. 7. ch. 47.
 Genus habet omnes potentia differentias, actu vero nullam. Porp. 5. voc. cap. 4. char. 44.
 Genus continet differentiam potestate, differentia vero non continet genus. Porp. 5. voc. cap. 7. ch. 38.
 Genus & differentia commune habent, quod continent species, & si differentia non continet tot, vt genus; & quæ prædicantur de genere, vt genus, de ijs, quæ sub ipso sunt, prædicantur: & quæ prædicantur de differentia, vt differentia, de ea, quæ ex ipsa est, prædicantur. Porp. 5. voc. cap. 7. c. 37.
 Genus materiae similis est, differentia formæ. Porp. 5. voc. cap. 7. char. 48.
 Genus idem, & cognitionem, & rem, cuius est cognitio continet. Ammon. in Porp. char. 1. col. 4.
 Genus si in species diuiditur, dicitur æque de vnaquaque specie. Ammon. in Porp. char. 7. col. 2.
 Genere sub eodem vt aliquid sit, sufficit communis participatio, & immediata. Simpl. in præd. char. 32.
 Generis eiusdem esse possunt, quæ per aliquod communis terminantur, non autem eiusdem speciei. Simpl. in 1. de anima. tex. 7. char. 2. colum. 3.
 Genera præcedunt differentias generatione, quibus coexistit, ac simul adest post generationem, cum in hominis generatione primo in materia fiat corpus, deinde in hoc subiecto, vt in materia secunda inducatur forma animalis, & eidem postremo aduenit tanquam materiae proximæ forma humana. Io. gram. 1. phy. c. 21. col. 2.
 Genus diuersatur in speciebus per conceptum. Auerro. in poster. libr. 2. tex. 94. char. 233. colum. 1.
 Genus non est subiectum propinquum formarum. Auerroes phisicorum 7. tex. 29. char. 150. colum. 2.

Genus demonstrat materiam, & differentia formam. Auer. 2. de anima. sum. 1. char. 128. col. 2.
 Genera non habent esse nisi in suis speciebus. Aueroes in 3. metaph. tex. commen. 11. char. 24.
 Genus abundare speciebus dicimus, quia plus virtutis genera habent, quam species. Boeth. in Por. ex dial. c. 17.
 Genus colligit sua natura species sub se. Boeth. in Porp. ex dial. c. 27.
 Genere interempto, & species interimitur, & eodem modo differentia interempta, species interimitur. Boeth. in Porp. ex dial. 36.
 Genera similitudinem substantialem specierum contrahunt, ac ad seipsum reducunt. Boeth. in Porp. c. 76.
 Genus quadam differentia qualitate formatum est, vt procedat in speciem. Boeth. in Porp. ch. 206.
 Generibus diuersis eandem rem, alia tamen, ac alia ratione, contineri non est absurdum. Boeth. in præd. c. 186.
 Genus non potest esse genus vnius speciei, sed plurium. Boeth. in porp. c. 1.
 Genus omne de speciebus, quæ sub ipso sunt, vniuoce prædicatur. Boeth. in porp. c. 51.
 Genus esse non potest, nisi sit aliqua subiecta species. Boeth. in porp. c. 1.
 Genus speciei propriæ totum est, vt vniuersalitas in natura: æquiocum autem totum quidem in voce est, non autem in natura. Boeth. de diu. ch. 639.
 Genus communicat nomine, & differentia cum his, quæ sub ipso sunt; æquioca nomine tantum communicant. Boeth. de diu. char. 639.
 Genus speciebus materia est, totius autem partes materia sunt. Boeth. de diu. char. 640.
 Genus consequitur differentiam, vt differentia est in genere potentia. Alber. mag. de præd. c. 10. col. 4.
 Genus non potest esse vnius solius speciei contentium, quia species non exit a genere, nisi per oppositas diuisivas differentias; non sic autem species se habet ad indiuiduum. Alber. mag. de præd. c. 11. col. 1.
 Generis potentia determinatur ad actum speciei constitutiuus differentijs, quæ finitæ sunt. Alber. magnus in prædicament. c. 16. colum. 3.
 Genus in plures species diuiditur, quia differentia non habet actum, nisi per oppositionem: & nihil sibi ipsi est oppositum, sed ei opponitur, cui contrariatur. Alber. mag. in præd. char. 17. colum. 2.
 Genus se habet ad differentiam, vt ens perfectum perficiendum per differentiam. Alb. mag. in præd. c. 24. col. 4.
 Genus & proprium vnam sequitur speciem, non secundum naturam, quia sic genus est prius specie, sed secundum consequentia rationem. Albertus magnus in prædicament. c. 29. col. 3.
 Genus, & species, & si significant quale quid, tamen non prædicantur in quale. Alb. mag. in præd. c. 30. col. 4.
 Genus non est genus differentia. Albertus magnus in prædicament. c. 32. colum. 2.
 Genus, & differentia non vere prædicantur, nisi de specie, quia genus in specie est actu, differentia est actus speciei dans esse. Alber. mag. in præd. c. 31. col. 2.
 Genus, & species ad vnam pertinent naturam. Albertus mag. in prædicament. char. 44. col. 1.
 Generis conuenientia minor est conuenientia speciei, ideo secundum speciem qualitatis genus appellauit, quia parum in se conueniunt, sed in solo genere. Alb. mag. in prædicament. c. 54. colum. 2.
 Genus dicitur in quantum est primum formabile subiectum ad determinationem omnium contentorum in forma speciei, & indiuidui. Albertus magnus in sex. princ. char. 65. colum. 3.
 Generis ab unitate dependent omnia, quæ in illo genere sunt. Albert. magn. de caus. & process. vniuers. a prim. caus. lib. 1. tract. 4. cap. 4. char. 196. colum. 1.
 Genus cum in pluribus reperitur, quam differentia, N n 2 hoc

hoc est ratione diuisibilitatis, non ratione simplicitatis. Alb. mag. in 3. metaph. tract. 3. cap. 9. c. 85. col. 3.
 Generis habitudo ad differentiam est idem, & econuerso ab habitudo subiecti ad propriam passionem. Alb. mag. 7. metaph. tract. 1. cap. 10. c. 122. col. 4.
 Genus non datur, quod sub se vnam tantum habeat speciem. D. Tho. in post. ch. 45. col. 2.
 Genus per se sumptum non potest prædicari de differentia per se. D. Tho. 3. metaph. l. 8. tex. 10. c. 147.
 Generis, vel speciei natura est id, quod significat definitio dicens, quid est res. D. Tho. 5. meta. l. 2. te. 2. c. 259.
 Genus idem diuersas continere potest in se differentias, vt indeterminatum continet in se diuersa determinata. D. Tho. in 7. metaph. l. 12. tex. 43. c. 516.
 Genus physice loquendo a materia sumitur, logice vero nihil prohibet, quod conueniant in genere in quantum conueniunt in vna communi ratione, vel substantiæ, vel qualitatis, vel cuiuslibet alterius huiusmodi. D. Tho. 10. metaph. l. 12. tex. 6. c. 746.
 Generis non quilibet diuersitas obiecti requirit diuersas potentias, sed sola illa, quæ respicit formalem rationem obiecti. D. Tho. ethic. 6. l. 1. c. 100. col. 3.
 Genus hanc habitudinem habet ad differentiam, quod conceptus generis est extra conceptum differentiæ, licet ambo concurrant ad conceptum speciei. Alex. de ales in 3. metaph. tex. 10. ch. 63. col. 2.
 Genus non prædicatur de differentijs per se primo modo, quia illud per se prædicatur de aliquo, quod est de conceptu illius. Alex. de ales in 3. meta. te. 10. c. 64. c. 1.
 Genus, quod reuera est genus, alium conceptum dicere debet a differentijs. Alex. de ales in 3. metaph. c. tex. 10. char. 64. colum. 2.
 Genus cum prædicatur per accidens de differentijs, per consequens videtur, quod prædicetur mediante specie. Alex. de ales in 3. metaph. tex. 10. c. 64. col. 2.
 Genus de specie per se prædicatur. Alex. de ales in 3. metaph. tex. 10. ch. 64. col. 2.
 Genus, & species dicunt vnam, & eandem rem; genus per modum potentia, & per modum informabilis; species per modum perfectionis est actus. Alex. de ales in 3. metaph. tex. 17. ch. 65. col. 3.
 Genus respectu differentia dicit conceptum confusum, differentia distinctum. Alex. de ales in 5. metaph. tex. 32. ch. 174. col. 1.
 Genus quod dicit sub quadam communitate, & minori certificatione, idem dicit differentia sub maiori certificatione. Alex. de ales in 7. metaph. tex. 42. c. 228. c. 1.
 Genus habet habitudinem ad differentiam, vt potentia ad actum. Alex. de ales in 10. meta. tex. 13. c. 189. col. 1.
 Genus differt a specie, quia genus sumitur a potentia, species ab actu. Alex. de ales in 10. metaph. tex. 26. ch. 303. colum. 2.
 Generi intimiores sunt differentie, quam indiuidua speciei. Alex. de ales in 10. metaph. tex. 24. c. 300. col. 1.
 Genus est magis diuisibile, quam species, quia continet plura in potentia, duas scilicet differentias: species vero magis diuisibilis est quam genus, quia continet plura actu. Alex. de ales in 11. metaph. tex. 1. ch. 306. col. 1.
 Genus potestate dicitur continere differentias, quia differentia ex eo nascuntur, non quod in eo prius latentes prodeant, sed quia vt inchoatæ in ipsa forma generica indistincte ad proprium actum, distincte, & perfecte ex eo originè trahât. Tho. de Vio in præd. c. 22. c. 1.

Genus vt ad aliquid est.

Genera esse non possunt, nisi sit aliqua species, Amm. in præd. char. 111.
 Genus, species, differentia, proprium, & accidens, vnumquodque horum potest ad alterum esse genus, species, differentia, proprium, & accidens. Alb. mag. in præd. c. 32. c. 1

Generum accidentium, præter qualitatem, & quantitatem, nullum absolutum est. Alb. mag. in præd. c. 42. col. 3.

Genus vt cognoscitur, & ad quid vtilis est eius cognitio, & quibus in vsu fuit.

Genus magis cognoscitur per negationem differentiarum; est n. sicut materia. Ari. 10. metap. cap. 7. te. 24. ch. 209.
 Genus, & reliquæ quinque voces ad grāmaticā, rhetoricā, diffinitionemq; vtilia sunt. Boet. in Por. ex dial. c. 3.
 Genus, & specierum nomina primo apud ciuiles politicos in vsu fuere, ac ab illis ad vsu philosophiæ sumptæ sunt; differentia autem primo in vsu philosophis fuere. Alb. mag. in præd. c. 18. col. 3.

Genus vt generalissimum.

Generum supremorum ratiocinationes, ac probationes non demonstratiuæ sunt, sed ex posterioribus, quidquid de ipsis probamus, ratiocinationes efficiamus. Alex. aphr. in 1. prior. cap. 28. c. 51. col. 3.
 Generalissimum est, supra quod non est aliud supraueniens genus. Porph. 5. voc. cap. 3. ch. 36.
 Generalissimum est, quod cum sit genus, non potest esse species. Porph. 5. voc. cap. 3. ch. 38.
 Genus supremorum exquisitè diffinitiones reddi non possunt. Dex. in prædic. ch. 3.
 Generalissima per ea, quæ per se propria sunt, describuntur: indiuidua per ea, quæ priuatim accidunt. Io. gra. in 1. de anima. tex. 4. ch. 6. col. 2.
 Genera generalissima existimata sunt esse elementa magis, quam alia genera, quia sunt simpliciora; non enim habent differentias, nec genus, nisi dictum multipliciter. Auer. in 3. metaph. su. 1. tex. co. 4. ch. 50.
 Genere primo nihil est propinquius materie primæ, ideo non habet diffinitionem, nisi per modum similitudinis. Auer. in epit. metaph. tract. 2. c. 175. col. 4.
 Genus generalissimum est simplex, genera subalterna sunt composita ex genere superiori, & ex differentia, per quam diuiditur istud genus. Auer. in 3. metaph. tex. commen. 11. char. 24.
 Genera generalissima sunt, supra quæ non possunt alia genera inueniri. Boeth. in Porph. ch. 17.
 Genera summa ad vnum commune genus reduci non possunt. Boet. in Porph. c. 26.
 Genera generalissima sunt, quæ de cæteris, vt genera prædicantur, nec vllis alijs, vt species, supponuntur. Boet. in Porph. char. 69.
 Genus generalissimum, nisi per negationem, notificari potest, quia nihil habet, quod de ipso affirmetur, & hoc est propter suam simplicitatis rationem. Alb. mag. in prædicab. char. 15. col. 1.
 Genera prima, vel considerantur, vt partes entis, & principia diuersitatis rerum, & sic a metaphysico considerantur: vel vt sunt prædicabilia, & ordinabilia, & sic pertinent ad logicam. Alb. magn. in præd. c. 33. col. 2.
 Generalissimorum genera aliqua proprie magis dicuntur genera, vt substantia, quantitas, & qualitas: alia proprie dicuntur principia, vt reliqua; relatio, & genus, & primum dici potest. Alb. mag. in 6. princ. c. 65. col. 3.
 Genus generalissimum, & si non dicit quale in actu, dicit tñ quale in potentia. Thom. de Vio. in præd. c. 48. col. 2.

Genus vt subalternum.

Generum subalternorum nihil prohibet easdem esse differentias. Aristotel. prædic. tractat. prim. capit. 4. chart. 59.
 Generum subalternorum maximæ rationes, & considerationes sunt. Aristot. prim. prior. capit. 28. text. 2. chart. 206.

Generum

Generum subalternorum omnes fere considerationes sunt. Alex. aphro. in 1. prior. cap. 28. c. 51. col. 3.
 Genus subalternum est, quod, & genus, & species esse potest, ad aliud; & aliud relatum. Porph. 5. voc. c. 38. col. 3.
 Genera subalterna sunt illa, quæ ita sunt genera, ne alterum sub altero collocetur. Boet. in Porph. char. 71.
 Genera subalterna sunt media, non participatione extremorum, sed ordine, & positione. Albertus magnus in prædicament. char. 51. colum. 1.

Genus vt vnum est, & ut in scientia est subiectum.

Genus non est vnum, quod est, sed ob hoc latent multa. Arist. phy. 7. sum. 4. cap. 1. text. 31. char. 189.
 Genus in vnaquaque specie vnum est, differentia multæ. Porph. 5. voc. cap. 7. char. 48.
 Genus vnum natura, vt aliqua infra illud genus sint, duo requiruntur: primo, vt habeant vnum subiectum proximum, ad quod resoluuntur: & sint infra vnam materiam transmutationis. Alexander de Ales in quinto metaphys. text. 3. 2. char. 164. colum. 3.
 Genus subiectum vt sit, affectus quid sit, proloquium, & quid sit, & vt sit, scire oportet. Themist. in 1. poster. cap. 21. char. 5. colum. 1.
 Genus vnum est, cuius eadem prima principia sunt. Themist. in 1. poster. cap. 43. char. 7. colum. 4.
 Genus, quia non dicit proprie vnitatem, quæ diuiditur in species, ideo proprie specierum non est numerus. Alexander de Ales in 10. metaphysic. char. 276. col. 4.

Genus ut causa.

Genera causarum quatuor, forma, efficiens, materia, & finis. Themistius in 2. poster. char. 1. colum. 4.

Genus ut ad questionem pertinet.

Generis locus 1. Est inspicere ad omnia, quæ ei sunt cognata, quod dicitur, si de alijs non prædicatur, vt est in accidente, vt si voluptatis bonum ponatur genus, si aliqua voluptas non bonum. Arist. top. l. 4. c. 1. c. 447.
 Generis locus 2. Si non in eo, quod quid est, prædicatur, quod positum est genus, sed vt accidens, vt album de niue. Arist. topic. lib. 4. cap. 1. char. 447.
 Generis locus 3. In accidentis diffinitione aspiciendum, si aptatur ad dictum genus. Arist. top. lib. 4. c. 1. c. 448.
 Generis locus 4. Aspiciendum, si non in eadem diuisione est genus, & species, sed hæc substantia, illud quale: aut hoc quidem aliquid, illud quale, vt nix, & cignus. Aristot. topic. lib. 4. cap. 1. char. 448.
 Genus in eadē diuisione oportet esse speciei; nam si species substantia, & genus substantia: si quale quippiam est species, quale quoque genus est. Aristoteles topic. lib. 4. cap. 1. char. 448.
 Generis locus 5. Si necesse fuerit, vel contigerit genus participare quod positum est in genere inspiciendum, quia genera non participant species, species vero participant genera. Arist. top. lib. 4. cap. 1. char. 448.
 Generis locus 6. Si de aliquo assignata species vera est, genus autem non. Arist. top. lib. 4. cap. 1. char. 449.
 Generis locus 7. Si nullam specierum contingit participare, quod positum est in genere. Arist. top. l. 4. c. 1. c. 449.
 Generis locus 8. Si de pluribus dicitur quæ genus, quod in genere positum est. Arist. top. lib. 4. cap. 1. char. 450.
 Generis locus 9. Si de æqualibus genus, & species dicantur. Arist. top. lib. 4. cap. 1. char. 450.
 Generis locus 10. Videtur, & si alicuius indifferentium specie non sit genus, quod dictum est genus: vel non videatur. Arist. top. lib. 4. cap. 1. char. 450.
 Generis locus 11. Considerandum, si quod aliud genus est assignatæ speciei, quod neque continet assignatum

genus, neque sub illo est. Arist. top. lib. 4. cap. 2. c. 450.
 Generis locus 12. Videndum, si neutrum est in assignato genere; nam si neque subalterna sunt genera, nec sub eodem ambo, non erit quod assignatum est genus. Aristot. top. lib. 4. cap. 2. chart. 451.
 Generis locus 13. Considerandum, & genus generis assignati, & sic semper superius genus, si oia prædicantur de specie, & in eo quod quid est. Arist. top. l. 4. c. 2. c. 451.
 Generis locus 14. Si genus participat speciem, vel ipsum, vel aliquod superiorum. Arist. top. lib. 4. cap. 2. c. 451.
 Generis locus 15. De quibus species, quæ posita est, vt genus prædicatur, considerandum, si & assignatum genus, in eo quod quid est, de ipsis eisdem dicatur, de quibus & species: similiter, & si omnia, quæ supra genus, nã si alicubi dissonet non est genus. Arist. top. l. 4. c. 2. c. 452.
 Generis locus 16. Generum rationes considerandæ sunt, si aptantur ad assignatam speciem, & ad participatam speciem: rationes enim generum necesse est prædicari de specie, & de ijs, quæ speciem participant, & si in aliquo dissonant, non est genus. Aristoteles topicorum lib. 4. cap. 2. char. 453.
 Generis locus 17. Si differentiam, vt genus assignauit. Aristot. top. lib. 4. cap. 2. char. 453.
 Generis locus 18. Si differentiam in genere posuit, vt speciem. Arist. top. lib. 4. cap. 2. char. 453.
 Generis locus 19. Si genus in specie posuit. Aristot. top. lib. 4. cap. 2. chart. 453.
 Generis locus 20. Si differentiam in specie posuit. Arist. top. lib. 4. cap. 2. char. 454.
 Generis locus 21. Si differentiam genus posuit. Aristot. top. lib. 4. cap. 2. char. 454.
 Generis locus 22. Si genus, vt differentiam dixit. Aristot. top. lib. 4. cap. 2. char. 454.
 Generis locus 23. Si nulla differentia generis prædicatur de assignata specie, nec genus prædicabitur. Aristot. top. lib. 4. cap. 2. char. 455.
 Generis locus 24. Si prius est natura species, & simul interimit genus. Arist. top. lib. 4. cap. 2. char. 455.
 Generis locus 25. Si contingit relinquere dictum genus, vt differentiam, neutrum erit dictorum genus, vel differentia: videtur enim genus, & differentia sequi quando fuerit species. Aristote. top. lib. 4. cap. 2. char. 455.
 Generis locus 26. Inspiciendum, si quod in genere positum est, participat aliquid contrarij generi, vel si contingit participare, nam idem contraria simul participabit. Arist. top. lib. 4. cap. 3. char. 455.
 Generis locus 27. Si quippiam communicat species, quod impossibile est omnino inesse ijs, quæ sunt sub genere. Arist. top. lib. 4. cap. 3. char. 455.
 Generis locus 28. Si equiuoca sit species generis elementis vtenti, ijs, quæ dicta sunt ad æquiuocum, quia genus, & species vniuoca sunt. Arist. top. lib. 4. c. 3. c. 455.
 Generis locus 29. Inspiciendum, si contingit aliam speciem esse dicti generis, quia omne genus plures habet species. Arist. top. lib. 4. cap. 3. char. 455.
 Generis locus 30. Si translatum aliquid, vt genus assignauit. Arist. top. lib. 4. cap. 3. char. 456.
 Generis locus 31. Si contrarium speciei alicui dicitur, & si in eodem genere contrarium speciei, cum non sit contrarium generi. Arist. top. lib. 4. cap. 3. char. 456.
 Generis locus 32. Si contrarium est generi, considerandum si contrarium in contrario: necesse enim est contrarium in contrario esse, si sit contrarium generi. Aristot. top. lib. 4. cap. 3. char. 455.
 Generis locus 33. Si omnino in nullo genere, quod speciei est contrarium, sed ipsum genus. Aristot. topico. lib. 4. cap. 3. char. 456.
 Generis locus 34. Si contrarium est alicui, & genus & species, & horum est aliquid medium, illorum non. Aristot. top. lib. 4. cap. 3. char. 456.
 Generis locus 35. Si est aliquid vtriusque medium, &

speciebus, & generibus: non similiter autem, sed horum secundum negationem, illorum vero, ut subiectum. Arist. top. l. 4. cap. 3. c. 456.

Generis locus 36. Quando non est contrarium generi, considerandum non solum si contrarium in eodem genere, sed & medium, in quo enim extrema, & medium. Arist. top. l. 4. cap. 3. c. 457.

Generis locus 37. Si genus contrarium alicui, species nulli. Arist. top. l. 4. cap. 3. c. 457.

Generis locus 38. Si contrarium speciei in dicto genere, cum non sit contrarium generi. Arist. top. l. 4. cap. 3. c. 457.

Generis locus 39. Si medium in dicto genere, nam in quo medium, & extrema. Arist. top. l. 4. cap. 3. c. 457.

Generis locus 40. Si contrarium sit generi considerandum, & si contrarium in contrario. Arist. top. l. 4. cap. 4. char. 457.

Generis locus 41. In casibus, & coniugatis, si similiter sequuntur, & interimenti, & constituenti. Arist. top. l. 4. cap. 4. char. 458.

Generis locus 42. In ijs, quæ similiter se habent inuicem. Arist. top. l. 4. cap. 4. char. 458.

Generis locus 43. In generationibus, & corruptionibus videndum est. Arist. top. l. 4. cap. 4. c. 458.

Generis locus 44. In generatiuis, & corruptiuis, in potentibus, & vltibus, & omnino secundum quamlibet similitudinem. Arist. top. l. 4. cap. 4. c. 458.

Generis locus 45. Si priuatio sit, quod opponitur speciei, duobus modis est interimere. Primo si in assignato genere est oppositum, aut enim in nullo genere eodem simpliciter est priuatio, aut non in vltimo. Secundo autem si & generi, & speciei opponitur priuatio, non est autem oppositum in opposito: nec quod assignatum est, in assignato erit. Arist. top. l. 4. cap. 4. char. 458.

Generis locus 46. Constituendi vno modo vtendum vt si oppositum in opposito, & propositum in proposito. Arist. top. l. 4. cap. 4. c. 459.

Generis locus 47. In negationibus considerandum est econuersio, vt in accidente dicebatur. Arist. top. l. 4. cap. 4. char. 459.

Generis locus 48. Si species est ad aliquid, & genus est ad aliquid. Arist. top. l. 4. cap. 4. c. 458.

Generis locus 49. Si genus est ad aliquid, non necesse, & species. Arist. top. l. 4. cap. 4. c. 459.

Generis locus 50. Si non ad idem dicitur species, & secundum se, & secundum genus. Arist. top. l. 4. cap. 4. char. 459.

Generis locus 51. Si non ad idem, & secundum genus dicitur, & secundum omnia genera. Arist. top. l. 4. cap. 4. char. 459.

Generis locus 52. Si similiter dicitur genus, & species secundum casus. Arist. top. l. 4. cap. 4. c. 460.

Generis locus 53. Si similiter ad aliquid secundum casus dicta, non similiter conuertuntur. Arist. top. l. 4. cap. 4. char. 460.

Generis locus 54. Si non ad æqualia species, & genus dicitur. Arist. top. l. 4. cap. 4. c. 460.

Generis locus 55. Videndum si oppositum est oppositum genus. Arist. top. l. 4. cap. 4. c. 461.

Generis locus 56. & 57. Ad aliquid quæ dicuntur, alia ex necessitate in eis, aut circa ea sunt, ad quæ dicuntur, vt habitus, & dispositio, & commensuratio (in alio enim nullo possibile est esse, quæ dicta sunt, quæ in eis, ad quæ dicuntur) alia autem non necesse est quidem in eis esse, ad quæ dicuntur. Contingit tamē, vt scibile in anima; alia simpliciter non contingit esse in eis, ad quæ dicuntur, vt contrarium in contrario, considerare igitur oportet, si quis in genere ponat, quod tale est, in non tali. Arist. top. l. 4. cap. 4. c. 461.

Generis locus 58. Si habitum in actu posuit, aut actum in habitu, non est genus, quod tale est. Arist. top. l. 4. c. 5. c. 462.

Generis locus 59. Si habitum in consequentem potentiam ordinant, peccant. Arist. top. l. 4. cap. 5. chart. 462.

Generis locus 60. Si quod sequitur quouis modo, vt genus ponunt. Arist. top. l. 4. cap. 5. c. 462.

Generis locus 61. Si in aliquo nata sunt vtraque fieri, in quo enim species, & genus. Arist. top. l. 4. cap. 5. chart. 463.

Generis locus 62. Si secundum quid species dictum genus participat: non enim videtur secundum quid participari genus. Arist. top. l. 4. cap. 5. c. 463.

Generis locus 63. Latet quandoque, & totum in parte ponentes. Arist. top. l. 4. cap. 5. c. 464.

Generis locus 64. Si quid vituperandum, aut fugiendum in potestate, aut potente posuit. Arist. top. l. 4. cap. 5. chart. 464.

Generis locus 65. Si quod propter se honorabile, & eligibile, in potestate, vel potente, vel effectuuo posuit. Arist. top. l. 4. cap. 5. char. 464.

Generis locus 66. Si quid eorum, quæ sunt in duobus generibus, vel pluribus, in altero posuit. Arist. top. l. 4. cap. 5. char. 464.

Generis locus 67. Si genus, vt differentiam, & differentiam, vt genus assignauit. Arist. top. l. 4. cap. 5. c. 464.

Generis locus 68. Si passionem in genere eius, quod passum est, ponunt. Arist. top. l. 4. cap. 5. c. 465.

Generis locus 69. Si passionem cuius est passio, illius genus dicit esse. Arist. top. l. 4. cap. 5. c. 465.

Generis locus 70. Si omnino, quod assignatum est, melius est genus. Arist. top. l. 4. cap. 6. c. 465.

Generis locus 71. Considerandum ex eo, quod nihil eorum differt specie, quæ participant genus assignatum. Arist. top. l. 4. cap. 6. c. 465.

Generis locus 72. Si quod omnia sequitur, genus, vt differentiam dixit. Arist. top. l. 4. cap. 6. c. 467.

Generis locus 73. Si in subiecta specie est, quod assignatum genus dicitur. Arist. top. l. 4. cap. 6. c. 467.

Generis locus 74. Si non vniuocum sit genus speciei. Arist. top. l. 4. cap. 6. c. 467.

Generis locus 75. Si existente contrario specie, & generi, quod melius contrarior est, in peiori genere ponit. Arist. top. l. 4. cap. 6. c. 467.

Generis locus 76. Si eodem similiter ad vtraque habente, in peiore, & in meliore genere ponit. Arist. top. l. 4. cap. 6. c. 467.

Generis locus 77. Ex magis, & minus destructis, si genus suscipit magis, species autem non suscipit, nec ipsi, neque quod ab ipsa dicitur. Arist. top. l. 4. cap. 6. c. 468.

Generis locus 78. Quod magis videtur, vel similiter, si est genus, manifestum, quod neque quod assignatum est. Arist. top. l. 4. cap. 6. c. 468.

Generis locus 79. Si de quibus assignatum est genus, in eo quod quid est prædicatur, cum non sit vna assignata species, sed plures, & differentes. Arist. top. l. 4. cap. 6. c. 469.

Generis locus 80. Si in assignato species est, considerandum & si de alijs speciebus genus in eo, quod quid est, prædicatur; nam accidit de pluribus, & differentibus idem prædicari. Arist. top. l. 4. cap. 6. c. 469.

Generis locus 81. Quoniam videtur in quibusdam, & differentia de speciebus in eo quod quid est prædicari, separandum est genus, & differentia, vtenti ijs, quæ dicuntur, elementis. Primo quia genus de pluribus dicitur quam differentia, secundo quia secundum eius, quod quid est, assignationem magis conuenit genus quam differentiam dicere. Tertio, quoniam differentia qualitatem generis semper significat; genus autem differentie non. Arist. top. l. 4. cap. 6. c. 469.

Generis locus 82. Considerandum in quo genere vult quippiam constituere. Arist. top. l. 4. cap. 6. chart. 469.

Generis locus 83. Quoniam quod sequitur aliquid semper, & non conuertitur, difficile est separare, quod non sit genus, si hoc quidem illud sequitur omne, illud vero hoc non omne. Arist. top. l. 4. cap. 6. char. 470.

Generis locus 84. Generis accomodatatum est vtrum in eodem, vel in altero genere aliud alii inest. Arist. top. l. 4. cap. 6. c. 394.

Genera inspicienda sunt diuidenti secundum species vsque ad indiuidua. Arist. top. l. 4. cap. 6. char. 445.

Genera maximam similitudinem ad accedens videntur habere. Alex. Aphrod. in 2. top. cap. 2. c. 20. col. 3.

Genus post accedens est omnibus quæstionibus generalissimum. Alex. Aphr. in 4. top. cap. 1. c. 47. col. 3.

Genus magis conuenit interroganti de specie, quam differentia. Alex. Aphrod. in 4. top. cap. 5. c. 60. col. 1.

Generum quæstiones substantiales sunt, proprii vero quæstiones sunt substantiæ aduentitiæ, & honorabiliora sunt substantia accidentibus: & loci proprii sunt vtilis ad quæstiones diffinitiuas cognoscendas, quibus enim locis ostendimus hoc huic non esse proprium, per eisdem etiam non diffinitionem esse ostendimus. Alex. Aphrod. in 5. top. l. c. 60. col. 3.

Genus, & proprium difficilius est construere, quam destruere. Alex. Aphrod. in 2. top. cap. 3. c. 88. col. 3.

Generis loca locis diffinitionum profunt, cum in ipsa diffinitione necessarium est reperiri genus, nec non loca proprii, & accidentis. Auer. in topic. l. 1. tract. de locis. cap. 7. char. 267.

Genus quæsitum est ex quæstis accidentalibus, quia propterea quod ipsum primo quæritur, est notius specie, quoniam est vniuersalius, & vniuersalius est notius: & vt non est via, vt monstramus existentiam ipsius de aliquo, cum ipsius existentiam ignorauerimus, quoniam non habemus viam, vt monstramus existentiam generis de generibus; cum acciderit, vt ignoremus existentiam ipsius in ipsis: igitur qui voluerit monstrare existentiam alicuius generis in aliqua specie, monstrare accidentali monstrabit, vt accidit huic generi, vt sit in hac specie. Ideo non est causa species, vt sit genus, sed genus, vt sit species. Auer. in poster. lib. 2. cap. 10. tex. 94. char. 233.

Generis loca vniuersaliter vtilia sunt ad diffinitiones; ex genere enim & differentia constant. Auer. in 4. topic. cap. 1. char. 282.

Generis locorum elementa (vt inquit Themistius) sunt quatuor. Primum, vt ipsum sit inseparabile a re, quia si separaretur, esset accidens. Secundum, vt prædicetur de omni subiecto, alioquin si prædicaretur particulariter, esset accidens. Tertium, vt in prædicatione superet subiectum, vt scilicet sit eo communius, quia si esset æquale, esset proprium, vel differentia. Quartum, vt prædicetur de subiecto in eo, quod quid est, alioquin non esset genus. Quod si omnes istæ conditiones non insunt, non est genus, ideo facilius est destruere per genus, quam construere. Auer. in 4. topic. cap. 1. char. 282. col. 4.

Generis loca ad quatuor reduci possunt, quorum Primum est, quod genus inest necessario speciei. Secundum, quod genus prædicatur de omnibus speciebus, & quod illud, quod prædicatur de aliqua, non est genus. Tertium, quod oportet genus superare speciem secundum suum esse, & id, quod non superat, non est genus. Quartum est in quo dicebatur, quod oportet genus prædicari de specie, in eo quod quid est, & quicquid non prædicatur hoc modo, non est genus. Auer. in 4. top. cap. 6. c. 291.

Generositas sita est in generis virtute, ne a natura deficiat. Arist. rhetor. 2. char. 102.

Generosum est, quod a sua natura non degenerat. Arist. de histor. animal. cap. 1. char. 10.

Genitale vesicæ ceruicæ adnectitur foramine foras directo periuum: sed paulo inferius altero intra eandem,

semitam conuio deductum, quorum foraminum, alterum ad testes, alterum ad vesicam, neruosum, cartilagosumque tendit, ex quo testes maribus pendent. Arist. de histor. animal. 1. cap. 19. char. 35.

Genitale marium aliis foris est, vt homini, & equo, & aliis multis; aliis intus, vt delphino: & quibus foris est, aliis ante, vt homini, & equo, & aliis; aliis retro: & his, qui ante gerunt, aut penis, & testes absoluti pendent, vt homini, aut alio adherent, & aut plus, aut minus absoluuntur. Aristotel. de histor. animal. 2. cap. prim. char. 43.

Genitale aliis cartilagosum est, ac carnosum, vt homini; aliis neruosum, vt camelo; & aliis ossium, vt lupo, & vulpi. Arist. de hist. ani. 2. cap. 1. char. 44.

Genitale viuerræ non naturæ similis cum cæterorum animalium genitalibus esse aiunt, sed vt cunq; disponatur, tempore perpetuo solidum, sed vt cunq; idem genitale præstantissimum est medicamentum vrinæ stillationibus esse, & per ramenta ex vino dari. Arist. de admir. num. 11. char. 842.

Genitalia, & si sint membra parua, tamen magnam in corpore faciunt diuersitatem, quod manifestum est in ementulatis, qui statim mutantur in complexionem ad naturam feminæ. Alber. magni. de anim. lib. 7. trac. 1. cap. 2. char. 63. col. 4.

Genitalium membrorum alteratio, totum animalis corpus alterat. Alb. mag. de animal. lib. 18. trac. 1. cap. 2. char. 153. col. 1.

Genitum omne, & augmentum, & statum, & decrementum habere necesse est, quæ sine alimento esse impossibile est. Arist. 3. de ani. su. 3. cap. 1. tex. 59. char. 669.

Genitum omne simul atque fit, imperfectum est, nec homo cum virtute nasci potest, sed tantum a natura aptitudinem obtinet eam adipiscendi. Alex. aphrod. de fato. cap. 15. char. 27.

Genitum id dicitur, quod prius non est, & postea est, & in aliqua temporis parte subsistere cepit: & hoc modo Aristoteles sumpsit genitum, quod diuidit in æternum. Alio modo sumitur communis genitum, quod diuiditur contra id, quod vere est, quod est dum fit, & ab alia causa, & non a seipso conseruatur, & subsistit; & propter hoc ambo, id est, ob oppositionem, ad id, quod verum, & simul totum est; & ad id, quod per se subsistit, dicitur aliquid genitum, & si æternum sit. Et sic Plato omnem sensibilem, & corpoream consistentiam generabilem appellat. Simp. in 8. phy. te. 10. c. 405. c. 1.

Genitum communiter dicitur, quod sui ipsius substantiam ab aliqua causa accipit. Simp. in 1. de celo. tex. 19. com. 20. char. 14. col. 4.

Genitum est illud, in quod agentis operatio infigitur. Simp. in 1. de celo. tex. 22. co. 28. char. 20. col. 1.

Genitura vocatur id, quod a generante proueniens causa est, quæ prima obtineat principium generationis, videlicet in ijs, quæ coire natura voluit. Arist. de gener. anim. 2. cap. 18. char. 128.

Genituræ corpus, in quo semen animalis principii contentum vna prouenit, partim separabile a corpore, in quibus diuina pars comprehenditur, qualis est, quæ mens appellatur: partim inseparabile, hoc in quam genituræ semen dissoluitur, & versus in spiritum euanescent, cum naturam humidam, aquosamque habeat. Arist. de gen. ani. 2. cap. 3. char. 153.

Genitura est successio humoris spirituosus ad rem naturalem. Arist. proble. sec. 4. nu. 16. char. 388.

Genitura eorum, qui abundant multo excremento, laua mentum piscium redolet. Aristotel. problemat. sect. 4. num. 30. char. 393.

Genituram frigidam esse, argumentum esse potest, quod humida nunquam redditur, nisi calefiat, nec vllam desiderat liquefactionem, quandoquidem per vniuersum corpus expansa est, vt sanguis. Aristotel. problemat. sect. 4.

sect. 4. num. 33. char. 394.
Genitura in somnis his perfluere solet, qui aut labore lassescunt, aut tabe consumuntur: quia, quia natura calida, & humida sunt, in nocte polluantur; feminis enim natura talis est: lassæ autem, & tabescentes ita affecti sunt; redundant enim & elassati colliquamentis calidis propter fatigationem, & motum, & tabefacti propter distillationem, & calorem, quem inflammatio mouet. Arist. probl. sect. 5. nu. 31. char. 405.
Genocha est bestia paulo minor vulpecula, colore inter nigrum, & croceum, maculis nigris interpositis, manufacta si non lacessitur iniuriis, super riuus aquarum cibum quærens. Alber. magn. de anima. lib. 22. tractat. 1. char. 180. colum. 3.
Gentes diuersantur duobus modis, quoad pertinet ad somniorum interpretationem, vel secundum entia eis propria in suis regionibus, vel secundum leges, in quibus sunt nate. Auer. de diuin. perf. char. 202. col. 4.
Gentes quarta occidentalis habet 44. Gotos, Gratos, Herculos, Sarmatas, Mathomanos, Logobardos, Sucasos, Allemanos, Francos, Allanos, Tefaluntas gentes nouem, populum Narbonensem, quem similiter gentes nouem, Miletum, Armariarum, Romanum populum, Motatos, Amisbarios, Lagionos, Bragundiones, Gipedai, Armoloas, Marianos, Ordimaftas, Serapadolos, Otornos, Gyptos, Hirnos, qui nunc Ungari vocantur, Satarios, Reges Asfades, quorum terra estiuua vocatur, Vareos, Tarchos, Bastornes, Capitimos, Senatium Populumque Romanum, gentem Grezeram. Quibus gentibus alie superuenerunt; Saxones superuenerunt Noringis, & Sclauis; Sclauos ab Oriente, Tiriuges expulere ad Occidentem, & in medio se extendunt. Ex istis Saxonibus quidam Britannia maiori superuenientes illis expulsi ibi residerunt, & insulam Angliam vocauerunt, a villis, quæ Engole adhuc hodie vocantur, a quibus primi patres eorum fuerunt exorti. Alb. mag. de natur. locor. cap. 2. char. 102. col. 3.
Gentes quarta Septentrionalis sunt 29. Sitæ, Nabobe, Staothene, Madei, Sargomathes, Eufice, Euthecos. Habet Colcos, Faxis, Barbaros albos, Ignoes, Rosmores, Rodores, Gausibos, Sinicos, Leuforicos, Manes, Sufagentas, Ticeicum, Denicas, Fasticas, Seres; item Medes, Anaricos, Tenaugis, Messagetas. & harum gentium plurimæ deletæ fuerunt, & multæ intrauerunt loco earum. Alber. magn. de natur. locor. tractat. 3. cap. 3. char. 103. col. 1.
Gentes quartæ meridianæ innumerabiles sunt. Alb. mag. de nat. loc. trac. 3. cap. 4. c. 103. col. 1.
Gentiana calida, & sicca est; aperit, & subtiliat, & abstergit; pleuriticis iuuat. Alb. magn. de veget. & plant. l. 6. trac. 2. cap. 8. char. 166. col. 3.
Geometria falsa non supponit, & si lineam pedalem supponit, quia non ob talem lineam concludit. Aristot. poster. lib. 1. cap. 9. tex. 28. char. 316.
Geometria de non geometricis non debet disputare, latet enim prauè disputans, & sic in aliis scientiis. Arist. post. lib. 1. cap. 9. tex. 28. char. 316.
Geometria considerat de physica linea, non ut physica: respectiua considerat lineam mathematicam, non ut mathematica, sed ut physica. Arist. phys. 2. su. 2. cap. 1. tex. 20. char. 39.
Geometria non est speculatiua, quid contrarium, quid perfectum, vnum eius, idem, aut diuersum, nisi ex conditione. Arist. 4. metaph. ex su. 1. cap. 2. tex. 6. c. 64.
Geometria quamplura considerat, quæ ad physica sunt vtilia. Alex. Aphrod. in 1. prior. cap. 1. char. 3. col. 3.
Geometria non habent substantias, quas ut sibi substantias deficiant. Ale. Aphr. in 2. metaph. vel apud Lat. 3. tex. 64. char. 28. col. 1.
Geometriæ principia Astronomiæ principiis exactiora sunt, quamquam huius subiectum geometricæ mate-

ria longe præferatur. Alex. aphrod. in 5. metaphysic. vel in 6. cap. 3. char. 171. col. 2.
Geometriæ proloquium e sectione fieri potest in infinitum. Them. in 1. phys. tex. 11. char. 15. col. 4.
Geometriæ certitudo demonstrandis rebus, & iudicandis, maior est. Them. in 1. de ani. cap. 1. tex. 1. c. 60. c. 3.
Geometria, & Arithmetica ex omni disciplinarum cætu a materia naturali longissime absunt, Astronomia, Musica, Perspectiua, quamquam conantur remouere materiam, tamen æque id facere non possunt. Them. in 3. de ani. cap. 5. tex. 55. char. 89. col. 1.
Geometria corporum figuras, atque magnitudines despicit. Ammon. in Porph. char. 2. col. 4.
Geometria laborat circa quantitatem coniunctam, quæ agitari non potest, quæ est terra. Ammon. in Porph. char. 1. col. 4.
Geometria est coniunctæ quantitatis, immobilis, situmque habentis cognitio. Ammon. in Porph. ch. 2. col. 2.
Geometricas figuras, & magnitudines in sensibilibus, nec Plato, nec Pythagoras locauit, sed si Seuerus, vel alius, qui posterior Platonis dicta exposuere, mathematicis abutuntur, nihil ad antiquos pertinet. Sirian. in 12. metaph. ex cap. 1. char. 44.
Geometricæ magnitudines cum sint priores ratione, substantia, nec priores, nec posteriores sunt sensibilibus ipsis, ex Aristotelis conclusione; sed si quis dimensiones, circa quas Geometria negociatur, recte considerare voluerit, in omnibus priores ipsas esse materiali corpore reperiet, si immaterialia materialibus, vniuersalia particularibus, & æterna corruptibilibus omnes faciunt esse priora. Sirian. in 2. metaphysic. ex cap. 1. char. 51.
Geometria perspectiuam sub se comprehendit scientiã. Ioan. Gram. in poster. cap. 7. char. 17. col. 3.
Geometria lineas simpliciter considerat, perspectiua lineas, ut ad prospectum pertinent. Ioan. Gram. in 1. poster. cap. 7. char. 17. col. 3.
Geometriæ non est disputandum in non geometricis. Ioan. gram. in 1. poster. cap. 9. char. 24. col. 4.
Geometria ab Astronomia differt, quia illa circa planas; Astronomia autem circa solida versatur, sub qua est Mathematica. Ioan. gram. in 1. post. cap. 10. c. 29. col. 2.
Geometria demonstrat terram sphericam esse, non tanquam per se, & primo terræ insit spherica figura, sed tanquam simpliciter. Ioan. gram. in pri. poster. cap. 18. char. 40. col. 1.
Geometriæ principium est circumferentiam adæquari non posse lineæ rectæ. Ioan. gram. in pri. phys. tex. 12. char. 6. col. 4.
Geometria disputat de formis diuisibilibus, quæ in imaginatione sunt; Io. gram. in 1. de ani. tex. 16. c. 11. c. 2.
Geometriæ ignaris non licebat Platonis studium ingredi. Io. gram. in 1. de ani. tex. 45. char. 20. col. 4.
Geometria, & Astrologia scilicet magnitudinem versantur, & si alio, & alio modo, ut & Arithmetica, & Musica circa numeros studium suum exercent. Eustrat. 6. Ethic. cap. 8. char. 116.
Geometriæ consideratio est magis abstracta, & remota a materia, quam Astrologiæ: considerat enim de figura simplici; Astrologus vero de figura terminata in corpore celesti. Auer. in phys. 2. tex. 18. c. 26. col. 2.
Geometriæ principia omnia non sunt eadem numero: principia vero numerorum sunt eadẽ numero. Auer. 3. de celo. tex. 35. c. 94. col. 2.
Geometria tempore Platonis magnificabatur. Auer. 3. de celo. tex. 61. c. 103. col. 3.
Geometria excedit Astrologiam per confirmationem demonstrationis. Auer. 1. de ani. tex. 1. c. 108. col. 3.
Geometriæ ad Arithmetica proportionem est, ut puncti ad vnitatem. Alex. de Ales in 1. metaph. c. 8. col. 2.
Gerachidem lapis est nigri coloris; & probatur eius veritas,

ritas, quia homo gestans lapidem non infestatur a muricis, & vespis; & si melle sit vnctus, ori inclusus, facit iudicare bene opiniones, & cogitationes, amabilemque reddit. Alb. mag. 2. de miner. trac. 2. cap. 7. c. 140. col. 3.
Gerguers duarum specierum est apud nos, milium vna, panicum alia. Est frigidum, & siccum, & exsiccatur etiã sine mordicatione; minus nutrit, quam reliqua grana, & generat lepram. Alb. mag. de veget. & plant. l. 6. tract. 2. cap. 8. char. 166. col. 3.
Germinare quædam non terra contenta possunt, sed abscessa, aut euulsa, vel recondita possunt, ut caules liliorum, & allia, & cæpæ, quia omnes alimentum intra se continent, nec certo, ac definito loco omnes oriuntur. Crescere autem vnumquodque potest, non eo quod in se continet alimentum, sed quod decoctum iam, & digestum illud pabulum est; continent quidem alimentum, sed tum augeri incipiunt, cum tempus ad id est, cuius ope id fieri potest. Aristot. problem. sect. 20. num. 20. char. 537.
Germia omnia vetusta multo nouellis nigriora sunt, & alia flauiora, quia nondum humor in ijs nigricat. Arist. de colorib. cap. 5. char. 885.
Gestus in arte poetica præstantior est insinuatione, ut enthymema, & exemplum in rhetorica. Auer. in top. l. 2. cap. 7. char. 261.
Gestus figuram posuit, quæ vel ad totum corpus pertinet, vel ad partem, & in hac re principes sunt oculi, quorum tum intentione, tum remissione; tum contentu, tum hilaritate motus animorum significemus; Oris species mutanda non est. Dan. Barb. 3. rhet. cap. 1. c. 151.
Gignendi facultas tollitur iis, qui a varicibus tenentur, siue homo, siue aliud est animal, quia varix flatu trãs-lato fieri solet. Quocirca in vitijs atræ bilis accommodanda est; fit autem concubitus quoque cum flatu excurfu, quamobrem si impetus ille agitur, cum varix exercet, semen non insuper excitatur, sed refrigeratur: inde fit, ut penis tentigo emareescat. Aristot. problem. sect. 4. num. 21. char. 389.
Gingiuæ carne constant, & intus dentes ossei cohærent. parte vero penitiore particula pendet, alia viugera, venæ applicata, Columella nomine: quæ si immodice humefacta intumescat, inflammaturque, vix nomine vocatur, & strangulat. Arist. de hist. anim. l. c. 11. c. 23.
Glacies si est congelatio humidi, & frigidi: ignis est exhalatio calidi, & ficci. Arist. de generat. & cor. sum. 1. cap. 3. tex. 21. char. 428.
Glacies est aqua confecta a serenitate compactibili. Aristot. de mundo. cap. 3. char. 815.
Glacies est proportionalis aquæ calidæ; ambæ enim sunt aqua aliquid passa, & in confinio, hæc quidem aquæ, & aeris: illa aquæ, & terræ. Alex. Aphrod. in 1. natur. quæst. cap. 6. char. 2.
Glaciæ definitio est congelatio corporis frigidi, & humidi. Auer. 4. de celo. tex. 32. c. 120. col. 1.
Glaciæ habet aliquod simile poris alternatim se diuidentibus. Alb. mag. in 4. meteor. tr. 3. cap. 6. c. 129. c. 3.
Glaciati humoris color clarus est, quia est clari nutrimentum, & est paruæ rubedinis, eo quod ex substantia sanguinis cliquatus, & aliquid retinet coloris eius, quia non integre conuertitur ad similitudinem glaciæ, nisi postquam incorporatur ei. Alb. mag. de anim. lib. 1. trac. 2. cap. 7. char. 9. col. 3.
Glaciæ est secundum naturam humida actu, sed per accidens sicca. Alber. magn. de anim. lib. 12. tract. 1. cap. 3. chart. 102. colum. 4.
Glaucoma accidit oculis cæsijs, & est siccitas oculorum, & senescentibus maxime accidit. Aristotel. de gen. anim. 5. cap. prim. char. 267.
Glires latent in ipsis arboribus, & tunc vehementer pinguescunt, & mures Pontici generis. Aristot. de histor. anima. 8. cap. 17. char. 295.

Glis animal est notum, colore vario in dorso griseo, in ventre albo, de murium genere, succo pomorum vescitur, tota hyeme dormit, & pinguescit, æstate vigilat. Alb. mag. de ani. 22. trac. 3. char. 180. col. 3.
Gloriose se gerere inter eos, qui in dignitate præclara fortuna vtuntur, non est a generoso animo alienum: inter humiles vero inuidiosum. Aristot. 4. ethicor. cap. 3. char. 94.
Gloriosus est, qui plura quam adfuit, sibi arrogat, aut scire fingit, quæ non nouerit. Aristot. magn. moral. 1. cap. 30. char. 304.
Gloriam magnam in se habere videntur pericula bellica. Eustrat. 3. moral. cap. 6. char. 141.
Gloria est illustris, & peruagata recte factorum, & permagnorum, vel in suos ciues, vel in rempublicam, vel in omne genus hominum fama meritorum. Boet. de definition. char. 652.
Gloria est clara cum laude notitia. Albert. mag. in topic. char. 241. col. 3.
Glutinum e tergoris bubuli lentore fit, & de piscibus nonnullis excoquitur. Arist. de hist. ani. 3. cap. 11. c. 90.
Glutis est auis tarda, & lingua longa. Alb. mag. de anim. lib. 23. cap. 24. char. 193. col. 1.
Gobio paruus pisciculus est, forma fere rotunda, squammis maculosis nigris depictus. Albert. mag. de animal. lib. 24. cap. 1. char. 197. col. 4.
Gosturdi aues sunt gregatim volantes, in terra oua faciunt, raro fouent, sed falsum est foueri a buffonibus, sed modicus calor Solis sufficit eis; exeuntibus pullis a matre colliguntur, & ipsæ sollicitè properantur in pastu. Alb. mag. de ani. l. 23. cap. 24. c. 192. col. 4.
Gothi, Daci, & Sclauis sunt albi propter frigus complexionale eorum, & quia corpora non sunt porosa, & locus frigidus est, & constringens corpora eorum, restat humidum multum in eis; & ob id augentur corpora eorum, & sunt carnosa, & phlegmatica; quia cum calor in loco digestionis generatus non possit euaporari propter corporis, & pororum restrictionem, reflectitur ad stomachum, & facit in eo humorem aqueum, ut in olla feruente, & fiunt corpora spiritibus, & vètres calidi sunt, & digestio bona, & corpora solida. Et ideo mulieres illorum difficulter parturiunt, & raro emundantur a sanguine menstruo, maxime quæ multum aquilonares sunt, & sanguinem sæpe de naribus emittunt, & raro concipiunt. Sed Germanæ mulieres multum concipiunt, difficulter pariunt, & raro emundantur a menstruis, quia frigus loci, & restrictio corporum eorum impedit euaporationem spirituum, & humoris, propter quod virtus earum fortis semper manet, & eas concipere facit multum, & quando non perfecte sunt emundatæ a menstruis. Audaces autem sunt, quia corpora earum semper sanguine, & spiritu abundant: ideo timent febres, & non ita vulnera, quia multam sanguinis abundantiam habent, & sunt hebetes, & stolidæ, quia virtutes animales non vigent, propter spissitudinem corporum earum. Est longa eorum ætas, moresque laudatissimi, sed aquilonarium mores lupini sunt propter cordium eorum calorem; leues autem sunt nimis Meridionales: Medij autem iustitiam colunt. Alb. mag. de nat. locor. dist. 2. cap. 3. char. 100. col. 2.
Gracocenderon est auis nigra, parum coitu vtens, semel tantum in anno. Albert. magn. de anim. lib. 23. cap. 24. char. 191. colum. 4.
Graculus est auis nigra coruini generis, magno rostro albo ubi coniungitur capiti: non comedit cadauera. Alb. mag. de anim. l. 23. cap. 24. c. 191. col. 4.
Gramen est piscis marinus, qui præter dispositionem piscium, oculum vnum habet in superiore parte capitis, quem semper tenet apertum. Alb. magna. de anim. lib. 24. cap. 1. char. 197. col. 4.
Grammatica est peritia eorum, quæ magna in parte a Poetis,

Poetis, ac rerum Scriptoribus dicuntur. Ammon. in Porphyr. char. 1. colum. 1.

Grammatices est scire confusiora de ipsis viginti quatuor literis; musices autem est docere cognitionem exactam, & perfectam de ipsis. Simpli. in prim. physicor. char. 79. colum. 3.

Grammatici, quia vocum figuras considerant, ideo octo orationis partes speculantur: philosophi autem, cum rem tantum contemplantur, sola nominis, & verbi speculatione indigent. Boet. introd. ad cat. sy. c. 61.

Grammatica sermone vititur, prout modus inflexionum, & constitutionum intellectus simplicis, & compositi, complexe designatiuis existit, simpliciter absque eo, quod sciat de significato, vtrum sit, vel non. Alb. mag. de prædi. cab. char. 2. col. 3.

Grana multa simul facilius putrescunt, quam rara, quia non sunt continua; & calor ab vnoquoque egrediens generare potest maiorem calorem, & sic putrescunt facilius. Alb. mag. in 4. meteor. tract. 1. cap. 9. c. 119. c. 2.

Grana, quæ cadunt de mense Martii, & Aprilis rotunda, & rara generantur ex causa mixta, idest ex vapore calido, magis quam niuis vapor; & minus frigida, quam grando, & interius habens raritatem niuis, & non molliem, quia frigus est super eam fortiter; exterius vero tendit in grandinis compactionem. Cum autem aliquantulum conuertitur vapor ille ex grauitate subitus dilatatur, & frigus attrahit de magis calido subtili, & ideo efficitur acutum, mediisque temporibus generantur. Alb. mag. de pass. aeris. char. 1. 18. col. 4.

Granatum duo genera pomorum habet: dulce, & acetosum, dulce naturaliter est calidum, & humidum, & acetosum est frigidum, & sicum: acetosum temperat coleram, & prohibet cursum superfluitatum ad viscera. Balaustia eorum faciunt coherere vulnera ob eorum caliditatem, & bonum nutrimentum conferunt, sed parum nutriunt. Alb. mag. de veget. lib. 6. tract. 1. cap. 22. char. 156. col. 2.

Granatus est de genere carbunculi, similis floribus malorum granatorum, & est etiam alius habens colorem violarum, & lætificat cor, & pellit tristitiam. Alb. mag. 2. de miner. ex tract. 2. cap. 7. c. 140. col. 3.

Grando fit maxime in locis temperatis. Aristot. meteor. pri. sum. 3. cap. 2. char. 477.

Grando est glacies. Arist. meteor. 1. su. 2. cap. 2. char. 477.

Grandines fiunt vere, & autumno maxime, & maturationis fructuum tempore: hyeme rariis; & quando minus fuerit frigus, & maxime in locis temperatis. Aristot. meteor. pri. sum. 3. cap. 2. char. 477.

Grandinis causa, & generationis eius est, cum expulsa fuerit nubes in superiorem locum, magis existentem frigidum, propterea quod desinunt ibi refractiones radiorum a terra, & veniens illuc aqua congelatur, propter quod ex æstate magis, & in tepidis regionibus maxime fiunt grandines, quia calidum amplius pellit nubes a terra. Arist. meteor. pri. su. 3. cap. 2. c. 477.

Grando non fit in valde altis. Arist. meteor. prim. sum. 3. cap. 2. char. 477.

Grandines magnæ sunt, quæ figuris non sunt rotundæ, quia congelatæ sunt circa terram. Quæ autem eminus feruntur, quia longe feruntur, circumfractæ fiunt, & figura rotundæ, & magnitudine minores. Aristot. meteor. pri. sum. 3. cap. 2. char. 478.

Grandines minus fiunt æstate, quam vere, & autumno, magis tamen quam hyeme; quia æstate aer est sicciior, in vere autem adhuc humidus, at in autumno iam humectatur: & propter eandem causam aliquando in maturatione fructuum fiunt. Aristot. meteor. prim. sum. 3. cap. 2. char. 479.

Grandinis, & niuis generatio differunt: quia si a nube calidissima statim exit totus calor, fit grando: si paulatim, nix. Alb. mag. 2. meteor. tract. 1. cap. 16. c. 87. col. 2.

Grando generatur per se ex nube calidissima, & per consequens altissime ascendente, vt pinguis vapor eleuari potest, in media scilicet frigidissima aeris regione: per accidens autem, si frigus repressum ab alto occurrit vapore eleuato, tunc in inferiore aeris regione fit. Alb. mag. 2. meteor. tract. 1. cap. 24. c. 88. col. 1.

Grando in quocunque loco generatur, vbi nubes calidissima inuenit frigus ad se expulsum: nam in omnem sui partem cum vndique frigori sit aperta; excipit illud, & sic grando generatur, quod nullis alijs humidis impressionibus accidit. Al. mag. in 2. mete. tra. 1. c. 24. c. 88. c. 2.

Grando sæpius in vere generatur, qua in æstate, & autumno, quia in æstate sol maiorem humorem consumit, quam eleuet; & in autumno tantum exsiccauit Sol in æstate, vt autumnus non possit præbere aptam materiam. In vere autem calor inuenit in superficie terræ natans humidum, quod frigus hyemis induxit tunc ex pluuijs, tunc ex conuersione aeris in aquam, tum exprimendo ex terra; & tunc agit in humidum, & facit multam materiam vaporum humidorum. Alb. mag. in 2. meteor. tract. 1. cap. 25. c. 88. c. 2.

Grandinis materia nubes est calidissima ex caliditate accidentali calidissima, fracta ex solis radijs, quando eleuabatur; quia si esset calida per se, non conuertere subito, nec congelare. Al. mag. in 2. mete. tr. 1. c. 26. c. 88. c. 2.

Grandinis materia cum sit nubes, & aquosa multum, bene recipit calidi impressionem, & male retinet. Frigus autem bene retinet tribus causis: primo quia aqua frigiditas naturalis est: secundo ex natura humiditatis, quæ quilibet impressionem bene recipit: tertio, quia vbiq; patet nubes calido dissipante eam. Alb. mag. in 2. meteor. tract. 1. cap. 26. ch. 88. col. 3.

Grando non solum mortificat ea, quæ percutit, sed etiam impedit fertilitatem anni sequentis ob frigus multum, quod in grandine est. Alb. mag. in 2. meteor. tract. 1. cap. 26. char. 88. col. 4.

Grando cadens est liqueficans, & non sicca, quia cadens pertransit per regionem hanc inferiorem calidam propter reuerberationem, & liquefcit extrinsecus. Alber. mag. de passio. aeris. c. 18. col. 3.

Gratiarum proprium est, vt ei, qui nobis gratificatus est, vicissim inferuiamus. Arist. 4. ethic. cap. 5. c. 120.

Gratia est, per quam, qui possidet, dicitur gratiam tribuere indigenti, non pro re aliqua, nec vt aliquid ipsi tribuenti suppetatur, sed vt aliquid illi. Arist. rhet. 2. c. 87.

Gratia magna est, quam aut valde indigentibus, aut magnarum rerum, aut difficilium, aut in tribus eiusmodi, aut solus, aut primus, aut in primis. Arist. rhet. 2. c. 87.

Gratia est, aut quia hoc, aut quia tantum, aut quia tale, aut quando, aut vbi. Arist. rhet. 2. c. 88.

Gratia est animæ motio, qua referre beneficium cupimus ei, a quo acceperimus. Eustr. 2. ethic. cap. 1. c. 92.

Gratia est (vt eam Tullius definit) in qua amicitiarum, & officiorum alterius memoria, & alterius remunerandi voluntas continetur. Alber. magn. ethicor. 5. tract. 3. cap. 3. char. 64. col. 4.

Græue quot dicitur modis.

Græue omne, aut durum est, aut molle. Aristoteles 3. de celo. cap. 1. tex. 13. char. 336.

Græue, & leue dicitur simpliciter, & secundum comparisonem. Arist. 4. de celo. cap. 2. tex. 3. ch. 360.

Græue, & leue duobus dicitur modis. Vno modo græue est, quod habet quantamcunque inclinationem ad locum deorsum. Alio modo, quod habet excessum ad inclinationem. Sic etiam est leue, vel velox, quod quantamcunque habet inclinationem sursum, & quod habet excessum motus. Arist. ex 10. metaph. ex su. 1. cap. 2. tex. 3. c. 194.

Græuitatis nomen diuersimode dicitur de elementis in locis suis, & de alienis. Auerroes 4. de celo, tex. 39. char. 121. colum. 2.

Græue

Græue quid est.

Græue est, quod ferri natum est ad medium. Aristot. pri. de celo. tex. 17. c. 249. Idem Aristot. physic. 4. cap. 8. tex. 42. char. 89.

Græuissimum est, quod omnibus substat, quæ feruntur deorsum est. Arist. pri. de celo, tex. 17. char. 249.

Græuitas infinita esse nequit. Arist. 1. de celo. te. 15. c. 260.

Græue simpliciter est, quod deorsum fertur, & ad medium. Arist. 4. de celo. cap. 2. tex. 6. char. 361.

Græue & leue ad aliud est, quod duobus habentibus græuitatem, atque molem æqualem, deorsum alterum altero velocius fertur. Arist. 4. de celo. cap. 3. te. 6. c. 361.

Græue quid sit, & quid leue, qui non dicunt esse vacuum, nihil determinat, Aristot. 4. de celo. cap. 3. tex. 15. char. 363.

Græuis & leuis motus primus est in substantia. Arist. 4. de celo. sum. 2. tex. 24. char. 368.

Græue simpliciter est, quod omnibus subsidet, Arist. 4. de celo. sum. 3. cap. 1. tex. 26. char. 369.

Græue & leue dicitur etiam illud, cui vtraque insunt, quia supereminet quibusdam, & substat alijs, vt aer, & aqua: non enim simpliciter aliquod eorum est leue, aut græue: terra enim ambo leuiores, nam supereminet: igne vero græuiores; substat enim ipsorum quantauis fuerit particula. Ad seipsa vero simpliciter, vnum quidem græue est, aliud leue; aer enim, quantuncumque sit, supereminet aquæ, & aqua quantuncumque sit, substat aeri. Aristot. 4. de celo. sum. 3. cap. 1. tex. 27. char. 369.

Græue & leue, nec actiua, nec passiuæ sunt. Aristot. 2. de gener. & cor. sum. 1. cap. 2. tex. 8. char. 425.

Græuitas est qualitas non secundum quantitatem, sed secundum qualitatem. Simpli. in prædic. char. 32.

Græuitas non est de numero eorum, quæ habent rationem ad aliud, sed est qualitas ipsa per seipsam corporibus inexistens. Ioan. gram. in 4. physic. in digress. tex. 83. c. 101. col. 1.

Græuitas est causa efficiens motus deorsum. Ioan. gram. in 4. physic. tex. 83. c. 101. col. 1.

Græuitas & leuitas sunt numerata in tactu. Auer. prim. physic. 7. tex. 12. c. 144. col. 2.

Græue omne simpliciter est græuius alio, non, vt terra, aut aqua, sed vt græue simpliciter. Auer. 3. de celo. sum. 1. tex. 9. c. 83. col. 4.

Græuitas & leuitas numerantur in prædicamento quantitatis secunda intentione, sunt enim quantitates naturales: sed collocantur sub accidentalibus quantitibus: quia græuitas, & leuitas diuiduntur eadem diuisione, qua magnitudo diuiditur. Auer. in 5. metaph. tex. com. 18. char. 59.

Græuius semper non est id, quod densius, & durius est: quia plumbum est græuius ferro, & tamen ferrum & durius & densius est plumbo. Alb. mag. in 4. physic. tract. 2. cap. 10. char. 51. col. 2.

Græuitas, quam habet corpus in suo loco, est æquiuoca ad græuitatem, quam habet extra locum suum. Alb. mag. in 4. de celo. tract. 2. cap. 8. char. 58. col. 2.

Græuis, & leuis forma non est principium motus, vt agens motum, sed vt quo mouens mouet. D. Thom. in 5. de celo. lect. 7. tex. 28. c. 61. col. 3.

Græuitas, & leuitas sunt secundum virtutem qualitates, sed quia fundantur in quantitate, aliquo modo quantitates possunt vocari. Alex. de Ales in 5. metaph. tex. 18. c. 134. col. 3.

Græuorum proprietates, & in quo prædicamento est græuitas.

Græuitas si non est infinita, nec horum corporum vllum infinitum erit, quia corporis infiniti græuitas

tem infinitam esse oportet: & eadem ratio est de leuitate. Arist. 1. de celo. tex. 46. char. 258.

Græuia suapte natura ad centrum peruoluuntur. Ammon. in Porph. char. 2. col. 1.

Græuitas si addita non facit motum celeriore, nec ipsius motus deorsum causa erit ipsamet græuitas. Simpli. in 4. physic. tex. 74. char. 248. col. 2.

Græue & leue est in prædicamento substantiæ. Auer. in 2. de am. tex. 108. c. 148. col. 4.

Græuitatis contemplatio ad quem pertinet, & ut sumitur, ut causa.

Græuis & leuis contemplatio est propria sermonibus de motu. Arist. 4. de celo. cap. 1. tex. 1. char. 359.

Græuis & leuis proprietates non dixerunt Antiqui, sed tantum de graui, & leui ad alterum. Arist. 4. de celo. cap. 2. tex. 3. char. 379.

Græuia omnia, propter terram, græuia sunt. Simpli. in prædic. char. 14.

Græue sit secundum qualitatem, non secundum magnitudinem. Simpli. in prædic. char. 39.

Græuitas cum fuerit extra medium, est causa motus ad medium: cum fuerit in medio, erit causa quietis in medio. Auer. 2. de celo. tex. 43. char. 74. col. 4.

Græue est causa, quare terra stat in medio. Auer. 2. de celo. tex. 102. c. 77. col. 1.

Græue ut mouetur, & ad quem locum.

Græuia, & leuia mouentur violentia ad loca opposita, ad propria vero græuia deorsum, leuia sursum. Arist. physic. 8. cap. 2. tex. 28. char. 207.

Græuia feruntur ad similes angulos. Aristot. 2. de celo. sum. 4. cap. 4. tex. 190. char. 326.

Græue & leue, quia moueri potest aliquo modo naturaliter, dicimus. Arist. 4. de celo. cap. 1. tex. 2. char. 359.

Græue mouet seipsum in multo tempore parum acutum in pauco multum. Aristot. de anima. 2. sum. 4. cap. 4. text. 86. char. 636.

Græuia, & leuia, ideo in fine velocius mouentur, eoque appropinquantia ad proprium locum accipiunt semper perfectiorem speciem: & propter hoc si græue est, sit græuius; si leue, leuius, quod autem in fine fiat motus velocius non approbat Simpli. fictiōneque simile illi esse videtur, nisi insensibilem fieri differētiā aliquis dixerit. Simpli. in prim. de celo. tex. 88. com. 86. char. 40. column. 4.

Græuitas & leuitas sunt alijs qualitibus conuenientiores naturalibus corporibus, quia secundum has naturales motus fiunt, secundum quas specificantur naturalia corpora. Simpli. in 4. de celo. capit. 1. text. 1. char. 101. column. 3.

Græuorum proprius locus est inferior, leuium superior. Io. gra. 2. post. cap. 11. char. 65. col. 1.

Græuitas magis abundat in aqua, quam leuitas, contra in aere. Auer. pri. de celo. tex. 17. char. 7. col. 2.

Græue cum mouetur de potentia essentiali ad suum locum immediate non mouetur a generante, sed a sua forma. Auer. 3. de celo. tex. 28. c. 92. col. 2.

Græue aliquando mouetur aliquo spatio in quodam tempore, magis græue mouebitur in minori tempore eodem spatio. Auer. ex paraph. 1. de celo. tex. 1. char. 129. column. 2.

Græuitas, & leuitas interdum mouet, interdum non; quia quandoque græue leueque in potentia est sursum, & deorsum; ideo mouet ipsum, secundum quod est in potentia: quando vero sunt in propriis locis actu tunc non mouet. Auerroes ex paraph. 4. de celo. text. 27. char. 152. colum. 2.

Græuia, & leuia mouentur in propria loca, nisi aliquid prohibeat,

prohibeat, quia ex forma accepta a generante, ipsa apta nata sunt inesse, & non alibi, ubi sunt sua generantia. Alb. mag. in 8. phy. trac. 2. cap. 4. char. 47. col. 2.
Grauitas in terra non est principium, vt moueat; sed vt moueatur. D. Th. in 2. phy. lec. 1. tex. 1. char. 16. col. 3.

Graue ut terra forma.

Grauitas, quæ est forma terræ, est causa motus terræ ad medium. Auerr. ex paraph. 2. de cælo, tex. 102. chart. 143. columna 1.

Graue ut ad sonum pertinet.

Grauis sonum cur valet acute? quia maius, quod graue est, quippe tum vt graue obtuso, sic acutum acuto angulo simile habeatur. Aristotel. problem. sect. 17. num. 8. char. 512.

Grauiori e fidibus cur semper actus modulandi committitur? quia magnum, quod graue est, itaque validum esse necesse est, & in magno paruum inest, & quidem duæ netæ in hyppate efficiuntur, si intercipiatur. Arist. probl. sec. 19. nu. 12. char. 513.

Graue in consonantia diapason graue quidem acuti antiphonum accipi potest, grauis vero acutum non potest: quia in vtroque modulus vtriusque contentus est, sed si minus, certe in graui acutum est, maius enim hoc est. Arist. problem. sect. 19. num. 13. char. 513.

Grauitas vt ad mores pertinet.

Grauitas est inter morositatem, & delectationem medium, quæ circa conuersationes est. Arist. mag. moral. 1. cap. 26. char. 303.

Grauis non erga omnes, sed erga meritos consuevit. Arist. magn. moral. 1. cap. 16. char. 303.

Gressus longi, & tardi qui est, est tarditate molestus, perfectius, quoniam longe progredi efficac, tarde vero cogitandum. Arist. physio. cap. 10. char. 354.

Gressus breuis & tardi qui est non perfectius est, quoniam tarde progredi minime efficac. Arist. in physio. cap. 10. char. 354.

Gressus qui longi, & celeris, minime molestus, perfectius, quoniam celeritas perfectium, longitudo vero non inefficax. Arist. in physio. cap. 10. char. 354.

Gressus breuis, & celeris, non molestus, non perfectius. Arist. in physio. cap. 10. char. 354.

Griphes aues prodiderunt esse historiam aquilam figurantes in capite, rostro, & alis, & anterioribus pedibus, licet maioribus. In posterioribus leonem imitantur. In Hyperboreis montibus habitant, infestæ equis, & hominibus. Albert. magn. de animal. lib. 23. cap. 24. char. 192. col. 4.

Grues pugnare cum pigmeis dicuntur: non enim hæc fabula est, sed res certa. Aristot. de histor. animal. 8. cap. 12. char. 287. col. 1.

Grues lapidem tenere, vtilem ad auri probationem, falsum est. Arist. de hist. anim. cap. 12. char. 288.

Grues prudentia multa faciunt, loca longinqua petunt sui commodi gratia, volant alte, vt procul prospicere possint, & si vident tempestatem, se prosterunt in terram, & humi quiescunt. Ducem habent, & eos, qui clamant dispositi in extremo agmine, vt vox percipi possit. Cum consistunt, cæteræ dormiunt, capite sub ala condito, & alternis pedibus insistentes: dux autem capite detecto prospicit, & quid senserit, voce significat. Arist. de hist. anim. 19. cap. 10. char. 330.

Grues pugnant inter se tam vehementer, vt dimicantes capiuntur: hominem enim expectare potius, quam a pugna desistere patiuntur. Aristot. de histor. anim. 9. cap. 12. char. 333.

Grues senescentes effici nigriores aiunt. cuius effectus causa est, quod pennarum natura earum albicet, plusque humoris his senescentibus constituitur in peninis, quam vt facilius putredini pateat. Arist. de gener. animal. 5. cap. 5. char. 280.

Grues cum pigmeis pugnare verum est. Albert. mag. de animal. 1. 7. trac. 1. cap. 6. char. 66. col. 2.

Grues a pigmeis venientes rectores non habent, quia non timent: sed ad pigmeos accedentes habent rectores, quia timent pigmeorum pugnam. Albert. mag. de anim. 1. 7. trac. 1. cap. 6. char. 66. col. 4.

Grues sapientia magna vtuntur in volando, & quiescendo non se transferunt ad loca remota. Albert. mag. de anima. 1. 8. trac. 2. cap. 4. char. 75. col. 4.

Grues solæ propter terrestritatem nigrescunt in senectute, volant secundum ventorum statum, castramentantur, & decima in ordine custodit excubias; lapides in pedibus leuant dum vigilant, vt lapsu lapidis excitetur vigil si dormit: & in lapsu lapidis omnes clamant, vigiles de somnolentia increpantes: dormientes caput sub alis ponunt: dum pascuntur, dux capite leuato speculatur, & si aliquod videt, clamat, & vltra Nilum cum pigmeis pugnant. Alb. mag. de animal. lib. 23. cap. 24. char. 192. col. 4.

Gubernaculum cur paruum existens, & in extremo nauigio tantas habet vires, vt ab exiguo temone, & ab hominis vnus viribus alioquin modice vtentis, magnæ nauigiorum moueantur moles? quia gubernaculum vectis est, onus mare, gubernator mouens est. Non mouet autem secundum latitudinem, vt remus, sed commotum mare accipiens inclinatur oblique. In extremo autem iacet, quia mouenti facillimum est ab extremo motum mouere. Prima enim pars citissime fertur, quoniam, vt in iis, quæ feruntur in sine deficit latitudo, sic ipsius cõtinui in sine imbecillissima est latitudo; imbecillissima autem ad expellendum facilis est. Et ob id in puppi ponitur gubernaculum, quoniam parua ibi motione facta, multo maius interuallum fit in vltimo, quia æqualis angulus semper maiorem spectat, & tanto magis, quanto maiores fuerint illæ, quæ continent. Aristot. quæst. mechan. num. 5. char. 784.

Gubernationum ciuitatum species collabuntur ex regia gubernatione in tyrannidem; ex optinatis vero in paucorum potentiam; ex republica autem in popularem statum. Arist. polit. 3. cap. 5. char. 571.

Gubernatio optima non est per leges & literas, sed oportet gubernantibus vniuersalem rationem adesse. Arist. polit. 3. cap. 31. char. 592.

Gubernatores si plures sunt, sunt minus in gubernando corruptibiles, quam si vnus. Aristot. politicor. 3. cap. 11. char. 593.

Gubernationis pauciorum vna species est, in qua magnum habentes censum ad reipublicæ gubernationem recipiuntur. Alia est cum a paruo censu est magistratus habilitas, & eligunt ipsi eos qui desunt: si ex omnibus, videtur esse optimum: si e paucis, paucorum. Alia species est, cum filius patri succedit. Quarta, cum lex non dominatur, sed illi, qui regunt, & hæc correspondet tyrannidi. Arist. polit. 4. cap. 5. char. 613.

Gubernationis popularis prima specierum est, cum agricolæ, & mediocria possidentes reipublicam gubernant secundum leges. Alia est ob adhibitam electionem omnibus licere, qui prohibiti non sint per genus, vt possint tamen in otio esse; & in his leges prævalent. Tertia est, omnibus licere reipublicam gubernare, qui liberi sint, & in hac quoque lex dominatur. Quarta est, quæ posteris temporibus esse in ciuitatibus coepit, in qua multitudo pauperum non leges dominantur. Aristot. politicor. 4. cap. 6. char. 614.

Guberna-

Gubernationes populares tutiores sunt, & diuturniores, quam paucorum potentia. Aristot. politicorum lib. 4. cap. 11. char. 625.

Gubernatio popularis tutior est, & minus subiacet seditioni quam paucorum. Nam in paucorum gubernatione duæ seditiones oriuntur; vna inter seipos; alia ad populum. In populari gubernatione vna tantum seditio fit ad paucorum potentiam, at inter se non accidit seditio in populo. Arist. polit. 5. cap. 1. char. 645.

Gubernationis vnus, & Reipublicæ fere mutationum principia eadem existimanda sunt. Per contumeliam enim, & per metum, & per contemptum insurgunt plerique subiectorum aduersus dominantes, & quandoque per ablationem rerum, & fines sunt opes, & honores; vt, & in regnis quandoque in corpus dominantis insurgitur, & quandoque in ipsam dominationem. Aristot. politic. 5. cap. 10. char. 675.

Gubernator a nauis separatur, quia operatur, & vt homo, & vt gubernator. ipsius operationes, vt gubernatoris, sunt a nauigio inseparabiles; vt hominis, separabiles. Ioan. gram. in 1. de anima. tex. 14. c. 9. col. 4.

Guesseles vocantur mures, quorum sterus habet muschi odorem, & eundem odorem habet pellis muris; est in dorso flauus, in ventre albus, in pratis habitans. Alber. mag. de anim. lib. 22. tract. 2. cap. 1. c. 180. col. 3.

Gugulus ouat ouum in nidis aliarum auium, & non cubat illa, sed aues illæ cubant, & citius nascitur gugulus, & tunc non amplius cubat oua propria, sed cibatur pullum guguli; & de ouis illius auis sunt opinioniones, sed verior est, quod gugulus frangit ea, & forbet. Alb. mag. de anima. lib. 8. tract. 2. cap. 1. char. 77.

Gula est pars posterior colli, quæ tum interius carneum spinæ præiacet. Arist. de histor. animal. 1. cap. 12. c. 23.

Gula intra collum est, ab angustia, & longitudine nuncupata, cui comes est arteria obtinens priorem locum in omnibus ijs, quæ eam habere naturæ placuerit: omnia autem habent, quibus pulmo est. Aristot. de histor. anima. 1. cap. 16. char. 26.

Gula ab ore dependet continua tum spinæ tum arteriæ nexu fibrarum; & per septum transversum in ventriculum finit, carnis speciem referens, & pariter distendi in longum, & latum habilis. Arist. de histor. anima. prim. cap. 16. chart. 31.

Gula paucis in piscibus inest, vt congruo, anguillæ hisq; exigua. Arist. de histor. anima. 4. cap. 17. c. 62.

Gula in iis, quæ ea prædita sunt, ad ventrem perfertur, transiens septum transversum. Arist. de hist. anima. 2. cap. 17. char. 62.

Gula est, qua cibus, & potus deuoratur, constatque ex neruo, & carne: ex neruo quidem, quia extendi possit, cum cibus ingeritur: ex carne, vt mollis sit, & cedat, & non lædatur asperitate cibi descendens. Arist. de histor. anima. 3. cap. 3. char. 472.

Gula est oris hiatus, cui ad radicem vsq; linguæ, illi duo vasa feruntur, hoc ad thoracem, quod aspera arteria dicitur, per quam fit sonus, quia vox dicitur, & per inspirationem, & respirationem fit spiritus: alterum secus tendinem vsq; ad ventriculum, per quem fit ciborum aditus. Ioan. gram. in 2. de ani. tex. 88. c. 62. col. 2.

Gumma omnis inuenitur triplicis coloris; alba, citrina, & subcitrina: raro autem rubea, vel nigra; & alba est melior; & omnes sunt calidæ: operationes habent stipticas, conglutinatias, & exsiccatias. Alber. mag. de veget. lib. 6. tract. 1. cap. 21. char. 156. col. 1.

Gummæ cum primum in ventribus plantarum sint calli, procedunt ab arboribus distillando, & coagulantur actione frigoris, cum aere attingunt. Albert. mag. de veget. lib. 4. tract. 4. cap. 2. char. 145. colum. 4.

Gumme omnes habent virtutes ab arboribus, ex quibus stillant, & ex ardore Solis cum feruore ebulliant. Alb. mag. de veget. lib. 6. tract. 21. ch. 156. col. 1.

Gummi calidum stillando procedit. Aristot. de plant. 1. cap. 2. char. 396.

Gustum acutiorem habet homo, quia est quidam tactus, & hunc sensum certissimum habet homo. Arist. de ani. 2. su. 4. cap. 5. tex. 94. c. 638.

Gustus est quidam tactus. Aristot. de anim. 2. sum. 4. cap. 5. tex. 94. char. 638.

Gustabile per medium extraneum corpus. Arist. de anim. 2. su. 4. cap. 6. tex. 101. ch. 640.

Gustabile corpus, in quo est sapor, est in humido, vt in materia. Arist. de ani. 2. su. 4. cap. 6. tex. 101. ch. 640.

Gustabile cum sit humidum, necesse est sensorium ipsius, neque humidum esse actu, neque non potius fieri humidum. Aristot. de anim. 2. sum. 4. capit. 5. text. 104. char. 641.

Gustus a gustabili patitur, vt gustabile est. Arist. de ani. 2. su. 4. cap. 6. tex. 104. ch. 641.

Gustare non potest lingua, nec sicca existens, nec multum humida. Aristot. de anim. 2. sum. 4. cap. 6. text. 104. chart. 642.

Gustus fit primi humidi, vt cum quis prægustauerit fortem saporem, gustet alterum, vt ægotantibus anara omnia videntur, quia lingua plena est huiusmodi humiditate. Aristot. de anim. 2. sum. 4. cap. 6. tex. 104. char. 642.

Gustus est, vt tactus quidam alimenti. Arist. 3. de anim. su. 3. cap. 1. tex. 63. char. 670.

Gustatu parum, intemperantes vt videntur. Aristot. 3. ethic. cap. 10. char. 74.

Gustus officium est inter noscere dulcia ab acerbis. Alex. aphr. de sens. & sens. ex sec. 1. tex. 3. c. 5. col. 3.

Gustus, & tactus, non per medium fiunt extrinsecum, neque per tantum interualli sua obiecta sentiunt, sed tangendo ea percipiunt. Alex. aphr. de sens. & sens. ex sect. 5. tex. 82. ch. 28. col. 4.

Gustus, & tactus nullo intermedio fiunt, gustus enim est quidam tactus. Alexand. aphrod. in 1. de ani. cap. 17. char. 37. col. 1.

Gustabile nihil est, quod extra humidum est. Alex. aphr. in 1. de ani. cap. 17. ch. 37. col. 1.

Gustus organum, lingua est. Alex. aphr. 1. de ani. cap. 17. char. 37. col. 1.

Gustus est, quasi quidam motus, quia gustus est alimenti sensus. Them. in 3. de anim. cap. 75. text. 63. char. 91. colum. 2.

Gustabile licet sit siccum, non fit gustus sensibilis iuxta saporem, nisi humefactum. Simp. in 2. de anim. tex. 100. char. 42. col. 1.

Gustus licet humidum, vt humidum, non percipiat; tamen sine humido sentit. Simplic. 2. de anim. text. 14. char. 41. col. 4.

Gustus cum tactu compræhenditur. Simp. 3. de anim. ex sect. 1. tex. 124. c. 47. col. 4.

Gustus confert animalibus ad ipsum esse. Simp. 3. de ani. ex sect. 2. tex. 64. c. 84. col. 3.

Gustus non per se est tactus, sed sine tactu non est. Simp. 3. de ani. ex sect. 2. tex. 64. c. 94. col. 3.

Gustus nutrientia iudicat, quibus semper indiget animal ad ipsum esse, ob continuum particularum defluxum. Simp. 3. de ani. ex sect. 2. tex. 64. c. 84. col. 4.

Gustus passiuas qualitates percipit, non per se, sed vt lapidus. Simp. in 3. de ani. ex sect. 2. tex. 68. ch. 86. col. 1.

Gustabiles qualitates non sunt in omnibus corporibus, aqua enim caret sapore. Io. gram. in 2. de gen. & cor. tex. com. 7. char. 106.

Gustabile est nutrimentum animalium, & nutrimentum est simile animali. Auerr. de sens. & sens. l. ex Paraph. char. 192. col. 3.

Gustus non fit gustabilis per medium corpus extrinsecum, sed intrinsecum, quod est humor saluæ in

ore, & lingua. Alb. magn. in 2. de anim. tract. 3. cap. 27. char. 27. col. 4.
 Gustus non accipit speciem saporis denudatam a corpore saporoso. Alb. magn. in 2. de anim. tract. 3. cap. 27. char. 28. col. 1.
 Gustus medium non ad esse, sed ad bene esse est humor salinialis. Alb. magn. in 2. de anim. tract. 3. cap. 27. ch. 28. colum. 1.
 Gustus est quædam species tactus, ideo elemento terræ attribuitur. Alb. mag. de sens. & sens. tract. 1. cap. 13. char. 9. col. 1.
 Gustabile, vt gustabile, est humidum, ideo organum gustus humidum esse necesse est. D. Tho. in 2. de anim. l. 2. i. tex. 104. ch. 42. col. 4.
 Guttur est pars prior colli. Aristot. de histor. anim. 1. cap. 1. char. 23.
 Guttur spiritus gratia animalibus datum est. Aristot. de partib. anim. 3. cap. 3. char. 43. 1.
 Guttur habet duo paria musculorum, quæ ipsum ad in-

feriora attrahunt. Vnum est illud, quod gutturi, & epiglotti commune est. Alterum ex thorace veniens extenditur ad os laudæ, & cum gutture continuatur, trahendo illud inferius, & duo sunt musculi, qui gutturosi dicuntur apud gulam positi in transglutitione adiuuantes. Alb. mag. de ani. l. 1. tract. 2. cap. 14. char. 14. col. 4.
 Guttur gracile, gibbosum, longum, futuram phthisim, vel hecticam pronunciat. Alb. mag. de anim. l. 1. tract. 1. 2. cap. 22. ch. 26. col. 2.
 Guttur asperum, animi leuitatem, & oris loquacitatem significat. Alb. mag. de anim. l. 1. tract. 2. cap. 22. char. 20. col. 2.
 Gutturis nodus si eminet, leuitatem indicat; non tamen indicat audacem, nec maleficum, sed tristem, & tristificum cum seipso declarat, & suspiciosum ad alios. Alber. magn. de anim. l. 1. tract. 2. capit. 22. char. 20. col. 2.



H

HABERE secundum plures dicitur modos: aut vt habitus, & dispositionem, aut aliam aliquam qualitatem, aut vt quantum, aut quæ circa corpus, aut in parte, aut vt partem, aut vt in vase, aut vt possessionem, aut vt vir vxorē, & vxor virum, qui tamen alienissimus est modus. Arist. præd. tra. 3. ca. 5. c. 97.

Habere multipliciter dicitur. Vno modo, quod secundum suam naturam, vel inclinationem agat. Alio modo, in quo quid tanquam susceptiuo existit. Alio modo, vt continens ea, quæ contenta sunt in eo. Et prohibens secundum suum impetum, aliquid moueri, dicitur habere hoc ipsum, vt columnæ pondera superposita. Arist. in metaph. cap. 23. tex. 28. char. 111.
 Habere quæ oportet dicere non est satis, sed etiã necesse est hoc dicere, vt oportet, & ad hoc multum valet, vt oratio cuiusdam modi videatur. Arist. rhet. 3. c. 134.
 Habere substantiæ ad substantiam relationem significat. Porphyri. in prædicamen. char. 25.
 Habere tribus dicitur modis; in animo, vt habitus, in corpore, vt cicatrix; vel vt circa corpus, vt arma. Ammon. in prædicament. char. 102.
 Habere est substantiæ circa substantiam amictus, hoc autem, vel circundatur, vt totum, vt amictus corpus; vel partem, vt digitum annulus. Ammo. in prædic. c. 103.
 Habere est vox æquiuoca, quæ non solum vnum ex decem prædicamentis, sed etiam plura alia significat. Ammo. in prædicamen. char. 126.
 Habere prædicamentum propriæ substantiæ, circa substantiam amictum declarat. Ammo. in prædic. ch. 126.
 Haberi continet habere, ideo non sunt duo prædicamenta, habere, & haberi. Simpl. in præd. char. 78.
 Habere conuenit etiam rebus incorporeis. Simplicius in prædicamen. char. 87.
 Habere totum extrinsecus est, & adueniens circa nos fit. Simpl. in prædicament. char. 95.
 Habere prædicamenti proprium est acquisibile, & separatum a substantia, & est corporale. Simp. in præd. c. 95.
 Habere est medium quodam modo inter possidere, & disponere. Simpl. in præd. c. 95.
 Habendi proprius modus est habere domum, possessionem, & similia. Alb. mag. in præd. c. 65. col. 2.
 Habere a seipso duobus dicitur modis; vno secundum causam efficiëntem; secundo secundum causam formalem. Alb. ma. de intel. & intel. l. 1. tra. 1. & 2. c. 2. c. 50. col. 2.
 Habere, & haberi cum faciant tantum vnam denominationem, ideo faciunt tantum vnum prædicamentum; Alex. de Ales in 5. metaph. cap. 28. c. 157. col. 2.
 Haberi triplex. Aliud est haberi a subiecto, vt subiectum est, & hoc non facit prædicamentum, sed post prædicamentum, quia sequitur omne prædicamentum. Secundum est haberi a subiecto, vt passum est, & hoc facit prædicamentum passionis. Tertium est haberi ab agente, & hoc facit prædicamentum actionis. Alexan. de Ales in 5. metaph. cap. 28. c. 157. col. 3.
 Habitatores extremitatum habitabilium viuunt solum sensu. Auer. 7. ethic. cap. 5. c. 50. col. 1.
 Habitantes terram, alij dicuntur simul habitantes; alij circulariter habitantes; alij coalternatione; alij oppositè. Alber. mag. de natur. loc. dist. 1. cap. 10. c. 97. col. 1.
 Habitantes simul sunt, quorum habitatio secundum sensum latitudinis, & longitudinis vna est, licet secundum rationem sit diuersa. Albertus magnus de natur. loca. dist. 1. cap. 10. char. 97. colum. 1.

Habitatio simul in omnibus his locis est secundum sensum, quorum secundum sensum est vna loci in calido, & frigido, humido, & sicco proprietates ex eadem latitudine loci sensibilis, & quibus sensibilibus est secundum tempus, vnius Solis ortus, & occasus. Alb. magn. de natur. loc. dist. 1. cap. 10. c. 97. col. 1.
 Habitant circulariter, qui cum latitudinē habeant vnam, longitudo non est vna & eadem. Albertus magnus de natur. loc. dist. 1. cap. 10. c. 97. col. 1.
 Habitant coalterne, quorum vna est longitudo, latitudo aut diuersa. Alb. mag. de nat. loc. dist. 1. c. 10. c. 97. col. j.
 Habitant oppositè, quorum vnus est paralellus secundum eandem latitudinem, sed non est eis longitudo vna, sed potius distant per maximam longitudinem, quæ potest esse per circulum, quod est, cum per totum semicirculum elongantur; tunc enim distant per longitudinem totam diametri, & conuertunt contra se pedes inuicem, ita quod diameter inferior circuli paralelli peruenit ad caput, & per pedes, & per centrum semicirculi pertransit, & Antipodæ vocantur. Albertus magnus ibidem.
 Habitatores inferioris hemisphærij non perueniunt ad nos, non quod ibi nullus habitet, sed Oceani interioris quantitas propter nimiam locorum distantiam transnavigari non permittit; sed si alcubi transnavigatum est, hoc fuit sub torrida, quia littora ibi secundum naturam sunt magis stricta. Albertus magnus de natur. loc. dist. 1. cap. 12. char. 98. colum. 2.
 Habitationum radix est æqualitas, & temperamentum. Alber. mag. de natur. loc. dist. 1. cap. 6. c. 94. col. 1.
 Habitudo bonæ, quæ est fanitas intensa, cur ægritudo potius quam mala habitudo opponitur? nisi quia circa idem, fanitas, & bona habitudo fiunt, nec non ægritudo, & mala habitudo. Alex. aphr. in 1. nat. q. c. 9. c. 3.
 Habitudo bona, & mala est circa ea, circa quæ est robur, & imbecillitas. Alex. aphro. in pri. nat. quest. cap. 9. c. 3.
 Habitudo accepta in relatione differt ab habitudine sumpta in alijs prædicamentis, quia in relatione duarum rerum quidditas dicitur de qualibet, & respectu ad aliam; in alijs prædicamentis dicitur quidditas vnius duorum tantum ad aliud. Auerroes in epitom. metaphysicor. tract. 1. char. 169. colum. 4.

Habitus diuisio.

Habitus, qui sunt circa discursū, alij semper veri sunt, alij suscipiunt falsum, vt opinio, & ratiocinatio; veri autem semper sunt scientia, & intellectus. Aristot. poster. libr. 2. cap. 18. tex. 27. char. 287.
 Habitus duos esse constat in omni contemplandi genere, & omni tum nobiliori, tum ignobiliori docendi via, quorum alterum scientiam rei appellasse, & alterum quasi peritiam quandam bene est. Aristote. de partib. anima. 1. cap. 1. char. 399.
 Habitus dicitur vno modo, vt actio quædam habentis, & habiti, vt actus quidam, vel motus. Alio modo habitus dispositio dicitur secundum quam bene, & male disponitur dispositum, aut secundum se, aut ad aliud. Tertio dicitur habitus si est pars dispositionis talis: ideo & partium virtus habitus est quidam. Aristoteles 5. metaphysicor. cap. 4. tex. 25. char. 110.
 Habitus ferini, & immanes, alij ex morbo, & insania contingunt, alij ex cōsuetudine. Arist. 7. eth. nic. c. 5. c. 168.
 Habitus, qui ad intelligētiam pertinent, alij semper veri, alij non semper, vt opinio, & ratiocinatio; veri semper scientia & intellectus. Them. in 2. post. c. 37. c. 13. col. 2.
 Habitudo, alia simul sunt cum subiectis, vt dextrum & sinistrum in partib. animalis; alia manentibus subiectis, eadem deferūt subiecta, vt dextrum secundum stationem; alia sunt, quæ magis accidunt: alia, quæ corruptis subiectis permanent. Simpl. in prædic. char. 45.
 Habitus alius est, qui coniungitur cum ipso habere,

vt acceptio cum accipere; alius, qui dispositio permanens appellatur. Simp. in prædicam. ch. 96.
 Habitudo alia est illius, quod est in ipso, & secundum se; alia alicuius ad alterum; tertia alterius ad seipsum. Simp. in prædicam. char. 96.
 Habituum alij semper sunt veri, alij aliquando falsi; veri semper, scientia, & intellectus. Alb. magn. in polit. ch. 218. colum. 2.
 Habituum alius est corporalis, alius animalis. Alb. magn. ethicor. 5. tract. 1. cap. 1. ch. 57. col. 1.
 Habitus alij naturales, alij non naturales sunt. D. Thom. ethic. 7. l. 5. ch. 120. col. 4.
 Habitus alius est propter parum speculari, & hic est speculatiuus, alius propter agere, & hic est actiuus, alius est propter operari, & facere, & hic est factiuus. Alex. de ales in 2. metaph. c. 36. col. 1.
 Habitus quidam est, cuius finis est recte speculari, & hic est speculatiuus, alius, cuius effectus est recte agere actione manente in agente, vel temperate se habere, & hic est habitus actiuus, & est habitus directiuus actionis transeuntis in exteriorem materiam, quæ operatio vocatur factio, qualis habitus est ars. Alex. de ales in 1. metaph. ch. 315. col. 3.

Habitus quid est, & qua eo priuari dicuntur.

Habitus est, quod consequitur ad aliud, ita quod illud tangit. Arist. metaph. su. 4. cap. 4. c. 241.
 Habitus illi sunt, quibus vel bene, vel male ad affectus nos habemus. Arist. 2. ethic. Nicom. cap. 5. ch. 37.
 Habituum principij tantum facultas in nobis est: singulorum autem additio non nota est: at quia erat in nostra potestate, & vii, & non vii, ideo, & habitus in nostra sunt potestate. Aristoteles 3. ethicorum, capit. 5. char. 64.
 Habituum habens omne operatur per ipsum, nisi aliqua impediatur earum, quæ actiones impedire solent, ablatio cum quodam motu facta. Alex. aphrod. in 3. nat. quæst. cap. 12. char. 11.
 Habituum, quod susceptivum est, idem valet in omni genere, quod negatio, & priuatio. Alex. aphro. in 2. de anim. cap. 24. ch. 45. col. 3.
 Habitus priuationibus sunt notiores. Ammon. in lib. de interp. char. 53.
 Habitus medius datur inter virtutem, & vitium. Eust. 5. ethic. cap. 10. char. 257.
 Habitus si ad absolutam, & vniuersalem facultatem respicias, perfectio nuncupatur, si ad operationem, ac productionem, actus, facultas, & potestas. Eustrat. 6. ethicor. cap. 1. char. 257.
 Habitus operationum virtutum, quæ ex ipsis procedunt, ne prodeant causæ sunt, & ideo vt causæ naturæ sunt prioris operationis, at vt ad nos attinet, operationes priores, quam habitus habentur, quia sensu percipiuntur: operationes enim in rebus existunt, circa quas versantur, at res sensibus expositæ sunt: & ita fit, vt res, in quibus operationes suas exercent habitus, cognitione nobis habituum afferant. Eust. 6. ethic. c. 10. c. 129.
 Habituum fines, & operationes idem sunt. Aspas. 7. ethi. cap. 12. char. 493.
 Habitus sunt qualitates permanentes, ex quibus operationes proficiuntur. Aspas. 8. ethic. cap. 5. c. 415.
 Habitus est altissime posse conspiciere vnaquamque conclusionem ex quibus propositionibus illata est. Ioan. gra. in 1. post. cap. 9. ch. 26. col. 4.
 Habitus est habitudo corporis ad ambiens ipsum, vel partem sui, dum fuerit ambiens motum ad motum ambi ab eo. Et ille est duarum specierum, naturalis, vt cortex arboris, artificialis, vt indumentum. Auerro. epitom. in logic. c. 343. col. 1.
 Habitus est prior priuatione in re, quæ caret habitu,

Auerroes in physic. 4. tex. 67. char. 72. col. 3.
 Habituum describere accidit in quibusdam locis per negationem priuationis. Auerro. physic. 8. cap. 27. chart. 166. colum. 1.
 Habitus est dispositionis firma, & non facile permutabilis accetio. Boeth. in prædic. ch. 156.
 Habitus ab habendo dicitur, quia ab aliquo immutabiliter, vel difficile mutabiliter habetur. Boeth. in prædicam. char. 175.
 Habitu priuari dicuntur, quæ habere, & eo carent, aut habere potuere, & non habent. Boeth. in prædicam. chart. 196.
 Habitus ideo dicitur, quia ex diurnitate habendi in naturæ similitudinem vertitur. Boeth. in topicor. Cic. lib. 5. chart. 838.
 Habitus dicuntur, quia tunc habeantur adaptione perfecta, & quia tunc potentia, quæ ante nutabat in actu, & fluctuabat, stat in ipsis, vt in forma proficiente, & perfecta ad operationes illius potentia. Alb. mag. in prædic. ch. 53. col. 1.
 Habitus est corporum, & eorum, quæ circa corpus sunt adiacentia, secundum quam alia dicuntur habere, alia haberi. Albertus Magn. in sex prædicamen. char. 76. colum. 2.
 Habitus, & dispositio sunt ad aliquid genericè accepta, at secundum species sunt qualitates. Alb. mag. in prædicamen. char. 57. col. 4.
 Habitus proprium est, quod omni soli, & semper accidit, quod in pluribus semper fit. Alb. magn. in sex prædicamen. char. 76. col. 4.
 Habitus est forma, quæ non inest habenti, nisi sit cum eo, quod actu habetur. Alb. mag. in 6. præd. c. 76. col. 4.
 Habitus est, quo quis aliquid agit, cum voluerit. Alber. mag. in top. ch. 261. col. 2.
 Habitus, & forma confusa in genere est eadem, & non eadem cum forma speciei: eadem est quodammodo, vt est essentia quædam, non eadem, secundum esse. Alb. mag. in 1. phy. tract. 3. cap. 3. c. 9. col. 1.
 Habitus innaturalis est ille, qui transponit animal extra perceptionem sensus, & quod sentit contrarium illi habitui innaturali, mouet tristitiam, & quod conueniens est ei, mouet delectationem: ideo delectationes fornicatorum, & potatorum tristitiæ sunt, sicut delectationes ægotantium tristitiæ sunt. Alb. mag. de mot. ani. l. 1. tract. 2. cap. 4. c. 43. col. 4.
 Habitus prauus est, qui impedit sequi bonum. Alb. mag. ethic. 7. cap. 2. c. 82. col. 3.
 Habitus omnes distinguuntur per obiecta, ex quibus speciem habent. D. Thom. in 1. de gener. & corrup. ex procem. char. 1. col. 1.
 Habitus medius in omnibus laudabilior est. D. Thom. ethic. 2. cap. 11. ch. 34. col. 4.
 Habitus definitur oportet per actum, & actus per obiectum. D. Tho. ethic. 2. cap. 7. c. 29. col. 2.
 Habitus non est nisi regula regulans potentiam respectu illius actus, qui educitur a potentia. Alex. de ales in 2. metaph. ch. 36. col. 1.
 Habitu practico est essentiale, quod sit habitus extensus, & perfectio potentia sub quadam extensione: sed aliquando habitus practicus est propter perfectionem rei operatæ, aliquando propter perfectionem appetitus, & primus habitus est factiuus, secundus est actiuus. Alex. de ales in 2. metaph. ch. 36. col. 1.
 Habitus dicit rem suam per potentiam, opus vero per actum: ideo vt potentia est per actum, sic habitus est propter opus. Alexan. de ales in 9. metaph. tex. 16. char. 271. colum. 1.
 Habitus est principium effectiuum respectu actus, sed forma, & essentia respectu ipsius esse sunt principium formale non effectiuum. Alex. de ales 12. metaph. tex. 15. ch. 333. col. 4.

Habitus

Habitus primorum principiorum, nec est pure naturalis, nec pure acquisitus, sed partim ab intra, partim ab extra. Thom. de Vio in post. char. 229. colum. 2.

Habitus in quibus, & de quibus dicitur, & quæ necessaria sunt, vt sit habitus.

Habitus presentibus nil generatur amplius, sed iam est. Arist. 1. de gener. & corrup. cap. 4. tex. 55. c. 409.
 Habitu si esset habitus, in infinitum procederet. Arist. 5. metaph. cap. 20. tex. 25. char. 110.
 Habitus virtutum esse potest, vt & si adsit, nullum tam bonum efficiat: id, quod in dormiente, vel in ociofo homine videri licet. Arist. 1. ethic. cap. 8. c. 17.
 Habitus ex similibus operationibus sunt, ex earumque differentiis, habitus quoque consequuntur; non enim parum refert, ab adolescentia sic, vel non sic statim assuescat aliquis: sed quamplurimum, imo totum in eo consistit. Arist. 2. ethic. cap. 1. c. 32.
 Habitus contrarius saepe ex contrario, & saepe ex subiectis rebus agnoscitur. Arist. 5. ethic. cap. 1. ch. 109.
 Habitus sunt, vnde bene, vel male erga affectus, atque potentias se habemus. Arist. mag. mor. 1. cap. 8. c. 282.
 Habitus omnis gratia operationis fit, quæ ab ipso prouenit. Alex. aphro. in 3. natur. quæst. cap. 2. c. 11.
 Habitus vt in artibus, & actionibus acquirimus, sic etiã circa virtutes acquirimus habitus. Alexander aphrod. in 4. natur. quæst. cap. 29. char. 23.
 Habitus nomen de solis animatis dicitur. Ammonius in prædica. char. 84.
 Habitus quis habere dicitur, cum habet, quod est natũ habere, quando, & in ea parte. Ammo. in præd. c. 108.
 Habitudo de se non habet naturam subsistendi; sed necesse est esse in eo, quod suo proprio caractere differt. Simpl. in prædicament. char. 43.
 Habitudo non solum in sensibilibus; sed etiam in intellectualibus, ac etiã in incorporeis, quæ post intellectuales sunt, est maxime opportuna. Simpl. in præd. c. 44.
 Habitudo durat per quoddam tempus, postea cessat, vt in puero, vel pupillo vsque in decem & octo annos. Simpl. in prædicamen. char. 44.
 Habitus perfectior non consistit ex solis theorematibus, sed etiam ex natura, & consuetudine. Simpl. in prædicament. char. 76.
 Habitus vnusquisque opus proprium efficere oportet, quo habere perfectionem suam queat. Eustrat. libr. 6. ethicor. cap. 1. char. 271.
 Habitus non sunt in causa mediocri, cum sine suo priuantur, sed rerum ipsarum natura constituta instabilis est. Eustr. 6. ethic. cap. 3. chart. 283.
 Habitus virtutum, & vitiorum acquiruntur consuetudine passionum laudabilium, aut illaudabilium. Auerr. phys. 2. tex. 19. char. 146. colum. 4.
 Habitus, vt sit, tria esse necesse est; is qui habet; res, quæ habetur, & habere; nam videre distat ab eo, qui videt, & a visu. Boet. in prædicam. char. 196.
 Habitus prouenit a comparatione extrinsecorum ad totum subiectum. Alb. mag. in præd. c. 88. col. 1.
 Habitu quæ insunt, antequam agant, sunt in potentia. Alb. mag. in 9. metaph. tract. 3. cap. 2. ch. 139. colum. 4.
 Habitus omnis ex actu cognoscitur. Albertus magnus ethic. 6. tract. 2. cap. 9. c. 72. col. 3.
 Habitus scientificus nunquam generatur, nisi cognoscatur prædicatum conclusionis per se inesse subiecto ex præmissis. Thom. de Vio in post. char. 192. colum. 2.

Habitus vt se habet ac cæteras qualitatis species, & ad id, quod habitum induit.

Habitus differt à dispositione, quia habitus permanentior, & diuturnior est dispositione. Aristoteles

prædic. tract. 2. cap. 4. chart. 78.
 Habitus, & dispositiones cum sint singularia, non sunt ad aliquid. Arist. præd. tract. 2. cap. 4. c. 85.
 Habitus si debet fieri ex priuatione, debet redire in materiam primam. Aristoteles 8. metaphysicorum, cap. 7. chart. 120. colum. 4.
 Habitus, & priuationem eodem instrumento cognoscimus. Them. in 4. phys. tex. 118. c. 44. col. 1.
 Habitus refertur ad id, quod habitus indui potest: & dispositio, ad disponibile. Simpl. in prædic. char. 42.
 Habitudo necessaria est, nihil enim dispositiue, sine habitudine tractari potest. Simp. in prædicament. char. 44.
 Habitus, & dispositio non sunt duæ species, sed tantum vna. Simpl. in prædicamen. char. 60.
 Habitus distinctus est a naturali potetia; nam ille est perfectus, hæc imperfecta: vnum illorum est impartibile, aliud partibile: & alterum præcedit in participatione specierum, alterum consideratum iam est in participationibus specierum. Simpl. in præd. c. 65.
 Habitus ab affectione differt; quia habitus perfectio, & forma existit; affectio autem est quædam positio rei, extra quam facile mutabilis existit. Simpl. in quarto physico. chart. 202. colum. 2.
 Habitus, & priuationes sunt generationes quodammodo, & corruptiones, ipsam enim subiecti substantiam agunt. Ioannes grammaticus in prim. de anima. text. 39. char. 18. colum. 1.
 Habitus, & dispositiones sunt duarum specierum, quarum vna est in anima, vt scientia; altera est in animato, vt est ipsum animatum, vt sanitas. Auerroes in epitom. in logic. chart. 342. colum. 3.
 Habitus, & priuatio habent medium. Auerroes in physico. pri. tex. 43. char. 14. colum. 2.
 Habitus prius ponendus est, deinde priuatio, cum aliquid diuiditur. Boet. de diuisione. char. 643.
 Habitus præcedit priuationem, non tamen actio, quia aliter nõ nascerentur cæci, & surdi, sed in ordine principiorum naturæ. Alb. mag. in præd. c. 6. col. 2.
 Habitus est potentia, ambo vnum actum aspiciunt, sed diuersimode; quia potentia aspicit per seipsum actum, habitus magis per se aspicit modum actus. Alexan. de Ales in 2. metaph. c. 36. colum. 1.
 Habitus, & priuationis hæc est natura, quod ab habitu ad priuationem deueniri potest, a priuatione ad habitum non est regressus. Alexan. de Ales in 8. metaph. text. 14. char. 255. colum. 3.
 Habitus, & dispositionis propria distinctio, & specifica, est facile, & difficile mobilis. Thomas de Vio in prædica. char. 67. colum. 2.

Habitus, vt se habet ad prædicamenta.

Habitus omnis ad aliquid est. Porph. in prædic. c. 18.
 Habitudo connaturalis, quæ consideratur in prædicamento ad aliquid, præcedit omnes habitudines aduentitias, quæ in reliquis sex prædicamentis considerantur. Simpl. in prædicamen. char. 40.
 Habitudo ad locum, facit vbi; ad tempus, quando, ad passionem, poni. Simpl. in prædicam. char. 87.
 Habitus circa substantiam versatur, non autem substantia est. Simp. in 3. de ani. ex trac. 1. tex. 8. c. 60. colum. 2.
 Hæstitas est syllabam alteram alteri prope iungere non posse. Arist. proble. sect. 11. nu. 30. ch. 461.
 Hæsitantes lingua cur aliqui sunt? quia membri, quo loquimur, refrigeratio, causam habet, & tanquam stupens, & attonitum membrum, id est, itaque vino, & continente oratione conuulsæ verba facilius possunt copulare. Aristoteles problematum sectio. 11. numer. 54. char. 468.
 Hæstitas homo solus oritur, quia solus mutus est: linguæ autem hæstitatio mutitas quædam est; nec membrum,

quo loquimur, absolutum habet, solusque sermonis compos est. Arist. probl. sect. 1.1. nu. 57. c. 469.

Hahanc animal est marinum, omnibus marinis gulosus, quod stomachum distinctum non habere dicitur. Prædam capit, & totus eius cibus in pinguedinem conuertitur, & timens periculum, pellem & pinguedinem super caput suum reduplicat, sicut facit Ericius caput abscondens; & si multo tempore causa timoris remaneat, parte carniarum suarum comesta, sustentatur, donec periculum abscedat. Alb. magn. de ani. l. 24. cap. 1. char. 196. col. 2.

Halitum ex ore, & calidum, & frigidum reddere possumus: utroque enim modo aer commotus calidus est, sed qui efflat non vniuersum aerem mouet, sed ore angustiori extringit, paucum expirat, ita ut calor ex ore profectus ob suam exiguitatem delitescit: qui autem exhalat, vniuersum mouet, ob eamque rem calidior expirat: est enim efflatus spiritus stricim protrusus; exhalatio vero spiritus vniuersim profusus. Aristot. probl. sect. 30. num. 7. ch. 650.

Halones non sunt prope Solem, & Lunam, sed sub ipsis, & per se, cum aer sic condensatur, ut huiusmodi passionem recipere possit, ac etiam ad motum, vel Solis, vel Lunæ vna cum ipsis circumferantur. Alex. aphr. in 1. meteor. cap. 8. c. 17. col. 1.

Halo videtur circa Solem, Lunam, Iouem, Martem, Venerem, & Mercurium, & etiam circa stellas fixas maxime magnitudinis omnibus anni temporibus, sed præcipue in Autumno, die, ac nocte; sed magis sero post crepusculum, & in mane ante diluculum, circa Lunam; & huius causa est vapor humidus antequam ascendat ad locum frigidum aeris. Alb. mag. in 3. meteor. tract. 4. cap. 3. c. 110. col. 1.

Halo nunquam videtur nisi aere quieto, alioquin non staret diu sub radio stellæ. Alb. magn. in meteor. tract. 4. cap. 3. ch. 110. col. 2.

Halo frequentissime fit post flatum Austri, cum coelum maxime graue, & spissum est. Alb. magn. in 3. meteor. tract. 4. cap. 3. ch. 110. col. 2.

Halca piscis oritur in vere, & moritur, cum audit tonitrua. Alb. mag. de ani. l. 1. tract. 1. cap. 3. c. 2. col. 2.

Harmonia est ratio commissionum, vel compositio, at animam impossibile est aliquid horum esse. Arist. 1. de ani. su. 3. cap. 2. tex. 54. c. 602.

Harmonie non est mouere, at hoc omnes anime tribuit. Arist. 1. de ani. su. 3. cap. 2. tex. 55. c. 603.

Harmoniam de sanitate, & de corporibus virtutibus dicere magis congruit, quam de anima. Aristot. 1. de ani. su. 3. cap. 2. tex. 56. ch. 603.

Harmonia est ratio, & compositio earum rerum, quæ inter se commiscuntur, non fortuito, & temere, sed ex quadam cantus modulationisque compositione. Alex. aphr. in 1. de ani. cap. 8. ch. 33. col. 2.

Harmonia est mistorum vnio. Ioan. grammatic. in 2. de anim. tex. 78. c. 59. col. 1.

Harmonia est essentialiter numerus sensibilis sensu auditus. Alex. de ales in 1. metaph. ch. 18. col. 1.

Hebenus submergitur in aqua, quia p uca est vinctuofitas, & terrestris pars multa. Alb. magn. de proprietatibus elem. l. 1. tract. 2. cap. 3. c. 106. col. 1.

Hebenus est arbor, quæ non nascitur circa tertium clima, in India enim nascitur; habet lineas albas insertas; & quæ nascitur in Aethiopia sub caucro est nigerima; mergitur in aqua propter victoriam terre ipsius; lapidem frangit in renibus, & inflationem ventris resoluit. Alber. Magn. de veget. lib. 1. cap. 18. char. 155. colum. 1.

Hectica febre laborantibus cur medici ante cibum potum aquæ præcipiunt; ut membra solida, quæ persiccant humectent, reddantque aptiora ad solidiorem alimenti conglutinationem, agnationemque. Hinc

artifices prius quam admovent calcem, aqua parietem aspergunt. Alex. aphr. probl. nu. 85. c. 763.

Helcus est vitulus marinus, habens pellem pilosam, albis, & nigris maculis distinctam: parit in terra, & lactando nutrit catulos; difficulter occiditur, nisi ictus vibretur in capite in cerebro; & ita alte fertit, ut mugire videatur; grauisimo enim somno inter omnia animalia corripitur. Albertus magnus de anima. libro 24. cap. 1. char. 197. colum. 3.

Hedera exsiccata arbores super quas serpit, quia fugit eorum nutrimentum. Alb. magn. de veg. l. 5. tract. 1. cap. 3. char. 147. colum. 2.

Hemispherium interius inhabitabile esse aiunt, quia omnes, qui scripserunt, de superiori tantum verba fecerunt; & huic opinioni omnis multitudo mathematicorum consentit, quia maior est sphaera aquæ, quam terræ; ideo in aliqua parte operit terram, & hoc non facit in superiori, ergo operit in inferiori. Alb. magn. de natur. loc. dist. 1. cap. 12. ch. 97. col. 4.

Heraclienfes dum pecunijs indigerent, emerunt a mercatoribus frumentum, oleum, & vinum omne, & quæcunque venalia essent; & cum tempus instaret, quo precium soluere oportebat, & mercatoribus optimum factu visum est ab ipsis non singillatim dimensa, sed confertim omnia venundari onera; & illi alia ratione tribuentes, non mercedem, sed ipsum forum onerarijs nauibus imposuere, & quæstorem singulis nauibus præfecere. Cum autem in hostilem regionem peruissent, emebant ab illis milites, omneque prius coactum est, quam Imperatores pro mercede argentum iterum redderent. Quare contigit, ut idem argentum impenderetur, donec domum redirent. Arist. oecon. 2. ch. 807.

Heraclitus omnia in motu esse existimauit, & tandem opinatus est nihil oportere dicere, sed digitum solum mouebat. Arist. 4. metaph. cap. 2. tex. 22. c. 76.

Heraclitus, & Hyppassus, vnum principium finitum, & mobile dixerunt, scilicet ignem. Ioannes grammaticus in prim. physic. char. 5. colum. 3.

Heraclitus Ephesius, & ciuis meus fuit. Hinc colligere potes commentum hoc non Eustratij, sed Michaelis Ephesij esse. Eustratius, & Mich. Ephes. 10. ethicor. cap. 5. char. 512.

Heraclitus opinabatur inter affirmationem, & negationem esse medium; & ita affirmationem, & negationem verificat de eodem. Alex. de ales 11. metaph. c. 311. c. 3.

Heraclitus posuit omnia tandem fieri ignem, quia ignis, cum maxime actiuus sit, in se tandem omnia conuertere aiebat. Alex. de ales 11. metaph. c. 323. col. 1.

Herbæ sunt, quæ stipitem e sua radice non habent, sed folia mox producunt; aliæ omni anno producunt, sed arescunt, ut triticum. Aliæ herbæ in duo extrema declinant, ut olus regium; aliæ sunt eadem herbæ, & olera, aliæ initio spicarum formam videntur habere; excrefcunt postea in arborem, ut mirtus, & pinus siluestris, & huiusmodi. Arist. 1. de plant. cap. 3. c. 371.

Herbæ omnes, & quicquid supra terram, & in terra crescit, ex aliquo horum quinque prouenit; ex semine, aquæ humore, loco idoneo, aere, & plantatione: sunt enim hæc veluti radices plantarum. Aristoteles 2. de plant. cap. 1. char. 391.

Herbæ pusillæ, quæ in aquis sulphureis apparent, tum sunt, cum vehementer venti flauerint, contrariofque status fecerint, & aer, qui in eis est excitatus fuerit, & locus calefactus, & ignis excitatus, postmodum in fundo nascitur auripigmentum, quod e fece æris descendit, attrahiturque ignis cum putredine, & id est auripigmentum, & tunc oritur planta, & non habet multa folia. Arist. de plant. 2. cap. 1. c. 388.

Herbæ edere non valent loca, nec præhumida, nec præsecca. Alex. aphr. probl. 1. num. 6. ch. 667.

Herbæ

Herbæ vltimum locum obtinent in plantis, & sunt illæ, quæ ex vna radice non proferunt, nisi folia. Alb. mag. de veget. pri. trac. 2. cap. 5. char. 128. col. 3.

Herculis idolum erat in vltimo Hispaniæ, vbi dicebantur Herculis columnæ, & fuit corruptum in anno 530. a prædicatione Maumeti. Auer. 2. de celo. tex. 111. char. 80. col. 2.

Herculis imago lapidibus inscripta victorem reddit ferentem. Albert. magn. in 2. de mineral. ex tracta. 30. cap. 5. char. 143. col. 1.

Hæres secundus dicitur, qui hæredi insituto substituitur. Boet. in topic. Cic. lib. 2. char. 784.

Hæreditates filijs Israel non licebat secundum legem alienare simpliciter, sed tantum obligare ad tempus. D. Tho. 6. polit. lec. 4. char. 94. col. 3.

Heriminius fluuius nascitur in cæpis Asiaticis, & diuisus currit quasi duo, & relictus in vnum, fluit in mare Cycladum. Alb. mag. de nat. loc. trac. 3. cap. 3. c. 102. col. 4.

Herinacij coeunt erectis partibus, spinis hærentibus sibi aduersis. Arist. de hist. anim. 5. cap. 2. char. 148.

Herispella est insecto a calore, quæ vixit, aut nunquam extinguitur. Alb. mag. de veg. l. 3. trac. 1. cap. 1. c. 136. col. 3.

Hermaphroditi, qui gemina genitalia habent, semper aliud est irritum. Arist. de gen. anim. 4. cap. 4. char. 246.

Hermaphroditi sunt si coniunguntur qualitates contrariæ, quarum vtraque fit complexionalis, & terminans, & virtus formatiua satisfacere potest vtrique sexui, tam in membris exterioribus, quam in membris inferioribus. Albert. magn. in 2. physic. tracta. 2. cap. 3. char. 28. col. 2.

Hermaphroditi inueniuntur, qui in coitu agunt, & patiuntur, incumbunt, & succumbunt; sed non imprægnant, nec imprægnantur. Alb. mag. de animalib. l. 18. tract. 2. cap. 3. char. 156. col. 2.

Hermaphroditorum sexus principalior est, qui a cordis iuuatur complexione, quæ tamen aliquando ita media est, ut vix discerni possit. Albert. magn. de animal. lib. 18. trac. 2. cap. 3. char. 156. col. 2.

Hermaphroditi generantur, cum ex abundantia materiæ in vno membro, quod est circa inguen ibidem superabundante diuiditur, & in vno vincat, & in alio vincatur. Alb. mag. de ani. l. 18. trac. 2. cap. 3. c. 156. c. 2.

Hermodaetilus est calidus, & siccus; in quo tamē est humiditas superflua. podagræ dolorem implastri more impositus statim sedat: albus melior, rubeus, & niger venenosus sunt. Albert. magn. de veget. & plant. lib. 6. tract. 2. cap. 9. char. 166. col. 4.

Herodotus veram non scribit, cum nigram dicat Aethiopum esse genituram. Arist. de gen. ani. 2. cap. 2. char. 150.

Heroica virtus feritati opponitur, ut vitio virtus, & incontinentiæ continentia. Aristotel. 7. ethicorum. cap. 1. char. 158.

Heroicum omnium numerorum stabilissimum, & turgidissimum est. Arist. in poet. cap. 22. char. 294.

Heroico tantum metro longum contextum merito pangimus, id nimirum congruere natura docet. Aristot. poet. cap. 22. char. 295.

Hesiodus errauit, cum facit aquilam augurij præsidem bibentem, enim cum bibunt aduncæ. Arist. de historia animal. 8. cap. 18. char. 297.

Hesiodus, vel (ut alij) Eudoxus posuit sphaeras plures, tres scilicet, in quibus Sol, & tres alias in quibus Luna fertur. Prima motus causa tam Solis, quam Lunæ est motus diurnus. Secunda est propter motum longitudinis, quæ est per medium Zodiaci. Tertia est secundum motum obliquum secundum latitudinem eiusdem. Arist. in 12. metaph. cap. 4. tex. 47. char. 257.

Hiatus disrupto lumine ex obscuro, & nigro facit, ut videatur habere aliquam profunditatem; & sepe ex hiatu cadunt trabes, cum concretum fuerit magis. Arist. meteor. prim. sum. 2. cap. 1. char. 462.

Hiniophare, quæ sunt flumina tria, nascuntur ex campis Indiæ, & currunt millia 202. festinant recipiuntur in Oceano Orientali. Albert. magn. de nat. loc. dist. 3. cap. 1. char. 101. col. 3.

Hippassus Metapontinus, & Heraclitus Ephesus ignem principium rerum posuerunt. Aristot. prim. metaph. sum. 2. cap. 1. char. 16.

Hippate sunt cordæ, quæ reddunt sonos graues. D. Tho. 10. metaph. l. 9. tex. 22. char. 731.

Hippias Atheniensis cenaculorum eas partes, quæ in vias publicas eminebant, ipsos quoque ascensus sepimentaque ante domos vestibulis similia; item ianuas, quæ foras aperirentur, venire iussit. Eruebant ergo hi, quorum possessiones ipsæ erant, & nummum, qui tunc Atheniensibus in vsu erat ab vsu amouit; certoque illo precio constituto iussit iterum ad se referri. Cum autem conuenissent, ut nouum monetæ genus excuderent, idem argentum exposuit, & si qui aut nauibus præficiendi, aut aliqua alia munia obituri, in quæ esset aliquid impendendum, primo tolerabilem ac modicam illis irrogauit multam; deinde iussit numero eorum adscribi, qui suo munere perfuncti essent, & iussit Mineræ sacerdoti pro quolibet mortuo, & pro quolibet nato afferri ordeï mensuram vnam; & tritici alteram, & obolum vnum. Arist. de re fam. 2. c. 806.

Hippocrates quatuor elementa rerum principia posuit. Ioan. gram. prim. phys. ch. 139. col. 3.

Hippon, qui dicitur impius, & a diis avertus, præter sensibilem naturam, quicquam esse negabat. Alex. Aphr. in 11. metaph. vel 12. co. 2. c. 283. c. 2.

Hippon vnus ex illis fuit, qui tam insipiens fuit, ut Deum esse negarit. Simp. in pri. phy. char. 6. col. 2.

Hirci sanguis maxime si biberit vinum, & petrosilium, vel siler montanum, frangit lapidem in vesica. Alber. mag. in 2. de min. ex trac. 2. cap. 1. c. 139. col. 2.

Hircius marinus est torus spinosus, & spinis vititur loco pedum. Alb. mag. de anim. l. 4. trac. 1. cap. 1. c. 45. col. 4.

Hircij marini omnes carent carne; licet alias partes corporum animatorum sanguinem non habentium habere probentur, & horum multa sunt genera; ex quibus est genus quoddam esibile, & in illo sunt rotunditates duræ, quæ margaritæ vocantur; & in medijs corporibus ostreorum inueniuntur, & cum putrescunt inter arenas, nec in omnibus inueniuntur, nec in eis, in quibus sunt, nisi dum viuit animal. Sunt etiam hircii pelagales, & sunt alij magni corporis, alij parui, alij multarum spinarum durarum; & in mari Ionico iuxta regionem Carui sunt albæ testæ, & albæ spinæ, & albarum margaritarum. Alb. mag. de animal. lib. 4. tract. 1. cap. 5. char. 48. col. 4.

Hircius ois hæt oua margaritalia, sed in quibusdam sunt parua. Alb. mag. de ani. l. 4. trac. 1. cap. 5. ch. 48. col. 4.

Hircius omnis caput, & os habet inferius, & anus est superior, & hoc commune est omnibus animalibus, quæ attribuuntur generi strainoz, & lupo, quia pascuntur inferius, ut plantæ, & ideo officina habere debent in parte inferiori. Alber. magn. de anim. l. 4. tractat. 1. cap. 5. char. 48. colum. 4.

Hircii marini proprium est, quod habet testam duram, & spinas. Alb. mag. de ani. l. 3. trac. 2. cap. 6. c. 120. c. 1.

Hirundo, & merula bis pariunt; sed primi partus intereunt ob frigus; posteriorem partum eductant foeliciter ad finem; at vrbane aues sepius foecant, ac generant, ut gallinæ, & columbæ. Aristot. de histor. anim. 5. cap. 3. char. 158.

Hirundinis pullorum adhuc recentium oculi, si quis simulo eos vexarit, refanescent, & cernendi vim postea plane recipiunt. Arist. de hist. anim. 6. cap. 5. char. 204.

Hirundo in genere non aduncis, carne vescitur. Aristot. de historia animal. 8. cap. 3. char. 277.

Hirundines ingeniose nidum struunt, & in nutrienda

da prole mira æquitate laborant. Aristotel. de histor. anim. 9. cap. 7. char. 326.

Hirundinum oculi si perforantur, adhuc incolomes reduntur, quia non adhuc perfecti sunt. Ioan. gram. in 4. de gen. anim. cap. 6. char. 65. col. 4.

Hirundines ita nidus construunt, vt in architectura aliquid artis videantur ostendere. Alb. mag. de anim. l. 8. trac. 2. cap. 3. char. 75. col. 1.

Hirundo maris est piscis habens duas alas membranales, quæ volat ad spatium modicum, & postea vadit in mare. Alb. mag. de ani. l. 14. trac. 2. cap. 7. c. 125. col. 1.

Historias eas libentius audimus, quæ rem vnam exponunt, quàm quæ plures: quia rebus magis attendimus notioribus, easque libentius audimus; notius autem est, quod definitum est: plura autem infinito participant. Arist. problem. sect. 18. num. 9. char. 910.

Histriones cur improbis mentibus magna ex parte sunt? quia non se dedunt studio sapientiæ, & incontinentiæ operam dant. Arist. probl. sec. 30. nu. 9. c. 626.

Hoc ex hoc fieri tribus diei potest modis; primo quod vnum sit post aliud, vt ex Isthmiis Olympia: secundo ex imperfecto sit perfectum, vt ex puero fit vir; tertio, cum corrupto vno sit aliud, vt ex aqua, aer. Aristot. 3. metaph. cap. 2. nu. 7. char. 36.

Hoc aliquid apud Aristotelem semper sequitur substantiam, & tale qualitate. Alex. aphrod. in 10. metaph. vel 12. cap. 1. co. 7. c. 267. col. 1.

Hoc aliquid ab Aristotele semper de indiuiduo intelligitur: a Platone autem hoc aliquid in vniuersali, id est, in ideis scilicet intelligitur. Ammo. in prædic. char. 44.

Hoc aliquid significat, quod hoc sit completum in esse, & specie; quod soli substantiæ cõpositæ in rebus materialibus cõpetit. D. Th. in 2. de ani. l. 1. tex. 2. c. 20. c. 1.

Homerus solus non modo recte, sed actionum imitationibus referta poemata condidit, & primus Comædiæ normam tradidit, non probis, sed ridiculis in actuum formam collatis. Et sane similis in Margite ratio; hic enim ita se ad Comædiam habet, vt ad Tragedias Iliad, & Odyssea. Arist. in poetic. cap. 1. c. 261.

Homogenea alia sunt ex quibus nihil componitur, vt mineralia; alia, ex quibus componitur corporis pars, vt manus, brachium, & huiuscemodi; & inter has duas species medium sunt plantæ. Auer. meteoror. 4. char. 213. colum. 1.

Homo quid est, & vt consideratur.

Homo est paruus mundus. Aristot. physic. 4. su. 1. cap. 2. tex. 17.

Homo mortuus, quamquam figura formam habeat eandem, tamen homo non est. Aristotel. de partib. animal. 1. cap. 1. char. 404.

Homo natura ciuili est. Arist. pri. ethic. cap. 7. char. 13.

Homo solus non solum ciuile est, sed œconomicum animal. Arist. moral. eud. cap. 12. char. 453.

Homo est animal sociabile. Aristotel. politicor. prim. cap. 2. char. 490.

Homo est optimum cunctorum animalium: ita si alienus fiat a lege, & a iudicijs, pessimum est omnium animalium. Arist. polit. 1. cap. 2. char. 491.

Homo non est is, qui solus, & per se viuere possit. Alex. aphrod. in 2. de ani. cap. 42. char. 32. col. 3.

Homo perfectus est, non cui partes apte congruunt, sed in quo nulla pars virtutis humanæ, eiusque magnitudinis naturalis desideratur. Alex. aphrod. in metaph. 4. vel 5. secund. Latin. co. 29. char. 153. col. 1.

Hominum communis natura, secundum quam de aliquibus inter se assentiunt, non est varia, nec a vero aberrans. Alex. aphrod. de fato. cap. 1. char. 27.

Homo earum actionum, quæ ab ipso fiunt, causa, & principium est. Alex. aphrod. de fato. cap. 10. char. 26.

Hominem duplicem existimat Aristoteles; alium ex anima, & corpore; alium intellectum, id est ipsam animæ rationalis partem, quæ cum vere & primo hominem statuit. Eust. vel Mich. ephes. 2. ethic. cap. 6. c. 514.

Hominis nomen quod dicitur de eo, qui est in scientijs speculatiuis consumatior, & de eo, qui non est in eis perfectus, aut non est habilis, vt perficiatur, dicitur æquiuoce de ipsis, vt de viuente, & mortuo; & vt de rationali, & picto, & in lapide. Auer. in physic. 1. ex proem. ch. 2. col. 2.

Hominis ratio, qui fit ex spermate, est opposita rationi spermatis, & etiam, vt in eo sit aliquid recipiens formam hominis, & est illud, quod generari dicitur in rei veritate, scilicet illud, in quo inuenitur iste motus, motus enim debet esse in subiecto. Auer. in physic. prim. tex. 60. char. 17. colum. 4.

Homo non est actu intelligens, sed quia cum eo copulatur intellectus in actu. Auerroes tertio de anima tex. 5. char. 164. colum. 4.

Homo non est generabilis, & corruptibilis, nisi per cogitatuam, sine qua, & sine imaginatione nihil intelligit intellectus materialis, & ideo post mortem non rememoratur. Auer. 3. de ani. tex. 33. c. 174. col. 3.

Homo est similis Deo, quia ipse est quodammodo omnia entia, & scit ea etiam quomodo; entia enim nihil sunt præter eius scientiam. Auer. 3. de ani. text. 36. char. 180. colum. 2.

Homo vniuersalis, & particularis, sunt vnum essentialiter. Auer. in 5. metaph. tex. com. 7. c. 52.

Hominis quidditas vno modo est homo, alio modo non est forma hominis, & non homo, qui est congregatus ex materia, & forma. Auer. in 7. metaph. co. 21. c. 81.

Homo est veluti medium inter æternum, & generabile, & corruptibile. Auer. epit. metaph. 4. c. 185. col. 2.

Homo est id, quo coniungit esse sensibile cum intelligibili; propterea perfecti Deus gloriosus in ipso istud esse sensibile, cui euenit imperfectio propter eius distantiam ab ipso. Auer. epitom. metaph. tract. 4. char. 185. colum. 3.

Homo non est causa vmbra, nisi abusus, quia non est se paratus ab ea. Auer. ex dest. dest. disput. 3. c. 20. col. 4.

Homo per principia essentialia cum sit animal rationale vel intellectuale, est admiratiuus de visis, & auditis, ac protensio colore, & spiritu ad faciem, fit faciei, & membrorum in faciei positorum dilatatio, & sic natus, est ad risum contra autem flebilis. Albert. magn. in præd. char. 25. col. 4.

Homo est animal, quod habet virtutem mouendi, & quodammodo imaginandi. Alb. mag. de som. & vig. lib. 3. tract. 1. cap. 11. ch. 37. col. 2.

Homines vniuersales esse, & ambulantes Mappamundi, & Solinus mentiuntur esse, quia hoc impossibile est. Alb. mag. de motib. ani. l. 2. tract. 2. cap. 1. c. 46. col. 4.

Hominis substantia dupliciter consideratur; secundum se, & secundum ea, quæ accidunt eidem. Secundum se non est, nisi substantia ipsa. Secundum ea, quæ accidunt ei, tunc consideratur secundum esse, quod contingere ei potest ex comparatione ad aliud. De se quidem si consideretur secundum esse, quod habet ex hoc est radius immaterialis intelligentiæ, sic accidit ei esse in intellectu possibili; vt in loco suæ speciei. Si autem consideretur secundum esse, quod accidit ei in materia, sic est actus materiæ; & si consideretur secundum esse, quo est in particulari, hoc est duobus modis; potest enim considerari secundum potentiam, & aptitudinem, qua secundum esse multiplicabile est in particularia, & sic est vniuersale; aut consideratur secundum quod actu est in illis; & sic est singulare suppositum sub communi natura demonstratum, vt cum dicitur hic homo, vel ille; & quocumque horum quatuor modorum accipiat vniuersale,

fale; sic vniuersale esse dicitur, & non ens per se existens. Alb. mag. in 7. metaph. tract. 5. cap. 1. c. 130. c. 3.

Homo (vt ait Socrates in Menone) est principalis intellectus, perfectus, studio humanitatis operans, amicis bene faciens, & inimicis male. Alb. mag. Ethic. 1. tract. 2. cap. 6. char. 5. col. 3.

Homo est principium eorum futurorum, quæ agit vt dominus suorum actuum, & potest, & non potest agere. D. Thom. in Periherm. char. 14. col. 2.

Homo quodammodo finis est omnium artificialium, quia ipsis vitur, vt propter ipsum factis. D. Thom. 2. physic. lec. 4. tex. 23. c. 19. col. 4.

Hominis natura, quæ sit, & inter virum, & mulierem differentia, & proprietates.

Hominis natura anceps est, & societatis, & solitudinis. Arist. de hist. anim. 1. cap. 1. char. 8.

Homo est ex numero omnium animantium, qui vim cogitandi obtinet, & cum memoriæ, ac disciplinæ complures animantes participes esse possint, nullum tamen præter hominem potest reminisci. Arist. de hist. animal. 1. cap. 1. char. 10.

Homo, & mas, & foemina potest pilis post genitis, id est pubis, alarum, & menti carere iam inde ab ortu naturæ vitio contracto, & nisi vt pubescant, contingat, steriles in gignendo sunt. Aristotel. de historia animal. 3. cap. 11. char. 91.

Homines in Cedropoli Thraciæ parte, cum accipitribus per paludes aucupantur, & eius, quod ceperint, dant accipitribus partem. Arist. de hist. ani. 9. cap. 36. c. 347.

Hominis periti officium est iudicare perspicientes posse, quid nam recte, aut non recte ab eo, qui docet, exponitur; & huius facultatis officium periti esse dicimus; sed hunc omnibus fere in rebus iudicio valere arbitramur numero vnum: illum vero certæ naturæ alicui delegamus: fieri enim potest, vt rem vnam quispiam ita, vt alius omnes iudicare possit. Arist. de part. ani. pri. cap. 1. c. 399.

Hominis corpus quinquennio fere dimidium capere videtur omnis magnitudinis, quæ reliquo tempore comparatur. Arist. de gen. anim. 1. cap. 18. char. 124.

Homini ferendi vteri tempus enorme est; cæteris enim statutum est, homini vero plura sunt. quippe cum & septimo, & decimo nascantur, & etiam inter septimum, & decimum: qui enim mense octauo nascuntur, & si minus, tamen viuere possunt. Aristotel. de gener. animal. 4. cap. 4. char. 245.

Hominum proprium est non sentire odores sine respiratione. Arist. 2. de ani. su. 4. cap. 5. tex. 98. char. 639.

Homine excepto, nullum animal fieri potest calculosum, vel quia iumenta, & quæ vnguibus sunt numerosis, vesicæ meatus obtinent ampliores, & pisces nullam habent vesicam, sed humor in aluum constringitur, vt in auiibus. At homo vesicam habet, & ceruicem eius canali angusto pro magnitudine porrectam. Ergo quod membrum id adest, quantum terreni humoris seuocatur in vesicam contrahitur, ex quo vasa urinaria tingunt, & loci calor efficit, vt concrefcere, & crassescere possit, & propter canalium angustiam retinetur, & augetur, & cum illa terrena subsidentia prodire ex facili non possit, reuersa inter se se cohærent, & calculum conficiunt. Aristotel. problem. sect. 10. num. 42. char. 439.

Homines cum exandescunt, calore introrsum collecto, cur feruidi, furibundique redduntur? cum metuunt contra efficiuntur? nam non eundem in locum calor se colligit, sed homini irascenti calor circumfusum effertur, ex quo sibiundus, rubicundus, spirabundus efficitur, cum calor tursus versus se esserat: metuenti sanguis, & calor in imam perferunt, vnde fit

etiam, vt alius fundatur. nam, & cordis compulsio nõ similis agitur, sed metuenti, vt calor inopia frequens, ac feruens est: irascenti contra, vt pote cum calor collectus sit copiosior. Arist. probl. sec. 27. nu. 3. c. 600.

Homines fortes magna ex parte vinosi, sunt, quia calidi sunt, & qui sanguinolentum habent pulmonem, calidum hunc modo vinolentorum gerunt, ita vt rei aduersæ suspitione refrigerari nequeant, & qui ita se habent, bibendi auidi esse consueuerunt. Aristot. probl. sect. 27. num. 4. char. 601.

Homini potius, quam cuiquam animali credendum est; quia solus numerare potest, vt Plato Neocli respondit, vel quia solus Deos veneratur, & colit, vel quia omnium maxime vim obtinet imitandi: hinc enim tam multa, & varia discere potest. Aristot. problem. sec. 30. num. 5. char. 624.

Homo cur maxime aliud intelligat, aliud faciat? quia contrariorum eadem est scientia, vel quia mentis officium plura cõtingit, appetitus in vnum tantummodo profluit: at qui homo mente magna ex parte viuunt, & ratione; bestiarum appetitu, ira, cupiditateque ducuntur. Arist. probl. sec. 30. nu. 11. char. 627.

Homines crispo capillo, & tortili, magna ex parte resimiores sunt, quia si crispidudo sita in crassitudine est, & crassitudo non sine duritia cõstat, & durus sanguis calidior est, & calor excrefcere materiã inutilẽ minus patitur, & os ex vacante materia cõstitit, & cartilago nõ nisi os est, merito nasi diminutio consequitur; Indiciũ ætas adhibet puerilis; sunt enim pueri omnes naso refimato. Arist. problem. sec. 33. num. 18. char. 648.

Homines, cum senescunt, cur nigriores redduntur? quia res omnes excepto situ nigriores cum putrescunt, euadunt; senectus autem est quædam putredo, & cum sanguis siccescens nigrior reddi solet, merito senes nigriores sunt. Arist. probl. sec. 38. nu. 29. c. 660.

Homini cum per rerum naturam negatum sit, vt in locum celestium, corpore se se conferat, eo factum est, vt animus humanus huius viæ ducem nactus intellectum, peregrinabundus illuc importaretur. Aristot. de mundo. cap. 1. char. 806.

Homines omnes natura scire desiderant. Aristotel. prim. metaph. ex su. pri. cap. 1. c. 3.

Homo viuunt arte, & rationibus. Aristot. pri. metaphysic. ex su. 1. cap. 1. char. 4.

Hominis finis non a viuente vita, vt quæ communis stirpibus est, nec a sentiente, vt quæ boui, & equo communis est, sed a rationali vita eliciendus est: id autem partim rationi obtemperat, partim eam habet, & intelligit: sed cum hæc duobus modis quoque dicatur, ea quæ est in operatione statuenda est. Aristotel. prim. ethicor. cap. 7. char. 14.

Homines fieri nequit, vt se cognoscant, priusquam saltem qui dicitur, consumpserint, vt est in proverbio. Arist. 8. Ethic. Nicom. cap. 3. char. 193.

Hominis natura solitaria non est. Arist. 8. Ethic. Nicom. cap. 5. char. 196.

Homo natura magis coniugalis est quàm ciuili, quanto prior, & necessaria est domus, quàm ciuitas. Aristot. 8. Ethic. Nicom. cap. 12. char. 209.

Homo ciuile animal est, & ad conuictum naturam aptum. Aristot. 9. ethic. cap. 9. char. 232.

Homo vita contemplatiua viuens non vt homo est, sed quatenus diuinum quid in ipso est: & quanto id præstat composito, tanto quoque eius operatio ab operatione distat, quæ ex virtute alia existit. Aristot. Ethic. Nicom. cap. 7. char. 257.

Homo, qui absque ciuitate est per naturam, aut per fortunam, aut nequam est, aut potior quam homo. Arist. politicor. 1. cap. 2. char. 490.

Homo omnium animalium sermonem habet, vt utile, & damnum; iustum, & iniustum ostendamus. Arist. polit. 1. cap. 2. c. 490. Homo,

Homo, qui in communi societate nequit esse, quique nullus indiget propter sufficientiam, nulla pars est ciuitatis: quare aut Deus, aut Bestia. Arist. polit. 1. c. 2. c. 491.

Hominis libertas vitam meliorem esse, quam in dominando occupati, uerum est. Arist. polit. 7. cap. 3. char. 719.

Homo nullus superuenerit diuitis a cæteris hominibus diuitius. Alex. aphrod. in 2. de ani. cap. 42. ch. 52. col. 3.

Homo solus inter reliqua animalia post oblatam sibi imaginationem de re aliqua, tamquam agenda potest quærere de re ipsa, & consultare, siue assentiri rei, quæ apparuerit, oporteat, siue minime. Alex. aphrod. in 2. de anim. cap. 57. char. 55. col. 1.

Homo solus ex omnibus animantibus in arbitrio suo habet, ut agat, quoniam non agendi idem potestatem quoque habet. Alex. aphr. in 2. de ani. cap. 56. ch. 55. c. 1.

Homo ut perfectissimus inter animalia, ex priori, & imperfectissima cognitione, in meliorem, & perfectiorem, quæ in his sit, procedit, & cognitionem principiorum hoc modo suscipit. Alex. & Eustr. in 2. post. c. 109. c. 2.

Homo dicitur risibilis, non quia semper rideat, sed quia semper natus aptus sit ad risum. Porph. in 5. uoc. cap. 5. c. 46.

Homo non primo, sed per aliud in loco esse potest. Themist. in 4. physic. tex. 24. char. 34. col. 4.

Homo porrectus, ac effusus iacet cum dormit, quia solus animalium erectus incedit. Them. de som. & uig. cap. 21. char. 98. col. 2.

Homo est similis Deo, ut imago prorsus similis est suo exemplari. Simpl. in prædicam. char. 57.

Homo doctus non solum eadem aduersario obijcere debet, sed etiam obiecta diluere. Ioan. Gram. in prim. prior. cap. 1. tex. 7. co. 2.

Homo essentiam suam non in eo habet, quod sit magis, uel minus rationalis, sed in eo, quod humanitatem spectat. Dex. in prædicam. char. 40.

Homo omnium animalium est longe sapiens, quia puriorem, calidioremque sanguinem circa cor habet. Mich. Ephes. de respir. char. 40. col. 1.

Homo perfectus nunquam sistere debet, quin bene operetur, sed semper in bono persistere, eique semper incumbere. Eustr. 1. Ethic. char. 49.

Homo solus ex electione, natura operari potest. Eustr. 6. Ethic. cap. 2. char. 280.

Homo dum uiuit extra tempus, aut locum, aut actionem, aut effectum esse non potest, in quibus omnibus prudentia opus est. Eustr. 6. Ethic. cap. 5. char. 295.

Homo commemorat multoties, quod sensit in pueritia, bona commemoratio: quia in pueritia multum amat formas, & miratur in eis, propter quod figurat in aspectu earum: quapropter difficile amittit eas. Auer. de memo. & remi. char. 196. col. 2.

Homo cum irascitur, obcuratur uisus propter uaporem excitatum a calore in oculo. Auer. de sen. & sen. c. 192. c. 1.

Homo comprehendit rerum intentiones, & differentias proprias, quæ sunt in re sensata, quasi medulla de fructu: alia uero bruta comprehendunt, quæ sunt extra, quasi fructum corticis. Auer. de sens. & sens. ch. 193. c. 3.

Homo intelligit omnia entia per intellectum sibi proprium, & agit in cuncta entia actionem sibi propriam, ut intelligat omnia entia per intellectum habitu existentem, cum est copulatus cum formis imaginarijs propria intelligentia. Auer. 3. de anima. tex. 36. char. 180. col. 2.

Hominum complementum non completur nisi per congregationem, & congregatio per bonitatem. Auer. in 2. metaph. tex. com. 14. char. 17.

Homines omnes scire aliquid, non est ex conditionibus requisitis in rebus per se notis. Auer. ex destr. destr. disput. 1. char. 9. col. 1.

Homo impossibile est quin audiat sermones contra dicentium, in omni re, de qua speculatur, si diligit esse ex hominibus veritatis. Auer. ex destr. destr. disput. 2. char. 18. col. 3.

Homo nullus alio homine ad substantiam plus rationalis est, nec minus. Boet. in Porph. char. 44.

Homo semper est bipes, non actu, sed per naturam. Boet. in Porph. char. 106.

Homines ad unum calorem, & ad unum motum frequenter accedunt, qui ex vno loco nati sunt. Alber. magn. de prædicam. char. 10. col. 1.

Homo canescit, quia cum habeat cerebrum maxime humidum, & quod non terminatur, nisi quandiu calor naturalis fuerit fortis, procedente ætate, & frigescente calore non digerit, & tunc putrescere incipit, & canescere. Alb. mag. in præd. char. 26. col. 2.

Homo solus inter cætera animantia omnes qualitatis species suscipere potest. Alb. mag. in præd. c. 52. col. 4.

Homo non debet animam suam replere probabilibus, & opinabilibus, quia non faciunt habitum permanentem in anima, sed demonstratiuis, & certis, quæ stabilunt intellectum, quia perpetuo manent. Alb. mag. in post. char. 171. col. 2.

Homines grossiora habent membra superiora, & feminæ e conuerso; quia homines calidiores sunt, & plus nutrimenti ascendit. Alber. magn. in 2. de celo. tract. 1. cap. 4. char. 24. col. 4.

Homo solus reminiscitur. Alb. mag. de memor. & rem. tract. 2. cap. 6. char. 24. col. 3.

Homo surgens a somno ante digestionem sentit grauitatem in membris exterioribus, quia calor, & spiritus recurrens ad interiora inuenit siccum cibi grossi, & terrestri, ex quo generantur fumi grossi ex spiritibus subtilibus, qui uenientes ad organa sensuum purgant generant ea. Alb. mag. de som. & uig. lib. 1. tract. 1. cap. 8. char. 27. col. 3.

Homo cogitans, & meditans eleuat, ac deprimit caput, quasi ipso motu natura ostendat laborare, & adiuuare, ut facilius eleuata carucula uermiculari spiritus fluat, de cellula in cellulam cum formis intellectus, & imaginationis, & recordationis. Albe. mag. de spir. & respir. 1. tract. 2. cap. 4. char. 56. col. 1.

Homini sola forma ad similitudinem cælestis formæ pertingit. Albert. magn. de natur. & orig. anim. tract. 2. cap. 7. char. 74. col. 1.

Homo vel habet esse proprium, vel non: si non habet, non est indiuiduum, nec hoc, quod est, quod fieri nequit; quia contradictoria verificarentur de eodem: ergo uisus ultima forma differt ab ultima forma alterius: ergo anima intellectualis numeratur ad numerum eorum, qui sunt, hoc quod sunt, ab anima intellectuali. Alb. mag. contra Auer. de uirt. intel. ca. 5. c. 40. col. 4.

Homo nulla alia causa dependet a prima causa, nisi per eundem intellectum, quem habet a prima causa. Alb. mag. contra Auer. de uirt. intel. cap. 7. char. 84. col. 4.

Homo solus arbiter sui est. Alb. mag. in 3. de ani. tract. 4. cap. 10. char. 48. col. 3.

Homo solus inter omnia alia discretiuum habet intellectum. Alb. mag. de ani. 1. tract. 1. cap. 3. char. 3. col. 2.

Homo solus perfectus regimen uitæ participat, quod est secundum partes honesti, & ad finem felicitatis. Alb. mag. de ani. 1. tract. 1. cap. 4. c. 3. col. 2.

Homini solius membra secundum positionem proportionantur perfectissime, ideo solus perfectissimus est. Alb. mag. de ani. 1. tract. 1. cap. 26. char. 23. col. 1.

Homini duæ sunt operationes, quarum una est finis hominis, quamuis nullum habeat effectum, ut cantare: alia sunt artis operationes, in quibus non artis operatio intenditur, sed effectus alius, ut fabricare, & dolare. Alb. mag. de anim. 1.8. tract. 6. cap. 2. c. 84. col. 4.

Homo & mulier sæpe in ætate 14. annorum mutant qualitates corporis; quia si sanæ sunt, infirmantur; si infirmæ, sanantur: & hoc tempore auferitur epilepsia cum humor mollis, & superfluis destillatur, qui prius fumando oppilabat in cerebro uias sensus, & motus. Alb.

Alb. mag. de ani. 1.9. tract. 1. cap. 1. char. 85. col. 3.

Homo inter omnia alia participat manu, quæ est organum organorum. Alber. magn. de anim. 1.21. tract. 1. cap. 1. char. 169. col. 3.

Homo solus est imago & similitudo mundi, tam secundum animam, quam secundum corpus. Alb. magn. de ani. 1.21. tract. 1. cap. 1. char. 169. col. 4.

Homo solus cum per intellectum moueatur, per functionem habet principiorum motuorum, & sic homo perfectissimus est omnium animalium. Alb. mag. de ani. 1.21. tract. 1. cap. 1. char. 169. col. 4.

Homo solus discernit inter honestum, & turpe, & solus amicitiam habet iuxta genus omnis amicitie. Alber. mag. de ani. 1.22. tract. 1. cap. 5. char. 173. col. 3.

Homo solus coniugale est animal, & ciuile, & disciplinarum perceptibile, risibile, & gloriabile. Alber. mag. de ani. 1.22. tract. 1. cap. 5. char. 173. col. 4.

Homo solus est longi, lati, & erecti corporis. Alb. magn. de ani. 1.22. tract. 1. cap. 5. char. 173. col. 4.

Homo secundum mores solum dicitur bonus, & malus. Alb. mag. Ethic. 1. tract. 2. cap. 1. char. 3. col. 4.

Homini consideratio tripliciter est: prima est in se, ut homo est, & in comparatione ad alium; & hoc, aut secundum uirtutem coactiuam, aut secundum uirtutem liberalem; & in uirtutem coactiuam comparatur ad ea, quæ domus sunt; secundum uirtutem liberalem, comparatur ad bene uiuere. Alb. mag. Ethic. 1. tract. 3. c. 1. c. 5. col. 4.

Homo nullus sine delectatione uiuere potest. Alb. mag. Ethic. 1. tract. 3. cap. 1. char. 5. col. 4.

Homini quæcunque sunt, prout ad operationes humanas refertur, sunt ars, doctrina, actus, & electio. Albe. mag. Ethic. pri. tract. 3. cap. 2. char. 6. col. 2.

Homo solus secundum seipsum non potest satisfacere indigentis suis. Alb. mag. Ethic. 1. tract. 3. cap. 2. ch. 6. c. 3.

Homini operatio, ut homo est, est operatio rationis. Alb. mag. Ethic. pri. tract. 6. cap. 6. c. 16. col. 4.

Homo non est dominus suarum operationum, nisi per uoluntatem. Alb. mag. Ethic. 2. tract. 1. cap. 1. c. 26. c. 4.

Homini actio nulla est, nec per irascibilem, nec per concupiscibilem, nec per uoluntatem, nisi ut per formam rationis reddat. Alber. magn. Ethic. 6. tract. 1. cap. 2. char. 69. col. 1.

Homini natura cibum nullum præparat sufficienter, nisi lac. Alb. mag. Ethic. 6. tract. 2. cap. 24. char. 77. col. 2.

Homini complexio maxime vicina est temperamento. D. Thom. in 2. de gen. & cor. 1.8. tex. 18. c. 3.2. col. 3.

Homo nihil intelligere potest sine continuo tempore, quia sine phantasmatis non intelligit homo, & phantasma non est sine continuo, & tempore, cum sit similitudo rei particularis. D. Thom. de mem. & rem. lec. 2. char. 25. col. 2.

Homo per lumen intellectus agentis statim cognoscit propria actu naturaliter cognita, & ex eis conditiones dicit; & per hoc, quod actu sit, uenit in cognitionem actualem eorum, quæ potentia sciebat. D. Thom. in 2. de ani. 1.1. tex. 58. char. 32. col. 2.

Homini proprium est, quod odor non sentiat sine respiratione. D. Thom. in 2. de anim. lec. 20. text. 98. char. 41. col. 2.

Homines multi prætermissa scientia intellectus sequuntur in suis motibus phantasia, ut illi, qui non secundum rationem agunt, sed impetu mouentur ad aliquid agendum. D. Thom. in 3. de ani. 1.5. tex. 48. c. 64. col. 2.

Homini operatio propria, in quantum homo est, est intelligere: per hoc enim ab omnibus alijs differt. D. Thom. 1. metaph. char. 3. col. 1.

Homo desiderat non solum sibi, sed & alijs provide: politicum enim est animal. D. Thom. Ethic. pri. lec. 9. char. 10. col. 1.

Homo appetit esse simpliciter, & non solum, ut nuuc. D. Thom. Ethic. 1. lec. 10. char. 9. col. 2.

Homo recipit aliquid a substantiis separatis, quod euidens est ex ipsa convenientia hominum ad substantias separatas, ut habet intellectum. D. Thom. Ethic. pri. lec. 13. char. 14. col. 2.

Homini ex omnibus animalibus maxime est secundum naturam amare delectationem, & fugere tristitiam. D. Thom. Ethic. 8. lec. 5. char. 139. c. 3.

Homini esse maxime consideratur secundum intellectum. D. Thom. Ethic. 9. lec. 4. char. 156. col. 3.

Homo conuiuio cum alio communicatione sermonum, & consideratione mentis, non autem, quod simul pascatur, ut contingit pecoribus. D. Thom. Ethic. 9. lec. 11. char. 265. col. 2.

Homines ceteris plus amant æquale, ideo plus amant res publicas. D. Thom. 5. polit. 1.6. c. 77. col. 4.

Homines ut in pluribus a ratione recta deficiunt. D. Thom. 6. polit. 1.5. c. 95. col. 4.

Homo & mulier non differunt differentia substantiali, sed materiali tantum. Alexand. de Ales 7. metaphysic. tex. 30. c. 215. col. 4.

Homo ut differt a cæteris animalibus.

Homo vnus ex omnibus animalibus nobis cognitus, diuinitatis particeps est, ut omnium maxime. Arist. de part. anim. 2. cap. 10. char. 449.

Homo solus omnium animalium erectus incedit. Arist. de part. ani. 2. cap. 10. char. 449.

Hominem, qui non bene, sed deterrime omnium animalium constare aiunt, nudum, ac inermem creatum esse referunt, non recte sentiunt; cætera enim animalia vnus auxilium habent, idque nullo pacto possunt permutare, sed quasi calcæata semper dormire, ac omnia agere, nec uestitum vnquam deponere pleniorum, nec arma mutare, quæ semel acceperunt: at homini multa habere auxilia licet, ea quæ subinde mutare: arma etiam quæ uelit, & ubi uelit capere potest. Aristot. de partib. anim. 4. cap. 10. char. 533.

Homines inter reliqua animalia maxime absolutam habent partem sinistram. Aristot. de partib. animal. 1. capit. 5. char. 564.

Homines magnitudinis ratione, plurimum emittunt seminis, quia corporis constitutio est humida, & calida, & carent partibus illis, in quas concurrunt aliorum animalium excrementa, pilorum copia, ossium, cornuum, aut dentium excretiones. Arist. de gener. anim. pri. cap. 20. char. 132.

Homo omnium animalium prudentissimus est. Arist. de gener. anim. 2. cap. 4. char. 172.

Homo plus temporis uiuit, quam quoduis animal excepto elephante. Arist. de gener. ani. 4. cap. 10. c. 259.

Homo longioris uitæ est quibusdam maioribus animalibus: magis enim calidus, & humidus est. Aristot. de long. & breuit. vit. cap. 3. char. 296.

Homini soli ex omni animalium numero sanguis e natibus exit, quoniam plurimum cerebrum, idemque humidissimum homo continet, unde uenæ excrementis per ora eodem tendentia nimium repleta perfundere inde coguntur: sanguis enim uitiatus integro tenuior redditur, & talis est qui se cerebri excrementis misceuerit, & quasi in sanem degenerat. Arist. probl. sec. 10. num. 2. char. 426.

Homini nulla iuba data a natura est, quia barba data est: ideo excrementum, quod alijs animalibus in ceruicem se confert, homini fertur ad maxillas. Arist. problem. sec. 10. tex. 27. c. 434.

Homo plus excrementi humidi egerit, quam sicci: equus, & asinus contra: quia homo humidiori pabulo utitur, equus, & asinus sicciori. Arist. problem. sec. 10. num. 58. char. 445.

Homo superat animalia alia in cognitione experimentalis,

tali, & cognitione artis, & rationis. Aristotel. pri. metaphysic. ex sum. prim. cap. prim. char. 4.
 Homo vniuersalis ad hominem particularem eandem, habet rationem, quam equus vniuersalis ad equum particularem. Animo. in præd. c. 38.
 Homo solus animalium ex multis sensibus præcedentia recogitans, in vnum coaceruat. Simp. in 1. de celo. tex. 97. co. 93. c. 43. col. 1.
 Homo somno magis vitur, quam cætera animalia, quia eo illa, aut doloris, aut voluptatis causa vtuntur: homo autem præter hæc ob multa alia. Ioan. Gram. in 5. de gen. anim. cap. 6. c. 102. col. 3.
 Homo cum ad illicitos concubitus, & fædos coitus delabitur, inter bruta animalia connumerandus est. Eu. frat. 6. Ethic. cap. 1. char. 273.
 Homo ab aliis animalibus differt virtute rōnali. Auer. 3. de ani. tex. 2. c. 159. col. 3.
 Homo differt ab animali essentialiter vno modo, & sunt idem essentialiter alio modo. Auer. in 5. metaphysic. tex. com. 13. char. 55.
 Homo quamuis sit paruus corpore, & magnitudine, potentia tamen & honore superat omnia. Auer. 10. Ethic. cap. 7. c. 75. col. 4.
 Homo & equus quantum ad genus vnum sunt; distantiam tamen habent a propriæ substantiæ distinctione, qualitate quadam rationalitatis, & irrationalitatis. Boet. in præd. c. 125.
 Hominis corpus magis accedit ad æqualitatem cœli per recessum ab actu excellentiæ contrariorum; & ideo inter animalia, melius sentit secundum tactum, & prudens solum est inter animalia. Albert. mag. in 1. de gen. & cor. trac. 6. cap. 7. char. 71. col. 2.
 Homo inter cætera animalia solus sic alteratur, & cadit. Albert. magn. de som. & vig. lib. 1. trac. 2. cap. 9. char. 31. col. 1.
 Homo ab aliis animalibus plus quam specie videtur differre, quia differt et rōne: & si non plures habet species, nihil differt, quia formale, & si est cōicabile pluribus specie, vel numero differentibus, non necessario communicat, sed forte secundum esse non erit nisi in vno, vt in Sole, & Luna, quæ sunt ex materia sua tota. Alb. mag. de ani. l. 20. trac. 2. cap. 6. c. 169. col. 1.
 Homo non solum specifica differentia differt ab aliis animalibus, sed etiam secundum esse generis proximi, & secundum esse generis remoti: proximum genus est sensibile: remotum, viuum. Albert. mag. de anima. l. 21. trac. 1. cap. 1. c. 169. col. 3.
 Homo inter omnia animalia habet latum corpus secundum mensuram suæ quantitatis, latitudine proportionata. Alb. mag. de ani. l. 21. trac. 1. cap. 1. c. 169. c. 4.
 Homo hoc proprium habet, quod nulli alii animali conuenit, vt verecundetur de rebus turpibus perpetratis, ideo inuerecundi memendabilesque dicuntur, qui in aliquo mutati sunt a rationis honore assumentes irrationabilitatem pecorinæ naturæ. Alb. mag. de ani. l. 22. trac. 1. cap. 5. c. 173. col. 3.
 Homo secundum animam, & secundum complexionem corporis magis perceptiuus est omnibus alijs animalibus. Alb. mag. Ethic. 10. trac. 1. cap. 1. c. 106. col. 3.

Homo ut ad coitum, & generationem pertinet.

Homo, & Sol generant hominem. Aristotel. phy. 2. sum. 5. cap. 2. tex. 26. char. 36.
 Hominibus coitus temporibus omnibus est opportunus, & multis pedestribus, quæ cum homine habitant, & viuunt, vt subibus, canibus, & volucris, quæ sæpe pariunt. Arist. de hist. ani. 5. cap. 8. char. 154.
 Hominis mas stimulat ad coitum magis tempore hiberno, foemina æstiuo. Aristotel. de historia animal. 5. cap. 8. char. 154.

Homo mas vsque ad septuaginta annos potest termino vltimo generare, foemina vsque ad quinquaginta, sed raro; at vt in pluribus mas vsque ad 63. procreare potest: foemina ad 45. Aristoteles de historia animalium quinto. cap. 8. char. 163.
 Homo mas primum semen genitale magna ex parte incipit ferre altero anno peracto bissepio, & pubescere eo tempore incipit, & vox per id tempus in sonum asperiore mutari incipit, quod caprire nominant, & maxime his, qui rem veneream incipiunt agere, accidit. His vero, qui se abstinent, si curam adhibuerint, vox vel longo ætatis suæ tempore seruari absque magna mutatione potest, & mammæ exuberant, & genitale non solum magnitudine, sed etiam specie perficitur, & cum semen emittunt, non solum voluptate, sed etiam dolore afficiuntur. Aristoteles de historia animalium septimo. cap. 1. char. 248.
 Homines à natiuitate prodeunt nonnulli impubes, & infæcundi, propterea quod parte sui genitalis sunt deprauiati, & similiter mulieres impubes creari possunt. Arist. de histor. anima. 7. cap. 1. char. 249.
 Hominis semen infæcundum est vsque ad ter septimum annum. ante prolificum est, sed exigua imperfectaque generant, at iuniores etiam, & mares, & foeminæ generant, vt in cæteris animalibus. Aristoteles de historia animalium. 7. cap. 1. char. 150.
 Homo plurimum animalium omnium emittit semen, comparatione magnitudinis suæ, & inter mares plus emittunt, qui humidiores sunt, nec valde carnos, & candidiores, quam fuscæ. Aristoteles de historia animalium septimo. cap. 2. char. 253.
 Homines mares plurimi ad 60. annum generant, quem si excefferint, ad septuagesimum vsque procedunt. Aristotel. de histor. animal. 7. cap. 6. char. 259.
 Homines multi iuuenes non procreant, seniores incipiunt procreare, aut econtra. Aristoteles de historia animalium. 7. cap. 6. char. 260.
 Homines sunt, qui non nisi foeminam procreant, & mulieres, quæ non nisi marem, & econtra. Aristoteles de histor. animal. 7. cap. 6. char. 260.
 Homines læsi gignuntur ex læsis, vt claudi ex claudis; cæci ex cæcis; & sæpe numero similes in re, quæ præter naturam comitentur, & signa habentes sibi cognata hæc reteraria, vt verrucas, aut næuos, aut cicatrices, at nihil obstat vt integra ex mancis gignantur. Aristot. de histor. animal. 7. cap. 6. char. 260.
 Homines si castrentur pueri existentes, pili post geniti non innascuntur, nec vox immutatur, sed suum seruat acumen: at si iam puber. post geniri desuunt pili, præterquam pubis; hæc enim quamuis minuuntur, tamen manent, sed congeniti non desuunt. Aristoteles de historia animalium. 7. cap. 50. char. 378.
 Homo si alter coitus proxime ab altero accessit, enutrire quod superferat potest, sed si iam aucto conceptu coitus adhibetur, superferari quidem potest, sed raro, quia vterus magna ex parte ad partum vsque se comprimit, sed si superferetur, perfici nequit. Aristot. de generatio. animal. 4. cap. 5. char. 248.
 Homines pilosi libidinosiores, & feminis copiosiores sunt, quam lenes. Aristot. de generatione animalium lib. 4. cap. 5. char. 251.
 Homo plus emittit semen proportionem sui corporis, quæ cætera animalia, quia minus cibū conficit, & omnium animalium maxime humidus natura, & calidus est, quarum rerum altera seminis copiam reddit, altera naturæ vim efficit ad semen creandum, semen enim tale est quamdiu seruatur. Aristoteles problemat. sectio. 4. numer. 7. char. 383.
 Homines non solum soboles procreandi causa, sed rerum etiam, quæ ad vitam spectant; comparandarum causa cohabitant. Aristot. 8. ethicor. nicom. cap. 12. char. 209.

Homines,

Homines, qui quinquagesimum annū quatuor, vel quinque annis excefferint, derelinquere debent in aperto procreandi studium, ac de cætero, vel sanitatis, vel alterius causa cōcubitum facere videri. coitus alterius, quam coniugis penitus sit interdictus. quod si qui deprehendatur contrafacere per tempus procreationis, dignam pro delicto poenam reportet. Arist. politicorum septimo. capit. 16. charta 752.
 Hominem sanæ mentis, non decet vbiūque contigerit, semen exponere, ne de vilibus, & iniquis similes liberis legitimis procreentur, ex quo; & vxor honore suo priuatur, & filijs iniuria sit, & sibi pro his omnibus dedecus incūbit. Arist. œcon. 2. ca. 2. c. 787.
 Homo, ex omnibus, quæ procreantur, & a diuina potestate constituuntur, quæ in generabili corpore ab afinitate, & propinquitate diuinitatis recedit, quam etiam naturam vocamus, præstantissimum, ac nobilissimum existit. Alexander aphro. in secundo de ani. cap. 56. ch. 55. col. 1.
 Hominis materia proxima sunt menses mulieris. Alexander aphro. in sexto metaphysic. vel secundum latin. 7. com. 17. ch. 193. col. 1.
 Homo non statim cum habitu animæ rationalis procreatur, sed facultate, aptitudineque illam recipiendi præditus est. Ioannes grammatic. de gener. anim. l. 2. cap. 3. char. 535. col. 2.
 Hominis in generatione, primum est Sol, & est intelligentia operans, & hominem generari in infinitum est verum per accidens, non per se. Auerr. physic. 5. tex. 13. char. 100. col. 3.
 Homo si generaretur a non semine hominis, diceretur homo æquiuoce cum isto homine, quia cum materia est diuersa, diuersa erit, & forma. Auerr. physicor. 8. cap. 46. char. 176. col. 3.
 Homo si generaretur a terra, vt vermis, tunc aut esset necessarium, aut in maiori parte, aut in minori. Si necessarium, ergo homo non generaretur ab homine omnino. Si in maiori parte, tunc homo generaretur ab homine in minori parte, & si hoc esset casualiter. Si in minori parte, tunc eadem species inueniretur natura, & casu. Auerr. physic. 8. tex. 46. c. 176. col. 3.
 Homines generari habentes pedes equinos non verificatum est apud Aristotelem: nam agens generans in specie non potest præstare ipsi materiæ aliam formam, quam illam, quæ inest in illa specie, quia nulla alia est in sua essentia, nec propria materia huic speciei potest recipere aliam formam. Auerr. de gener. animal. 4. cap. 4. ch. 245. col. 1.
 Homo si solus intellectus est, homo non generat, nisi habens animam sensibilem, & nihil de intellectu, ergo non generat hominem, sed animal imperfectum, quia hominis generatio non includit vltimam formam, nec vltima forma secundum esse est aliquid de homine; quæ omnia sunt valde absurda. Albertus mag. contra Auer. de vnit. intel. cap. 5. c. 82. col. 1.
 Homines multum coeuntes citius senescunt: Alb. mag. de ani. l. 9. trac. 1. ca. 2. c. 85. col. 4.
 Homo multum sperma respectu sui corporis eicit, ideo magis appetit coitum. Albertus mag. de animal. lib. 9. trac. 1. cap. 2. ch. 86. col. 2.
 Homines, qui magis spermatizant, sunt, qui non sunt multum carnos, & pingues. Albertus magnus de anima. lib. 9. trac. 1. ca. 2. ch. 86. col. 2.
 Homines, qui habent virgam enormiter longam, infæcundi sunt, quia sperma euaporat in cursu, & infrigidatur, quia longe distat a suo principio; & qui habent nimis curtam non proiciunt sperma ad locum vnde ipsa matrix fugere possit; ideo carent effectu generationis: qui mediocrem habent virgam, vt plurimum generant. Albertus magnus de anima. lib. 15. tract. 1. cap. 4. char. 127. col. 1.

Homines, & mulieres pingues raro generant; minus quam hi, qui corpora moderata habent, quia superfluum corporum pinguium cito digeritur, & transiit in pinguedinem, quia est valde conuertibile, vt aquosum subtile. Albert. magnus de anima. l. 15. tr. 2. ca. 5. char. 131. col. 3.
 Homo in coitu maiorem sentit delectationem, quam cætera omnia animalia. Albertus magnus de ani. lib. 22. trac. 1. cap. 1. c. 173. col. 1.
 Hominis generatio non solum se habet ad generationem aliorum, vt perfectum, sed est maioris compositionis omnibus alijs generationibus, & in ipsis generatibus singulare habet nihil alijs conueniens, quia solus homo inter bipeda generat sibi simile. Albertus mag. de anima. l. 5. trac. 1. ca. 1. ch. 51. col. 4.
 Homo coit omni tempore, & maxime in hyeme coire cupit, quia clausi sunt pori ex frigore, & interius excitatur calor: in ætate vero propter porosam carnem euaporat humidum, & calidum, quæ sunt principia coitus. Albertus magnus de animalibus. lib. 5. tract. 1. capit. 2. ch. 53. col. 2.
 Homo masculus circa triginta annos habens semen perfecte maturum potest generare vsque ad septuaginta annos, & raro in valentioribus extenditur vsque ad octuaginta, sed post hoc est labor, & dolor, nec est aliqua virtus generationis, quamuis coeat. Alb. mag. de anima. l. 5. trac. 2. ca. 1. ch. 54. col. 4.
 Homines mulier parit, & concipit vsque ad ætatem annorum quinquaginta, sed raro: viri enim vsque ad 65. annos validi sunt, vt sæpe mulieres vsque ad 45. Albertus magnus de animalibus. lib. 5. trac. 1. cap. 1. charta 54. columna 4.
 Homo surgens & exponens se frigori fortius mouetur ad libidinem accedens ad mulierem, quam ille, qui in calore iacuit iuxta mulierem, quia calor coitus a frigiditate restringitur. Albertus magnus de anima. lib. 6. trac. 1. cap. 3. ch. 57. col. 2.
 Homo vt in pluribus incipit generare post quatuordecim annos, cuius signum est, quod tunc incipiunt pili oriri in pectine, & sperma ex ipso exire. Alb. mag. de ani. l. 9. trac. 1. ca. 1. c. 85. col. 1.
 Homines & mulieres pubescentes si moderato coitu vtuntur, velocius corpora eorum incrementum accipiunt, si in corpore multas habent & grossas humiditates: at si contra non habent multas humiditates, ex vsu coitus tempore illo corpora torpescunt, & marcescunt. Alb. mag. de ani. l. 9. trac. 1. ca. 1. c. 85. col. 3.
 Homo vnus quantum ad potentiam generandi multas mulieres valeat implere, sed vt natura animal domesticum est, viri vna vnus est secundum naturam, & non facit ad vnitatem domus plures habere, sed potius ad diuisionem: nam indiuiduitas vitæ ad plures non se extendere potest. Albertus magnus ethicor. 8. tra. 3. cap. 8. c. 97. col. 2.
 Hominis causa remota Sol, propinqua homo. Alexander, de ales in 5. metaph. tex. 3. c. 106. col. 3.
 Homo creatus & generatus sunt idem specie, iuxta fidei positionem. Alexander, de ales in 7. metaph. tex. 23. char. 208. col. 3.
 Homo particularis generat mulierem, quasi per accidens, quia est præter naturæ particularis intentionem. Alexander, de ales in septimo metaphysico. tex. 30. char. 215. columna 4.
Hominis contemplatio quoad mores virtutem, & perfectionem pertinet.

Hominis & mulieris mores, vt sunt ipsa perfectissima in natura, sic conspectiores in eo ipso continentur, ita vt mulier, & misericors magis, & ad lacrymas propensior quæ vir sit, inuida magis, querula, map p ledicem-

ledicentior, & mordacior, anxia, & desperans magis, quam mas, atque imprudentior, & mendacior, & facilius decipi, meminisseque aptior: ad hac vigilatior, fegnior, immobilior, & minus cibi desiderans, mas vero iuuantior, & fortior. Aristoteles de historia animalium 9. capit. i. chart. 315.

Homines feri nonnunquam cernuntur. Aristotel. problematum, sec. 10. num. 44. chart. 440.

Homines trepidantes magis, quam vinolenti hærent lingua, quia affectus hic similis generi stuporis, quæ apoplexiam vocamus, parti interiori cuiuspiam tribuendus est, quam partem mouere nequeant impedimentum propter suam refrigerationem. Vinum igitur, quod sua natura calidum est, refrigerationem tollit, trepidatio facit. Est enim trepidatio metus quidam; metus autem refrigeratio est. Aristoteles problematum sec. 11. nume. 36. chart. 463.

Homines cur in oratio potius exemplis, & fabulis gaudent, quam commentis? quia & dicunt, & celeriter discunt: atqui facilius discitur per exempla, & fabulas, sunt enim quæ explorata habeantur, & particularia sint: attractio commentandi ex vniuersalibus demonstratio est, quæ minus quam particularia nouimus. Ad hæc ijs credere magis solemus, quæ plurimum testimonio confirmantur, exempla autem, & fabulæ testimoniorum speciem gerunt, & cum exemplum, & fabulæ rem veri similem doceant, ideo vniuersique ea libentius discunt. Ari. prob. sec. 18. nu. 3. ch. 508.

Homines, qui claruerunt ingenio, vel in studijs philosophiæ, vel in republica administranda, vel in carmine pangendo, vel in artibus exercendis melancholicos fuisse videmus, & alios, ita, vt etiam vitijs atræ bilis infescentur. Arist. probl. sec. 30. nu. 1. char. 615.

Homines melancholici varii, inæqualesque sunt, quia vis atræ bilis, varia, & inæqualis est, quippe quæ vehementer tum calida, tum frigida reddi potest, & quia vim eandem obtinet morum intruendorum. Et ideo vt vinum variis reddit, fluctuosum enim vtrunque est, & vinum, & atræ bilis, cūque ratio sit, vt huius inæqualis ordinis portio aliqua temperata haberi debeat, fluctusque modo quodam acquiratur integre, habitusque respondere frigidior, calidiorque possit ob exuperantiam qualitatis: hinc efficitur porro, vt melancholici non per morbum, sed per naturam sint ingenio singulari. Arist. probl. sec. 30. nu. 1. ch. 623.

Homo cur omnium animalium prudentissimus est? vel quia capite minimo est ad sui corporis proportionem, an quia varie minimo est, ob id enim ipsum capitis quoque minutio accidit, & inter homines ipsos, qui minori sunt capite, prudentiores nascuntur, quæ qui sunt grandiori. Aristoteles problematum, sec. 30. nu. tertio, chart. 623.

Homines in nullis operationibus, vt in operationibus secundum virtutem firmitas est, hæc quidem stabiliores et scientiis videtur, atque ex his ipsis stabiliores, quæ præstantiores, eo quod beati in his maxime, & assidue viuere cōsueuerunt, & hoc simile cause est, quod in ipsis obliuio nulla contingat. Aristot. pri. ethic. cap. 10. chart. 22.

Homines in auaritia peccant magis, quam in prodigalitate. Arist. 4. ethicor. nicom. cap. 1. ch. 86.

Homo malus millies plura mala, quam bestia perpetraret. Arist. 7. ethic. nicom. cap. 6. char. 172.

Homo solus dicitur temperans, Aristotel. magn. mor. pri. cap. 20. chart. 299.

Homines primo pauca appetunt, quæ cum fuerint consecuti, maiora desiderant, & sic infinita est cupiditatis natura. Arist. polit. 2. cap. 6. chart. 533.

Homines nihil melius esse existimauit Homerus, quæ si concordii voluntate vir, & vxor domum gubernant, quæ scilicet animo, & prudentia iuste coniun-

cta est. Aristot. econom. 2. cap. 3. char. 179.

Homines perfectio sit maxime per doctrinam. Ale. aph. in 3. natur. quæstio. cap. 2. char. 11.

Homines finis est studiosum hominem factum iri, ac virtutes habere. Alexander aphrod. in quarto natur. quæst. cap. decimo char. 18.

Homo melior est homine, qui virtutibus præditus est eo, qui sine his est. Alexander aphrod. in quarto natur. quæstio. capit. decimo ch. 18.

Homines esse est in viuendo, & secundum rationalem animam operando. Alexander aphrod. in quarto natur. quæstio. cap. 25. char. 21.

Homines virtus est prudentia, quæ est scientia agendorum, & non agendorum. Alexand. aphrod. de fato. capit. decimonono. ch. 29.

Homo malus esse videtur, qui profusus virtute priuatus est. Ale. aphr. in 4. metaphy. vel secundum latin. 5. ca. 36. ch. 161. colum. 2.

Homines perfectio est vitam ex prudentia ratione agere. Am. in Porph. ch. 1. colum. 2.

Homo, qui vult, quæ non potest habere, fatuus est. Am. in præd. char. 90.

Homo dicitur *ὑπερσοφός*, quia articulatim profert vocem, vel quia sublime os habet, & dicitur, *ἁρπός*, quia est mortalis, & *μυροφός*, quia habet vocem. Ammon. in li. de interpret. char. 21.

Homines res digna est, ne a mente verba dissentiat. The. in 1. de anim. cap. 21. te. 45. c. 65. col. 2.

Homines ratione præditi est causæ eorum, quæ agit scire, & optime reddere posse. Eust. ethi. 1. c. 4. c. 94.

Homines finis est, vt probus efficiatur; ac virtute præditus sit. Eust. 5. ethi. cap. 10. c. 261.

Homo virtutis possessionis causa est, non virtutes hominis causa sunt. Eust. 5. ethi. cap. 10. ch. 261.

Homo virtutibus præditus longe melior est eo, qui virtutibus caret. Eust. 5. ethi. c. 10. char. 261.

Homines libidinosiores sunt, qui pilosi sunt. Auerro. de gene. anim. 4. cap. 6. char. 146. col. 3.

Homines in infantia, & iuuentute augentur in virili ætate est status, in senectute virtutis sit diminutio, non tamen diminuitur substantia. Albert. magn. in 8. phy. tract. 2. cap. 1. char. 95. colum. 1.

Hominem posuit natura, vt regula veritatis, in quo summa intellectus humani perfectio demonstratur. Alb. mag. 3. de ani. tra. 2. cap. 3. c. 36. col. 3.

Homini nihil dat esse, nisi solus intellectus. Alb. mag. de mor. & vit. tract. 1. c. 2. c. 58. col. 4.

Homo in primo gradu accipit, & participat virtutes: in secundo pigmeus: in tertio simiarum genus. Albertus mag. de anim. lib. 21. cap. 2. c. 170. col. 2.

Homo non perficitur in philosophia, nisi ex scientia duarum philosophiarum Aristotelis, & Platonis. Albert. mag. in 1. metaphy. tra. 5. c. 16. c. 74. col. 1.

Homo ad bonum hominis tripliciter ordinatur, & disponitur, scilicet secundum rationem regentem, & secundum effectum consequentem, & virtus, quæ est dispositio affectus ad bonum hominis duplex est, alia est ordinans, alia est in ordine tenens, & illa, quæ est ordinans, est circa passionem delectationum, & tristitiarum, & hæc proprie vocatur moralis, de qua in secundo, tertio, quarto, & quinto agitur. Illa autem, quæ est tenens ne affectus abducantur a meta mentis, heroica vocatur, de qua in septimo, octauo, & nono. Felicitas vero, vel est contemplatiua, de qua in decimo libro, vel actiua, de qua in primo libro agitur. Albertus magnus ethicorum prim. tractat. 1. ca. quinto char. 3. colum. 2.

Homines solum inest vniuersalis prudentia, cæteris vero animalibus particularis solum. Diuus Thom. de sen. & sen. lect. 2. char. 3. col. 1.

Homo si adeo perspicaci intellectu esset, vt per se conclusiones

fiones elicere posset, non indigeret docente. D. Tho. in 2. de ani. l. 1. tex. 58. c. 32. col. 3.

Homines sunt prauis, quia fugiant tristitias inordinate, & sequuntur delectationes. Diuus Thomas 2. ethic. 1. 3. tex. 24. colum. 4.

Homines honestati non parum est, an ludendo turpia, vel honesta dicat. D. Th. ethic. 4. l. 1. c. 76. col. 4.

Homines bestiales non dicuntur simpliciter continentes, vel incontinentes. D. Th. ethic. 7. l. 5. c. 121. col. 2.

Homines rationis virtute rationabili iure reguntur, & in literis exercentur. Diuus Thomas pri. polit. l. pri. char. 2. colum. 3.

Homines considerationes, quæ pertinent ad membra, & motum.

Homo habet partes suas ita dispositas, ut in eo sit superius, inferius, prius, & posterius, dextrum & sinistrum. Arist. de hist. ani. 1. ca. 15. ch. 25.

Homines partes superiores, & inferiores maxime omnium animalium habent, & ad situm orbis vniuersi dispositas, & similiter de dextris, sinistris, anterioribus, & posterioribus; caput superiorem obtinet situm, corporis sui ratione. Aristoteles de hist. anim. prim. cap. 15. char. 27.

Homines partes interiores, & incertæ, & incognitæ sunt in homine: ideo ad cæterorum animalium partes, quarum similes sunt humanæ, referentes eas contemplari debemus. Aristoteles de hist. animalium pri. capit. 16. charta 28.

Homo solus ambidexter nascitur. Arist. de hist. anim. 2. cap. primo. char. 37.

Homo inflexum membrorum suorum eodem e contrario agit, quippe qui brachia retrorsum flectat, quamquam ita vt paululum vergant in latera exteriora; crura ante contrahat recte. Aristoteles de historia animal. secundo. cap. 1. char. 38.

Homo paucissimis, & exiguis integitur pilis, nisi in capite, qua quidem parte hirsutissimus omnium est. Arist. de hist. ani. 2. cap. 1. ch. 39.

Homo habet cilium in vtraque palpebra, & alæ oppletæ pilis, & pubes, quod cæteris abest; carent enim cilio palpebræ inferiores, sed paulo inferius pilis rari nonnullis exeunt. Aristoteles de historia animalium secundo. cap. 1. char. 39.

Homo solus pedes carnosos habet. Aristoteles de hist. anim. 2. cap. 1. char. 41.

Homo nullam fere sui corporis partem tam carnosam habet, quam nates, femora, tibias, quam furas vocamus, non nisi fennis copia partem tibiæ posteriorem complentur. Aristoteles de historia animal. secundo, capit. 1. char. 41.

Homo cum ad ætatem iustam peruenit, partem superiorem minorem habet, quam inferiorem, contra atque cætera animalia: partem vero superiorem intelligi volo, quantum de capite ad eam pertendit partem, qua exitus patet excrementis: inferiorem autem quantum ab ea ipsa subsequitur reliquum corporis. Arist. de hist. ani. 2. cap. 1. char. 44.

Homo priusquam adultior sit partem superiorem corporis habet maiorem, quam inferiorem: & quo per ætatem amplius augetur, e contra euenit, vt inferiora sint superioribus longiora. Aristoteles de hist. ani. secundo. cap. 1. char. 44.

Homini sanguis tenuissimus, ac mundissimus est; tauro, & asino inter ea, quæ animal generant crassissimus, & nigerrimus: & parte inferiore crassior, quam superiore. Aristoteles de historia animalium tertio, capit. 19. char. 98.

Homines semini anno bisseptimo exurgunt vbera, & menstrua erumpunt, & sanguis qui exit est quasi san-

guis recenter occisi animalis: & quæ alba dicuntur, ad modum pellis eueniunt, & magis si cibo humidiori vtuntur, hæc corporis incrementum impediunt, & puellam extenuant. Aristot. de hist. animalium 7. cap. 1. char. 249.

Homo frequentius conuictet, quia natura cutem tenuissimam habet, & palpebra cute constat. Arist. de part. anim. 2. cap. 13. char. 453.

Homo solus cilium in vtraque palpebra habet; quadrupedum enim generi pilis non parte supina, sed potius parte prona habentur: homo e contra, parte potius supina, quam prona. Aristoteles de partibus animal. 2. cap. 14. char. 455.

Homo omnium animalium piloso maxime capite est, tum propter necessitatem, tum etiam propter cerebri humiditatem, & caluæ commissuras, & ob adiumentum, vt frequentia capillorum defendatur a nimio frigore, & calore. Aristoteles de partibus anim. secundo. capit. 14. char. 456.

Homo omnium animalium maxime habet partem sinistram refrigeratam. Aristoteles de partibus animalium 3. cap. 4. char. 477.

Homo solus titillatur, & propter cutis tenuitatem, & quia solus ridet. Arist. de part. ani. 3. ca. 10. c. 495.

Homo solus omnium animalium erectus est, quoniam eius natura, & substantia diuina est, & diuini officium est intelligere, & sapere, quod non facile esset si vasta corporis moles alliceret: pondus enim tardiorē reddit, & mentem, & sensum communem, quam obrem concreione, & pondere grauiore opprimente corpora vergere in terram necesse est. Arist. de partibus anim. 4. cap. 10. char. 531.

Homines profectu ætatis pars inferior augetur: quadrupedibus e contra, inferior primo maxime est, tunc processu temporis superior crescit, quæ scilicet ab ano ad caput porrecta est; & solipeda, & bifida ita se habent. Arist. de part. ani. 4. ca. 10. ch. 532.

Homo manus habet, quia prudentissimus est. Aristot. de partibus anim. 4. cap. 10. ch. 533.

Homines valde proceri gradiuntur incurui, & dextro humero in priorem partem vergente, sinistra coxa ad posteriorem magis recedit, & medium est concauum, & incuruum. Aristoteles de animalium incessu, cap. quinto. char. 568.

Homo solus inter animalia erectus existens, crura habet ad supernas corporis partes, ex pedestribus maxima, & firmissima. Arist. de ani. inces. cap. 9. ch. 575.

Homo brachia ad concauum flectit, crura vero ad curuum, & semper membra in hominibus commutatim se habent, contrariolque; habent inflexus, vt cubitus ad concauum, manus carpus ad curuum, & humerus ad curuum. Et in curibus femur ad concauum, genu ad curuum, pes ad concauum, & superiora membra ad inferiora e contrario modo; humerus ad curuum, femur ad concauum, cubitus ad concauum, genu ad curuum, pes ad concauum, & manus ad curuum. Arist. de ani. inces. cap. 11. char. 579.

Homo pro magnitudine suapte natura tenuissimam præ cæteris animalibus habet cutem. Arist. de gener. ani. 5. cap. 2. char. 221.

Homo caluescit parte priore, quia ibi est cerebrum, & solus, quia maximum, & humidissimum habet cerebrum. Arist. de gen. ani. 5. ca. 3. ch. 277.

Homo dentibus carens venit in lucem, nisi quid præter naturam intercesserit. Aristoteles de gener. animal. 2. cap. 4. char. 175.

Homines cur nana statura proueniunt, vel cur in animalium genere, alia paruo, alia magno consistant corpore? causa duplex est: aut enim locus, aut alimentum id facit: locus, si angustus est: alimentum, si exiguum; quod etiam partu edito fit, vt qui catellos in

caueolis occlusos educant. Quibus itaque locus cau-
sæ est, hi vt pomilionis redduntur; sunt enim latitu-
dine, & profunditate pro magnitudine suorum par-
tum, breues tamen omnino, quia rectæ lineæ in adun-
cas se flectunt. At qui propter alimenti inopiam per-
fici non potuerint, hi puerilibus constant membris.
Arist. proble. sec. 10. nu. 14. ch. 429.

Hominis prior pars pilosior est, quam posterior; quadru-
pedum e contra, quia partes infirmiores natura inte-
gere semper potius cõsuevit: quadripedum infirmio-
res sunt partes posteriores, hominum priores. Arist.
proble. sec. 10. nu. 52. c. 443.

Hominum caput pilosius est, quam reliquum corpus,
nec ex proportione pilosum est, ceterorum animalium
contra, quæ cetera in dentes, vel in cornua, vel in se-
tam, alimenti copia vertunt. Aristot. problematum
sect. 10. num. 61. char. 467.

Homines, qui constant corpore immodico cur maiores
videntur, cum appositi modicis inspiciantur? quia res
modica vnum est, immodica vero multa. pro sui ratio-
ne ostendit, & merito magis tum esse apparet. cum-
spectantur ad id, quod simplex est, atque vnum. Arist.
proble. sec. 17. nu. 1. c. 105.

Homines a canitie temporum cur Homerus παλιερωτά-
τους cognominauit? quia ea maxime parte capitis can-
ities oritur, quia pars capitis prior humidior, quam
posterior, & pituitosior est. Alex. aphrod. problem. 1.
num. 1. char. 665.

Homo ad olfaciendum natus, & quæcunque reliqua re-
spiratiua sunt, quando non inspirant, vel respirant, vel
retinent spiritum, non olfaciunt. Simpl. in 2. de anima
text. 120. c. 42. col. 1.

Homo mouetur in ante ob notas dextri, & sinistri, sum-
mi, & imi, non quod notis in ante, & retro moueatur,
Mich. ephes. de ani. inces. c. 57. col. 2.

Homo in eleuatione curui in poplite inflectitur.
Mich. ephes. de animal. inces. char. 60. col. 1.

Hominis caro inter omnia animalia melioris tactus est,
& maxime caro palmæ manus, & maxime caro indi-
cis. Auer. de sen. & sen. char. 192. col. 1.

Hominis membra, alia sunt formalia habentia, & conti-
nentia materiam, quæ sunt dissimila ad actum ani-
mæ, vel virtutis animæ ordinata, quæ etiam organa ap-
pellant, vt caput, oculus, auris, manus, & pes. Alia sunt
materialia debilitate recipientia formam, & sunt actus
vitæ, & animæ, vel sensus tantum participantes ad nul-
lum officium ordinata, vt caro, adeps, & pinguedo.
Alia sunt media inter materialia, & formalia, quæ sũt
triplicia: alia propinqua formæ, vt nerui, arteriæ, &
panniculi; alia propinque materiæ, vt os, & cartilago;
alia sunt pæreque distantia inter formam, & materiã,
vt muscoli. Alber. mag. in 1. de gen. & cor. trac. 3. cap.
8. char. 65. colum. 2.

Homo solus inter animalia nota tibias carnosas habet,
Alb. mag. de ani. lib. 2. tr. 1. tap. 2. ch. 30. col. 1.

Homo in quartodecimo anno incipit mutare vocem, cu-
ius causa est, quoniam in vocali arteria, & in musculis
epiglottis, & in ipsa epiglote est principium maturatio-
nis, & est ante maturatiõis perfectiõnem; & ideo quæ-
dam partes sunt maturæ, quædam non; & quædã hu-
mido subtili destitutæ, quia in spermate descendit; &
aliæ humido illo adhuc sunt infusæ, ideo nõ sunt con-
sonæ partes illæ in voce. Alb. mag. de ani. lib. 9. trac. 1.
cap. 1. ch. 85. colum. 2.

Homo inter omnia animalia habet cerebrum maius iux-
ta quantitatem sui corporis. D. Tho. de sen. & sens.
sec. 9. char. 10. col. 4.

Homo è quibus constat, & vnde dicitur.

Homines dicuntur veri, sensu, opinione, scientia, &
intellectu. Alex. aphr. in 1. de ani. ca. 20. c. 38. col. 2.

Homo est homo propter animam. Alexand. aphrod. de
ani. li. 1. ca. 1. ch. 30. col. 1.

Homo ex animo & corpore constat. Ammon. in Porph.
char. 1. colum. 3.

Hominis proprie animus, & intellectus sunt. Themist.
in 3. de anim. cap. 27. tex. 17. char. 85. col. 3.

Homo quia ex animo, & corpore constat, ideo artes in-
ueniri necesse fuit, quæ bonam, & naturalem constitu-
tionem, vel præsentem conseruare, vel amissam reuo-
care homines possent. Eust. 1. ethic. ch. 2.

Homines sunt trium specierum: quidam semper præeli-
gunt præstantius duorum oppositorum, & hi sunt sa-
pientes. quidam æqualiter bonum, & malum, & hi sunt
naturaliter dialectici; & quidam oppositorum deterius,
& hi sunt naturaliter sophistæ; & quidam ipsorum
sunt, qui amant eis esse secundum hanc artem syllo-
gismos idoneos interrogationibus vulgaribus, de qui-
bus difficile est eloqui in constructione, vel destructio-
ne, & hæc sunt trium specierum: quarum vna est, quod
fiat de ijs, de quibus vulgus gloriatur considerare, &
difficile fiat mutuo de illis interloqui, quia ad alterum
oppositorum inclinatur vulgus pro maiori parte. Secun-
da quid sit pro maiori parte vulgi inclinatio ad alte-
rum duorum oppositorum. Tertia est species rerum,
quibus adipisceretur vir quispiam nefas apud vulgus,
de vtrovis duorum oppositorum respondeat. Auerr.
in 8. top. cap. 4. c. 320.

Homo demonstratus non diuiditur in plures partes, qua-
rum vnaquæque sit homo. Auerr. in 5. metaphysic.
tex. co. 11. ch. 53.

Homo communis proportionaliter componitur ex ma-
teria, & forma, quãuis vere sit forma tantum, quia aliter
non esset communis. Alb. mag. in præd. c. 22. col. 4.

Homo est id, quod est compositum ex tali corpore, quod est phy-
sicum, organicum, ad potentiam vitæ hois; & ex anima, quæ
est intellectiua, & principium, & causa huius vitæ. Al-
ber. mag. in 3. metaph. trac. 2. ca. 4. c. 79. col. 4.

Hominem ex contrarijs compositum non inconueniens
est esse secundum naturam humilem in vno, & magnam
in alio. Alb. mag. ethic. 4. tra. 2. ca. 2. c. 52. col. 1.

Homo dicitur aliquid compositum ex anima, & corpore,
non autem ex hac anima, & hoc corpore. D. Tho. 7.
metaph. lec. 10. tex. 35. c. 499.

Homo nõ est homo, quia habet carnem, & ossa: sed quia
habet animam rationalem, carnem, & ossa. D. Thom.
7. metaph. l. 11. tex. 41. ch. 511.

Homo potest dici extraneus ad aliquem, vel simpliciter,
vt qui deficit ratione, secundum quam homo dicitur;
vel quo ad aliquem, qui eum non communicat. Di-
uus Tho. in 1. pol. l. 1. ch. 2. col. 3.

Homo componitur ex corpore, vt ex materia, & ex ani-
ma, vt ex forma. D. Th. 7. pol. l. 1. ch. 190. col. 4.

Hois considerationes ad sensum, & vitam pertinentes.

Homines in passionibus positus, facile circa sensus deci-
piuntur. ideo ægrotantes animalia quandoque vident
in parietibus a modica similitudine linearum compo-
situm, & hoc accidit, quia non per eandem poten-
tiam iudicat, quæ princeps est, & in qua phantasmata
sunt. Arist. de som. cap. 2. c. 65.

Homo pro magnitudine minime fere omnium animalium
procul sentiri potest, cum tamen differentiarum sen-
sus maxime omnium sentire valeat, quia sensorium
sincerum habet. Arist. de gen. ani. 5. ca. 2. c. 271.

Hominum maxima pars a terra viuit, & a fructibus non
syluestribus. Arist. pol. 1. ca. 5. ch. 500.

Homines æstum non ita tolerant, vt cetera animalia,
quia tactum excellentem habent. Alex. aphr. de sens.
& sens. ex sec. 3. co. 28. c. 14. col. 2.

Homo per se sentit tempus, cetera ex accidenti, vt quæ
non

non proprie temporis sensum habeant, sed motionis,
& passionis eius, quam tempore aliquo acceperunt.
Them. in 2. de ani. cap. 61. tex. 49. c. 90. col. 1.

Homo duabus de causis inspirat, primo propter refrige-
rationem cordis: secundo propter vsum odorandi. Al-
ber. mag. de sen. & sen. tr. 2. ca. 12. c. 15. col. 4.

Homo perfectissimum tactum, ac certissimum habet, in-
ter cetera animalia. Alber. mag. de animal. l. 2. tract. 1.
cap. 1. c. 269. col. 3.

Homo odorat penus, quam alia perfecta animalia, quia
cum odor fiat ex calido, & sicco, & homo habeat cere-
brum, in cuius vicinis positum est instrumentum olfa-
ctus, maius omnibus alijs animalibus secundum pro-
portionem sui corporis, & cerebrum sit frigidum, &
humidum, impeditur olfactus vis, quæ in calido, &
sicco est. Diuus Thom. in secundo de animal. l. 19. tex.
91. char. 40. colum. 2.

Homines ingeniosi, vel inepti ex sensu tactus facile co-
gnoscuntur, si scilicet habeant bonum tactum, inge-
niosi sunt, si malum, contra; & carne molles bonum
tactum habent. Diuus Thomas in 2. de animal. l. 9.
tex. 94. char. 40. col. 3.

*Hominis habitatio, quæ magis temperata, &
in qua magis viuitur.*

Homines apud Septentrionem commorantes fortes
sunt, & pilos duos habent, qui apud Meridiem, con-
tra. Arist. phys. cap. 4. ch. 337.

Homines, qui frigidam incolunt regiones, & per Europam,
animo abundant, ingenij, & artificij parum habent,
ideo in libertate magis perseuerant, disciplinam vero
reipublicæ difficulter recipiunt, ac finitimis dominari
non possunt. Arist. pol. 7. ca. 7. c. 727.

Homines, qui Asiam incolunt, ingenio, & arte abundant,
sed animositatem non habent, propter quod, & pare-
re dominantibus, & seruire perseuerant. Arist. polit. 7.
capit. 7. char. 728.

Homines in Græcia demorantes, & ingenio, & arte, &
animo abundant, ex quo fit, vt in libertate degant, &
disciplinam reipublicæ optime recipiant, & vnius rei-
publicæ sortiti constitutionem imperare omnibus pos-
sunt. Arist. pol. 7. ca. 7. c. 728.

Homines, qui degunt in calidioribus locis (vt ait Aristo-
teles) longioris vitæ sunt, cui opinioni ab omnibus
Peripateticis contradicitur: quoniam aer calidæ regio-
nis est calidus, & educit calorem naturalem continue,
& aperit, & leuat corpus. Calor autem eductus edu-
cit secum humidum, & sic putredinem inducit, exsic-
cationem, & mortem: ideo locus frigidus, & siccus
sanior est, & longioris vitæ sunt in eo homines, quam
in loco calido, siue siccus, siue humidus sit, sed qui
vult Aristotelis opinionem tueri, temperatum per ca-
lidum intelligere debet. Albertus magnus de mor. &
vit. trac. 2. cap. 59. col. 3.

Homines loca naturalia secundum contraria climata mu-
tantes infirmantur propter loci inconnaturalitatem,
& cum redeunt ad loca natia, recipiunt sanitatem.
Albertus magnus de natur. locor. distinct. 1. capit. 2.
char. 93. col. 2.

Homines nati in locis lapidosis, planis, frigidis, & siccis,
fortissimi sunt, & ossa in membris, iuncturas valde ope-
ratas habentes, proceri corpore, diligentes bellum, du-
rantes in bello, & morum indomabilem sunt. Alber.
mag. de nat. locor. dist. 2. ca. 4. c. 100. col. 3.

Homines nati in locis humidis, & frigidis, sunt pulchra-
rum facierum, iuncturas valde occultas habentes, pin-
gues, non multum longi; & laxatur frequenter veter-
eorum; sunt audaces propter fumum multum cordis,
sed cito laxantur in calore; albi, vel flaui sunt in colo-
re, & in concupiscentijs fornicarum prouisi. Albertus

magnus de nat. locor. dist. 2. ca. 4. c. 100. col. 3.

Homines habitantes in locis calidis, & siccis sunt propor-
tionati in calore, & siccitate. Albert. magn. de nat. lo-
cor. dist. 2. cap. 4. c. 100. col. 3.

Homines habitantes in montibus frequenter habent no-
dosa, & strumosa colla, & guttura propter aquam in
eis talem phlegmaticam superfluitatem generantem.
Alber. mag. de nat. locor. dist. 3. ca. 4. c. 100. col. 3.

Homines habitantes in loco detecto ad orientem, & qui re-
ctius ad alias partes, optime habitant, nisi fuerint mul-
tum aquilonares, vel meridionales, quia super eos ori-
tur statim Sol, & mouet ventum purum super eos, &
radij Solis temperant frigus eorum, & subtiliant aerem;
ideo fenestras magnas habere debent domus eorum
versus orientem, & eas summo mane aperire, quod eõ
tra accidit habitantibus versus occidentem. Alber. mag.
de nat. locor. dist. 2. cap. 4. char. 100. col. 3.

Homines habitantes ad meridiem, & non ad alias mun-
di plagas, male habitant propter ventum turbulen-
tum, calidum, humidum, pestilentem: & quia pori a-
perti sunt propter calorem meridianum, vt debet ve-
stituti tali, ne ventus penetret ad medullas eorum, & ob-
struendæ sunt eorum domus forti obstructione. Alb.
mag. de nat. locor. dist. 2. ca. 4. c. 100. col. 4.

Homines habitantes ad Aquilonem, & non ad alias mun-
di plagas, sunt duræ carnis, & glandulosæ, & sperma-
torum sunt efficacia valde ad filiorum generatio-
nem, & corpora eorum medicinæ fortes, & sciamonea
non relaxant, eo quod in corpora eorum penetrare
non possunt. Idem de animalibus alijs dicendum. Al-
ber. mag. de nat. locor. dist. 2. ca. 4. c. 100. col. 4.

Homines in loco magis temperato sunt, qui sunt sub æquino-
ctiali directe, nisi forte mare impediatur, quod nunc nõ est
timendum: experientia. nos docuit id, in quo tot sapien-
tissimi viri, hallucinabatur. secundo qui sub quarto cli-
mate. Alb. mag. de ani. l. 12. tr. 1. ca. 2. c. 101. col. 4.

Homo vt somniat, & quæ ad sanitatem pertinent.

Homo maxime animalium omnium somniat: & an-
no circiter quarto, & quinto plurimum visa incipiunt
pueris. Arist. de hist. ani. 4. ca. 10. char. 148.

Homines salua plurimis moribus venenosis aduersa-
tur. Arist. de hist. ani. 8. cap. 29. ch. 311.

Homo patitur grauedinem capitis a carbonum fumo, &
corrumpuntur sæpe, & a virtute sulphuris. Aristot. de
sen. & sens. ca. 15. char. 23.

Homine cum sano, qui moram traxerit, nihilo reddi
integriori corpore potest, nec ille, qui cum pulchri-
ori versatur: iusto autem, ac temperato, qui se iunxe-
rit, ac bono, melior euadit: quia bona corporis ani-
mo imitari non possumus, bona animi possumus; est
autem quisque bonus virtute animi, sanus virtute
corporis. Assuecit igitur exemplo melioris recte
modo lætari, modo contristari, quod is assuescere
nequit, qui cum sano est, haud enim quisque sanus
in eo est, vt lætetur quibus rebus lætandum, tristetur
quibus tristandum sit, nihil enim ex his fanita-
tem creare potest. Aristoteles prob. em. sect. 29. nu-
me. 10. char. 610.

Homines balneo, & poculo immodice qui vtuntur im-
becilliores redduntur; at si per frugalitatem modice
sefe refecerunt, robusti efficaciores euadunt. Alexan-
d. aphrod. proble. nu. 7. char. 667.

Homines cur morbis ab dipsade, & ob id siti intolerabi-
li detentis theriacæ, quæ calida & sicca est, sitim epo-
ta extinguit, & non auget: censendum non sui habi-
tus ratione id fieri, sed auxilio quod membris offensis
affert. Alex. aphr. probl. l. nu. 152. c. 723.

Homium malæ cur rubeant quorum pulmo inflama-
tione laborat? quia sanguis cum in pulmone ebullit, va-
porem

porem sibi similem emittit: quod enim oritur, similitudine suæ originis præfert; & cū vapor ad malas se extulit, consistit, & per cutis tenuitatem, vt per vitrum, colorem suum ostendit. Alexand. aphrod. probl. num. 4. char. 725.

Hominus natu maiores cur vinosi esse consueverunt? quia per ætatem refrigerati calorem desiderant, vinum autem calorificum est. Alexand. aphrod. probl. 2. num. 130. c. 774.

Homo in somno comprehendit futura, non in vigilia. Auerr. de som. & vig. cap. 1. ch. 201.

Homo ex insomnijs non comprehendit, nisi id, quod est proprium suo tempore, loco, corpori: & alijs particularibus, quia necesse est, vt habeat alteram duorum modorum cognitionis, quæ antecedit fidem, scilicet cognitionem præparantem, & cognitionem imaginatio nis imaginem formantem, & non potest cognitionē istam acquirere, nisi in inditiduis, quæ iam præcuiuit, & maxime ea circa quæ habuit magnam sollicitudinem, & hanc fidem necesse est, vt antecedit cognitio præparans. Auerr. de som. c. 202. col. 3.

Homo debet se conseruare inier somnum, & vigiliam, quia si plus declinauerit ad vigiliam, debilitabitur, & confumentur spiritus, & virtutes, si ad somnum, malis humoribus, & grossis replebuntur organa sensuū, & grossus fiet spiritus, & per consequens hebes efficietur. Albertus magnus de som. & vig. l. 1. tract. 2. cap. 4. char. 29.

Homo solus vere somniat, & videt alias visiones. Alber. mag. de som. & vig. l. 5. tr. 1. ca. 11. c. 38. col. 3.

Hominis saliuæ ieiuni linita sanat apostemata, delet maculas, siue cicatrices, & (quod mirabile est) sagitta si intingatur, vel ensis, ore ieiuni, & ex illa madida sagitta aliquis vulneretur, intoxicatur, & si saliuæ cadit in os scorpionis, vel alterius venenati animalis, ita quæ ad interiora penetret, interficit ipsum animal. Albert. mag. de ani. l. 2. tract. 1. ca. 5. c. 173. col. 4.

Homines robustos facit multitudo spiritus naturalis, & sanguinis, & per consequens caliditatis, & multitudo caliditatis animosus, quia calidum est maxime actiuum. D. Th. 7. polit. l. 5. c. 108. col. 1.

Homo vt finis omnium, quæ facta sunt.

Homines quodammodo sunt finis omnium, quæ sunt, propter nos enim sunt. Aristot. phys. 2. su. 2. cap. 2. tex. 24. char. 35.

Hominum causa omnia fecit natura. Aristoteles polit. 1. cap. 5. char. 541.

Hominis gratia cætera omnia facta sunt. Alexan. aphro. de fato. cap. 17. ch. 27.

Homo est finis rerum creaturarum propter ipsum. Auerr. phys. 2. tex. 34. c. 27. col. 4.

Homini quæ accidunt post mortem.

Homines non recordantur post mortem, quia intellectus agens impassibilis est, intellectus vero passibilis aboleretur: ideo passionum memoriam habere nequimus. Them. in 2. de ani. ca. 38. tex. 19. c. 85. col. 4.

Homo vt liber, & seruus.

Homo ille liber est, qui suimet, & non alterius causa est. Arist. 1. metaph. ex su. 1. cap. 2. c. 8.

Homines propter indigentiam plerisque in rebus serui sunt, cum ipsius causa multa egere cogantur. Alexan. aphro. in 1. metaph. co. 15. c. 8. col. 1.

Homines aliorum rectores naturaliter sunt, qui intellectu vigent, intellectu vero deficientes, & corpore robusto naturaliter sunt serui. D. Th. 1. metaph. prog. c. 1.

Honestæ & iustæ de quibus civilis considerat, tantâ differentiam, tantumque errorem in se habent, vt lege, nõ natura esse videantur. Arist. ethic. 1. ca. 3. c. 5.

Honestæ omnes, aut plerique volunt, sed tamen vtilia eligunt. Arist. ethic. nicom. ca. 13. c. 211.

Honestæ, si omnes agere contenderent, & publice omnibus opportuna, & priuatim singulis maxima bona euenerent, virtus enim tale quid est. Aristot. 9. ethic. nicom. cap. 8. c. 230.

Honestæ agere priuati homines non minus, quam potentes, imo magis videntur. Aristoteles 10. ethic. nicom. cap. 8. char. 261.

Honestus, & bonus est, apud quem bona sunt bona, & simpliciter honesta sunt honesta. Arist. mag. mor. 2. cap. 10. char. 347.

Honestum est quod per se eligendum cum sit, laudabile est, bonum autem sit, iucundum sit, quia bonum. Aristot. rhetor. 1. char. 37.

Honestæ sunt, & efficientia virtutis, & quæ a uirtute efficiuntur. Arist. rhet. 1. char. 38.

Honestæ sunt, quorum premium est honor, & quorum premium honor potius quam pecunia, & quæ simpliciter bona, & quæ natura bona sunt, & quæ accidunt, ut potius sint mortuo, quam uiuenti, & quæ aliorum gratia. Arist. rhet. 1. ch. 38.

Honestum est inimicos ulcisci potius quam reconciliari, & uictoria, & honor, & quæ ad memoriam illustria sunt, & non uiuentem sequuntur, & quæ consequitur honor, & quæ excellunt, & quæ soli adsunt illustriora. Arist. rhet. 1. char. 39.

Honestæ sunt prædia infrugifera, quia liberaliora, & quæ apud singulos propria, honesta, & quæ sunt signa eorum rerum, quæ apud quosque laudantur. Aristoteles rhetor. 1. char. 39.

Honestum est nullam artem operosam exercere. Arist. rhetor. 1. char. 39.

Honestæ sunt, ex quibus splendor aliquis, atque illustris honos in eos, qui aliquid gesserunt emanatur sit. Arist. rhet. ad Alex. char. 182.

Honestum, quod in nobis est, hoc ex nobis in ipsis possidemus. Alex. aphro. in pri. natur. quæst. cap. 14. c. 4.

Honestum, & honoratum eadem subiecto sunt, ratione autem differunt, nam honestum expentur, honestum propter excellentiam sic appellatur. Simplicius in primo de anima. text. 1. charta 1. col. 2.

Honestum est id quod propria sua vi essentiali nos trahit, & allicit, & hoc per se appetimus, & si nihil utilitatis, vel delectationis nobis afferat. Alb. mag. de natur. & orig. ani. trac. 2. cap. 6. c. 73. col. 3.

Honestum quod ab honore dicitur, est premium virtutis, & non virtus. Albertus magn. ethic. 1. tract. 1. cap. 5. c. 3. columna 1.

Honestum mouet appetitum ex propria forma, quia essentialiter est similitudo esse diuini, & sub ratione diuini boni, bonum mouet appetitum. Alb. mag. ethic. prim. trac. 5. cap. 6. char. 7. col. 2.

Honestum est, quod proprie, & naturaliter nos trahit in sui consensum, & appetitum. Alb. mag. ethic. pri. trac. 2. cap. 11. c. 22. col. 2.

Honestatis dignitati, dignitas nulla comparari potest. Alb. mag. ethic. 4. cap. 3. char. 52. col. 1.

Honestorum memoria magis delectat homines, quam vtilium memoria. Diuus Thomas ethic. 9. l. 7. charta 160. columna 3.

Honorem felicitatē esse existimant elegantes, & ad agendum idonei civilisque vitæ finem esse existimant: qui tamen remotior est a vero fine; honor enim magis consistit in ijs qui honorem exhibent, quam ijs qui eo efficiuntur: at summū bonum tale esse debet, vt proprium quoddam sit, quod auferri facile nequeat. Arist. ethic. pri. cap. 5. c. 8.

Honorem appetentes, vt finem existimant, tamen virtutem esse præstantiorem honore. Aristot. ethicorum prim. cap. 5. char. 9.

Honor est externorum bonorum maximum. Aristot. 4. ethic. ad Nicom. cap. 3. ch. 91.

Honorabilis est, quod bono aliquo excellit. Aristote. 4. ethic. ad Nicom. cap. 3. ch. 93.

Honoris appetitio, vt, & pecuniarum acceptio mediocritatem, excessum, & defectum habet; nam in honoris appetitione licet, & magis, quam oportet, & minus, & vnde oportet, & vt oportet se gerere. Aristot. 4. ethic. ad Nicom. cap. 4. char. 97.

Honores homines appetunt magis, & minus: ergo etiâ, vt oportet, quia in quibus est excessus, & defectus, in his est medium. Aristoteles quarto ethicorum ad Nicomachum cap. 4. char. 97.

Honoris mediocritas laudatur, quæ cum vacet nomine, media est inter ambitiosam, & inambitosam. Arist. 4. ethic. ad Nicomach. cap. 4. ch. 97.

Honore nonnulli quasi signo beneficij consequendi lætari consueverunt. Aristot. 8. ethi. ad Nico. c. 8. c. 200.

Honore in republica non afficiuntur, qui nullum reipublicæ bonum afferunt. Aristoteles 8. ethicorum ad Nicomach. cap. 12. char. 213.

Honorari, & lucrari è republica simul fieri nequit. Arist. 8. ethic. ad Nicom. cap. 3. c. 213.

Honor exiguus, & magnus bifariam capiuntur, aut enim a multis ijsque vulgaribus, aut ab illustribus ille contingit, qui rursus pro re, in qua euenit differt, magnus enim non solum honoratum multitudine, aut qualitate, aut precio æstimatur, sed & ueritate. Arist. mora. eud. cap. 3. ch. 423.

Honores erant in Apollonia illorum, qui nobilitate præstabant, & qui primi in eas colonias venerant. Aristot. politic. 4. cap. 4. char. 607.

Honor est in causa seditionis in republica cum inhonorati alios honoratos vident, ipsi autem contempti: hæc autem iniuste sunt cum præter dignitatem honorantur quidam vel inhonorantur, iuste vero cum secundum dignitatem. Aristoteles politic. 5. capit. tertio char. 647.

Honorem alij concedere propter ætatem nemo indignatur, maxime cum putat eundem honorem recipere, cum ad id ætatis peruenit. Aristoteles politicorum 7. cap. 14. ch. 744.

Honor est signum bonæ existimationis. Arist. rhet. 1. c. 22.

Honorantur in primis, qui beneficium dedere, & qui possunt beneficium dare. Arist. rhet. 1. c. 22.

Honoris partes sunt sacrificia, monumenta cum versibus & sine versibus, præmia, luci, præfessiones, sepulcra, statuae, victus publici, barbarica vero, vt adorationes, & excessiones, & munera apud quosque preciosa. Arist. rhetor. 1. char. 22.

Honores inter maxima bonorum externorum reponuntur. Eust. 4. ethic. c. 3. ch. 178.

Honor est virtutis premium. Alb. mag. in 2. de cælo tra. 2. c. 3. char. 29. colum. 4.

Honor facile aufertur, quia in alio existit, qui si vult tribuit, si minus non tribuit, ideo honor non est hominis, vt homo. Alb. mag. eth. 1. tra. 5. cap. 8. c. 12. col. 3.

Honor dicitur communiter, & proprie, communiter honor est exhibitio reuerentiæ in testimonium virtutis, & hoc est premium virtutis, stricte autem honor est exaltatio honorati. Alber. magnus ethicorum 1. tract. 8. c. 2. char. 24.

Honor in virtuoso est secundum reuerentiæ, & honorationis attributionē. Alb. mag. ethi. 4. tr. 2. c. 2. c. 52. c. 1.

Honor non est sit meritum omnis virtutis: quod in se non sit quoddam bonum diffinitione, & substantia a virtutibus distinctum, & secundum hoc inter fines conuersationis humanæ honor potissimus finis, &

optimus, & quem propter se maxime desideramus. Alber. magn. ethicor. 4. tract. 2. cap. 2. chart. 52. col. 2.

Honor, & laus dupliciter differunt, primo ex parte eius, in quo consistit honor, & laus, & sic honor est in plus, quam laus: secundo differunt quantum ad id cui exhibetur laus, & honor, vt runque enim exhibetur, alii cui excellentiæ, est autem duplex excellentia, vna absoluta, & sic ei exhibetur bonum, alia in ordine ad finem, & sic exhibetur laus. Diuus Thomas ethicorum pri. lec. 6. chart. 20. columna 3.

Honor est optimum inter omnia bona exteriora. Diuus Thomas ethic. 4. lec. 6. chart. 13. col. 3.

Honor, & confusio in exterioribus est. Diuus Thomas ethicorum 4. l. 17. chart. 78. col. 3.

Honorem omnes natura appetunt. Diuus Thomas 3. politicorum l. 8. chart. 40. column. 1.

Honor maior est laude ipsa, vnde optimorum est honor. Dan. Barb. rhet. lib. 3. cap. 24. chart. 190.

Hordeum tostum, & redactum in puluerem cicatricibus equorum inspersum cur pilos oriri facit unicolores cum cæteris, & non albos? quia vim discutienti, & purgandi obtinet, ac detergit, & absumit pituitæ excrementum, & materiam vitiosam, quam vlcus per membri infirmitatem collegerat. Alexand. aphro. problem. prim. numer. 150. chart. 722.

Hordeum est granum, cuius herba est calamus, est frigidum, & siccum, & abstergit, aqua hordei magis nutrit, quam substantia hordei, nocet tamen stomacho propter frigiditatem. Albertus magnus. de veget. & plant. l. 6. tract. 2. cap. 14. chart. 168. col. 2.

Horizo circulus est, cuius centrum habitationis cuiuslibet, & cuius circumferentia tangit vndique concauum Hemispherii a polo in polo per puncta duos orientis, & occidentis diffusa. Albertus magnus de natura locorum dist. 1. cap. 10. chart. 97. col. 1.

Horreficimus, & aqua frigida, & aqua calida infusa, res enim contrarias inter se idem efficere posse absurdum est, vel quia frigida infusa calor interior extinctus hororem mouet, calida autem circum frigus externum obstitens in vnū seque profugum inter colligens efficere identidem potest. Quamobrem vt runque ab eodem agitur, verum alias ab interiore, alias ab exteriori. Aristot. probl. sec. 8. num. 7. chart. 413.

Horreficere solemus ad extremam vniuersi missionē, quia dum humor ille calidus inest, vesica, & meatus, qui circa eam sunt, pleni experteque frigoris substantiæ post vero effluxerit, aere frigo replentur, cū nihil inane natura patitur, & quia aer frigidus se induxit, id inhorreficimus. Arist. probl. sec. 8. nu. 9. ch. 417.

Horreficimus vbi stertimus, vel minimus, quia ratione vtraque venis subtrahitur, quæ cum reditæ sint inaniore, ingreditur aer frigidus qui rigorem cedere potest. Aristot. probl. sec. 8. num. 14. char. 418.

Horribilia dicuntur metus effectiua, ea scilicet, quæ dolorem inferunt corruptiuum. Aristoteles moralium eud. 3. cap. 3. chart. 415.

Horti nulli fossatis cingendi sunt, quia humorem fossata hortis arripiunt. Albertus mag. de veget. & plant. l. 7. tract. 3. cap. 2. chart. 277. col. 3.

Horti serunt mense Septembris, vt melius & citius habeantur herbarum, quam si Martio seruntur. Alb. magn. de veg. & plant. l. 7. tract. 2. cap. 2. ch. 177. col. 2.

Hospes nec multorum hominum, nec nullius esto. Arist. 9. ethic. nicom. cap. 10. chart. 235.

Hostem nullum qui interfecisset, apud Macedones capistro cingebatur, & apud Scythas non licebat paternam viam latam accipere. Arist. pol. 7. cap. 2. ch. 718.

Hostes quot necassent Iberi, tot obeliscos erigebant circa sepulchra. Arist. pol. 7. cap. 2. chart. 718.

Humana natura multis necessitatibus subdita est. Arist. 1. metaphysic. ex sum. 1. cap. 2. chart. 8.

Humani animi vestigia in plurimis ceterorum animantium quamquam apertius in homine discernuntur. Arist. de histor. anima. 8. cap. primo. char. 267.

Humana omnia ad assidue operandum imbecilla sunt. Arist. 10. ethic. in com. cap. 4. char. 248.

Humanitas non solum est qualitas, sed tantum qualitate perficitur. Boet. in prædic. 106.

Humanum genus solum existit quod rebus nomina posset imponere. Boet. in prædic. 112.

Humanitas ex singulorum hominum collecta naturis in unam quodammodo redigitur intelligentiam, atque naturam. Boet. in Porphyri. c. 346.

Humanam figuram aliquando generari in femine deformi contra vim formativam illi semini insitam, concurrentibus luminaribus ac cæteris psalictis in loco, in quo sit tanta virtus generationis humanæ, contingit; & hoc modo in lapidibus depingitur humana, vel quævis alia figura. Alb. mag. in 2. de miner. ex trac. 3. cap. 2. c. 142. column. 2.

Humanum finem esse ait peripateticus delectationem, in contemplationem admirabilium partium, & firmiter. Alb. mag. ethic. pri. trac. 5. cap. 7. col. 1.

Humano actum principia quatuor; ratio ad quæ pertinet opinio, & appetitus rationalis, quod est voluntas; appetitus sensitivus dividitur in irascibile, ad quæ pertinet ira, & concupiscibile, ad quæ pertinet concupiscentia. D. Th. ethic. 3. l. 5. c. 39. col. 2.

Humana natura frivola esset, nisi appetitus sensitivus adjuvaret ad exequendum iudicium rationis. D. Th. ethicor. 4. lec. 13. char. 71. col. 7.

Humana communicatio est secundum aliquos actus, & hi, vel sunt quotidiani, vt comedere; vel non quotidiani, vt mercari, & hominibus naturale est in vitroque horum sibi inuicem communicare. D. Th. polit. pri. l. 1. c. 2. col. 4.

Humefactio eorum, quæ sunt in aere, non sentitur, sed ratio cogit eam esse, quæ in aqua manifesta est. Auerr. 2. de ani. tex. 113. c. 143. col. 3.

Humeri quibus bene soluti, liberales sunt secundum animam. referuntur ad apparens: quia convenit apparenti formæ liberalitas. At quibus difficulter solubiles, conuulsi, illiberales. referuntur ad apparentem convenientiam. Arist. physio. cap. 9. c. 349.

Humeros pilosos qui habent, nunquam in eisdem perseverant. referuntur ad aues. Arist. physio. ca. 10. c. 354.

Humeris rectis, tensis, qui insultant, galeangones: referuntur ad equos. Arist. physio. ca. 10. c. 354.

Humerus dexter est magis idoneus ad movendum, sinister ad ferendum pondus magis aptus. Simp. in 2. de celo. tex. 7. co. 4. c. 58. col. 4.

Humeri ad humerum latitudo in tripla est longitudine: a vertice capitis ad plantam pedum; & insuper habet palmum, vt palmas geometrice est latitudo volæ manus. Albertus magnus de animal. l. 1. tract. 2. cap. 16. char. 22. column. 2.

Humeri crassi, & solidi virtutem indicant. Alb. mag. de ani. l. 1. trac. 2. ca. 26. c. 23. col. 2.

Humeri laxi infirmitatem animi, & timiditatem ostendunt. Alb. mag. de ani. l. 1. trac. 2. ca. 26. c. 23. col. 2.

Humeri tenues, qui in acumine erecti sunt, infidiosum hominem ostendunt. Alb. mag. ibid.

Humido evaporante, & intumescente rumpuntur vasa, quæ moles continent propter loci angustiam. Arist. 3. de celo. sim. 8. ca. 1. tex. 58. c. 351.

Humidum vero, quod interminabile est proprio termino, facile vero terminabile, scilicet alieno. Arist. 2. de generat. & corr. su. l. 1. ca. 2. tex. 9. c. 425.

Humidum est, quod habet propriam humiditatem in profundo, congelatum vero, quod hæc priuatur. Aristoteles secundo de generat. & corrup. lum. 1. cap. 2. tex. 15. char. 426.

Humidum quod est in terra, manente ipsa fertur fursu, a radijs, & ab alia, quæ desuper est, caliditate evaporans; at cum caliditas ipsum dereliquit, disperditur, & cogitur infrigidatus vapor propter derelictionem caloris, & propter locum descendere rursum in terram facta aqua. Arist. meteor. 1. su. 3. ca. 1. c. 474.

Humidum nullum maturatur sine succo. Arist. meteor. 4. su. 1. cap. 4. tex. 21. ch. 574.

Humidorum, quæ evaporant, aquæ sunt, quæ non autem terræ, aut omnia terræ, & aquæ, vt lac, aut terre, & acris, vt mel, aut aquæ, & acris, vt oleum, & quæ a calido increpantur, communia. Aristoteles meteor. 4. su. 4. cap. 1. tex. 48. c. 585.

Humida omnia suapte natura, quæ sunt in corpore, conceptaculis quibusdam tãquam vasculis continentur, vt sanguis in venis, medulla in ossibus, alia in membranis, aut cutibus, aut ventribus. Arist. de histo. ani. 3. cap. 20. char. 100.

Humidissima quæq; & reservescere, & refrigerare maxime solent: ideo cerebrum hominis cum humidissimum sit, maximam tutelam desiderat. Arist. de part. anim. 2. cap. 14. c. 456.

Humidum nec vllum est sine corpore, sed necesse est esse aquam, vel habere aquam. Arist. 2. de ani. su. 4. ca. 7. tex. 113. char. 643.

Humidum non solum quod ex aqua, & terra est, crassatur, sed etiam quod aqua & spiritu est, vt spuma. Arist. de gen. ani. 2. cap. 2. c. 149.

Humidum corrumpit, quæ a calido, & sicco constituta sunt. Aristoteles de iuven. sen. vit. mor. & respir. cap. 13. char. 324.

Humida omnium difficillima sunt conquiri, & corpora perniciora, quam facultates eorum, persistere non videntur. Arist. proble. sec. 3. nu. 14. c. 371.

Humida constantia natura facili a labore, & æstu strangulantur, quia humor calefactus transit in aerem, & ita acrius vrit, & eum ob nimietatem facultas submouendi non datur, refrigeratio nulla subsequitur, & cito exardescit: ideo sudor, & spiritus successio eos iuuat, qui se exercent, & se laboribus dederunt; cum enim humor discernitur, & extenuatur, spiritum inde enasci necesse est. Arist. proble. sec. 5. nu. 21. c. 402.

Humidæ dietæ conveniunt febricitantibus Hippocratis est aphorismus: Alexander aphrod. in primo topic. tex. 12. char. 9. column. 4.

Humidorum sola calefacta non redditur crassior. Alex. aphro. in 4. meteor. cap. 2. co. 10. c. 96. col. 1.

Humidum difficile proprio termino terminatur, alieno facile. Simp. in 3. phy. tex. 47. ch. 171. col. 2.

Humidum proprio termino difficile terminatur; alieno autem facile clauditur. Io. grã. in 1. phy. c. 22. col. 3.

Humidum sine aliquo terrenæ portionis per se in animalis naturam commutari minime potest. Io. gramm. de gen. ani. 3. cap. 11. c. 68. col. 1.

Humidum omne, quod calore præditum est, in eo, spiritum esse necesse est. Io. gramm. ibid.

Humidum omne, & rubrum existens, non est sanguis. Io. gramm. de gen. ani. lib. 4. ca. 1. c. 74. col. 1.

Humido participat omne, quod liquefcit. Io. gramm. de gen. ani. l. 2. cap. 4. c. 46. col. 1.

Humiditas est in causa, vt omne quod admiscetur patiat. Auerr. meteor. 4. c. 211. col. 2.

Humiditas innata est oppilare vias calidi naturalis in venis, & nervis; & prohibet spiritus in veniendo ad sua instrumenta propria, vt nubes Solem. Auerr. de som. & vig. c. 201. col. 3.

Humidi compressio facit fortiter tenere phantasmata. Alb. mag. de mem. & remin. trac. 2. cap. 7. c. 24. col. 4.

Humidum triplex est in lampade, unum quidem quod continet flammam cum licinio, & hoc est, quod est quasi ignis materia; & subiectum ex licinio ductum in ignem

ignem per calorem ignis; secundum est, quod iam licinio est imbitum, & quod iam igni sufficenter præparatum est; tertium est, quod licinio in tota lampadis capacitate transfusum est, quod calor nec calefacit nec attrahit in licinium. Alb. mag. de mort. & vit. tra. 2. cap. 6. char. 61. column. 2.

Humidum secundum naturam oportet proportionatum esse calido: vt formæ agentis, quæ proportionem calidum corrumpit duobus modis; vno cum materia, alio sine materia, cum aliqua est in corpore extensa, quæ sui calore incendit cor, & cor incensum æstum effiat super cætera membra, & sit calor immoderatus, qui consumit humidum, vt in febribus putridis: sine materia autem corrumpit proportionem, cum non est aliqua materia in corpore mala, sed excellit qualitate caloris vel in remissione. Albertus magn. de mor. & vit. tract. 2. ca. 6. c. 61. column. 2.

Humidum radicale nunquam accipit restaurum per omnia simile, & maxime in senibus. Alber. mag. de mor. & vit. tract. 2. c. 4. c. 61. column. 4.

Humidum excellens per accidens accelerat mortem. Alb. mag. de mor. & vit. tra. 2. cap. 8. c. 62. col. 1.

Humidæ superfluitatis virtus, & potentia est vitæ contraria, & corruptiva naturæ, aut in toto, aut in parte aliqua, & in illa abbreviat vitam. Alber. mag. de mor. & vit. tra. 2. cap. 8. c. 62. col. 2.

Humidum est causa continuationis in mistis tantum. Albert. magn. de proprietatibus elemen. libr. 1. tra. 2. cap. 11. ch. 111. col. 4.

Humiditas, & si sit vna passuarum qualitatum, tamen vt est in misto, multarum est operationum. Alb. mag. de veg. l. 5. tra. 2. c. 4. ch. 150. col. 3.

Humidi operationes a tribus adiuuantur, a subtilitate eius ab interminabilitate, & a vaporabilitate, quia subtilitas penetrare facit, interminabilitas mouet in alterum, & ad alterum, & vaporabilitas eleuat partes eius, vt effluere possit. Albert. magn. de veg. l. 5. tra. 2. cap. 4. char. 150. column. 3.

Humidum vitale, ita est in corde, vt humidum genituræ est in testiculo, & vt cor est principium sensuum, ita testiculi finis, neruorum sensibilibus, & venarum, & passio vniuersaliter a formis redundat ad ipsam. Alb. mag. de prin. mot. proclau. tr. 2. c. 11. c. 184. col. 3.

Humiditates posterius generate in corporibus animalium sunt, quæ pertinent non ad salutem individui, sed ad permanentiam speciei, & sunt sperma, & lac. Alb. mag. de animalibus. l. 3. tr. 2. c. 7. c. 43. c. 4.

Humidius quod est in corpore est phlegma, post sanguis, deinde pinguedo, post sebum, postea medulla, postea nucha, deinde caro mamillæ, & testiculi, & pulmonis epatis, splenis, & renum, deinde musculi, ultimo cutis. Albert. magn. de animalibus. lib. 12. tract. 1. cap. 2. char. 101. col. 4.

Humiditates corporis alix sunt primæ, alix secundæ, primæ sunt quatuor humores: secundæ sunt triu modorum. Alia est dispersa per membra, vt ros quidam membris imbitus propter duas utilitates. Prima, vt infundat membra cum patiuntur dissolutionem aliquam. Secunda, vt humectet membra quando ex aliquo modo forti dissecatio inducitur in membro. Alia est humiditas propinqua coagulationi, & est cibus alteratus ad membra secundum speciem complexionis membri, sed adhuc non peruenit ad complementum. Tertia humiditas est intrans membra a principio excrementi, cuius principium est a materia feminis in embrione, vt principium embrionis fuit ex humoribus. Albertus magnus de animalibus l. 12. tractat. 1. cap. 6. char. 104. column. 3.

Humidum quod est feminale in corporibus viuorum oportet magis esse immixtum spirituale humido aereo, in quo sit calor faciens in eo spiritum spumosum, quæ ali-

ter illud humidum non efficeretur vitæ principium: Alb. magn. de anim. l. 2. tract. 1. c. 2. ch. 162. col. 2.

Humidum est vitæ qualitas, & potentia. Alber. mag. de anim. l. 20. tract. 2. cap. 2. chart. 162. col. 3.

Humiditatem vinctuosam omnia, quæ habent cum terrestri mistam, tres habent humiditates, prima est valde acris, & ignea exterioribus partibus adherens, alia sub illa aquea, tertia radicitus infixæ, & partibus immerfa, quæ terminata est ad complexionem rei. Alb. mag. in 3. de mineral. ex. tr. 2. ca. 5. ch. 141. col. 1.

Humidum nunquam fit siccum, nisi calor extrahat humidum, vel frigidum exprimat humidum. Alb. magn. in 4. meteorol. tr. 1. cap. 1. ch. 117. col. 1.

Humiditas omnis, vel est spiritualis, quæ est aerea, vel corporalis, quæ est aquea, vel ex ambabus mista: quod intelligendum est de aere, vel aqua a predominio. Alb. magn. in 4. meteorol. tr. 1. ca. 18. ch. 121. col. 1.

Humida fluentia ea magis denantur citius, quæ in sui essentia habent multa terrestria virtute. Alb. mag. in 4. meteorologi. tra. 2. cap. 13. ch. 127. col. 2.

Humidum aereum, & si sit simplex in substantia, tamen triplex est in virtute, cum commiscetur cum humido aqueo, vel cum sicco terreo, vel cum vitroque, quia aliquando sequitur motum, & formam aeris trahens secum humidum aqueum, & siccum terreum, & tunc est vaporosum multum, & subtile, & corporis partes rare faciendo porositas reddit, vt in ligno leui aliquando spissatur aereum in aqueum fluens, cum quo est siccum terreum permixtum, aliquando facit pinguedinem in illo humido, & spumat, aliquando fit grossior non in aqueo, sed terrestri grosso, & miscendo bene terrestres partes, facit lignum solidum, vt hebanum. Albertus magnus in 4. meteorologi. tra. 2. capit. 17. chart. 128. columna 1.

Humidum vaporatum differt ab humido spirante, & ab humido manante, humidum enim manans incorporatum, commiscibile, & continuatum est. Et commiscibile est propter subtilitatem, & humiditatem, humidum vaporans compositum est ex partibus subtilibus, corpore leui ad formam aeris alterabilibus: & quæ totum evaporatur, & vna pars vult exire post aliam, ideo indeterminata fit figuræ. Humidum spumosum ex triplici substantia compositum est, quædam enim est in ipso fluens non secundum suam formam, sed alterius, quædam est viscosa circumflans, & continens, & quædam, est spirans, & pulsans. Prima harum substantiarum fluit ad formam membri, ad quod formandum fluit. Secunda continet spiritum ne evaporaret. Tertia habet spiritum in se, qui est instrumentum formativæ virtutis, & ventriculum ipsius in omnia quæ formantur, & hic solus humor est materia in generatione corporum animalium. Albertus magnus de anim. l. 20. tract. 1. cap. 1. ch. 162. col. 2.

Humidum spirans differentias habet, quia quædam ipsius pars est quasi homogenea declinans ad terrestre, & ex hac generatur corpora plantarum. Et quædam pars ipsius est magis etherogenea, & magis humida, spumosa aerea spumofitate, & ex hac parte humoris generantur animalia, & in hoc est, & terrestre, ex quo generantur ossa, & viscosum, ex quo generantur nervi, & pellis, & molle ex quo generatur caro. Albertus mag. de ani. l. 20. tra. 1. cap. 1. ch. 162. col. 3.

Humidum continuat corpora mixtorum, quod triplex est: nam aliud imbitum mixtis elementis, quod præstat continuationem. Aliud est fluens per ipsa, & præstat mollificationem. Et tertium est, quod eis continue assimilatur, & hoc præstat nutrimentum. Primum est in corporum substantia. Secundum diffunditur in partium spongiositate, & poris. Tertium discurrit per vias, quæ transeunt per corpora, & insuit partibus, & vnitur eis. Et ultimo subtracto, recedat secundum, & pri-

& primum; secundo subducto restat per aliquantulum tempus tertium; tertio remoto non restat nisi cin. Alb. mag. de ani. li. 20. tr. 1. ca. 9. c. 166. col. 1.

Humidum continuatum est corporis, ut recipit quantitatem, & figuram. Humidum molliciatum est corporis, ut est receptivum formarum sensibilibus, quæ sine hoc non recipiuntur. Humidum nutritivum est animati, ut est animati; quia est ad nutrimentum, augmentum, & restauracionem deperditæ, quæ sunt primæ operationes animati corporis, & omnia hæc tria humida continuantur ad unum, quod est cor. Alb. mag. de ani. li. 20. tr. 1. ca. 9. c. 166. col. 1.

Humilitati, qui sese dedit, non conuenit ut conuictis, ac iniurijs illatis commoueat, & perturbetur. Psel. in 7. phisic. char. 60.

Humilitatem quandam præferre videtur, qui patitur, ut ab aliquo quapiam in re adiuuetur. Eustr. 4. ethic. cap. 3. char. 183.

Humor nullus sine calore est. Arist. de gener. animal. 5. cap. 3. char. 275.

Humoris vnumquodque genus suam colorem plenius ostendit cum exiguum est, quam cum multum: nam in multo figuræ, in exiguo colores conspectiores sensui se obuiant. Arist. probl. sec. 1. nu. 53. c. 349.

Humor contentus in doho cur diffusus in vtres, non solum recipitur cum vtibus in doho eodem, sed etiam lo cum reliquit, quo plus humoris capitur: quia aer in humore inest, qui dum in doho est, excerni propter dolij magnitudinē nequit: sit enim ut exprimi de maiori, vel humor, vel spiritus diuilius possit, ut de spō gijs amplioribus minus exprimitur: at cum in parua digeritur, extrudi tunc expeditius potest, & magis in vino hoc accidit, quam in aqua, quia in vino plus aeris inest, quā in aqua. Arist. probl. sec. 25. nu. 8. char. 574.

Humor cum per salsa terræ abdita transit, eundem saporem trahit. Alexand. aphrod. de sen. & sens. dist. 3. co. 30. char. 15. colum. 2.

Humores quatuor, qui sunt hominis materia, generantur quidem; at in formis materia, & extrema non sunt. Alexand. aphrod. in 11. metaphisic. vel 12. co. 6. c. 285. colum. 2.

Humor in corpore colatur bis, in stomacho, vbi separatur superfluitas sicca a grossa; & in hepate, vbi separatur humida, quæ est in vrina. Alb. mag. de som. & vig. l. 1. trac. 1. cap. 7. c. 27. col. 4.

Humores licet sint actu humidi omnes, propter quod & humores vocantur, sunt tamen virtutem ob inentes cuiuslibet elementari. Alb. mag. de propr. elemen. l. 1. trac. 1. ca. 2. c. 105. col. 2.

Humor corporis animalis est corpus fluidum, liquidum, in quod in primis per digestionem secundam cibus nutritiens conuertitur, quæ secunda digestio fit in hepate, vel in membro, quod est loco hepatis. Alb. mag. de ani. li. 3. tr. 2. ca. 3. c. 41. col. 1.

Humor bonus est, qui per seipsum solum, aut cū aliquo coniunctus in substantiam nutriti conuertitur corporis, ad quantitatem corporis augendam, aut deperditi restitutionem faciendam, aut ut operetur vtrunque istorum. Albertus magnus de animal. lib. 3. tracta. 2. cap. 3. char. 41. col. 1.

Humor malus est, ex quo nec augeri corpus, nec restitui deperditum potest; quia operatione caloris naturalis ipsum terminatis potius corrumpitur, quam ad similitudinem corporis nutriti reducat. Alber. mag. de ani. li. 3. trac. 2. ca. 3. ch. 41. col. 1.

Humor bonus diuiditur in humorem primum, & in humorem secundum; & primus est qui loco, & tempore primo accipit speciem humoris per calorem digestiuum; & hoc est, quod generatur in gibbo hepatis a calore, qui a corde ad hepar est delegatus. secundus est tempore & loco, qui in particularia membra exsu-

dat a virtute ad membrorum substantiam nutriendā. Alb. mag. de ani. li. 3. trac. 2. ca. 3. c. 41. col. 1.

Humor bonus qui vocatur primus, diuiditur per quatuor humores notos, qui sunt sanguis calidus, & humidus; flegma frigidum & humidum; cholera calida, & sicca: melancholia frigida & sicca. Alb. mag. de ani. li. 3. trac. 2. cap. 3. c. 41. col. 1.

Humor secundus bonus quatuor habet modus, primus est, qui iam ab extremitatibus venarum refudare incipit, & valde propinquus est, ut imbatur mēbris, sed membri virtus in ipsum nondum agit: secundus est, qui iam in extremitatibus venarum refudauit, & mēbris est infusus humectans eas, sed nondum assimilatus est perfecte a appropriatione virtutis mēbris: tertius est qui iam cepit inspissari & coagulari, sed nondum perfecte est ad speciem mēbris deductus: quartus modus est potius humidi radicalis, quam nutrimentalis, quod ex femine generationis membri infusum est ad ipsum proficiens continuationem, in quo etiam humidum nutrimentale digeritur, & assimilatur. Alber. magnus de ani. li. 3. trac. 2. ca. 3. c. 41. colum. 1.

Humor secundus bonus in genere est illud humidum, quod a principali cibi dispositione, vel spermatis conuersum est, sed nondum operatione alicuius membri actu pars membri effectum est. Alb. mag. de ani. li. 3. trac. 2. cap. 3. c. 41. col. 2.

Humores quatuor, flegma, sanguis, cholera, & melancholia per cibi distinctionem generantur. Albert. mag. de ani. li. 3. trac. 2. ca. 4. c. 42. col. 2.

Humorum generationis generaliter causæ sunt caliditas, & frigiditas; at caliditas temperata generat sanguinem, excedens cholera rubeam; multum autē excedens generat melancholiam accidentalem propter incinerationem, quam facit. Alb. mag. de ani. li. 3. trac. 2. cap. 4. char. 42. col. 3.

Humores sibi similes non semper generat completio corporis animalis: contrarium enim frequenter generatur a contrario per accidens, & non per conuenientiam essentiae, & sic complexio frigida, & sicca sepe generat humidum superfluum per digestionis debilitatem. Albertus magnus de animalibus lib. 3. trac. secundo. cap. 4. ch. 42. col. 3.

Humores in quibus animalibus sunt subtiles, subtilem pellem habent, & porosa corpora. Alb. mag. de ani. li. 3. trac. secundo. cap. 4. c. 42. col. 4.

Humorum subtilium homines, qui sunt, & qui vtuntur cibis delicatis, modico motu, vel labore multum debilitantur. Albertus magnus de animalibus lib. 3. trac. 2. cap. 4. c. 42. col. 4.

Humores mouent motus, labor, & calor: ipsos sedant quies, frigus, somnus: & hæc vltima flegma multiplicat. Alb. mag. de animalibus lib. 3. trac. secundo. cap. quarto. ch. 42. col. 4.

Humor non est actu pars animalis, ut est membrum, quod ex humore est. Albertus magnus de animalibus lib. 12. trac. 1. cap. 1. ch. 100. col. 4.

Humulus est herba, cuius flos vix vnquam putrescit; calidus, & siccus dissoluitur, viscositates incidit, & conferuat a putredine. Albertus magnus de veget. li. 6. trac. 2. cap. 9. c. 166. col. 4.

Husio est piscis non squamosus, in figura sturionis, pellis alba, & lenis, innentur in longitudine 24. pedum; nullum os nisi in capite habet, non sunt spine in eius corpore, sed pennæ cartilagini coniunguntur, caro est in sapore carnis vituli in dorso, in ventre porcinae. Alb. mag. de ani. li. 24. ca. 1. c. 197. col. 4.

Hyacinthus fit ex multo perspicuo, cum visus penetrat in ipsum, & cum eo combusto vaporoso terrestri sit perspicuum aqueum aliquantulum spissum. Albertus magnus in primo de mineral. ex trac. secundo, cap. 2. char. 137. colum. 1.

Hyacinthorum duo sunt genera, aquaticus, & saphyrinus; aquaticus flauus est, & albescentis: saphyrinus flauus, & perlucidus: collo gestatus, vel digito redditur peregrinum ab hospitibus; & est contra pestiferas regiones, somnum prouocat propter frigidam complexionem suam; confert contra toxicum, & diuersis letitiam, & naturale ingenium bonum reddit. Albertus magnus in secundo de miner. ex tra. 2. ca. 8. char. 140. col. 3.

Hyberus fluminis nascitur sub radicibus Pyrenæi montis, currens miliaria 204. & mergitur in Oceanum Occidentalem. Albertus magnus de natur. locorum. dist. 3. cap. 2. char. 102. col. 2.

Hydra lapidi inscriptus, diuitias, sapientiamque dat. Alb. mag. in 2. de miner. ex trac. 3. ca. 5. c. 143. col. 2.

Hyems, & gelu, frigoris, atque siccitatis est excessio. Arist. problem. sec. 1. nu. 17. ch. 336.

Hyems grauis cōsequi solet si Aestas, & Autumnus imbres Austrorog; habuerint, quia hyems corpora prehumida excipit, & mutatio ingens oritur. Itaque qui denso corpore sunt, hos morbi extorqueant necesse est acuti: at quibus corpus laxius est, ijs febribus oris euenit, ut quæ summa de cruditate febres constituerint, transeant in ardores, quoniam in his magis totum corpus ab humoribus occupatur. Arist. problem. sec. 1. nu. 20. char. 338.

Hyeme minus quam ætate, sed perniciosius egrotatur, quia ætate morbi, vel parua ex causa existunt, quod in hyeme ita minime accidit; mala enim maiora perniciosioraque sunt, quæ maiori de causa proueniunt. Arist. proble. sec. 1. nu. 28. ch. 340.

Hyems glacialis cur est si Boream duxerit Auster? quia Auster nubes, & aquam colligit, cui conditioni temporis si superuenit Boreas, gelu indurat, & hyemē efficit. Arist. proble. sec. 26. nu. 38. c. 593.

Hyena colore lupi prope est, sed hirsutior, & iuba per totum dorsum prædita est. Quod aiunt genitale maris, & feminae simul habere, commentitium est; habet quidem virile, ut lupi, & canes, at quod femineum sub cauda videtur, figura simile genituali feminae est, sed sine vilo meatu: sub hoc est meatus excrementorum; & femina præter suum genitale, simile habet sine vilo meatu, ut mas sub cauda, sed raro hyena femina capit. Arist. de hist. ani. 6. cap. 32. c. 244.

Hyena, vel glanus, corpore non minore est, quam lupo, iuba qua equus, sed seta duriore, & longiore, & per totum dorsum porrecta, homini insidias molitur, & canes etiam hominis vomitione imitando capit, & sepulchra effodit humanæ carnis auida, & eruit. Arist. de hist. ani. 6. cap. 5. c. 281.

Hyenam qui existimant & marem, & feminam esse, decipiuntur: nam habet quidem lineam sub cauda, quasi similem genituali femineo, sed hæc nota communis est. Arist. de gener. anim. 3. cap. 6. ch. 204.

Hyenarum genus quoddam in Arabia reperiri aiunt, quod cum hominem, vel beluam prauiderit, eos obtumescere facit. ac sic in vestigio hæreret, ut corpora mouere nequeant, cæterum cum hæc fecerit, id hyenarum genus flagrare videtur. Aristoteles de admir. aud. nu. 141. char. 873.

Hyena animal est, quantitatis ut lupi, & iubat, ut equus, fingit voces humanas, & latrat ut canis, ut & homines, & canes eludat, & deuoret, & cauat mortuorum sepulchra, ut recentia corpora mortua comedat. Alb. mag. de ani. li. 7. trac. 1. ca. 5. c. 65. col. 3.

Hypothesi qui vitur, facit problema vniuersale, particulariter positum. Arist. top. lib. 3. cap. 4. ch. 444.

Hypotheticæ assumptiones demonstratæ, categoricæ quoque produci possunt. Simp. in primo de celo, text. 8. comment. 9. c. 5. colum. 1.

Hypothesis duobus dicitur modis; aut enim tale acquiritur aliquid per quandam inter se consentiendū conditionem, quod fieri nullo modo possit, ut ad suum terminum ratio perducatur, aut in conditione posita consequentia vi coniunctionis, vel disjunctionis ostenditur. Boeth. de syl. hyp. l. 1. c. 607.

Hypthetica propositio omnis, aut connexa est, aut disiuncta; in connexis quatuor sunt modi. Aut enim ambæ propositiones sunt simplices, & vocatur simplex hypothetica, ut si homo est, animal est, at homo est, ergo animal. Aut ex vna simplici, alia hypothetica, ut si homo est, cum sit animal, est substantia. Aut ex priore hypothetica, secunda simplici, ut si cum sit homo, animal est, corpus est. Aut ex duabus hypotheticis, ut si cum homo est, animal est, cum sit corpus, erit substantia. Boet. de syl. hyp. lib. pri. c. 610.

Hypotheticæ propositionis consequentia est, ut si est primum sequitur secundum; si non sit secundum, sequitur primum, non esse; ut si homo est, animal est; est homo, ergo animal; item si non est animal, non est homo. Boet. de syl. hyp. l. pri. char. 609.

Hypothesis est questio personis, temporibus, factis, cæterisque circumstantijs implicita. Boet. de dif. topic. Cic. l. 1. 859.

Hypothesis ab oratoribus consideratur, quæ est questio circumstantiarum multitudine inclusa. Boet. de different. topic. Cicer. lib. 4. char. 880.

Hystrix latet, & fert vterum, & ut vrsæ parit; fert autem vterum triginta diebus. Arist. de hist. ani. sexto, capit. 30. char. 243.

I



ACENS est, cuius dextrum, vel sinistrum reliquo incumbit lateri. Albertus magnus in sex princ. ch. 75. columna 2.

Iactabundus est qui ubi non expedit, sumptum facit. Aristot. magn. moral. 1. cap. 24. c. 301.

Iaculatio est vehemens pulsio, quæ naturalis sit rei a-

ctæ motus. Them. 7. phys. tex. 10. c. 52. col. 3.

Iaculum dicit Plinius, & Iorach esse serpentem alatum, a iaculando dictum; in arboribus enim latens insicit fructus arborum, & onane quod comeditur ex eis moritur; & quicquid serpenti obuiat interficit; & alius sine dolore interficit; & alius quodcumque tetigerit continuo dolore fatigatur, & moritur; & sunt ordinis primi. Alb. mag. de animilib. lib. 25. c. 202. col. 1.

Iam est pars temporis futuri, propinqua præsentis nunc indiuisibili. Arist. phys. 4. cap. 7. text. 126. c. 118.

Iambicum metrum appellant, *iambicæ*, id est, cōiutari: nã hoc conuerti soliti erant. Arist. poet. cap. 1. c. 261.

Iamblicus prædicamenta ipsi diligenter interpretatus est; & Architæ dicta cum Aristotelis dictis concordauit. Simp. in præd. c. 1.

Iapygiæ circa extremitatem, locum reperiri autumant, in quo bellum Herculem cum Gigantibus gessisse fabulantur, quo saniosum humorem tantum, & talem effluere, ut gratia grauis olentiæ ipsius regionis mare in nauigabile extet, & Hercule quæ plurima, & infinita monumenta in itinere, quo Italiam peragunt, reliquisse affirmant. Cæterum circa Pandosiam Iapygiæ oppidi Dei certa vestigia apparent, ad quæ nemini incedere fas est; & circa extremam Iapygiam lapideum plaustri pondere grauem inesse, quem ab illo eleuatum, & retro transmissum aiunt, euenisseque eum vno digito dumtaxat a Deo commoueri. Arist. de adm. aud. nu. 93. c. 857.

Iaspis, est lapis multorum colorum; melior inter decem ipsius species. est viridis, translucens, rubeas habens venas; stringit fluxum sanguinis, & mensrua; negat conceptum, & iuuat partum, & se gestantem a luxuria prohibet. Alber. magnus in 2. de miner. ex trac. 2. cap. 8. c. 140. colum. 3.

Ibes ab Aegyptijs, quia serpentes interficiebant, ne occiderentur lege cautum erat; & ut hoc facilius impetrarent, dicebant, quia Dij si quibus apparerent, in Ibiu formam sese ostenderent. Alex. aphro. in 1. metaph. vel secundum lat. 12. ch. 303. co. 36. col. 2.

Ibex est animal de genere capri, colore fuluū, in alpibus Alemanicæ abundans; quantitate maius magno hirco; vastis cornibus: capite onustus, ita ut cadens de rupibus totum corpus cornibus excipiat. Albertus mag. de anim. l. 2. trac. 2. cap. 1. c. 180. col. 4.

Ibis est auis, quæ in Aegypto iuxta Nilum est varia; in Aethiopia est nigra, magna, Cyconie similis; pugnacum serpente, qui etiã ibis appellatur: & licet aquatica sit, aquam tamen non ingreditur, sed iuxta aquam pisciculos colligit. Hæc auis aliquando sibi rostro clysterem facit ex aqua falsa maris. Alb. mag. de ani. li. 23. cap. 34. c. 193. col. 3.

Ibor est auis Orientalium partium, fortis, & equis odiosa; habet hinnitum, ut equus, & eicit equos a pascuis, quia eisdem comedit herbas. Albertus magn. de ani. l. 23. cap. 24. c. 193. col. 3.

Ibrida animal est quadruplex, natum ex apro siluestri, & porca domestica. Alber. magnus de animal. li. 22.

trac. 2. cap. 1. c. 181. col. 4.

Ichneumo distidet cum phalange; venatur enim phalanges ichneumo. Arist. de hist. ani. 9. cap. 1. c. 316.

Ichneumo Aegypti ubi aspitem anguem suum hostem aspexerit, non prius aggreditur, quam socios vocet, & limo obducto sese lorice contra ictus, ac morsus; primo enim madefacit corpus, deinde in terra se volutat. Arist. de histor. ani. 9. cap. 6. c. 324.

Ictu, cur statim cernimus cum aliquid procul percussit, strepitum lentius audimus, quamquam vna cum ictu strepitus oritur; quia visum tenuiorem, atque acutior rem habemus, quam auditum, & ideo fulgorem primo videmus, deinde tonitruum audimus. Ale. aphr. probl. prim. nu. 38. c. 676.

Idea, quod non sunt inducendæ.

IDEÆ ualeant, terretissima enim sunt; & si sunt, nihil ad rationem sunt. Arist. post. l. 1. cap. 81. t. 35. c. 333.

Ideas ponentes auferunt scientias, quia auferunt demonstrationem, quæ fieri nequit ex particularibus ambabus propositionibus; & species dicitur secundum rem singulare quoddam separatam a multis iuxta eorum opinionem. Aristot. prim. metaphysic. ex su. 3. cap. 4. tex. 27. char. 27.

Ideas ponentes, ponunt hominem separatam ultra hominem sensibilem, quia de numero rationum eorum, qui ponunt ideas quædam sunt certæ, & veræ, quæ ponunt ipsam speciem separatam secundum rationem, non autem ponunt esse genus secundum se separatam, scilicet secundum rem; aliæ quæ non sunt veræ, nec certe, hæc tertium hominem ponunt, quia ponunt speciem hominis separatam secundum rem. Aristoteles prim. metaphysic. ex su. 3. cap. 4. tex. 28. char. 27.

Ideas ponentes diffinitiones auferunt, quarum causa eas intröduxerunt. Aristot. prim. metaphysic. ex su. 3. cap. 4. tex. 28. char. 27.

Ideas ponentes, non solum ponunt quidditates substantiarum separatam esse, sed etiam accidentium quidditates separatam esse. Aristot. prim. metaph. ex su. 3. cap. 4. tex. 29. ch. 27.

Ideæ si ponantur nil conferunt sempiternis corporibus, cum non possint esse causæ motus, nec conferunt scientiæ, cum non sint, nec essentia, nec substantia rei, nec conferunt ad esse, quia non in sunt particularibus. Aristoteles prim. metaphysic. sum. 3. cap. 4. tex. 31. char. 28.

Ideæ si ponantur, exemplar, & imago idem erunt, & cum sint rerum substantiæ, quomodo separatæ sunt. Arist. 1. metaph. ex su. 3. cap. 4. tex. 33. c. 29. Idem Arist. 13. metaph. sum. 2. text. 276. c. 193.

Ideæ si darentur, quartum genus daretur entium, scilicet aliud a mathematicis, naturalibus, & diuinis. Arist. pri. metaph. ex su. 3. cap. 4. tex. 43. c. 32.

Ideæ si sunt causæ scientiæ, connaturalis nobis esset scientia, quod impossibile est, & formarum tantum esset scientia, & non materiæ. Arist. pri. metaph. ex su. 3. cap. 4. tex. 39. c. 32.

Ideas ponentes, duo ponunt inconuenientia primum est quod quidditas rei sensibilis est separata a re sensibili; secundum quod sempiterna, & corruptibilia sunt eiusdem speciei. Aristoteles 3. metaphysicor. ex su. 2. cap. 1. tex. 7. char. 45.

Ideæ si sunt, tunc subiectum non erit substantia, quia non dicuntur de subiecto, id est, de substantia sensibili; & si dicuntur, essent substantiæ per participationem. Arist. 7. metaph. cap. 5. tex. 21. c. 139.

Ideæ si sunt speciei, est dare ideam generis, id est, animal de homine, & equo. Aristoteles 7. metaphysic. cap. 16. tex. 51. c. 155.

Ideæ

Ideas ponentium opinio, & erroris causa.

Ideæ si sint, duo contraria erunt in eodem numero, & infinita erunt, quorum est substantia ipsum animal; & animalis substantia vna numero simul, & semel erit multa, & vnum: etiam idem erit idea, & substantia respectu alicuius, & nulla species ex suo genere componetur. Ari. 7. metaph. ca. 17. te. 53. c. 156.

Ideæ non possunt definiti; singulares enim (ut dicunt) & separabiles sunt. Ari. 7. metaph. cap. 17. te. 53. c. 157.

Ideas ponere propter generationem non est necesse, quia sufficit ponere hominem sensibilem, qui generet hominem. Arist. 12. metaph. su. 1. cap. 3. te. 18. c. 246.

Ideæ nec res, nec scientiis profunt, non enim causæ sunt nec motus, nec transmutationis. Aristot. 13. metaph. su. 2. cap. 3. c. 274.

Ideas exemplaria esse, & cætera eis participare vanum, & figmentum poeticum est. Arist. 13. metaph. su. 2. c. 2. c. 274.

Ideæ si numeri sunt, nec inuicem combinabiles erunt, nec incombinabiles. Ari. 13. metaph. su. 2. c. 2. c. 284.

Idea si est numerus, absurdum est, denarij ideam esse, vna denarii autem non. Ari. 13. metaph. su. 3. c. 3. c. 287.

Ideas qui ponebant, non asserunt eas esse, in quibus prius, & posterius aliqd diceret. Ari. ethi. 1. c. 6. c. 10.

Ideæ cuiusvis rei inutiliter, & contentiose affirmantur. Ari. moral. eud. 1. c. 5. c. 376.

Ideæ non sunt in sermonibus de demonstratione inducendæ. Io. gra. in 1. post. c. 8. c. 2. col. 3.

Idea quid significat.

IDEA de ratione sui est participabilis. Arist. 7. metaph. cap. 17. te. 55. ch. 153.

Idea est id, quod per sese separabile est. Arist. mag. mor. prim. cap. 2. ch. 272.

Ideæ a Socrate, & Platone, & aliis, nec iuxta locutionem consuetudinis nominum producebantur, ut Crisippus, & plures Stoicorum posterius putarunt, nec eodem modo, quo tenues illæ vulgarissimæ vna cum intellectu subsistunt, ut dicebat Longinus, nec notiores sunt ideæ ipsæ, ut Cleantes posterius dixit, nec, ut Antoninus p. miscens Longini, & Cleanthis opinionem, cum intellectu assitit, & intellectuales ideas, nec definitiua rō, nec materialis forma, & diffinibilis est idea, ut in his, & in aliis dicit Aristoteles putasse Socratem; sed sunt perfectæ, simplices, impartibiles, & singulares in specie, & ingenerabiles, immateriales. Et quid mirandum, si quæ tantum a se mutuo distant, a se inuicem separamus cum neque Plutarchum, & Atticum, & Democritum Platonicos in hoc imitamur, quia vniuersales rationes in substantia animæ putant esse ideas. Nam, & si separant ipsas a communitatibus sensibilibus, attamen non oportet in eodem contingere animæ rationes, & intellectum, qui vocatur materialis cum exemplaribus, & immaterialibus formis, & opificis intellectio-nibus, sed ut in quid dicens Plato nostrum quidem est in vnum ratiocinatione, colligere, & reminiscantiam esse eorum, quæ quâdoque conspeximus coambulantes Deo, diuinum vero secundum eadem semper eodem modo se habere. Sirian. in 12. metaph. vel 13. ex cap. 2. num. 6. char. 59.

Ideæ cum sint causæ subiectæ sensibilibus, bonitatis, & permanentiæ necessariæ, & scientiæ ipsorum omnem auferunt perfectionem. Sir. in 12. metaph. vel 13. ex cap. 3. num. 6. char. 67.

Ideas ideo infinitas statuit Plato, quia infinitæ erant res, quæ ab ipsis emanabant. Pel. tertio phys. ch. 22.

Ideæ conferunt rationi efficiendi, si ponantur esse rationes exemplares in intellectu primi. Ale. de ales in 1. metaph. char. 29. colum. 3.

Ideas ponebat Plato, ut ad similitudinem illarum formarentur omnia sensibilia. Ale. de ales 12. metaphysic. tex. 18. char. 334. colum. 3.

IDEAS separare est causa difficultatum, quæ circa ipsas sunt. Ari. 13. metaph. sum. 3. cap. 4. ch. 293.

Ideas ponentes, non omnium esse aiunt, quia non malorum, nec turpium, sed potius priuatione, & absentia idearum hæc in natura esse: nec sunt ideæ eorum, quæ alias aliter se habent, nec partium, ut manus, & capitis: nec compositorum, ut hominis sapientis: nec eorum quæ a diuersis arboribus conuascuntur, nec artium, quæ naturam imitantur, & ad solius nature utilitatē pertinent: nec operum, quæ ex anime proposito pendunt, sed solū animalium, & perfectarum substantiarum sunt ideæ, & eorum, quæ conferunt ad naturam harum substantiarum dispositionem, ut hominis, & si quid est omnino perfectum, sapientiæ scilicet, & virtutis. Sir. in 12. metaph. vel 13. ex c. 2. num. 6. c. 60.

Idealem numerum Plato supponebat esse ordinem habentium in ipso idearum esse, etiam mathematicum præstantiorem naturali, deteriore vero ideali. Sir. in 12. metaph. vel 13. ex cap. 4. nu. 6. c. 71.

Ideas qui ponunt, non solum ipsas esse causas ferunt, eorum quæ sunt illic, sed etiam exemplaria. Simpli. in 2. phys. char. 104. colum. 2.

Ideæ Platonis secundum ipsum, nec sunt in mundo, nec extra, quia non sunt in loco. Auer. phy. 3. t. 26. c. 45. c. 3.

Idearum opinio est, quod vna utilis omnibus idea est causa virtute omnia habens, & præhabens, & continens ad vnum, & hoc multiplicatur ex respectu ad ideata non in se, sed quia multorum est; & patet qualiter ex mente diuina procedit in corpora. Et istæ sunt vtilis ideæ, siue species, quæ sunt ante res, & sunt multæ, & vna: origine. vna est, & formante vice: multæ autē ex determinatibus sic, vel aliter, & luce prima occubente plus, vel minus. Alb. mag. in 1. metaph. tr. 4. c. 12. c. 69. col. 2.

Idea hominis secundum Platonem dicitur per se homo, & hic homo sensibilis dicitur per participationem. D. Thom. in 1. metaph. l. 14. te. 30. c. 81. col. 1.

Ideam Platonis, & si ratio Arist. destruit, non tamen destruit diuinam scientiam esse rerum omnium exemplarem. D. Tho. in 1. metaph. l. 15. te. 32. c. 84.

Ideam ponebat Plato esse rationem, & scientiam omnium eorum, quæ ideam participant. D. Tho. ethicor. 1. lect. 6. char. 7. colum. 2.

Ideæ secundum veritatem (ut loquuntur Theologi) sunt forme, siue rationes, non quæcumque, sed principales, & intellectuales: principales quidem, quia forme secundarie deriuatæ licet habeant naturam ideati non tamen habent naturam ideæ; quia idea semper est ratio principalis: intellectuales autē, quia non vocantur forme ideæ, quæ sunt principium alicuius per modum nature, sed per modum artis, & intellectus. Alexan. de ales in 1. metaph. char. 21. col. 3.

Ideæ sunt exemplaria quædam in mente diuina, quas ideas vnaquæque res naturalis in suo gradu imitatur: quas si ita posuit Plato, bene dixit; si autem posuit esse per se subsistentes, quæ essent quidditates rerum sensibilibus, sicut illi imponit Arist. non bene posuit. Ale. de ales in 7. metaph. te. 28. c. 213. col. 2.

Ideas secundum rationes exteriores in intellectu primi posuit Plato, non ut quædam subsisterent in intellectu primi, ut ei imponit philosophus. Ale. de ales in 7. metaph. te. 53. ch. 235. colum. 1.

Idem aliquid esse, vel diuersum, pertinet ad locum diffinitionis. Arist. top. l. 1. c. 4. c. 393.

Idem tripliciter dicitur: numero, specie, & genere: numero, quorum nomina plura, res est vna: specie, quæ cum sint plura, indifferentia sunt secundum speciem: genere autem, quæ sub eodem sunt genere. Ari. top. lib. 1. cap. 6. char. 396.

Idem quod numero est, maxime idem ab omnibus dicitur; & id

Q q & id

& id multipliciter assignari solet, proprie autem, & primo id quod nomine, vel diffinitione: secundo id quod proprio: tertio quod accidente. Aristot. topicor. lib. prim. cap. 6. char. 396.
 Idem dici potest fieri actu, vel potentia. Aristotel. phys. prim. capit. 4. te. 78. ch. 26.
 Idem dicitur, cuius non differt differentia. Ari. physico, 4. capit. 9. tex. 134. ch. 122.
 Idem, & similiter se habens, semper idem natum est facere. Aristot. 10. de gen. & cor. su. 3. c. 4. te. 56. c. 444.
 Idem quandoque contrariorū est causa diuersis de causis præsentia, scilicet, & absentia. Aristot. 5. metaphys. cap. 2. tex. 2. char. 86.
 Idem dicitur secundum numerum, vel supposito, & ratione, & materia, & si ratio primæ substantiæ vna est. Ari. 10. meta. ex su. 2. c. 1. te. 10. ch. 199.
 Idem tribus dicitur modis: genere, specie, & numero, & præter hæc etiam est idem proportione. Alex. aphr. in 1. top. cap. 6. ch. 9. colum. 4.
 Idem numero sunt, quæ idem significant: specie, vt Andreas, & Plato: genere, vt homo, & equus: proportione autem, quæ genere diuersa sunt, sed in proportione eadem sunt, vt cor, fons, vnitas. Ale. aphr. in 1. top. cap. 6. c. 10. colum. 1.
 Idem numero multis dicitur modis: cum nomen pro nomine sumitur, vel si pro nomine diffinitio, vel ab accidente, & tot modis diuersim dicitur. Ale. aphr. in 1. topicor. c. 6. c. 10. colum. 2.
 Idem propriissime dicitur de eo, quod numero est idem. Ale. aphr. in 7. top. c. 1. c. 85. col. 2.
 Idem, aut est idem genere, aut specie, aut numero, genere, vt homo, leo, & equus; specie, vt Ioannes, Andreas, & Iacobus, numero, vt vnitas, & gladius. Ammon. in Porph. char. 6. col. 1.
 Idem alia, & alia ratione in diuersa prædicamenta inest. Simp. in prædicament. ch. 45.
 Idem per plures demonstrationes ostendi potest. Ioan. grammat. in 1. post. cap. 23. ch. 5. 1. col. 1.
 Idem impossibile est recipere passionē, & transmutari de contrario in contrarium. Auer. in 1. meta. te. co. 15. c. 7.
 Idem dicitur tot modis, quot vnum. Auer. in epit. meta. tract. 1. c. 120. colum. 4.
 Idem non potest esse causa conditionis esse sui ipsius. Auer. destruet. destruet. disput. 7. char. 41. colum. 3.
 Idem esse, ac differre tribus dicitur modis, genere, specie & numero. Boeth. in Porph. ch. 64.
 Idem numero est idem specie, & genere, non autem contra. Boeth. in Porph. ch. 64.
 Idem est vnum dupliciter, determinatum, & indeterminatum. Alber. magn. de prædic. c. 8. col. 2.
 Idem numero non potest simul habere contraria, non autem idē specie, vel genere. Alb. mag. in pd. c. 34. c. 3.
 Idem diuersi modo in voce significatum nil prohibet esse minus notum sub vna voce, & magis sub alia. Alb. magn. in prior. ch. 140. col. 1.
 Idem alio, & alio modo acceptum potest esse notius, & ignotius seipso, quātum ad nos, & prius, & posterius. Alb. mag. in prior. char. 15. colum. 1.
 Idem non potest esse proprium duorum subiectorum specie differentium. Alb. mag. in top. c. 256. col. 1.
 Idem supra vnum non addit nisi relationem, & relatio in extremis in eadem diuisione cadit, in qua id quod est causa relationis, cadit. Alb. mag. in 5. metaphys. tra. 2. cap. 6. c. 195. colum. 3.
 Idem manens idem semper natum est facere idem. D. Th. in 2. de gen. & cor. l. 9. te. 52. c. 33. c. 3.
 Idem, & diuersum non opponuntur, vt contradictoria, sed vt contraria, quæ non verificantur nisi de ente, & ideo diuersum non dicitur de non entibus. D. Tho. 10. metaphys. l. 4. te. 10. ch. 702.
 Idem, & diuersum proprie sunt in substantia, transum-

ptiue autem in cæteris generibus. D. Thom. 10. met. phys. l. 4. te. 10. ch. 701.
 Idem realiter duo esse, & tamen differre in modo significandi, non est inconueniens, ita vt vnum illorū per modum significandi significet per modum subiecti, & recipientis, & aliud significet per modum passionis, & recepti. Ale. de ales in 5. meta. te. 18. c. 134. c. 3.
 Identitas est quædam vnitas plurium essendi, aut quando vtitur vno, vt pluribus, vt cum quis dicit idem eadem, vt duobus enim vtitur eodem. Aristot. 5. metaphys. cap. 9. te. 16. char. 97.
 Identitas, est vnitas in substantia. Alex. de ales in 4. meta. te. 3. ch. 78. colum. 1.
 Identitas duplex fundamentum habet, vnum remotum aliud propinquum, remotum est substantia, quia proprie non reperitur identitas nisi in substantia, vel in illa, quæ habet modum substantiæ: ad hoc autē quod sit identitas non sufficit naturæ substantia, sed oportet, vt sit ibi vnitas in substantia: ideo vnitas est fundamentū propinquū. Ale. de ales in 5. meta. t. 16. c. 125. c. 3.
 Idiomatum quatuor sunt modi circa nomina propria: quia quædam habent nomina propria ad habitū, alia ad actionem prouenientem ab illo habitu, & hoc est melius. Quoddam habet nomen æquiuocum quandoque significans habitum, quandoque actionem. Quoddam habet nomē ad habitum, sed nō ad actionem. Et quoddam est, vt actio habeat nomen, & habitus, ex quo peruenit illa actio, non habeat nomen. Auer. 4. de cel. te. 2. char. 108. col. 4.
 Idolatria feminarium, & origo fuit quod Thales opinatus est omnia plena esse dijs. D. Thom. in 1. de anima. l. 13. te. 86. char. 18. colum. 2.
 Ira est serpens omnium serpētum pulcherrimus, & est de genere viperarū secundi ordinis: in Nilo apparet, & inuoluit se arene, & intrat in os Cocodrilli dormientis, & viscera eius lacerat, & exit. Morsus eius a loco vulneris egreditur, & dilatat: & calor eius qui morsus est, obfuscat, & ex eius morsu humiditas plurima egreditur fetida valde, & prolongatur curatio eius, & est difficilis, & firmus bouū (vt ait Plinius) valet ad eius curam: ideo antiqui dolorem contingentem ex morsu eius boum vocarunt. Alb. mag. de ani. l. 25. c. 202.
 Iecur sub septo positum, a dextro latere est. Aristote. de hist. anim. 1. cap. 18. c. 33.
 Iecur magna ex parte, maximo animalium numero felle caret, sed in nonnullis id habere sibi annexum videtur. Arist. de hist. anima. 1. ca. 18. ch. 33.
 Iecur hominis rotundum est, & simile bubulo. Arist. de hist. anim. 1. cap. 18. char. 34.
 Iecur venæ maiori adnexum est, nulla ex parte aortam attingens: vna enim, quæ a maiore proficitur, iecur transigit qua portæ appellatæ iecoris habentur. Arist. de hist. anim. ca. 18. ch. 34.
 Iecur, qui habent, si non fixum est, dextro latere totum continetur: si fixum, a principio vsque dextro maior pars applicata est. Quibusdam enim partes sepositæ sunt, nec eadem, certa origine continentur, vt inter pisces mustelino generi, & inter quadrupedes leporū generi cuidam. Ari. de hist. anim. 2. cap. 17. char. 62.
 Iecoris dolores quidam sanguine a vena maiori, quæ est in brachij dextri flexura interiore emissio, leuar possunt. Arist. de hist. anim. 3. ca. 4. ch. 80.
 Iecur e visceribus adipeum nonnullis consistit, vt inter aquatilia cartilagineis, quorum iecinoribus colliquatis oleum facimus, ipsa tamē cartilaginea nullo discreto adipe carni, ventriue adherente pinguescunt. Ari. de histo. anim. 3. cap. 17. char. 96.
 Iecur nemo censuit esse principium corporis totius, vel sanguinis, situm enim nequaquam principale, nec conceptaculum sanguinis intra se habet, vt cor. Arist. de partib. anima. 3. ca. 4. c. 477.

Iecur bipartitū aperte est. Ari. de part. ani. 3. c. 7. c. 486.
 Iecur & lien iuuat ad cibi concoctionē, sanguinea enim sunt, & calidam habent naturam. Arist. de part. anim. 3. cap. 7. char. 487.
 Iecur alia habet multitudine, alia simplicius eorum, quæ sanguinem habent, & viuipara sunt, sed longe magis piscium iecinora, & quadrupedum, & ouiparorum tū inter seipsa, tum ab ijs, quæ modo diximus differunt. Aristot. de partib. ani. 3. c. 12. ch. 497.
 Iecur aurum simile maxime est iecori viuiparorum. Ari. de partib. anim. 3. cap. 12. ch. 497.
 Iecur ad temperiem, & sanitatem totius corporis multum confert; est enim omnium viscerū, excepto corde, sanguine refertissimum. Ari. de part. ani. 3. c. 12. c. 497.
 Iecinora quæ felle vacant, dulcissima sunt, probeque colorata prope dixerim omnium: particulaque fellis, quæ iecinori subdita est, dulcissima est: at quæ sanguinem minus purum habent, hæc fel habent. Ari. de part. anim. 4. cap. 2. char. 207.
 Iecoris parte gibba inter septa iugale collo subiectum grauescit, & dilabitur, quia vena a trunco cognominata, quæ ex parte iecoris gibba ad collum vsque ascendit, amplificata per interfectionem infarctionemque grauius ponderat, tenditque deorsum. Ale. aphr. problemat. 2. num. 97. char. 768.
 Ieiunium situm inducit, quia in ieiunio calidum conuertitur super humidum radicale. Pet. de aluer. de iuuen. & senect. vit. mort. & resp. l. 5. c. 68. col. 3.
 Iena est lapis, qui educitur ab oculis Ienæ, bestię, cum in lapide vertuntur. Sub lingua positus futura prædicere diuinando confert. Albert. magu. in 2. de miner. extract. 2. cap. 8. c. 140. colum. 3.
 Ignauus est, qui timendo excedit: nam & quæ non oportet, & licet non oportet timet, sed in doloribus excedens magis est manifestus: quippe cū desperabundus sit ignauus, omnia enim timet. Ari. 3. eth. nico. c. 12. c. 78.
 Ignauia est vitium animosæ per quod periculis, & maxime mortis consternimur. Arist. de virtu. char. 478.
 Ignis, vt opponitur, & vt corrumpitur, & vt quotuplex.
 Ignis, & terra non in infinitum feruntur, sed ad opposita: opponuntur autem secundum locum sursum, & deorsum: isti enim sunt termini lationum. Aristotel. pri. de celo te. 86. char. 269.
 Ignis duobus modis corrumpitur, aut a contrario, aut a seipso marcescens. Arist. 3. de celo te. 52. ch. 350.
 Ignis contraria est aqua; ex contrarijs enim passionibus constituta sunt. Ari. 2. de gen. & cor. c. 3. te. 22. c. 428.
 Ignis duæ sunt corruptiones, marcor, & extinctio: marcor est ea extinctio, quæ ab ipso igne fit; quæ vero a contrarijs, extinctio. Ari. de iuuen. senect. vit. & mort. & resp. cap. 3. char. 304.
 Ignis occultatus seruatur: neque enim respirare prohibetur propter cineris raritatem, & obstat ei, qui in circuitu aeri, ne extinguatur, copia existentis in seipso caliditatis, sed suffocatus extinguitur. Arist. de iuuen. sen. vit. & mor. & respir. cap. 3. ch. 305.
 Ignis qualitates, & si contrariæ sunt qualitibus aquæ, non ideo aqua igni est contraria. D. Thom. in 5. phys. text. 9. char. 46. colum. 4.
 Ignis aquæ oppositus est, non vt corpus, sed vt contrarijs qualitibus peditus. Io. gra. in 2. de ani. t. 69. c. 56. c. 3.
 Ignis corruptio ex se propter consumptionē materiæ est et ex contrario, sed modo accidentali, cū contrarium non potest corrumpere ipsum, dum habuerit materiā conuenientem sibi. Auer. 3. de coelo te. 52. c. 100. c. 1.
 Ignis non est aquæ contrarius, sed ignis, & aquæ qualitates contrariæ sunt, & idem de terra, & aere. Boeth. in prædicamen. ch. 139.
 Ignis duplex, alius in materia propria, alius in materia

aliena, non per se igni assimilata: primo modo nō habet grauitatem: secundo habet quidem grauitatem, non tamen hæc grauitas descendit, quia talis materia vincitur a forma ignis. Alb. mag. de proprietatib. element. tract. 1. cap. 1. ch. 105. colum. 1.
 Ignis est contrarius aquæ secundum qualitates actiuas, & passiuas, non secundum formas substantiales; ergo qualitates non sunt elementorum formæ. D. Tho. in 5. phys. l. 3. te. 9. char. 75. colum. 1.

Ignis quid est, & vt probatur esse.

Ignis, & terra si est, & quæ inter ipsa sunt, necesse est esse corpora. Ari. 2. de celo sum. 2. c. 2. te. 19. c. 297.
 Ignis est superabundantia caliditatis, vt glacies frigiditatis. Arist. 2. de gen. & cor. c. 3. te. 21. c. 428.
 Ignis est calidus, & siccus. Ari. 2. de generat. & corrupt. cap. 3. te. 16. ch. 427.
 Ignis magis calidus, quam siccus. Arist. 2. de gen. & corr. cap. 3. te. 23. char. 428.
 Ignis est excessus calidi, & veluti feruor. Arist. meteor. 1. cap. 4. te. 1. char. 457.
 Igne elemento cum non sit proprium nomen, igne utimur, quia maxime adurit. Aristotel. meteor. prim. su. 2. cap. 1. te. 1. char. 460.
 Ignis imputribilis est. Aristot. de long. & breuitat. vitæ. cap. 3. char. 295.
 Ignis est substantia calida, & sicca. Magent. in prior. ch. 10. colum. 3.
 Ignis a Platone celestis ponitur, lumen solum esse distinguens ipsum ab elementari igne. Simp. in 1. de cel. te. 19. com. 20. char. 12. colum. 2.
 Ignis calor est propinquus substantiæ, iō accipitur in eius diffinitione loco differentia, & alijs compositis est remotius a substantia. Auer. phys. 5. te. 10. ch. 99. col. 2.
 Ignis minima quantitas est determinata. Auer. phys. 8. te. 44. char. 175. colum. 2.
 Ignis partem probatur in hac scientia esse demonstratione quæ, quæ tñ raro accidit. Auer. 4. de cel. t. 32. c. 120. c. 1.
 Ignis diffinitio, qui hic reperitur, est ebullitio corporis calidi, & sicci. Auer. 4. de cel. te. 32. ch. 120. col. 1.
 Ignis est magis forma, quam reliqua elementa: iō est velocius generacionis. Alb. mag. in post. 1. c. 5. c. 187. c. 1.
 Ignis est candens in materia terrea. Albert. magn. 1. top. char. 263. colum. 1.
 Ignis siccior est, quam terra. D. Thom. in 2. de gener. & cor. l. 3. te. 23. ch. 27. colum. 2.

Ignis motus, & forma.

Ignis & aer feruntur a medio. Aristote. 2. de gener. & corru. cap. 3. te. 22. ch. 728.
 Ignis solus est maxime ipsius formæ, quia natus est ferri ad terminum. Aristot. 2. de gen. & corrup. summ. 3. cap. 2. tex. 50. char. 441.
 Ignis formam non propriam habere videtur, sed in alio corpore, aut aer, aut fumus, aut terra esse videtur, quod ignitum est, sed genus hoc apud Lunam querendum est. Ari. de gen. anim. 3. c. 11. c. 217.
 Ignis minima pars composita est ex materia, & forma. Auer. in 3. meta. te. com. 17. c. 29.
 Ignis formæ actio, quæ sequitur formam ignis est, calor maximus, & motus ad superius: calor igitur in igne est sicut abscisso in cultello, & actio manus in manu, nō quasi albatio in albatio. Auer. in 8. meta. te. co. 5. c. 100.
 Ignis forma, substantialis est, substantia ergo non potest esse calor, cum sit aliorum accidens. D. Tho. de sen. & sen. lect. 10. char. 12. colum. 1.
 Igne inest calor non vt forma substantialis, quæ sensu non percipitur, sed vt proprium accidens eius. D. Th. de sen. & sens. le. 10. char. 12. colum. 1.

Ignis vires.

Ignis segregat ea, quæ non sunt eiusdem generis, & congregat ea quæ sunt eiusdem generis, & congregatio est per se segregatio per accidens. Ari. 3. de celo te. 74. ch. 35. r. Igne ablato, sursum non feretur aer, nisi vi, nec aqua in aeris locum ibit, nisi vi. Aristot. 4. de celo. 3. c. 5. tex. 39. char. 374.

Igne si distantia plenæ essent, omnia iam absumpta essent. Aristot. meteo. 1. cap. 4. te. 1. ch. 45. 5.

Igne excepto, omnia putrescunt. Arist. meteo. 4. sum. 1. cap. 2. te. 5. char. 560.

Ignis non est causa nutritionis, in infinitum enim abigit ignis augmentum quousque fuerit combustibile: rerum autem natura constantium omnium est terminus, & ratio augmenti, & magnitudinis. Aristote. de anima. 2. sum. 3. cap. 1. te. 41. ch. 62. 5.

Ignis cur hominem nigrum non reddit, fictile reddit? Sol contra? quia Sol adarendo nigrificat: ignis fictile replet, & obducit fuligine. Sol vero reddit hominem nigrum, ignis non, quia solis calor lenis, & mollis est, & præ sui tenuitate cutem ipsam leniter per summa adurit: ignis vel nihil tangit, vel intro irrumpit. Aristot. probl. sect. 38. num. 8. char. 660.

Ignis est post Lunæ globum, quem excitant Aethera natura magnitudine sua, & motus celeritate, in qua tunc fulgores emicant, & Iacula traiciuntur flagrantia: tum trapeculæ foueæ, & crinitæ fixæ visuntur, & sæpe restinguuntur. Arist. de mundo. cap. 2. c. 8. 10.

Ignis non habet frigidi potentiam, cum sit calidus, quia existens ignis, nunquam potest esse potentia calidus, sed per actu est calidus. Ale. aphr. quæst. 1. c. 16. c. 8.

Ignis, qui ex segregatione generatur, tunc deorsum fertur, cum ab illa parte, quæ sursum est, a qua incipit coagulatio, & aeris frigiditas, calidum illud, quod in exhalatione est, deorsum extruditur: ideo & fulmen ipsum, quod ignis est, deorsum fertur ex vehementi expulsiōne. Alex. aphrod. in primum. meteo. cap. 5. commen. 20. ch. 11. col. 1.

Ignis humiditatem naturalem, quæ in lignis est, comburit, fumus enim est huiusmodi. Ale. aphr. in 2. de anima cap. 39. c. 5. r. colum. 2.

Ignis in tenebris visitur, non quia calor, neque ignis, sed ut participat quodammodo naturam quinti elementi. Them. in 2. de anima ca. 24. te. 72. ch. 75. col. 4.

Ignem exiisse ab ichio. i. vertebro cruris, & combussisse oculos hominis, qui patiebatur dolorem in illa parte, & cessauit dolor. Magetius Alexandrinus Medicus Simplicij narrauit. Simp. in 3. de celo text. 33. comm. 30. char. 91. colum. 1.

Ignis in actu, diaphanum, vel ipsum quoque quæ potentia diaphanum est, deddit. Sim. in 2. de anima te. 74. c. 38. c. 1.

Igni peculiare est esse facile mobile, & posse diuidere. Ioan. Gram. in primum physico. te. 1. char. 5. col. 4.

Ignis solus inter elementa in alia mutari non potest. Io. Grammat. in primum physico. c. 22. col. 4.

Ignis simpliciter est, si est calidum simpliciter: & sic aliquod calidum est aliquis ignis. Auer. phy. 4. t. 104. c. 84. c. 1.

Ignis omnis calefit, non autem e contra omne quod calefit, est ignis. Auer. ex paraphr. 2. de celo te. 42. c. 138. c. 4.

Ignis dominatur in corporibus nutritilibus. Auer. 2. de anima te. 41. ch. 135. colum. 2.

Ignis si aufertur per ablationem caloris, non aufertur primo nec per se, sed mediante ablatione forme ignis, ut si aufertur risibilitas, aufertur homo, sed non primo, sed mediante ablatione rationalitatis. Auer. in 8. metaphy. te. co. 5. c. 100.

Ignis non potest fieri frigidus, ut aqua calida, quia inter elementa solus ignis formalis, & cætera materialia sunt. Alb. mag. in præd. ch. 61. col. 3.

Ignis calor distinguit argentum a plumbo, & facit cur-

rere ad vnum locum argentum, ad alium plumbum. Alb. mag. in 2. meteor. tract. 3. cap. 20. ch. 96. c. 1.

Ignis attrahit subtile humidum ex cremabilibus, & in illo genere, ut in prima causa. Albertus magn. in 2. de anima tra. 2. te. 17. cap. 4. colum. 3.

Ignis ad vicariam facit elementorum generationem in contactu aeris ad ipsū: ad aliorum autem generationem, virtus eius adducitur per radios solis, & aliarum quarundam stellarum. Alb. mag. de nat. loc. dist. 1. c. 3. c. 93. c. 3.

Ignis nullam ex loco recipit sensibilem varietatem, tamē cum incorporatur secundum ea, quibus incorporatur diuersimodē operatur. Alb. mag. de nat. locorum, tr. 2. cap. 1. ch. 99. colum. 1.

Ignis actione fit perforatio ad vias spirituum perficiendas. Alb. Mag. de proprietatibus element. 1. tr. 1. cap. 2. c. 105. col. 3.

Ignis effectus multi in corporibus animalium sunt, ut decoquere, digerere, separare homogenea ab ethereogeneis, congregare homogenea, perforare, ampliare vias, consumere humidum, expellere cum impetu quædam superflua. Alber. magn. de animalibus lib. 20. tract. 1. cap. 4. char. 163. colum. 2.

Ignis magnus corrumpit paruum non propter similitudinem, sed propter contrarietatem in quantitate ipsorum, quia magnum contrarium est paruo. D. Tho. in primum de gen. & cor. l. 19. te. 46. c. 16. col. 4.

Ignis calidus proprie est quia est nobilissimum inter elementa, & corpori celesti propinquissimum: ideo calidus, quia maximè actiuus: siccus autem est propter caliditatis excessum. D. Tho. de sens. & sen. l. 10. c. 11. c. 4.

Ignis habet lucem in sua natura, sed eius lux non apparet nobiscum, nisi in materia aliena propter eius subtilitatem. D. Tho. de nat. lum. ch. 84. col. 1.

Ignis inter elementa formalior est, & magis actiuus, ideo cætera ad illum, ut materialia comparantur. D. Tho. in 2. de anima l. 23. te. 113. c. 44. col. 3.

Ignis vt elementum.

Ignis si vreret propter angulos, elementa omnia calefacerent. Ari. 3. de celo char. 357. te. 72.

Ignis quanto maior est, tanto velocius ad superius mouetur. Arist. 4. de celo sum. 3. c. 1. c. 369. te. 26.

Ignis nullam grauitatem habet, nec terra leuitatem, cum substat omnibus: at quod substat, fertur ad medium. Aristot. 4. de celo sum. 3. c. 3. ch. 371. te. 32.

Ignis deorsum ferri nequit, si subtrahatur aer, nisi vi. nec aqua in aeris locum ibit, nisi vi. Aristoteles 4. de celo sum. 3. cap. 5. ch. 374. te. 39.

Ignis generatio est confessio sensui. Aristot. 2. de generat. & corrup. sum. 2. ch. 43. te. 27.

Ignis semper fluit ut fluuius, sed latet propter velocitatem. Aristot. de iuue. sen. vit. mor. & resp. c. 305. c. 3.

Ignis vt elementum non est minus calidus igne, qui apud nos est, sed hic est in materia, ille tenuis, & rarus, & sine contrarietate, vt hic apud nos; nutritur enim, & omne nutrimentum contrarium est. Ale. aphr. in 2. naturalium quæst. c. 8. c. 17.

Ignis elementalis per se ipsum subsistit, & ministerialis apud nos materia indiget. Ale. aphrod. in 2. de anima cap. 27. eh. 46. colum. 4.

Ignis lucet, & immaterialis est, & habet rationem forme comparatione ad alia elementa. Simp. in 4. physico. te. 49. char. 216. colum. 2.

Ignis est purissimus omnium corporum, & magis expert materia, quam cætera elementa, & potius lumen quàm ignis. Simp. in 4. physico. char. 223. colum. 2.

Ignis per accidens, & non per se fit a frigidus, quia frigus condensat, & connectit perfecte ignita sparsa, & mutuo distantia, & magis, vt accendantur, efficit. Simpl. in octauo physico. te. 40. c. 438. col. 1.

Ignis

Ignis in proprio loco non mouetur, sed quiescit, & manet. Io. gr. in 2. physico. c. 31. col. 2.

Ignis generatio appellatur simplex, terre vero generatio quædam. Io. gr. de gene. & cor. te. 1. c. 101. col. 1.

Ignis extens est in commensurationem, & facit ignem hunc vsualem. Io. gra. in secundo de generatione, & corruptione te. 21. co. 14. c. 113.

Ignis illuminandi vim sortitus est, non vt ignis, sed vt rationem quandam, & naturam communem cum reliquis collustrantibus, & reliquis corporibus obtinet. Them. in 2. de ani. cap. 23. te. 69. c. 75. c. 3.

Ignis locus est vltimū concaui Lunæ, & vltimū ignis, locus aeris, & sic de alijs. Auer. 4. de cel. t. 23. c. 215. c. 4.

Ignis non comprehenditur sensu, nisi partes: vnde notū est quod illæ partes mouentur ad vniuersum existēs in suo loco naturali. Auer. 4. de cel. t. 32. c. 120. c. 1.

Ignis, qui est in vltimo continentis; non est in fine caliditatis, nec ebullitionis. Auerroes secundo de gener. & corrup. te. 2. ch. 169. col. 2.

Ignis ad alia elementa proportio, est proportio forme ad materiam. Auer. 2. de gen. & cor. te. 50. ch. 173. c. 2.

Ignis videtur in loco proprio simplicior omnibus elementis. Auer. meteo. 1. c. 2. c. 182. c. 2.

Ignis non lucet, nisi cum adunatur cum alio corpore. Auer. de sen. & sen. ex paraph. c. 192. col. 2.

Ignis existens in loco suo, qui est concauum Lunæ, est simplex, cum quo nihil elementorum admiscetur. Auer. de gen. anim. 3. c. 511. c. 238. col. 1.

Ignis in sua propria sphaera non est lux, nec lucet, alioquin nunquam videretur eclipsis. Alb. mag. in topic. char. 263. col. 1.

Ignis in sua maxima perfectione non lucet. Alb. mag. in 2. de celo tract. 3. ca. 1. ch. 32. col. 1.

Ignis in proprio loco non est visibilis, quia non accidit ei, nisi cum accidit ei egredi de loco suo proprio. Alb. mag. in 4. de celo tra. 2. c. 6. c. 57. col. 2.

Ignis cum aere continuatio maior est; quam cum aqua, & aqua cum terra, quam cum aere. Alb. mag. in prim. meteor. tract. 1. c. 2. c. 78. colum. 2.

Ignis in propria sphaera non lucet, alioquin teget corpora celestia. Alb. mag. in 1. meteor. tr. 2. c. 6. c. 81. c. 2.

Ignis non lucet nisi in materia aliena. Alb. mag. in prim. meteor. tract. 2. c. 6. c. 81. col. 2.

Ignis eliciens reflexio non fit, nisi a solido plano polito. Alb. mag. in 3. meteo. tr. 3. c. 3. c. 105. col. 3.

Ignis solus non putrescit, quia in simplici non est putrefactio. Alb. mag. in 4. meteo. tr. 1. c. 7. c. 118. col. 3.

Igni accidit in loco alieno, vt fiat deperditio secundum materiam, quia materia partes igni plus similes euolunt volentes ire ad locum proprium, sed extinguuntur ad aere circumstante. Alb. mag. in secundo de anima. tract. 2. cap. 4. ch. 17. colum. 3.

Ignis verissimus concauum Lunæ orbis vbique tangit. Alb. mag. de natur. loc. dist. 1. ca. 3. c. 93. col. 3.

Ignis in suo loco est subtilissimus, & leuissimus, & ei conuenit supremus locus, quia motus, & lumen sunt dissoluentia corpora, & subtiliantia, in ipsoque est calor in vltimo, ideo nullam habet humiditatem, nec in sphaera propria lucet. Alb. mag. de propriet. element. l. 1. tract. 2. cap. 11. c. 111. colum. 4.

Ignem mouet Sol, quia & si Mars sit calidior Sole, tamē Sol magnitudine sua, & propinquitate magis mouet ignem, tum etiam quia Sol habet a se lumen. Albertus magnus de proprietat. element. libr. prim. tract. 2. cap. 12. c. 112. col. 2.

Ignis ad generationis animalium locum descendit, quia radij solares ex repercussione super locum generationis ignis calorem efficiunt, vt ostenditur in scientia de speculis comburentibus. Alber. magn. de animal. libr. 20. tract. 1. cap. 4. c. 163. colum. 4.

Ignis, & aer mouentur in girum, nec motu naturali, nec

contra naturam, sed supra naturam. Diuus Thom. in pri. de celo l. 4. te. 11. c. 4. col. 1.

Ignis fit ex siccitate terræ, & caliditate aeris, & licet illa caliditas non sufficiat, adiuuatur tamen a virtute corporis celestis, & plantarum. D. Th. in 2. de gen. & cor. lib. 4. te. 30. char. 28. colum. 3.

Ignis, vt apud nos est.

Ignis, & aer, & vnumquodque prædictorum non est simplex, sed mixtum, simplicia autem talia quidem sunt, non tamen eadem. Aristot. 2. de gene. & corrup. cap. 3. te. 20. char. 228.

Ignis, & terra sunt magis sincera, quam aqua, & aer. Ari. 2. de gene. & cor. ca. 3. te. 22. c. 428.

Ignita quæcunque fuerunt habent, in seipsis potentia caliditatem. Arist. meteo. 2. c. 3. c. 505.

Ignis ex ossibus leonis excutitur quasi ex silice. Arist. de partibus anim. 2. ca. 9. c. 446.

Ignis videtur, & in tenebris, & in lumine, & hoc ex necessitate, quia perspicuum ab hoc perspicuum fit. Arist. 2. de anim. fu. 4. c. 3. te. 72. c. 633.

Ignis nullum generat animal. Aristot. de generat. anim. 2. cap. 3. char. 153.

Ignis non solum marcescit minor secus maiorem, sed & ipsa per se lucernæ flamma imposita in maiori flamma comburitur, vt quæcunque visibilia. Ari. de iuuen. sene. vit. mor. & resp. c. 3. ch. 305.

Ignem circa Lydiam, quam plurimum sursum ferri, ac septem dierum discrimine flagrare inquit. Aristot. de adm. aud. num. 37. ch. 846.

Ignes in Medijs, & Pittacina gentis, ac Persidis confinio flagrant, quorum hic quidem in Medijs minus, qui autem in Pittacina magis, & sincera flamma ardet: quæ de causa Persarum rex ad hunc culinas molitus est, vterque vero locis planis, nec inæqualibus inest. Cæterum hos quidem interdum nocturne percipere licet: qui vero in Pamphylia cremant, noctu duntaxat percipi possunt. Ari. de adm. aud. nume. 33. c. 845.

Ignes flagrare extra columnas Herculeas fama est, hos quidem semper, alios vero noctu, vt Annonius Periplus memorie prodidit. Et in Lypara ignem manifestum, ac flammeum inueniri, verum non interdum, sed noctu ardere tantum autumant. In Pithecusis ardentem, ac supra modum calidum ignem reperiri aiunt, verum non adurentem ignem tñ qui in Lipara extat aliquando anno sextodecimo deficere, decimo vero septimo redire refert Xenophantes. Aristot. de adm. aud. num. 35. char. 84.

Ignis exhalatio miranda est, quæ in Sicilia contingit, cuius ebullitio per quadraginta stadia diffunditur, sed nec tria attollitur. Aristot. de admirat. audit. numer. 38. char. 846.

Ignis in spatio quinque accubantium in Apollonia e terra omnibus anni temporibus flagrat, & non vrit arbores magnas, quæ ab igne non amplius, quam quatuor cubitis distant, & eiusmodi ignem etiam circa Lyciam, & Megalem Peloponnesi ciuitatem ferunt. Arist. de adm. aud. nu. 123. char. 867.

Ignem cur vident, qui in faciem percutiuntur? quia visui spiritus accommodatus extenuatus per ictum arder, profectusque in aerem talis videtur, qualis per ictum redditus est. Alexander aphrod. problematum prim. numer. 60. char. 684.

Ignis, qui reperitur apud nos, mixtus est contrario, indiget enim nutrimento, & omne nutrimentum contrarium est. Alexander aphrod. in secundo natural. quæstio. cap. 17. char. 8.

Ignis materialis, & si aliam, & aliam materiam combustibilem sibi administratam absumit, non tamen nutritur. Simp. in 2. de anima, tex. 4. char. 23. col. 4.

Q 9 3 Ignis

Ignis semper idem manet, sed ligna in quibus materialiter ignis ardet, consumuntur. Io. gramm. in 1. phys. char. 14. colum. 2.

Ignis, qui nobis obsequio est calidus, elementarem qualitatem ignis excedit. Io. gr. in 3. phy. c. 63. c. 4.

Ignis, & aer, qui est in nobis, vi, & præter naturam existunt in loco. Io. gr. in 3. phy. c. 66. c. 3.

Ignis flammæ quælibet pars, quæ existimatur esse in fine raritatis, habet caliditatem æqualiter. Auerroes in phys. 4. te. 84. ch. 79. col. 4.

Ignis exitus a lapide est alterationis, & transmutationis. Auer. 3. de celo te. 56. c. 101. col. 3.

Igni forte illuminatio accidit extra suum locum, vt congelatio aquæ extra suum locum. Auer. 4. de celo tex. 32. char. 120. colum. 1.

Ignis hic existens nil generat, imo corrumpit omnia animalia, quia est congelatio. Auerroes 4. de celo. te. 32. char. 120. colum. 1.

Ignis non est species specialissima, sed diuiditur in carbonem, in flammam, & lucem. Alb. magn. in top. c. 254. col. 3.

Ignis caliginum non est excellens, vt in elemento simplici, sed est proportionatum humido complexionali, & est animæ instrumentum, & habet in se virtutem celestem, ideo non statim humidum consumit, sed paulatim. Alb. mag. de mor. & vit. tr. 2. c. 4. c. 60. c. 4.

Ignis commissus acutior est igne simplici, & spiritualior vt patet in herispila, quæ est de colera incensa, quæ vix, aut nunquam extingui potest. Alb. mag. de veget. li. 3. tr. 1. c. 1. c. 136. col. 3.

Ignis semper idem manet, ligna vero comburuntur, & consumuntur, in quibus ignis materialis ardet. D. Tho. in 1. de gen. & cor. l. 15. ch. 36. col. 2.

Ignita quæcumque fuerunt, post extinctum ignem videtur habere virtutem caloris in seipsis. D. Thom. in 2. meteor. le. 6. ch. 102.

Ignorantia, ut considerari potest, & quotuplex.

Ignorantiam particularem considerantes hæc pōderare debent, quis, quid, & circa quod; aut in quo agitur: interdū et quo, vt instrumento; & cuius causa, vt salutis: & quō, vt sensum, an vehementer: quod omnia nisi quis insanus sit, non ignorat. At quod aliquid ex his ignorauit, inuitus fecisse videtur, & maxime in præcipuis, in quibus ipsa actio est, & id, cuius causa aliquid sit. Ari. 3. ethi. ad Nic. c. 1. c. 52.

Ignorantia duplex, alia negationis, alia prauæ dispositionis. Io. gr. in 1. post. c. 9. c. 25. col. 1. Idem Diuus Th. 2. de ani. l. 1. te. 56. c. 31. col. 4.

Ignorare tribus modis, vt scire contingit, id est in vniuersali, in particulari, & in actione. Albertus magnus in prior. c. 165. colum. 1.

Ignorantia quid est.

Ignorantia nostra de possibilibus non est, nisi quia ignoramus illam naturam, quæ determinat ei esse, vel priuationem: nam si esset æqualiter in entibus opposita, aut propter seipsam, aut propter causas agentes ea, se queretur necessario, aut quod non reperiantur, & non corrumpantur, aut quod reperiantur, & corrumpantur simul. Auer. contra Algaz. in phys. c. 1. col. 3.

Ignorantia est defectus, & id, quod est perfectissimum, impossibile est habere defectum. Auer. epitom. meta. tract. 4. char. 183. colum. 3.

Ignorantia, quæ est in electione, non est causa inuoluntarij, sed est causa malitiæ. Albertus magnus ethico. 3. tract. 1. cap. 9. char. 36. colum. 3.

Ignorantia negationis.

Ignorantia negationis est illa, quæ nullam habet de re intelligentiam. Ioannes gr. in 1. post. c. 9. c. 25. c. 1.

Ignorantia negationis puræ est, & secundum formam, & secundum materiam: alia secundum prauam dispositionem, id est per contradictionem, quæ est circa eam materiam, & non habet formam. Albertus magnus in post. char. 186. colum. 4.

Ignorantia negationis non fit per syllogismum, sed prauæ dispositionis fit per syllogismum. D. Tho. in post. char. 58. colum. 2.

Ignorantia prauæ dispositionis.

Ignorantia, quæ est in prauæ vtendo principijs, est contra veritatem principiorum. Aristot. posterior. libr. 1. cap. 9. te. 28. char. 316.

Ignorantia, quæ non est secundum negationem, sed secundum dispositionem, est deceptio, quæ fit per syllogismum, & fit aut per immediata, aut per mediata, & hoc dupliciter, cum accipitur cum syllogismo, aut sine syllogismo, simplicis ergo opinionis, deceptio est, sed quæ fit per syllogismum, aut ambæ sunt falsæ, aut altera. Aristoteles posteriorum libr. 1. cap. duodecimo tex. 35. char. 322.

Ignorantia prauæ dispositionis est illa, quæ habet de re aliquam intelligentiam, verum non sine errore, neque exactam. Ioannes grammaticus in primo posterior. capit. 9. char. 25. colum. 1.

Ignorantia secundum dispositionem est illa sola, quæ fit per syllogismum, deceptio. Ioannes grammaticus in 1. poster. cap. 12. char. 31. colum. 4.

Ignorantia prauæ dispositionis est contraria scientiæ: ignorantia negationis est contradictoria scientiæ. Albert. mag. in post. char. 186. col. 4.

Ignorantia prauæ dispositionis facta per syllogismum, est deceptio facta per syllogismum. Albert. magn. in post. char. 189. colum. 4.

Ignorantia prauæ dispositionis aliquando accidit in his, quæ sunt immediata, & fit duobus modis: primo cum aliquis sine syllogismo accipit esse, quod non est, vel non esse, quod est in ipsis principijs: secundo, cum aliquis per syllogismum deceptorium accipit esse, quod non est, vel non esse, quod est: in quo syllogismo, vel ambæ, vel vna propositio sunt falsæ. Albert. Mag. in post. c. 189. col. 4.

Ignorantia prauæ dispositionis acquisita absque syllogismo est deceptio, quæ pro vero sumit falsum, & pro falso verum absque syllogismo in contrariis principiorum. Alber. magn. in post. c. 189. col. 4.

Ignorantia prauæ dispositionis non fit in tertia figura, quia cum fit syllogismus, contrarius scientiæ, & scientia fit vniuersalium, & syllogismi debent vniuersales esse, & in tertia non concluditur vniuersale. Albertus mag. in poster. char. 190. colum. 2.

Ignorantia, quæ est male dispositionis, est qualitas, quæ corruptio quædam est. Albertus magnus de mort. & vit. tr. 2. c. 2. ch. 19. colum. 4.

Ignorantia, quæ est in prauæ vtendo principijs alicuius scientiæ, est contra veritatem illius scientiæ. D. Tho. in posterior. char. 53. colum. 4.

Ignorantia prauæ dispositionis circa duo potest contingere: primo circa prima principia: alio circa conclusiones: prima opponitur cognitioni intellectus: secunda scientiæ. D. Tho. in post. ch. 58. col. 2.

Ignorantia prauæ dispositionis prouenit dupliciter: primo absolute affirmando, vel negando: secundo cum inducitur homo ad falsum existimandum per aliquam rationem syllogisticam. Diuus Thomas in posterior. char. 58. colum. 2.

Igno-

Ignorantiam, quæ consequuntur.

Ignorantis vinculum non est soluere. Aristoteles tert. metaphysicor. ex sum. 1. cap. 1. tex. 1. chart. 39.

Ignorantia, quod fit, non spontaneum idem omne, sed inuitum id est, quod dolorem, vel penitentiam affert: nam qui ex ignorantia quippiam egerit, factum minime ægrefert: ipæ sane neque sponte egit id, quod ignorauit, nec inuitus, cum non doleat. Aristoteles tert. ethico. nicomac. cap. 1. chart. 51.

Ignorantia ex his qui agunt, quem facti penitet inuitus videtur fecisse: quem non penitet, non sponte egisse dicitur. Aristoteles tertio ethico. nicomac. capit. primo, chart. 51.

Ignorantia agere, vel esse ignoratæ diuersum est: nã qui ebrius est, vel iratus, non videtur ex ignoratæ agere, sed ob aliud quippiam ex his, quæ dicta sunt: quippe cum non sciens, se id ignoratæ agat. Aristoteles tert. ethico. nicomac. chart. 52.

Ignorantia qui aliquem lædit, non afficit iniuria. Arist. magn. moral. prim. cap. 31. char. 310.

Ignorantes mala, quæ agunt, cum ipsi suæ ignorantæ auctores sint, non minus, ac scientes puniri debent. Alexander aphrodisæus in quarto, natur. quæstion. cap. 29. chart. 23. col. 1.

Ignorantes si est, non possumus scire quid est. Ioannes gramm. in 2. post. cap. 9. chart. 62. col. 3.

Ignorantia pusillanimes facit. Diuus Thom. in politic. l. 1. chart. 87. col. 2.

Ignorans simpliciter, & dubitans differunt; quia ignorans ligatus est ne attingat scibile, & tamen nescit se ligatum esse, dubitans, & scit se ligatum, & querit solutionem. Alex. de ales in 3. metaph. t. 1. ch. 48. col. 3.

Ignorantia iuris.

Ignorantia iuris est, qua aliquis ignorat ea, quæ in legibus sancita sunt, & quæ oportet, & necessarium est scire, vel simpliciter, vel quantum ad officium in quo est, & quæ non sunt difficilia sciri ab homine. Albert. mag. ethico. 3. tract. 1. cap. 21. ch. 40. col. 4.

Ignoratum, & indeterminatum continere, & determinare impossibile est. Arist. 3. phy. cap. 6. tex. 66. ch. 73.

Ignotum, aut incomplexum, aut complexum: incomplexum sciri non potest, nisi per definitionem: complexum, nisi per argumentationem. Alber. mag. in præd. capit. quint. chart. 2. col. 4.

Ignotum remanet, quod non scitur, nisi per posterius se secundum maiorem sui partem. Albertus magnus in metaph. tract. 1. cap. 9. chart. 122. col. 2.

Ignota per nota tantum nobis innotescunt. D. Tho. in pri. de ani. l. 3. tex. 19. chart. 4. col. 2.

Ilia si solida fuerint, dura, & discreta ossibus, ferum, & bellatorem indicant. Alb. magn. de animal. lib. prim. tract. 2. cap. 26. chart. 23. col. 3.

Ilia molli carne completa muliebri ingenium indicat. Albertus magnus ibidem.

Ilia nimium ex osse, & rugola, & tenui cute circumdata, malignitatem præterdunt. Alb. mag. ibid.

Ilia, & femur subiecto non differunt, sed ratione tantum: ideo phylognomia eadem est amborum. Albertus magnus ibidem.

Illatio ex non oppositis coniunctis diuisa non semper tenet. Tho. de Vio. Caiet. in perih. ch. 24. col. 4.

Illegalitas omnem continet iniustitiam, & est commune genus omnis iniustitiæ. Albertus magnus ethico. 5. tract. pri. cap. 2. chart. 54. col. 3.

Illegalitatem semper his attribuiamus, qui magis quã decet, pecunijs student. Aristoteles quart. ethico. nicom. cap. prim. chart. 79.

Illegalitas incurabilis est, nam, & senectus, & omnis

imbecillitas reddere illiberales videtur. Aristoteles quarto ethico. nicom. cap. 1. chart. 79.

Illegalis est, qui omni acquisitione gaudet, & omni amissione dolet magis quam oportet. Aristote. mor. eud. tert. cap. 6. chart. 421.

Illegalis species sunt, parcus, sordidus, turpis lucri cupidus. Arist. moral. eud. 3. cap. 6. chart. 421.

Illegalitas est, per quam expendunt quidem, minutatim autem male, & plus iacturæ facientes nullo habito temporis defectu. Arist. de virt. ch. 482.

Illicinus (vt ait Simeon) est serpens, qui habitat in illicibus, & quem momorderit, accidit cutis excoaratio, & similiter excoariorum, qui ei medetur, & tangit illum, & habet odorem malignum, mortificantem eum, qui præsens est mortuo, & accidit accidentia mortus viperarum: & est ordinis primi. Alber. magnus de anim. l. 26. chart. 202. col. 1.

Illuminatio fit in instanti. Auerroes 4. physico. tex. 129. chart. 92. columna 4.

Illuminatio non est nisi generatio luminis in diaphano ad rectam oppositionem illuminatis, & ideo cum ex parte diaphani nulla forma expellenda sit, quæ sit contraria luminis, & ex parte illuminantis nihil exigatur ad generationem eius, nisi oppositio recta, contingit generari lumen in toto horizonte ad ortum Solis, & est illuminatio finis, vel consequens finem motus Solis ad ortum, & ideo fit in instanti. Alber. mag. in 10. physico. tra. 3. cap. 15. chart. 57. col. 3.

Illuminationem cum dicimus esse subitam alterationem totius perspicui ad rectam oppositionem illuminatis primi, non intelligimus similiter de alteratione, quæ est motus localis, quæ cum sit corporum, fit per prius, & posterius in tempore, ita vt prius vna pars, quam altera alteretur. Albertus magnus de sen. & sen. trac. tert. capit. secund. chart. 18. col. 2.

Illuminatio est terminus motus localis corporis illuminantis, vt generatio, & corruptio est terminus alterationis. D. Tho. in 6. phys. l. 8. text. 59. chart. 99. col. 2.

Illustratio aeris, & coagulatio temporis principium habent. Simp. in 1. phys. chart. 34. col. 2.

Imaginationis diuisio.

Imaginatio omnis, aut rationalis, aut sensitua, & hac alia animalia participant. Aristoteles tert. de anima, sum. secund. cap. 3. tex. 56. char. 668.

Imaginationes aliæ veræ, aliæ falsæ sunt, & aliæ imbecilles, aliæ vehementes, quæ modo veræ, modo falsæ sunt: & iuxta exquisitas rei imaginatæ differentias, vel hebes, vel vehemens est imaginatio. Alex. aphro. in 1. de anim. cap. 2. char. 39. col. 1.

Imaginatio duplex: alia recordatiua alia per quam docemur, quam solum homines habent. Ioannes gramm. in 3. de anim. tex. 155. char. 80. col. 2.

Imaginatio duplex, vna quæ formas tantum suscipit, & est veluti receptaculum, alia, quæ depingit, & effingit, quod vult. Ioannes grammaticus in tertio de anim. text. 160. chart. 82. columna 2.

Imaginatio alia consultatoria est, quæ solis hominibus inest, alia sensui coordinata. Ioannes grammaticus in 3. de ani. tex. 54. chart. 95. col. 2.

Imaginatio quid est.

Imaginatio, & opinio videntur esse quidam motus. Arist. phys. 8. sum. 2. cap. 1. tex. 26. char. 205.

Imaginatio est motus a sensu secundum actum factum. Arist. 2. de ani. sum. 7. cap. 1. tex. 161. ch. 656.

Imaginatio non est sensus, quia sensus, aut potentia, aut actus est, imaginari aut, quæ est in somno neutro horum modorum est, & sensus semper adest, imaginatio non, sensus veri

veri semper, imaginatio plures falsæ. Aristotel. 2. de anim. sum. 3. cap. 2. tex. 156. char. 654.

Imaginatio non est scientia, nec intellectus, qui semper verum dicunt, imaginatio autem, & falsa est. Arist. 2. de anim. sum. 7. cap. 2. tex. 157. chart. 653.

Imaginatio est motus, qui neque sine sensu, neque non sentientibus inesse potest, & multa est secundum ipsam, & facere, & pati, quod habet, & esse veram, & falsam, & hoc accidit propter hæc. Sensus priorum est verus, aut quam paucissimum habens falsum. Deinde eius cui hæc accidunt contingit, vt sit falsus. Tertium autem communium, & consequentium ea, quæ accidunt ijs, quibus insunt propria, vt motus, & magnitudo, quæ accidunt sensibilibus, circa quæ iam est decipi secundum sensum. Motus autem ab actu factus, qui ab his tribus sensibus differt a sensu, & primus quidem præsentem sensu verus est, alij autem, & præsentem, & absentem erunt falsi, & maxime cum sensibile procul est. Aristoteles secundo, de anim. sum. 7. capit. 2. text. 161. chart. 655.

Imaginatio est aliud ab affirmatione, & negatione, complexio enim intellectuum est verum, aut falsum. Arist. 3. de ani. su. 1. cap. 5. tex. 39. char. 663.

Imaginatio proprie est motus factus a sensu in actu. Alex. aphr. in 3. natur. quest. cap. 13. char. 13. col. 3.

Imaginatio simplex, & absque ratione ab extrinsecus occurrentibus fit, sensuum functionibus assimilata. Alexaphrod. de fato. cap. 10. chart. 26.

Imaginatio, vel phantasia, ipsa quoque perpendendi, ac iudicandi facultate prædita est, & vna ex ijs virtutibus est, quibus & verum dicere, & mentiri solemus. Alex. aphrod. in 1. de ani. cap. 20. char. 38. col. 2.

Imaginatio est quedam motio, per quam nobis simulacra quæpiam in anima gignuntur. Alex. aphr. in 1. de anim. cap. 20. chart. 38. col. 3.

Imaginatio est motio a sensu in actu profecta. Alex. aphr. in 1. de anim. cap. 20. chart. 39. col. 1.

Imaginatio est quasi quedam impressio, & vestigiū sensus. Themistius in ter. de anima. capit. 13. text. 158. chart. 82. columna 4.

Imaginatio est motus animæ, quem sensus in actu positus creat. Them. in 3. de ani. ca. 8. tex. 160. col. 2.

Imaginatio in nobis est cum volumus, non quia imaginatio in nobis sit, etenim quedam sunt nobis inuitis, sed quia quedam in nobis, ita sunt, vt ad libitū exprimi possunt, non similiter etiam reprimi. Sim. 3. de ani. ex sec. 1. tex. 153. chart. 54. col. 3.

Imaginatio motus quidam esse videtur, & nō sine sensu fieri, sed iis quæ sentiunt, quorum est sensus. Sim. in 3. de anim. ex sec. 1. tex. 162. char. 56. col. 4.

Imaginatio ab Aristotele intellectus passius nuncupatur. Io. gra. in 1. de ani. ex proc. m. ch. 2. col. 4.

Imaginatio nihil aliud est quam paruus sensus, vt sensus est vehemens imaginatio. Ioannes gram. in 3. de anim. text. 136. chart. 75. col. 3.

Imaginatio est indiuisibilis. Ioannes grammaticus in 3. anima. text. 35. chart. 90. col. 4.

Imaginatio proprie dicimus, vbi primarius sensus circa ea operatur, intelligibilia autē, quæ mens vna est cū imaginatione. Mich. ephes. de mem. & rem. in. c. 3. c. 2.

Imaginatum in abstractis est idem omnibus modis, in hominibus autem non est omnibus modis idē. Auer. 1. de cel. tex. 90. chart. 20. col. 3.

Imaginatio est, quæ impressiones rerum sensatarum, conseruat, postquam a sensibus abierint, & componit vnā cum aliā, & separat vnā ab aliā, & in somno, & in vigilijs componens, & separans in parte veras, & in parte non veras, & cum hoc apprehendit inuatiuum, & nociuum, & alia quæ sunt in virtute rationali. Auerroes de anima. beatitud. capite, quinto chart. 66. columna 2.

Imaginatio est in qua imagines sensibilibus, rebus sensibilibus absentibus reseruantur, & hæc plus abstracta, quam sensus, quia sensus non accipit formam, nisi re præsentem; hæc autē reseruat etiam re absente. Alb. magn. in 3. de ani. tra. 1. cap. 1. chart. 35. col. 2.

Imaginatio est reseruatō specierum sensibilibus, prout sunt imagines rerum, & sic aliquid memoriæ est imaginatio. Albert. magnus in prim. metaphysic. tra. pri. cap. 6. chart. 57. column. 4.

Imaginationis, & sensus, ceterarumque anime potentiarum communitas, & differentia.

Imaginatio aliud est a sensu, & a ratiocinatione, hæc enim non fit sine sensu, & sine hac non fit existimatio. Ari. 2. de anim. sum. 7. cap. 1. tex. 153. char. 653.

Imaginatio nec opinio cum sensu, nec per sensum, nec complexio opinionis, & sensus est. Aristote. 2. de ani. sum. 7. cap. 2. tex. 158. char. 654.

Imaginatio motus quidam esse videtur, & non sine sensu fieri, sed sentientibus, & quorum sensus est; sit enim motus ab actione sensus. Aristoteles secundo de ani. sum. 7. cap. 2. tex. 160. chart. 655.

Imaginatio cum mouet, non mouet sine appetitu. Ari. 3. de anim. sum. 2. cap. 2. tex. 49. chart. 666.

Imaginatio, & scientia, & intellectus differunt, quia scientia, & intellectus semper sunt veri; imaginatio autem sæpiissime falsa, & illa in rationalibus animalibus tantum sunt, hæc etiam in animalibus ratione carentibus reperitur. Alexander aphrod. in pri. de ani. capit. 20. chart. 38. col. 3.

Imaginatio ab opinione differt, quia opinio cum fide fit, imaginatio sine fide: opinio in compositione consistit, imaginatio non omnis in compositione, consistit. Alexander aphrod. in prim. de anima. capit. 20. chart. 38. column. 3.

Imaginatix vis subiecto vna, & eadem est cum sensibili, ratione autem, & definitione differt. Alexander aphrod. in 1. de ani. cap. 20. chart. 38. col. 4.

Imaginatix anima, vt & sensibilis a natura animatibus concessa est. Alexander aphrod. in prim. de ani. capit. 20. chart. 39. column. 2.

Imaginatio est sensu præstantior, longe tamen animo, ac intellectu inferior. Themistius in tertio de anim. cap. 10. text. 152. chart. 82. col. 2.

Imaginationem a sensu decernere remotis sensibilibus facile est. Themistius in tertio de anima. capit. 14. tex. 159. chart. 83. columna 1.

Imaginatio omnis, siue recta, siue contraria sit, tota pēdet a sensu, cum quo semper incedit, & pedem pariter ponit, & si verus, si falsus sit, cōtinuo si eidem setæ imaginatio addicit. Themistius in 3. de anima. capit. 18. text. 160. chart. 83. col. 2.

Imaginatio, vt sine opera sensuum contingere nequit, ita sine imaginatione nō potest accipi, vel reponi vniuersale. Themistius de memor. & remin. libr. prim. capit. 6. chart. 92. columna 1.

Imaginatio actiones cum dimensione, & forma consistunt, quæ vero puræ rationes, & adeo magis intellectus sunt, hæc excedunt partitione, quæ cum dimensione, & forma sunt. Simplicius in 3. de anima ex. sec. prim. tex. 161. chart. 56. col. 3.

Imaginatio, & manet in sensibilibus figuris, & multū per seipsam facit, & habens patitur, etenim appetit, quod vult facere, & erubescit, & pallefcit. Sim. in 3. de ani. ex sec. 1. tex. 162. chart. 57. col. 1.

Imaginatio dependet a sensu. Ioan. grammaticus in pri. de anima. tex. 12. char. 9. col. 2.

Imaginatio ab opinione differt, quia imaginari, quæ volumus possumus; opinari autem quæ volumus, non possumus. Ioan. gra. in 3. de ani. tex. 150. ch. 79. col. 1.

Imagi-

Imaginatio licet effingit, quæ sensus non mouet, & sine sensu operatur, tamen semper a sensu sumit principium, nam ideo Hircoceruum imaginatur, quia & Hircum, & Ceruum seorsum a sensu accipit. Ioannes grammaticus in 3. de ani. text. 160. chart. 82. col. 1.

Imaginatio non operatur cum suscipit formas a sensibus, sed postquam cessarunt sensus, contra Themistium. Ioan. gra. in 3. de anim. text. 160. ch. 82. col. 1.

Imaginatio nihil habet proprium ex se, sed quicquid habet ex sensu habet. Ioannes grammaticus in tert. de anima. text. 44. char. 93. col. 2.

Imaginatio distinguitur a sensu, quia sensus est præsentium, imaginatio absentium. Michael Ephesius de memor. & reminif. char. 1. col. 2.

Imaginatio sequitur ens, & non ens sequitur imaginationem. Auer. phys. 3. tex. 75. chart. 56. col. 3.

Imaginatio semper est in actu in intelligentijs, & non contingit, vt motus ex eis sit mutatus. Auerroes 2. de celo text. 37. chart. 57. col. 2.

Imaginatio in quibusdam animalibus semper est coniuncta cum sensu, nam quando sensatum est absens, & animal est diminutum: in eis autem, quæ sunt perfecta, inuenitur in absentia sentatorum. Auerroes 2. de anima. text. 20. chart. 130. col. 3.

Imaginatio virtute fingere possumus formas imaginabiles, quarum indiuidua nunquam sensimus. Auer. 2. de anim. tex. 153. chart. 157. col. 2.

Imaginatio virtutis primus actus ita se habet ad primum actum sensus communis, vt se habet forma ad materiam. Auer. 3. de anima, tex. 36. char. 179. col. 4.

Imaginatio, nec intellectus non redire facit in rem ex his, quæ sunt apud animam, nisi per figuram, & speciem temporalem prius acceptam. Albertus mag. de memor. & remin. tr. 1. cap. 3. char. 21. col. 4.

Imaginatio in qua facultate, & in quibus animalibus sita est, & quo tempore melior.

Imaginatio sensitiua in alijs inest animalibus, deliberatiua autem est in rationalibus. Arist. 3. de ani. sum. 2. capit. 3. text. 57. chart. 668.

Imaginatio in memoriæ facultate collocatur. Sim. in 3. de ani. ex sec. 1. tex. 253. chart. 54. col. 3.

Imaginatio non solum in hominibus, sed etiam in alijs animalibus existit, quæ incipit, & præcedit, idque iō quia nihil habent præstantius. Sim. in 3. de anim. ex sec. 1. text. 162. chart. 53. col. 1.

Imaginatio facultas in sanguine est. Ioan. gra. in 2. de anim. tex. 94. chart. 63. col. 4.

Imaginatio in irrationalibus sola mouetur; in nobis a sensu mota mouet opinionem. Ioan. gra. in 3. de ani. text. 160. chart. 82. col. 2.

Imaginatio est in parte anteriori cerebri, cogitatio in medio, memorans in posteriori. Auerro. de mem. & rem. 2. chart. 195. col. 4.

Imaginatio virtutis motus intenditur in somno, quia est soluta a ligamento virtutis cogitatio. Auerroes som. char. 201. col. 4.

Imaginatio virtus in somno non inducit verā intentionē indiuiduā, quæ est sub illo vniuersali, quæ dat intellectus, sed similē illi, quia res sensibilis hēt duas formas, scilicet spūalem, & est forma similis, & corporālē, & est forma sensibilis non forma similis. Et iō imaginatio recipit intellectā intentionē spūalem, quæ plus potest recipere eā in spiritualitate: & aliquando recipit eam corporalem, & tunc videt homo non suum simile, sed ipsam formam. Auer. de som. chart. 202. col. 3.

Imaginatio virtutis actio in somno est perfecta, & magis spiritualis, aīa enim in somno facit oīari sensus extrinsecos, & instrumenta eorum, & reuertitur ad sensum interiorem. Auer. de som. ch. 202. col. 3.

Imaginatio inuenitur in animali propter conseruationem. Auer. ex. dest. dest. disput. 16. ch. 53. col. 3.

Imagines multæ in celo apparent aliquando noctu serenitate existente, vt Hiatus, & Fouæ, & sanguinei colores, de quibus eadem est causa, idest exhalatio. Arist. meteo. 1. su. 2. cap. 11. tex. 1. char. 462.

Imago non est necessaria, vt aliquid fiat, quodcunque enim fieri possibile est, etiam non ex imagine fieri potest. Arist. 13. metaph. sum. 2. cap. 3. ch. 275.

Imago vīa est affectio, quæ in oculo propterea reponitur, quia lenis est. Alexander aphrod. de sens. & sens. ex sec. 1. com. 5. chart. 7. col. 4.

Imago apparens est affectio secundum reflexionē factā in his rebus, quæ, & lenes sunt, & consistunt sic vt retinere quæant formā rei vīse cum variē ob interstitium, quod pertransit vsque ad locum afficiatur, quo in genere est oculus. Alexander aphrod. de sens. & sens. ex sec. 1. co. 5. chart. 6. col. 4.

Imago quæ est in imaginatione, nō est tanquā forma, sed tanquā formatum. Sim. in 3. de ani. ex sec. 1. t. 11. ch. 91. c. 3.

Imago est, quæ vī non secus, ac innatū quippiā simulacrū, & effigies. Michael ephes. de mem. & rem. c. 4. col. 3.

Imagines rerū ipsarum sunt cuiusque sermones, ac verba hominum singulorum. Psel. in 6. phys. char. 51.

Imagines sunt aliqua sensidilia intellectui, & sunt ex loco sensibilibus apud absentiam sensibiliū sed sunt sensibilia non materialia. Auer. 3. de ani. tr. 39. ch. 18. c. 4.

Imago, quæ in speculo cernitur, est in corpore inspecto materialiter, in lumine autem perspicui, quod est medium inter inspectorē, & speculū, vt in deferente, & spū esse spirituale, quæ in lumine perspicui habet: in speculo autē est, vt in terminante radium incidentem, & referente radium reflexum ad inspectorē. Alb. mag. in sex. princ. char. 69. col. 3.

Imago, quæ in speculo apparet, est intentio imaginis, nō imago distēsa p mēsurā. Alb. mag. in sex prin. c. 69. c. 3.

Imaginatio, vt sit bona, & qui bene imaginantur.

Imago est rei ad rem coræquandam similitudo indifferens. Alb. mag. in 6. top. capit. 4. chart. 258.

Imagines in lapidibus, tribus inueniuntur modis: primo imago non est exarata, nec super eleuata, sed depicta quasi coloribus, & picturis variata: secundo eleuata, vt opere excussorio super lapidem: tertio figura est exarata in aliquibus partibus lapidis abradis, in aliquibus autem remanentibus: sed pictæ imagines aliquando eiusdem coloris cum lapide sunt, aliqui alij coloribus. Alb. mag. in 2. de min. ex tr. 3. c. 1. c. 142. c. 1.

Imagines lapidibus imprimi possunt ab arte, & a natura: primo cum ars effingit imagines, & in aquā ponit totā materiā, quæ virtutē obtineat petrificandi: alio modo cum fiunt in materia, & opere alchimiar, litargirio fortissime lauato in aqua, & per ipsam sæpius colato, quousque fiat vt lachrima, & duæ aquæ permisceantur, & hæc aqua certe coagulat, & videtur lapis, qui per eum coagulatus fuerit. Alber. magn. in 2. de miner. ex trac. 3. cap. 2. chart. 142. col. 2.

Imagines celi ex multis adiuuatur, quinque tamē offeruanda sunt: primo imago circuli non stellati habens motum figuræ, & vitæ: secundo ex figuris, & imaginibus stellatis: tertio ex situ planetarum: quarto ex quantitate eleuationis, & elongationis secundū longitudinem, & latitudinem a linea æquinoctiali, & ascendente, & quinto ex respectu omnium horum ad latitudinem climatis. Albert. magn. in 2. de miner. ex tract. 3. cap. 3. char. 142. col. 4.

Imaginandi bonitas provenit ex frigida, & sicca complexione. Alb. mag. in 2. de ani. tr. 3. cap. 23. ch. 23. col. 1.

Imaginantes bene ad duo disponuntur, quorum vnū est in mathematicis: aliud per quod abstrahuntur a motibus

motibus sensuum, & sunt semper solitari, & abstrahuntur a cura carnis, & delictis corporis, & sic efficiuntur prophetæ. Alb. mag. 3. de ani. tr. r. ca. 1. ch. 33. col. 3.

Imaginationis bonitatem quatuor perficiunt precipue: primum est bona organi complexio proportionata ad convenienter recipere imagines, & ad melius tenere: secundum puritas, claritas, & munditia spiritus ei deseruiens: tertium est via a sensibus, & a sensu communi bene libera, & non infirma, neque male proportionata: quartum est bona membrorum dispositio organo imaginationis deseruiens, & precipue cordis, & stomachi. Albertus magnus de animal. cap. prim. chart. 84. column. 3.

Imbecillum esse maxime constat, quod contra naturam est. Arist. probl. sec. 10. num. 30. chart. 435.

Imber cum plurimis piscibus conducatur, nocet tamen mugili, capioni, & murino. Arist. de hist. ani. 8. c. 19. ch. 299.

Imber fit expressione nubis magnopere addensate, tot habens differentias quotuplex est nubis compressio, quippe quæ remissa si fuerit, molles strias dispergat, si vehemens, pleniores. Arist. de mundo. c. 3. ch. 815.

Imbris vehemētioris cur signum sunt bullæ, quas imber excitat quoniam aquæ copia, & vaporis spiritum multum gignit, & crassum, qui cum undique aquam subeat, erigatur; in deum, inflatur, & facie vesicæ afformatur, ut & vitrum inflari potest, & genus omne humoris, cum ebulliat, conuertitur in spiritum, & intumescere solitum est. Alex. aphr. probl. 2. nu. 40. ch. 738.

Imitatio ut sint, in hoc conueniunt Epopæia, Tragedia, & Comædia, ac Dithyrambica, & in tribus differunt, aut quod genere diuersa imitantur, aut quod res diuersas, aut quod modo dicitur, & non secundum eandem rationem. Arist. poet. cap. 1. ch. 257.

Imitationem qui non facit, & si merito scribat, non tamen ob id poeta appellandus est. Arist. poet. cap. 1. ch. 258.

Imitantes agentes imitantur, qui vel probi, vel improbi sunt: nam per vitium, & virtutem mores omnes differunt. Arist. poet. cap. 1. chart. 258.

Imitatio tribus constat, quibus, quæ, & quomodo. Arist. poet. cap. prim. chart. 259.

Imitari institum est hominibus a pueris, nam, & ad imitationem aptissimi sunt, & primas disciplinas imitando acquirunt. Arist. poet. cap. 2. chart. 260.

Imitatio tota in actione consistit, & agitur ab agentibus, quos tum moribus, tum sententia tales esse oportet, patet harum actionum causas duas esse, sententiam, & mores, per quas omnes, vel compotes voti, vel non, fiunt. Arist. poet. cap. 4. chart. 264.

Imitatio actionis fabula est. Fabulam vero rerum ipsam compositionem appello: Mores secundum quos agentes, tales esse dicimus: Sententiam ex quocunque dicentes, vel aliquid declarant, vel mentem propriam aperiant. Arist. poet. cap. 4. chart. 264.

Imitationis genera tria sunt: duo simplicia; primum in similitudine, secundum in acceptione alicuius similis loco alterius similis, & sub hac est metaphora, & cognominatio, & tertium ex his constat. Auer. in poet. cap. prim. chart. 98. col. 2.

Imitatio fit de dispositionibus, quæ virtutes induunt, non de habitibus. Auer. in poet. cap. 4. ch. 90. col. 2.

Imitatio est subiectiue in intellectu, non in rebus. Alex. de ales in 6 metaph. tex. 8. ch. 180. col. 3.

Immateriale omne impossibile est, ut inueniat ex eo plus quam unum ens numero. Auer. 1. de celo. t. 90. ch. 28. col. 2.

Immateriale est id, quod a nulla forma, vel motu, vel magnitudine, vel contrarietate distinguitur. Albert. mag. in 2. metaph. cap. 15. ch. 155. col. 2.

Immateria dicuntur forme, materialia vero imagines. Alex. de ales in 1. metaph. ch. 10. col. 3.

Immediatæ propositiones non omnes sunt affirmatiuæ, sed et negatiuæ sunt. Them. in 1. post. c. 3. r. ch. 6. c. 3.

Immediata propositio est illa, quæ non est altera prior, & ad cuius fidem non indigemus medio termino. Io. gram. in 1. post. cap. 2. chart. 6. col. 2.

Immediatæ illæ sunt negationes, cum termini negatiuales fuerint, ut neuter ipsorum habeat talem affirmantem de ipso, & quod ipse sit generalissimus, & possit de aliquibus generibus prædicari. Ioan. gram. eod. lib. cap. 11. chart. 30. col. 3.

Immediata propositio affirmatiua est. Ioan. gram. eod. lib. cap. 21. chart. 48. col. 3.

Immediatum dicitur, eo quod inter ipsum, & aliud non est medium. Alb. mag. in poster. ch. 175. col. 4.

Immediatum duplex, in genere subiecti, & in genere causæ. Alex. de ales in 5. metaph. ch. 153. col. 2.

Immediatum, & secundum, quod ipsum idem sunt re, sed differunt ratione. Alex. de ales ibid.

Immiscibilia sunt illa, in quibus non puenit humiditas ad extra, vel quia non habet poros, vel si hent, sunt parui, & subtiles, vel tortuosi. Auer. meteo. 4. c. 3. c. 212.

Immobile non omne quiescit, sed quæ motu priuatum est, aptum autem natura moueri. Arist. phy. 4. c. 6. t. 118. c. 115.

Immobile est, & quod omnino non potest moueri, & quod in multo tempore vix mouetur, & quod tarde incipit, & quod, & si natura est aptum moueri, ac moueri potest, non tamen mouetur tunc cum aptum natura est, & ubi, & quomodo, quod immobilium solum quiescere voco. Arist. phy. 5. su. 1. ca. 3. tex. 20. ch. 13.

Immobilia mouentia per accidens, continue mouere nequeunt, ergo primum mouens erit immobile, & non mouebitur per accidens. Arist. physic. 8. sum. 2. cap. 5. text. 52. chart. 220.

Immobile mouens semper vno mouet motu, quia nihil ipsum mutatur ad id quod mouetur. Arist. phy. 8. sum. 2. cap. 5. tex. 53. chart. 221.

Immobile dicitur, quod omnino impossibile est moueri, ut Deus: secundo modo, quod vix, aut tarde moueri incipit, ut aliquid magnum saxum: tertio, quod natum est moueri, tamen non mouetur quando natum est moueri, nec ubi natum est moueri, & hoc vocatur quies. Arist. 11. metaph. su. 4. cap. 3. ch. 241.

Immobilis ac sempiterna consideratio nec ad Physicam nec ad Mathematicam pertinet. Non ad Physicam, quia non conuenit considerantem mobilia, & inseparabilia, immota, & separata contemplari. Non ad Mathematicam, quia licet hæc de immobilibus differat, non tamen de inseparabilibus, sed quæ in subiecto sunt, atque materia. Alexand. aphrod. in 5. metaphysi. vel secundum lat. 6. co. 4. char. 174. col. 1.

Immobile duobus modis dicitur: vno modo ipsum necessarium, quod est aliquid semper, alio modo impossibile. Alex. de ales in 9. metaph. tex. 22. ch. 276. col. 1.

Immortalia cogitare debet ois, & quatenus licet, immortalem se reddere. Arist. 10. ethi. nico. c. 7. ch. 257.

Immortales cum sumus, tamen meminisse non possumus eorum, quæ simul cum intellectu mortali didicimus. Them. in 3. de anim. cap. 38. t. 19. ch. 85. col. 4.

Immortalia vitam sine vegetatione, & sensu cum solo intellectu, & motu secundum locum viuunt nobiliori vita quam inferiora, vita enim illorum est perfecta, & perpetua, nullo indigens eorum, quæ sunt extra se. Albertus magnus de spir. & respir. 1. prim. trac. 1. cap. pri. chart. 51. col. 2.

Immutabile tanto est aliquid magis, quanto est magis necessarium. Alex. de ales in 1. metaph. ch. 8. col. 1.

Impartibile esse necesse est id, in quo primo mutatum est id, quod mutatum est. Arist. phy. 6. su. 4. c. 1. t. 44. ch. 159.

Impartibile non potest moueri, nisi per accidens. Arist. phy. 6. su. 5. cap. 2. tex. 86. chart. 173.

Impartibile est id, quod est secundum quantum indiuisibile. Arist. phy. 6. sum. 5. cap. 2. tex. 86. ch. 173.

Impartibilia non possunt esse partes partibilis, & diuisibilis.

partibilis. Ioannes grammaticus in 4. phy. ch. 105. col. 3.

Impartibile non moueri potest, nisi per accidens, quia est in aliquo corpore, vel magnitudine, quæ mouet. Sim. in 6. phys. tex. 88. chart. 364. col. 2.

Impassibile est cum vnumquodque vnum est, & similiter cum non se tangunt agentia, & patientia, nec se ipsa, nec per alia, quæ facere nata sunt, & pati, ut ignis non calefacit, nisi tangat corpus, vel aerem intermedium. Arist. 1. de generatione & cor. c. 6. t. 78. ch. 416.

Impedire possunt in esse, quibusdam sola ea, quæ & habendi ipsa, & non habendi potestatem naturalem obtinent, quæ etiam absque impedimento possunt in illo non facta iri. Sed quæ ex necessitate ad quædam sequuntur, non possunt hæc impediri, quin futura sint. Alex. aphr. in 1. natural. quæst. cap. 18. chart. 5.

Imperare, & parere non solum necessarium sunt, sed etiam vtilium, & statim a generatione quædam distincta sunt, alia ad imperandum, alia ad parendum. Arist. politic. 1. cap. 3. chart. 493.

Imperare nemo potest nisi prius sub imperio fuerit. Arist. politicorum 3. cap. 3. chart. 565.

Imperium natura obtinet pater filiorum, maiores nepotum, & Rex a se rectorum. Arist. 8. ethic. cap. 11. ch. 206.

Imperfectum, & quod potestate est maxime conspicitur in corpore. Simp. in 3. de ani. ex sec. 1. t. 6. ch. 59. col. 4.

Imperfectus est is motus, qui sui finem fortitur: perfectissimus autem, qui opus suum perpetuat, ac continuat in sempiternum. Psel. in 8. phy. char. 78.

Imperfectum nunquam secundum naturam est causa vniuoca perfecti. Albertus magnus de intellectu & intellig. 1. tract. 1. cap. 3. chart. 50. col. 3.

Imperfectum est cuius perfectientia, & cõferentia sunt extra ipsum: perfectum autem, cuius perfectientia, & cõferentia oia sunt in ipso secundum substantiam. Alb. magn. de motibus animalium 1. tra. 1. cap. 4. ch. 46. col. 2.

Imperitorum duæ sunt species, vna quæ nihil scit, alia, quæ aliter quam oportet, & deprauate scit. Them. in prim. post. cap. 25. chart. 5. col. 3.

Impietas est aduersus Deos, demones, & defunctos, & circa parentes, & patriam. Arist. de virtutibus ch. 482.

Importuni sunt, qui in voluptate finem ponunt, quia felicitatem in corporis fruitionibus ponunt, in quibus, & mundana, & pecudes sunt importunissimi. Alex. aphr. in 4. moralium quæst. cap. 18. ch. 19.

Impossibile dicitur dupliciter, aut simpliciter, quia non verum est dicere, quod factum utique erit, aut quia non facile, neque cito, aut bene. Aristot. pri. de celo, text. 111. chart. 280.

Impossibile, & falsum non idem significant. Aristote. 1. de celo tex. 119. chart. 283.

Impossibile, & possibile, & falsum, & verum sunt ex suppositione, & simpliciter, non. n. id est falsum esse simpliciter, & impossibile simpliciter. Ari. 1. de celo. t. 109. c. 283.

Impossibilia alia sunt impotentia dicuntur, alia alio modo, impossibile quid est, cuius contrarium est verum de necessitate. Arist. 5. metaph. cap. 12. tex. 77. chart. 102.

Impossibile ex possibili sequi non potest. Alex. aphr. in 1. priorum cap. 14. chart. 30. col. 1.

Impossibile est id, quod in omni necessaria consecutione ex impossibili sequitur. Alexander aphr. in prim. priorum cap. 14. chart. 30. col. 1.

Impossibile antecedente, impossibile quoque consequens esse necesse est. Alex. aphr. in 1. prior. ca. 14. ch. 30. col. 1.

Impossibile est, quod est tale, quod est impeditum, & cadens a possibili propter impedimentum ipsum factum iri casu. Alex. aphr. in 1. naturalium quæst. cap. 18. ch. 4.

Impossibilia duplicia sunt, alia natura, alia quia impedita sunt. Natura impossibilia sunt quibus inesse ipsis opposita ex necessitate inest. Impedita autem sunt, quæ habent, ut fiant, naturalem habitudinem, ab aliquo casu tamen impediuntur. Alex. aphrod. in prim.

naturalium quæst. cap. 18. chart. 5.

Impossibilia natura sua, quæ sunt, etiam apud Deos eandem impossibilis naturam seruant. Alexander aphr. de fato. capit. 16. chart. 28.

Impossibilia naturæ cunctis sunt impossibilia. Alexand. aphrod. in 1. metaph. co. 64. char. 32. col. 1.

Impossibilem materiam id efficere dicitur, quod ita se habet, ut semper non insit. Amm. in 1. de interp. ch. 46.

Impossibile auget, & intendit ipsum absurdum. Ioannes gramm. in pri. phy. tex. 14. char. 7. col. 2.

Impossibilia supponere solemus causa tractandi, & percipiendi rerum naturam. Ioan. gra. in 4. phy. ch. 86. c. 1.

Impossibile non accidit, nisi cum aliquid de contraria habere simul secundum totum, secundum particulas vero non est impossibile. Auer. phys. 6. t. 82. ch. 136. col. 4.

Impossibile non sequitur ex possibili, sed necessario positio, ex qua sequitur impossibile, est impossibilis. Auer. prim. de celo. text. 59. chart. 20. col. 3.

Impossibile est imaginari aliquid esse possibile in respectu patientis, & impossibile in respectu agentis, quoniam contingeret, ut sit patientis impossibile, id est possibile impossibile. Auer. 1. de celo. t. 124. ch. 40. col. 1.

Impossibilis definitio est, quod nunquam exit in actum. Auer. 1. de celo. tex. 137. chart. 44. col. 1.

Impossibile in doctrina ponit multoties. Arist. & Plato, ut possibile. Auer. 2. de celo. t. 104. ch. 78. col. 1.

Impossibilia contingentia alicui falsæ positioni in aliqua scientia, non contingit ei in alia scientia. Auer. 4. de celo. sum. 1. tex. 6. chart. 82. col. 3.

Impossibile est, quo posito, aliquid falsum, & impossibile sequitur eo nomine, quo impossibile prius positum fuit. Boeth. de syllog. hip. 1. chart. 609.

Impossibile multis dicitur modis, vno modo per se, & simpliciter, alio modo per accidens, & secundum quid. D. Thom. de anim. mot. 1. 2. chart. 49. col. 2.

Impossibile qui, vel sibi, vel simpliciter putat, nemo aggreditur. D. Tho. 7. polit. lec. 9. char. 113. col. 3.

Impossibile ad formam est impossibile ad locum. Alex. de ales in 2. metaph. char. 46. col. 2.

Impossibilitas ad rem omnino fugit aspectum rei: possibilitas vero ad rem multum accidit ad esse rei. Alex. de ales in 7. metaph. tex. 29. chart. 214. col. 4.

Impotentia omnis præter naturam est, ut senectus, & decrementum. Arist. 2. de celo. su. 2. ca. 5. te. 37. ch. 304.

Impotentia est priuatio potentia: & quædam talis principij oblatio quale diximus, aut omnino cum natura aptus natus sit habere, iam natum aptum est habere: non enim eodem modo dicuntur impossibile, generare puerum, & virum eunuchum. Aristoteles quint. metaphysicor. cap. 12. tex. 17. chart. 102.

Impotentia, & impotens, est quædam priuatio. Arist. 9. metaphysic. sum. 1. cap. 2. tex. 2. char. 175.

Impotentia quædam est non posse scorum ab inspiratione viuere, ut viuere posse potentia est. Mich. ephes. de respir. chart. 38. column. 3.

Impotentia tot modis dicitur, quot potentia. Auer. in epitom. metaphysi. trac. 1. char. 171. col. 1.

Impotentia in naturalibus non est priuatio prima, sed fundatur super contrarium, & causatur ab illo, cuius effectum scire oportet. Albertus magn. in 4. meteor. tract. 2. capit. 18. chart. 128. col. 3.

Impotentia non est negatio, sed priuatio. Alex. de ales in 5. metaph. tex. 17. chart. 122. col. 1.

Impregnationis tempus naturalissimum est, quando facilius impregnatur mulier, postquam emundata est a menstruo. Alb. mag. de ani. l. 9. tra. 1. ca. 2. ch. 86. c. 2.

Impregnatis non accidit menstruum, quia necessarium est ad nutritionem embryonis. Alber. magna. de anim. l. 9. tract. 1. cap. 2. char. 86. col. 2.

Impregnationis signum est, ut sit orificium vuluæ exterius versus anum, & si labia vuluæ post coitum sunt tenuia.

tenuia. Quod si labia vuluæ sunt lubrica, vel vncta, est signum, quod sperma cito exibat, & si sunt lenia post aliquot dies, signum est semen, & creaturam excedere velle. Alb. mag. de ani. l. 9. trac. 1. cap. 3. ch. 86. col. 2.

Impregnatio si est feminæ, purgatio seminis per digestionem facta erit in 30. diebus, si maris, in 40. quia in foemina citius separatur ab ipso impurum. Alb. mag. de anim. l. 9. tract. 1. cap. 2. ch. 86. col. 3.

Impregnatio masculi si est, lactis impulsus frequentius fit in dextra mamilla, & infra 40. dies sentitur moueri aliquantum lac; si foemina, in sinistra mamilla, & sentitur moueri lac infra nonaginta dies. Alb. magn. de anim. l. 9. tract. 1. cap. 3. ch. 86. col. 3.

Impregnationis signum est vehemens pondus inguinis. Alb. mag. de ani. l. 9. tract. 1. cap. 3. ch. 86. col. 4.

Impregnationis signa sunt, quod post impregnationem sunt mulieres graues, & efficitur super oculos eorum quædam quasi obscuritas, & glaucedo ex redundantia retenti menstrui, & hoc apparet in quibusdā valde cito, ita vt infra decem dies hoc sentiat, in quibusdam vero tardius, & hoc accidit propter quantitatem humiditatis superflue in corporibus earum. Albert. mag. de anim. l. 9. tract. 1. cap. 3. ch. 86. col. 4.

Impregnationis tempore multis mulieribus accidit vomitus, sed differenter, quia in aliquibus accidit tempore, quo recedit menstruum, sed nondum redūdat ad mamillas, alijs cum pili oriūtur in concepto, quia tunc nihil attrahitur de menstruo, & sanguis corruptus redūdat ad villos stomachi, & nauſeā prouocat. Alb. mag. de ani. l. 9. tr. 1. ca. 4. ch. 87. col. 1.

Impregnatio masculi maiorem motum parit, quam feminæ, & meliorem colorem mulieri, & citius parit. Alb. mag. de ani. l. 9. tra. 1. ca. 4. ch. 87. col. 1.

Impregnata mulier si coit cum viro, festinat partus cū inflat tempus pariendi propter motum matricis in configuratione coitus. Albertus magnus de anima. l. 9. tract. 1. cap. 4. chart. 87. col. 2.

Impregnata foemina non sustinent coitum præter mulierem, & equam. Albertus magnus de anima. l. 9. tra. pri. cap. 5. chart. 87. col. 4.

Impregnatio impeditur spāmo, & pustulis, & verrucis in orificio matricis existētibus, & nimia clausura oris matricis, quæ accidit ex partu, quando nimium matrix exsiccat. Albertus magnus de animalibus l. 10. tractat. 1. cap. 1. chart. 93. col. 1.

Impregnationis signa sunt, siccitas inguinum post coitū, & præcipue si caput virgæ maris fuerit, quasi luxerit aliquid ipsum, & si matrix vehementer sentitur claudidi, ita vt hæc restrictio sit absque duritia ipsius, & si matrix sentitur colligi ad superiora, & anteriora, & retinentur menstrua cum tempus est menstruorum, & si aliquid parui doloris sentitur in ea parte, quæ est inter umbilicum, & vuluam: aliquando etiam si fit vrinæ difficultas, & etiam si in coitu nō emittit sperma. Albertus magnus de animalibus lib. 10. trac. 2. cap. 3. chart. 95. columna 1.

Impregnata mulieri pigritia, & angustia consuevit venire, & appetitus mali, & stulti, & albedo oculorū ad citrinitatem peruenit, & profundatur oculi, & mollescitur palpebræ, & acutur aspectus, minorantur pupillæ, & ingrossatur albugo, alteratur color, & citrinantur venæ, & aliqua ex eis virides fiūt, & si ante haberit dolores dorsi, & lancharum in impregnatione sedantur ex calefactione cōceptus, & post partum redeunt. Albertus magnus de animal. l. 10. trac. 2. cap. 3. chart. 95. col. 1.

Impregnata de masculino est melioris coloris, maioris leuitatis, mundioris faciei, & sanioris appetitus, & sentit grauedinem ponderis in latere dextro. Alb. magn. anima. l. 10. tract. 2. cap. 3. chart. 95. col. 3.

Impregnatio facile fit, cum delectatio maris, & feminæ,

simul sunt in coitu, quando autem non conueniunt ambæ delectationes, difficilior. Albert. mag. de ani. l. 10. tract. 2. cap. 1. chart. 142. col. 1.

Impressibilia sunt, vt æs, & cera, non impressibilia vt fœtile, & aqua. Arist. meteor. 4. su. 3. cap. 2. t. 45. ch. 579.

Impressio est superficiei secundum partem in profundū transitus, pulsione, aut percussione, in totū autē tactu. Arist. meteor. 4. su. 3. cap. 2. tex. 45. ch. 579.

Impressibilium quæcunque manent impressibilia, & bene impressibilia, manu hæc quidem formabilia sunt, quæ non bene impressibilia, vt lapis, & lignum, aut bene impressibilia, sed non manent impressio, vt lana, aut spongiæ, non formabilia, sed pressibilia hæc sunt. Arist. meteor. 4. sum. 3. cap. 2. tex. 46. ch. 579.

Impressionis generationis loca quatuor sunt, superior regio, quæ æstus appellatur, media regio, quæ frigida est, interior pars aeris nō longe a terra habens aliquid caloris, & aliquid frigoris, & venter terræ. Alb. magn. de part. aeris. chart. 117. col. 3.

Impressionis materia est humiditas non fluens, sed permixta cum sicco terrestri. D. Tho. in 4. meteor. ex digressionem de coloribus lec. 12. chart. 250.

Improbitas spontanea est. Arist. 3. ethi. cap. 5. ch. 60.

Improbi quærunt alios, quibuscum dies traducunt, & seipſos fugiunt, quia cum secum sunt, & recordantur grauium scelerum, & alia huiuscemodi sperant, quorum quando cum alijs versantur, non recordantur. Arist. 9. ethi. nico. cap. 4. chart. 229.

Improbitas immanior est, per quam voluptates sibi comparāt, ludibrio alios habentes. Ari. de virtutibus. 482.

Imprudencia est vitium rationalis, male viuendi causa. Arist. de virtutibus char. 477.

Imprudencia est iudicare peruerſe de rebus, deliberare perperam, vt nequire præsentibus bonis, in falsam adduci opinionem de ijs, quæ ad vitam sunt bona, & honesta, quam sectantur imprudentiam, in sciria, incontinentia, rusticitas, & obliuio. Aristoteles de virtutibus char. 481.

Imprudencia est parui factio, & cōtēptio. Arist. rhet. c. 74.

Imprudencia malum est, cum quis turpia agere nō recundatur. Arist. 4. ethic. nico. cap. 9. ch. 107.

Imprudēs est, qui vbique, & in omnes loquitur, & omnia vtcunque euenerint. Aristotel. magn. moralium prim. cap. 27. chart. 303.

Impulsio est cum mouens id, quod mouetur, non relinquit. Arist. phys. 7. su. 3. cap. 1. tex. 10. ch. 181.

Impulsus est, ex alienius desiderio. Alex. aphr. in primū naturalium quæst. cap. 1. chart. 1.

Impulsoria vis in animalibus causa est non solum actionis, sed etiam motus localis, modo animalia locali motu moueri apta nata sunt. Alexand. aphro. in prim. de anima cap. 2. chart. 39. col. 3.

Inæqualia ea sunt, quæ inæqualiter mēsurantur. Simp. in prædicam. chart. 39.

Inæqualia sunt, quæ non habent quantitatem vnā. Diuus Tho. 10. metaph. l. 4. tex. 10. ch. 699.

Inanimata nulla habent principiū motus, aliqua. n. nō mouentur, aliqua mouentur quidem, sed non ab omni parte similiter, vt ignis sursum solum, terra deorsum. Arist. 2. de cel. su. 2. c. 1. t. 9. c. 293.

Inanimatis dicimus dextrum, & sinistrum, ante, retro, sursum, & deorsum, respectu animatorum corporū. Aut enim secundum nostra dextra, vt diuinatores: aut secundum similitudinem ad nostra, vt ea, quæ sunt statuar: aut quæ contrario modo se habent positione, in illis. n. nō sūt hæc differētiæ, quæ si eōtrario vertant, contraria dicimus dextra, & sinistra, sursum, & deorsum, ante, & retro. Arist. 2. de cel. su. 2. c. 1. t. 10. c. 293.

Inanimata oia ab alio mouent. Ar. de ani. mot. c. 3. c. 83.

Inanimatum si ab eo auferatur operatio, operatio illa est actio. Auerr. ex deſt. deſt. disput. 3. chart. 21. col. 1.

Inani-

Inanimatum nullum melius est aliquo animato. Auerr. in 4. top. cap. 6. c. 291.

Inanimata tota sunt continua, & eiusdem naturæ in toto, & parte, nec est aliqua pars contigua alij, & in continuis impossibile est vnā partem moueri alia non mota, nisi soluarur continuitas. D. Thom. de animal. mot. lec. 3. ch. 56. col. 1.

Inanimata agunt propter finem non cognoscētia finē, sed ab alio diriguntur, quod eis dedit inclinationem. D. Tho. 5. metaph. l. 16. tex. 19. c. 363.

Inanimata generantur nō vt coniuncta, nec vt vnita generantur, vnica autem generantur iuncta cum generantibus, & cum principio generationis. Alex. de ales in 5. metaph. tex. 4. c. 109. col. 4.

Incedens passibus longis, magnanimū, & efficacē ostendit. Alb. mag. de ani. tr. 2. ca. 28. c. 23. col. 3.

Incedentes passibus angustis, inefficaces sunt, parue mētis, & dolore astricti, & si sunt artifices, sunt obscuræ mentis. Alb. mag. de ani. l. 1. tr. 1. ca. 26. c. 23. col. 3.

Incedens gressu celeri non erecto, ac elato corpore, & honesta habitu digne, calidum hominē esse indicat, qui res agenda magis, quam perficiēdas aggreditur. Albert. mag. de ani. l. 1. trac. 2. ca. 26. c. 23. col. 3.

Incedens celeriter, & oculos submittens, & se comprimens, vultumq; deducens atque corpus totum complicans, nimis timidum significat, parcum, versutum, & minus liberalem. Albertus magnus de ani. l. 1. tract. 2. cap. 26. c. 23. col. 3.

Incedens molliter, & spatulas gerens, & composito gradu, mechum & incontinentem pronunciat. Alb. magnus de ani. l. 1. trac. 2. ca. 26. c. 23. col. 3.

Incedentis cum pedum, & manuum ac totius corporis motus consentiunt, & bene, & moderate, & tranquillē iudicantur cum inclinatione aliqua capitis decentis, & ceruicis, hoc indicat magnanimū, & fortem. Alb. mag. de ani. l. 1. tr. 2. ca. 26. c. 23. col. 4.

Incedens commouēdo humeros erecto collo, superbus, & insolens indicatur. Alb. mag. de ani. lib. 1. tract. 2. ca. 26. ch. 23. col. 4.

Incedentes instabiliter, & frequentius ad dextram partem declinantes, stulti iudicandi sunt. Albert. mag. de ani. l. 1. tra. 2. ca. 26. c. 23. col. 4.

Incessus celer cum perturbatione oculorum, capitis inconstantia, anhelitus spissus: hominem produunt hæc indicia magnarum eladium, immanem, & audacem. Alb. mag. de ani. l. 1. tr. 2. ca. 26. c. 23. col. 3.

Incessus breuium passuum, ac eos accelerans, malignitatem indicat, plus tamen timiditatem. Alb. mag. de ani. mal. l. 1. tr. 2. ca. 26. c. 23. col. 3.

Incessus tardus, si naturalis est, animum pigriorem indicat. Albertus magnus de animal. l. 1. tra. secundo, cap. 26. ch. 23. col. 3.

Incessus tardus voluntarius, & interdū resistens, & ceruicem reflectens, & circumspiciens, superbiæ hoc est signum. Alb. mag. de ani. l. 1. tr. 2. ca. 26. c. 23. col. 3.

Inceptis addere, quod deest, cuiuslibet est. Arist. primo ethic. cap. 7. ch. 15.

Incipiens cum aliquo, si non incipit, vt eius pars, nō corrumpitur necessario corrupto illo. Alb. mag. in 3. de ani. tra. 2. ca. 10. c. 38. col. 2.

Incidenti illi abcessus sunt, qui in acutum se colligunt, quique non parte solida existant. Aristoteles proble. sect. 1. hu. 34. c. 342.

Inclinationes naturales ad aliquam moralem virtutem cum adit discretio intellectus, videtur nociuæ. Diuus Tho. ethic. 6. le. 11. c. 112. col. 4.

Inclutus dicitur non quibus celebris vir, sed qui valde est celebris. Simp. in 2. phy. tex. 56. c. 120. col. 2.

Incommassabilia sunt quæcūque, aut omnino non sunt pressibilia, aut non manentem habent compressionē. Et hæc alia sunt combustibilia, vt lignum, & lana;

alia non, vt lapis, & glacies. Arist. meteor. 4. sum. 2. ca. 2. tex. 47. charta 581.

Incommensurati, astuti, referuntur ad passionem, & ad feminam. Arist. phys. iogn. cap. 10. c. 357.

Incommodatio est impedimentum voluptatibus oblatum. Arist. rhet. 2. ch. 70.

Incomplexa quæ dicuntur, vnumquodque, vel substantiam, vel quantum, aut quale, aut ad aliquid, aut vbi, aut quando, aut situm esse, aut habere, aut agere, aut pati significat. Arist. in præd. tr. 1. ca. 5. c. 59.

Incomplexa nec verum, nec falsum dicunt, vt homo, asinus, album. Arist. in præd. tra. 1. ca. 5. ch. 60.

Inconcoctio est frigiditatis opus. Arist. meteor. 4. su. 1. cap. 3. tex. 14. c. 561.

Inconcoctionis operatio est cruditas, inquinatio, tostio. Aristot. meteor. 4. su. pri. cap. 3. tex. 24. c. 561.

Inconcoctio est imperfectio propter indigentiam caloris naturalis proprii, & eius indigentia est frigiditas. Arist. meteor. 4. su. pri. cap. 3. tex. 18. c. 562.

Inconcoctio contraria est elixationi. Arist. meteor. 4. su. 1. cap. 4. tex. 27. c. 565.

Incoctio est contraria elixationi, & est incoctio eius, quod in corpore, interminati, propter defectum caliditatis, quæ in humido est, quod circum est. Et est defectus, aut propter multitudinem frigiditatis in humido, aut propter multitudinem, quæ est in eo, quod elixatur; tunc enim accidit eam, quæ in humido est caliditatem amplioem esse, quam vt non moueat; & minorem quam vt æquet, & simul concoquat. Arist. meteor. 4. su. 1. cap. 4. tex. 27. c. 565.

Inconcocti duriora sunt elixatis; humida enim sunt disternmata magis. Aristoteles meteor. quarto su. 1. cap. 4. tex. 27. char. 566.

Inconsonum duplex; quod non habet consonantiam, quia non est aptum habere; aliud, quod habere natum aptum est, male tamen habet. Ioannes gram. in pri. posterior. cap. 9. c. 25. col. 1.

Inconulto qui aliquid agit, amentia, at qui ratione duce, sapientia signum est. Arist. rhetor. ad Alex. c. 169.

Incontinentes homines, cur ratione duorum sentium tantum vocamus, tactu scilicet, & gustu, quia propter voluptates, quæ pariter nobis, ac ceteris animalibus omnibus per hosce sensus administrantur. Quod igitur eas communes cum bestijs habemus, spernimus, & eas solas omnium, aut maxime vitio damus. Itaque hominem eis additum incontinentem appellamus, quoniam a terribili voluptatum genere ducatur. Arist. problemat. sec. 28. numer. 1. c. 605.

Incontinentes cur homines ratione tantum cupiditatis dicimus, cum etiam in irascendo incontinentia sit? quia incontinens est, qui contra rationē aliquid agit, & incontinentia est affuetudo rationi contraria, cupiditates autem fere omnes sunt contra rationem, iræ vero cum ratione. Arist. proble. sect. 28. nu. 3. c. 605.

Incontinens est, qui contra rationem aliquid agit. Arist. proble. sec. 28. nu. 3. ch. 605.

Incontinentia est affuetudo rationi contraria. Arist. problem. sec. 28. nu. 3. c. 605.

Incontinentiam appetitiones in contrariam partē feruntur, vt resoluta corporis membra, si ad dextrā mouere volueris, econtrario in sinistram deferuntur: sed in corporibus quidem, quod præter propositum fertur, videmus, in anima non videmus. Arist. pri. ethic. capit. 13. charta 28.

Incontinētes, & si dicant malam esse ebrietatem, tamen ita dicunt, vt iustiones carmina Homeri, non enim intelligunt quid dicunt. Arist. septimo ethicorum nico. cap. 3. chart. 164.

Incontinenter agentes agūt ex ratione quodammodo, & opinione, quæ opinio non per se, sed per accidens contraria sit. Arist. 7. ethic. nico. ca. 3. c. 165.

Incontinens particularem propositionem, quæ actionū domina est, vel non habet, vel si habet, non licet scire, sed dicere solum, non secus, ac vino oppressus, Empedoclis carmina. Aristoteles septimo ethicorum ad Nicomachum cap. 3. char. 165.

Incontinentia quod sit ut vitium quoddam patet, quia aut absolute, aut in parte incontinēs sit; vituperatur. Aristot. septimo ethicorum ad Nic. cap. 4. c. 166.

Incontinens absolute dicitur, qui circa corporales fructiones versatur, circa quas temperans; & intemperans existit, qui non ex electione, sed præter electionem, & consilium excessus, & incundorum sectatur, & molestorum fugit, ut famis, sitis, caloris, & frigoris. Aristoteles septimo ethicorum ad Nicom. cap. 4. c. 166.

Incontinentia non solum fugienda, sed etiam vituperanda est. Aristoteles septimo ethicorum ad Nicom. capit. quarto char. 168.

Incontinentes nemo appellat, qui natura, vel consuetudine morbo si se se habent. Aristot. 7. ethicorum ad Nicomachum cap. 5. char. 169.

Incontinentia iræ minus turpis est, quam voluptatum. Arist. 7. ethicor. ad Nicom. char. 170.

Incontinens non est, qui magnis doloribus, aut excedētibz voluptatibus, aut doloribus vincitur, sed venia dignus est. Aristot. 7. ethicor. ad Nic. c. 7. c. 174.

Incontinentia, alia temeritas, alia imbecillitas est. Nam alii, ubi consularunt in iis, quæ decreuerunt, ob affectū postea nō persistant: alii, quæ nō consularunt, ab affectu ducuntur: nonnulli enim, qui se prius titillarunt, nō titillarint; ita quoque ipsi cū p̄senserint, ac præuiderint, seque ipsos, & rationem præexcitarunt, siue incūdum, siue molestum quippiam fuerit, ab effectu non superantur. Arist. 7. ethic. ad nicom. c. 7. c. 174.

Incontinentes præcipuè temeraria incontinentia sunt celeres, & atra bife affecti; illi enim ob celeritatem, hi ob vehementiam rationem non expectant, quia procliuēs ad sequendam imaginationem sunt. Aristot. 7. ethicor. ad Nicom. cap. 7. ch. 175.

Incontinens quodammodo penitet, ideo hic potest sanari. Aristot. 7. ethicor. ad Nicom. c. 8. c. 175.

Incontinentia perquam similis est comitialibus; illa enim continua, hæc non continua improbitas est. Arist. septimo ethicor. ad Nicom. c. 8. ch. 175.

Incontinens non est vitiosus, sed vitiose agit. Aristotel. septimo ethico. ad Nic. c. 8. ch. 176.

Incontinens est, qui ex affectu e recta ratione exturbatur, quem superat affectus, ne recta ratione agat, non tamen ita superat, ut talis euadat, qui tales voluptates effuse sibi sectandas esse persuasum habeat: etiam intemperatē melior est, nec est absolute prauus, ut qui principium in se conseruat. Ari. septimo ethicorum ad Nicom. cap. 8. ch. 176.

Incontinentem calidum esse nil prohibet. Arist. septimo ethico. ad Nicom. cap. decimo ch. 179.

Incontinens similis est cuitati, quæ bonas leges habeat, omniaque, quæ fieri debent, decernat, sed eis non vtatur. Ari. 7. ethic. ad Nicom. cap. 10. c. 179.

Incontinentia sanabilior est ea, qua vtuntur, qui atra bile præditi sunt, quam ea, qua vtuntur illi, qui consultant, & postea in his, quæ consularunt, non persistunt. Ari. septimo ethico. ad Nicom. cap. 10. ch. 179.

Incontinentes ex assuetudine quam ex natura facilius est sanari. Ari. 7. ethi. ad Nicom. cap. 10. ch. 179.

Incontinentes iniusti sunt, & iniuria afficiunt. Aristotel. mag. moral. 1. cap. vndecimo ch. 288.

Incontinentiam prorsus negabat Socrates; nam putabat neminem scientem aliquod malum, illud acturum. Arist. mag. moral. 2. cap. 7. ch. 327.

Incontinens est, qui honestorum habet scientiam, sed non exercet. Aristoteles magn. moralium secundo cap. 7. char. 330.

Incontinens scientiam habet vniuersalem, quod talia sunt improba, non autem cognoscit particularia improba. Arist. magn. moral. 2. cap. 7. ch. 330.

Incontinentiæ aliæ valetudinariæ, aliæ naturales sunt: Arist. mag. moral. 2. cap. 7. char. 331.

Incontinens simpliciter est, qui circa gustum, & tactum incontinens. Arist. mag. moral. 2. cap. 7. ch. 332.

Incontinentia, & mollities differunt, nam mollis est incumbens laboribus, non omnibus, sed ijs, quos alius sustineret: incontinens, qui voluptates sustinere nequit. Arist. mag. mor. 2. cap. 7. ch. 333.

Incontinentiæ duæ sunt species: alia prorumpens, & improvisa: alia velut quædam imbecillitas, quæ cum ratione insurgit auertente. prima non est digna multa reprehensione, & calidis, & ingeniosis cuenit: secunda, frigidis, & melancholicis, & hi reprehendendi sunt. Arist. mau. mor. 2. cap. 7. char. 335.

Incontinens cum cupiditate agit, non cum electione. Arist. 5. ethi. nicom. cap. 2. char. 54.

Incontinentias omnes qui habeat, nemo est. Aristot. 7. ethic. nicom. cap. 2. char. 162.

Incontinens si cognoscat vniuersale esse malum, & non cognoscat particulare, maxima esse differentia. Arist. 7. ethicor. nicom. cap. 3. char. 164.

Incontinens est, cuius ratio perturbationes oppugnat. Arist. mag. moral. 2. cap. 7. char. 336.

Incontinens non potest esse prudens, & astutus quidem esse potest. Arist. ibid. char. 337.

Incontinentia est vitium cupiditatis, per quod stoliditate huc illucque cupiditatem circumagunt, impellentem ad malarum voluptatum delectationes. Aristotel. de virtutib. char. 478.

Incontinentiæ est prohibente ratione delectationes voluptatum sectari, & ducere præstabilius esse, non frui autem nihilominus, & opinari quidem oportere facere, & pulchra, & conferentia, abhorreere tamen ab ipsis propter voluptates. Arist. de virt. ch. 482.

Incontinens est ille, qui cum mala quadam consuetudine trahitur, ad rationem quidem recurrit, eiusque imperijs conatur suum præter rationem incitatum appetitum reprimere, sed continere tamen nō potest. Eultrat. prim. moral. char. 18.

Incontinentia est diuersum vitium ab alijs, quæ moralibus virtutibus aduersantur. Aspas. 7. ethi. ch. 353.

Incontinens est, qui sine electione, & inuitus a cupiditate ad fruendas voluptates trahit, licet integrus, & sanus habeat rationem. Aspas. 7. ethi. cap. 4. ch. 369.

Incontinentia vituperatur, ut illa, per quam tenditur in aliquod malum. D. Tho. ethi. 7. l. 4. ch. 119. col. 3.

Incontinens iræ non vituperatur, ut tactus, sed ut peccans. D. Tho. ethi. 7. l. 4. ch. 119. col. 3.

Inconinens omnis de facili penitet cessante passione, a qua vincebatur. D. Tho. ethi. 7. l. 8. ch. 125. col. 2.

Inconuenienti vno dato, multa sequuntur. D. Th. in 8. physicor. l. 1. tex. 1. char. 112. col. 2.

Inconuenientia quæ sunt contra Mathematica, sunt et contra Naturalia, sed non econtra. D. Thom. in 3. de cel. l. 3. tex. 36. char. 57. col. 3.

Incorporea res suapte natura, & sola loca mutare nequit. Alexander aphrod. de sen. & sen. digref. 1. com. septim. chart. 8. col. 2.

Incorporeis in rebus idem est res, & ipse esse. Alexad. aphro. in 1. metaph. vel secundū. lat. 2. co. 20. c. 52. c. 2.

Incorporea sensus capacia non sunt. Ammon. in præd. charta 576.

Incorporeum nullum cum maxime separatum est, loco clauditur, nec proprie circumscribitur. Simplic. in 4. physicorum char. 186. col. 2.

Incorporeum cū per corpus recipitur, nullam diuisionem, nec sectionem efficit: Ioannes grammaticus in 4. physicorum. char. 73. col. 4.

Incor-

Incorporearum formarū, aliæ præter corpora esse possunt, & a corporibus separate in sua corporalitate perdurant, ut Deus, mens, anima. Alia præter corpora esse non possunt, & si incorporea sint, ut linea, superficies, numerus, & singulæ qualitates. Boetius in Porph. char. 54.

Incorporeum potest tangere corpus sua virtute mouendo ipsum. Diuus Thomas in 8. physicor. l. 1. 1. tex. 43. char. 133. colum. 2.

Incorruptibile est, aut quod sine corruptione quandoque est, quandoque non est. Aut existens impossibile autem non esse. Aut non futurum aliquando, nunc autem existens. Sed maxime proprie, quod quidem est, sed impossibile est corruptum esse sic, ut nunc existens posterius non sit, aut non esse contingat. Aut, & id, quod nondum corruptum est; contingit autem posterius non esse. Et dicitur etiam incorruptibile, quod non facile corrumpitur. Aristoteles primo de celo. tex. 114. char. 281.

Incorruptibile simpliciter est, quod semper est. similiter autem, & ingenerabile: nam si generabile est, erit possibile aliquo tempore non esse. Arist. primo de celo. tex. 120. char. 283.

Incorruptibile proprie dicitur, quod nunc existens, posterius non erit verum dicere non esse. Aristot. primo de celo. tex. 125. ch. 285.

Incorruptibilia in suo esse sunt perpetua per naturam, ideo habent in seipsis esse diuinum nobilissimum omni esse corruptibili. Albertus magnus in secundo de celo. trac. 1. ca. 7. char. 27. col. 2.

Incorruptibile secundum sui naturam subiectum, quod est, nec secundum se, nec per dependentiam ad aliud corruptibile est. Albert. mag. de natur. & orig. anim. trac. 2. ca. 6. c. 73. col. 1.

Incorruptibile dupliciter dicitur; vno modo, quod corrupti non potest vno modo: alio modo, quod de facili non est corruptibile. Petrus de Aluer. de longitu. & breuit. vit. lec. 2. c. 59. col. 4.

Incrassatio fit humido abeunte, sicco autem consistēte. Arist. meteor. 4. su. 2. ca. 3. te. 36. c. 571.

Incrassata a frigido, omnia sunt terræ: quæ autem a frigido, & calido, communia plurimum elementorum, ut oleum, mel, & vinum dulce. Aristoteles meteor. quar. to. su. 4. cap. 1. tex. 49. ch. 585.

Incrementum cuiusuis rei secundum naturam est ex eadem, ex qua constat, materia. Aristoteles de hist. ani. 8. capit. 1. char. 269.

Incratio ingreditur sub accusatione. Auerr. in 1. rhetor. cap. 6. char. 32. col. 3.

Incumbenti implere conuenit, & succumbenti impleri. Alb. mag. de ani. l. 15. tr. 2. ca. 8. c. 133.

Indefinitum, & indeterminatum illud est, quod nihil magis est hoc, quam illud. Alex. aphrod. in 3. metaph. vel secundum lat. 4. co. 28. c. 97. col. 2.

Indefinitum ratiocinatione comprehendi nequit. Simp. in 2. phys. tex. 53. c. 120. col. 1.

Indeterminata nomine carent. Alex. aphr. in 6. metaph. vel secundum lat. 7. co. 21. c. 196. col. 1.

India suem, nec ferum, nec mansuetum habet, teste Cestia, quamquam non fide digno. Aristot. de hist. ani. 8. cap. 28. char. 308.

Indigentia sunt appetitiones, & ex his maxime, quæ cum dolore coniunctæ sunt rei non suppetentis. Aristoteles rhetor. 2. char. 87.

Indigentia principium est abundantia. Io. gra. in pri. de ani. tex. 19. c. 12. col. 2.

Indigestio non fit ad aliquem finem, sed præter naturæ voluptatem. D. Th. in 4. meteor. l. 3. c. 222. col. 3.

Indignatio est inuidentiæ, & malevolentia medietas. Arist. magn. moral. 1. ca. 25. c. 302.

Indignatio est quædam ægritonia de bonis, quæ indi-

gno alicui aliquo pacto eueniunt, & si quem viderint malis indigne afflictatum. Aristoteles mag. moral. pri. cap. 25. char. 302.

Indignatio est mediocritas inuidia, & malevolentia, qui habitus circa illam ægritudinem, & voluptatem versantur, quæ suscipitur ex his, quæ alijs contingunt: indignabundus enim dolore afficitur, cū aliquos prospera fortuna indigne vti videt: inuidus vero hunc excedens, ex omnibus dolorem percipit, at maleuolus tantum a dolendo deficit, ut etiam gaudeat. Arist. 2. ethicor. nicom. cap. 7. c. 45.

Indicia aliquando sunt res posteriores, ut passiones, aliquando priores, ut causæ, & aliquando sunt in materia necessaria, & possibili in maiori parte, aliqua do in possibili æqualiter. Auer. epit. in logic. c. 359. col. 2.

Inditijs non vtitur Rhetorica, ut sunt in materia possibili æqualiter, quia sic non sequeretur res vna magis quam reliqua, sed ex parte qua cognoscitur vnum illorum modica iudicij inclinatione in initio opinionis, vel secundum aliquod tempus, vel secundum aliquam dispositionem. Auerroes epitom. in logic. char. 359. colum. 3.

Indiuidua vt prædicantur, quid sunt, cur sic dicuntur, & quot modis.

Indiuidua si de quodam indiuiduo prædicantur, præter naturam est prædicatio. Alex. aphrod. in primo prior. cap. 28. c. 51. col. 1.

Indiuidua, genera, & species subalterne nihil magis substantia est alterum altero, ut Socrates Bucephalo; homo equo, &c. Porph. in præd. c. 12.

Indiuiduum ideo ita dicitur, quod ex proprietatibus consistit vnumquodque eorum, quarum collectio nunquam in alia eadem erit. Por. 5. voc. ca. 3. c. 41.

Indiuidua ideo appellantur, quia nec in similes res, nec in dissimiles diuiduntur partes, sed simul vt fecerunt, extinguuntur. Ammon. in Por. c. 5. col. 4.

Indiuidua tantum in prædicamentis considerantur, quæ sub generibus, ac speciebus comprehenduntur, nō autem de omni substantia, ut de Sole, Luna, &c. Ammon. in præd. ch. 51.

Indiuidua cum non diuiduntur differentijs, non sunt vnum genere, nec specie, sed vnum numero. Simplic. in prædicam. ch. 13.

Indiuiduorum non est demonstratio. Ioan. gramm. in 1. poster. cap. 4. c. 11. col. 4.

Indiuidua substantia de nulla re prædicantur iuxta vsū naturæ. Auer. in Porph. ca. 3. c. 4. col. 2.

Indiuiduum est id, quod non prædicatur de pluribus, non id, quod prædicatur de vno. Auerroes in Porph. cap. 3. char. 4. colum. 2.

Indiuiduum compositum licet non sit principium in doctrina demonstratiua, tamen est principium acquisitionis vniuersalis, quod est principium demonstratiue. Auer. in phys. 1. te. 5. c. 5. col. 1.

Indiuidua ceterorum prædicamentorum sunt in indiuiduis substantia. Auer. phy. 1. tex. 15. c. 7. col. 2.

Indiuiduum fit hoc per formam. Auerr. 2. de ani. tex. 2. char. 126. colum. 4.

Indiuiduum non est indiuiduum nisi per formam. Auerr. 2. de ani. tex. 9. c. 128. col. 3.

Indiuidua substantia omnia sunt terminatarum causarū agentium, cum nullum indiuiduum substantia sit casu. Auer. de som. & vig. c. 202. col. 2.

Indiuiduum, quod est, est compositum ex materia, & forma, quod generabile, & corruptibile in rei veritate est. Auer. in 7. metaph. tex. com. 23. c. 82.

Indiuiduum sensibile, est compositum ex materia, & forma. Auer. in epit. metaph. tr. 2. c. 175. col. 1.

Indiuiduorū natura hæc est, quod proprietates indiuiduorum

R r 2

duorum in solis singulis indiuiduis constant, & in nullis alijs transferuntur, atque ideo de nullis alijs prædicantur. Boet. in Porph. ex dial. c. 29.
 Indiuiduum pluribus dicitur modis, vel quod secari non potest, vt vnitas, quod ob soliditatem diuidi nequit, vt adamas; vel cuius prædicatio in reliqua similia non conuenit, vt Socrates. Boetius in Por. c. 65.
 Indiuidua propria sunt substantiæ, quia species, ac genera non nisi ex indiuiduorum cognitione colligimus. Boet. in prædic. char. 129.
 Indiuiduum triplex; primum, vt singulare, in nomine, vt Plato; secundo, in motu demonstrationis ad hoc, vt hic, hæc, hoc; tertio, vt vagum, vt aliquis homo. Alber. mag. in præd. c. 12. col. 1.
 Indiuidua duobus modis accipi possunt, vel vt particularia in materia determinata, vel vt res naturæ communis. in qua stat; vel in qua stat naturæ fluxus, qui fluxus est naturæ diffusio. Albertus magnus in prædicabilib. char. 14. col. 2.
 Indiuiduum non est totum, sed pars subiectiua totius vniuersalis. Alb. mag. in prædicab. c. 18. col. 2.
 Indiuiduatio naturæ communis in rebus corporalibus, & materialibus est ex materia corporali sub æternitatis dimensionibus contenta. Diuus Tho. in secundo de ani. l. 2. tex. 60. c. 32. col. 4.
 Indiuiduatio est quid extrinsecum a natura. Alexander de ales in 5. metaph. tex. 23. c. 152. col. 2.
 Indiuiduum respectu speciei est quoddam simul sumptum. Alexander de ales in septimo metaphysicor. tex. 34. char. 119. col. 3.
 Indiuidua eiusdem speciei, vnum non est prius, nec posterius alio. Alexander de ales in tertio metaphysic. tex. 11. ch. 65. col. 2.
 Indiuiduum substantiæ caret duplici subiecto, subiecto inhærensionis per oppositum ad accidens, quod alicui oportet inhærere, si debet inueniri in rerum natura; & subiecto prædicationis per oppositum ad vniuersalia. Tho. de Vio in præd. c. 42. col. 2.

Indiuidua quæ sunt, & an desiniri possint.

Indiuidua sunt, quæ maxime propriæ, & primæ substantiæ appellantur, quæ neque de subiecto dicuntur, nec sunt in subiecto. Por. in præd. char. 10.
 Indiuiduum est id, non quod indiuisibile est, sed quod neque generis in species, neque species in ea, quæ figuratim numero distincta sunt, partitione admittit. Dex. in prædic. char. 33.
 Indiuiduorum non est scientia, vt demonstrationes, & definitiones declarant. Sirianus in 12. metaph. vel 13. secundum lat. ex cap. 7. ch. 100.
 Indiuidua non possunt diffiniri, quia non est accipere ipforum differentias speciales. Simp. in præd. ch. 7.
 Indiuiduum non habet diffinitionem, quia non cognoscitur, nisi sensu. Auerroes in septimo metaphysic. tex. co. 35. char. 88.
 Indiuiduum non habet in se substantiam, nisi materiã, & formam, ex quibus componitur. Auerr. in 7. metaphysic. tex. com. 44. ch. 92.
 Indiuiduum ab indiuiduo aliquo attributo non distinguitur, nisi per accidens. Auerroes ex destr. destr. dist. 1. char. 10. col. 2.
 Indiuiduum non cadit sub consideratione artis, sed sensus. Diuus Thom. prim. meteor. c. 1. col. 1.
 Indiuiduationis principium esse nequit collectio accidentium, sed materia designata. D. Thom. 7. metaph. l. 15. tex. 55. c. 558.
 Indiuidua possunt diffiniri, vt communicant in aliquo communi, non vt in se. Alex. de ales in septimo metaphysic. tex. 54. c. 236. col. 3.
 Indiuidua sunt magis hoc per additum formæ, quæ per

formam. Alexander de ales in quinto metaph. tex. 3. c. 160. columna 3.

Indiuiduorum proprietates, & vt sunt.

Indiuidua de nullo dicuntur subiecto. Arist. præd. tract. primo. capi. secundo. c. 58.
 Indiuidua non habent nec prius, nec posterius. Arist. tertio metaph. ex sum. 2. ca. 2. tex. 11. c. 49.
 Indiuidua de vno prædicari, verum est de indiuiduis accidentium, non autem de indiuiduis substantiæ, quæ de nullo prædicantur. Auerroes in Porph. capit. 3. charta 4. colum. 2.
 Indiuiduum siue sit substantia, siue accidens, de nullo subiecto dicitur. Auerr. in prædicamen. trac. prim. capit. secundo. ch. 13. col. 1.
 Indiuidua non prædicantur per modum vniuersalis de aliquo, & secundum consuetudinem naturalem. Auerr. in post. l. 1. char. 129.
 Indiuidua, supra quorum compositionem vincit ignis, perfectiora sunt in esse, quam ea, in quorum compositione vincit terra. Auerr. in pri. de gener. & corrup. tex. 18. c. 158. colum. 1.
 Indiuiduum non generatur, nisi ab alio indiuiduo, nec in generatione eius species iuuant, vt iuuant corpora celestia. Auerroes in primo metaph. tex. co. 31. & idem tex. 31. charta 10.
 Indiuiduum potest habere quædam abscondita quo ad se, sed quo ad genus, non. Auerr. de anim. beatitu. capit. 4. c. 65. columna 3.
 Indiuiduales proprietates septem sunt, vt ait Boetius; propria forma, figura, partetela, nominatio, patria, tempus, & locus. Alb. mag. in præd. c. 18. col. 1.
 Indiuiduorum multitudo fit omnis per diuisionem materie. Alb. mag. in pri. de celo. tra. 3. ca. 8. c. 16. col. 4.
 Indiuiduorum multitudo non fit in vna specie, nisi per actum generationis. Alb. mag. in pri. de celo. trac. 3. cap. 8. char. 16. col. 4.
 Indiuidua plura sub vna specie non sunt in separatis a materia, quia hoc est ex diuisione formæ specificæ: forma autem specifica separata a materia, nec per se, nec per accidens diuidi potest, quia non est quanta per se, nec quanta per accidens. Alex. de ales in 10. metaph. tex. 1. ch. 277. col. 1.

Indiuidua, vt infinita, & indiuisibilia.

Indiuidua, quæ sunt post specialissima, infinita sunt. Porph. in 5. voc. ca. 3. c. 39.
 Indiuidua relinquenda iubeat Plato, quia infinita sunt, & infinitorum non potest fieri scientia. Por. in 5. voc. capit. 3. char. 39.
 Indiuidua statim infinita sunt, eo quod iterum, atque iterum oriuntur. Ammo. in Porph. ch. 8. col. 3.
 Indiuiduorum pluralitas in eadem specie arguit diminutionem, quia si esset perfectum, sufficeret vnum, vt eff. in mundo. Auerr. 1. de celo, tex. 4. c. 3. col. 3.
 Indiuiduorum pluralitas in vna specie est propter diminutionem. Auerr. 1. de celo, tex. 73. c. 31. col. 4.
 Indiuidua procedunt in infinitum per accidens. Auerr. 2. de gener. & cor. tex. 78. c. 176. col. 2.
 Indiuidua infinita sunt, ac scientia capi non possunt. Boet. in Por. ex dial. c. 26.
 Indiuiduorum sub diuersis speciebus existentium coniunctio, aliud indiuiduum facere potest, vt animi, & equi coniunctione mulus oritur. Boet. in Por. ex dial. c. 42.
 Indiuidua sunt infinita, vel quia cum sint in diuersis locis posita, numero comprehendi non possunt, vel quæ in generatione, & corruptione cum sint posita, & incipiunt, & desinunt esse. Boet. in Por. c. 75.
 Indiuidua indiuisibilia sunt non secundum materiã, & quantitatem, sed secundum formam suæ cõmunitatis, & secun-

& secundum potestatem. Alber. magnus in prædicabilib. char. 15. colum. 1.

Indiuidua sunt præter artem. Alexand. de ales in 3. metaph. tex. 2. char. 51. col. 1.

Indiuiduum, & artificiale, vagum, & signatum.

Indiuiduum artificiale est vnum per violentiam. Auerroes in 10. metaph. tex. com. 8. c. 118.
 Indiuiduum vagum non prædicatur propria prædicatione, sed naturæ, quæ ad partem inclinatur. Alb. mag. in prædicabilib. ch. 12. col. 1.
 Indiuiduum vagum de pluribus prædicatur, prædicatione speciei, & non indiuidui. Albertus magnus in prædicabilib. ch. 18. colum. 1.
 Indiuiduum vagum non dicitur vagum, quia non est determinatum per signum, aliquis; sed quia per accidentia sensibilia non est demonstratum. Alb. mag. in phys. trac. 1. cap. 6. ch. 3. col. 2.
 Indiuiduum vagum est, cuius natura contracta, & particularata certificatur per suppositum indeterminatum, & esse potest speciei, & generis, & generis altioris, & generis generalissimi, vt aliquis homo, aliquid animal, aliquid animatum, & aliqua substantia. Albertus magnus in primo physico. tract. primo, capit. 6. char. 3. colum. 2.
 Indiuiduum signatum est, cuius contrahitur natura, & particulariter certificatur in supposito determinate demonstrabili, vt hic homo, demonstrato Socrate. Alb. mag. in 1. phys. trac. 1. ca. 6. c. 3. col. 2.

Indiuisibile quot dicitur molis.

Indiuisibile duobus dicitur modis; specie, & quantitate. Arist. 3. metaph. ex sec. 2. cap. 2. tex. 11. c. 84.
 Indiuisibile quinque dicitur modis; primo, vt terminus, vt subiectum, vel prædicatum; secundo, vt continua magnitudo, quæ potentia diuisibilis, actu indiuisibilis est; tertio, in quantitate punctus nunc vnitas: quarto, materials forma, quæ non diuiditur, & si eius subiectum diuiditur: quinto, forma materialis. Ioannes gramm. in 3. de ani. tex. 21. ch. 87. col. 3.
 Indiuisibile duplex: aliud, cuius genus non recipit diuisionem, vt vox; & aliud; cuius genus recipit diuisionem, vt corpus celeste. Auerroes phys. 6. text. 86. char. 137. colum. 3.
 Indiuisibile dupliciter intelligi potest: primo, vt corpus naturale minimum, quod non potest ulterius diuidi, quin corrumpatur: alio modo, quod non est actu diuisum, vt pars continui; & huiusmodi diuisibile non videt sensus in actu. Diuus Thomas de sen. & sensa. l. 18. char. 22. colum. 4.
 Indiuisibile secundum formam dupliciter intelligi potest; vel quia nullo modo diuiditur, vel quia habens formam habet eam secundum eandem rationem in toto, & in parte; vt quælibet pars aquæ, est aqua; sed primo modo est magis indiuisibile. Alex. de ales in 5. metaph. text. 4. c. 109. col. 2.

Indiuisibile quid est.

Indiuisibile est potentia, & actu. Aristoteles 3. de ani. sum. 1. cap. 4. tex. 22. char. 660.
 Indiuisibile, quod est sine positione, est vnitas: quod positionem habet, est punctum: quod diuiditur vna diuisione, est linea: quod duabus, superficies: quod tribus, corpus. Aristoteles quinto metaphysic. cap. 5. tex. 12. charta 94.
 Indiuisibile est, quod non habet materiam, vt intellectus humanus. Arist. 12. metaph. su. 2. ca. 4. tex. 51. c. 260.
 Indiuisibile est, quod est ad aliquid. Auerroes phys. 6.

tex. 85. charta 137. columna secunda.

Indiuisibile omne est immobile, & diuisibile omne est corpus, & habet multitudinem. Auerr. in 4. metaph. tex. com. 6. ch. 34.

Indiuisibilitas est priuatio diuersitatis. Auerr. in 10. metaph. tex. com. 8. char. 121.

Indiuisibile stans est aliquid de essentia stantis. Alb. magnus in 4. phys. trac. 4. ca. 5. c. 59. col. 3.

Indiuisibile fluens est aliquid de essentia fluentis. Alber. mag. in 4. phys. tr. 4. ca. 5. c. 59. col. 3.

Indiuisibilitas, est principium separationis; per idem enim diuiditur ab alijs, per quod in se est indiuisibilis. Alb. mag. in 5. metaph. tr. 1. ca. 8. c. 102. col. 2.

Indiuisio est quædam vnitas. Alex. de ales in 10. metaph. phys. tex. 1. ch. 276. col. 3.

Indiuisibilis proprietates.

Indiuisibile non est vltimum, quia aliud est vltimum, & id, cuius est vltimum. Aristoteles phys. 6. sum. 1. cap. 1. tex. 1. char. 145.
 Indiuisibile non habet partes, ergo si tangit, totum tangere debet; totum autem totum tangens non erit continuum. Arist. phys. 6. su. 1. ca. 1. tex. 2. c. 146.
 Indiuisibili aliquo posito moueri, sequitur motum esse in instanti, & posito, quod motus sit in instanti, sequitur indiuisibile moueri. Auerroes phys. 6. text. 90. char. 138. columna 4.
 Indiuisibile idem esse subiecto, & recipere contraria simul, impossibile est. Auerroes secundo de anima. tex. 148. ch. 156. col. 2.
 Indiuisibilia non mensurantur, nec habent naturam relationis ad aliquid prius: de natura enim indiuisibilis est, quod sit quoddam minimum, ad quod tota resolutio, & ipsum amplius non resoluatur. Alex. de ales in 1. metaph. c. 11. col. 1.
 Indiuisibile non mensuratur, quia est primum, & minimum. Alex. de ales in 1. metaph. c. 11. col. 1.

Indiuisibile vt intelligitur.

Indiuisibile nil prohibet intelligere, cum longitudinem intelligit (indiuisibilis enim actu est) & in tempore indiuisibilis. Non enim est dicere quid in vtroque dimidio intelligebat, non enim est, si non diuisa sit, nisi potentia. Scorsum autem vtrumque intelligens dimidiorum diuidit, & tempus simul: tunc autem, vt longitudines. Si vero, vt ex vtrisque, & in tempore, quod in vtrisque est. Arist. 3. de ani. su. 1. cap. 5. tex. 23. char. 660.
 Indiuisibile non secundum quantitatem, sed secundum formam intellectus intelligit in indiuisibili tempore, & indiuisibili animæ intellectione. secundum accidens, autem, & non in quantum illa diuisibilia sunt, id quod intelligit, & tempus, in quo, sed in quantum indiuisibilia. Inest autem, & in his aliquid indiuisibile, sed forte non separabile, quod vnum facit tempus, & longitudinem, & hoc similiter est in omni continuo, tempore, & longitudine. Aristot. tertio de anima sum. 1. cap. 4. tex. 24. char. 660.
 Indubitata magis videntur ea, quæ a sapientioribus & pluribus conceduntur. Simp. in 8. phys. c. 409. col. 1.

Inductio quia est, & cui magis competit.

Inductio per tertium extremum de medio, syllogismus autem per medium, extremum de tertio ostendit. Arist. prio. lib. 2. cap. 24. c. 286.
 Inductio est a singularibus ad vniuersalia accessio, & clarior verisimiliter, & secundum sensum notior, & pluribus communis quam syllogismus, qui est valentior, Rr 3

lentior, & ad contradicentes efficacior. Aristot. lib. 1. top. cap. 10. char. 402.
 Inductio est principium vniuersalis. ratiocinatio ex vniuersalibus. Arist. 6. ethic. nicom. ca. 3. c. 142.
 Inductio est oratio fidem faciens totius ex partibus. Alexan. aphrod. in 1. prior. ca. 4. c. 9. col. 3.
 Inductio est oratio, ex qua quibusdam positis, aliquid aliud, quam quæ posita sunt, accidit, sed non ex necessitate. Alex. aphr. in 1. top. ca. 1. c. 2. col. 4.
 Inductio est progressus per singularia ad vniuersalia. Alex. aphrod. in 1. top. ca. 10. c. 14. col. 4.
 Inductio est via a singularibus ad vniuersale. Alexand. aphrod. in 8. top. ca. 2. c. 91. col. 4.
 Inductio est magis particularis Dialectico, exemplum. Rhetori. Alexander aphrod. in octauo topic. cap. 2. char. 91. colum. 4.
 Inductio est modus, quo vniuersale cognoscitur. Themist. in 2. post. cap. 36. ch. 13. col. 1.
 Inductio est vt pars ad totum. Ioan. gramm. in 2. prior. cap. 24. ch. 82. col. 3.
 Inductio, in qua non inducuntur omnia particularia, est inductio imperfecta. Auerroes in physicor. prim. tex. 48. c. 15. colum. 1.
 Inductio, in qua inducuntur omnia singularia, est primus ordinis certificationis. Auerr. in primo de celo. tex. 128. ch. 42. col. 4.
 Inductio est singulorum exemplorum collectio, & ad vniuersalem per ea cognitionem, ac collectionem reductio. Boet. in præd. c. 205.
 Inductio est oratio, per quam fit a particularibus ad vniuersalia progressio. Boetius de differentiis topicis. lib. 2. char. 864.
 Inductio est argumentatio maximè probabilis, aliquando tamen veritate deficit. Boetius de diff. topic. lib. 2. char. 864.
 Inductio est ex particularibus, & impossibile est vniuersalia speculari, ex quibus est ens, & scientia, nisi per inductionem. Albertus magnus in posterior. char. 192. colum. 2.

Inductionis utilitas, & vt sit.

Inductione prima principia cognoscere nos oportet. Aristoteles posterior. libro secundo, capit. 18. tex. 27. char. 387.
 Inductio oratorij, nisi in paucis locis est accommodata. Arist. rhetor. 2. c. 111.
 Inductio ex rebus singulis vniuersi generis fidem facit. Ammon. in Por. c. 2. col. 1.
 Inducere non habentibus sensum impossibile est. Ioannes grammaticus in primo post. capit. 15. char. 36. columna secunda.
 Inductio vt concludat necessarium, omnia particularia includere debet. Auerroes in secundo priorum, capit. 29. ch. 123. col. 3.
 Inductio, qua cognoscitur ex singularibus vniuersale, medio memoriæ, & experimenti, alia est ab inductione dialectica; quia ipsa facit acquirere vniuersale imaginatum, hæc autem vniuersale verum. Auerroes post. lib. 2. capit. 11. text. 106. char. 239. col. 1.
 Inductio demonstratiua nos acquirere facit certitudinem, & vniuersalitatem, antequam compleantur omnia particularia, & sic habebit locum inductio in demonstratione. Auerr. phys. 10. tex. 80. c. 37. col. 3.
 Inducens debet fumere particularia sub distinctione. Alb. mag. in priora. c. 167. col. 4.
 Inductio fit ex multis exemplariter acceptis. Alb. mag. in prio. c. 167. col. 4.
 Inductio non procedit ex prioribus, ideo non probat, sed potius colligit vniuersale. Albert. mag. in post. ch. 205. colum. 4.

Inductio quid concludit, & vt ad syllogismum reducitur.

Inductio habet verisimile, nõ autem necessariũ. Alex. aphro. in 1. topic. cap. 11. c. 15. col. 1.
 Inductio persuadet probabile, & minori probabili infert maius. Io gram. in 1. priorum cap. 1. c. 7. col. 4.
 Inductio reducitur in syllogismum materialiter, non formaliter; quia materia inductionis potest suscipere formam syllogismi. Albertus magnus in priora. char. 167. colum. 4.
 Inductio omnis, cum concludit vniuersale affirmatiuum, reducitur ad primum modum primæ figuræ. Alb. mag. in priora. c. 167. col. 4.
 Inductio de pluribus sufficit ad probationem probabilem. Alb. mag. in priora. c. 167. col. 4.
 Inductio & si reducitur ad syllogismum, tamen inductio dialectica, nõ reducitur ad syllogismum dialecticum, quia probabile non semper est, quod videtur sapientibus. Alb. mag. in top. c. 227. col. 2.
 Inductio non certificat, quantũcumq; vniuersaliter inducatur, nisi prædicatum ab omnibus particularibus inductis participetur essentialiter, quia tunc particularia participant prædicatum per se, & vniuersalis recipit prædicationem per se prædicati eiusdem. Alb. mag. in 8. phys. tract. 2. cap. 4. c. 97. col. 3.
 Inductio non concludit nec demonstratiue, nec syllogistice ex necessitate. D. Tho. in post. c. 83. col. 3.

Inductio vt differt à ceteris argumentandi modis.

Inductio syllogismo quodammodo opponitur, quia illa per tertium extremum de medio, syllogismi vero per medium, extremum de tertio demonstrat. Arist. prior. 1. 2. cap. 23. c. 287.
 Inductio, & exemplum probabilia sunt argumenta, nõ necessaria. Alexander aphrod. in primo priorum ca. 4. char. 9. colum. 2.
 Inductio, & exemplum non sunt consequentiæ necessariæ. Auerr. in 1. prior. lect. 1. ca. 1. c. 54. col. 1.
 Inductio, & exemplum conueniunt in hoc, quod ambo constituunt rem ita esse, vel non esse ita. Auerr. 1. prior. tract. 2. cap. 2. c. 71. col. 2.
 Inductionis in demonstratione veritas forinsecus accidit, & ex eo, quod aliquid nobis applicatur, quia per se inductio non confert nobis, si etiam completerentur omnia particularia: sed est, quia prædicatum per se inest subiecto, p hoc igitur distinguitur inductio dialectica a demonstratiua, nec non, quia in dialectica cõplentur omnia particularia secundum opinionem, in demonstratiua, secundum veritatem. Auerr. in primo prior. cap. 29. c. 123. col. 3.
 Inductio differt a syllogismo, quia inductio est syllogismus propositionis immediatæ, syllogismus mediatæ, & inductio per tertium primum extremũ inesse medio ostendit, syllogismus per medium extrema ostendit. Alb. mag. in priora c. 167. col. 3.
 Inductio non habet specialem artem, in qua determinetur de ipsa, vt habet syllogismus. Alb. mag. in prior. c. 167. colum. 3.
 Inductio perfectiorem inter alias rhetoricas argumentationes, habet argumentationis formam. Alb. magnus in priora c. 167. col. 3.
 Inductio est alterum extremum de medio per tertiam extremitatem syllogizare. Albertus magnus in prio. ch. 167. colum. 3.
 Indurat calor, quia euaporat humorem per se, frigus per accidens, & etiam densat frigus, calor laxat, & rariora facit. Aristoteles de generatio. animalium 5. cap. 3. char. 275.

Industria est prudentiæ pars. Aristoteles mag. moral. 1. cap. 33. chart. 317.
 Inebriati fortes videntur, quia eleuatur multitudo spiritus, qui facit multum præsumere, & de se sperare. Alb. magn. ethic. 3. cap. 9. char. 44. col. 2.
 Ineptus est, qui alijs obicit, quæ ipse facit, aut facturus esset: aut ad ea suscipienda hortatur, quæ ipse nec facit, nec facturus esset. Arist. rhet. 2. ch. 120.
 Inertia est habitus cum ratione falsa effectus circa id, quod aliter esse potest. Aristoteles ethicorum nicom. cap. 4. chart. 143.
 Inesse illud dicitur, quod in aliquo considerandum est, non tamen semper, & abesse potest. Magent. in prior. chart. 13. columna 4.
 Inexistens materia syllogismi (vt visum fuit. Alex. & Albunazar Alpharabio) est, quæ inuenta est in actu tempore præsentis. Auerroes epito. in logicam. chart. 245. column. 2.
 Inexistens materia syllogismi (vt visum fuit & Theophrasto, & Themistio) est quæ dicitur simpliciter absque eo, quod ei coniungatur modus. Auerr. in epit. logic. chart. 345. col. 2.
 Infantes primis 40. diebus neque rident cum vigilant, nec lacrimantur, sed noctu, & per quietem vtrunque interdum faciunt, nec sentiunt magna ex parte cum scalpuntur, & plurimam huius temporis partem dormiunt: in die autem ad vigilandũ immutantur somniantque, sed sero possunt meminisse imaginũ. Arist. de hist. animal. 7. cap. 10. chart. 265.
 Infantes sinciput molle est, seroque duratur, quod non accidit ceteris animalibus, & cum cetera animalia nascantur cum dentibus, infantes septimo mense dentire incipiunt. Aristoteles de hist. animalium 7. capit. decimo, chart. 265.
 Infantes celerius dentit, quorum nutrices lac calidius habent. Aristoteles de historia animalium septimo, capit. 10. chart. 265.
 Infantes quasi nescij vigilandi, sentire & viuere in dormiendo videntur: at tempore procedente incrementoque transeunte in partem inferiorem experscuntur. Arist. de gen. anim. 5. cap. 1. chart. 265.
 Infantes cur ætate destillationem maxime patiuntur? quia magnam pituitæ copiam in capite habent, quæ ætate calefcit, & pituita facile putrescit. Alex. aphro. proble. 1. chart. 702. nu. 98.
 Infantes cur cum modulos audiunt, primo vagitu cessant, deinde dormire incipiunt? quoniam modulandi ratio, quæ Musica nominatur, essentiæ nostri animi indita a natura est. Igitur infans reminiscens moduli illius quiescit, tum permulctus in somnum vertitur. Alex. aphrod. probl. 1. nu. 121. ch. 712.
 Infantes in vtero non sunt animalia, cum non agant sensu. Io. gra. in 2. de anim. tex. 3. ch. 36. col. 2.
 Infantes, & pueri non generant, quia multum in substantia ponunt, vt perficiantur quantitate, & nihil in femine ponere possunt. Albert. magn. in 2. de anim. tract. 2. cap. 1. chart. 16. col. 2.
 Infantes leuiter in cunis debent moueri cum suaui cantu, quia musica cum gaudio, & lenitate spiritus facit fumere nutrimentum. Albert. magn. de anim. num. 7. tract. 1. cap. 1. chart. 45. col. 1.
 Infensus ac inimicus est, qui derogat etiã, quæ adsunt. Arist. mag. moral. 1. cap. 29. ch. 304.
 Inferiora, quia & plura sunt, & cognosci plenius possunt, ideo præstantiam sibi scientiæ vendicant. Arist. de par. anim. 1. cap. 5. char. 41.
 Infesti sunt, qui & ob quæ non debent, & magis item quam debent, & diutius succensent, & placari sine vltione, vel etiam punitione non possunt. Aristot. 4. ethic. nicom. cap. 5. chart. 99.

Infinium vt sit, quot requiruntur, & quotuplex.

Infinium dicitur multis modis. Primo, quod impossibile est pertransire ex eo, quod non est natum aptum natura transiri, vt vox inuisibilis. Alio modo transitum habens inconsumabilem. Aut quod vix. Aut quod natura natum est habere, non tamen habet transitum, aut finem. Amplius infinitum omne, aut est secundum appositionem, aut secundum diuisionem, aut vtroque modo. Ari. phy. 3. cap. te. 34. ch. 63.
 Infinium verum duo requirit, primo vt hoc sit, & secundo vtrunque idem accipiat. Aristotel. physicorum 3. cap. 5. te. 62. ch. 72.
 Infinium modo quodam habetur, vt potentia; alio autem modo non habetur, vt actu. Them. in 3. physicor. te. 56. char. 31. colum. 3.
 Infinium duplex: secundum quantitatem, & secundum qualitatem, & secundum quantitatem duplex, vel magnitudine, vel multitudine. Simp. in pri. physicor. te. 35. char. 52. colum. 2.
 Infinium additione, & diuisione idem fere sunt. Ioan. gra. in 3. physicor. te. 59. char. 70. col. 3.
 Infinium duobus dicitur modis. Vnus est virtus infinitæ actionis, & passionis in tempore, & est finita in se, id est, in vigore, & velocitate. Secundus est virtus infinitæ velocitatis, & passionis in se. Auerr. de subst. orb. cap. 3. char. 5. colum. 3.
 Infinium verum duo requirit; scilicet, vt hoc, quod semper inuenitur ex eo aliquid extra illud sit ei naturaliter non positione: & quod illud, quod inuenitur extra illud, sit aliquid, quod nunquam fuit prius. Auerr. in phy. 3. te. 62. ch. 54. col. 1.
 Infinium multis dicitur modis; quantitate, natura, virtute, & in agere. Alb. mag. de caus. & proces. vniuers. a cau. 1. l. 3. cap. 3. c. 220. col. 4.
 Infinium in quantitate duplex est; diuisione & aggregatione. Diuisione in continuis, cuius partes accipienti semper est extra accipere per diuisionem. In discretis per aggregationem, cuius partes accipienti semper extra aliquid relinquitur, quo accepto per aggregationem est addibile: propter quod infinitum in discretis causatur ab infinito in continuis. Albertus magn. de caus. & proces. vniuers. a cau. 1. lib. 2. tractat. 3. cap. 220. colum. 4.
 Infinitas duplex: alia, quæ oritur ex rei perfectione, quæ est in primo principio, & sequitur formam, & nõ materiam: alia est indeterminatio, quæ oritur ex imperfectione, & priuatione, & hæc est in materia, cuius natura est, vt non sit determinata, uel determinari possit. Ale. de ales in 2. metaph. char. 45. col. 1.
 Infinium in prædicationibus possumus duobus modis imaginari, in deorsum, & sursum. In deorsum nõ potest esse infinitum, nec in prima prædicatione per accidens, nec in secunda; quia in prima accedens accedit substantiæ, & in substantia est status, quia substantia non est ens inclinatum: in secunda, quia duo accidentia accidunt substantiæ, & ibi est status, ut prius, & sic in descendendo. Alexan. de ales in 4. metaphysicorum te. 14. char. 87. colum. 3.
 Infinium esse duobus modis intelligi potest: primo a priuatione quantitatis, & sic indiuisibile dici potest in finitum: alio modo a negatione terminorum quantitatis, & sic substantia separata non est infinita. Ale. de ales 11. metaph. c. 321. col. 2.

Infinium quid est.

Infinium non est principium, esset enim finis. Aristotel. phy. 3. sum. 3. c. 1. te. 30. c. 32.
 Infinium nõ est possibile, ut sit separabile a sensibilibus
 exi-

existens infinitum per se. Aristoteles physicorum 3. cap. 4. tex. 35. charta 64.
 Infinitum, si est infinitum per accidens, non est elementum eorum, quæ sunt. Aristoteles physicor. 3. cap. 4. tex. 36. charta 64.
 Infinitum nullum est corpus, aut intelligibile, aut sensibile. Arist. phy. 3. capit. 4. tex. 39. c. 65.
 Infinitum secundum appetitionem est, cuius semper aliquid est extra accipere, non tamen excedit omnem determinatam magnitudinem, sed ut sit in diuisione. Arist. phy. 3. cap. 5. tex. 59. c. 71.
 Infinitum est, cuius semper est aliquid extra; non est (ut aiunt antiqui) cuius nihil est extra. Aristoteles physic. 3. cap. 5. tex. 62. c. 72.
 Infinitum non est idem in motu, magnitudine, & tempore; sed dicitur in posteriori, quia est in priori. Arist. phy. tertio. capit. 7. text. 70. c. 74.
 Infinitum est causa, ut materia, esse enim ipsius est priuatio. Arist. phy. 3. capit. 7. tex. 71. c. 75.
 Infinitum est id, quod cum finis sit capax, finem non habet. Arist. de Xenoph. Zen. Gorg. c. 925.
 Infinitum qui faciunt, tollunt rationem finis, & boni naturam. Arist. 2. metaphysic. cap. 1. tex. 8. c. 37.
 Infinitum esse ens separatim impossibile est; cum enim non sit, nec magnitudo, nec multitudo, indiuisibile erit, quia omne diuisibile, vel magnitudo, vel multitudo est. Arist. 1. metaphysic. su. 4. cap. 2. c. 234.
 Infinitum non est, nec corpus simplex, nec compositum. Non compositum, quia elementa finita sunt multitudinem; quantitate autem omnia elementa infinita esse impossibile est; alterum vero non posset esse finitum, & alterum infinitum, quia finitum ab infinito corrumpetur. Non simplex, quia hoc corpus infinitum, vel est aliud ab elementis, & sic non, quia composita in hoc resoluerentur, quod est falsum, vel unum ex elementis est infinitum, quod fieri nequit, quia in ipso cetera elementa conuerterentur. Arist. 1. metaphysic. su. 4. cap. 2. c. 234.
 Infinitum dicitur, quod pertransiri nullo modo potest, aut inconsumabilem habet transitum, aut quod vix, aut quod natum aptum est habere, & non habet transitum, vel terminum, aut in addendo, ut numerus, vel in ablatione, ut continuum, vel in ablatione, & additione, ut tempus. Arist. 1. metaphysic. su. 4. capit. secundo, char. 234.
 Infinito nulla moles maior est. Amm. in Por. c. 8. col. 4.
 Infinitum est id, extra quod nihil assumi potest. Mag. in lib. de interp. c. 12.
 Infinitum quinque modis diffinitur. Primo, quod cum sit de genere quantitatis percurri natura sua non potest. Secundo, quod caret extremo, quod assequi, & quo peruenire quis possit. Tertio, quod agre, & cum labore peragitur. Quarto, quod & si natura sua potest percurri, terminumque magnitudinis, nec obtinet, nobis tamen inaccessum, & inuicem est. Quinto tam id, quod perpetuam additionem capit, ut numerus, quam id, quod infinitam abractionem patitur, ut continuum. The. in 3. phy. tex. 34. c. 30. col. 1.
 Infinitum omne necessario est ignotum. The. in 3. phy. tex. 65. c. 32. columna 3.
 Infinitum est non actu, sed potentia; quia in diuisibili in est non in diuiso. Simplic. in 3. physicor. tex. 57. char. 176. columna 1.
 Infinitum generaliter est, cuius, si quicquam accipitur, semper aliquid extra superat atque excedit. Simplic. in octauo phys. tex. 80. c. 479. col. 2.
 Infinitum nihil est, quod habeat materiam finitâ. Ioan. grammatic. in 3. phy. c. 60. col. 3.
 Infinitum nunquam terminari, limitibusque claudi potest. Ioan. grammat. in 3. phy. 69. col. 4.

Infinitum est potestate, non tamen ita, ut ad actum reduci possit. Io. gram. in 3. phy. tex. 57. c. 70. col. 2.
 Infinitum non dicitur æquale, nec maius, nec minus. Auerr. in phys. 3. tex. 51. ch. 51. col. 2.
 Infinitum dignius est, ut sit causa violentæ quietis, non naturalis. Auerr. in phy. 3. tex. 51. c. 51. col. 1.
 Infiniti definitio est, esse maximum omnium quantitatum. Auerr. 1. de celo. tex. 35. c. 13. col. 2.
 Infinitum, quod est in magnitudine, est infinitum in potentia. Auerr. in 1. de celo. tex. 65. c. 22. col. 2.
 Infinitum dicitur a priuatione finis intus, & extra finientis, cuius ultimum non est accipere. Albertus magnus in prior. ch. 96. col. 2.
 Infinitum dicitur a priuatione certificantis ipsum ad hoc, vel illud. Alb. mag. in prior. c. 96. col. 2.
 Infinitum esse non est actus, vel perfectio, sed imperfectio: sed diuidi in infinitum, vel fieri in infinitum appositione, aliquid habet de actu; actus enim in se claudit potentiam. Albertus magnus in 3. phys. tract. 2. cap. 10. char. 38. col. 2.
 Infinitum, quod est in additione numerorum, proficitur ex infinito, quod est in diuisione continui, quia nihil est causa numeri, nisi diuisio, & si discretio sit ante continuitatem. Albertus magnus in 3. phys. tract. 2. cap. 12. c. 38. colum. 3.
 Infinitum in natura est, quod proprium in natura terminum non attingit, & sic non potest esse causa rei alicuius. Alb. mag. de caus. & proces. vniuers. a cau. pri. li. 2. tract. 3. cap. 3. c. 220. col. 4.
 Infinitum virtute est id, cuius virtus influendo, & agendo nunquam finitur; & hoc est, quod de sui natura semper eodem modo se habet, & indeficiens est in emittendo bonitates suas; & hoc non potest esse nisi id, quod per sui naturam est intellectus agens; & id est infinitum in agere. Alb. mag. de cau. & proces. vniuers. a cau. 1. li. 2. tract. 3. ca. 3. c. 220. col. 4.
 Infinita virtus omnis secundum analogiam virtutis infinitæ pendet per id, quod est infinitum primum, quod est virtus omnium virtutum infinitarum, & principium. Alber. mag. de cau. & proces. vniuers. a cau. pri. li. 2. tract. 3. ca. 3. c. 220. col. 4.
 Infinitatis destructio non fit ex alio, nisi quia diuiditur, quod in omni virtute diuisa patet. Alber. magnus de caus. & proces. vniuers. a cau. pri. lib. secundo, tract. 3. cap. 9. char. 222. col. 3.
 Infinitum non est primum. Alex. de ales, in 2. metaph. char. 40. colum. 1.
 Infinitum in quanto vocatur illud, quod capit omnem gradum quanti. In forma vero infinitum, quod capit omnem entis perfectionem. Alexander de ales in 2. metaph. ch. 45. colum. 2.
 Infinitum est passio motus. Alexan. de ales 1. metaph. char. 320. colum. 1.
 Infinito pugnat ratio extremi, quia caret extremo, & sic ei repugnat ratio medij. Alexand. de ales 1. metaphysic. tex. 323. colum. 4.

Infinitum an est, in quo est, & quid sequitur si ponatur.

Infinitum in quanto est. Aristoteles physic. primo ex sum. 1. cap. 3. te. 15. ch. 6.
 Infiniti ratio quanto vitur, non substantia, nec quali. Arist. phys. 1. ex su. 1. ca. 3. tex. 15. ch. 7.
 Infinitum primum apparet in continuo, diffinentibus enim continuum, uti sæpe accidit infinito. Arist. phys. 3. sum. 1. cap. 3. tex. 1. ch. 53.
 Infinitum esse ex quinque si dem habere possumus; ex tempore, hoc enim infinitum. Et ex ea, quæ est in magnitudinibus, diuisione, utitur enim, & Mathematici infi-

nitum. Amplius ex eo quia sic non deficit generatio, & corruptio, si infinitum sit, unde auferatur id, quod sit. Amplius ex eo quia finitum semper ad aliquid finitur. quare necesse est nullum esse terminum, si semper terminari sit necesse alterum ad alterum. Aristot. phys. 3. cap. 2. te. 31. ch. 62.
 Infinitum non contingit esse, ut actu existens, & ut substantia, ac principium. Aristotel. physicorum 3. cap. 4. te. 37. char. 64.
 Infinita multa esse idem impossibile est. Aristot. physico. 3. cap. 4. te. 37. c. 64.
 Infinitum corpus, nec simplex, nec compositum esse potest. Ari. phy. 3. c. 4. te. 42. ch. 65.
 Infinitum corpus, nec unum ex elementis esse potest, nec id, quod præter elementa est: quia si unum esset infinitum, cætera corrupta essent. Aristot. physicor. 3. cap. 4. tex. 44. char. 66.
 Infinitum non potest esse simplex corpus præter elementa, quia non datur corpus simplex sensibile præter elementa, omne enim ex quo est, etiam in hoc resoluitur. Ari. phys. 3. c. 4. te. 45. ch. 66.
 Infinitum actu non est; sed si infinitum non sit simpliciter, multa impossibilia accidunt: temporis erit quoddam principium, & finis; magnitudines non diuidentur in magnitudines, & numerus non erit infinitus. Et si ponitur potentia esse infinitum, nullum absurdum erit. Aristotel. phys. 3. cap. 5. te. 8. c. 69.
 Infinitum est appositione, & est ablatione. Arist. phys. 3. cap. 5. te. 56. char. 70.
 Infinitum non oportet accipere, ut hoc aliquid, ut hominem, sed ut dies dicitur, & certamen, quibus esse, non ut substantia quædam factum est sed in generatione semper, aut corruptione finitum; sed semper alterum atque alterum. Aristotel. physicorum 3. cap. 5. text. 58. char. 70.
 Infinitum, quod est secundum appositionem, idem quodammodo est, & quod est infinitum secundum diuisionem: nam in eo, quod finitum est secundum appositionem sit e diuerso. quatenus enim diuisum videtur infinitum, eatenus appositum videtur ad determinatum. Ari. phy. 3. cap. 5. te. 59. c. 71.
 Infinitum potius in partis ratione est quam totius. Arist. phys. 3. c. 6. te. 66. ch. 74.
 Infinitum primo dicitur de magnitudine, secundo de motu, & per hunc de tempore. Aristot. physicor. 3. ca. 7. te. 70. char. 74.
 Infinitorum non est primum. Aristot. physicor. 5. cap. 3. te. 13. char. 138.
 Infiniti nulla pars est, quæ mensuret. Ari. physicor. 6. su. 4. c. 3. te. 61. ch. 165.
 Infinitum ex finitibus, & æqualibus, & infinitis esse impossibile est. Arist. phys. 6. su. 4. cap. 3. te. 51. c. 165.
 Infinitum pertransire finitum impossibile est. Arist. phys. 6. sum. 4. c. 3. te. 64. c. 166.
 Infinitorum nihil est primum. Arist. phys. 8. sum. 2. ca. 3. te. 34. char. 210.
 Infinita tempore infinito aliquem pertransire non est absurdum. Ari. phys. 8. su. 3. c. 3. te. 68. c. 230.
 Infinita potentia in magnitudine infinita esse non potest. Ari. phys. 8. su. 4. c. 1. te. 78. ch. 238.
 Infinitum corpus esse, vel non fere est principium contrarietatum omnibus, qui aliquid de tota natura enūciauerunt, & fuit, & erit utique. Aristot. 1. de celo te. 34. char. 254.
 Infinitum moueri impossibile est. Aristot. 1. de celo tex. 37. char. 256.
 Infinitum, si moueretur, aut totum, aut pars moueretur in tempore infinito, quod impossibile est. Arist. 1. de celo te. 38. char. 251.
 Infiniti ad finitum nulla est ratio. Arist. 1. de celo te. 52. char. 160. idem 1. de celo te. 63. c. 263.

Infinitum non contingit moueri, quia si mouetur, aut secundum naturam mouetur, aut violentia. Et si violentia, ipsi quoque inest, & quod secundum naturam, quare, & locus alius proprius in quem feratur, quod impossibile est. Arist. 1. de celo. tex. 62. char. 262.
 Infinitum a finito aliquid pati impossibile est. Arist. 1. de celo tex. 63. chart. 263.
 Infinitum nullo in tempore mouere potest finitum. Arist. 1. de celo text. 65. char. 263.
 Infinitum ab infinito non contingit aliquid pati. Arist. 1. de celo tex. 66. char. 264.
 Infinitum corpus mouere corpus infinitum in tempore finito, impossibile est. Aristoteles primo de celo text. 64. chart. 264.
 Infinitum, & si sit simile circulo, moueri nequit; quia infinitum non habet medium, circuli vero est medium. Arist. 1. de celo. tex. 70. char. 264.
 Infinitum nec super recta ferri possibile est, quia oportebit esse alterum totum locum infinitum, in quem ferretur secundum naturam, & alium tantum, in quæ præter naturam. Arist. 1. de celo. tex. 70. ch. 264.
 Infinitum aut se ipsum mouet, & sic esset animatum, quod impossibile est; aut ab alio mouetur, & sic duerunt infinita, & mouens, & quod mouetur. Arist. 1. de celo. tex. 72. chart. 265.
 Infinitum nullum actu est, potentia esse potest ad diuisionem. Aristoteles pri. de gen. & cor. sum. 2. ca. 3. tex. 16. chart. 390.
 Infinitas quod habet diuisiones, non oportet esse paruum, aut paucum: nam omne continuum paruum dicimus, & in quo conuenit paucum etiam, nec ob id carere affirmamus infinitis diuisionibus. Arist. de lin. in sec. chart. 935.
 Infiniti processus in genere nullo causarum datur. Arist. 2. metaphysic. cap. 2. tex. 5. char. 35.
 Infinitas non est, ubi est reflexio generatorum, quia generatio vnus est corruptio alterius. Arist. 2. metaphysic. cap. 2. tex. 7. chart. 36.
 Infinitum qui ponit in causa finita, tollit actionem, quia nemo conabitur aliquid facere cum ad terminum peruenire non possit. Aristoteles 2. metaphysicorum ca. 2. text. 8. chart. 37.
 Infinitum non est in causa finali, quia vel dat causa finalis, & sic non est infinitum, vel si dat, infinitum non est causa finalis. Arist. 2. metaphysic. cap. 2. tex. 8. ch. 37.
 Infinitum ponentes in causa finali intellectum operatum tollunt, quia quod intellectum habet, semper alicuius causa agit, hoc enim est terminus. Aristot. 2. metaphysic. cap. 2. tex. 9. chart. 37.
 Infinitum si poneretur in formali causa, nulla esset scientia, quia non potest perueniri ad individua, & quia infinitum cognosci nequit. Aristoteles 2. metaphysic. cap. 2. text. 11. chart. 37.
 Infinitum actu dari impossibile est, quia si daretur, multa actu infinita essent, quod impossibile est. Arist. 1. metaphysic. sum. 4. cap. 2. char. 235.
 Infinitum quantum esse necesse est, & si sic, non debet poni principium, nec elementum, sed potius subiectum. Arist. 1. metaphysic. sum. 4. cap. 2. ch. 235.
 Infinitum actu in sensibilibus non est dare, quia corpora superficie terminata sunt, ideo nec infinitum corpus sensibile, nec Mathematicum dare possumus. Arist. 1. metaphysic. su. 4. cap. 2. char. 235.
 Infinitum corpus non est dare, si consistat ex partibus dissimilibus, quia & loca dissimilia erunt, & corpus non vnum erit nisi tactu. Et hæc, vel finita erunt, vel infinita specie. Si finita, non erit corpus infinitum, quia ex finitis numero non potest fieri infinitum. Si infinita, non, quia plura infinita simul erunt, vel alia erunt finita, alia infinita, nec sic, quia infinitum illud corrumpet finitum. Arist. 1. metaphysic. ex su. 4. cap. 2. c. 236. infinitum

Infinitem corpus dare naturaliter impossibile est, si est dare graue, & leue, sursum, & deorsum. Arist. 1. 1. metaph. ex sum. 4. cap. 2. c. 236.

Infinitem actu esse nequit, quia omne sensibile corpus est in loco, loci autem differentie sunt sex, & quod in loco est, alicubi est. Hoc autem terminatum est ubique. Arist. 1. 1. metaph. ex su. 4. cap. 2. c. 237.

Infinitem potentia secundum prius, & posterius inuenitur primo, in magnitudine, & per ipsam in motu est, & per motum in tempore. Arist. 1. 1. metaph. ex su. 4. cap. 2. charta 237.

Infinitem actu non sunt, sed eo, quod corrumpuntur hec, & sunt alia. Alex. & Eucl. in 2. post. c. 90. col. 1.

Infinitem non potest, nec quiescere, nec moueri ad vnum locum: moueri nequit, quia singuli eque proprie accōmodateque sunt: nec quiescere, quia nullus est maxime peculiaris, & proprius. The. in 3. phys. text. 48. charta 31. colum. 1.

Infinitem actu discretā non sunt. Simplicius tertio phys. char. 140. colum. 1.

Infinitem inest discreto ex continuo, & non continuo ex discreto. Simp. in 3. phys. c. 140. col. 1.

Infinitem si principium habet, quomodo docūque accipitur principium, finem quoque habebit. Simp. in tertio phys. text. 30. c. 164. col. 2.

Infinitem velut in motu, tempore, & numero ea mensurante, non manet, sed semper fit. Simp. in 3. phys. text. 68. c. 181. colum. 2.

Infinitem secundum quantitatem in tempore finito percurrere nequeunt, sed his, quæ secundum diuisionem infinita sunt, uti possumus. Simp. in 4. phys. c. 290. col. 2.

Infinitem actu esse non potest in rerum natura, sed solum potestate, & partium successione. Ioā. gramm. in 1. phys. ch. 2. col. 2.

Infinitem quantitati inest per se, quia in infiniti diffinitione sumitur quantitas. Ioan. gramm. in 1. phys. text. 13. ch. 7. colum. 2.

Infinitem primo continuæ quantitati inest, & per illam quantitati discretæ. Io. grā. in 3. phys. c. 52. colum. 3.

Infinitem primo est in magnitudine, & per magnitudinem motui, & per motum tempori. Ioannes gramm. in tertio phys. c. 72. col. 4.

Infinitem multiplicari per infinita est contra rationem. Auer. in phys. prim. text. 38. c. 38. col. 1.

Infinitem duo esse non possunt, quia aletas exigit finitatem, quia exigit discretionem, & discretā, ut discretā, finita sunt. Auer. in phy. 3. text. 30. c. 46. columna 3.

Infinitem in duo aequalia non est possibile diuidere, quia pars esset æqualis toto. Auerroes in phy. tertio text. 51. char. 51. col. 3.

Infinitem accidit materię, ut materia est. Auerroes in phy. 3. text. 65. c. 45. col. 3.

Infinitem impossibile est cōponi ex finitis æqualibus, aut inæqualibus. Auer. phys. 6. text. 61. c. 131. col. 3.

Infinitem impossibile est mensurari a sua parte. Auer. phys. 6. text. 61. c. 131. col. 3.

Infinitem omnino immobile est. Auerroes phy. 6. text. 62. c. 132. columna 1.

Infinitem nunquam desinit, nec pertransitur. Auerroes 8. phy. text. 68. c. 186. col. 4.

Infinitem medietates pertransire in potentia in tempore finito in actu est necessarium. Auerroes 8. phys. text. 68. c. 187. col. 1.

Infinitem intensiois in substantijs separatis, ita ut non sit proportio inter potētiam motoris, & moti, impossibile est in ipsis, ut sunt formæ. Auerroes 2. de celo. text. 39. c. 58. columna 1.

Infinitem quod est in numero, proficiscitur ab infinito, quod est in continuo. Alb. mag. in tertio phys. trac. 1. cap. 1. c. 20. col. 1.

Infinitem non potest pertransire infinitū: quia si pertran-

sit, transit finem primi infiniti. si habet finem non est infinitum, sed finitum. Alber. mag. in 3. phys. tract. 2. cap. 5. c. 36. colum. 3.

Infinitem, & si solum in potentia sunt, primum actu scit infinita, nō actu, qui infinita faciat in effectu, sed actu intelligentis, qui sui nihil habet in potentia, sed omne quod in ipso est, est actus purus, & simplex. Alber. mag. de caus. & proces. vniuers. a cau. pri. l. trac. 1. ca. 3. char. 191. colum. 3.

Infinitem nullum mensuratur a finito. D. Th. in 6. phys. text. 60. l. 9. c. 90. col. 3.

Infinitem duo esse secundum vtranque extremitatem impossibile est. Diuus Thomas in tertio de celo. l. 10. text. 52. ch. 65. colum. 3.

Infinitem omnes partes sunt mediæ. Diuus Thom. 2. metaph. l. 2. text. 7. c. 107.

Infinitem diuidi nequit secundum aliquam proportionem. D. Tho. 1. 1. metaph. l. 10. c. 808.

Infinitem eidem accidit ad minus secundum relationes ad infinita antecedentia, & consequentia. D. Tho. 4. metaph. l. 7. text. 12. c. 214.

Infinitem si datur, dantur omnia mediā, quia au fertur primum. Alex. de ales in 2. metaph. c. 40. col. 3.

Infinitem, & finitum, secundum Naturales, sunt passiones corporis quanti. Alexander de ales 11. metaph. char. 321. colum. 1.

Infinitem an cadat sub scientia, & in quo libro perfeltius de eo tractetur.

Infinitem, ut infinitum non cadit sub scientia. Arist. poster. lib. 1. cap. 20. text. 39. ch. 342.

Infinitem, ut infinitum secundum multitudinem, aut magnitudinem, aut formam ignotum est; ergo si esset principium, impossibile esset, ea, quæ ex ipso essent, cognoscere. Aristot. phys. prim. ex sum. 5. ex parte 2. cap. 1. text. 34. char. 12.

Infinitem, ut infinitum, ignotum est; formam enim non habet materia. Arist. phys. 3. ca. 6. text. 65. ch. 73.

Infinitem disputatio perfectior est in libro de celo. Auer. in phys. 3. text. 49. ch. 50. col. 4.

Infinitem quod est, non est determinatum. Auer. in 6. metaph. sum. 2. text. com. 4. ch. 70.

Infinitem non largitur scientiam. Auer. in 7. metaph. text. co. 43. char. 92.

Infinitem nulla est cognitio: animo enim comprehendere nequeunt. Boet. in præd. c. 113.

Infinitem tractatio in tertio physicorum differt a tractatione infiniti in libro de celo; quia in physicis agitur de infinito, quod non inest corpori naturali in communi; hic autem, quod non inest corpori mobili secundum locum. Albertus magnus in 1. de celo. tra. 2. cap. 3. ch. 10. colum. 1.

Infinitem formale penitus est ignotum; infinitum autem quantitatum, non. Diuus Thom. in 2. metaph. l. 4. text. 12. char. 123.

Infinitem, ut pertinet ad propositiones.

Infinitem prædicato nihil est contrarium, ut species non sit, sed priuatio. Ammo. in lib. de interp. c. 150.

Infinitem sunt res: & voces, quæ illas significant, infinitæ sunt. Boet. in præd. c. 113.

Infinitem nomen esse, non homo, Aristoteles primus inuenit. Boet. in lib. de interp. c. 222.

Infinitem propositiones ex se verum a falso non diuidunt. Boet. in lib. de interp. ch. 345.

Infinitem propositiones in nulla alia re a finitis differunt, nisi quia indefinitæ sine determinatione, definitæ cū determinatione proferuntur. Boetius in libro de interpret. char. 466.

Infinitem

Infinitem in discursu syllogistico comprehenditur sub particulari, sed in problematibus diuersam habet determinationem, nam differt a particulari: quia particulare est determinatum secundum esse, & rationem, & signum; infinitum autem determinatum est in parte secundum rem, non tamen secundum rationem, quæ signo demonstratur. Albertus magnus in top. char. 242. columna 4.

Infinitem, ut in numero conuenit, & ut sumitur pro uiribus.

Infinitem non potest esse numerus, nec separatus, quia omnis numerus numerabilis est, vel habens numerum. Arist. 1. 1. metaph. su. 4. cap. 2. char. 235.

Infinitem secundum additionem non est pertransire in tempore finito. Aristoteles secundo metaph. cap. 2. text. 13. charta 38.

Infinitem vis fortior est finita. Themist. in tertio phys. text. 42. ch. 30. col. 3.

Infinitem in vigore, cuius causa est corpus, ut corpus, impossibile est esse in corporibus, siue cælestibus, siue alijs. Auer. de sub. orb. cap. 3. c. 5. col. 4.

Infinitem in motu alia causa non est, nisi motorem eodem modo se habere ipsi mobili in mouendo, & mobile semper eodem modo se habere in moueri. Alb. mag. de caus. & proces. vniuers. a cau. prim. l. 2. tra. 3. cap. 2. c. 220. colum. 3.

Infinitem, quod est in additione numeri, proficiscitur ex diuisione continui. Diuus Thom. in 3. phys. l. 1. text. 2. char. 41. colum. 3.

Infinitem in tempore.

Infinitem, quod est in magnitudinibus, differt ab infinito, quod est in tempore. Aristoteles phys. 3. cap. quinto, text. 58. char. 71.

Infinitem quantitate tangere non contingit in tempore finito: secundum diuisionem vero infinita tangere contingit. Arist. phy. 6. su. 1. ca. 3. text. 19. c. 251.

Infinitem in tempore finito non transit infinitum. Arist. phys. 6. sum. 4. ca. 3. text. 65. c. 167.

Infinitem in tempore necessario est in corporibus cælestibus ex diuersitate motoris, & moti in eis a corporibus generabilibus, & corruptibilibus: quia eorum virtutes motiue sunt materiales, & corporales, quæ mouentur ab eis, ut composita ex materia, & forma. Auer. de sub. orb. cap. 3. ch. 5. col. 4.

Infinitem Platoniorum opinio.

Infinitem principium esse per se, & substantiam posuerunt Pythagorici, & Plato; at Pythagorici in sensibilibus (neque enim abstractum faciunt numerum, esseque quod extra cælum est, infinitum) Plato autem extra cælum nullum esse corpus, neque ideas eo quod nullquam sunt ipsæ, tamen infinitum, & in sensibilibus, & in illis esse posuit. Aristot. phys. 3. sum. 3. cap. 1. text. 25. char. 60.

Infinitem secundum Platonicos erat principium, ita ut in nullo natura infiniti recepta erat. Alexand. de ales 1. 1. metaph. c. 321. col. 1.

Infirmum corpus alimentum expeditius capere potest sorbitionibus, sunt enim mitiores, leniores, & colligabiliores. Arist. probl. sec. 1. num. 32. c. 348.

Infirmus cum sanatur per se, cor in eo alterat membrum ægrotans ad sanitatem. Auerroes quarto de celo, text. 23. char. 116. col. 3.

Infirmities longæ humores incinerant, & corpus ad terrestreitatem inducunt. Albertus magnus de ani. l. 3. trac. 2. cap. 4. c. 42. col. 3.

Inflammabilia sunt, quæ flammam præbere possunt, quæ non possunt, non sunt inflammabilia. Arist. meteor. 4. su. 3. ca. 2. text. 47. c. 583.

Inflammabilia sunt quæcunque non humida existentia exhalabilia sunt; pix autem, oleum, & cera magis cum alijs, quam per se, maxime autem quæ fumum emittunt. Aristoteles meteor. quarto. sum. 3. cap. 2. text. 47. char. 583.

Inflammabilia sunt exhalabilia, quæcunque non liquabilia sunt, quia sunt magis terre. Arist. meteor. 4. su. 3. cap. 2. text. 47. char. 583.

Inflammationes easdem, alij frigefaciendo sanant; alij calefaciendo concoquunt, quia illis per refrigerationē, his per externum calorem, caloris sui copiam colligere placet. Arist. probl. sec. 1. nu. 45. c. 346.

Inflammationes cur farina hordeacea extinguere potest, cum frigidum omne cogendi, ac densandi, non digerendi vim obtinet? Dicendum non vi refrigerandi, sed tergendī, ac discutiendi id posse, ut & non nulla alia secundaria virtute efficiunt, ut apium, & si calidum est, febrem minuit, non ut calidum, sed ut discutere, & detergere materias potest. Alex. aphro. problem. 1. nu. 53. char. 682.

Inflatus est ille, qui cum sit indignus, dignum se magnis putat, non tamen omnis est inflatus, qui maioribus, quam sit, dignum se censet. Aristoteles quarto ethic. nicom. cap. 3. ch. 90.

Inflati stolidi sunt, seque ipsos ignorant, & prosperas fortunas prædicant, vestituque ornantur, quasi ab ipso honorem sint consecuturi. Aristot. 4. ethic. nicom. cap. 3. char. 96.

Influere est fluxum talem alicui innectere receptibili, quod quatuor coniungit modis. Primo, secundum rationem formę fluentis, quam habet in primo fluxus principio, ut primum principium, quod est intellectus vniuersaliter agens, influit in intelligentiam, siue ad intelligentiæ constitutionem, siue ad ipsius iam constitutæ maiorem illuminationem. Secundo modo, secundum vmbra luminis fluentis ex hoc, quod scilicet distat ex limpiditate, & sinceritate primi fontis, ut fluit ad animæ constitutionem, quæ propter dependentiam ad corpus necesse est, quod primę limpiditatis, & sinceritatis patatur adumbrationem. Tertio modo, propter primi luminis causam, quod cadit a ratione luminis intelligentiæ, & corpore efficitur, & sic fluit in materiam susceptibilem corporeitatis. Quarto modo, cum fluit in permistum tenebris, ut cum fluit in materiam contrarietati, & varietati subiectam, quæ contraria sunt limpiditati, & sinceritati, & sinceritati primi luminis. Alb. mag. de caus. proces. vniuers. a cau. pri. l. 1. trac. 4. cap. 1. ch. 295. columna prima.

Influxus cuiusque insuat, secundum ipsum influxum simplicius, & nobilius est, & verius in fluente, quam in seipso. Simplicius, quia in ipso fluente simpliciter hēt fluxum. Nobilius, quia abque venere in permistum. Verius, quia quanto impermistius est, tanto accedit ad veram nominis rationem. Alb. mag. de caus. & proces. vniuers. a cau. pri. lib. 1. trac. 4. cap. 2. c. 195. col. 1.

Influxus ideo sic vocatur, quia omne, quod influit, se totum influit, & se totum secundum formam, & virtutem. Alb. mag. de caus. & proces. vniuers. a cau. l. 2. trac. 1. cap. 3. c. 200. col. 2.

In foribus quis deliquit? Aristoteles 2. metaph. sum. pri. cap. 1. text. 1. c. 34.

Informatium virtutem appellauit Galenus creatorem, & fuit ei dubium an sit Deus. Auer. ex destruc. destruc. disp. c. 26. colum. 2.

Infortunatum esse est, cum parum abest, quod quis in magnū malum incurrerit. Aristoteles phys. ex su. 3. cap. 2. text. 56. c. 43.

Infortu-

Infortunatus est, cum in se causæ principium non habuerit, sed extrinsecus est causæ principium. Arist. 5. ethic. nicom. cap. 8. char. 123.
 Infortunatus est, qui iniusti quidem aliquid commiserit, sed non consulto, & in quem, & cui, & cuius causa non valebat. Arist. mag. mor. 1. cap. 31. ch. 310.
 Infortunia sunt, quæ præter rationem, & sine malitia fiunt. Arist. rhetor. 1. c. 58.
 Infrigidatio fit, vel propter calidi repercussionem interiorius propter frigus, vel propter extinctionem calidi naturalis: quæ fit, vel propter longitudinem temporis, ut in semibus, vel propter superabundantiam extrinsecus calidi, ut in æstuatis a Sole, vel igne, vel attenuatis ex labore intemperato. Petrus de Aluer. de iuuen. & sen. vit. & mor. & resp. 1. 5. c. 65. col. 2.
 Ingenerabile multis dicitur modis: vno quidem modo, si sit aliquid, quod non erat prius sine generatione, & mutatione: vno vero si quid, quod potest fieri, aut factum esse, non est: vno autem si quid impossibile est factum esse, vel quandoque fit, quandoque non. Arist. 1. de cel. tex. 111. c. 230.
 Ingenerabile, & incorruptibile, quod est, atque ens, semper iterum esse necesse est. Aristoteles primo de celo, tex. 123. char. 285.
 Ingenerabile proprie dicitur, quod est nunc, & prius non erat verum dicere non esse. Aristot. 1. de celo, tex. 123. char. 285.
 Ingenerabile omne si est incorruptibile, & incorruptibile est ingenerabile, necesse est, & sempiternum vtrunque sequi, & si quid ingenerabile sempiternum, & si quid incorruptibile sempiternum. Aristot. 1. de celo, text. 123. char. 285.
 Ingenerabile cadere aliquo tempore sub corruptione impossibile est. Arist. 1. de cel. tex. 138. ch. 289.
 Ingenerabile aliquid semper esse, & semper corruptibile, si est, tunc contraria erant acta necessatio. Arist. 1. de celo, tex. 138. ch. 289.
 Ingenerabilibus rebus cum inuenitur posterius, inuenitur prius, & si inuenitur prius, non est necesse, ut inueniatur posterius. Aristoteles secundo de celo, tex. 21. char. 51. colum. 3.
 Ingeniosi signa. Caro humidior, & mollior, non boni habitus, nec valde pinguis: quæ circa humeros, & collum maiora, & que circa faciem; & colligata quæ sunt circa humeros, & inferiora laxata, bene soluta, & que sunt circa costas, & secundum dorsum non carnosus: corpus album nuxto robore, & purum, cuius cutis tenax, pili non valde duri, ne valde nigri, oculus charops, humidus. Arist. phys. 2. ca. 6. c. 340.
 Ingenij boni qui sunt, promptiores ad verum iudicandum sunt. Alexander aphrod. in octavo topicor. capit. 4. char. 101. colum. 1.
 Ingenij mobilis est opponitibus personis simpliciter credere. Ioannes grammaticus in primo poster. capit. pri. char. 2. colum. 2.
 Ingenij boni est posse ex ingenio eligere verum in quolibet, & fugere falsum. Albertus magnus in topic. char. 275. columna 1.
 Ingenium est, quod contrariorum non est capax. Simplicius in primo physic. tex. 47. c. 463. col. 2.
 Ingenius dicitur, qui habet inclinationem secundum virtutem profectam a parentibus, & illi ab alijs secundum quandam antiquitatem. D. Thom. 3. politicor. lec. 11. char. 43. col. 4.
 Inguen per offensionem digiti pedis intumescit, quia natura subuenit cuiuslibet parti dolenti solet; & cum materia, quæ effulenta cognata, & benignior est, sanguine pro vehiculo vtatur, cum in digitos pedis descendit, venas inguinis amplissimas implet; & perinde adenes, quæ corpuscula rotunda sunt posita inter sanguinis cõceptacula, & sic per immodicam sangui-

nis rarefactionem, inflammatio, & tumor excitatur. Alexan. aphrod. proble. 1. nu. 107. c. 705.
 Inguen cur intumescit, si pes offensus? quia vis animalis per nervos vsque ad infimas partes se porrigit, & ita cum pes offensus sit, crus totum perrepat, sed nil agit, quoniam locum non inuenitur aptum. Post vero vbi in inguen decubuit nacta iam sedem aptiorem subsistit, aggressaque adenam, vitiat eius habitum, & excitat naturæ contrarium in tumorem. Alexander aphrod. problemat. secundo, nu. 22. ch. 729.
 Inguina sunt membrum illud, quod ab umbilico ad vtramque latus distenditur. Albertus magnus de animalib. lib. primo, tract. secundo, capit. 24. charta 20. columna quarta.
 Inhorrescere magis solemus, cum alius modo quodam nos tangit, quam cum nos ipsi tangimus, quia tangendi sedes rem plenius externam, quam suam sentit. Quod enim nativum, & insitum est, id sensum effugit, & quod glauculum fit, terribilius occurrit motus autem refrigeratio quædam est, & vnumquodque ab alio affici magis aptum natura est. Arist. problem. sec. 35. nu. 1. c. 652.
 Inhorrescere cur eisdem in rebus omnes non solent? quoniam ut eisdem non omnes delectamur, & eisdem non angimur omnes, ita nec eisdem horrescimus, quia quædam refrigeratio æqua omnibus ratione inuenitur, sed alij tamen, cum vestis rumpitur, inhorrescunt: alij, cum terra, vel acuitur, vel trahitur: alij, cum pumex secatur: alij, cum lapillus mola frangitur. Aristoteles problematum, lectio. 35. nu. tertio, charta 653.
 Inhorrescimus cur sepe cibo ingesto? quia cibus frigidusculus admittitur vincit principio magis naturalem colorem, quam vincitur. Aristoteles problem. sec. 35. num. 9. char. 653.
 Inhorrescere cur conuenimus vbi eminximus, aut oscitati sumus? quoniam aliquid spiritus calidi excurrit, cuius detractione corpus refrigerari congruum est. Alex. aphro. probl. 2. nu. 113. c. 772.
 Inimicis ne via quidem communis esse debet. Arist. polit. 4. cap. 11. c. 624.
 Inimicitiam cõcit ira, incommodatio, calumnia. Arist. rhetor. 2. charta 79.
 Iniquum, & plus non idem, sed alterum, ut pars ad totum; plus enim omne iniquum, at iniquum omne non est plus, & iniuria, & iniustitia non eadem, sed diuersa ab his; atque hæc ut partes, illa, ut tota. Totius iniustitiæ est pars hæc iniustitia, & iniustitia iniustitiæ similiter. Aristoteles quinto ethicor. nicomac. cap. secundo. char. 113.
 Initium latius patet, quam elementum, quia omne initium est elementum, non autem omne elementum est initium. Alex. aphro. in 11. metaph. vel secundum lat. 12. co. 12. c. 288. col. 2.
 Initium in omnibus rebus a simplicioribus sumendum est. Ammon. in Por. c. 4. col. 5.
 Iniuria maior cur pecuniæ existimatur, quam honoris cum maior offensa sit, quæ in maius bonum accepta sit, & honor sit maius bonum? quia multitudinẽ pecuniæ honori anteponunt, omnibusque communes maxime habentur, honor vero paucis, raroque vsu contingit. Arist. probl. sec. 29. nu. 1. c. 607.
 Iniuriam accipere melius est, quã inferre, & hoc iustior eligeret. Arist. rhetor. 1. c. 32.
 Iniuria afficere totum spontaneum est. Arist. 5. ethicor. nicom. cap. 8. ch. 130.
 Iniuria afficere est sponte lædere, & esse scientem, quẽ, & quod, & quomodo præter voluntatem eius, qui læditur. Arist. 5. ethic. nicom. ca. 8. c. 130.
 Iniuria sponte nemo afficitur. Aristot. quinto ethicor. nicom. cap. 8. ch. 130.

Iniuriam sibi ipsi nemo facere potest. Arist. 5. ethicor. ad Nicom. c. 11. c. 136.
 Iniuria affici, & afficere malum est; nam alterum est minus, alterum amplius habere, quam medicre sit, prius tamen est iniuria afficere. Aristot. 5. ethicor. ad Nicom. cap. vndecimo char. 137.
 Iniuria affici per se minus est malum. Aristoteles quinto ethicorum ad Nicomachum capite vndecimo charta 137.
 Iniuria nemo vult affici. Aristot. magn. moral. prim. cap. 31. char. 312.
 Iniuriam facere est nocere sua sponte contra legem. Arist. rhetorico. prim. ch. 43.
 Iniuriam faciunt, qui rem agi posse existimant, & a se posse, & si egerint, fore, ut lateant, aut si non latuerint, ut poenas non dent: aut si dent, multam minorem cõpendio ipsi subeant, aut ijs, quos caros habent. Arist. rhetorico. 1. char. 51.
 Iniuriam impune facere posse existimant, qui in dicendo, & qui in agendo valent, & qui sunt in multis iudicijs exercitati, & si multos amicos habent, & si diuites sint, si ad sint amici, vel ministri, aut socii: quia per hos possunt agere, & latere, & poenas non dare, & si amici sunt his, qui iniuriam acceperunt, aut iudicibus Arist. rheto. 1. ch. 52.
 Iniuriam cum fecerit aliquis, latere potest, si imbecillus de verberibus, pauper, & turpis de adulterio, & quæ nimis in aperto sunt, ac in oculis, & quæ tota, & talia sunt, quæ nemo prorsus opinetur. Et quibus nemo est inimicus, aut multi, & quibus occultatio, aut modus aut locus, aut alienatio prompta est. Et quibus si non latuerint, aut iudicij depulsio adest, aut in longinquum tempus dilatio, aut iudicij corruptio. Et quibus si multentur, solutionis depulsio adest, aut in longinquum tempus dilatio, aut propter inopiã nihil habeat, quod amittat. Et quibus compendia suppeditant aperta, aut magna, aut propinqua, damna vero, aut parua, aut obscura, aut remota. Arist. rhetor. prim. ch. 52.
 Iniuriam faciunt, quibus non est propolita poena equalis vtilitati, & quibus iniuriæ læra sunt, damna vero probra solummodo, & quibus iniuriæ in laudem aliquam, multatæ vero in pecunias, vel exilium. Aristotel. rhetor. 1. char. 53.
 Iniuriam faciunt, qui sæpe aut latuerunt, aut poenas non dederunt. Et quibus protinus adsit voluptas, molestia vero posterius. Et quibus contingit, ut videantur fortuna, aut necessitate, aut natura, aut consuetudine, egressi. Et omnino per errorem. Et quibus æquitatis obtinenda facultas adit. Et qui indigentes. Et qui bonæ admodum existimationis sunt; & qui admodum malæ. Arist. rhet. 1. ch. 53.
 Iniuriam faciunt homines eis, & eas res possidentibus, quarum ipsi sunt indigentes, aut ad necessarios vsus, aut ad exuperantiam, aut ad voluptatis fructum. Et eis, qui sunt procul, & ijs, qui sunt prope: horum enim natura est comprehensio; illorum autem sera vltio. Et eis, qui non cauent, & creduli sunt. Aristoteles rhet. 1. char. 53.
 Iniuriam faciunt homines ignatiæ deditis, & verecundis, & ijs, qui a multis iniuriam acceperunt, nec ius profecti sunt. Arist. rhet. 1. ch. 54.
 Iniuriam faciunt homines iniurijs, quibus nunquã, & ijs, quibus sæpe. Et eis, quibus calumnia oblata est. Et ijs, quibus afferri facile potest. Et eis, aduersus quos pretextum habent, ut prauos, & amicos. Et de amicis, & inimicis, his enim facile est, ijs incundum. Et ijs, qui ab amicis inopes sunt. Et qui in dicendo, vel agendo nimium valent, & quibus non expedit, aut iudicio, aut solutione expectanda tempus consumere. Et ijs, qui multas iniurias fecerunt, aut tales, quales patiuntur. Et illis, qui aut male meriti sunt, aut

nolunt, aut noluerunt, aut meritori sunt. Aristoteles rhet. 1. char. 54.
 Iniuriam faciunt homines ijs, quibus gratificabuntur, aut amicis, aut eis, quos admirantur, aut quos perditæ amant, aut dominis, aut omnino quibus ipsi viuunt, & a quibus obtinere, quod æquum est, possunt. Et quibus crimen obtulerunt, & a quibus sancti sunt; & his quos læsuri alij sunt; & quos, si iniuria affecerint, multas res iustas facere possunt; & eas, quas omnes, vel plerique facere solent. Et quæ ad occultandũ facilia sunt, ut sunt ea, quæ, aut facile consumuntur, aut commutantur, aut figuris, aut coloribus, aut temperamentis, aut quæ multis in locis abdere promptum est, ut quæ facile portantur, & in angustiis locis abduuntur, & quæ narrare pudet eos, qui iniuriam passi sunt, & in quibus videtur litigiosus ille, qui in iudicio profectitur, & quibus proposita venia est. Aristoteles prim. rhet. char. 55.
 Iniurias duobus modis, ac iustas actiones fieri contingit, aut ad vnum certum, aut ad rem publicam. Arist. rhet. 1. char. 56.
 Iniuria affici, est ab ijs, qui sua sponte agunt, iniusta pati. Arist. rhet. 1. char. 56.
 Iniuriæ sunt, quæ non præter rationem, & malitiã fiunt. Arist. rheto. 1. ch. 58.
 Iniuriæ maiores sunt, quæ a maiore iniustitia prodeunt; itaque minime, etiam sunt maxime. Et cuius non est par poena, sed omnis inferior. Et cuius non est medicina, & de qua non potest poenas repetere is, qui est passus. Et si quis iniuria affectus seipsum grauius multa uit, & quam solus fecit, aut primus, aut cum paucis. Arist. rhet. 1. ch. 59.
 Iniuriæ maiores sunt, si sæpe in idem deliquit, & propter quas quæsitæ sunt, quæ prohibeant. & quæ puniant, & magis ferina maior, & quæ de industria magis, & quam qui audiunt, metuunt potius, quam misereantur, & si ei, a quo beneficium accepit, & quod est contra non scripta iustia. Arist. rhet. 1. c. 60.
 Iniuriæ quo magis erga amicos fiunt, eo magis incrementum accipiunt. Arist. ethic. ad Nic. c. 9. ch. 203.
 Iniuria nihil aliud est, quam transgressio iuris. Alex. aphro. in 2. de ani. c. 42. ch. 52. col. 3.
 Iniusti, & mali homines ob id efficiuntur, quia vnusquisque prauus quid agendum, & a quibus abstinentum sit, ignorat. Aristoteles 3. ethicorum ad Nicomachum cap. prim. char. 51.
 Iniustum nolle esse, qui iniusta agit, stupidi hominis est. Arist. 3. ethic. ad Nicom. c. 5. c. 62.
 Intustus, vel malus nullus est, quia inuoluntarium faciat. D. Thom. 3. ethic. le. 3. c. 37. col. 1.
 Innotatio est motus, & motus necessario, & est in moto, vel ponatur in tempore, vel in instanti. Auerro. ex dest. destr. disp. 1. ch. 13. col. 2.
 Innotationes fiunt natura, voluntate, & casu; voluntate res artificiales, natura naturales. Auerro. ex destr. destr. disp. 12. char. 48. col. 4.
 Innotationes non reperiuntur, nisi in corpore, ideo negantur a prima causa. Auerro. ex destr. destr. disp. 13. char. 50. colum. 4.
 Inopinabilia definita sunt, quæ repugnant alicuius viri existimati opinioni. Alexander aphrod. in 8. top. cap. 3. char. 95. colum. 1.
 Inordinatio nil aliud est, quam quod præter naturam. Arist. 3. de celo te. 23. ch. 339.
 Inpropositio dicitur dignius de respectu contenti ad continens, & recepti ad recipiens, & habere dignius dicitur de respectu continens ad contentum, & possidentis ad possessum. Auerr. in quinto metaphysicor. e. commen. 28. ch. 64.
 In numero esse, est esse quendam numerum rei, & mensurari esse ipsius numero, in quo est; sic etiam in tempore

- tempore esse. Aristoteles physicorum 4. capit. 6. text. 118. chart. 115.
- In potentia esse duobus modis potest esse, vel in potentia obiectiua, vel in potentia subiectiua. Alexander de ales in 7. meta. c. 188. q. 7. col. 3.
- In potentia duobus modis sumi potest, priuatione, & sic nihil positium ponit, & contrarie, & sic significat aliquod positium, scilicet principium facile patiendi. Thomas de Vio. in prædicament. charta 69. columna prima.
- In saniam cur tam vinum, quam aqua faciat, si inopportune febricitantibus datur, cum aqua frigida, vinum calidum fit? quia vinum efferens se ad partem superiorem, vna cum febre deurit; aqua vero, quoniam obtundit foramina, & iter claudit, quo putris materia exhalare possit, putredinem, & febres auget, & sic mens de suo statu mouetur, & sæpe febris pro alimento est, vt fibriferrarij carbones aqua conspergunt, vt magis ardeant. Alexander aphrod. problematum prim. nume. 96. charta 701.
- In sani ex ardua febre, cur dum insaniunt, robustissimi sunt, soluti insania admodum debilitantur? quoniam siccitas per cerebrum, & nervos agit, immodica enim robur neruis ex facillime acquiritur; sedata autem insania, cum nerui molliores, & laxiores redduntur, lassitudinem sentiunt. Alexander aphrod. problemat. 2. nume. 82. char. 763.
- Insania complures præpediti suas deuorant carnes, nec quicquam sentiunt. Michael. ephes. de somn. & vigil. chart. 12. colum. 1.
- Inscitia nihil aliud est, quam inopia iudicii. Aristot. mor. eudem. 1. cap. 3. ch. 374.
- Insecta appellantur omnia ea, quorum corpus incisuris præcingitur, aut parte tantum supina, aut etiam pronata. Aristoteles de historia animalium 1. c. 1. c. 6.
- Insecta sunt, quæ incisuras partes sui, vel supina, vel pronata, vel etiam utraque habent, nec offeum quicquam discretum, aut carneum, sed quiddam inter hæc ipsa medium continent: quippe quæ corpore pariter intus, & foris duro constant. Sunt alia impennata, vt iulicentipedes; alia pennata, vt apes, & vespa, scarabei; alia utroque modo, vt formice; aliæ enim pennis sunt, aliæ in pennas. Ari. de hist. anim. 4. c. 107.
- Insecta pluribus speciebus continentur, quarum nonnullis quamuis cognatis nomen nullum inditum est, vt api, crabroni, vespa, cæterisque generis eiusdem; alijs pennæ vagina inclusæ continentur, vt galleruce, fulloni, pilulario, & cæteris huius generis: omnes tres partes habere constat, caput, alueum, & quod inter hæc situm est: quale in cæteris pectus, dorsumque habetur. Ari. de hist. ani. 4. c. 7. c. 127.
- Insecta diuulsa etiã viuere possunt omnia, exceptis his, quæ vel admodum frigeant, vel præ sua exiguitate, quamprimum refrigerantur, Vespis enim pectus cum capite, vel aluus viuunt, at sine eo caput auulsum non amplius viuere potest. Ea diutius diuulsa viuunt, quibus corpus longum, pedesque multi sunt, & pars, quæ abscissa est, in vtrumque se mouet extremum. Aristot. de hist. anim. 4. c. 7. char. 127.
- Insecta oculos manifeste habent, cætera sensoria non patent, præter quam lingua in nonnullis, quæ omnibus testis intectis data est, qua & gustant, & cibum attrahunt. hæc alijs mollis, & infirma est, & alijs dura, & valida, vt purpuris, tabanis, asilis, atque alijs plurimis. Ari. de hist. anim. 4. c. 7. ch. 127.
- Insecta omnia, quibus non in aluo aculeus est, linguam duram, vt arma gerunt, nec dentes habent, quibus iustum id est, exceptis quibusdam paucis: muscæ enim eo ipso pertingentes cruorem mouent, & culices acris pungunt. Aristoteles de histor. animalium quarto, cap. 7. char. 127.
- Insectorum pleraque habent oculos, vel intus conditos, vt apes, & vespa; vel extra prominentes, vt scorpio, qui etiam vnus inter insecta longo spiculo armatur. Iis brachia quinque bisulcis dentata forcipibus habet, atque etiam bestiola, quæ in libris similis scorpioni creatur. Aristoteles de historia animalium quarto, cap. 7. char. 128.
- Insectis, quæ volucrum fortiuntur naturam, præter cætera membra pennæ annexæ sunt, alijs binæ, vt muscis alijs quaternæ, vt apibus; nullis binæ, quibus in aluo aculeus est. Et ex his, alii pennas crusta superueniente, quasi vagina inclusas gerunt, vt scarabæi; alia detectas habent, vt apes. nullis volatus regitur gubernaculo caudæ, & penna ipsa nullo caule constat, nulla scissura discernitur. Aristoteles de historia animalium 4. c. 7. chart. 128.
- Insectis quibusdam antennæ ante oculos prætenduntur, vt papilioni, & fulloni. Aristot. de historia animal. 4. cap. 7. char. 128.
- Insecta, quæ salunt, hæc, vel crura posteriora habent longiora, vel gubernaculis quibusdam saltui accommodatis fulciuntur, retro curuatis, vt crura quadrupedum. Ari. de hist. ani. 4. c. 7. c. 128.
- Insectis non est vox, nec locutio, sonusque iis spiritu interiore mouetur, non exterior. nullum enim ex his spirat, sed alia murmur edunt, vt apes; alia canere dicuntur, ut cicadæ; omnia uero in eo genere membrana septo transuerso subdita, qua præinctum corpus distinguitur, sonant, ut genus cicadarum attritu spiritus. Aristot. de hist. ani. 4. c. 9. c. 136.
- Insectorum, & piscium in genere sunt quedam, quæ non habent sexus differentiam. Aristoteles de histor. ani. 4. cap. 11. char. 142.
- Insecta aduersa coeunt; deinde mas foeminam superuenit, nec mas in foeminam genitale ullum inserit membrum more animalium cæterorum, sed foemina sursum in maris receptum caudæ suæ ultimum meatum quendam producens reflectit, qui in nonnullis maior quam proportione totius corporis esse uidetur, cum ipsa admodum parua sint. Aristoteles de histor. ani. 5. cap. 8. char. 153.
- Insecta hyberno quoque tempore coeunt, & austrinis, & serenis diebus nascuntur ea, quæ se abdere non solent, vt muscæ, & formicæ. Aristoteles de historia ani. 5. cap. 9. ch. 155.
- Insecta omnia vermes pariunt, excepto genere quodam papilionum, quod simile quiddam Cartamo, id est, anici semini producit, sed intus fluidum. Vermibus vero ipsis non parte aliqua, vt in ouis animal creatur; sed totus vermis creuit, & particulatim discretus formatur in speciem destinati animalis. Aristot. de histor. ani. 5. cap. 19. c. 174.
- Insecta procreantur, aut ex animalibus generis eiusdem vt phalangia, & aranei, vt bruci, locuste, cicadæ: aut non ex animalibus, sed sponte: alia ex rore, qui frondibus insudat verno tempore, vt natura fert; alia ex ceno, & fimo putrescente oriuntur; alia in lignis, & stirpibus: alia in animalium pilis: alia in excrementis, aut iam excretis, aut adhuc intra animantem contentis, vt lumbrici, quorum triplex est genus, latum, teres, & ascarida, ex quo nihil procreari amplius potest. Latus intestino adherens parit simile cucumeris semini, quo indicio Medici genus id lumbrici inesse intelligunt. Aristot. de hist. ani. 5. cap. 19. ch. 175.
- Insecta pereunt striatis, contortisque membris, vt senescute genus maiorum animalium moritur, quæ penna ta ex his sunt, pennis etiam conuulsis autumnio fere moriuntur. Arist. de hist. ani. 5. cap. 20. ch. 180.
- Insecta, quæ non carne viuunt, sed ex humore carnis uiuere aluntur, ut pediculi, pulices, cimices, hæc per coitum lentes procreant, ex quibus nihil nasci potest. Aristot.
- Ari. de historia animalium 5. cap. 3. chart. 189.
- Insecta quibus sunt dentes, omaniura sunt: quibus autem lingua tantum humore vndique cliquando sua lingua vesantur, alia omnes gustus appetunt, vt muscæ; alia sanguiuora, vt tabani, alia succis plantarum, & fructuum viuunt. Aristot. de historia animalium 8. ca. 11. chart. 286.
- Insecta omnia conduntur præter ea, quæ vitam in domiciliis cum hominibus agunt; quæque prius intereunt, quam annum excedant, & hæc, alia diutius, alia quam diu algor vehemens est. Aristot. de historia animalium octauo. capit. 14. char. 292.
- Insecta omnia intereunt si oleo tangantur, sed celerrime si capite illito, exponantur Soli. Aristot. de historia animalium octauo. cap. 27. ch. 308.
- Insectorum complura non victus gratia, sed armorum causa dentes habent. Aristot. de partibus animalium 4. cap. 5. char. 511.
- Insecta omnia minimo cibo contenta sunt: sed omnium maxime cicadarum genus ieiunium est. Aristot. de partibus animalium 4. cap. 5. ch. 520.
- Insecta cum multos pedes habeant omnia, quia contrariorum tarditatem, & frigiditatem quantitas pedum efficit ea facilius moueri, tamen non eundem pedum numerum omnia habent, quæ enim pro sui corporis longitudine plurimum frigent, in pedum numero superant: quibus autem pedes pauciores, volucres sunt, ut pedum inopia alarum adiumento compensetur. Aristoteles de partibus animalium quarto cap. sexto charta 520.
- Insecta ideo sunt, quod in eorum essentia inest, vt multa principia habeant, eaque ratione plantis assimilantur vt enim planta, & ipsa præcisa viuere possunt. Aristot. de partibus animalium 4. cap. 6. c. 522.
- Insecta diuisa viuere possunt, quia ita compacta sunt, ac si ex multis coniuicta essent animalibus. Arist. de animalium inessu. cap. 5. c. 567.
- Insectorum aliqua coeunt, & ex animalibus eiusdem generis oriuntur modo eorum, quibus est sanguis, vt locuste, cicadæ, phalangia, vespa, formicæ. Aliqua coeunt quidem, & generant, sed non sui generis animal, sed vermiculos tantum, nec ex animalibus procreantur, sed ex putrescente humido, aut sicco, vt pulices, muscæ, scarabei. Quædam nec ex animalibus nascuntur, nec coeunt, vt culices, & vermiculi. Aristot. de gener. animalium cap. 16. cha. 111.
- Insecta decisa parum viuunt, quia non habent instrumenta, nec facere potest ipsa principium, quod in vnoquoque, vt planta potest: vbique enim habet radicem potentia, & germen. Aristoteles de long. & breuit. vitæ cap. 4. char. 297.
- Insecta non respirant. Aristot. de iuuen. sen. vit. & mort. & respir. cap. 11. char. 318.
- Insecta cur oleo percant? quia spirandi meatus continent angustissimos, & oleum, cum lætum sit, eos claudit. Ale. aphr. probl. 1. nu. 64. ch. 685.
- Insectati signa. Quæ sunt circa collum, & crura, carnosæ complexa, & colligata: cotyle rotunda: humeri sursum contracti; srons magna circularis, carnosæ: oculus pallidus, obtusus: crura circa talum crassa, carnosæ, rotunda: mandibulæ magnæ carnosæ: lumbi carnosæ: crura longa: collum grossum: facies carnosæ, sublonga satis: motus autem, & figuram, & morem, qui apparet in facie, secundum similitudinem accipit. Aristot. physio gnom. cap. 6. char. 340.
- Insensibiles sunt, quibus venæ in collo apprehenduntur. Arist. de som. & veg. c. 2. c. 51.
- Inseparabile illud omnino est, quod est aliquid ipsius subiecti. Simplicius in tertio de anima text. 24. chart. 67. column. 2.
- Insidiosius inuiores sunt. Aristoteles septimo ethicorum
- ad Nicomachum capit. 6. chart. 171.
- Insipiens est, qui a priuatione habitus se ipsum non cognoscit, & ignorat suæ facultatis quantitatem Alber. magn. ethicor. 3. tr. 1. c. 17. ch. 39. col. 2.
- Insitio est melior similitum in similia, & est alia proportio, per quam inseruntur dissimilia, vt mali cum piris. Aristot. 1. de plantis cap. 3. a. 374.
- Insitio fieri debet similitum in similia secundum genus, non secundum speciem. Alber. magn. de veg. & plant. l. 7. tract. 1. cap. 10. c. 175. col. 3.
- Insitionum quatuor sunt genera. Primo vt flagra incidantur vsque ad medullam, & ligata inuoluantur cera, ne aer ingrediatur, & solidata meliorem pariunt fructum. Secundo, vt ex eadem arbore accipiantur flagra, & in eadem arbore inserantur. Tertio, vt flagrum vnus arboris inseratur in aliam arborem. Quarto vt gemma vitis vnus excidatur vsque ad medullam, & inseratur in gemmam illam gemma alterius vitis. Albertus magnus de veg. & plant. lib. 7. tract. 1. cap. 10. cha. 175. colum. 4.
- Insitionis tempus est hyems calefacto prius ad ignem insitionis loco; aut vere, cum succus de medulla ad exteriora moueri incipit. Alber. magn. de veg. & plant. l. 7. tr. 1. cap. 10. cha. 175. col. 4.
- Insolentes dicuntur despecti, & improbi magnis rebus se dignis opinantes, & subinde honorandos. Aristot. moral. 1. cap. 23. ch. 301.
- Insomnia, quæ videre dormientes videntur, nullo sensu noscuntur. Them. de insomni. c. 1. c. 98. col. 3.
- Insomnium non proprie est, cum existimat, qui somniat vera esse, quæ somniat. Them. de insom. cap. 3. chart. 99. columna 1.
- Insomnium neque ad opinionem; neque ad intelligentiam, neque ad rationem aliquam intelligendi, ac opinandam pertinet, sed nec simpliciter, ad sensum, quodammodo autem ad sensum pertinet. Them. de insomni. cap. 7. ch. 99. col. 2.
- Insomnia omnia ex vestigijs sunt earum rerum, quas quis vigilans senserit, gesserit, cogitaerit. Themist. de insom. cap. 18. ch. 100. col. 3.
- Insomnium nullum est, ex quo diuinitio, coniectio interpretatione aliqua duci non possit. Them. de diuini. per som. c. 1. col. 1. ch. 101.
- Insomnia plurima mentiuntur, quia quæ fortuita sunt, neque semper, neque propensius accidunt. Them. de diuini. per som. c. 4. ch. 101. col. 2.
- Insomnia quodammodo sensus sunt. Michael. ephes. de som. & vig. ch. 11. col. 2.
- Insomniū est passio sensitiuæ facultatis. Michael. ephes. de som. ch. 17. col. 4.
- Inspiratio principium quoddam est vitæ, morientes enim expirant. Aristot. de iuue. sen. vit. mor. & resp. cap. 7. char. 312.
- Inspiratio non est ad hoc, quod æquet vel temperet spiritum, sed vt impediatur nimis calidum intendere spiritum. Alb. mag. de anim. l. 2. tr. 1. cap. 7. ch. 105. col. 2.
- Inspiratio, & respiratio sunt causæ principales moriendi, & viuendi. Petr. de aluer. de iuue. & senect. vit. mor. te. & resp. l. 9. ch. 71. col. 4.
- Instans est præteritū, & principium futuri. Auer. ex destr. dispu. 1. col. 1. ch. 14.
- Instans præsens imaginariante quod non sit præteritū, est falsum. Auer. ex destr. dispu. 1. c. 14. c. 1.
- Instans qui percipit, non percipit tempus, vt accidit diuinis. Auer. in phys. 4. te. 100. c. 83. col. 3.
- Instantis natura est eadem subiecto, & ratione distincta. Auer. in phys. 4. te. 104. c. 84. col. 4.
- Instans est in aliquo existente in dispositionibus diuersis & quod tale est, est vnus fm subiectū, & duo secundum rationem. Auer. in phys. 4. te. 104. c. 84. col. 4.
- Instans non est in actu in tempore. Auerro. phys. eorum

Intellectus in vniuersali.

sexto. text. 76. chart. 135. columna prima.
 Instantans est indiuisibile, & est in tempore, quod est diuisibile, & forma est indiuisibilis, & est in magnitudine, quæ est diuisibilis. Auerroes 3. de anima te. 26. chart. 172. columna 4.
 Instantia est propositio propositioni contraria, & differt a propositione, quia est in parte, propositio vero, aut omnino non contingit, aut non in syllogismis vniuersalibus. Aristot. priora l. 2. cap. 26. ch. 289.
 Instantia fertur bifariam, & per duas figuras: bifariam, quia vel vniuersalis, vel particularis omnis instantia: per duas figuras, quia oppositæ feruntur propositioni, quæ in prima, & tertia tantum figura concludunt, in secunda enim non est affirmare. Aristot. priora l. 2. cap. 26. char. 289.
 Instantia in syllogismis alteram manifestam debet habere propositionem. Ari. prior. l. 2. cap. 26. c. 290.
 Instantia, & propositiones eadem sunt, quam enim ferimus instantiam, eadem propositio fieri potest, aut de monstratiua, aut dialectica. Aristot. poster. l. 1. cap. 9. tex. 29. char. 317.
 Instantiæ redargutionum, sunt eius solutiones. Aristot. elen. l. 1. cap. 8. ch. 592.
 Instantia est, cum nihil quæstioni credimus, sed ipsam subuertimus. Ammon. in præd. ch. 52.
 Instantia est propositio contraria propositioni propositæ, sed differt a propositione, quia instantia, vel contrariū vniuersale introducit, vel particulare; & propositio cum sit vniuersalis, non potest esse particularis, est tamen particularis non quando vniuersale introducit, sed cum particulare. Ioannes gramm. in 2. prior. cap. 26. char. 82. col. 4.
 Instantia differt a confutatione, quia instantia est propositio, confutatio conclusionis. Ioan. gramm. in 2. priorum cap. 26. c. 82. col. 4.
 Instantia alia vniuersalis, & per primam probatur, alia particularis, & per tertiam. Ioan. gramm. in 2. priorum cap. 26. ch. 83. col. 1.
 Instantiæ aliæ sunt contrariæ, aliæ ex simili, vel proportionem, vel secundum opinionem. Io. gra. in 2. priorum cap. 26. ch. 83. column. 2.
 Instantia semper oportet ut sit conclusio syllogismi. Io. gra. in primum post. c. 9. c. 26. col. 1.
 Instantia quodammodo exemplo opponitur. Albertus mag. in priora char. 168. col. 4.
 Instantia duobus dicitur modis: primo propositio instans absolute considerata: secundo ipsa ratio, per quam huiusmodi propositio probatur. Albertus magn. in priora char. 168. column. 4.
 Instantia est propositio propositioni contraria, quæ intelligitur opposita per contradictionem. Albert. mag. in priora ch. 168. column. 4.
 Instantia differt a propositione. Alber. magnus in priora char. 168. column. 4.
 Instantiæ syllogismus vniuersalis pertinet ad demonstratorem, ad dialecticum tamen tam vniuersalis quam particularis. Alber. magn. in priora. c. 169. col. 3.
 Instrumenta ex operibus aut eadem, aut diuersa dicuntur. Arist. 2. de anima sum. 1. c. 1. te. 38. c. 625.
 Instrumento opus est ad omnem officij functionem. Aristot. de gener. animalium 1. cap. 2. c. 98.
 Instrumentum pulsanti, si neruū mediū inconcinnum pulset, non solum cum ad mediū sonum deuenerit, sed etiam ceteris modulandi partibus auget aures, & modum dissipatum eliciet, sed si lichano, aut quem alium sonum mouerit, tum discrimen solum apparebit, cum eum pulsarit quem mouerit: quia omnia modulandi egregia genera neruo medio sepe vtuntur, & omnes prohi fidicines sepe veniunt ad medium, & si discesserint, mox redeunt eodem, nec vllum alium toties repetunt. Ergo quemadmodum detra-

ctis ex oratione τδ. & τοι oratio minus græca relinquatur, aliis vero quibusdam detractis, nihilo infuuior relinquatur, quia aliis sepe in dicendo uti necesse est, & aliis minus; sic, & mediis veluti coniunctio est sonorum, maximeque elegantiorum, quoniam eius sonus assumi sepe solum soleat. Aristot. problemat. se. 19. nume. 20. char. 516.
 Instrumenta quorum priora sunt, facultates quoque eorundem prius contingere congruum est. Arif. proble. se. 30. num. 4. ch. 623.
 Instrumenta alia inanimata sunt, alia animata. Arif. pol. prim. cap. 3. c. 492.
 Instrumentum est ad vitam res possessa. Aristotel. polit. prim. cap. 3. char. 492.
 Instrumenta musica improbata fuere, & si antea vstabantur, vt tibia, pectides, barbiti, leptagona, trigona, & sambuce, & cuncta, quæ indigent perita manuū gestulatione. Ari. pol. 8. cap. 6. ch. 770.
 Instrumenta separanda sunt ea, quorum vsus quotidianus est, ab iis, quæ raro sunt vsui, & hæc tradenda sunt iis, quibus commiseris negotia, ac certo tempore inspicienda, ne lateat quid saluum sit, & quid perierit. Arif. œconom. 1. cap. 6. c. 781.
 Instrumenta quæque singula suo loco iacere debent. Arif. œconom. prim. cap. 6. char. 782.
 Instrumentum non est, quod nulli vsui est. Alex. aphrod. in prim. prior. cap. 12. c. 28. col. 1.
 Instrumenta, per quæ possumus abundare propositionibus, sunt quatuor: primo propositiones accipere: secundo, posse ea, quæ dicuntur multipliciter cognoscere, & diuidere, siue nominibus, siue oratione eadem sint: tertio, posse differentias, quibus differunt, cognoscere: quarto, similitudines in iis, quæ differunt inuenire posse. Alexander aphrod. text. 19. char. 111. columna prima.
 Instrumentum non est proprie efficiens causa. Simpl. in 2. physicorum column. 2.
 Instrumentum ad aliud, non ad se fabricatum est. Am. in Porph. ch. 15. col. 4.
 Instrumentum omne naturalis facultatis, naturale est. Ammon. in lib. de interp. ch. 34.
 Instrumentum naturalium virtutum naturale est. Mag. in lib. de interp. ch. 10.
 Instrumentum nullum mouet artificem, sed ab alio mouetur. Io. gra. in 1. de ani. te. 14. c. 10. col. 3.
 Instrumenta, per quæ operationes in vita fiunt, sunt partes dissimilares corporis. Ioannes gramm. in 2. de anim. te. 6. char. 36. col. 3.
 Instrumento qui vtitur in mouendo aliquid, aut vtitur eo propter melius, id est, propter facilius, aut ex necessitate, cum non possit mouere sine instrumento. Auer. 3. de celo te. 28. ch. 91. col. 4.
 Instrumentum non potest separari a re fienda toto tempore totius generationis. Auerroes de gene. anim. 2. cap. 3. char. 222. column. 2.
 Instrumento vno in eadem hora uti non potest mouens in diuersis actionibus. Auerroes 2. de anim. text. 90. chart. 145. column. 1.
 Instrumentum vnum non est nisi vnius virtutis. Auerr. lib. eod. tex. 102. ch. 148. col. 2.
 Instrumentum etiam naturalium rerum, naturale est. Boeth. in lib. de interp. ch. 323.
 Instrumentum omne ad aliquid aliud refertur, ideo vltimus finis priorum analyticorum est demonstratio, imo totius logices facultatis. Albertus magnus in poster. char. 171. col. 1.
 Instrumentum in omnibus continuari oportet vsque ad motorem ipsius. Albertus magnus de spir. & respir. l. 1. tract. 1. cap. 9. char. 54. column. 1.
 Instrumenta cuiusvis motoris, & artis tam multa oportet, quam multas formas, & virtutes in arte sua habe-

re is artifex, qui mouet instrumentum ad opus. Alb. mag. de anim. l. 2. tract. 1. c. 7. c. 175. col. 2.
 Instrumenta naturalia virtutis interpretatiuæ sunt, guttur, pulmo, lingua, dentes, os, labia; non autem oratio; & duobus prioribus formatur vox, reliquis literati, & articulati soni distinguuntur. D. Thom. in periherm. char. 6. column. 2.
 Instrumentum omne debet definiri ex suo fine, qui est vsus instrumenti. D. Thom. ibidem.
 Instrumentum agit, vt est motum; principale autē agens agit secundum formam, & virtutem propriam. D. Th. in 2. de celo l. 19. te. 69. c. 48.
 Instrumentum non agit virtute propriæ formæ, sed vt mouetur ab agente. D. Tho. in 1. de gener. & cor. l. 13. te. 30. char. 12. col. 4.
 Instrumenti virtus tota reseruat in primo agente. Ale. de ales 1. metaphy. te. 24. c. 337. c. 3.
 Instrumenti, & organi ratio cognoscitur ex opere, instrumentorum enim specificam diuersitatem ex diuersitate operum iudicamus. Ale. de ales in 7. metaphysi. te. 34. char. 221. column. 4.
 Instrumenti utilitas nulla est nisi in vsu agentis. Thom. de Vio. in post. c. 104. col. 1.
 Insudantes mediocriter statim ab exercitio cur calore hilarantur ameno; athlete autem pallidi longe euadunt, quia labor mediocris calorem leuiter prouocat, & ad summa corporis inuitat: nimius vero cum sudore, & spiritu extrudit, dum corpus inter laborandum rarefcit, atque laxatur. At cum calor per summa corporis residet, calor ille exultat, vbi inde euauit, pallor continuo succedit. Cæteri itaque mediocriter se exercēt, athlete prorsus vehementer laborant. Aristoteles probl. sect. 38. num. 5. c. 659.
 Insularum aliæ sunt grandes, vt cuncta hæc nostra habitabilis, aliæque quas ingentia maria vndis ambiunt circumfluis; aliæ minores nobis notæ, & intestinæ: quarum aliæ memorabiles, vt, Sicilia, Sardinia, Cyrenus, Creta, Cubæ, Cyprus, & Lesbos; quædam longe exiliores, tum Cyclades, tum Sporades, tum alijs nominibus nuncupatæ. Ari. de mundo cap. 2. c. 812.
 Insulam in mari trans Herculeas columnas: desolatam a Carthaginensibus inuentam fuisse proditur, quæ omniformi lignorum materia, omnibusque nauigabilibus, nec non cæterorum finitimum genere mirabilis est, distatque a terra plurimam diem spacio; ad quam Carthaginenses sepe ob eius felicitatem accedebant, & eorum nonnulli eam incolebat. Præsides vero Carthaginensium cum id interciperi decreuissent, mortali poena ad ipsam accedentes puniebant; indigenas vero omnes interimi iusserunt, ne ibi degerent, ac etiam ne turba aliqua in ipsos conuersa insulæ imperiū consequeretur, & Carthaginensium libertatem tranquilla perturbaret, surripereque: Aristotel. de admir. aud. numer. 82. char. 854.
 Insulæ limosæ & conglutinosa raro tremunt. Alb. mag. in 3. meteor. tract. 2. capit. 19. char. 104. column. 3.
 Insulæ quartæ partis Occidentalis sunt iste, Hyrcæ, Mænia, Britannia minor, Ebisso, Corsica, Orchades, Iliricum, Loxicum, Aristone, Eorie, Marthiane, Iulie, Sinum gaulo. Et forte istarum nomina mutata sunt. Alb. mag. de natur. locor. dist. 3. c. 2. e. 101. col. 4.
 Insulæ quartæ Septentrionalis sunt 22. Cyclades cū duabus adiacentibus, Hebeboğa, Deles, Hyppapades, Rhodos, Cypros, Cypropartios, & aliæ quæ non nominantur. Alb. mag. de nat. loc. dist. 3. c. 4. c. 102. col. 4.
 Insulæ quartæ meridiane sunt nouæ; Sicilia, Pontia, Carpatos, Pantatoria, Sardinia, Corsica, Ganot, Cichoberinon, Girbe. Albertus magn. de natur. locor. tract. 2. capit. 3. char. 103. column. 1.

Intellectio magis statui, & quieti assimilatur, quā motui. Aristot. de anim. l. 1. sum. 2. te. 48. ch. 61.
 Intellectus omnis rectus est. Ari. 3. de anim. sum. 2. cap. 2. tex. 51. char. 666.
 Intellectus omnis, qui intelligit componendo, & diuidendo, mutatur, at intellectus diuinus intransmutabilis est. Ari. 12. metaphy. su. 2. c. 5. te. 51. ch. 260.
 Intellectus, & sensus res omnes in se recipere nati sunt; hic sensiles, ille intelligibiles. Alexand. aphro. in 1. de anim. c. 30. ch. 42. column. 1.
 Intellectus præcedit tempore ipsum fieri. Simplicius in prædicament. char. 109.
 Intellectus ipsius nomen vsque ad imaginationem dilatatur Aristoteles. Simplic. in 3. de anim. ex sect. 1. tex. 163. char. 58. column. 1.
 Intelligentiæ munus est ratiocinari, & non opinionis. Io. gra. in 1. prior. cap. 2. c. 2. col. 1.
 Intellecta vniuersalia colligata sunt cum imaginibus, & corrupta per corruptionem earum. Auer. 3. de anim. te. 30. ch. 173. column. 3.
 Intelligere diuersatur secundum diuersitatem naturæ intellecti. Auer. 3. de anima te. 35. c. 174. col. 4.
 Intellectum vniuersale est prius secundum causam, & tempus eo, quod est sub eo. Auerroes in 1. metaphys. comment. 28. char. 9.
 Intellectus omnis vt intellectus, est immobilis penitus vbique, & semper. Alber. mag. in 11. metaphys. tract. 2. cap. 3. char. 152. column. 2.
 Intellectus quicquid in se habet, est vniuersale; nō enim est nec ad nunc nec ad hic determinatum. Alb. magn. ethicor. 6. tract. 2. c. 17. char. 74. col. 4.
 Intellectus omnis fit per assimilationem quandam intellectus ad intelligibile. Alber. mag. ex 1. de intellectu, & intellige. tract. 3. c. 1. ch. 53. column. 4.
 Intellectus omnis debet assequi scientiam secundū modum sui, non secundum modum recepti, quia receptū est in recipiente per modum recipientis, quod est notius quo ad intellectum. Ale. de ales in 7. metaphysic. tex. 10. char. 191. col. 2.

Intellectus diuisio.

Intelligere diuersum est à sentire, & huius aliud imaginatio esse videtur, aliud existimatio. Aristot. de anima 2. su. 7. cap. 2. te. 155. char. 653.
 Intelligibilis duplex est coordinatio, alia secundum se, quod est ens subiectum, quod est primum ens, & huius, alia est simplex, & secundum actum. Simplex, autem, & vnum non est idem, sed vnum dicit mensurā, simplex dispositionem rei. Aristot. in 12. metaphys. su. 2. cap. 2. te. 37. char. 253.
 Intellectus duplex, alius speculatiuus, alius actiuus. Ale. & Eust. in 2. post. c. 112. col. 2.
 Intellectus ex Aristotelis sententia tripartitus est, materialis, qui est in habitu, & agens. Alexander aphrod. in 2. de anima cap. 13. char. 44. column. 2.
 Intellectus tria continet, intelligibile, vim intelligendi, & actum, qui de ambobus paritur. Them. de men. & rem. l. 1. c. 11. char. 99. column. 2.
 Intellectus communis, alius est ab intellectu potentia. Them. in 3. de anima cap. 35. text. 19. chart. 86. c. 4.
 Intelligibile aut potestate, aut actu est: quod potestate, actu esse potest, quod vero actu, omnino non potest esse potestate. Simplic. in 3. de anima sum. 2. text. 23. chart. 66. column. 2.
 Intellectus triplex; contemplatiuus, qui instrumento nō vtitur; contemplatiuus, qui instrumento vtitur; & actiuus. Ioannes grammaticus in 3. de anima text. 44. chart. 93. column. 2.

Intellectus, & in necessaria, & in cōtingentia suam operationem partitur: agit enim circa contingentia, & cōtemplatur circa ea, quæ necessaria sunt, & circa contingentia. Eust. 6. ethi. cap. 1. c. 275.

Intellectum hic in 6. moralium intelligimus non eum, qui absolute, & essentia est, sed eum, qui habitu tantummodo, & participatione est intellectus. Eustrat. 6. ethicor. cap. 5. char. 291.

Intellectus in tribus consistit: primo est intellectus recipiens, id est materialis: secundo intellectus receptus, ut intelligibile, quod est speculativum acquisitum, & intellectus motor, & agens, ut abstractus. Auer. de anima beati. cap. 3. ch. 65. col. 1.

Intelligibile ens diuiditur in id, quod assimilatur materiæ, & in id quod assimilatur formæ. Auerr. 3. de anima te. 5. ch. 166. colum. 2.

Intellectus quatuor dicitur modis: de intellectu materiali: de intellectu, qui est in habitu: de intellectu agente, & virtute imaginatiua. Auerr. 3. de anima text. 20. char. 171. colum. 2.

Intellectus in nobis existens duas habet actiones, ut est relatus ad nos: vna est generis passionis, & illa quidē est ipsa intellectio: altera est generis actionis, quæ est abstrahere formas, & eas denudare ab ipsis materijs, quod quidem nil aliud est, quam illas intelligibiles potentia, facere intelligibiles actu. Auer. 3. de anima text. 36. char. 178. colum. 4.

Intelligibilia in nobis fiunt bifariam: vel natura, & sunt illæ primæ propositiones, quæ sunt nobis ignotæ, quādo, & vnde, vel qua ratione nobis euenerint: aut sunt intelligibilia voluntate acquisita, quæ ex illis primis propositionibus, seu principijs acquiruntur. Auerr. 3. de anima text. 36. c. 179. col. 2.

Intellectus actio diuiditur per duas actiones, quarum vna dicitur formatio, alia fides. Auer. 3. de anima text. 21. ch. 171. colum. 4.

Intelligentia alia est diuina per hoc quod ipsa recipit ex bonitatibus primis diuinis receptionem multam, & eminentem, & alia est intelligentia tantum, quia non recipit ex bonitatibus diuinis nisi mediante intellectu, hoc est sub forma luminis diuini. Alber. magn. de cau. & proces. vniuers. a caus. 1. 2. tractat. 3. capit. 17. char. 223. colum. 4.

Intelligentis, & intellecti non est differentia nisi ut luminis in se, & luminis, quo imbuti sunt colores ad actū. Alber. magn. in 3. de anima & tra. 2. te. 41. c. 18. col. 1.

Intellectus ea, quæ in se habet actu, tribus modis habet: primo secundum actum scire, & agere scientiam, ut quod omnis homo est animal, quando actu ordinatur prædicatum ad subiectum: secundo est scire in habitu, & non considerare: tertio est habere inchoationē sciētiae. Primus modus assimilatur thesauro, qui per visū apprehenditur. Secundus thesauro in terra deposito. Tertius thesauro recondito, qui quidem habetur, sed ita est reclusus, & clausus non habentur in promptu, ut illo frui nequeamus. Alber. magn. in 3. de anima tract. 3. cap. 5. ch. 43. colum. 1.

Intellectus duas habet operationes, quarum vna est facere intellecta denudando ea a materia, & altera intellecta intelligere, & discernere. Magis autem differt per primam istarum operationum quam per secundam: quia primam per se ipsum solum habet, secundā habet communem cum potentijs passius. Albertus magnus in tertio de anima tractat. tertio cap. 11. char. 44. colum. 3.

Intellecta speculata dupliciter in nobis fiunt; quædam per voluntatem, cum studentes inuenimus, & audiendo a doctore. Alber. mag. in 3. de anima tractat. 3. cap. 11. char. 44. colum. 3.

Intellectus nostri quatuor sunt differentie: primus est possibilis: secundus est agens: tertius speculativus: quar-

tus adeptus. Accessus autem ex naturæ habitudine ad adeptum, vocatur subtilitas, & expeditus vsus adepti in actu, vocatur solertia. Albert. magn. in 3. de anima tract. 3. cap. 12. ch. 45. colum. 2.

Intellectuale cum parum recedat a primo, per priuationem nobilitatum manet separatam, & perfectum: illud autem, quod recedit longe permiscetur, & mortale, & corporale efficitur. Alb. magn. ex 1. de intellectu, & intellig. tract. 1. cap. 5. ch. 86. col. 2.

Intellectus, alius est possibilis, alius agens, & tertius formalis, & hic alius est practicus, alius speculativus. Alber. magn. ex 1. de intellectu & intellig. tract. 3. cap. 3. char. 88. colum. 4.

Intellectus in homine tribus in genere perficitur, agente, & forma agentis in possibili intellectu, qui est locus intelligibilium, & formalis intellectu. Alb. magn. in 2. de intellectu & intellig. c. 5. c. 90. col. 3.

Intellectus per substantiam ultra animam est, & intellectus, qui est in anima, licet per potentiam, & rationē pars animæ sit, tamen nisi operationes intellectuales exercens per studium adeptus est, & aliunde habitus acquisitus, & intellectualis pars, quæ in anima est, nō est in ea nisi per conuersionem, & assimilationem ad intelligentiam, & non per conuersionem ad sensus. Albertus magnus ethicorum 6. tracta. 2. capit. 13. char. 73. colum. 4.

Intellectus magnitudinem dupliciter intelligere potest: primo ut est diuisibilis in potentia; alio modo, ut est indiuisibilis in actu. D. Thom. in 3. de anima libr. 1. 1. text. 23. char. 59. colum. 2.

Intelligibilia maxime tripliciter accipere possumus. Primo ex ordine intelligendi, & sic, quæ causas primas considerat, est magis regularis scientia. Secundo ex comparatione intellectus ad sensum & sic illa scientia est maxime intellectualis, quæ circa principia maxime vniuersalia versatur. Tertio ex cognitione intellectus, & sic quæ considerat ea, quæ a materia sunt maxime separata, est maxime scientia. D. Thom. 1. Metaphysicor. in poem. ch. 1.

Intellectus operatio duplex; vna, qua cognoscit, alia, qua componit & diuidit. D. Thom. 4. metaphysicor. 1. 6. tex. 9. char. 206.

Intellectus duas habet operationes, quarum vna vocatur indiuisibilium intelligentia, per quam intellectus format simplices conceptiones rerum; alia est, per quā componit, & diuidit. D. Thom. 6. metaphysicorum 1. c. 3. tex. 7. char. 423.

Intellectus ad suum intelligibile tripliciter se habere potest. Vno modo, quod non conueniat intelligere actu, sed potentia tantum, vel in habitu. Alio modo, quod sit ipsum suum intelligere, siue sua intelligentia, quod idem est. D. Thom. 12. metaphysicorum 1. 11. tex. 51. char. 902.

Intellectus vbi deficit, excedit virtus corporis. D. Thom. 1. 1. pol. 8. c. 125. colum. 1.

Intellectus alius speculativus, cuius finis est speculatio, & cognitio veritatis; alius actiuus, cuius finis est operatio, & secundum hoc duplex est felicitas hominis; vna est sapientia, alia est prudentia. D. Thom. 7. pol. 1. 2. char. 104. colum. 3.

Intelligendi duplex modus. Vnus est ex hoc, quod intellectus mouetur ab alio obiecto, quod non est idē, quod ipse intellectus, & sic nos intelligimus. Alius modus ex hoc quod intelligibile, & intellectus se habent indifferentia secundum rationem, & sic intelligitur. Deus. Ale. de ales 12. metaphy. te. 39. col. 1.

Intelligibile aliquid si sit, duo requiruntur. Primo, ut illud, quod intelligitur, habeat rationem intelligibilis, quia quod non hēt rōnem intelligibilis intelligi non pōt. Secundo ut sit præsens intellectui sub ratione intelligibilis. Ale. de ales 12. meta. tex. 50. ch. 350. col. 3.

Intel-

Intelligendi modus in Deo causatur ex summa indiuisione, quæ est inter intelligibile, & intellectum. Alex. de ales 12. metaphy. tex. 50. ch. 351. col. 1.

Intellectus noster prius fertur super naturam intelligibilis, secundo super ipsum intelligere. Alexan. de ales in 12. metaph. tex. 51. ch. 351. col. 3.

Intelligibilium duæ sunt coordinationes, habitus, & priuationes: sed habitus sunt magis intelligibiles. Alexander de 12. metaphysicorum text. 39. charta 343. columna 1.

Intelligens, & sciens duobus modis comparatur. Primo per modum totius, & partis, ut sciens cognoscit principia, & conclusiones, & intelligens principia, & sic est dignior sciens. Alio modo, ut neutrum est alterius pars, & sic intelligens cum principia cognoscat, dignior est sciens. Tho. de Vio in post. char. 100. col. 2.

Intellectus quid est, & quod obiectum habet.

Intellectū Anaxagoras solus impassibilem dixit esse, nihilque commune vlli aliorum habere. Arist. 1. de anim. su. 2. cap. 1. tex. 34. char. 569.

Intellectus fortassis diuinum quid est, & impassibile. Arist. 1. de ani. su. 4. cap. 3. tex. 66. ch. 605.

Intellectus est in anima, quia omnia fit, quidam vero, quia omnia facit, ut habitus, quale est lumen, quodāmodo enim, & lumen facit colores potentia, actu colores. Arist. 3. de anim. cap. 3. tex. 18. ch. 659.

Intellectus non omnis, sed qui est ipse quid est, secundum ipsum, quod erat esse, verus est, & non aliquid de aliquo. Aristoteles tert. de anima, sum. pri. cap. 4. tex. 26. chart. 661.

Intellectus omnino est, qui secundum actum intelligit res. Arist. 3. de ani. su. 1. cap. 5. tex. 36. ch. 662.

Intelligere non est sine phantasmate. Aristot. de mem. & remin. cap. 2. chart. 37.

Intelligentia est substantia, quæ non diuiditur. Arist. de causis proposit. 7. char. 980.

Intelligentia est substantia intelligibilis. Arist. de causis proposit. 8. chart. 981.

Intelligibile summe, & bonum in eadem coordinatione sunt, quia idem est summe intelligibile, & bonū, quod habet rationem optimi, est enim proportionatum optimo. Aristoteles 12. metaphysicorum sum. 2. cap. 2. tex. 37. chart. 253.

Intellectus est quid diuinissimum, de numero eorum, quæ circa essentiam diuinam apparent. Arist. 12. metaphy. su. 2. cap. 4. tex. 51. ch. 228.

Intellectus, qui intelligit componendo, & diuidendo, non est simplex, nec habet totam suam perfectionem semper. Aristoteles 12. metaphysicorum sum. 2. cap. 5. tex. 51. chart. 260.

Intelligibile actu est, quod semper actu intelligitur, ac intelligit ab intellectu æterno, & tale est prima substantia, & primus intellectus, & primum intelligibile, & intellectus semper intelligens, & in hoc essentiam habens. Alex. aphr. in pri. natur. quæst. cap. 25. ch. 6.

Intelligibiles proprie sunt species illæ, quæ per se abque materia subsistunt. Alexander aphrod. in pri. de ani. cap. 28. chart. 21. col. 3.

Intelligibilia potestate, materialia sunt. Alex. aphr. in 1. de ani. cap. 28. chart. 41. col. 3.

Intellectus vis est, quæ abdicatas a materia formas suscipiendi potestatem habet, & qua per indemonstrabilia principia veri sumus. Alexander aphr. in 1. de anim. cap. 20. chart. 38. col. 4.

Intelligibile nihil est actu eorum, quæ a nobis intelliguntur, sensibilia enim intelligit intellectus noster, quæ potestate intelligibilia sunt, & ea ab intellectu intelligibilia fiunt. Alexander aphrod. in 2. de anim. cap. 18. chart. 44. col. 4.

Intellectus est forma materiæ expers, quæ sola su natura intelligibilis est. Alexander aphr. in 2. de anim. cap. 15. chart. 44. col. 3.

Intellectus nō passius est, & si formas suscipiat, actiuus enim est formarum, quas suscipit, & dum intelligit, agit, & non patitur. Alexander aphrod. in 2. de anim. cap. 19. chart. 45. col. 1.

Intelligibilium ac primarum, & causarum, & rerum cognitio longe est difficillima. Alexander aphrod. in 2. metaphysicorum vel apud latinos tert. comment. 52. chart. 76. col. 1.

Intellectus est virtus animæ, qua cognoscimus demonstrabilia indemonstrabilia principia. Alex. aphr. in 1. metaphy. com. 6. chart. 5. col. 1.

Intellectus actu nil aliud est, quam forma, quæ intelligitur. Alexander aphrod. in 11. metaphy. vel secund. latin. 12. com. 24. ch. 295. col. 2.

Intelligere est comprehensio attingens intelligibile, intelligi vero est, quod intelligitur id ab intelligenti cōprehendi. Alexander aphrod. in 11. metaphy. vel 12. c. 78. chart. 305. col. 1.

Intellectus, & scientia semper sunt veri. Ale. & Eustrat. in 2. post. chart. 108. col. 2.

Intellectus est scientie principium. Alexand. & Eustrat. in 2. post. chart. 108. col. 1. Idem Themist. in 2. post. tex. 13. char. 28. col. 2.

Intellectus, & scientia cum circa necessaria, & ea quæ semper similiter se habent, versentur, semper sunt veri. Alex. & Eustr. in 2. post. ch. 112. col. 1.

Intellectus solus reperitur, qui sit cognoscitivus principiorum. Alex. & Eustr. in 2. post. ch. 112. col. 2.

Intellectus solus exquisitior est omni scientia, principiaque exactius cognoscit. Themist. in secund. post. cap. 37. chart. 13. colum. 2.

Intellectus est ceu animæ oculus. Themist. in 2. post. cap. 37. chart. 13. col. 2.

Intellectio tota ex sensibus pendet, quia sine visis imaginibus non perficitur. Themist. in pri. de ani. capit. 18. tex. 42. chart. 64. col. 4.

Intellectus actus est generatio potentie, & perfectio quædam. Themistius in tertio, de anima. capit. 42. text. 28. chart. 88. col. 3.

Intellectus noster ab Aristotel. impassibilis, impermissusque est, & ab omni corpore separabilis. Amm. in lib. de interpr. chart. 4.

Intellectus est masculini generis, & anima feminini, quasi ab intellectu illustrata. Ammonius in libro de interpr. chart. 20.

Intellectus præcedit tempore ipsum fieri. Simplicius in præd. chart. 109.

Intelligere idem est, & cuius gratia est intellectus. Sim. in pri. physicor. chart. 28. col. 1.

Intellectus est primum mouens. Simplicius in prim. de anim. tex. 2. chart. 1. col. 3.

Intellectus simpliciter non est imaginatio, sed intellectus passius, atque formalis. Simplicius in primo de anim. tex. 12. chart. 4. col. 1.

Intellectiua contemplatio est actionis ad exteriora in substantialem actionem translatio. Simplicius in pri. de anim. tex. 14. chart. 4. col. 3.

Intellectus vnus est, ac continuus. Simplicius in pri. de anim. tex. 47. chart. 11. col. 1.

Intellectus proprius est, cuius an ima rationalis particeps facta est, quo vnaqueque anima determinatur. Simplicius in secund. de anim. ex sec. prim. tex. 163. chart. 57. columna 2.

Intellectus est, quo cogitat, & existimat anima. Sim. in 3. de anim. ex sect. 1. tex. 2. char. 58. col. 4.

Intellectus est collectio, indiuisibilisque terminorum contemplatio. Simplicius in tert. de anim. ex sec. pri. text. 155. chart. 55. col. 1.

Intel-

Intellectus participatus non est anima, sed præstantior quædam substantia. Simplicius in tertio de anim. ex sec. 1. tex. 6. chart. 60. col. 1.

Intellectus est præstantior pars animatæ substantiæ, & non anima, quod de intellectu secundum ipsum consistente intelligendum est, qui sempiternus est. Simp. in 3. de ani. ex sec. 2. tex. 25. ch. 67. col. 4.

Intelligibilia sunt, quorumcunque sensus cognitionem non habet. Simplicius in tertio, de anima sec. 1. text. 5. chart. 59. column. 4.

Intelligibile imperfecte hoc est, quod altero indiget, ut intelligatur. Simplicius in tertio, de anim. ex sec. pri. tex. 15. chart. 62. column. 4.

Intellectus est altissima animæ potestas. Ioan. gra. in 1. poster. cap. 26. char. 54. col. 2.

Intellectus est apprehensio intelligibilium, & immediatarum propositionum. Ioannes grammaticus in pri. post. cap. 26. char. 54. col. 4.

Intellectus est, qui nobis tradidit viam, qua decem prædicamenta inuenimus. Ioannes grammaticus in pri. post. cap. 26. chart. 56. col. 4.

Intellectus est principium scientiæ cognitionis principiorum, & principium cognitionis principij, id est, immediatarum propositionum. Ioan. grammaticus in 2. post. cap. 18. chart. 75. col. 4.

Intellectus est animæ potentia, quæ veritatem cognoscit. Io. gram. in 1. de ani. tex. 23. char. 13. col. 2.

Intellectus indiuisibilis est, ideo vnum illi competit. Io. gram. in 1. de ani. tex. 27. char. 14. col. 4.

Intellectus est habitus animæ perfectissimus. Io. gra. in 1. de anim. ex perib. char. 2. col. 2.

Intellectus proprie est intelligibile, & si aliquando non intelligitur, non fit per se, sed per eius operationem. Io. gram. in 3. de ani. tex. 9. chart. 85. col. 1.

Intellectum esse immittum, ac impassibilem, & nõ esse indiuiduum, nec corpus, nec virtutem in corpore exponit Alexander non de subiecto intellectus, sed de aptitudine, quod omnino falsum est: de omni enim aptitudine hoc est verum, & nihil erat in causa, quod de hac aptitudine aliquid assereret Aristot. Nam illa propositio, quæ dicit, quicquid recipit aliquid, non debet habere in se actu aliquid naturæ rei receptæ, est per se manifesta. Auerroes 3. de ani. text. quinto, chart. 162. columna 4.

Intelligere nil aliud est, quam recipere intentiones imaginatas. Auer. 3. de ani. tex. 18. char. 170. col. 1.

Intellectus primus actus dicitur æquiuoce in virtutibus animæ contra id, quod opinatus est Alex. Auer. 3. de ani. tex. 5. chart. 164. col. 4.

Intellectus est natura promptus abstrahere quidditatē, ac denudare quequid habet illam quidditatem, ait Anempace. Auer. 3. de ani. tex. 36. ch. 177. col. 4.

Intelligibilia generare, & ea efficere prius existit in nobis, quam actio intellectus. Auer. tertio de anima, text. 36. chart. 178. col. 4.

Intellectus, qui est postrema perfectio hominis, est abstractus a materia. Auerroes in secund. metaphysic. text. comment. 16. chart. 17.

Intelligibilia ex opinione Aristot. sunt noua. Auer. in 7. metaphysicor. tex. comment. 58. ch. 97.

Intellectus, intellectum, & intelligens sunt vnum, & differunt tantum secundum respectum. dispositio-num: quia intellectus, ut intelligit intellectum, dicitur, intelligens: & in quantum intelligit per se, dicitur, quod est ipse intellectus: & in quantum intellectus est illud, quod intelligitur, dicitur, quod intellectus est res intellecta. Auerroes in 12. metaphysicor. text. comment. 39. chart. 151.

Intellectus est perfectio intelligentis. Auerroes in 12. metaphysicor. tex. com. 51. char. 157.

Intellectus noster in actu nil aliud est, quam comprehē-

sio ordinis, & rectitudinis existentis in hoc mundo, & in qualibet eius parte. & cognitio cuiuslibet rei in ea existentis per suas causas propinquas, & remotas, ita ut cognoscat totum vniuersum. Auer. in epitom. metaphysicorum tract. 4. ch. 183. col. 3.

Intellectus nil aliud est, nisi comprehendere formas entium in eo, quod sunt absque materia. Auer. ex destr. destr. disput. 3. chart. 26. col. 3.

Intellectus nil aliud est, nisi formæ abstractæ a materia. Auer. ex destruc. destruc. disp. 6. char. 38. col. 1.

Intellecta rerum sunt verificatio rerum. Auer. ex destr. destruc. disp. 6. char. 38. col. 1.

Intellectus nil est aliud, nisi comprehensio ordinis rerum, quæ reperiuntur, & gradus earum. Auerroes ex destruc. destruc. disp. 6. char. 38. col. 2.

Intelligibilia sunt illa, quorum cause non apparent sensui. Auerroes contra Algazel. in phisicorum disput. prim. chart. 56. column. 3.

Intellectus apprehensiuus est virtus recipiens, & non agens, ut sensus, qui est virtus recipiēs a sensato. Auer. de anim. beatit. cap. 2. chart. 64. col. 2.

Intellectus non est virtus disgregata, nec distensa per corpus, nec diuisibilis ad diuisionem corporis, ut virtutes sensibiles. Auer. de anim. beat. ca. 2. ch. 64. col. 2.

Intellectus est receptio ab intelligibili solum apprehensionis, quæ quidem apprehensio est idem, quod ipse, nec ei ex hac permutatione accidit permutatio. Auer. de anim. beatit. cap. 3. char. 65. col. 1.

Intellectus in actu non est extra animam, quia intelligibile non est extra animam. Auerroes de anim. beat. cap. 4. chart. 65. col. 3.

Intellectum abstractorum est proprietas, ut seipfos apprehendat. Auer. de anim. beat. ca. 4. ch. 65. col. 4.

Intellectus actio omnis, aut diuinitio, aut demonstratio est. Auer. de ani. beatit. tex. 48. ch. 118. col. 3.

Intelligibile est, quod vnum atque idem per se in propria semper diuinitate consistens, nullis vnquam sensibus, sed sola tantum mente, ac intellectu capitur. Boethius in Porphy. ex dial. char. 2.

Intelligibile est, quod primum intelligibile cogitatione, & intelligentia suscipiens, ea comprehendit, quæ sunt omnium celestium supernæ diuinitati operum, causæ, & quicquid sub lunari globo beatiore animo, ac puriore substantia valet, ac demum humanarum animarum statum considerat. Boethius in Porphy. ex dialog. chart. 2.

Intellectus est rei similitudo, & animæ passio. Boethius in lib. de inter. char. 217.

Intellectus, & res sunt natura, voces, & literæ secundum hominum positionem. Boethius in libro de interpr. charta 217.

Intellectus primi sunt, qui simplicem rem concipiunt, ut Socrates. Boeth. in lib. de interp. ch. 299.

Intellectus simplex dicitur, qui est simplex, vnus rei intuitiuus. Alb. mag. de præd. ch. 3. col. 1.

Intellectus cõpositus est, qui accipit rem vnã in alia, vel ut diuisam ab alia. Alb. mag. de præd. ch. 3. col. 1.

Intellectus nudi sunt illi, qui ab appēdicijs materiei separati, illorum tantum sunt, quæ nunquam in materia fuerunt. Alb. mag. de præd. ch. 5. col. 2.

Intellectibus mixtis phantasiæ, & sensibus insunt ea, quæ in materia fuerunt. Albertus magnus in præd. chart. 5. columna 2.

Intellectus puri intelliguntur illi, qui sunt ex parte intelligibilis, ad quod nihil mouet, nisi solius intelligentiæ lumen, non phantasia receptum. Alb. mag. in præd. chart. 5. colam. 2.

Intellectus cõpositus, & si sit circa complexa; tamen est verorum, & certorum, circa quæ non est deceptio. Alber. magn. in prior. chart. 165. col. 2.

Intellectus est habitus cognoscens principia. Albertus magnus

magnus in poster. charta 218. columna 2.

Intelligentia est lux quædam intellectualis causæ primæ, & licet sit separata ita, ut non sit actus corporis, ita quod determinet sibi partem in ipso secundum cuius naturam agat, & cognoscat, ut potentia visua determinat sibi oculum in corpore organico; tamen ipsa intelligentia coniungitur orbi sicut motor mobili. Albertus magnus in primo phisicorum ex tert. tract. cap. 11. chart. 12. col. 2.

Intellectus in scientijs non est, nisi habitus, & acceptio principiorum, ex quibus alia sciuntur. Albert. magn. in 1. phisicor. tract. 1. cap. 5. char. 2. col. 3.

Intellectus operatiuus in actibus est principium operis. Albertus magnus in secund. phisicorum tract. 2. cap. 5. chart. 29. column. 2.

Intellectualis natura composita est ex eo, quod est de natura sua intellectuale, & ex eo, quod est perfectio intellectus. Albert. magnus de natur. & orig. animæ. tract. 1. cap. 7. char. 70. col. 2.

Intellectualis natura sic est intelligere, ut lucis operatio est lucere. Albertus magnus de natura. & orig. anim. tract. 2. cap. 6. chart. 73. col. 4.

Intellectus non est species specierum, quod det ei, sed est species, quia sub actu suo species efficiuntur species intelligibiles. Albertus magnus contra Auer. de vnit. intel. cap. 7. char. 83. col. 3.

Intellectus est tantum substantia intellectualis, & habet duo, quorum vnum est, quia necessitatem sui esse habet, ut est ex causa prima, aliud est quod potentiam habet ad esse, ut est in seipso, & hæc potentia est fundamentum fundans esse, & recipiens, quod est a causa prima, & hoc modo intellectualis anima natura est ex hoc, & est esse eius determinatum in genere substantiæ, & relicto corpore manet substantia determinata. Albertus magnus contra Auerroem de vnit. intel. cap. 7. chart. 83. col. 4.

Intellectualis natura per aliud est ens determinatum in genere substantiæ, & per aliud est locus, ut & Sol per aliud est pater, & regio sensibilem. Alb. magnus contra Auer. de vnit. intel. cap. 7. ch. 84. col. 1.

Intellectus est generans species intelligibiles per hoc quod intelligibiles sunt, & quia dat eis formam: ideo dat eis motum ad intellectum, & locum, qui est intellectus passibilis, qui habet se ad agentem, ut se habet perspicuum ad lucem. Albertus magn. contra. Auer. de vnit. intel. cap. 7. chart. 84. col. 3.

Intellectus humani specularis est in lumine a rebus sensibilibus abstracto, quod quoddam lumen est in eis diffusio luminis vniuersaliter agentis. Albert. magn. de caus. & proces. vniuers. a cau. prim. l. 2. tract. 2. cap. 42. chart. 219. col. 2.

Intellectuale, quod per substantiam intellectualem est, & non per intellectum adeptum, in nulla parte in potentia est. Alb. mag. de caus. & proces. vniuers. a caus. l. 2. trac. 5. cap. 2. char. 227. col. 2.

Intellectuale per substantiam est separatum a materia, & motu. Alb. mag. de cau. & proces. vniuers. a cau. l. 1. 2. trac. 5. cap. 2. char. 227. col. 2.

Intelligentia omnis, quæ per seipsum, & per substantiam intelligentiam est, actiua est, & plena formis: intelligentia enim possibilis speculatiua, & adepta, non per seipsum intelligentia est, sed per lumen agentis. Albert. magnus de caus. & proces. vniuers. a caus. l. 2. trac. 2. cap. 21. chart. 213. col. 3.

Intelligentiæ lumen est illud, quod est continuas inter intelligentiam, & animam. Albertus magn. de cau. & proces. vniuers. a caus. prim. lib. secundo tract. secund. cap. 37. chart. 217. col. 4.

Intelligentia agens vniuersaliter est substantia indiuisibilis secundum omnem modum diuisionis. Albertus magnus de caus. & proces. vniuers. a caus. prima lib. 2.

tractat. tert. cap. secundo chart. 220.

Intelligentia est primum sciens in se, & secundum se influens scientiam super reliqua omnia, quocunque modo sciunt. Albertus magnus de cau. & proces. vniuers. a caus. l. 1. 2. tra. 3. cap. 14. ch. 223. col. 1.

Intelligere actum est beatitudinis, pars, & optimum animæ intellectiue admirabiles habens delectationes, quibus nihil est contrarium. Albert. mag. in prim. de anim. tract. secund. cap. 7. ch. 7. col. 3.

Intellectus actio, & motus est intelligere. Alber. magn. in 1. de ani. tract. secund. cap. 7. ch. 7. col. 3.

Intellectus, nec virtus est corporea, nec virtus in corpore, sed separata. Albertus magnus in primo de anim. tract. secund. cap. 8. chart. 8. col. 1.

Intellectum esse ingredientem ab extrinseco, Peripatheticorum est vulgata propositio. Alber. mag. in 3. de anim. tract. 2. cap. 4. char. 36. col. 3.

Intellectus est virtus substantiæ verissimæ existentis, quæ est anima rationalis, nõ ut commiscetur corpori, sed ut est imago intellectus primi agentis, & dantis animam rationalem. Albertus magnus in tertio de ani. tract. 2. cap. 12. chart. 38. col. 4.

Intellectus, quo cognoscit anima, & sapit, pars est animæ, quæ quidem anima est perfectio corporis organici, & in diuersis eadem numero esse non potest, sed vniuersalis, est intellectus secundum se. Et id, quod est in ipso secundum se, est etiam secundum actum vniuersale: & hoc secundum Peripatheticos commune est apud omnes, & idem intellectum vniuersale in anima mea, & tua. Et licet intellectus meus sit indiuiduus ab intellectu tuo, tamen secundum quod est indiuiduus, non habet vniuersale in ipso, & ideo non indiuiduatur id, quod est in intellectu, & sic vniuersale, ut vniuersale est vbique, & semper idem omnino, & idem in animabus omnium non recipiēs indiuiduationem ab anima; non tamen scientia vnus, est scientia alterius, vel specularum ab vno, est specularum ab altero; quia speculatio perficitur ex motu phantasmatum. Albertus magnus in 3. de anim. trac. secund. cap. 33. chart. 39. col. 2.

Intellectus per se, nec destruitur, nec debilis fit alio corrupto, organo scilicet, sed eius operatio tantum destruitur: Alb. mag. in 3. de ani. tract. 2. cap. 14. ch. 39. col. 3.

Intellectus denudat intelligibile mensura, situ, & figura & alijs corporeis conditionibus, ergo non est virtus corporea. Albertus magnus in tertio de anim. trac. 2. cap. 14. chart. 39. col. 4.

Intellectus cum incorporea, ac infinita vtatur forma, incurporeus est. Albertus magnus in tert. de anima. tract. 2. cap. 14. chart. 39. col. 4.

Intellectus non vere est subiectum sensibilem, sed est subiectum formale, ut commune, & interminatum subiectum determinantis ipsum. Alber. mag. in 3. de anim. tract. 3. cap. 15. char. 40. col. 1.

Intellectus actus prior est super indiuisibilia, quæ super composita. Albertus magnus in tertio de anim. tract. tert. cap. prim. char. 41. col. 3.

Intellectus quidam est plus continuo, & tempori, hoc est imaginationi, & sensui immittus, qui est obscurus, nihil accipiens, nisi cum labore, & si docetur aliquid, oportet, ut fiat per exempla sensibilia, & vocantur illi mali ingenij existentes a vulgo. Quidam est plus separatus, & hic per se quasi omnia intelligere natus est, & de leui accipit illuminationem ad prophetiã, & est diuinus intellectus. Quidam est medio modo, qui doctrina iuuatur ad faciliter omnia intelligenda. Quidam vero, & vires imaginandi, & aliquid accipiendi per sensus nõ habet, & hoc fit ex vitio complexio-nis, & ex consuetudine non at tollēdi ultra acceptio-nem sensibilem. Albertus magnus ex 1. de intel. & intel. comment. 3. char. 88. col. 2.

Intellectus assimilatiuus est; in quo homo quantum possibile, siue fas est, proportionabiliter confurgit ad intellectum diuinum, qui est lumen, & causa omnium. Alb. mag. in 2. de intel. & intel. cap. 9. ch. 55. col. 1.

Intellectus assimilatiuus fit, cum per omnia in effectu factus intellectus perfecte adeptus est seipsum, & lumen agentis, & notitia sui extendit se in luminibus intelligentiarum ascendens gradatim ad intellectum simplicem diuinum. Deuenit ergo ex lumine sui, & agentis in lumen intelligentiæ, & ex illo extendit se ad intellectum Dei. Alb. magnus in secund. de intel. & intel. cap. 9. ch. 55. col. 1.

Intellectus nullius corporis est actus. Alb. mag. de animal. 11. tract. 1. cap. 3. chart. 97. col. 4.

Intellectuale, quod propria natura est intellectuale, non conuenit homini secundum influentiam. Alb. magn. ethicor. prim. tract. 6. cap. 5. char. 16. col. 3.

Intellectuale, ut intellectuale, vnum & simplex est. Alb. mag. ethic. pri. tra. 6. cap. 6. char. 16. col. 3.

Intellectus in nobis est, ut Rex, inquisitio operabilium est, ut consilium, decretum faciendorum, ut lex, & appetitus partibus suis est, ut plebs. Et ideo patet nihil in nobis esse, nisi quod quasi per modum consilii determinatum est. Albertus magnus ethicorum 3. trac. prim. cap. 19. char. 40. col. 3.

Intellectus solus est dominatiuus sui actus. Alb. magn. ethicor. 6. tra. 1. cap. 4. char. 70. col. 1.

Intelligentia est incorruptibile principium, & vniuersale, & simplex, siue immixtum. Incorruptibile, quia nihil habet contrarium: vniuersale, quia nihil habet, quod ipsum, vel ad differentiam loci, vel ad differentiam temporis determinet: simplex, quia purum est: & immixtum nihil nulli habens commune. Albertus magn. ethic. 6. tra. 2. cap. 16. ch. 74. col. 3.

Intellectus in hoc, quod est imago intelligentiæ, species est intelligibile, quamuis non sit causa constituens ea. Est igitur applicabilis per seipsum intelligibilibus primis, sed tamen non æquali nobilitate, ut intelligentiæ, quæ secundum substantiam intellectus est, & nihil aliud, quam intellectus. Cadens ergo ab ista nobilitate efficitur discurrens per intellecta, componens seilicet, & diuidens ea: tamen in hoc, quod est imago intelligentiæ, per seipsum est applicabilis primis, quæ medium non habent, & illa statim apprehendit, quando terminorum, qui in principijs sunt, a sensu notitiæ accipit. Sensus enim per hoc, quod species est sensibile, sensibilia immediate accipit, in quibus consensum est, & immixtum vniuersale, quod intellectus deputando accipit, per hoc, quod ut species applicatur ei, & si medium non habet, tunc principium est, & propria acceptio intellectus. Si autem habet mediū, tunc intellectus non accipit, nisi per medium: & hæc est perceptio demonstrationis, cui tamen intellectus lumen influit, quia ordo terminorum, & coniugatio per applicationem determinatur ad conclusionem, quæ tunc in lumine principiorum accipitur. Talis autem intellectus in nobis est medius inter intelligentiam, & animam, quæ conuicta est continuo, & temporis, & est ut instrumentum intelligentiæ informatum per influentiam receptam ab intelligentia, & est vere, ut oculus animæ, & lumē, & per conuersionem ad animam obumbratur, & inordinatus, & impotens efficitur. Per extensionem autem, & eleuationem a viribus animæ ad intelligentiam, & intelligentiæ lumen perficitur, & depuratur. Alber. magn. ethicor. 6. tract. 2. cap. 18. char. 75. col. 3.

Intellectus per substantiam non est possessus, & acquisitus. Albertus magnus ethicorum sext. trac. secund. cap. 18. chart. 75. col. 4.

Intelligere diuinum, & velle eius est ipsum esse ipsum. D. Thom. in perier. char. 15. col. 1.

Intellecta res est quodammodo principium actionis in agentibus per voluntatem, vt forma naturalis in agentibus per naturam. D. Thomas in octauo physicor. lib. 2. tex. 13. char. 121. col. 1.

Intellectus non est virtus alicuius corporis. D. Th. in 8. physicor. l. 2. tex. 79. char. 147. col. 3.

Intelligibile vnumquodque in tantum est, in quantum a materia est separabile. Diuus Thom. de sen. & sen. lec. pri. chart. 1. column. 1.

Intelligere est quodammodo proprium animæ, & quodammodo coniuncti. Diuus Thomas in pri. de anim. l. 2. tex. 12. char. 2. col. 4.

Intelligere est propria animæ operatio, & aliarum operationes animæ, & passionis non sunt animæ tantum, sed coniuncti. Diuus Thomas in primo de anim. l. 2. tex. 12. chart. 3. column. 1.

Intellectum magnitudinē esse, ait Plato metaphoricē. D. Tho. in 1. de ani. l. 8. tex. 47. ch. 10. col. 1.

Intellectus de natura sui est impartibilis, quod ex verbis Arist. in hoc textu elicitur. Diuus Thom. in 1. de ani. lec. 8. tex. 48. char. 11. col. 2.

Intellectus est virtus immaterialis, quæ non est actus alicuius organi corporalis. Diuus Thom. in 2. de ani. l. 12. tex. 60. char. 32. col. 4.

Intellectus est quædam potentia receptiua omnium formarum intelligibilium. Diuus Thomas in 3. de ani. l. 13. tex. 38. char. 62. col. 1.

Intelligibile vnumquodque est aliqua determinata natura alicuius speciei. Diuus Thomas in 3. de ani. l. 10. text. 19. chart. 58. column. 2.

Intellectus, a quo homo est id, quod est, in se consideratus in potentia est omnia, nec in actu eorum reducitur, nisi per scientiam, quia nihil est eorum, quæ sunt ante intelligere. D. Tho. 1. metaph. in procc. l. 1. ch. 3.

Intellectus cum sit potentia passiuæ, est magis in moueri. Alex. de ales in 2. metaph. ch. 35. col. 2.

Intellectus obiectum vniuersale est. Alex. de ales in 5. metaphysic. tex. 16. ch. 129. col. 3.

Intellectus si aliquo modo inuicuit scientiam, hoc non est nisi in quantum est motus a scibili, quia de se intellectus est in potentia passiuæ, antequam moueatur ab obiecto. Alexander de ales in quinto metaphysicor. tex. 20. char. 145. column. 3.

Intellectus est aptus natus separare multa coniuncta in re. Alexander de ales in septim. metaphysicorum text. 5. chart. 185. column. 1.

Intellectus noster est quid mensuratum a rebus. Alex. de ales in 7. metaph. tex. 23. ch. 209. col. 1.

Intellectus actus est terminorum apprehensio, & huius actus instrumentum est distinctio. Alex. de ales in 8. metaphysic. tex. 9. char. 251. col. 2.

Intellectio est magis perfectio intellectus, ut est passio, quam ut est actio. Alexand. de ales in 9. metaphysic. text. 16. chart. 271.

Intellectio licet sit actio manens in agente, tamē quod maneat, hoc magis habet in quantum passio, quam in quantum actio. Alexander de ales in 9. metaphysicorum, tex. 19. char. 271. col. 4.

Intellectus noster creatur, vt tabula nuda, ideo de se est in pura potentia, ideo nihil intelligit, nisi reducat ad actum. Alexander de ales in 9. metaphysicorum, text. 20. char. 174. column. 2.

Intelligendi ratio est quædam formalitas, quæ potest reperiri in multis intellectis. Alexander de ales in 1. metaphysicorum, char. 3. col. 3.

Intellectus est aliqua natura secundum se. Petr. de aluer. de longit. & breuit. vit. lec. 1. ch. 59. col. 1.

Intellectus, vt prima cause.

Intellectus primi principii videtur habere quoddam diuinum, & speculatio eius est circa obiectum delectabilissimum.

Stabilissimum, & optimum. Aristoteles 12. metaph. sum. 2. cap. 3. tex. 39. char. 254.

Intellectus diuinus non est potentia ad suum intelligere, sed idem est potentia diuina intellectiua, & actio intelligendi, alioqui intelligere esset cum labore. Arist. 12. metaph. sum. 2. cap. 5. tex. 51. ch. 259.

Intellectus diuinus non intelligit aliquid aliud a seipso, alioquin illud esset eo dignius, & vilesceret, quia intelligeret vilia. Aristoteles 12. metaphysicorum, sum. 2. cap. 5. tex. 51. char. 260.

Intelligibilia omnia habent scientiam propter intelligentiam primam. Arist. de caus. char. 990.

Intellectus diuinus seipsum intelligit, si quid est, quod est potissimum; sua enim intelligentia est intelligentiæ intelligentia. Aristoteles 12. metaphysicorum, sum. 2. cap. 5. tex. 51. char. 260.

Intellectus primus principium est omnium eorum, quæ sunt, quæ quidem ab eo cognoscuntur, & eius intelligere non est, vt transitus, sed simul omnia apprehendit. Them. in 12. metaph. char. 211.

Intelligentia prima intelligit de se aliquid existens ex se, non aliquid relatum ad causam. aliarum intelligentiarum intelligunt de se aliquid relatum ad causam earum, & hoc modo ingreditur in eas multitudo. Auer. ex destruc. destruc. disp. 3. char. 25. col. 3.

Intelligentia prima non intelligit nisi seipsum, & intelligens seipsum intelligit omnia entia excelsiori se esse, & nobiliori ordine, & proportione. Auer. ex destruc. destruc. disp. 3. char. 26. col. 4.

Intellectus primus habet quidditatem simpliciter, reliqua entia habent ea mediante. Auerroes ex destruc. destruc. disp. 6. chart. 40. col. 3.

Intellectus primus influit entibus ordinem, & proportionem repertam in operationibus eorum, & intelligere seipsum est intelligere entia omnia. Auer. ex destruc. destruc. disp. 11. char. 47. col. 2.

Intellectus diuinus non dicitur infinitus, nisi vt est infinitus. Alb. mag. in 3. phy. tra. 1. cap. 5. ch. 36.

Intelligentia prima est mouens, ante quod non est aliud. Albertus magnus in secundo, physicorum tract. pri. cap. tert. char. 16. column. 3.

Intelligentia per naturam suam non est in loco. Albertus magnus in quarto, physicorum tract. prim. capit. prim. chart. 40. column. 2.

Intellectus primæ causæ distinctiuus est, & ordinatiuus entium vniuersi, & causat complementum, & ordinē in vniuerso, quia sapientis est ordinare, & hæc est causa ordinis impossibilitibus. Albert. mag. contra Auer. de vnit. in el. cap. 7. char. 84. col. 2.

Intellectus esse est intellectus creati primi: intellectus vitæ est intellectus formati pri. Alb. mag. de caus. & proces. vniuers. a cau. l. 1. 2. trac. 2. ca. 28. ch. 215. col. 2.

Intellectus primus est primum principium cognoscendi omne, quod cognoscitur. Albert. magn. de cau. & proces. vniuers. a cau. prim. l. 2. tr. secund. cap. 45. ch. 219. column. 3.

Intelligentiæ primæ potestas est producere formas intellectuales seipsa: proxima autem potestas est formas intellectuales intellectualiter recipere, quæ fit duobus modis, vel per applicationem, quæ influentia appellatur: vel per quandam quasi generationē, quæ vocatur exitus de potentia ad actum, & motus quidam, vel mutatio. Alb. mag. de caus. & proces. vniuers. a cau. l. 1. 2. tra. 2. cap. 35. ch. 217. col. 1.

Intellectus deiformis est, qui ex primis luminibus sine vmbra, & inquisitione principia accipit boni, & veri, & sine inquisitione, & studio. Alb. magn. ethicor. pri. trac. 2. char. 5. col. 1.

Intellectus diuinus intelligendo seipsum, & essentiam suam omnia intelligit. Alexander de ales in 12. metaphysicor. tex. 50. char. 351. col. 1.

Intellectus diuinus intelligit omnia simplicia, & composita, alias esset ignorans: intelligit autem composita non componendo, nec diuidendo, sed simplicissimo intuitu. Alexander de ales duodecimo metaphysicorum, tex. 51. char. 352. col. 1.

Intellectuales substantiæ.

Intelligentiæ primæ influunt supra intelligentias secundas virtutes, & bonitates, quas recipiunt a causa prima, & intendunt bonitatem in eis viquequo consequuntur vltimum earum. Aristoteles de caus. propof. quart. char. 978.

Intelligentiæ superiores primæ, quæ consequuntur causam primam, imprimunt formas secundas stātes, quæ non destruuntur, ita vt sit necessarium iterare eas vice alia. Arist. de caus. prop. 5. ch. 978.

Intelligentiæ secundæ imprimunt formas decliues, & separabiles, vt est anima, & non multiplicantur animæ, nisi per modum, quo multiplicantur intelligentiæ, quod est, quia esse animæ habet finem, sed, quod ex eo est inferius, est infinitum. Aristoteles de caus. propof. 5. chart. 978.

Intelligentiæ substantia, & operatio est vna. Aristot. de causis propositio. 7. char. 980.

Intelligentia non recipit diuisionem, quoniam est primum creatum, quod creatum est a prima causa, & vnitatis est dignior, quam diuio. Aristot. de caus. propof. sept. char. 981.

Intelligentia omnis scit, quod est supra se, quia acquirit bonitates ab eo, & scit, quod est sub se, quoniam est causa ei. Arist. de caus. propof. 8. ch. 981.

Intelligentiæ omnis fixio, & essentia, est per bonitatem puram, quæ est causa prima. Et virtus intelligentiæ primæ est vehementioris vnitatis, quam res secundæ, quæ sunt post eam, quoniam ipsæ accipiunt cognitionem eius, & non est facta ita, nisi quia causa est ei, quod est sub ea. Arist. de caus. propof. 9. ch. 982.

Intelligentia est regens omnes res, quæ sunt sub ea per virtutem diuinam, quæ est in ea, & per eā retinet res. Aristot. de caus. propof. 9. char. 982.

Intelligentia omnis plena est formis. Aristot. de caus. propof. 10. chart. 984.

Intelligentiæ aliarum continent formas magis vniuersales, aliarum minus: quoniam formæ, quæ sunt in intelligentiis inferioribus per modum particularem, sunt in intelligentiis primis per modum vniuersalem. Arist. de caus. propof. 10. chart. 984.

Intelligentiis primis est virtus magna, quoniam sunt vehementioris vnitatis, quam intelligentiæ secundæ vniuersales inferiores, & in intelligentiis secundis inferioribus sunt virtutes debiles, quoniam sunt minoris vnitatis, & pluris multiplicatis. Quod est, quia intelligentiæ, quæ sunt propinquæ vni puro vero, sunt minoris quantitatis, & maioris virtutis: & intelligentiæ, quæ sunt longiores ab ipso, sunt minoris quantitatis, & debilioris virtutis. Et ideo accidit, vt formæ, quæ procedunt ex intelligentiis primis, procedant processione vniuersali vnita. Aristoteles de caus. propof. 10. char. 984.

Intelligentia omnis intelligit res sempiternas, quæ non cadunt sub tempore, nec destruntur, quia intelligit res per esse suum, & esse suum est sempiternum, & non corrumpitur. Arist. de caus. propof. 11. char. 985.

Intelligentia omnis intelligit essentiam suam, quoniam intellectus, & intellectum sunt simul, & cum intelligit essentiam suam, scit & ea, quæ sunt sub ea, quoniam sunt ex ea. Arist. de caus. propof. 13. ch. 986.

Intelligentiæ aliarum sunt diuinæ, quæ recipiunt ex bonitatibus primis, quæ procedunt ex causa prima per receptionem multam: aliarum sunt intelligentiæ tantum, quoniam

quoniam non recipiunt ex bonitatibus primis, nisi mediante intelligentia. Aristoteles de caus. propof. 19. chart. 990.

Intelligentia omnis diuina scit res per hoc, quod est intelligentia, & regit eas, quia est diuina. Arist. de caus. propof. 23. char. 994.

Intelligentia, & si regit res, quæ sunt sub ea, tamē Deus benedictus, & excelsus præcedit intelligentiam per regimen, & regit res regimine sublimioris ordinis, & altioris, quam sit regimen intelligentiæ, quod est illud, quod dat intelligentiæ regimen. Aristoteles de caus. propof. 23. char. 994.

Intelligentia prima mouet cælum, vt amatum, & mouendo cælum, mouet reliqua. Arist. 12. metaphysic. sum. 2. cap. 2. text. 35. char. 251.

Intelligentia prima si aliquid mouet, contingit, vt quod mouetur, aliter, & aliter se habeat. Ex quo sequitur, quod primus motus, & actus est corporis, quod aliter, & aliter ex se habeat secundum locum. non secundum substantiam, quia non mouetur ad formam, mouens autem est ens immobile, & actu sine potentia, & mouet motu ad vbi, quo motu mouet inferiora. Arist. 12. metaphysic. su. 2. cap. 2. text. 38. ch. 253.

Intelligentia prima est immobilis, & est ens ex necessitate, & ex eo necessario, quod aliter haberi nequit. Arist. 12. metaph. su. 2. cap. 2. text. 38. ch. 253.

Intelligentia prima, quæ mouet cælum, habet nobilem dispositionem, & delectabilem, quæ in nobis esse nõ potest, nisi paruo tempore, in nobis enim semper esse impossibile est. Aristoteles 15. metaphysicorum sum. 2. capit. 3. text. 39. chart. 253.

Intelligentia actualis si delectatur secundum se oportet quod secundum se optimum, & maxime delectabile, & delectabilissimum sit. Aristot. 12. metaphysic. sum. 2. cap. 3. text. 59. char. 254.

Intelligentiam nullam esse, quæ non moueat aliquem orbem Lunæ, patet. Aristotel. 12. metaphysicorum, sum. 2. cap. 4. text. 47. char. 257.

Intelligibile, & appetibile in prima intelligentia, quæ mouet cælum, idem est, in nobis autē differunt. Arist. 12. metaphysic. su. 2. cap. 2. text. 36. ch. 252.

Intelligibile, & intellectum idem sunt in substantijs separatis. Arist. 12. metaphysic. su. 2. cap. 5. text. 51. ch. 260.

Intelligentia sola est ea, quæ ratiocinatur. Magent. in prior. chart. 47. col. 3.

Intelligentiæ primæ essentia eadem est ac quidditas, alię vero quoquomodo in quidditate differunt. Auerr. 3. de anim. text. 5. char. 169. col. 2.

Intelligens, & intellectum sunt idem in abstractis omnibus modis. Auerr. 3. de ani. text. 13. ch. 168. col. 3.

Intellectum abstractorum nõ scimus multitudinē, nisi per diuersitatem actionum eorum. Auerr. 3. de ani. text. 19. char. 170. col. 2.

Intelligentiæ abstractę si comprehenderēt indiuiduum necessario, tunc essent materiales, & tunc non agerent nisi secundum contactum. Auerroes de somn. chart. 202. column. 1.

Intellectus, & intellectum idem sunt in corporibus cęlestibus. Auerr. de sub. orbis cap. 1. ch. 4. col. 1.

Intelligentiæ sunt excelsiores intellectu humano, licet cum eo communicent. Auerroes ex destru. destruct. disp. 7. chart. 26. column. 3.

Intelligentiarum intellecta sunt formæ entium, & forma vnus cuiusque earum est id, quod comprehendunt ex formis entium, & ordine eorum, vt intellectus humanus est id, quod comprehendit ex formis entium, & ordine eorum, sed differunt, quia formæ entium sunt cause intellectus humani, perficitur. n. ab eis: sed intellecta intelligentiarum sunt cause formarum entium. Auerroes ex destru. destruc. disp. text. char. 26. col. 4.

Intellectus abstracti comparatio similis est comparationi lucis ad visum. Auerroes de animæ beat. cap. quar. chart. 65. column. 3.

Intelligere de abstractis non est aliud, quam intelligere rem, quæ per se stat, videlicet intellectum agentem. Auerr. de ani. beat. cap. 3. ch. 64. col. 4.

Intelligentiæ separatæ nõ possunt dare aliquam formam formarum mixtarum in materia. Auerr. in 7. metaphysic. com. 31. char. 85. col. 4.

Intellectum, & desideratum in corporibus cęlestibus idem sunt. Auerroes in duodecimo, metaphysicor. text. comment. 36. char. 149.

Intelligentiæ abstractę, vt abstractę debent esse principia eorum, quorum sunt principia, duobus modis, vt mouentes, & vt finis. Auerroes in 12. metaphysicor. text. comment. 38. char. 151.

Intelligentia agens, vt abstracta, & vt est principium nobis, necesse est, vt moueat nos, vt amatum amans, & si omnibus motis necesse est, vt cõtinuet cū eo, a quo fit secundum finem, necesse est, vt in postremo cõtinuetur cū hoc intellectu abstracto, ita quod erimus dependentes a tali principio, a quo cælum dependet, quamuis hoc sit in nobis modico tempore. Auerr. in 12. metaphysic. text. comm. 38. ch. 151.

Intelligentiarum ordinatio a primo est præcisa, sed ordinatio earum ad inuicem non est præcisa. Auerr. in 12. metaphysic. text. com. 44. ch. 154.

Intellectus in nobis est aliud ab intelligente, & in abstractis a materia idem est intellectus, & intellectus, & actio intellectus. Auerr. in 12. text. com. 51. ch. 157.

Intelligentiæ omnes delectantur esse suo, & esse primi primum tantum oblectatur esse sui, & quia eius apprehensio est præ ceteris nobilior, ideo delectatio eius est maior omnibus delectationibus. Auerr. epitome metaphysic. 4. char. 184. col. 1.

Intellectualium substantiarum numerus causatur a numero eius quo contrahitur, & determinatur natura intellectualis, vt quælibet earum depēdet a causa prima, hæc enim quo vna substantia intellectualis passibilis est in se, non est illud idem, quo alia passibilis est in se ipsa, & ideo, & si ex parte lucis cause primæ non causatur numerus, tamen ex parte eius, quo quælibet est in se ipsa, causatur numerus, quia hoc non est idē, & multitudinis causa, in illis est, vt sunt propinqua, vel remota. Albertus magnus contra Auerr. de vnit. intel. c. 84. cap. 2. col. 2.

Intelligentiam termini distinguunt, vt intelligentia est, non sumuntur nisi a formis ad scientiam intelligibilis proficientibus, quia intelligentia, vt intelligentia est non nisi sciens est. Albertus magn. de caus. & process. vniuers. a caus. pri. l. 2. tra. 4. ca. 9. ch. 225. col. 4.

Intelligentia, quæ causatum primum est, si regit ea, quæ sub ipsa sunt, non regit vt intelligentia, sed vt diuina virtutem diuinam in agendo participant. Alber. mag. de caus. process. vniuers. a causa pri. l. 2. tract. quar. ca. 9. chart. 225. column. 4.

Intellectibilia in anima nobili sunt per modum acquisitum; non acquisitione studij, & doctrinæ, vel experimenti, sed illuminationis requisitione ab intelligentia, ad quam semper & vt desideratum mouetur anima, & mouet suum corpus. Alber. magn. de caus. & process. vniuers. a cau. pri. l. 2. tra. 2. ca. 39. c. 218. col. 2.

Intellectus diuinarum substantiarum sonat substantiam separatam immaterialem, quæ nulli habet aliquid commune. quicquid enim est illud, quod formis, quæ in ipso sunt, vel ab ipso ad nullam esse alicuius formæ distinguitur, separatam a materia omnino est, & talis est omnis intellectus, & agens & possibilis. Alber. mag. in 11. metaph. 11. 2. cap. 31. char. 160. col. 1.

Intelligentiæ sunt formæ simplices, non tamen in fine simplicitatis: & nõ possunt super se reflecti in scientia essentię

essentię suæ, & in hoc dicunt eas habere modum compositionis, & non compositionem essentialē. Alb. mag. in 1. phys. ex 3. trac. cap. 11. c. 12. col. 2.

Intelligentiæ superiores formas influunt magis vniuersales, & inferiores minus vniuersales. Albertus magnus de caus. & process. vniuers. a caus. pri. l. 2. tra. 2. cap. 22. charta 214. column. 1.

Intelligentiæ propinquiore vni, & puro primo sunt minoris quantitatis in compositione, & maioris virtutis in influendo. Alb. mag. de caus. & process. vniuers. a cau. pri. l. 2. trac. 2. cap. 24. c. 214. col. 2.

Intelligentia intelligit per se, & immediate sempiterna, quæ nec destruitur, nec cadunt sub tempore. Alber. magnus de caus. & process. vniuers. a cau. pri. l. 2. trac. 2. cap. 27. c. 215. column. 2.

Intelligentia est in esse secundum modum essentialē, non secundum modum intellectualem, & esse, quod est creatum primum, est in intelligentia per modum intellectualem. Alb. mag. de caus. process. vniuers. a cau. pri. l. 2. trac. 2. cap. 29. c. 215. col. 4.

Intelligentia intelligit, quod ante se est, vt causatum ab ea, & quod post se est, vt ipsa est causa ei. Alber. mag. de caus. & process. vniuers. a cau. prim. l. 2. trac. 2. capit. 21. char. 216. column. 1.

Intelligentia mouet animam, vt desideratum mouet desiderium. Alb. mag. de caus. & process. vniuers. a cau. pri. l. 2. trac. 2. ca. 33. ch. 126. col. 4.

Intelligentia, quæ inter factas substantias prima est, secundum quod intelligit se a primo intellectu esse in lumine primi intellectus, est & ipsum lamē, & sic intelligentia est. Secundum autem, quod intelligit secundum id, quod lumen suum extendit ad aliud quoddam esse, & sic extenditur in animam, vel in id, quod loco animæ est. Secundum autem, quod intelligit se ex nihilo esse, & in potentia esse, ad materiale descendit, & sic fit id, quod primū mobile est sub forma corporeitatis. Alber. mag. de cau. & process. vniuers. a caus. pri. l. 1. trac. 4. cap. 8. char. 198. column. 3.

Intelligentia est vnum secundum substantiam, & esse, sed ad hoc, quod perfecta est, tria habet consequentia, scilicet intelligere se, secundum quod a primo est; intelligere se secundum id, quod est, & intelligere se, vt in potentia est: & hæc non variant substantiam, sed virtutes eius, & concomitantur ipsam in quantum ipsa secundum est. Alb. mag. de caus. & process. vniuers. a cau. pri. l. 1. trac. 4. ca. 3. c. 199. col. 1.

Intelligentia est substantia intellectualis ex se, non ex acquisitione, cuius primum lumen intellectualem ab omnibus mouentibus, & motis est desideratum; & ideo mouet immobilis omne id, quod est, vt desideratum immobile mouet desiderium. propter quod non est necesse, quod essentialiter sit per omnia extensum, sed presentia luminis, & influenza cęli, & potentia virtutis necesse est, quod sit per omnia, quæ desiderant ipsam: propter quod totum opus necessarium est opus intelligentiæ, a qua totū opus materiæ accipit rectam intentionem, & finem, & appetitum perfectionis. Alber. mag. de caus. & process. vniuers. a cau. pri. l. 2. trac. 1. cap. secundo. char. 200. column. 1.

Intelligentia, vt intelligentia secundum seipsam accepta non potest esse motor coniunctus, propter quod anima essentialiter extensa per totum suum mobile non est necessaria, sed a quodam principio, quod vocatur dextera a Peripatheticis virtutem motus influit toti mobili, & virtutem vitæ, vt anima animalium, a corde vitæ, & motū influit mēbris omnibus. Alb. mag. de caus. & process. vniuers. a cau. pri. l. 2. tr. 1. ca. 2. c. 200. c. 1.

Intelligentia causat per primam causam, & per seipsam, deficiens a prima, vt secundum deficit a primo. Alber. mag. de caus. & process. vniuers. a cau. pri. l. 2. trac. 1. capit. 2. char. 200. column. 1.

Intelligentia aliud est esse, & quod est, & aliud comparata ad primam causam, & aliud accepta secundum seipsam, & aliud comparata ad nihil, ex quo secundum seipsam est: tamen per hoc non diuiditur substantia eius. Alb. mag. de caus. & process. vniuers. a cau. pri. l. 2. trac. 1. cap. 3. c. 200. column. 2.

Intelligentia, quæ habet esse stans, & acquisitum secundum commensurationem, comparatur æternitati, quia extensione intellectualem extenditur cum ea, & non alteratur, nec destruitur aliquid in esse ipsius. Alb. mag. de caus. & process. vniuers. a caus. prim. lib. 2. tract. 1. cap. 10. char. 202. column. 4.

Intelligentiæ nomen equiuocum est ad formam in lumine acceptam, & ad substantiam, quæ essentialiter intellectus est exerens a se intelligentias, vt a causa prima. Primo modo est alia inferior, alia superior, vt intelligentia, quæ est esse creatum primum: inferior, vt vita, & ratio. Alb. mag. de cau. & process. vniuers. a cau. pri. l. 2. trac. 1. cap. 21. c. 205. col. 4.

Intelligentiarum positiones duę potissimum rationes cogunt. Prima est ex motu cęlestium, quia cum cęlestia a se moueantur, & nõ a generate, sequitur, quod natura non sit motor eorum. Secunda est, quia generatio est inquieta, & infinita, & generatio causam habet in cęlesti circulo, & cęlestis circulus cum sit multiformis, generationis infinitæ causa non erit, nisi per aliquid, quod continuum est, & vniforme, & hoc, nec natura est, nec anima. Relinquitur ergo, quod sit intelligentia, quæ vno modo se habet continue. Alber. mag. de caus. & process. vniuers. a cau. pri. l. 2. trac. 2. cap. 1. c. 207. col. 3.

Intelligentia de ratione sui nullius corporis est actus. Alber. mag. de caus. & process. vniuers. a cau. pri. l. 2. tracta. 2. cap. 5. c. 207. column. 1.

Intelligentiæ primæ influxus proportionalis est primæ cause. Alber. mag. de caus. & process. vniuers. a cau. pri. l. 2. trac. 2. cap. primo. c. 208. col. 1.

Intelligentia est substantia, quæ nõ diuiditur. Alb. mag. de caus. & process. vniuers. a cau. pri. l. 2. trac. 2. cap. 2. charta 208. column. 2.

Intelligentia est substantia intellectualis non possibilis, sed actiua, quæ est omnia facere, & nihil fieri per receptionem. Quia si fieri possibile esset, oporteret eam habere aliam suæ nature potentiam diuiniorem, per quā in actum educeretur. Alb. mag. de cau. & process. vniuers. a cau. pri. l. 2. trac. 2. cap. 2. c. 208. col. 2.

Intelligentia est substantia, quæ secundum esse intellectus est, quæ non diuiditur, nec magnitudo, nec cum magnitudine est, nec corpus, nec virtus in corpore, nec mouetur, nec cum motu est, nec motus. Indiuisibilis ergo est, & impartibilis non habens magnitudinē penitus, & in ordine suo quælibet intelligentia primus motor est. Alb. mag. de caus. & process. vniuers. a cau. pri. l. 2. trac. 2. ca. 3. ch. 208. col. 4.

Intelligentiæ multiplicatur per processum ex vno, quod est genus. Alber. mag. de caus. & process. vniuers. a cau. pri. l. 2. trac. 2. ca. 4. ch. 209. column. 1.

Intelligentia nulla cum alia conuenit, nec genere, nec specie, sed prima intelligentia, intelligentia est, & intelligentiæ inferiores nomen habent intelligentiæ: quia habent modum eius. Alb. mag. de caus. & process. vniuers. a cau. pri. l. 2. trac. 2. cap. 4. c. 209. col. 1.

Intelligentia vnica est in ordine quolibet, nullo modo numero multiplicabilis, vel multiplicata. Albertus magnus de caus. & process. vniuers. a cau. pri. l. 2. trac. 2. cap. 4. c. 209. column. 1.

Intelligentia est primum sciens in se, & secundum se insciens scientiam super reliqua oia quocumque modo. Alb. mag. de caus. & process. vniuers. a cau. pri. l. 2. trac. 3. cap. 14. c. 223. column. 1.

Intelligentia nec magnitudo est, nec cum magnitudine, T t nec

nec virtus magna, nec virtus in magno. Alber. mag. de caus. & proces. vniuers. a cau. prim. lib. 2. trac. 2. capit. 4. char. 209. colum. 1.

Intelligentia nec multitudine, nec magnitudine, nec motu diuisibilis est. Alb. mag. de caus. & proces. vniuers. a cau. pri. l. 2. trac. 2. cap. 4. c. 209. col. 1.

Intelligentia, & si sit vna, & indiuisibilis, tamen in ea est multitudo, & potentiarum, & habitudinum, Albert. mag. de caus. & proces. vniuers. a cau. pri. l. 2. tracta. 2. capit. 5. char. 209. colum. 2.

Intelligentia secundi ordinis ad intelligentias primi ordinis, & ad causam primam est in potentia ad causam primam; quia creatura eius est ad intelligentiam ordinis primi, quia influentia luminis illius formatur, & perficitur, & sic de alijs secundum ordinem descendendo, Alb. mag. de caus. & proces. vniuers. a cau. pri. l. 2. trac. 2. cap. 5. c. 209. col. 2.

Intelligentia ex actione nullam recipit diuersitatem, vt lux Solis a radijs emissis. Alb. mag. de caus. & proces. vniuers. a cau. pri. l. 2. trac. 2. cap. 6. c. 209. col. 3.

Intelligentia est substantia indiuisibilis, quia est secundum ens post primam causam, & per essentiam intellectus purus est, & non adeptus, vel acquisitus, nec de potentia factus secundum actum, sed agens vniuersaliter secundum ordinem, qui nullo modo cadit in diuisionem, & nullam habet magnitudinem. Alb. mag. de caus. & proces. vniuers. a cau. prim. lib. 2. trac. 2. capit. 7. char. 209. colum. 4.

Intelligentia cognoscit determinate inferiora cognitione quid est, hoc enim cognoscit ex hoc, quod est causa eius. Albert. mag. de caus. & proces. vniuers. a cau. pri. l. 2. trac. 2. cap. 10. char. 210. colum. 2.

Intelligentia verissimam habet de rebus cognitionem, & res cognoscit eo modo, quo constituuntur ab ipsa, vel eo modo, quo constituta ipsa est ab illis, qui est modus scientis, & non sciti. Alb. mag. de caus. & proces. & vniuers. a cau. pri. l. 2. trac. 2. ca. 11. c. 210. col. 4.

Intelligentiæ fluxus in triplici esse accipitur, vel prout intelligentia est, & vocatur causa, vel forma agentis per intellectum, vel prout est in fluxu luminis ab intelligentia, & vocatur fluxus, vel processus, vel prout est impressus rei constitutæ, cui dat esse, & rationem, & proprie vocatur impressio. Alber. mag. de caus. & proces. vniuers. a cau. pri. l. 2. trac. 2. ca. 12. c. 211. col. 1.

Intelligentia omnis scit, quod est supra secundum ordinem causati, quod ipsa recipit in fluxione, sed aliter, & aliter: scit enim, quod sub se est, per hoc, quod ipsa est causa ei constituens ipsam influens ei bonitates ad esse pertinentes, scit autem, quod supra se, quia accipit ab ipso, & acquirit bonitates se in esse constituentes, & formantes, Albertus magnus de caus. & proces. vniuers. a cau. prim. l. secundo, trac. secundo, cap. 13. char. 211. colum. 3.

Intelligentiæ virtus in causando maioris est simplicitatis, & vnitatis, quam sit aliqua rerum secundarum: quanto enim aliquid est primo simplici vicinius, tanto est vehementioris vnitatis. Alber. mag. de caus. & proces. vniuers. a cau. pri. l. 2. tr. 2. ca. 15. c. 211. col. 4.

Intelligentiæ virtus simplicior est, quam virtus animæ, vel naturæ. Alb. mag. de cau. & proces. vniuers. a cau. pri. l. 2. tr. 2. cap. 25. ch. 211. col. 4.

Intelligentia inferiora regit, & natura res naturales. Alb. mag. de caus. & proces. vniuers. a cau. prim. l. 2. trac. secundo, cap. 19. char. 113. colum. 1.

Intelligentia quæcunque intelligit, formis intelligibilibus intelligit, siue practice, siue speculative. Alber. mag. de caus. & proces. vniuers. a cau. pri. l. 2. tract. 2. cap. 20. char. 213. col. 1.

Intelligentia, quæ indiuisibilis est, & simplex substantia, & essentia, cui ipsa sit causa prima, est indiuisibilis forma, & simplex, & non vna forma post aliam, nec de-

terminata ad esse hoc, vel illud in indiuiduo, non etiã prout est in intellectu primæ causæ committitur oppositio, & diuersitas, & temporalitas, & compositio, & materia, Albertus magnus ex secundo de intell. & intel. cap. 1. char. 83. colum. 2.

Intelligentia quælibet agens ambit lumine suo omne illud, & totum, cui sicut materię, & sicut ei, quod ab ipsa mouetur, supponitur. Alb. mag. ex 2. de intel. & intel. cap. 2. ch. 53. colum. 3.

Intelligentiam aliquid inducere in materia generabili, nisi per motum orbis, non opinamur. Alb. mag. de motu. ani. l. 1. trac. 1. cap. 3. c. 41. col. 4.

Intelligentia dicitur magis, & minus vniuersalis, vt virtus plus ambiens vt virtus spheræ superioris ad inferiora. Albertus mag. in 11. physicor. trac. 2. cap. 19. char. 156. colum. 4.

Intelligentia secunda, & reliquæ se habent ad primam vt causatum ad causam, & in his quæ non habent materiam causalitatis causæ primæ est fundare, & sustentare secunda. Albertus mag. in 11. phys. trac. 2. ca. 20. char. 156. colum. 4.

Intelligentia spheris simplicibus totis præsidet, in stellatis stellæ præsidet, ita tamen, vt sine hic, & nunc sit in sphaera, & stella, licet maior virtus eius sit in vna parte quam in alia. Alb. mag. in 11. phys. trac. 2. cap. 26. char. 158. colum. 4.

Intelligentiæ sic se habent ad inuicem vt cæli, quos mouent. Alb. mag. in 11. phys. tr. 2. ca. 32. c. 160. col. 2.

Intelligentiæ nulli superiores inferiorum applicantur, sed inferioris superioribus. Albert. mag. in 11. phys. trac. 2. cap. 32. char. 160. colum. 2.

Intelligentiæ lumen est primū principium intelligibilitatis in omni re, vt lumen est primū principium visibilitatis. Alb. mag. ethic. 1. trac. 6. ca. 6. ch. 16. col. 3.

Intelligentia mouendo cælum mouet omnia, quia motu cæli causantur motus formales. Alex. de ales in 12. metaph. tex. 38. c. 343. col. 4.

Intelligibile, & intellectus idem est in separatis a materia. Alex. de ales 12. metaph. tex. 39. c. 344. col. 4.

Intellectus vt agens.

Intellectus agens separabilis est, & immixtus, & impassibilis, substantiæ actio existens. Arist. 3. de ani. sum. 1. cap. 3. tex. 19. char. 659.

Intellectus agens intellectus actu dicitur. Alex. aphrod. in 1. de ani. cap. 27. ch. 41. col. 2.

Intellectus agens, cum sit immaterialis, impassibilis quodque est, ac incorruptibilis. Alexan. aphrod. in 1. de ani. cap. 29. char. 41. colum. 4.

Intellectus agens proculdubio prima causa intelligitur ab Arist. Alex. aphr. in 1. de ani. ca. 29. c. 41. col. 4.

Intellectus agens de foris in nobis genitus est, & incorruptibilis, & est intellectus ab extra in nobis genitus, non autem animæ potestas, quæ in nobis sit, neq; habitus, per quem intellectus potentiæ cum res alias, tunc hunc ipsum apprehendat. Alexan. aphrod. in 1. de anim. cap. 29. c. 41. col. 4.

Intellectus agens impermissus, purus, & immaterialis est, nihilq; potestate habet. Semet itaq; solū intelligit, vt intellectus quod est, seipsum vt intelligibile intelligit: vt aut actu intellectus, & intelligibile, semet semper intelligit; vt solus demū, & simplex est, seipsum solum intelligit. Alex. aphr. in 2. de ani. ca. 17. c. 44. col. 4.

Intellectum agentem introduxit Aristoteles ab analogia, quæ in omnibus rebus existit. Est enim in omnibus rebus agens, patiens, & quod ex vtriusque proficiscitur, sic oportet esse quendam intellectum actiuum, qui intellectum in potestate, & materialē in actu possit educere: nihil enim potest alicuius esse actiuum, nisi actu sit. Alex. aphro. in 2. de anima cap. 18. c. 44. col. 4.

Intelligere,

Intelligere, & speculari, cum volumus, possumus: quia intellectus agens non vt ars seorsum a sua materia est, sed totus intellectus potentia inextens est. Them. in 3. de anima cap. 24. tex. 17. c. 85. col. 1.

Intellectus agens impermissus, impassibilisque est: intellectus autem potestatis quamuis eadem fere, qua intellectus agens, dignitate, ac autoritate polleat, quia tamen aliquando coniunctior addictiorque humanæ animæ est, videtur societate hac nobilitati suæ non nihil dispendij detrimentique facere. Them. in 3. de ani. ca. 23. tex. 17. c. 85. col. 1.

Intellectus agens substantia est & actus non de potentia aliqua profectus eductusve, sed suapte natura. Them. in 3. de ani. cap. 26. tex. 17. c. 85. col. 2.

Intellectus agens, vel vt melius dicamus, qui simplex actus est, non ex vno genere in aliud transit, nec componit quicquam, aut diuidit, nec discursu vtitur ad res noscendas, sed comprehensione quadam: omnes enim formas simul continet, & intelligit. Them. in 3. de ani. ca. 26. tex. 17. c. 85. col. 2.

Intellectus solus agens proprie, & maxime censendus est forma, immo forma formarum. Them. in 3. de ani. ca. 27. tex. 17. c. 85. col. 3.

Intellectum agentem Aristoteles opinatus fuit, aut aliquid nostri esse, aut nosmetipsos. Them. in 3. de ani. cap. 31. tex. 19. c. 86. col. 2.

Intellectus agens vnus omnibus est, alioquī intelligere mutuo intelligique non possemus. Them. in 3. de ani. ca. 32. tex. 19. c. 86. col. 3.

Intellectus agens, & intellectus potentiæ ambo separati sunt, sed agens magis quam potentiæ: agens dignitate, & natura prior est intellectu potentiæ, qui prior videtur tempore esse, quamuis re vera non sit. Them. in 3. de ani. ca. 36. tex. 19. c. 86. col. 4.

Intellectum agentem, & potentiæ immortalem esse, & Aristoteles, & Theophrastus sentiunt. Them. in 3. de ani. cap. 39. tex. 19. c. 87. col. 3.

Intellectus agens cum sit liber ab omni potentia, neque naturalium, neque priuationem intelligit. Them. in 3. de ani. cap. 45. tex. 25. c. 88. col. 2.

Intellectus noster, vt qui similitudinem pertenuem refert agentis, veritatem simplicem non attingit, sed tantum falsitati oppositam. Them. in 3. de anima ca. 45. tex. 25. c. 88. col. 2.

Intellectus, qui prouentu ad extra perficitur, intelligitur separabilis ab omni materia, vt animā, tum substantiam, & præstantiorem intellectum, cum ea, quæ quadam ratione sunt separabilia, vt mathematicas, & naturales formas, non quia ad hoc vt sint, subiecto indigeant & ea ratione separabiles sint, sed quia alia determinant, inseparabiles ab ipsis existunt. Simplic. in 3. de ani. ex fec. 1. tex. 11. c. 61. col. 3.

Intellectus si negatiue operatur, vt ait Aristoteles, ergo de nostro intellectu verba facit, non de diuino. Ioan. gramm. in 3. de ani. tex. 21. c. 88. col. 2.

Intellectum exterius existentem non tractat hic Aristoteles, cum nō tractatum theologicum instituerit, sed de intellectu, qui est pars animæ. Ioan. gramm. in 3. de anima tex. 1. c. 83. col. 4.

Intellectum humanum non diuinum hic cōsiderare Aristoteles facile colligere possumus, cum dicat cū actiuo idem esse subiecto, nec non actiuum intellectum etiam immortalem esse, cum sit idem subiecto. Ioan. gramm. in 3. de ani. tex. 49. c. 94. col. 3.

Intellectus agens ponit intellectum materiale esse in actu ea ratione, qua ars ipsa ponit formas artificiales in materiam ipsius artis. Auerr. in 3. de anim. tex. 5. ch. 161. colum. 2.

Intellectus agens, qui intelligibilia creat, ita se habet, vt intellectus, qui discernit, seu distinguit, & diuidit, & qui intelligibilia recipit. Nam vt intellectus agens

nunquam desistit, quin intelligibilia creet, eaque absolute generet, & si aliquod subiectum reperatur expers huiusce generationis, ita & ipse intellectus diuidens, & discernens se habet. Auerroes 3. de anim. tex. 5. char. 165. colum. 4.

Intellectus agentis ratio ad intellectum naturalem est, vt luminis ad diaphanum. Nam vt lumen est perfectio, & actus ipsius diaphani, ita intellectus agens est actus materialis intellectus: & vt diaphanum non mouetur a colore, nec recipit ipsum, nisi ibi fuerit lumen, ita intellectus is non recipit hæc intelligibilia, nisi perficiatur ab eo intellectu, & ab eo illuminetur. Et vt lumen reddit colorem in potentia existentem, colorem in actu sic vt possit mouere diaphanum, ita intellectus agens reddit ipsos conceptus, qui sunt in potentia intelligibiles, actu intelligibiles, ita, vt intellectus materialis eos recipiat. Auerroes tertio de anim. tex. 5. char. 166. colum. 2.

Intellectus agens non habet in se potentiam ad recipiendum formas. Auerroes de anima tex. 19. char. 170. columna prima.

Intellectus agens nihil intelligit eorum, quæ sunt hic. Auerr. 3. de ani. tex. 19. char. 170. col. 1.

Intellectus agentis ad intellectum patientem proportio est, vt principij mouentis proportio ad materiam motam. Auerr. 3. de ani. tex. 19. c. 170. col. 2.

Intellectus agentis a materiali diuersitatem nō scimus, nisi per diuersitatem suarum actionum. Auerr. 3. de ani. tex. 19. c. 170. col. 2.

Intellectui agenti accidit quandoque agere in res existentes hic, & quandoque non: intellectui autem materiali accidit aliquando, vt iudicet res existentes hic; aliquando non. Auerr. 3. de ani. tex. 19. c. 160. col. 2.

Intellectus agentis actio est generare, intellectus materialis est informari. Auerroes tertio de ani. tex. 20. char. 171. colum. 2.

Intelligibilia, quæ natura adipiscimur, necessarium est, vt reperiantur, & proueniant a re, quæ est de se ipsa intellectus denuatus, & abstractus a materia, quæ est intellectus agens. Auerr. 2. de ani. tex. 39. c. 179.

Intellectus agens proportionem assimilatur formæ, & intellectus adeptus assimilatur materiæ. Auerroes tertio de ani. tex. 37. c. 179. col. 2.

Intellectui agenti non copulamur in principio, sed in fine; quia dum est forma existens in nobis in potentia, est coniunctus nobis potentiæ: & dum est coniunctus nobis potentiæ, non possumus intelligere quicquam per ipsum, nisi efficiatur forma in actu; quod fit, cum actu coniungitur, & tunc intelligimus per ipsum omnia illa, quæ intelligimus, & agimus per cum actionem sibi propriam. Auerroes tertio de anima text. 36. char. 180. colum. 2.

Intellectus agens non tantum est causa in intellectu materiali per viam efficientis, & motoris, sed per viam vltimæ perfectionis, id est, per viam formæ, & finis. Auerr. de ani. beatit. cap. 3. c. 65. col. 1.

Intellectus agens primum intelligit, & omnia secunda, & seipsum, & quæ non sunt actu intelligibilia, reducit ad intelligibilia actu. Auerroes de ani. beatit. cap. 4. charta. 65. columna 4.

Intellectus agens ea, quæ facit actu intellecta, eleuat a gradu essentia, in quo erant ad gradum nobiliorem essentia, plusquam eis sit concessum a parte naturæ ipsarum. Auerr. de ani. beatit. cap. 4. c. 65. col. 4.

Intellectus agens habet de sua virtute, & opere prouidentiam, quæ est in animali rationali, & apprehendere illam est vltima perfectio animæ; nanq; illud est finis, & vita beata. Auerr. de ani. beatit. ca. 5. c. 65. col. 2.

Intellectus agentis substantia est vna, quamuis gradus suus contineat id, quod dependet ab omnibus animabus rationalibus receptiuis beatitudinis, & hoc est

T t 2 quod

quod vocatur spiritus sanctus. Auerr. de ani. beatit. cap. 5. ch. 66. col. 2.

Intelligentia agens est quasi forma in intellectu materiali, & ipsa agit intellecta, & recipit ea secundum intellectum materiale, & intellectus materialis non est generabilis, nec corruptibilis, & intellectus in habitu habet partem generabilem, & corruptibilem. Quod autem corrumpitur est actio eius in se, aut non corrumpitur, & quod ex extrinseco intrat nos. Si enim generabilis esset, transmutaretur, & si fieret sine transmutatione, esset ex nihilo: ideo intellectus, qui est in potentia, est quasi locus istius intellectus, non materia. Et si actio istius intellectus, ut copulatur cum intellectu materiali, esset non generabilis, tunc actio eius esset substantia eius, & non copularetur necessario cum intellectu materiali. Sed cum fuerit copulatus cum intellectu materiali, erit actio eius, ut copulatur cum eo, actio alia a substantia eius: & fuit aliud, quod agit substantia, & est alij non sibi; & ideo possibile est, ut aliquod æternum intelligat aliquod generabile, & corruptibile. Si igitur hic intellectus denudatur apud perfectionem humanam a potentia, necesse est, ut destruat ab eo hæc actio, quæ est alia ab eo, & tunc aut non intelligemus per hunc intellectum omnino, aut intelligemus, ut actio eius est substantia eius, & impossibile est, ut in aliqua hora non intelligamus per ipsum. Relinquitur ergo, cum iste intellectus denudatus fuerit a potentia, ut intelligamus per ipsum, secundum quod actio est substantia eius, & est ultima prosperitas. Auerroes in 12. metaphysic. tex. com. 17. char. 142.

Intellectus agens intelligit res, quæ sunt hic, sed nobiliori modo quam nos, aliter nulla esset differentia inter ipsum, & nos. Auerroes in epitom. metaph. trac. quarto. c. 183. colum. 3.

Intelligibile ipsius intellectus qui agit ipsum intellectum agentem, nil aliud est, quam intelligibile intellectus agentis, quia hoc, & illud idem est specie, sed aliquo modo nobilior. Auerroes epitom. metaph. tracta. 4. char. 283. colum. 4.

Intellectus agens est dator formarum corporum simplicium, & aliorum. Auerroes epitom. metaph. trac. 4. char. 185. colum. 1.

Intellectus agens vniuersaliter est agens in actu, & nunquam de potentia exit ad actum, cum tamen aliquando agat, & aliquando non agat: quia aliquando ei appropinquat id, in quod agit, aliquando non. Alb. mag. in 8. phys. trac. 1. cap. 14. c. 94. col. 2.

Intellectus agentis virtute prima operatio est secundum principia materiæ matris: & secunda est operatio intellectus eiusdem secundum ea, quæ sunt in semine patris, & terminus generationis est secundum lucem propriam tantum. Et sicut cum vegetatiuum est in sensitiuo, terminat vegetatiuum suas operationes, ita cum sensitiuum est in rationali, terminat in rationali sensitiuum operationes suas. Alber. mag. de nat. & orig. animæ trac. 1. cap. 45. c. 69. col. 3.

Intellectus vniuersaliter agens comparatur ad intellectum possibilem, & ad intelligibilia, ut lux solis ad perspicuum, & colores. Alber. mag. de nat. & orig. animæ trac. 1. cap. 7. c. 70. col. 2.

Intellectus agens tale lumen habet cum formis rerum, quale habet lux corporea cum coloribus. Alb. mag. de nat. & orig. animæ trac. 2. cap. 15. c. 77. col. 3.

Intellectus agens ordinis determinati per illustrationem super se factam agens est, & particulare agens est, & non de se secundum id, quod est agens est; quia non secundum id quod est, agere potest, sed potius agit secundum illud, quod se habet ad antecedentem intellectum, & secundum illud esse, quod super ipsum, & in ipsum emanat ab intellectu ordinis se antecedentis. Albertus magnus de caus. & proces. vniuers. a causa 1. trac. 2. cap. 1. ch. 191. col. 1.

Intellectus agentis actus constituit omnem formam sensibilem & materialem. Alb. mag. de caus. proces. vniuers. caus. 1. l. 2. tr. 2. ca. 11. ch. 210. col. 4.

Intelligentia agentem tantum habet intellectum, qui lumine suo omnia agit intellecta. Albertus magnus de caus. & proces. vniuers. a cau. 2. l. 2. tra. secundo. ca. 33. char. 216. colum. 4.

Intellectus agens confert formam intellectionis intellectui intelligibili, & passibili. Alb. mag. in 3. de anima trac. 2. cap. 17. c. 40. col. 4.

Intellectus agens est pars animæ nostræ. Alb. mag. in 3. de ani. trac. 2. ca. 18. c. 41. col. 1.

Intellectus agens vniuersalis est ad agendum, & patiens ad recipiendum. Albertus magnus in 3. de ani. trac. 2. cap. 18. c. 41. colum. 2.

Intellectus agentis duæ sunt operationes: prima est abstrahere formas intelligibiles, quæ nihil aliud est, quam eas simplices, & vniuersales facere: secundum est illuminare intellectum possibilem. Alb. mag. in 3. de ani. trac. 2. ca. 19. c. 41. col. 2.

Intellectus agens est forma possibilis, & isti duo vnum sunt ut compositum, sed operationibus sunt diuersi. Alber. mag. in 3. de ani. trac. 2. ca. 19. c. 41. col. 3.

Intellectus agens est pars, & potentia animæ, sed lumen eius, quo operatur intellecta, licet hoc non semper actu coniunctum sit intellectui possibili, quia etiã est separatus. Albertus magnus in 3. de anima. tra. 3. tex. 11. char. 44. colum. 3.

Intellectus agens magis est separatus quam possibilis. Alber. mag. in 3. de ani. trac. 3. ca. 11. ch. 44. col. 3.

Intellectus agens licet natura sua sit separatus, tribus tamen modis coniungitur nobis: a natura enim coniungitur ut potentia, & virtus animæ, & ut efficiens coniungitur faciendo intellecta speculata, & ex his duabus coniunctionibus non est homo perfectus, ut oportet opus diuinum: tandem coniungitur ut forma, & causa eius coniunctionis est intellectus speculatiuus, & ideo speculatiuus est ante adeptum, & tunc homo, ut homo perfectus est. Alber. mag. in 3. de anima. trac. 3. cap. 11. ch. 44. col. 3.

Intellectus agentis operatio est abstrahere non tantum a materia, sed vniuersaliter ab hoc particulari, cuius intentio est in anima sensibili: hoc autem abstrahere nil aliud est, quam accipere vniuersale ex particulari. Albertus magnus ex 1. de intel. & intell. trac. 1. ca. 1. char. 52. colum. 1.

Intellectus agens, est perfectus & supra perfectum perfectiones omnes habens, & largiens omni ei, quod secundum esse intellectualem perficitur. Alb. mag. in 2. de intel. & intel. ca. 3. c. 54. col. 1.

Intellectus agens est pars animæ, & forma humanæ animæ. Alb. mag. in 11. metaph. trac. 1. cap. 9. c. 149. col. 3.

Intellectus omnis agens eius, quod agit præhabet formas, alioquin ageret casu. Alb. mag. in 11. metaph. trac. 2. cap. 19. c. 156. col. 3.

Intellectus agens facit ipsa intelligibilia esse actu, quæ prius erant in potentia, quia abstrahit ea a materia. D. Th. in 3. de ani. l. 10. tex. 18. c. 57. col. 4.

Intellectus agentis lux est imago regularum æternarum. Alex. de ales in 7. metaph. re. 28. c. 214. col. 2.

Intellectus agens per principia deducit possibile ad naturam scibilis, ut principale agens per instrumentum deuenit ad artificiatum, & operatum. Alex. de ales in 2. metaphysic. c. 34. col. 4.

Intellectus, ut possibilis.

Intellectus potentia quodammodo est intelligibilis, non in actu antequam intelligat, sed ut tabula, in qua nihil

nihil actu descriptum est. Arist. tertio de anima. ca. 2. tex. 14. char. 658.

Intellectus, qui est in potentia, prior est in tempore in vno, omnino autem neque tempore, sed non aliquando quidem intelligit, aliquando autem non. Separatus autem est hoc solum, quod quidem est, & hoc solum immortale est & perpetuum. Non reminiscimur autem, quia hoc quidem impassibile est. passius autem intellectus corruptibilis est, & sine hoc nihil intelligit. Arist. 3. de ani. su. 1. cap. 3. tex. 20. c. 659.

Intellectus potentie is est, quem tunc habemus, cum generamur, ac in lucem edimur. Alex. aphro. in 1. de ani. cap. 23. c. 40. col. 3.

Intellectus potentie ad hominis animam solum pertinet videtur, ut qui vnus affectiones suas habeat, & rationi subiectas, & ad rationem, cui consentiant, ordinatas, quod non in reliquis animalibus cernitur. Themist. in 3. de ani. ca. 21. tex. 14. c. 84. col. 4.

Intellectus potentie formas materiales, & omnes notiones de singularibus sensibus collectas non potest se distinguere, neque ex vna earum in cogitationem alterius transitum facere, neque componere, sed illas a sensibus, & imaginatione acceptas, & materia exutas in memoria, ut in promptuario custodit, deinde ingruente luce intellectus agentis, massamque illam intrante efficitur, ut vnus cum illo euadat, atque libero discursu omnia rimari, ac considerare, & cognoscere possit. Them. in 3. de ani. ca. 24. tex. 17. c. 85. col. 1.

Intellectus potentie prior est in homine, quam intellectus agens, quia habilitas omnis prior est actu. Them. in 3. de ani. ca. 26. tex. 17. c. 85. col. 2.

Intellectus potentie habet diuisas notiones in eo, quod variè artes notitiæ, & scientiæ collocantur. Them. in 3. de ani. ca. 26. tex. 17. c. 85. col. 2.

Intellectus potentie impassibilis, & separatus est, qui formas rerum concipere potest, quia nihil est actu, sed potentia, qui cum corpore commisceri nequit, & cui nullus usus corpore instrumenti est. Them. in 3. de anim. cap. 35. tex. 19. c. 86. col. 4.

Intellectus potentie æternus, impassibilis, separatus, & ab omni corporis mixtione confusioneque est alienus. Them. in 3. de ani. ca. 35. tex. 19. c. 86. col. 4.

Intellectus potentie præuenit intellectum agentem modo, quo splendor lucem, & quo flores fructum. Themist. in 3. de ani. ca. 36. tex. 19. n. 86. col. 4.

Intellectus potentie talis est, ut contraria contrariis quodammodo intelligat. Them. in 3. de ani. cap. 42. tex. 24. ch. 88. colum. 1.

Intellectus potentie res penitus abiunctas materia comprehendere potest: nam qui naturas materiales intelligit amolendo materiam, longe facilius intelligat necesse est, quæ per se abstracta dispendium huius operæ nobis remittunt, quia non est inferior intellectus potentie ab intellectu agente, quod hoc non attingat, ille attingat immaterialia, sed eo quod hic semper attingat, & non semper intelligit, ille attingit, & intelligit semper. Themist. in tertio de anim. cap. 51. tex. 36. char. 89. colum. 1.

Intellectus potentie secundaria est intellectus respectu illius, qui secundum primam substantiam intellectus est, neque adeo illi intellectui par, sed remissus, & subalternatus. Simplicius in 3. de anim. ex sec. 1. tex. 3. char. 59. colum. 1.

Intellectus animæ nostræ substantialis, neque vere permanet semper in conuersione in seipsum facta, neque omnino recedit, ut passibilis intellectus, qui ab extra est proueniens; idque ideo ne ipse quoque altero perficiente indigeat. Tantum enim substantialis ipse intellectus remittit ut sincere non intelligat, sibi tamen tamē sufficiens sit ad sui ipsius perfectionem, tantum, ut ab extra proueniens perficiat. Postremo in illius recessu, attamen absoluto in ipsum stet regressu, quando quidem separatus vere est, quod est. Medietas ergo in causa est, ut substantialis intellectus haud pure maneat. Simp. in 3. de ani. ex sec. 1. tc. 15. c. 62. col. 4.

Intellectus proueniens, cum adhuc esset imperfectus, nec actu erat intellectus, nec intelligibilis, sed potestate vtrunque. Qui vero iam perfectus fuerat, & intellectus erat, & intelligibilis iuxta secundum significatum eius, quod potestate, ut & agere, & intelligere aliquando ipsum per seipsum possit. Verum hac ratione passibilis est, quia ab altero perficitur. Concurrit igitur cum intellectu intelligibili, qui eiusdem est ordinis cum ipso, & simul perficitur. Simp. in 3. de anim. ex sec. 2. tex. 19. c. 64. col. 2.

Intellectus adueniens ab extra, quique potestate, ac passibilis dicitur, aliquando est verus, aliquando falsus, sed intellectus substantialis semper verus est. Simpl. in 3. de ani. ex sec. 2. tex. 26. c. 68. col. 3.

Intellectus proueniens adhuc imperfectus existens contemplatur verum, vel falsum, at nondum bonum, vel malum percipit, sed bonum ipsum assequitur, non tantquam aliud præter veritatem, sed ipsam veritatem, ut præstantissimum finem. Simpl. in 3. de anim. ex sec. 2. tex. 27. c. 69. colum. 2.

Intellectus si datur in potentia, datur etiam intellectus in actu, qui est agens intellectus, qui extrahit illum intellectum de potentia ad actum. Auerr. 3. de ani. tex. 5. chat. 167. colum. 2.

Intellectus possibilis efficitur omnia modo similitudinis, & receptionis. Auerr. 3. de anima. tex. 18. ch. 169. columna quarta.

Intellectus, qui est in potentia, prius continuatur cum nobis, quam intellectus agens. Auerr. 3. de ani. tex. 20. char. 170. colum. 4.

Intellectus, qui est in potentia, receptio diuersa est a natura receptionis sensus, quia intellectus materialis habet intelligere omnes formas. Auerr. de ani. beatit. capit. 2. ch. 64. colum. 2.

Intellectus possibilis non educitur, ut actu fiat sciens, nisi per instrumenta, & principia, quæ habet apud seipsum. Alb. mag. in poster. c. 172. col. 3.

Intellectus possibilis non potest intelligere ea, quorum principium in se non habet. Albertus mag. in poster. char. 172. colum. 4.

Intellectus possibilis se habet ad intelligibilia, est enim connaturalis formis intelligibilibus; ideo se habet ad intelligibilia, ut tabula rasa ad picturam, quia in tali habitudine superficies tabulæ est substantia imaginis ad lineas figuræ imaginis terminata. Alb. mag. de nat. & orig. ani. trac. 1. cap. 7. ch. 70. col. 2.

Intellectum possibilem, ait Alex. Aphr. solum esse in anima, & esse formam corporis complexionati plus inter corpora ab excellentia contrariorum recedentis, & ad conuenientiam celi accedentis: propter quod nobilior in ipso resultat conuenientia perpetui corporis, quæ in perspicuo, quod est forma corporis simplicis ex conuenientia, quam habet cum perpetuo superius corpore: & cum in perspicuo aeris resultat forma secundum esse spirituale, quæ esse materiale habet in corpore terminato, qua resultat forma corpus hominis cum celo conuenit forma intellectualis ex luce intelligentiæ irradiantis super animam. Hæc autem phantasia falsa est, quia perspicuum tantum est clarius in corporibus, quantum ipsa corpora fuerunt magis rara, & tenuia: corpus autem hominis habet densitatem multam, & est terminatum: ideo minorē conuenientiam habet cum celo in perspicuitate, quam elementum simplex: nec in spiritu animalis receptio illa formarum intellectualium esse potest, quia nulla forma secundum esse naturalis est in spiritu, sed potius est in eo particularis sub materiæ intentionibus, & ideo non complectur in illa intellectus

lectus aliquis. Amplius iuxta ipsius opinionem non inducitur forma ab intellectu agente, quæ prima est in tota natura, quæ aliquid similitudinis habeat cum ipso in separatione, quod absurdum est: quia omnia agentia in generatione aliquid suæ similitudinis in generato consequuntur. Albertus mag. de natu. & orig. ani. trac. 2. ca. 5. c. 72. col. 3.

Intellectus possibilis est virtus, quæ nec corpus est, nec in corpore operans, sed tamen est substantia fundans intellectum agentem. Albertus mag. contra Auer. de vnit. intel. ca. 7. c. 83. col. 3.

Intellectus possibilis designans substantiam animæ in seipsa, est in duplici potentia: quarum vna est ad intellectum agentem, secundum quem dependet ad causam primam: & secunda est ad intelligibile, quod mouet sub actu intellectus agentis. Et quamuis numeretur intellectus possibilis sic acceptus, tamen est separatus, & materiæ non mixtus, & nulli nihil habet commune. Sed hæc separatio non aufert, quin sit aliquid designatum in genere substantiæ. Alb. magnus contra Auer. de vnit. intel. ca. 7. c. 84. col. 3.

Intellectus possibilis speculatiuus, & adeptus subiecto idem sunt, licet forma, & ratione differant. Alb. mag. de cau. & proces. vniuer. a cau. pri. li. 2. trac. 2. cap. 35. char. 216. colum. 2.

Intelligere, & intellectus possibilis post mortem sunt æquiuoca ad intelligere in vita, cum vtitur sensu. Alber. mag. in 3. de ani. tra. 2. ca. 19. c. 41. col. 3.

Intellectus possibilis si non esset separatus a materia, tunc esset, vel forma corporis, vel forma operans organice in corpore: & quocunque modo forma quæcunque esset indiuidua, & particularis per ipsum, & particulare non est intelligibile, nisi potentia, & sic sequeretur intellectum actu ab ipso non esse. Alb. mag. in 3. de ani. trac. 2. ca. 3. c. 36. col. 3.

Intellectus possibilis si vnus communis omnibus esset, philosophia a me acquisita eodem modo ab omnibus acquireretur. Alber. mag. in 3. de anim. trac. 2. cap. 3. char. 36. colum. 2.

Intellectus possibilis est immixtus, separatus, & impassibilis, & non hoc aliquid. Alb. mag. in 3. de ani. tra. 2. cap. 12. c. 38. colum. 3.

Intellectus possibilis potentia per formam intellectualis nature terminatur ad ens vnum in mundo, & in natura est determinata, & non est materiæ potentia, sed æquiuoca ad potentiam materiæ. Alb. mag. in 3. de ani. tra. 2. ca. 12. c. 38. colum. 4.

Intellectus possibilis duas habet comparationes: primo, quia comparatur ad agentem, vt completur suo lumine: secundo comparatur ad formas ex phantasijs elicitas, vt ab eis motas. Albertus magnus in 3. de anima. tra. 2. ca. 19. c. 41. col. 2.

Intellectus possibilis cum procedit de potentia ad actum, vtitur reminiscencia, sensu, imaginatione, & phantasia; quia ex sensu accipit experientiam, & ex experientijs memoriam, & ex memorijs vniuersale, & cum habet scientiam, vocatur intellectus adeptus, & non indiget amplius virtutibus sensibilibus. Alb. mag. in 3. de ani. tra. 2. ca. 19. c. 41. col. 3.

Intellectus possibilis est non materia, sed vt materia quedam: ad ipsum autem vnitur agens, vt lumen ad diaphanum, & speculatiuus vnitur, & comparatur ad possibilem, vt instrumentum; comparatur autem ad agentem, vt minus formale recipiens actum, & virtutem a magis formale. Alb. mag. in 3. de anim. trac. 3. cap. 11. ch. 44. colum. 4.

Intellectui possibili quatuor attribuuntur. Primum, quod indiuisibilis substantiæ existens, potentia est omnia intelligibilia. Secundum, quod se habet ad omnia intelligibilia, vt tabula rasa in qua non exigitur aliqua præparatio, quod imago sit in ipsa. Tertium, quod ip-

se est potius locus intelligibilium, quam materiæ. Quartum, quod intelligibilium, vt sensus sensibiliū, est species. Albertus magnus in 2. de intel. & intel. cap. 4. c. 90. colum. 1.

Intellectus possibilis ad corpus cum accedit, efficitur distans a lumine intelligentiæ sicut perspicuum distat in aere a natura luminosi in seipso. Alb. mag. de intel. & intel. cap. 4. c. 90. col. 2.

Intellectus possibilis in actu efficitur per lumen intellectus agentis: & quod in omni eo, quod intelligit, hoc intelligit; & cum seipsum intelligit in actu, se intelligit in lumine intellectus agentis. Alb. mag. in 2. intel. & intel. cap. 5. c. 90. col. 3.

Intellectus possibilis inuenit, & intelligit se in omni intellectu secundum actum factum, & seipsum intelligit, quando id, quod intelligit, in qualibet re intelligibili intelligit, & quod suum intelligere est ipsum in actu esse. Albertus magnus in 2. de intel. & intel. cap. 5. charta 90. columna 3.

Intellectus possibilis, & agens in omni intellectu secundum actum factum intelligitur. Alb. mag. in secundo de intel. & intel. cap. 6. c. 90. col. 4.

Intellectus possibilis est fundamentum omnium intellectuum, & lumen agentis, & dispositio, & quasi instrumentum ad intellectum principiorum, & ad intellectum, qui dicitur in effectu, & ad intellectum adeptum, & ad intellectum assimilatiuum, qui per gradus applicationis luminis inferioris ad lumen superius accendit vsque ad lumen intellectus diuini, & in illo stat, vt in fine. Albertus magnus in 2. de intel. & intel. cap. 9. char. 95. col. 1.

Intellectus possibilis non est præparatio in corpore, vt mentitus est Alexander, eo quod nec forma est armoniæ corporis, nec aliquid consequens armoniam, sed est locus specierum intelligibilium. Alber. mag. in 11. metaph. tr. 1. c. 149. ca. 9. col. 3.

Intellectus possibilis quamuis in omnibus vnus est, vt in intellectu est, non tamen vnus est, vt radicetur in substantia processionis talis, quæ in totum ab intelligentia procedit, & distat, vt continetur cum continuo, & tempore. Per hoc enim vnus est vnus, & alius alterius, & imperfectus in vno, & perfectus in alio. Alber. mag. ethicor. 6. trac. secundo. cap. 17. ch. 75. col. 1.

Intellectus possibilis reducitur per species rerum sensibilibus in actum. Diuus Thomas in 2. de ani. l. 6. tex. 43. char. 9. colum. 3.

Intellectus noster possibilis est in potentia tantum ordine intelligibilium, fit autem actu per formam aphantasmatis abstractam. Diuus Thomas in secundo de ani. l. 6. tex. 33. ch. 21. col. 1.

Intellectus possibilis noster cognoscit seipsum per speciem intelligibilem, non autem intuendo essentiam suam directe, quia nihil cognoscitur, nisi secundum quod est in actu. Diuus Thomas in 2. de ani. l. 6. tex. 33. char. 27. colum. 1.

Intellectus dicitur pati, vt est quodam modo in potentia ad intelligibilia, & nihil est actu eorum antequam intel ligat. D. Tho. in 3. de ani. l. 9. te. 14. ch. 57. col. 2.

Intellectus possibilis est in potentia ad intelligibilia, vt indeterminatum ad determinatum. D. Tho. in 3. de ani. l. 10. tex. 19. c. 58. col. 2.

Intelligibilis species, vt est vnum cum intellectu possibili, est abstracta a phantasmatis. D. Tho. in 3. de anima. lec. 7. tex. 7. c. 55. col. 4.

Intellectus possibilis actio est scire. Alex. de ales in pri. metaph. c. 2. colum. 3.

Intellectus possibilis est potentia passiuæ, & intellectus agens est potentia actiuæ, qui illuminat intellectum possibilem, & hic illuminatur ab intellectu agente, quæ illuminatio est scientiam habere. Alexan. de ales in 1. metaph. cli. 2. colum. 3.

Intellectus possibilis continet locum materiæ in spiritalibus. Ale. de ales in 9. metaph. te. 4. c. 63. c. 1.

Intellectus, vt separatus.

Intellectu excepto animæ reliquæ partes separabiles non sunt. Aristoteles in 2. de anim. summ. 1. cap. 2. te. 22. chart. 619.

Intellectus separabilis dicitur extrinsecus, & separatur a nobis, non tanquam alio migrans, locumque commutans, sed vt per se existens, & non cum materia: separatur autem a nobis, quoniam non intelligitur, non quod alio demigret; ita enim, & in nobis gignitur. Ale. aphr. in 2. de ani. c. 23. c. 45. col. 3.

Intellectus anime separatus ex substantia sui actus est, sed non eodem modo, quo is, qui semper separabilis est. Noster nanque nondum separatur ab ipsa cognitione inseparabili a secunda, nec ipsam quoque actionem perfectam cum substantia coniungit, aut et quantum aptus natus est, sed adhuc imperfectus, quod Arist. potestate dixit, quia natus est aptus, vt perficiatur. Simp. in 3. de ani. ex se. 2. te. 20. ch. 64. col. 3.

Intellectum natura aptum esse abstrahere formas ipsorum intelligibilium, & eorum quidditates concludit ex suppositionibus suis. Auer. pace, quæ quidditates si dicuntur vniuoce de quidditatibus intelligentiarum separatarum, & rerum materialium, propositio est vera: sed si æquiuoce, est falsa. Auer. 3. de ani. t. 36. c. 177. c. 4.

Intellectus separatus non intelligit, nisi seipsum, & seipsum intelligit cum intelligit omnia entia: eius enim intellectio non est nisi ordo, & propositio, quæ est in omnibus entibus; & iste ordo, & propositio est illa, quam recipiunt potentie actiuæ habentes ordinem, & propositionem repertam in omnibus entibus. Auerroes ex destruc. destruc. disputatio. 6. charta 38. columna secunda.

Intellectus non habet alligationem alicui virtuti anime alligatione formæ in subiecto; nam si esset alligatus alicui virtuti anime, non operaretur nisi ex virtute illa, & si hoc esset, non apprehenderet virtutem illam: ideo intellectus est separatus. Auer. contra Algaz. in phys. disp. 2. c. 60. col. 2.

Intellectus in anime rationalis natura ingreditur ab extrinsecis in conceptum, non quod intellectus primus causet ipsum extra nature opus, sed quia educit eum de luce sua, & non de aliquo naturali principio. Alb. magn. de natur. & orig. ani. tract. 1. c. 5. c. 69. col. 2.

Intelligentiarum separatarum quicquid secundum vnâ rationem formæ est sigillum, secundum esse, & potestatem non dependet a corpore. Albert. mag. de nat. & orig. ani. tra. 2. c. 6. c. 73. col. 2.

Intellectus liber, & separatus ab omnibus esse dignoscitur, quia seipsum, & omnia apprehendit organa. Virtus autem nulla operans in corpore suum apprehendit instrumentum, quia nec visus, nec auditus, nec imaginatio, nec aliqua alia virtus in corpore operans se, vel suum apprehendit organum. Alb. mag. de nat. & orig. ani. tra. 1. c. 2. c. 71. col. 2.

Intellectus secundum aliquem modum separatus est, & secundum aliquem modum est determinatus ad esse in genere entis, & substantiæ, quia nihil est distinctum per hoc, quod est vniuersaliter separatum a genere entis, & substantiæ. Albertus magnus contra Auerro. de vnit. intel. c. 7. c. 83. col. 4.

Intellectus separatus est secundum se ab omni materia, & materiæ appenditijs, & ideo resultatio sua aliquam habebit separationem, quam omnis anima assequitur in hoc, quod est supra materiam, non oppressa ab ea, vt opponitur forma materiæ. Alb. mag. de princ. mot. proces. tra. 2. c. 13. c. 185. col. 2.

Intellectus per hoc scientificus est, quia omnino immunis

est a materia. Alb. magn. de caus. & proces. vniuer. a caus. 1. l. 1. tract. 2. cap. 3. ch. 191. col. 4.

Intellectus, & intellectiua pars secundum quod intellectiua est, nullius corporis est actus. Alb. mag. de caus. & proces. vniuer. a caus. prim. l. secund. tract. 2. capit. 36. chart. 317. column. 2.

Intellectus separatus est intellectus intelligentiæ, cuius intellectus homo est imago quædam ambiens suum mobile, quod est corpus hominis, vt intelligentia separata ambit suum mobile, quod est sphaera: & intellectus hominis est in illo sicut lumina inferiora sunt in lumine superiori, a quo recipiunt, & formas, & motus per influentiam, & continuatur motus, & influentia ista vsque ad causam primam. Alb. mag. in 11. metaph. si. trac. 1. cap. 1. char. 149. col. 3.

Intellectus solus, vt incorruptibile a corruptibili, separatur a sensibili, & vegetatiuo, quia ipse solus est vniuersalis secundum se, nec determinatur ad aliquem, nisi per esse, quod habet in sensitiuo. Albertus magnus ethicor. 6. trac. 2. cap. 6. char. 74. col. 4.

Intellectus, qui processio, & constitutio est intelligentiæ, ex hoc, quod intelligentia est, tantum separatus est ab omni eo, quod est, & nulli nihil habet commune: quamuis secundum esse, quod habet ex coniunctione continui, & temporis, sit determinatus ad vnū. Albertus magnus ethicorum sexto, tract. secundo, cap. 17. chart. 74. col. 4.

Intellectus secundum se intellectus a sensitiuo, & vegetatiuo separatur, vt incorruptibile a corruptibili, sicut sensibile, & vegetabile, corruptibile, & mortale est secundum sui esse principia. Albertus magn. ethi. 6. tract. 2. cap. 17. char. 74. col. 4.

Intellectus dicitur separatus, quia non habet organum, vt sensus. Diuus Thomas in tert. de anim. l. septimo, tex. 7. char. 56. col. 1.

Intellectus separatus solus est hoc, quod vere est. D. Tho. in 3. de ani. l. 10. tex. 20. ch. 58. col. 3.

Intellectus separatus res simplici intellectu intelligit, nos eas syllogistico discursu attingimus. Tho. de Vio in post. char. 103. col. 2.

Intellectus, vt in habitu, & adeptus.

Intellectus, qui doctrinæ morumque suffragiis in homine generatur, forma est eius intellectus, qui materialis dicitur. Alexander aphrod. in prim. de anima, cap. 23. char. 40. col. 3.

Intellectus aduentitijs, qui posterius innascitur, forma, & habitus, atque perfectione materialis intellectus est. Alex. aphr. in 1. de ani. cap. 24. ch. 40. col. 3.

Intellectus aduentitijs non est in omnibus, sed in his, quæ elaborata exercitatione profecerint, vt periti, & scientes appellantur. omnes enim a natura potentiam eius habemus, ac facultatem, non autem omnes acquirimus. adipisci enim non est a natura. Alex. aphro. in 1. de anim. cap. 24. char. 40. col. 3.

Intellectus in habitu fere nil aliud esse videtur, quam depositæ illæ coercentæque, & quiescentes considerationes. Alex. aphro. in 1. de ani. cap. 27. ch. 41. col. 2.

Intellectus in habitu, & agens intelligere seipsum potest, non vt intellectum, sed vt actu idem est, quod ea, quæ actu intelligunt: dum enim illa intelligit, seipsum intelligit. Ea enim, quæ intelligit, dum intelliguntur, intellectus sunt. Nec non seipsum intelligere potest non vt intellectus, sed quia, & ipse intelligibilis est. Alex. aphr. in 2. de ani. cap. 17. ch. 44. col. 4.

Intellectus perfectio senectutis tempore, vt plurimum accidit, ac post longum studium in speculatione, & moribus, & post elongationem superfluarum rerum, quæ videntur necessariæ, & non sunt. Auer. de anim. beat. cap. 3. char. 65. col. 2.

Intellectum adeptum cum habemus, ex nostra voluntate pendet intelligere, quodcumque intelligibile voluerimus. Auer. 3. de ani. tex. 36. c. 178. col. 4.

Intellectus adeptus non dicitur nisi per hoc, quod per studium, & abstractionem ab inferiori natura, cui coniungitur, in plena facultate est, & potestate intelligentis. Alber. mag. de caus. & proces. vniuers. a cau. pri. l. 2. tr. 2. cap. 20. c. 213. col. 2.

Intellectus adeptus, qui in simplici consistit intellectu, immortalis est. Alb. mag. in tertio de anim. trac. 2. cap. 19. ch. 41. colum. 3.

Intellectus indiuisibilium appellatur ab Arab. informatio, quia intelligere hoc est informari intellectum possibilem naturis formalibus eorum, intellectus autem complexorum, qui est enunciationis, fides per assensum intellectus ad talia ab illis vocatur. Alb. mag. in 3. de ani. trac. 3. ca. 1. c. 41. col. 3.

Intellectus adeptus hominem Deo similem reddit. Alb. mag. in 3. de ani. tra. 3. ca. 11. c. 44. col. 4.

Intellectus subtilitas fit ex splendore intelligentiæ super possibilem ex natura. Alb. magnus in 3. de ani. trac. 3. ca. 12. ch. 45. colum. 2.

Intellectus adeptus est, quo adipiscitur homo intellectum verum, & propriam lucem eius secundum ambitum omnium intellectuum: quæ lux intellectus est substantia intellectus ipsius, & habet duplicem actum. Vnum quo reflectitur super continuū, & tempus, qui est actus eius, sicut est actus lucis solis super alienam materiam. Alium autem habet, quo lucet in intellectu puris, & nudis, & in se non reflexus ad continuū, & tempus, sed potius illustrans intellecta in ipsis primis substantiæ principijs, & entis: & ideo intellectus iste manet post totius compositi resolutionem, & secundum alium non manet, & tunc si quis proprie loquatur, non corrumpitur intellectus adeptus, sed quædam actio ipsius corrumpitur, quia hanc non habet, nisi in conjunctione: de agente autem constat, quod non corrumpitur. Similiter autem, nec possibile corrumpitur, ex quo locus est specierum, & subiectum agentis, nec differt ab eo, nisi ut perspicuum a luce, & compositio horum intellectuum est, ut compositio solis, & intellectus adeptus est, ut comprehensio solis in omnibus effectibus suis substantialibus, & reductio ipsius intellectus est in intellectu intelligentiæ, ut reductio illustratorum a Sole ad Solem, & perfectio eius in intellectu primo est, ut recordatio resolutionis, & vmbre speculi ad faciem eius, cuius obiectum facta est imago resultans. Et sic patet, quod non tota anima restat post compositi resolutionem, sed intellectus, & non totus intellectus manet, sed in parte corrumpitur secundum quandam actionem ipsius. Alb. mag. in 11. metaphys. trac. 1. capit. 9. char. 149. colum. 4.

Intellectus adeptus est, quando per studium aliquis verum, & purum suum adipiscitur intellectum quasi totius laboris utilitatem, & fructum. Alber. mag. in 2. de intell. & intel. cap. 8. c. 55. col. 1.

Intellectus adeptus est iudex immortalitatis. Alb. mag. ethic. 1. tr. 7. ca. 17. ch. 24. col. 2.

Intellectus adeptus, qui habitus, & virtus est talis potentia, quam diximus esse intellectum, est in axiomatibus, & diffinitionibus primo, & per se, in suppositionibus autem, & petitionibus non est nisi secundum quid. Albertus magnus ethicor. 6. tra. secundo, ca. 18. ch. 75. colum. 4.

Intellectus habens quia, licet non propter quid, tamen dispositus est, ut quærat ipsum propter quid. Alex. de ales in 1. metaph. ch. 5. col. 1.

Intellectus in habitu est, cum intellectus possibilis est ductus ad actum per aliquem conceptum. Alexander de ales in tertio metaphysicor. tex. quarto. char. 263. columna 1.

Intellectus, ut speculatiuus, & formalis.

Intellectus speculatiuus, qui & æternorum, & eodem modo se habentium rerum cognitor est, scientialis, non autem deliberatiuus dicitur. Alex. aphrod. in pri. de ani. cap. 25. ch. 40. col. 4.

Intellectus speculatiuus circa æterna versatur, & ipsius potentia est intellectiua, & scientifica. Alex. & Eustrat. in secundo poster. ch. 136. col. 1.

Intellectus contemplatiuus, qui aut secundum habitum perfectus est, aut tanquam idem cum substantia vniuersi rationi habet bonum malitiæ oppositum, ut verum falso. Simplicius in tertio de anim. ex sec. 2. tex. 30. c. 70. columna 2.

Intellectus contemplatiuus solo sine ab actiuo differt. Ioan. gra. in pri. de ani. tex. 89. c. 33. col. 1. Idem Ioan. gram. in 2. de ani. te. 21. c. 40. col. 4.

Intellectus speculatiuus non est anima, nec pars animæ, sed ex natura superiori nature animæ. Auerroes 2. de anima, tex. 32. char. 133. col. prima.

Intellectum speculatiuum nihil aliud esse, quam intellectum in actu, affirmant Theophtastus, & alij ideo quia inueniunt Aristotelem affirmare intellectum agentem reperiri in anima nostra, cum videatur primo ex poliare formas ab ipsa materia, mox eas intelligere actu, postquam erant intelligibiles in potentia, ut & cognoscere eas nihil aliud est, quam recipere eas. Et cum viderint huiuscemodi actionem creandi, & generandi intelligibilia, reuerti, & reduci ad nostram voluntatem, orri que, & augeri in nobis ad ortum, & incrementum ipsius intellectus, qui in nobis existit, id est speculatiui, & cum iam sit notum, quod intellectus, qui creat, & generat intelligibilia, quæ sunt in potentia, ita ut ea actu intelligibilia reddat, sit intellectus agens: ideo dixerunt intellectum adeptum esse eundem intellectum, sed aliquando effici imbecilliorē, aliquando validiorem propter ipsum mixtionem. Auerroes 3. de anim. tex. 5. c. 161. col. 4.

Intelligibilia speculatiua generata esse, & de nouo facta supponit Auēpace. Auer. 3. de ani. tex. 36. c. 177. c. 4.

Intellectus speculatiuus genitus est ex intellectu agente, & primis propositionibus, & hoc genus intellectio nis voluntarium esse oportet. Auer. 3. de ani. text. 36. c. 179. columna 2.

Intelligibilia speculatiua omnia si extant in nobis in potentia, & intellectus agens est coniunctus nobis in potentia, & cū oīa intelligibilia insunt nobis actu, tunc, & intellectus copulatur nobis actu. At si aliqua intelligibilia erunt nobis actu, aliqua vero potentia, tunc, & ipse secundum vnam partem copulabitur nobis, secundum aliam non. Auerroes tertio de anim. tex. 36. c. 179. columna 4.

Intellectus speculatiuus habet finem scire, actiuus operari. Auer. 3. de anim. tex. 49. c. 180. col. 3.

Intellectus speculatiuus, qui est forma speculatiua in intellectu possibili in duplici est potentia, quarum vna est per comparationem eius, quod intelligitur ad particulare, in quo ipsum non est, nisi in potentia, quia particulare in se vniuersale non habet, nisi in potentia, & secundum exitum illius potentia ad actum habet vires, & tempus intellectus, & transmutationem; & quo ad hoc possibilis est. Alio modo secundum comparationem ad intellectum possibilem, in quo est vniuersale in actu intellectum, & in hoc non est, nisi si sub actu, & forma intelligibilitatis, & hanc habet a luce perpetui intellectus, qui est agens. Alb. mag. in 3. de ani. trac. 2. cap. 12. c. 39. col. 1.

Intellectus speculatiuus ex subiecto, quod est intellectus possibilis, nullam habet transmutationem, nec passionem veram. Albertus magnus in 3. de anim. trac. 2. cap. 12. ch. 39. col. 1.

Intel-

Intellectus speculatiui sunt vnus, ut sunt speculatiui intellectus, sed sunt multi secundum quod illorum, vel illorum sunt. Albertus magnus in tertio de anim. tra. 2. cap. 13. char. 39. col. 2.

Intellectus speculatiuus, & practicus quatuor habet differentias. Prima, quia sine differunt, quia practici finis est opus, speculatiui finis in se est, qui est verum. Secunda est in forma, quia practicus accipit formam, ut est principium operis: speculatiuus vocatur a re, & non ad rem, quæ a rebus provenit extra intellectum. Tertia, quod intellectus practicus in acquirendo formam, non vitur corpore, sed potius habet eam apud seipsum, sed vitur corpore instrumento, quando educit eam formam in materiam extra se existentem; intellectus autem contemplatiuus contra vitur instrumentis, ac viribus corporalibus in acquirendo formam, & in vsu considerationis non vitur corpore aliquo. Quarta, quia intellectus practicus est causa rei, quæ sibi subijcitur, intellectus contemplatiuus causatur a re, quæ subijcitur eidem, quia formam contemplationis accipit a re subiecta, & eam considerat, ut est natura rei. Alb. magn. in 3. de anim. tra. 4. cap. 4. char. 46. col. 4.

Intellectiualis natura verius est forma omnibus aliis formis consequentibus, eo quod est maxime separata. Alb. mag. de intel. & intel. tra. 1. c. 5. c. 51. col. 1.

Intellectus formalis diuiditur in intellectum simplicem & compositum, & simplex quidem intelligentia in complexorum. Componitur autem intelligentia in complexorum, aut per modum enunciationis, aut per modum syllogismi, vel alterius speciei argumentationis. Compositus qui vocatur, diuiditur in intellectum principiorum, qui secundum aliquid innatus est nobis, & intellectum ex aliis acquisitum, qui adeptus appellatur; quia, vel per inuentionem, vel per doctrinam, & studium adeptus est. Alber. magn. ex 1. de intel. & intel. tra. 3. c. 3. ch. 88. col. 2.

Intellectus formalis est, qui inhæret possibili, & intelligibilibus de actione agentis proveniens. Alb. mag. in 11. metaph. tra. 1. c. 9. c. 149. col. 3.

Intellectus speculatiuus a corporibus accipit, & nihil ponit, a sensibili enim vniuersale colligit. Alb. magn. ethic. 6. tra. 1. c. 5. ch. 70. col. 2.

Intellectus speculatiuus, quia plus habet de lumine intellectus agentis, & quia circa simpliciora, & necessaria est, nobilior est, quam practicus. Alb. mag. ethic. 6. tra. 4. c. 5. ch. 81. col. 1.

Intellectus speculatiuus differt a practico, quia speculatiuus speculatur veritatem per seipsum, practicus autem veritatem speculatur propter operationem. D. Thom. in 3. de ani. le. 15. te. 50. c. 64. col. 3.

Intellectus speculatiuus se habet suo modo ad intellectum possibilem, ut forma ad materiam, & intellectus possibilis ad speculatiuum, ut materia ad formam. Ale. de ales in 1. metaph. ch. 2. col. 3.

Intellectus speculatiuus est intellectus non extensus, nec protensus ad perfectionem alterius, sed sui ipsius, quia propter scire tantum speculatur. Alex. de ales in 2. metaph. ch. 35. col. 4.

Intellectus in scientia acquiescere debet rei per accidentia rei in se, non quia videtur alicui sic, & alicui non. Ale. de ales in 2. metaph. ch. 47. col. 1.

Intellectus actiuus, & practicus.

Intellectionum actiuarum termini sunt: omnes enim alterius causa sunt. Speculatiuarum autem termini sunt rationes, quæ vel diffinitio est, vel demonstratio. Demonstrationes vero, & finem habent syllogismū, aut conclusionem, & diffinitiones; omnes finite sunt. Ari. 1. de ani. su. 3. c. 1. te. 48. chart. 601.

Intellectus, qui propter aliquid ratiocinatur, & est actiuus, differt sine a speculatiuo. Arist. 3. de anim. su. 2. cap. 2. tex. 49. char. 666.

Intellectus actiuus mouet, quia appetibile est ipsius principium. Arist. 3. de ani. su. 2. cap. 2. tex. 49. ch. 666.

Intellectus, id est actiuus vltimorum est in vtrâque parte: primorum enim, & vltimorum terminorum est intellectus, non autem ratio. Aristotel. 6. ethicorum nicom. cap. 11. char. 153.

Intellectus practicus ac consultator indiget deliberatione, & consilio, ut ad id, quod melius est, instituto, & electione tendat. Alexander aphrod. in 1. de anim. cap. 25. char. 48. colum. 4.

Intellectus actiuus similis est lumini: nam ut lumē colores potentia visibiles, actu visibiles reddit, sic intellectus agens intellectum, qui potestate est, & materialis, actu esse facit, ubi intellectuum habitum induxit, & is est, qui suapte natura intelligibilis est, & actu talis est enim causa intelligendi, & in actum educit materialem intellectum. Alexand. aphrod. in 2. de anim. cap. 15. char. 44. col. 3.

Intellectus actiuus nihil aliud est, quam intellecta forma. Alex. aphr. in 2. de ani. cap. 15. ch. 44. col. 3.

Intellectus actiuus est, qui intrinsecus euenire dicitur, qui non est particula, nec potestas animæ nostræ, sed a rebus externis in nobis gignitur, & facit, ut materialis intellectus per relationem ad huiusmodi formam separet, imitetur, & intelligat, singulasque materiales formas, seque ipsum intelligibilem reddat. Alex. aphr. in 2. de anim. cap. 15. ch. 44. col. 3.

Intellectus actiuus materia vacans incurruntibilis est mensque immortalis, & sempiterna vocatur. Alex. aphr. in 2. de anim. cap. 16. ch. 44. col. 3.

Intellectus actiuus circa cōtingentia versatur, & ipsius potentia est opinatiua, & rationalis. Alex. & Eustr. in 2. post. char. 136. colum. 1.

Intellectus actiuus a speculatio differt, quia speculatiui finis est inspectio sola, actiuus opus. Them. in 3. de ani. cap. 61. tex. 49. char. 90. col. 1.

Intelligere, & si sine imaginatione fit, est magis actio quam passio. Simp. in 1. de ani. tex. 14. ch. 4. col. 4.

Intellectus practicus exorditur actiones tunc, cum secundum rationem agimus, non tamen sine imaginatione, etenim ipse imaginationibus vitur, quia actiones circa sensibilia versantur. Simpl. in 3. de anim. ex sec. 1. tex. 162. char. 57. col. 1.

Intellectus, qui principaliter est actiuus, nec suauē, aut molestum finem sibi statuit, ut sensus, & irrationalis vita, sed bonum sibi proponit sequendum, malum fugiendum. Simplicius in tert. de anim. ex sec. 2. tex. 34. char. 72. column. 1.

Intellectus practicus differt a contemplatiuo in ipso sine, quia alterius finis est ipsum verum, alterius bonū. Simp. in 3. de ani. ex sec. 2. tex. 49. ch. 77. col. 4.

Intellectus actiuus a contemplatiuo nisi sine differt, bonum enim actiuus finis est, veritas contemplatiui. Ioan. gram. in 2. de ani. tex. 21. char. 4. col. 4.

Intellectus actiuus, & contemplatiuus idem est subiecto, sed ratione differunt. Ioannes gramm. in tert. de anim. tex. 28. chart. 89. col. 3.

Intellectus actiuus cum contemplatiuo cum idem sit substantia, operatione tamen est diuersus. Eustr. 6. ethicorum cap. 12. char. 344.

Intellectus actio diuiditur per duas actiones, quarum vna dicitur formatio, alia fides. Auerroes 3. de anim. text. 21. char. 171. colum. 4.

Intellectus actio, quæ est formatio, semper est vera. Auer. 3. de anim. tex. 27. 172. col. 4.

Intellectui operatiuo tribuitur forma, quæ fuerit imaginata ex cogitatione. quæ vero non fuerit imaginata, ex cogitatione, tunc attribuitur ipsi virtuti imaginatiuæ.

natiuæ. Auer. 3. de ani. tex. 49. c. 182. col. 3.
 Intellectui operatio quæ attribuit Aristot. sunt intelli-
 genda de imaginatione. Aueroes tertio de anim. tex.
 49. c. 182. columna 3.
 Intelligibilia intellectus speculatiui sunt scientiæ in po-
 tentia. Auer. de anim. beatit. cap. 3. c. 65. col. 2.
 Intellectus practicus in eo, quod practicus est, ad hoc
 quod actu sit, corpore non indiget. Albertus magnus
 de caus. & proces. vniuer. a cau. pri. l. 2. trac. 2. cap. 20.
 charta 214. colum. 2.
 Intellectus practicus, non differt subiecto a speculatio
 sed secundum esse, & finem. Alb. mag. in 3. de anima
 cap. 5. ch. 46. colum. 4.
 Intellectus actiuus duplex est; vnus, qui per accidens est
 actiuus, vt intellectus noster, qui non agit nisi per for-
 mam artis acceptam, vel inuentam; alius est per se a-
 ctiuus, qui per seipsum, & per suam essentiam est a-
 ctiuus rerum, & sic est intellectus substantiarum mo-
 uentium celum. Alber. mag. in 11. metaph. trac. 3. ca-
 pit. 4. char. 163. colum. 2.
 Intellectus practicus tribus modis potest esse principium
 humanarum operationum: aut secundum sui purita-
 tem, aut secundum sui ad sensus reflexionem, aut se-
 cundum comparationem vnus ad alterum; & primo
 perficit opera contemplationis, secundo voluptatis;
 tertio ciuilitatis. Alber. mag. ethicor. 1. tract. 5. cap. 7.
 char. 12. colum. 1.
 Intellectus practicus est principium omnium operatio-
 num nostrarum, & eius instrumentum est manus. Al-
 bertus mag. ethic. 1. trac. 6. cap. 1. e. 15. col. 2.
 Intellectus operatiuus dicitur, in quo totum operis prin-
 cipium est. Albertus mag. ethicor. 6. tract. prim. cap.
 quarto. char. 20. colum. 1.
 Intellectus practicus formam suæ veritatis ponit in alio,
 vt in membris corporalibus, quæ mouet nihil acci-
 piens ab eis. Albertus magnus ethic. 6. tract. 9. cap. 5.
 char. 70. colum. 2.
 Intellectus operatio duplex est. Prima indiuisibilium in-
 telligentia, per quam apprehendit essentiam vnuscu-
 iusque rei in se ipsa. Secunda operatio intellectus cõ-
 ponentis, & diuidentis, cui additur tertia ratiocinan-
 di, vt ratio a notis ad inquisitionem ignotorum proce-
 dit. Diuus Thom. in perih. c. 1. col. 1.
 Intellectus operationes duæ sunt; in quorum vna inue-
 nitur veritas, & falsitas: in alia verum, & falsum. Di-
 uus Thom. in perih. c. 6. col. 3.
 Intellectus operatio differt a motu, quia eius operatio
 est actus imperfectus. Diuus Tho. in 1. de anim. l. 10.
 tex. 65. char. 14. col. 3.
 Intellectus proprium est secundum prudentiam bene ope-
 rari. Diuus Thomas in prim. de anim. lib. 3. text. 25.
 chart. 5. columna 3.
 Intellectus humanus est operationum, quæ secundum ar-
 tem sunt, qui secundum similitudinem quandam de-
 rivatur ab intellectu diuino, qui est principium rerum
 naturalium. D. Tho. 2. polit. l. 1. c. 1. col. 4.
 Intellectus practicus est propter perfectionem alterius,
 & propter perfectionem operati, ideo appellatur ex-
 tensus. Alexander de ales in secundo metaphysicor.
 char. 35. colum. 4.
 Intellectus dum operatur, aliquid habet in intentione,
 quod est primum, & illud idem est vltimum in essen-
 do, & vbi est primum & vltimum, non est infinitum.
 ergo in intellectione practica non est infinitum. Alex.
 de ales in 2. metaph. c. 43. col. 4.
 Intellectus operatio duobus modis tractari potest; pri-
 mo per se, vt est in sua puritate; secundo per acci-
 dens, vt ei admiscetur aliquid alterum, vt compositio,
 vel applicatio. Thom. de Vio in prædic. ch. 32.
 columna secunda.

Intellectus ut materialis, & passiuus.

In intellectus materialis nullam habet naturam, nisi quod
 est possibilis. Ari. de anima 3. cap. 1. tex. 3. char. 165.
 Intellectus materialis non est mixtus cum corpore, fieret
 enim calidus vel frigidus; & ei esset aliquod instru-
 mentum, vt sensitiuo. Aristoteles de anima 3. capit. 1.
 text. 6. chart. 658.
 Intellectus materialis est intellectus, vt ipsa intelligibilia.
 Aristo. 3. de anima cap. 2. tex. 15. char. 657.
 Intellectus materialis solus est facultas ad formas exci-
 piendas tabellæ nondum inscriptæ perfimilis; immo
 potius inscriptionis carentia est. Alexander aphrod. in
 1. de anima cap. 20. c. 41. col. 1.
 Intellectus, qui vel vt habitus dicitur, materialis intelle-
 ctus perfectio, & virtus est. qui habitus per vniuersa-
 lis apprehensionem, & per formarum separandarum
 facultatem in intellectu gignitur. Alex. aphro. in 1. de
 anima cap. 26. c. 41. colum. 1.
 Intellectus materialis cum anima, cuius est potestas cor-
 ruptibilis, simul interit, & eo intereunte, eiusdem ha-
 bitus potestas, & perfectio corrumpitur. Alex. aphro.
 in 1. de anima cap. 29. c. 41. col. 4.
 Intellectus materialis non ob id materialis dicitur, quod
 subiectum quoddam sit, vt materia, sed vt materia
 hoc proprium habet, vt omnia suscipere possit, iden-
 tidem, & intellectus, qui nondum intelligit, intelli-
 gere tamen potest, materialis vocatur, qui actu nihil
 ex entibus existit, sed omnia fieri potest. Alex. aphro.
 in 2. de anima cap. 13. c. 44. col. 2.
 Intellectus, qui iam intelligit, quique habitum intelligen-
 di habet, & formas intelligibilium sua vi percipere po-
 test, est intellectus materialis, vbi habitus, & intelle-
 ctio vna cum actione accesserit. Alex. aphrod. in 2. de
 anima cap. 15. c. 44. col. 3.
 Intellectus passibilis, & affectus idem sunt, idest affectio,
 & perturbatio animæ humanæ. Them. in 3. de anima
 cap. 38. tex. 19. c. 87. colum. 2.
 Intellectus passiuus, qui ab imaginatione non differt,
 corruptibilis est. Ammō. in l. de inter. c. 4.
 Intellectus primus est materialis, eo quia omnia patia-
 tur & aliunde perfectionem suscipit. Simp. in 3. de ani-
 ma ex sec. 1. tex. 2. c. 58. col. 4.
 Intellectus materialis non se ipsum intelligit; nec à se ip-
 so, nec per seipsum, sed vt sensus a sensibili; sic hic ab
 intelligibili, & ab intellectu, qui eiusdem ordinis cum
 illo est, excitatur vt alij ab alio. Simpl. in 3. de anima
 ex sec. 1. tex. 2. c. 58. colum. 4.
 Intellectus materialis vbi simul est perfectus, ipse se ip-
 sum, & quæ sunt in se, formas intelligit, & sine pas-
 sione vlla, & perfecta cum actione; passio enim con-
 sistebat in recipiendo aliunde, & explendo: at non in
 aliqua mutatione collocata erat. Simpl. in 3. de anima
 ex sec. 1. tex. 8. c. 60. col. 4.
 Intellectus materialis commune habet cū agente, quod
 est natus perfici; intellectus autem secundum habi-
 tum perfectus magis communicat cum eo, qui ex se
 perfectus est, eo quod etiam ipse intelligibilis, & im-
 materialis sit. Simpl. in tertio de anima ex sec. 1.
 tex. 12. c. 61. colum. 4.
 Intellectus passibilis vt passibilis, corruptibilis est. Sim-
 plic. in 3. de anima ex sec. 1. tex. 20. c. 65. col. 2.
 Intellectus materialis de mente Aristotelis est abstra-
 ctus a corpore, & impossibile est, vt intelligat aliquid
 sine imaginatione. Aueroes primo de anima tex. 12.
 char. 110. columna 3.
 Intellectus materialis comprehendit intentiones om-
 nium entium. Auer. 1. de ani. tex. 66. c. 121. col. 1.
 Intellectus materialis est virtus passiuæ, & non est trans-
 mutabilis, quia non est corpus, nec virtus in corpore.
 Auer. 3. de ani. tex. 4. c. 160. col. 1.

Intellectus materialis nullam formam materialem in se
 habet, alioqui nullam reciperet. Aueroes 3. de anim.
 text. 4. char. 160. colum. 2.
 Intellectus materialis est non mixtus cum materia om-
 nino. Auer. 3. de anima tex. 4. c. 1. 60. colum. 2.
 Intellectus materialis est vnum entium, & potentia est
 abstracta, & non habet formam materialem, ergo nõ
 est passiuæ, & est simplex, & separabilis iuxta Arist.
 mentem. Auer. 3. de anima tex. 4. c. 160. col. 2.
 Intellectus materialis distinguitur iuxta Arist. à mate-
 ria prima Primo, quia intellectus est in potetia ad om-
 nes conceptus formarum vniuersalium materialium,
 at materia prima est in potentia ad omnes has for-
 mas sensibiles. Secundo, quia intellectus materialis
 dignoscit formas, quas recipit, sed ipsa materia prima
 nihil dignoscit, vel apprehendit. cuius rei causa est,
 quod materia formas diuersas singulares, & indiui-
 duas recipit, intellectus vniuersales. Aueroes 3. de
 anima tex. 4. char. 160. colum. 4.
 Intellectus materialis nihil singulare, nec indiuiduum
 est, tum corpus, tum etiam aliqua potentia in corpo-
 re, alioqui reciperet formas, vt sunt singulares, diuer-
 sæ, atque indiuiduæ. Ergo quæ in eo existit, fuissent
 potentia intelligibiles: & sic non distingueret naturas
 formarum, vt sunt formæ, vt in particularibus formis
 fieri solet, siue sint spirituales, siue materiales. Auer.
 3. de anima tex. 5. c. 160. colum. 1.
 Intellectus materialis necesse est recipere formas mo-
 do diuerso ab illo, quo istæ materiæ recipiunt illas for-
 mas, quas recipiunt, quæ ideo retinentur in ipsa ma-
 teria, quia materia prima terminatur per illas. Auer.
 2. de anima tex. 5. c. 160. colum. 4.
 Intellectum materialem ingentum, & incorruptibilem
 substantiam esse existimant Theophrastus, & The-
 mistus, & alij multi expositores, quia omne genitum,
 & corruptibile est indiuiduum, & singulare, sed ne-
 minem latet ipsum non esse quid indiuiduum, & sin-
 gulare, nec corpus, nec potentiam in corpore. Auer.
 3. de anima tex. 5. char. 161. colum. 2.
 Intellectum materialem his tribus nominat Aristoteles.
 passibilem, immixtum, & simplicem. Aueroes 3. de
 anima tex. 5. char. 161. colum. 2.
 Intellectus materialis cum sit æternus, & intellectus
 agens æternus, necessario id, quod ex eis effectum est,
 æternum est, & hoc est ex mente Themistij, & Theo-
 phasti. Auer. 3. de anim. tex. 5. ch. 161. col. 2.
 Intelligibilis actu existentis eadem est ratio ad intel-
 lectum materialem, quæ sensibilibus ad sensitium seu
 sentiens. Auer. 3. de anim. tex. 5. ch. 161. col. 4.
 Intellectus materialis est virtus facta, quoniam impossi-
 bile videtur imaginari intelligibilia esse nouiter fa-
 cta, & genita, & intellectum materialem nõ esse no-
 uiter factum, cum sit necesse, si agens est æternum, &
 recipiens æternum, vt id, quod nouiter factum sit, sit
 quoque æternum. Auer. 3. de anim. tex. 5. ch. 161. col. 4.
 Intellectus materialis si est actus primus ipsius homi-
 nis, & speculatiuus vltimus actus, & homo generabi-
 lis est, & corruptibilis, & vnus numero propter vlti-
 mum eius actum, quem an ipso intellectu obtinet,
 ergo oportet ipsum ita reperiri propter eius actum pri-
 mum. Auer. 3. de anim. tex. 5. ch. 161. col. 4.
 Intellectum materialem esse quandam vim genitam, ita
 vt idem de hac virtute existimemus, ac de omnibus
 alijs animæ facultatibus, ait Alexander, vt reperitur
 quædam præparatio, & dispositio in materia per se a
 temperatura, & missione effecta. Aueroes tertio, de
 anima text. 5. char. 162. colum. 2.
 Intellectum materialem virtutem imaginatiuam esse
 existimauit Auempace, vt est apta, vt conceptus, qui
 in ea existunt, sint actu intelligibiles, & quod nõ da-
 tur alia virtus, quæ sit subiectum intelligibilium præter

hanc virtutem. Auer. 3. de ani. te. 5. ch. 163. col. 2.
 Intellectus materialis non potest habere formam in a-
 ctu, cum eius substantiæ, & naturæ sit recipere formas
 vt sunt formæ. Auer. 3. de ani. te. 5. c. 163. col. 2.
 Intelligibilibus actu existentibus duo oportet dare sub-
 iecta, quorum vnum est illud subiectum, propter
 quod ipsa intelligibilia sunt vera, nempe ipsæ formæ,
 quæ sunt exemplaria siue imagines ipsarum rerum ve-
 rarum, & quidditatum; alterum est illud subiectum,
 propter quod ipsa intelligibilia sunt vnum ex entibus
 mundi, & illud est intellectus materialis. Auerr. 3. de
 anim. tex. 5. char. 173. col. 4.
 Intellectum materialem non mouent intentiones ima-
 ginatæ, nisi reddantur actu intelligibilia postquam
 fuerint potentia intelligibilia, & ideo posuit Aristot.
 intellectum agentem, qui extrahit has intentiones de
 potentia ad actum. Aueroes tertio de anima text. 5.
 chart. 164. colum. 2.
 Intelligibilia, quæ sunt actu, idest, speculabilia non sunt
 generabilia, & corruptibilia nisi ratione ipsius subie-
 cti, in quo sunt vnum ex entibus, & est ipse intellectus
 materialis. Auer. 3. de ani. te. 5. c. 164. col. 2.
 Intellectus materialis si numeratur ad numerationem
 indiuiduorum hominis, tunc sequitur esse aliquod
 indiuiduum singulare, siue illud sit corpus, siue po-
 tentia in corpore. Et si est aliquod indiuiduum, tunc
 erit conceptus intelligibilis in potentia; conceptus au-
 tem intelligibilis in potentia est ipsum subiectum, quod
 mouet intellectum recipientem, & non illud subie-
 ctum, quod mouetur. At si concesserimus intellectum
 recipientem esse aliquod singulare indiuiduum, tunc
 sequeretur, quod aliquid reciperet seipsum quod est
 impossibile. Et si concedimus recipere seipsum, tunc
 oportet, vt recipiat seipsum, vt est diuisibilis, & sic vir-
 tus ipsius intellectus est vna, & eadem cum virtute
 sensus, aut nulla dabitur differentia inter esse ipsius
 formæ extra animam, & esse in anima. Et si non nu-
 meratur ad numerationem indiuiduorum, eius ratio
 ad cuncta indiuidua existentia in vltimo actu in ipsa
 generatione erit vna, & eadem ratio, & sic si vnum il-
 lorum indiuiduorum adipiscatur aliquod intelligibi-
 le, illudmet intelligibile obtineatur necesse est a cun-
 ctis indiuiduis. Auer. 3. de ani. te. 5. ch. 164. col. 2.
 Intellectus materialis vnus est in omnibus indiuiduis,
 & hinc existimare possumus speciem humanam eter-
 nam esse, ideo oportebit intellectum materialem nõ
 posse denudari a principijs vniuersalibus natura notis
 vniuersæ speciei humanæ; hæc intelligibilia sunt v-
 num ratione recipientis, plura vero ratione cõceptus
 recepti, & qua ratione sunt vnum, sunt æterna, cū ip-
 sum esse non separatur ab ipso subiecto recepto, nul-
 lumque recipit prohibens ratione recipientis. Idcirco
 nullam habebit generationem, & corruptionem,
 nisi ratione pluralitatis, quæ eis accidit, & non ea ra-
 tione, qua sunt vnum in ipso. Et ideo si corrumpitur
 aliquid intelligibilium primorum propter subiecti
 corruptionem, quo coniungitur nobis, & copulatur,
 & est verum, & vnum ratione indiuidui, oportebit il-
 lud indiuiduum esse absolute incorruptibile, sed cor-
 ruptibile ratione vnus indiuiduorum, & sic possu-
 mus dicere intellectum vnicum esse in omnibus indi-
 uiduis, & intelligibilia considerata in esse absolute,
 æterna sunt. Auer. 3. de ani. te. 5. ch. 165. col. 2.
 Intellectus materialis est intellectus in actu, quia est in-
 tellectum in actu. Auer. 3. de ani. re. 19. c. 169. col. 3.
 Intellectu materiali, in propositione vniuersali infinita
 iudicamus. Auer. 3. de ani. re. 19. c. 120. col. 2.
 Intellectui materiali solum attribuitur iudicium, & di-
 stinctio. Auer. 3. de ani. te. 19. ch. 170. col. 2.
 Intellectus materialis si non significaret nisi præparatio-
 nem tantum, vt asserit Alexander, quomodo Aristote-
 les

Ies hic faceret comparationem inter ipsum, & intellectum agentem in dando ea, in quibus conueniunt, & in quibus differunt? Auerroes tercio de amm. tex. 19. chart. 170. colum. 2.

Intellectui materiali non accidit, vt quandoq; intelligat quandoque non, nisi in respectu formarum imaginationis existentium in vnoquoque individuo, non in respectu speciei. Auer. 3. de ani. te. 20. c. 170. col. 4.

Intellectus materialis recipit intentiones imaginatas post dictionem factam a cogitativa virtute. Auerr. 3. de anim. tex. 20. char. 171. col. 2.

Intellectus materialis perficitur per agentem, & intelligit ipsum. Auer. 3. de ani. te. 20. char. 171. col. 2.

Intellectus materialis diuiditur ab intellectu agente, quia in materiali inuenitur potentia, & actus, in agente vero actus tantum, & ob id Aristot. appellauit illum materialem, non quod habeat materiam, vt opinatur Alexander. Auer. 3. de ani. te. 24. c. 172. col. 3.

Intellectum materialem, qui asserit esse generabilem, & corruptibilem, non potest inuenire aliquem modum naturalem, quo possimus coniungi cum intelligentiis abstractis, quoniam intellectus debet esse vnde cumque intelligibilis omnibus modis, & præsertim in rebus materiæ expertibus. Quare si substantia generabilis, & corruptibilis posset intelligere formas abstractas, & effici quid vnum cum ipsis, tunc oporteret, vt natura possibilis efficeretur necessaria. Auerroes 3. de anim. te. 36. char. 175. col. 2.

Intellectus materialis, vt ait Them. 3. de ani. cap. 51. si habet vim abstrahendi formas a materiis, & intelligit di eas, longe magis debet habere naturam, vt intelligat res de se primo abstractas a materia, quod verum est si concedimus intellectum non esse mixtum cum materia. Auer. 3. de ani. te. 36. c. 276. col. 4.

Intelligibilem ad intellectum comparatio scilicet materialem ipsorum, apprehensiuum est vna & eadem, quæ est sensibilem ad sensum. Auer. de animæ beat. cap. 3. char. 64. col. 2.

Intellectus materialis est de virtutibus recipientibus, ideo intellectus in potentia aut recipit, quæ sunt intelligibilia actu, & permutatur ex eis, vt receptio sensus ad sensatum; aut alio modo recipit, & permutatur. Auer. de ani. beat. cap. 2. c. 64. col. 2.

Intellectus materialis si esset virtus apprehensiuæ in corpore secundum modum sensatum, non apprehenderet, nisi vn. m. formam; quia propria subiecta non recipiunt, nisi proprias formas. Secundo non acciperet, nisi rem appropriatam, quia si oculus esset coloratus, non posset recipere colores. Tertio non apprehenderet seipsam, quia formæ sensibiles materiales nõ apprehendunt seipsas, & earum finis est apprehensio alterius rei. Quarto apprehenderent vn. m. rem solam, vt sensus qui apprehendit vnum sensatum. Auer. de animæ beatit. cap. 2. ch. 64. col. 2.

Intellectus materialis non habet, nisi naturam possibilitatis, & præparationis solum, quia non est mixtus materiæ, nec de virtutibus motiuis, & nõ est aliquid entium antequam intelligat. Auer. de animæ beatit. ca. 2. char. 64. colum. 2.

Intellectus materialis intelligit seipsum, & abstracta, & cum ex se non potest habere hoc, quia nihil mouet seipsum, necesse est, vt habeat hoc a parte coniunctionis, & hoc est ipsa abstractio. Auerr. de anim. beatit. cap. 4. char. 65. colum. 4.

Intellectus, qui vtitur reminiscencia, & cogitatione, passibilis est, ideo corruptibilis, & corrumpitur aliquo interius corrupto, cum in se sit incorruptibilis. Alb. mag. in 3. de ani. tra. 2. ca. 19. c. 41. col. 3.

Intellectus possibilis non accipit aliquod nisi a lumine intellectus agentis. Albertus mag. ethic. 6. tra. 1. cap. 1. char. 68. colum. 3.

Intellectus passiuus a philosopho imaginatiua appellatur. D. Thom. in perih. ch. 1. col. 1.

Intellectus noster è quibus est.

Intellectus noster compositus est tñ ex potestate, quæ est organum diuini intellectus, quem intellectum in potestate Aristoteles nominat, tum ex illius actu, quorum altero absente fieri nequit, vt intelligamus. Alexander. aphrod. in 2. de ani. ca. 22. c. 45. col. 2.

Intellectus, qui in nobis existit, constat ex intellectu adepto, & ex intellectu agente, & hoc fiet vel cñ propositiones se habuerint, vt instrumentum, & instrumentum agens se habuerit vt efficiens; aut cum propositiones se habuerint vt materia, & intellectus agens vt forma, non quod sint vere materia, vel instrumentum, sed proportionem quadam ita se habeant. Auerr. 3. de ani. tex. 36. c. 179. col. 2.

Intellectus noster cum natus sit intelligere omnes res sensibiles & corporeas, omni natura carere debet. Diuus Tho. in 3. de ani. l. 7. tex. 1. c. 14. col. 4.

Intellectus vt corruptibilis, & incorruptibilis.

Intellectui videtur aduenire substantia quædam existens, & non corrupti, maxime enim corrumpetur ab ea, quæ est in senio, debilitate. Et intelligit de intellectu materiali, vt ait Auerr. in hoc loco. Arist. 1. de ani. sum. 3. cap. 3. tex. 64. c. 605.

Intellectus, & virtus speculatiua aliud animæ genus esse videtur, & hoc solum separari posse, vt perpetuum a corruptibili. Aristoteles secundo de ani. sum. 1. cap. 2. tex. 21. char. 619.

Intellectus communis mortalis est, per quem homo est, qui ex anima, & corpore consistit, in quo iracundiæ, & libidines sedent. Themist. in tertio de ani. cap. 37. tex. 19. char. 87. colum. 1.

Intellectus noster in actu generabilis, & corruptibilis est, quia est immersus materiæ, eius tamen intelligibile est æternum, & immateriale, & propter imbecillitatem intellectus nostri fuerunt necessarij sensus ad eius intellectionem. Et ideo cum primatur illo sensu, amittimus illud intelligibile, nec possumus illud acquirere nisi per modum famosum; & hanc imbecillitatem ratione materiæ patimur. Auerr. in epito. metaph. trac. 4. char. 183. colum. 3.

Intellectus solus secundum Aristotelis opinionem est incorruptibilis, quamuis etiam alie animæ partes sint mouentes, Plato autem omnes animas animalium perpetuas esse dixit. Diuus Thom. in 8. phys. l. 12. tex. 45. char. 134. colum. 1.

Intellectus vt mouetur, intelligit, decipitur, & perficitur.

Intellectu quæ sunt, nunquam sunt casu nec necessitate, sed alicuius gratia: quædam sunt a fortuna, vt sanitas, & salus. Aristoteles physic. secundo, ca. 11. tex. 12. char. 371.

Intellectio nostra non est in causa, vt res sit, vel non, sed res ipsa. Arist. phys. 3. cap. 8. tex. 75. c. 75.

Intellectus est vnus, & continuus, vt intellectio; intellectio autem ipse notionem, hęc autē eo quod consequentes vnum, vt numerus, nõ vt magnitudo. Et ideo nec intellectus sic continuus est, sed aut sine parte, aut nõ sicut magnitudo continuus. Aristot. 1. de ani. sum. 3. cap. 1. tex. 47. char. 600.

Intellectus nullo modo intelligere posset, si esset magnitudo: nam si vt magnitudo sæpe intelligit, idem si vt punctum, non pertransire poterit, cum infinita sint in magnitudine pñta. Et si sufficit qualibet partium tangere,

tangere, quid oportet circulo moueri, aut omnino magnitudinem habere? Aristot. 1. de ani. sum. 3. cap. 1. te. 47. char. 600.

Intellectio magis statui, & quieti assimilatur, quam motui. Ari. 1. de ani. su. 3. c. 1. te. 48. ch. 601.

Intelligere, & speculari marcescit alio quodam interius corrupto, ipsum autem impassibile est. Cogitare autē, & amare, aut odisse non sunt illius passionem, sed huius habentis illud, secundum quod illud habet. Quare, & hoc corrupto neque meminit, neque amat, non enim illius erant, sed communis, quod est destructū. Arist. 1. de ani. sum. 3. c. 3. te. 66. c. 605.

Intelligens, & quod intelligitur idem est in his, quæ sunt sine materia. Ari. 3. de ani. c. 2. te. 15. c. 659.

Intellectio indiuisibilium in iis est, circa quæ non est falsum: in quibus autem iam verum, & falsum est, compositio, quædam iam est conceptuum tanquam vnum existentium. Ari. 3. de ani. su. 1. c. 4. te. 21. c. 659.

Intellectus intelligit vt abstracta, quæ non sunt abstracta, vt mathematica ipsa. Aristot. 3. de ani. sum. 1. cap. 4. te. 35. ch. 662.

Intelligere, & reminisci aliquid accidit aliquando, quod audiuimus prius, & vidimus: quod contingit, cñ speculari tanquam ipsum permutatur, & considerat tā quam alterius. Arist. de mem. & rem. cap. 2. c. 39.

Intelligibilia in anima sunt per modum accidentalem, quia intelligibilia vnita sunt in anima per modum, qui multiplicatur, & res intelligibiles, quæ non mouent, sunt in anima per modum motus. Arist. de caus. propo. 14. c. 986.

Intelligentia non dat eis, quæ sunt sub ea, scientiam per modum creationis, sed per modum formæ. Aristot. de caus. propo. 18. c. 990.

Intellectum habens semper alicuius causa agit. Arist. 2. metaph. te. 8. c. 37.

Intellectus intelligit seipsam assumptione intelligibilis, intelligibilis enim fit attingens, & intelligens, attingere enim debet intelligibile, vt intelligat, quia susceptiuus intelligibilis, & substantiæ, intellectus est. Arist. 12. metaph. te. 39. c. 3. c. 254.

Intellectu, aut sensu quæ comprehendimus, percipi queunt. Alexander. aphrod. de sensu, & sensato ex sect. 4. char. 21. comment. 55. col. 4.

Intellectus quoad intelligibilem rerum susceptionem, nullius sensorij corporalis obsequio fungitur, sed ad intelligibile cognoscendum sibi ipsi satis est. Ale. aph. in 1. de ani. c. 25. c. 41. col. 1.

Intellectus, vt intelligat, nihil intelligibilem esse oportet. Ale. aph. in 2. de ani. c. 13. c. 44. col. 2.

Intellectus formam rei intelligibilis apprehendens, eam que a materia seiuungens, tum ipsam formam actu intelligibilem reddit, tum etiam ipse actu fit. Ale. aph. in 2. de ani. c. 15. c. 44. col. 3.

Intellectui soli natura, & substantia intellectus nota est, non enim est sensibilis. Alexander. aphro. in 2. de ani. cap. 18. c. 45. col. 1.

Intellectus secundum actum semper intelligit id, quod est optimum inter entia, & hoc ipse est. Ale. aph. in 1. natu. quæst. ca. 25. ch. 6.

Intellectus omnis cum operatur, seipsum intelligit, eo quod, cum operatur, fit quodammodo idem ei, quod intelligitur. Alexander. aphrod. in prim. natur. quæst. cap. 25. char. 6.

Intellectus fit apprehensione eius, quod intelligitur. Ale. aph. in 1. nat. q. c. 25. ch. 6.

Intellectus actu seipsum intelligit, propterea quod id ipsum, quod intelligitur, efficitur. Ale. aph. in 11. meta. vel 12. com. 26. ch. 297. col. 1.

Intellectus nostri substantia in eo sita est, quod fit intellectus. huic tamen laboriosum est continenter intelligere, quia intellectus noster non est actu intellectus,

neque actus, sed potestate. Ale. aph. in 11. metaph. vel 12. te. 37. ch. 304. col. 2.

Intellectus frequentius a propriis, quam a communibus fallitur, quia quanto res communiores, tãto sunt priores, & facilius conspiciuntur ab intellectu. Them. in 3. de ani. c. 10. te. 152. c. 82. col. 2.

Intellectus intelligendo quasi vertit in se, quæ intelligit. Them. in 3. de ani. c. 27. te. c. 85. col. 2.

Intellectus cognoscitur præstantior parte ea, qua facit, quam ea, qua patitur. Themist. in 3. de ani. cap. 25. te. 17. char. 85. col. 2.

Intellectus noster ob imbecillitatem nequit multa simul intelligere, nec potest ad multa simul attendere, vt de bile corpus nequit multa comportare. Them. in 12. metaph. char. 21.

Intellectus, qui vnus est, non transit a re intellecta ad aliud, quod sit a natura sua alienum, sed ad se conuertitur. Them. in 12. metaph. ch. 22.

Intellectio, & actiua, & contemplatiua terminata est, quarum altera a fine rerum agendarum principium sumit, terminatque in actionem finem: alia a propositionibus incipiens, in conclusionem tendit. Sim. in 1. de ani. te. 48. ch. 13. col. 2.

Intellectus nostri nobilior pars semper idem intelligit, sed non idem sæpius, sed in temporis instanti omnem temporis infinitatem indiuisibiliter comprehendit. Sim. in 1. de ani. te. 48. ch. 12. col. 3.

Intellectus, & rationis hoc est proprium, vt & ipsa cognoscant vitam a corporibus separabilem. Simp. in 3. de ani. ex se. 1. te. 127. c. 45.

Intellectus obumbrationis causa est puerilis ætas. Simp. in 3. de ani. ex se. 1. te. 162. c. 57. col. 1.

Intellectus ita similis est intellectu, qui primus est sita ex substantia actus, vt materialis, & imperfecta ratio similis est sensitiuæ vitæ. Simp. in 3. de ani. ex se. 1. text. 163. char. 57. col. 4.

Intellectus apprehendit in illa imperfecta declinatione ad extra formas intelligibiles, non tanquam substantias, nec vt cognoscibilia indiuisibilia, sed vt desinentes in diuisionem, & passionem, & omnino in naturã, quæ constantiam consequitur. Simp. in 3. de ani. ex se. 1. te. 3. char. 59. col. 1.

Intellectus roboratur ex contemplatione præstantium rerum ad cognoscenda hæc inferiora. Sim. in 3. de ani. ex se. 1. te. 7. char. 60. col. 1.

Intelligentia nostra, vel principia rationis trahit a mente, quæ communes notiones appellantur, ac sic rationem demonstratiuam efficit, quæ semper verum, & nunquam falsum concludit, vel ad opinionem se conuertit, huicque se cingit ab eadem fumens principia argumenti, & dialecticam argumentationem format, & non semper verum, sed interdum falsum concludit, vel cum quadam phantasia iungitur, & semper falsa complectitur, & sophistica fit argumentatio. Ioann. gramm. in prim. priorum cap. secundo chart. 2. colum. 2.

Intelligentiæ datum est munus ratiocinandi. Ioann. gra. in 1. prior. c. 1. ch. 7. col. 1.

Intellectus, ac cogitandi vis, cum in mobile est, mouet, sed non primo, quoniam est in anima rationali. Io. gr. in 2. phys. char. 31. col. 1.

Intellectus magis respondet proportionem quieti, quam motui. Ioannes grammaticus in prim. de ani. text. 49. char. 24. colum. 1.

Intellectus cum appetitu mouetur, & appetitus etiam sine intellectu mouetur, cum irrationales voluptates sequimur. Io. gra. in 3. de ani. te. 49. c. 94. col. 3.

Intellectus si materialia non intelligeret, quomodo sensus corrigeretur? Io. gra. in 3. de ani. text. 9. c. 84. c. 4.

Intellectus subiecto vnus est, ratione diuersus; nam vel solus operatur, & tunc vniuersalia cognoscit, vel cum

sensu. & tunc particularia. Ioan. grammat. in 3. de anima. tex. 9. ch. 84. col. 4.
 Intellectus non solum indiuisibilia noscit, sed etiam, quæ diuiduntur, sed indiuisibiliter ea, quæ diuiduntur, cognoscit: proprium enim intellectus est indiuisibiliter cognoscere. Io. gra. in 3. de ani. te. 1. c. 87. col. 3.
 Intellectus intelligit Mathematica utens instrumento indiuisibili imaginatione. Ioan. grammat. in 3. de ani. tex. 35. char. 90. col. 4.
 Intelligentia si a mente terminos accipit demonstratiuam ratiocinationem facit. Magent. in priorum char. 47. colum. 3.
 Intelligentia si ab opinione terminos sumit, dialecticam efficit rationem. Magen. in prio. ch. 47. col. 3.
 Intelligentia si a phantasia terminos accipit, sophisticam ratiocinationem conficiet. Magen. in prio. c. 47. col. 3.
 Intellectus humanus non potest comprehendere verificationem comparationis, quæ sit nobilior pars cæli, superior nobis, an inferior. Auerroes in secundo de celo, te. 16. chart. 50. col. 1.
 Intelligentiæ hnt sollicitudinem erga nos. Auerro. 2. de celo, te. 37. chart. 57. col. 2.
 Intellectus intelligit seipsum modo accidentali. Auer. 3. de ani. te. 7. ch. 167. col. 3.
 Intellectum non mouent solæ intentiones imaginatæ, alioqui nulla differentia esset inter vniuersale, & indiuiduum, & intellectus esset de genere virtutis imaginatiuæ. Auer. 3. de ani. te. 18. c. 169. col. 4.
 Intellectus est mouens, non vt comprehendens, sed vt desiderans. Auer. 3. de ani. te. 49. c. 182. col. 3.
 Intellectus humanus deficit apprehendere qualitatem esse cæli, & rerum generabilium, licet sciret esse coru. Auer. ex destruc. destr. disp. 3. c. 24. col. 4.
 Intellectus habet terminu, & in eo situatur, & eum non transit. Auer. ex destr. destr. disp. 3. c. 38. col. 4.
 Intellectus hominis perficit seipsum cum eo, quod apprehendit, & intelligit, & patitur ab eo, & passionis causa in eo est consideratio in intellectu. Auerro. ex destruc. destr. disp. 1. ch. 48. col. 1.
 Intelligendi pluralitas non est vltima nobilitas: primu enim se solum intelligit, quamuis se intelligendo omnia intellexit per illum modum, quia quodlibet ens recipit esse suum ab illo. Auerroes de anime beatit. cap. 5. chart. 66. colum. 3.
 Intelligibilia solum homo apprehendit, & hominum solum apprehendunt, qui sunt perfecti in scientijs speculatiuis cum alijs nobilitatibus. Auer. de ani. beatit. cap. 4. char. 65. col. 3.
 Intellectus dispositio de re intelligibili est, sicut dispositio sensus de re sensibili. Auer. in 2. metaphysicorum tex. commen. 6. char. 14.
 Intellectus nullus intelligit, quod entia contraria existunt in simul, aut sint idem. Auer. in quarto metaphysico. tex. comm. 18. char. 40.
 Intellectu, & desideratu apud nos differunt, quia potentia, qua comprehenditur desideratu differt a potentia qua comprehendit intellectu, quia desideratu sensu comprehendit, & est voluptatu, at intellectu intellectu, & est cuius actio vbi bona. Auer. in 12. meta. t. co. 36. c. 149.
 Intellectus appetit maius bonum ipso. Auer. duodecimo metaph. tex. comm. 36. c. 150.
 Intelligitur magis, quod nullam potentiam habet, Auer. in duodecimo metaphysic. te. com. 37. c. 150.
 Intellectus in nobis non intelligit se, donec admisceatur cum intellectu, & imaginetur, & intelligat ipsum in actu, non quando est in potentia antequam intelligit ipsum intellectum, quia cum intelligit intellectu, fit idem cum intellectu. Auerro. in duodecimo meta. tex. comm. 39. char. 151.
 Intelligere per intellectum, quod est in nobis, est valde voluptuosum, & nobilius omnibus rebus existentibus

in nobis. Auerroes in 12. metaph. t. co. 39. c. 151.
 Intellectus natus est diuidere adunata in esse in ea, ex quibus componantur, quauis non diuidantur in esse vt diuidit materiam a forma, & formam a composito ex materia, & forma. Auer. in 12. meta. t. co. 39. ch. 151.
 Intellectus in nobis perficitur per illud, quod intelligit. Auer. in 12. metaph. te. com. 51. ch. 157.
 Intellectus in nobis non intelligit se, nisi accidentaliter, quia accidit intellectu, vt sit forma intellectus. Auer. in 12. meta. te. comm. 51. ch. 157.
 Intellectus, & intellectum cum fuerint adunata perfecta adunatione, contingit, vt intellecta multa plura, quæ sunt intellectus illius, adunentur, & fiant vnum, & simplex omnibus modis. Auer. in 12. metaphysic. tex. comm. 51. char. 158.
 Intellectus non intelligit aliquid indiuisibile per aliquam rem eius, nisi perceperit ipsum habere aliquid indiuisibile absolute, vt non intelligit differentiam vnus rei ab alia, nisi postquam intellexerit differentiam absolutam. Auerroes in epitom. metaphysicor. tract. 1. char. 170. colum. 1.
 Intellectus officium est abstrahere formam a materia in diuidata, & apprehendere ipsam, separatam secundum eius certitudinem, & per hoc intelligit quidditates rerum, aliter non essent scientiæ. Auer. in epitom. metaph. tra. 2. c. 174. col. 3.
 Intellectus, cum abstrahit formas a materia, & intelligit essentias earum secundum suam veritatem, siue sint, formæ substantiales, siue accidentales, tunc accidit eis in intellectu ipsa vniuersalitas, non quod vniuersale sit essentia formarum illarum substantiarum, ita vt sint de secundis intentionibus, sed quibus accidunt vniuersalia, sunt de primis. Auer. in epitom. metaph. tra. 2. c. 174. col. 4.
 Intelligibile, vt intelligibile, non habet esse extra intellectum. Auer. in epitom. metaph. tra. 3. c. 179. col. 3.
 Intellectus non apprehendit res particulares operabiles. Auer. 6. ethicor. cap. 8. char. 43. col. 3.
 Intellectus, qui est intelligibilis potentia, non est idem apud omnes, sed relatus ad intelligibile, est idem apud omnes. Alb. mag. in periherm. c. 81. col. 3.
 Intelligibile nullum ab hominis accipitur intelligentia, nisi vt est lumen intelligentiæ agentis ipsum, quod si sola agit per se intelligit: si per mediam, oportet vt illustretur a lumine ipsius, antequam ab intellectu accipiat. Alb. mag. in top. c. 220. col. 2.
 Intellectus humanus propter reflexionem, quam habet ad sensum, a sensu colligit scientiam. Albert. magn. in 1. physico. tr. 1. c. 1. c. 1. col. 3.
 Intelligibilia tantum sunt ea, quæ abstrahunt a motu, & materia secundum esse, & definitionem. Alb. mag. in 1. physico. tra. 1. c. 1. c. 1. col. 2.
 Intelligibilia, & imaginabilia ea sunt, quæ abstrahunt a motu, & materia secundum definitionem, non secundum esse. Alb. mag. in 1. physico. tra. 1. cap. 1. ch. 1. col. 3.
 Intelligibilia, imaginabilia, & sensibilia sunt, quæ concepta sunt cum materia per esse, & definitionem. Alb. mag. in 1. phy. tra. 1. c. 1. c. 1. col. 2.
 Intellectus non intelligit, nisi attingat terminos rei, & cum infinitu non heat terminos, id non potest intelligi ab intellectu. Alb. mag. in 3. phy. tra. 3. c. 5. c. 36. col. 3.
 Intellectus potest esse in conceptu, & appetitu vno rem faciendi non modo, sed postea. Albertus magnus in 8. physico. tra. 1. capit. 4. char. 89. colum. 4.
 Intellectus nihil intelligit sine continuo, & tempore. Alb. mag. de somn. & vig. l. 3. tra. 1. cap. 4. c. 35. col. 4.
 Intellectus, & imaginatio mouent corpora sibi coniuncta & vnita per formam intellectu, & imaginationis. Alb. mag. de motib. ani. l. 1. tra. 1. cap. 3. c. 41. col. 4.
 Intellectus non intelligit, nisi per accidens fiat intelligibile, vt & materia cognoscitur per aliquid, cuius ipsa est

est

est fundamentum. Et si aliqui dicunt intellectum intelligit per hoc, quia per essentiam est ens presens sibi ipsi, hoc tamen secundum philosophiam non potest dici, & si hanc opinionem non impugnatur. Alb. mag. contra Auer. de unit. intel. c. 7. c. 83. col. 3.
 Intellectus omnis per lumen suum est forma constituens id, quod intelligitur. Alb. mag. de cau. & proces. vniuer. a cau. l. 1. tra. 4. cap. 5. ch. 196. col. 3.
 Intellectus, & intelligibile vnum faciunt, vt materia, & forma. Alb. mag. in 3. de ani. tra. 2. c. 9. c. 38. col. 1.
 Intellectus apprehendit seipsum, & omne instrumentum corporeum. Albertus magnus in 3. de anim. tra. 2. cap. 14. chart. 39. colum. 3.
 Intellectus, si esset virtus operans, vel mixta corpore, non intelligeret formam, nisi a corpore receptam. Alb. mag. in 3. de ani. tra. 2. c. 14. char. 39. col. 4.
 Intellectus aliquis si esset, qui nil aliud extra se intelligeret, is omnino esset intransmutabilis, vt intellectus substantiarum separatarum. Albertus magnus in 3. de anim. cap. 5. ch. 39. col. 4.
 Intellectus, qui intelligit, vt vnum intelligit: scire autem plura possumus simul, & semel, non autem intelligere. Alb. mag. in 3. de ani. tra. 3. c. 1. c. 41. col. 3.
 Intellectus, qui nihil habet præter simplicem mentis conceptum, semper verus est. Alb. mag. in 3. de ani. tra. 3. cap. 1. char. 41. colum. 2.
 Intellectus, & intellectum non differunt nisi lumine. Alb. mag. in 3. de ani. tra. 2. c. 1. c. 41. col. 1.
 Intellectus natura ex ipsius perfectione cognoscitur. Albert. mag. ex 1. de intel. & intel. c. 1. c. 53. col. 3.
 Intellectus sanctitatis, & munditiæ non addit nouum genus perfectionis, & intellectus, sed dicit modum quandam puritatis circa intellectum. Alb. magn. in 2. de intel. & intel. cap. 10. c. 55. col. 3.
 Intellectum speculatiuum perfici necesse est secundum omnem rationem formæ speculatiuæ, secundum quam circa verum speculatur. Alb. mag. in 1. metaphysicor. tra. 1. cap. 1. char. 56. col. 1.
 Intellectus, & si sit cum continuo, & tempore in prima intelligibilis acceptione, tamen apud se inuenitur sine continuo, & tpe intelligibile, quod est ipsa rei veritas, & quidditas, & tunc est omnino sine tempore, & continuo. Alb. mag. in 1. metaph. tra. 4. c. 8. c. 68. col. 1.
 Intellectum primum, & purum, cum nos attingimus, est semper mirabilis, & mirabilium delectationum plenus, quia cum sibi non desit, hoc semper habebit, quod nos aliquando habuimus, cum habemus mirabiliores & firmiores, & puriores delectationes. Si autem habet sine mensura magis nos, tunc est mirabilior in delectatione pura sine mensura, quam nos, vel aliquod causatum suum. Albert. magn. in 11. metaph. tra. 2. cap. 11. char. 154. col. 4.
 Intellectuale aliud est ab intelligibili: intelligibile enim est, quod intellectuale lumine intelligibile est: intellectuale, quod intellectualitate constituentis intelligibile est. Albertus magnus ethicorum prim. tra. 6. cap. 6. chart. 16. colum. 3.
 Intellectuale lumen, & si omnium formarum constitutum sit, tamen secundum esse diuersum fit in constitutis. Alb. mag. ethi. 1. t. 6. c. 6. ch. 16. col. 3.
 Intellectus, qui intelligentiæ imago est immediatam applicationem habet ad primas formas intellectuales. Alb. mag. ethi. 6. tra. 2. cap. 17. char. 74. col. 4.
 Intellectus in sapientia, scientia, & intellectu idem est secundum substantiam. Alb. magnus ethicorum 6. tra. 2. cap. 21. char. 76. colum. 1.
 Intellectus solus veritatem cognoscere potest. D. Thom. in periherm. char. 2. col. 1.
 Intellectus apprehendit rem secundum propriam essentiam, vel definitionem. D. Thom. in periherm. c. 9. col. 1.
 Intellectus significat certitudinem cognitionis absq; de-

monstratione, non propter defectum demonstrationis, sed quia id, de quo certitudo habetur, est indemonstrabile, & per se notum. D. Thom. in post. c. 78. col. 1.
 Intelligibile in actu tunc aliquid sit, cum aliquo modo attrahitur a materia, & in quod aliquid diuerso modo se habet ad materiam, ita ad diuersas scientias pertinet. D. Thom. in 1. phy. l. 1. tr. 1. c. 1. col. 1.
 Intelligere, & sentire non dicuntur motus, nisi equiuoce. D. Thom. in 6. phy. l. 8. te. 59. ch. 99. col. 1.
 Intellectus proprium est secundum prudentiam bene operari. D. Thom. in 1. de ani. l. 3. te. 24. ch. 5. col. 3.
 Intellectus recipit similitudinem eius, qui intelligit incorporaliter, & immaterialiter. D. Thom. in 2. de ani. l. 12. te. 60. char. 32. col. 4.
 Intellectus reducitur in actum specierum per modum, quo sciens actu adhuc est in potentia intelligens. D. Thom. in 3. de anim. l. 8. te. 8. char. 56. col. 1.
 Intellectus obiectum non est species intelligibilis, sed qualitas rei intellectæ. D. Thom. in 3. de anim. l. 8. te. 11. char. 57. colum. 1.
 Intellectus agens, & possibilis si non esset in homine, non esset homo a natura sufficienter institutus; non enim haberet in seipso principia, quibus posset operationem complere, quæ est intelligere. D. Thom. in 3. de anim. l. 10. te. 19. char. 58. col. 1.
 Intellectus opus est compositio propositionis, non autem naturæ. Diuus Thomas in tertio de anim. l. 11. tex. 22. char. 59. col. 1.
 Intelligibile, & si complexum non sit, nec verum, nec falsum, tamen intellectus intelligendo ipsum, verus est, in quantum adæquatur rei intellectæ. D. Thom. in 3. de ani. l. 11. te. 26. ch. 60. col. 4.
 Intellectus, & si intelligit res per hoc, quod est similis eis quantum ad speciem intelligibilem, per quam fit in actu, non tamen oportet, vt modo illo sit species illa intellecta, quo in intellectu, quia omne, quod est in alio, est per modum eius, in quo est. D. Thom. in primo metaph. l. 10. te. 6. ch. 56.
 Intellectus, & si intelligit Mathematica, non intelligendo sensibilia, & vniuersalia præter particularia; non tamen oportet, vt Mathematica sint præter sensibilia, & vniuersalia præter particularia. D. Thom. 1. meta. l. 10. tex. 6. char. 56.
 Intellectus solum est discurrere a causis in causata, vel in contraria, non sensus. Diuus Thomas 6. metaphysic. lec. 1. te. 1. char. 401.
 Intellectus habet apud se similitudinem rei intellectæ secundum quod rationes incomplexorum concepit. D. Thom. 6. meta. l. 3. te. 7. ch. 423.
 Intellectus non decipitur circa quod quid est, non solum in simplicibus substantijs, sed etiam in compositis. D. Thom. 9. metaph. l. 11. te. 22. ch. 669.
 Intellectus non decipitur circa quod quid est, nisi vel in componendo, vel diuidendo, quod in substantijs compositis dupliciter contingit. Vno modo per compositionem definitionis ad rem definitam, vel diuisionem. Alio modo, vt definitio constituitur ex partibus, quæ non sunt inuicem componibiles. Primo modo est falsa, quia non est huius. Secundo modo est falsa per se, vt in quinto docuit Aristoteles, com. 34. In simplicibus vero substantijs non potest esse deceptio circa quod quid est per accidens, nisi primo modo: non enim eorum aliquod est compositum ex pluribus, circa quorum compositionem, vel diuisionem possit accidere falsum. Diuus Thomas nono metaphysicorum, le. 11. text. 22. chart. 669.
 Intellectus humanus, de mente Aristotelis, potest pertinere ad intelligendum substantias simplices. D. Thom. 9. metaph. le. 11. te. 22. char. 669.
 Intelligere actu aliquid indignissimum non est fugiendum, nisi in quantum in eo intellectus sistit, & dum

actu illud intelligit, retrahatur ab intelligendis dignioribus. Diuus Thomas duodecimo metaphysico. le. 11. te. 51. char. 905.

Intellectorum vilitas non tollit nobilitatem intelligentiæ. D. Thom. 12. meta. l. 12. tex. 53. char. 910.

Intellectus inferiores ita recipiunt suas perfectiones a superioribus, vt corpora inferiora ab inferioribus suas recipiunt perfectiones. Diuus Thom. ethicorum prim. lec. 13. char. 14. col. 2.

Intelligere bene nati sunt, qui habent spiritus subtiles, claros, & bene representatiuos formarum sensibiliu: at qui grossos, prauè. D. Tho. 7. pol. l. 5. ch. 108. col. 1.

Intellectus boni sunt habitantes in regionibus calidis, quia & si spiritus paucos habent, claros tamen, & mundos habent, vt in frigidis habitantes. contra grossi sunt, & fortes, & animosi. Diuus Thom. 7. polit. l. 5. char. 108. colum. 2.

Intellectus appetitu naturali appetit scire, quia naturaliter intellectus est imperfectus. Alex. de ales in prim. metaphys. char. 2. col. 4.

Intellectus appetit scire aliquo modo appetitu cognoscitio. Ale. de ales in 1. metaphys. c. 2. col. 4.

Intellectus appetit scire omnia non solum naturalia, & quæ sunt infra lumen naturæ, sed etiam supra naturalia, & quæ sunt infra lumen supernaturale. Alex. de ales in 1. meta. char. 3. col. 1.

Intellectus noster semper cadit super aliquo finito, iō singularium non est scientia, quia infinita sunt. Alex. de ales in 1. meta. char. 7. col. 2.

Intellectus fertur facilius in principium per se notum propter proportionem, quæ est inter principium, & intellectum. Cum quadam autem difficultate fertur in conclusiones, quæ latent in principiis, quia lumen intellectus nostri non proportionatur cōclusionibus latentibus, nisi per multa media, & multos discursus. Alexander de ales in secundo metaphysicorum char. 34. columna prima.

Intellectus noster non immediate aspicit omnia scibilia sed sub quodam ordine, primo conceptus simplices, secundo compositos, & inter simplices, primo generales, secundo particulares. Ale. de ales in secundo metaphysic. char. 34. col. 2.

Intellectus noster, & si sit tanquam tabula nuda, tamen continet omne scibile virtualiter. Ale. de ales in 2. metaphys. char. 34. col. 3.

Intellectum omne, ad cuius cognitionem modica exigit resolutio, facilius cognoscitur. Ale. de ales in 2. metaphys. char. 35. col. 1.

Intellectus difficultas ex hoc prouenit, quod natura rei non bene potest attingi ab intellectu; quod autem intellectus attingat, hoc est quia mouetur ab obiecto. Ale. de ales in 2. meta. char. 35. col. 2.

Intellectus si non mouetur ab obiecto, duobus modis fieri potest; vel quia obiectum deficit a natura motionis actiue, & sic difficultas prouenit ab obiecto; vel quia intellectus deficit a natura motionis passiuæ, & sic est difficultas ex parte intellectus. Alexander de ales in secundo metaphysicorum char. 35. col. 2.

Intellectus mensuratur a rebus, & non e conuerso. Ale. de ales in 2. metaphysicor. char. 47. col. 1.

Intellectus noster aliquando deficit a certitudine rei propter excellentiam intelligibilis, & propter excellentiam realitatis, & sic non habet certam demonstrationem de substantiis separatis. Aliquando deficit propter defectum rei in se; quia scilicet res, cum sit immerfa in materia, non habet necessitatem euidentem super quam intellectus certitudo se ponere possit. Alexander de ales in secundo metaphysicorum chart. 47. columna quarta.

Intellectus noster non venit in verum scibile, nisi per quandam discursum: & in hoc differt ab intellectu

Angelico, & Diuino: quia intellectus diuinus intelligit omnia simul: intellectus autem Angelicus, licet non intelligat vnum post aliud, tamen intelligit vnum ex alio. Alexander de ales in 3. metaphysicorum tex. 1. chart. 48. colum. 4.

Intellectus noster cum discursiuus sit, & per discursum intelligat, oportet, quod ille discursus ab aliquo prius scito incipiat: si enim de natura scibilis nil sciret, nullo modo posset discere. Ergo in eo, quod discit, aliquid prius scit, & aliud quærit: præscit enim a quo incipit discursus, & quærit illud, ad quod discursus terminatur. Alexander de ales in secundo metaphysicorum tex. 1. chart. 48. colum. 4.

Intellectus si debet esse verus, oportet, quod aliquid respondeat sibi in re; aliter intellectus esset vanus: nam intellectus noster mensuratur a rebus. Alexander de ales in 3. metaphys. tex. 2. char. 50. col. 1.

Intellectus diuidit ea, quæ sunt coniuncta in natura, & immaterialiter materialia cognoscit. Alexander de ales in 3. metaphysicor. tex. 12. char. 66. col. 3.

Intellectus operatio duplex. Alia, qua intelligit ipsum, quod quid est, & hæc vocatur simplicium intelligentia. Alia est intellectus operatio, qua componit, & diuidit, & in vtraque est aliquod primum, quod cadit sub prima apprehensione intellectus; & in prima operatione intellectus primum est principium, De vnoquoque est vera affirmatio, vel negatio. Alexand. de ales in 4. metaphys. te. 9. char. 84. col. 2.

Intellectus noster de sua natura per confusum venit in distinctum. Alexander de ales in 5. metaphysicorum tex. 16. char. 129. colum. 3.

Intellectus fertur super accidentia, & ibi non quiescit, sed continue nititur assequi intrinseca rei, vt ibi terminetur intellectus; quia intrinseca rei sunt essentialia, ergo secundum hanc essentialiam rei ad ipsam essentialiam terminatur intellectus, & sic essentialis est cognitionis terminus. Ale. de ales in 5. meta. t. 2. c. 15. c. 2.

Intellectus differt a natura, quia natura ex vna materia vnum effectum efficit; intellectus autem, & ars ex vna materia inducit vnum effectum aliquando, aliquando alium. Alexander de ales in septimo metaphysicorum tex. 31. char. 217. colum. 2.

Intellectus dicuntur liberi arbitrii, quia in potestate sua habent actionem. Alexander de ales in 12. metaphysicorum tex. 59. char. 345. colum. 3.

Intellectus noster primo intelligit simplicia, & ex eorū intellectu intelligit compositum, quia intelligit componendo, & diuidendo. Alexander de ales 12. metaphysicorum tex. 51. char. 351. colum. 4.

Intellectus secunda operatio per accidens miscetur primæ, dum definitio componendo partes eius cognoscitur, & tertia dum definitio applicatur syllogismo: Thom. de Vio in posterior. char. 92. col. 2.

Intellectus, ut se habet ad sensum.

Intelligere est in homine cum vult; sentire autem non est in ipso, necessarium enim est esse sensibile, & sic se habet in scientijs sensibilem propter eandem causam quia sensibilia singularium sunt, & exteriorum. Arist. 2. de anim. sum. 4. cap. 1. te. 60. char. 630.

Intelligere, & sapere videntur esse velut sentire quoddam. Arist. de ani. 2. sum. 6. cap. 1. te. 150. char. 653.

Intelligere, & sentire non esse idem patet; sentire enim omnibus conuenit animalibus, intelligere paucis. Arist. de ani. 2. sum. 7. cap. 1. tex. 152. char. 653.

Intellectiua, & sensitiua tantum animæ parte cognoscimus aliquid. Arist. de som. cap. 1. char. 60.

Intellectio tota ex sensibus pendet, quia sine visis, & imaginibus non perficitur. Them. in prim. de ani. cap. 18. tex. 42. char. 64. colum. 4.

Intel-

Intellectui eodem modo se habet bonitas, & malitia, vt sensui voluptas, & dolor. Them. in 3. de anim. cap. 42. te. 28. ch. 88. colum. 3.

Intellectus ipse, & sensus aliquas proprias naturas habent. Simp. in 3. de anim. ex se. 1. te. 5. c. 59. col. 3.

Intellectus a sensu differt, quod sensus est in omnibus animalibus, intellectus in homine solo. Ioa. gra. in 3. de anim. re. 150. char. 79. col. 4.

Intellectus ad intellectum est proportio, vt sensus ad sensatum. Auerro. physicorum septimo, text. 20. char. 147. colum. 2.

Intellectus comprehendit formam per se, & iudicium mediante sensu. Auer. 3. de anim. te. 9. c. 167. col. 4.

Intellectus secundum esse simplicior est sensu, licet communior sit sensus, quam intellectus. Alb. mag. in 2. de anim. tra. 1. c. 11. col. 3.

Intellectus diuersimode disponitur ad intelligendum secundum diuersam dispositionem sensus in actu: qui sensus in actu diuersimode disponitur secundum diuersitatem organi, & spiritus, specialiter in grossitie, & subtilitate, in quo primo videntur sigillatè forme sensibilia. Diuus Thomas septimo politicor. le. 5. chart. 118. colum. 1.

Intellectui, ut se habent ceteræ facultates.

Intellectus, & scientia, & opinio sunt veri, sed intellectus, & scientia semper sunt veri; opinio autem aliquando est vera, aliquando falsa. Aristotel. poster. l. 1. cap. 26. te. 44. char. 351.

Intellectio, & existimatio non est eadem; existimatio enim passio est in nobis cum volumus, præ oculis enim est fingere, vt qui in memoratiuis versantur, & simulacra faciunt; opinari autem non est in nobis, necesse enim est, aut verum, aut falsum dicere. Arist. de ani. 2. sum. 7. ca. 1. te. 153. char. 653.

Intellectui propinquior est opinio, remotior phantasia. Sirianus in 12. metaphysicorum vel secundum latin. 13. num. 6. char. 4.

Intellectus, vt est, vel non est in omnibus vnus.

Intellectus copulari non potest cum homine, nisi per copulationem vnus illarum duarum partium, id est illius partis, quæ se habet ad eum, vt materia, & eius, quæ se habet ad ipsum intellectum, vt forma; at non potest copulari, vt forma cum omnibus indiuiduis, restat vt copuletur cum omnibus hominibus per copulationem conceptuum intelligibilium nobiscum, qui sunt conceptus imaginati, id est per illam partem, quæ in nobis existit, quæ se habet quodam pacto, vt forma. Aueroes tertio de anima text. quinto chart. 164. columna 4.

Intelligibilia entia non habent pluralitatem de mente Auempacis, nisi propter pluralitatem formarum spiritualium, quibus extant, & consistunt in quolibet indiuiduorum; & sic omne intelligibile, quod non habet formam spiritualem super quam sustentatur illud intelligibile, erit idem in me, & in te; & quidditas ipsius intelligibilis cuiusque forma non habet formam spirituales, nec indiuiduam, cui innitatur, & fulciatur, cum quidditas ipsius intelligibilis non sit quidditas ipsius indiuidui singularis, tum spiritualis, tum etiam corporalis. nam satis constat ipsum intelligibile non esse indiuiduum. Hic sequitur intellectum aptum esse, vt intelligat quidditatem ipsius intelligibilis, cuius ipse intellectus est vnicus in hominibus omnibus, & quod ita se habet in substantia separata. Auerro. 3. de anima tex. 36. char. 177. colum. 4.

Intellectum vniuersalem esse in ambitu potentiæ localis, vt speciei nil prohibet esse determinatū secundum

esse subiecti. Alb. magnus contra Auerr. de vnit. intel. cap. septimo chart. 84.

Intellectum proprium, nisi ex intelligibili proprio adipsi non possumus. Intelligibile autem non est in nobis secundum Auerroem, nec aliquis adeptus est hoc, quod semper manet separatam ab ipso. Intellectus autem omnis separatus manet separatus: igitur nunquam intellectus est adeptus, quod est falsum. Igitur oportet intellectum esse coniunctum, & sic non vnus in omnibus. Alb. magnus contra Auerr. de vnit. intel. cap. 5. char. 82.

Intellectus informis fundatur in sensitiuo viuo, nec vnquam separatur ab ipso. Si igitur sensitiuo, & viuo non conuenit secundum esse vni numero existenti in pluribus: impossibile est, quod hoc conueniat intellectui, qui fundatur in ipso. At constat, quod sensitiuo est esse commune; igitur nec hoc ipsum conuenit intellectui, qui fundatur in ipso. Igitur intellectuum multiplicatur ad multiplicationem sensitiui, & sic non est vnus, quod de intellectu relinquatur ex omnibus. Alb. mag. contra Auerr. de vnit. intel. c. 5. c. 81.

Intelligibile subiectum non est vnus numero in omnibus contra Auerroem. Alb. magn. in 3. de ani. tra. 2. cap. 13. char. 39. col. 2.

Intellectum vnus esse, & vnicum numero in specie ante Auerroem dixerunt Abubacher, & Auempac. Alb. mag. in 5. de ani. tra. 2. c. 6. ch. 37. col. 1.

Intellectus, ut se habet ad corpus.

Intellectum admixtum esse cum corpore, ita vt non possit dissolui, laboriosum est, & propterea fugiendū; siquidem melius est intellectui non cum corpore esse, vt est consuetudo, & multis placet. Ari. 1. de ani. su. 3. cap. 1. te. 49. char. 601.

Intellectus in actu cum prima seminis emissionem p omnia penetrauit, & actu existit. Ale. aphrod. in 2. de anim. c. 23. ch. 45. col. 2.

Intellectus noster manet in corpore, quod ex secretionem dissolutum est, corrupto, atq; abolito organo; vt artifex amissis ferramentis agit quidem etiam tunc, non tamen materiale, ac organicum actum. Ale. aphro. in 2. de ani. c. 23. char. 45. col. 2.

Intellectus nullum continet corpus, nec corpore, vt instrumento vtitur. Sim. in 1. de ani. c. 12. col. 4.

Intelligibilia contemplantes non videntur corpore. Sim. in 1. de ani. te. 12. char. 3. col. 4.

Intellectus contemplatiuus non vtitur ipso corpore, vt instrumento. Sim. in 2. de ani. te. 11. ch. 26. col. 3.

Intellectus non solum incorporeus, sed corpore, vt instrumento, non vtitur ad intelligendum. Sim. in 3. de ani. te. 48. char. 12. col. 4.

Intelligere solis animalibus rationalibus inest. Sim. in 3. de ani. ex se. 1. te. 152. ch. 54. c. 1.

Intellectus non est eodem modo in omnibus hominibus, nec in omnibus animalibus. Auerro. 1. de anima, te. 24. char. 112. col. 4.

Intellectus natura videtur esse valde opposita naturæ corporis. Auer. 1. de ani. te. 49. c. 118. col. 4.

Intelligere proprium est animæ humanæ propter corpus. Alb. magnus de intel. & intel. l. 1. tra. prim. cap. 1. char. 50. colum. 2.

Intellectus, & extimatio in homine, & alijs animalibus puriora, & meliora, impuriora, & peiora sunt secundum dispositionem sanguinis, vel humoris, qui est loco sanguinis propter subtilitatem, & claritatem sanguinis maiorem, uel minorem. Alb. mag. de ani. li. 12. tra. 2. cap. 2. ch. 105. col. 4.

Intellectualis cognitio nostra cum ex seipsa procedat, posterior est cognitione sensitiua. Diuus Tho. in post. char. 40. colum. 1.

Vu 3 Intel-

Intellectus virtus ubi deficit, excedit virtus corporis.
Diuus Thomas 8. metaphysicorum l. 1. ch. 125. col. 1.

Intellectus a quo artifice consideratur.

In intellectus, ut est actus corporis, quodammodo speculatur Phisicus: ut separabilis, Metaphisicus. Alex. de ales in 6. metaph. te. 2. c. 171. col. 2.

Intemperantes, & incontinentes circa eadem versantur at, incontinentes non eligunt, intemperantes vero eligunt. Ari. 7. ethi. ad Nicom. c. 4. c. 167.

Intemperans magis est, qui vel nihil, vel leuiter cupiens, & excessus sectatur, & dolores mediocres fugit, quam qui vehementi cupiditate afficitur. Arist. 7. ethico. ad Nicom. cap. 4. ch. 167.

Intemperans est, qui iucundarum rerum excessus, vel cum excessu, vel ex electione, & propter ipsas, nullam que aliam ob rem euenientem persequitur. Arist. 6. ethico. ad Nicom. c. 7. ch. 173.

Intemperans incontinentem deterior est, cum non cupiens vel leuiter cupiens errat. Arist. 7. ethico. ad Nico. cap. 7. char. 173.

Intemperans non est eiusmodi, ut eum peniteat; perstat enim in proposito, ideo est incurabilis. Ari. 7. ethico. ad Nicom. cap. 8. char. 175.

Intemperans dicitur, qui in tactus voluptatibus excedit. Ari. mag. moral. 1. c. 20. ch. 299.

Intemperans curatu facilior est incontinentem, nam si ratio ei aduenerit, quæ mala esse doceat, non operabitur. At incontinentem rationem habet, quod sint mala, sed non ob id cessat ab operatione. Ari. magn. mor. 2. cap. 5. char. 334.

Intemperans est, qui mala agit. Aristot. magn. moral. 2. cap. 7. char. 336.

Intemperans non est incontinentem, nec incontinentem intemperans, sed intemperans est deterior incontinentem. Ari. mag. moral. 2. c. 7. char. 336.

Intemperanter agere est ex cupiditate id, quod optimum quis arbitratur, agere. Ari. mor. eud. 2. c. 8. c. 395.

Intemperans multifariam dicitur; interdum cum non est castigatum, nec emendatum, ut incastratum dicimus, quod castratum non fit, quod & potest castrari, & non est castratum, & quod castrari non potest. sic de intemperante, vel qui tempericem non admittat, vel quod admittat quidem, sed nunquam fit castigatus. Arist. mor. eud. 3. cap. 4. ch. 417.

Intemperantia proprie circa tangibilia versatur. Arist. mor. eud. 3. c. 5. char. 419.

Intemperantia est, cum honestum, & iucundum in affectionibus discordant. Ari. mor. eud. 3. c. 4. c. 437.

Intemperantia vitium est appetentis, per quod amplectuntur malas voluptates. Ari. de virtutib. ch. 478.

Intemperantia vituperabilis est, ut quæ nobis inest, non ut homines, sed ut sumus animalia, ipsi enim acquiescere ferinum est. Ari. 3. ethico. 10. ch. 74.

Intemperantium voluptas non est ex tactu totius corporis, sed alicuius partis. Aristoteles 3. ethico. cap. decimo char. 75.

Intemperantes in omnibus excedunt, tum quia oblectantur, vel quibus non oportet, quia magis quam plerique faciant, vel non ut oportet, vel quo oportet. Arist. ethico. c. 11. ch. 75.

Intemperans circa dolores est, qui dum iucunda non consequitur, magis dolet quam oportet; temperans vero dum absentia, & abstinentia voluptatis nullo dolore afficitur. Aristoteles tertio ethico. ad Nicomachum cap. 11. ch. 76.

Intemperantia spontanea magis similis quam ignauia videtur, cum hæc ex voluptate, illa ex dolore existat, ex quibus altera eligenda, alter fugiendus est. Arist. 3. ethico. ad Nicom. ca. 12. ch. 77.

Intemperans nemo esse cupit. Arist. 3. ethico. ad Nicomach. mor. cap. 12. ch. 78.

Intemperantia est, cum honestum, & iucundum discordant in actionibus. Ari. in 3. mor. 7. c. 4. c. 477.

Intemperans est, qui cum electione voluptates sectatur, corruptamque habet rationem. Aristoteles 7. ethico. cap. 4. ch. 369.

Intemperans est, qui concupiscit omnia delectabilia secundum sensum, vel concupiscit quæ sunt maxime delectabilia secundum tactum. Alber. magn. ethic. 3. cap. 6. ch. 46. colum. 1.

Intemperans octo modis est, aut ad omnia delectabilia sensus, aut ad quædam specialia secundum tactum, & sic aut circa venere, vel circa cibum, & si circa cibum aut est in desiderio sumentis, aut in præparatione, & in desiderio, vel est ratione temporis, aut cibi inordinati. Alber. mag. ethi. 3. cap. 7. ch. 46. col. 4.

Intemperans est, qui profectur superabundantiâ delectationum, & delectabilium secundum superabundantiam propter electionem, & propter ipsas delectationes, & propter nihil aliud, quod adueniat delectabilibus, sed illis illectus eligit sine dissensu rationis superabundare, & superfluere in illis; & insanabilis est, qui eum non penitet, & qui taliter fugit corporales tristitias, & non fugit eas propter violentiam passionum, sed propter electionem, qua elegit tales tristitias fugere. Albertus magnus ethico. 7. tractat. 1. cap. 11. char. 86. colum. 3.

Intemperatus præconsciatus est, peccat enim ex electione. D. Thom. ethic. 7. li. 8. c. 125. col. 3.

Intemperatus habet corrupta principia practica, quia sibi videtur bonum, quod non est bonum. Alex. de ales 12. metaph. te. 36. ch. 343. col. 1.

Intensio, est via ad vigorem, & summum statum, & ante vigorem fit. Simplicius in 2. de celo tex. 35. comm. 20. char. 64. colum. 4.

Intensio in ijs, quæ natura mouentur, fit, quia appropinquatur semper ei, ad quod fertur. Simplicius in 2. de celo te. 38. comm. 24. ch. 66. col. 1.

Intensio duplex per contrarij separationem, & in his, quæ mixtabilia non sunt, & causatur a subiectis, in quibus sunt. Alb. magn. in prædicam. 6. c. 19. col. 4.

Intensio, & remissio duplici de causa pronenire potest; prima quod intensius, & contrario est impermissius, & sic suscipiunt intensiorem mediam, quæ sunt inter duo contraria, quorum vtrūque est qualitas positua, ut albū, & nigrū; altera est, quod suscipit magis, & minus sibi accessum, & recessum ad vnū, quod dicit rem illam in termino, ut in his quæ opponuntur, ut habitus, & priuatio, & affirmatio, & negatio, & in hoc non potest esse falsus, quod est falso permissius, quia falsum nihil est. Alber. magn. in 4. metaphysicorum tract. 2. cap. 7. char. 93. col. 2.

Intentio quid est, & eius usus.

Intentionis cognitio est principium omnium eorum, quæ inuentioni adminiculantur, & actionum, quæ illius gratia fiunt. Ale. aphrod. in 4. Naturalium que. cap. 25. char. 21.

Intentione cognita dirigitur intellectus noster, ut non vagemur, sed ad ipsam omnia referamus: Simplicius in prædic. char. 290.

Intentio vniuersalis alia est ab intentione imaginatiua. Auer. 1. de anima te. 60. c. 138. col. 3.

Intentiones, quas recipit sensus, sunt particulares: quas vero recipit intellectus, sunt vniuersales. Auerro. 2. de anima te. 21. char. 151. colum. 2.

Intentiones cum sunt diuersæ, & virtutes sunt diuersæ. Auer. 3. de anima te. 12. char. 168. col. 3.

Intentio recepta ab intellectu dupliciter consideratur; ut

ut recepta, & sic est particularis, & ut comparata ad ea, quorum est esse, & forma, & sic est vniuersalis, & sic indicatur ab intellectu. Alb. mag. contra Auer. de vnit. & intelle. cap. 5. char. 83. col. 4.

Intentio hoc in loco vocatur, non ut logici, prima & secunda, sed aliquid pertinens ad realitatem primo modo, quod natum est præconcipi absque aliquo alio, quod est in eadem realitate. Alexad. de ales in 5. metaph. tex. 20. char. 147. col. 3.

Intentio prima est illa intellectus attentio, quia inspicit in rebus oblati sibi ea, quæ illis conueniunt in rerū natura. Tho. de Vio in præd. 6. char. 4. col. 2.

Intentio secunda est illa intellectus attentio, in qua rebus sibi oblati, intuetur ea, quæ conueniunt illis ex intellectu adiuuentione. Thomas de Vio in prædic. chart. 4. colum. 2.

Intentio Aristotelis, & auctorum in libris.

Intentio Arist. est de altercatorijs, & contentiosis dicere. Arist. elenc. l. 1. cap. 2. ch. 577.

Intentio Aristotelis in libro topicorum est inuenire viam, ac rationem, qua possimus de omni re differere. Ale. aphr. in 1. top. cap. 1. char. 1. col. 1.

Intentio Aristotelis est velle de his, quæ post disputationem de anima exprimens sunt, hoc in loco differere. Alexander aphroditeus de sensu, & sensato sec. pri. com. 2. char. 4. col. 3.

Intentio Aristotelis in metaphysica, est de ente ut ens est disputare. Alexand. aphrod. in 3. metaphysic. vel. secund. lat. 4. com. 1. char. 81. col. 2.

Intentio Aristotelis est in quarto metaphysicis tractare de ijs, quæ multifariam dicuntur, quibus doctrine omnes, ut communibus vtentes, propria sua demonstrant. Alexand. aphrod. in 4. metaphysic. vel. secund. latin. 5. cap. 1. char. 126.

Intentio Aristotelis est in 6. & 7. de definitionibus differere. Alexander aphrod. in 9. metaphysic. vel. secund. latin. 7. com. 1. char. 180. col. 1.

Intentio Aristotelis est in libro nono de vniuersali natura disputare. Alexander aphr. in 9. metaphysicorum. vel. 10. comment. 1. char. 247. col. 2.

Intentio Aristotelis in libro prædicamentorum est agere de vocibus simplicibus res significantibus. Porphy. in prædic. chart. 1.

Intentio Aristotelis in libro de interpretatione est agere de dictionibus formam vocū significantibus, quatenus formæ eiusmodi sunt. Por. in præd. ch. 2.

Intentio Aristotelis in libris prædicamentorum est agere de simplicibus vocibus, quæ simplices res per medios simplices conceptus significant. Ammonius in prædic. chart. 6.

Intentio Aristotelis in libro de interpretatione est docere simplices orationes, quæ ex vocum simplicium absoluuntur contextu. Ammonius in lib. de interpret. chart. prima.

Intentio Aristotelis est in prædicam. tractare de simplicibus, & generalissimis partibus orationis, quæ significant res simplices, & simplices conceptus de simplicibus rebus, ut Alexander aphroditeus sentit, ac idem. Alex. Egeus. Simp. in præd. ch. 3.

Intentio logices facultatis est agere de simplicibus ac primis, & generalibus vocibus quatenus rerum sunt significantiæ, nec non res, ac conceptiones docere, quatenus res a vocibus significantur, & idem sentit Alexander Boethius Porphy. Iamblicus, ac Sirianus. Simplicius in præd. char. 4.

Intentio Aristotelis in phisicis est de principijs Naturalibus agere. Simplicius in prim. phisicorum, tex. prim. char. prim. colum. 1.

Intentio huius secundi libri est agere de formali prin-

cipio elementari. Simplicius in secundo, phisicorum. in præfac. char. 90. colum. 2.

Intentio libri tertij est de vacuo, & infinito, & de continuo agere. Simp. in 3. phisic. ch. 139. col. 2.

Intentio Aristotelis est in libris de celo loqui de simplicibus corporibus, quæ ex principijs naturalibus constāt immediate, & partes vniuersales sunt, quorum dignius est cœlum, ideo ab eo nomen accepit liber, & post illud, quæ sub Luna sunt quatuor elementa compositorum corporum. Simplicius in prim. de celo, ex proem. char. 2. colum. 3.

Intentio Aristotelis est hoc in loco ostendere celestia aliter naturæ esse, quam quatuor elementa ex motuum differentia. Simplicius in prim. de celo, text. 11. comment. 11. colum. 1.

Intentio Aristotelis est de sola mortalium animalium anima tractare in libro de anim. cum nihil de anima celestium dicat. Simp. in proem. de ani. col. 4.

Intentio de aia est agere nō de intellectu ab anima participato, nec multo magis de illo quod nulli participatur, sed de rationali tantum substantia. Simp. in 3. de anim. ex sec. 1. tex. 163. char. 57. col. 3.

Intentio libri phisicorum est docere ea, quæ communiter insunt in rebus naturalibus, quæ naturales sunt. Them. in 1. phisic. char. 14. col. 2.

Intentio Aristotelis in hoc libro est de primis ac simplicibus vocibus pertractare. Dex. in præd. ch. 27.

Intentio Aristotelis in hoc libro est docere nos orationem enunciantem. Mag. in l. de interp. ch. 3.

Intentio Aristotelis est in libris priorum de simplicibus ratiocinationis compositione docere. Magent. in prior. chart. prim. colum. 1.

Intentio Aristotelis in logica est rationem demonstratiuam nos docere, quoniam illa est, quæ nobis scientiam tradit. Magent. in prior. ch. 1. col. 1.

Intentio Aristotelis est in libro primo de copia propositionum, & materia ratiocinationis inuenire. Mag. in prior. char. 29. col. 3.

Intentio Aristotelis in libro 2. priorum est docere ea, quæ ratiocinationi demonstratiuæ sunt impedimento, & quæ illam perfici non sinunt. Magen. in prior. char. 47. colum. 2.

Intentio Aristotelis est artē de demonstratiuā tradere, quam non potest afferre, nisi prius de ratiocinatione simplici differat, quia demonstratio est ratiocinatio quædam. Ioannes grammaticus in prim. prior. cap. secund. char. 2. colum. 1.

Intentio libri priorum est de simplici ratiocinatione differere. Ioannes grammaticus in primo priorum chart. secund. colum. 3.

Intentio Aristotelis in secundo, prior. est docere materiam syllogismi. Ioannes grammaticus in 2. prior. capit. prim. char. 67. colum. 3.

Intentio totius analyticæ scientiæ est demonstratio. Ioannes grammaticus in 1. post. cap. 18. ch. 43. col. 1.

Intentio phisicorum est agere de ijs, quæ communiter consequuntur omnia generabilia, & corruptibilia. Io. gram. in 1. phisic. tex. 57. ch. 24. col. 2.

Intentio Aristotelis in prim. & secund. phisic. est agere de materia, & forma, sed de materia potius in primo. de forma potius in secundo. Ioannes grammaticus in secund. phisicorum, char. 30. col. 4.

Intentio Aristotelis in 3. & 4. libr. phisicorum. est agere de motu infinito, tempore, loco, & vacuo, in 3. de motu, & infinito in 4. de reliquis. Ioannes grammaticus in 3. phisicorum, tex. 1. char. 51. col. 4.

Intentio Aristotelis in libris de celo fuit tractare de vniuerso mundo. Ioannes grammaticus in pri. de gener. & cor. ex proem. char. 1.

Intentio Aristot. in libr. de generatione est tractare de animalium generatione ac efficiente causa, & omnium anima

animalium qualibet parte, totaliterque. Ioan. gra. de gene. anim. l. 1. cap. 1. char. 1. col. 2.

Intentio Aristotelis in hoc 3. de generatione animalium libro est de ouis, ac de eorum generatione agere. Ioan. grammaticus de generatione animalium l. tert. cap. prim. char. 54. colum. 4.

Intentio Aristotelis in hoc quarto de generatione libro est de generatione maris, & femine agere, dehinc cur alia patri, alia matri, alia parentum maioribus similia sunt, deinde de partibus monstruosis, de vteru gestantibus, & de lacte. Ioannes gram. de generatione anim. l. 4. cap. 1. char. 70. colum. 4.

Intentio Aristotelis in his moralium libris est de moralibus virtutibus omnibus docere, atque artem quandam tradere, vt possimus regulis ab eo traditis ita facta, quam verba metientes bene ac sine vilo errore, quatenus fieri potest, vitam traducere. Eustr. prim. moralium char. tert.

Intentio Aristotelis est in 10. moralium docere quid sit verus homo, & que vita ipsi conueniat, ea miru, que ex intellectu, & mente traditur, que maxime felicitas est, & maxime propria. Eustr. vel Mich. eph. 10. ethicor. cap. 1. char. 492.

Intentio Aristot. in posterioribus analyticis est speculari de demonstrationibus, & diffinitionibus: de demonstrationibus tractat quo ad ea, que vicem exhibet materie ipsarum, que sunt propositiones vere. Auer. in post. l. 1. ex proce. char. 127. col. 1.

Intentio Aristotelis est in posterioribus tradere signa, & ordines perducentes ad notitiam propositionum verarum. Auerroes in poster. lib. in proce. char. 127. colum. quarta.

Intentio in octauo topicorum est prima certioratio de respondente in admissionem premissarum necessariorum, quarum priuatio admittendi a respondente non creditur cum non fuerint maxima divulgationis. Secunda est occultatio conclusionis inferibilis ex premissis necessarijs ipsi respondenti, vt interroganti sit facilius admittere, quod admitti ab illo procurat. Tertia est ornamentum rei, & amplificatio. Quarta est illius declaratio, & manifestatio. Duæ primæ sunt huic arti propriæ, reliquæ conueniunt cum demonstratore, & scipue declaratio, & manifestatio. Auer. in top. l. 8. cap. 1. char. 317.

Intentio Aristotelis in libro elenchorum est loqui de sophisticis elenchis, qui putantur esse elenchi veri, sed sunt paralogismi. Auer. in elenc. l. 1. cap. 1. ch. 321.

Intentio prima Aristotelis est in libro priorum tradere syllogismos conferentes demonstrationi. Auer. in q. logic. char. 369. colum. 2.

Intentio primi libri physicorum est inuestigare quid sit prima causa materialis communis cunctis entibus naturalibus, & continet tres summas: in prima agit de rebus, quibus præfatus est hunc librum: in secunda de opinionibus antiquorum: in tertia opinionem suam propriam de principijs ponit. Auer. in physico. 1. & proce. char. 3. colum. 4.

Intentio principalis huius libri est inuestigare causam materialem primam communem omnibus rebus naturalibus. Auer. 1. phys. ch. 197. col. 1.

Intentio huius libri, nil aliud est quam de causis vniuersalibus, ac de vniuersalibus consequentibus agere. Auer. 3. phys. expof. media ch. 204. col. 2.

Intentio Aristotelis in 5. physico. est loqui de speciebus motus, & de accidentibus essentialibus eis. Auerroes physico. 5. tex. 1. char. 9. col. 2.

Intentio Aristotelis prima est perscrutari de primo motore. Auerroes physicorum octauo, text. decimo, char. 154. colum. 1.

Intentio Aristotelis in libro tertio de celo est loqui de partibus mundi simplicibus in demonstratione scilicet

suorum accidentium, & in dando causam suorum essentialium. Auer. 3. de celo summ. prim. text. prim. char. 88. colum. 4.

Intentio Aristotelis est in hoc quarto de celo loqui de cognitione substantiarum corporis grauis, & leuis, scilicet in cognitione harum formarum, grauitatis, & leuitatis, que sunt eorum formæ, & in omnibus accidentibus corporum, que contingunt eis propter has formas, aut que contingunt in corporibus. Auer. quart. de celo char. 108. col. 2.

Intentio Aristotelis in libro de celo est inquirere de mundo, & partibus eius simplicibus, & de omni. quod mundum, & eius partes consequitur. Auer. ex paraphrasi prim. de cel. tex. 1. char. 125. col. 3.

Intentio huius libri est determinare causas vniuersales generatorum omnium, & corruptorum naturaliter, & determinare causas alterationis, & augmentationis. Auerroes primo de generatione, & corruptione tex. 1. char. 155. colum. 1.

Intentio Auerrois in tracta. de substantia orbis est tractare, si forma, & materia celestium corporum sit eadem cum forma, & materia corruptibilium, & generabilium. Auerroes de substantia orbis capit. prim. char. 3. colum. prima.

Intentio huius libri physicorum ex hoc declaratur, quod est loqui de rebus vniuersalibus communibus omnibus, que constituuntur per naturam. Auer. physico. prim. tex. 4. char. 4. col. 4.

Intentio Aristotelis in 4. metaphysices est partim definire subiectum huius artis, & accidentia, & casus eius, & vniuersaliter in rebus logicis, que appropriantur huic scientiæ parum disputat cum sophisticis negantibus primas propositiones, & destruunt scientiam. Auer. in 4. metaphys. tex. co. 1. char. 30.

Intentio Aristotelis in 5. metaphys. est distinguere nominum significationes secundum significationes considerandas in hac scientia. Auerroes in 5. metaphys. cap. 37. tex. com. 1. char. 41.

Intentio Aristotelis principalis in 12. metaphys. est loqui de principijs substantiæ æternæ. Auer. in 12. metaphys. tex. com. 1. char. 137.

Intentio est contemplari de ente, vt ens, & de omnibus eius generibus, donec deueniat ad subiecta artium particularium, & de consequentibus essentialibus ipsius vsque ad suas causas primas, que sunt res separate. Auer. epit. in metaphy. char. 168. col. 4.

Intentio libri de partibus animalium est dare vias, & regulas rationales proprias arti, que de naturis animalium pertractat. Auer. de partibus animalium prim. cap. 1. char. 64.

Intentio Aristot. est in 2. 3. & 4. de partibus animalium reddere causam formalem, & finalem cuiuslibet membri animalium. Auer. de parti. ani. cap. 1. ch. 68.

Intentio Porphyrij est de genere, specie, differentia, proprio, ac accidente agere. Boeth. in Porph. ex dial. c. 2.

Intentio Aristot. in libro prædicamentorum est de primis rerum nominibus, & de vocibus res significantibus disputare, in eo, vt sunt significantes, non vt aliquam proprietatem, vel figuram formant. Boethius in præd. char. 112.

Intentio libri de interpretatione est de simplici enunciativa oratione differere. Boet. in libro de interpretatione char. 216.

Intentio Aristot. in libro de interpretatione est de significationibus rerum vocibus in tantum quantum conceptiones animi, & intellectus significant, tractare. Boeth. in lib. de interp. char. 291.

Intentio in libris topicorum est docere viam, qua sine errore inuenire possimus argumenta. Boeth. in topic. Cic. l. 1. char. 759.

Intentio Aristot. in libro posteriorum est facultatem vnicui-

quique tradere, qua possit ex scientia tradita demonstrationem facere. Albertus magnus in poster. char. 171. colum. prima.

Intentio Alber. mag. est omnes partes naturalis philosophiæ latinis intelligibiles facere. Alb. mag. in prim. physico. tract. 1. cap. 1. char. 1. col. 1.

Intentio Aristot. est in hoc 3. libro de motu, & infinito agere. Albert. magn. in tert. physicorum, tract. prim. capit. prim. char. 30. colum. 1.

Intentio Alb. mag. est tractare, in 4. de animalium libro, disputationem animalis non habentis sanguinem, vel marinum sit, vel non. Albert. magn. de anim. l. 4. tract. prim. cap. 1. char. 45. colum. 4.

Intentio libri quinti de animalibus est agere de coitu animalium. Albert. magn. de anim. lib. 5. tract. prim. cap. prim. char. 51. colum. 4.

Intentio Alber. in libro sexto de animalibus est determinare modum quantium. Alber. magn. de anim. l. 6. tract. pri. cap. 1. char. 56. col. 1.

Intentio Albert. est in octauo primæ philosophiæ libro ostendere eandem substantiam, ad quam refertur definitio, esse formam, & actum, & naturam definiti. Alb. mag. in 8. metaphys. tr. 1. cap. 1. ch. 133. col. 1.

Intentio Aristot. in libro meteorologicorum est determinare de transmutationibus, que accidunt circa elementa secundum singulas species. Diuus Thom. in prim. meteorolo. lib. 1. char. 1.

Intentio libri de sensu, & sensato, est agere de his, que pertinent ad omnia animalia, vel ad plura generatorum, vel ad omnia viuentia. Diuus Thomas de sens. & sens. tract. 2. l. 1. char. 1. col. 1.

Intentio Arist. est agere de motu progressiuo animalium in vniuersali, vel de ipso animali, vt mobile est motu progressiuo. D. Tho. de ani. motu. l. 1. ch. 46. col. 2.

Intentio Arist. in 4. metaphys. fuit determinare de illis, que pertinent ad hanc scientiam, in 5. vero determinat de his, que scientia ista considerat. D. Thom. 5. metaphysico. l. 1. tex. 1. char. 255.

Intentio Arist. in 4. metaphy. est terminare quaestiones, de quibus in tertio disputationem fecit. Alex. de ales in 4. metaphysico. tex. 1. char. 75. col. 2.

Intentio Aristot. est in lib. metaphysico. determinare de subiecto metaphysices. Alexander de ales in metaphysico. tex. 1. char. 168. colum. 2.

Intentio principalis in 7. metaphy. est agere de substantia. Alex. de ales in 7. metaphy. tex. 5. c. 186. col. 3.

Intentio Aristot. in 8. metaphysico. est tractare de principijs substantiæ sensibilis. Alexander de ales in 8. metaphysico. tex. 1. char. 244. col. 1.

Intentio Arist. est in 9. metaphysico. determinare de ente, vt diuiditur per potentiam, & actum. Ale. de ales in 9. metaphysico. tex. 1. char. 259. col. 4.

Intentio Aristot. est tractare in 10. metaphysico. de ente, vt saluatur in vno, & nullo. Alexander de ales in 10. metaphysico. tex. 1. char. 276. colum. 2.

Intentio logices est reddere operationes rationis rectas, & faciliter, & prompte. Thomas de Vio in prædicam. chart. 32. colum. 2.

Interitus est quedam sanguinis inopia. Aristot. de partib. anim. 2. cap. 5. char. 436.

Interitus est cum ex eo, quod actu est, ipsaque forma in id, quod potentia est, & in materiam transitur. Alex. aphrodit. in quart. metaphysicorum vel secund. latin. 5. comment. 17. char. 142. col. 1.

Interitus est cum id, quod est, in initia recidit. Ammon. in Porphyrium char. 12. colum. 4.

Interitui quod subditum est, imperfectum est. Simpl. in 8. physicorum tex. 75. char. 469. col. 1.

Inter est, in quod prius aptum natura est peruenire id, quod mutatur, quam in quod vltimum mutatur, secundum naturam continue mutationem patiens. In

paucissimis autem est, inter, tribus. Aristot. physico. 5. summ. 2. cap. 1. char. 131.

Inter solum est in contrarijs, quia in his est mediū. Arist. physico. 5. summ. 2. cap. 1. tex. 29. ch. 132.

Inter medium est id quod natum est prius peruenire, quod permutatur, quam in quod vltimum permutatur secundum naturam continue permutans. Arist. 11. metaphysico. summ. 4. cap. 4. char. 240.

Interminata vocantur quæcunque propter humiditatem propriam figuram non obtinent, terminata, que cum definitum ac sibi proprium habeant terminum, ab ipso continenti non figurantur. Alexander aphrod. in 4. meteorolo. cap. 1. comm. 1. ch. 91. col. 1.

Interminabile dicitur id, in cuius duratione non est finis, nec ante, nec post. Albert. magnus in 4. physico. tract. 4. cap. 2. char. 58. col. 4.

Interpres Aristotelis nec amore ductus, que perperam dicuntur consentanea facere, nec odio prauum capere sensum, sed incorruptus iudex esse debet: Placita auctoris proferre, postea sententiam suam in mediū asserre Ammonius in Por. præd. ch. 4.

Interpres debet esse peritus omnium, que ab Aristotele vndique dicuntur, & probe dicta probe interpretari, nec in sectam philosophi scribere, & in illis, que contra Platonem dicuntur, si potest, eos reconciliare. Simp. in præd. char. 2.

Interpretatio est vox significatiua per se ipsam aliquid significans: Boet. in l. de interp. ch. 215.

Interpretatio est vox articulata per se ipsam significans. Boeth. in libr. de interp. char. 290.

Interpretationes non solum sunt partes nomen, & verbum, sed et oratio. Boc. in l. de inter. c. 290.

Interpretatio est oratio, que de re, vt est in rebus, requiritur ad exemplationem. Alb. mag. in perih. c. 79. c. 1.

Interpretatio, & enunciatio a propositione differunt, quia propositio est enunciatio stans sub forma sigilli, & illi multa accidunt, que non accidunt interpretationi, vel enunciationi. Alb. mag. in perih. ch. 79. col. 2.

Interpretatio est commune subiectum libri periherm. Alber. magn. in perih. ch. 79. col. 2.

Interpretatio valet ad habendam cognitionem ignoti complexi per notum complexum, quod quidem notum est in sermone interpretatio. Albertus magnus in perihermenias char. 79. col. 2.

Interpretatio est expositio veri, & falsi, & idem sola oratio enunciativa est interpretatio. D. Thomas Aqu. in perihermenias char. 1. col. 2.

Interrogatio quotuplex.

Interrogationes in geometria sunt geometricæ, & non geometricæ, & sic in vna quaque scientia. Arist. post. l. prim. cap. 9. tex. 28. char. 316.

Interrogatio non geometrica duplex est, alia, que nullo modo est geometrica, alia, que male habet. Arist. post. lib. 1. cap. 9. tex. 28. char. 316.

Interrogandi multi sunt modi. Primo, cum verum asseruerit adeo, vt altero interrogato consequatur absurdum. Secundo, cum vnum pateat, alterum interrogare dubium non sit, quia consecutus sit, & cum vnam propositionem perconstatus fuerit, quod patet interrogare non conuenit, sed conclusionem inferre, & præterea cum futurum est, vt aut contraria, aut incredibilia eum dicere tendat. Quarto cum non licet nisi sophistica responsione dissoluere, nec multa interrogare propter auditoris infirmitatem licet: Aristotel. rhetoricorum 3. char. 174.

Interrogatorum, alia sunt probabilia, alia improbabilia, alia neutra. Alexander aphroditensis in 8. topicorum, cap. 3. char. 95. colum. 4.

Interrogationes alie ad orationem, id est, que conferunt ad

ad syllogismum, alia non ad orationem, quæ nõ cõferunt ad propositum. Alexander aphrod. in octauo, topicorum cap. 3. char. 95. colum. 4.

Interrogatio duplex; disputatoria, vel dialectica vna, alia perconctatrix. Amm. in l. de inter. ch. 111.

Interrogatio, vel dialectica est, vel in perconctationem constituta. Mag. in l. de inter. char. 28.

Interroganti increpatio accidit quinque modis. Primo, quod oratio non concludit penitus, & eius præmissæ sunt falsæ, & remotæ simul. Secundo, quod oratio non concludat quæsitum, sed aliud. Tertio, quod syllogismi constructio compleatur per præmissas, quas addiderit, aut imminuerit, cum sint nefandæ, & falsæ. Quarto, quod præmissæ sint minus diuulgatæ, quam conclusio. Quinto, quod præmissæ sint vere, sed parû probabiles, & indigeant longiori terapore pro ipsarû conditione. Auer. in top. l. 8. cap. 3. ch. 317.

Interrogantes quid sit aliquid, potius discipuli ad magistrû interrogatio e, q̃ dialectica. Boe. in l. de int. c. 418.

Interrogatio dialectica ita fieri debet, vt respondens alteram contradictionis partem eligere possit. Boeth. in lib. de inter. chart. 418.

Interrogatio secundum Peripateticos duplex: alia dialectica, alia non dialectica, cuius duæ sunt species. Prima, cum sumentes accidens interrogamus, cui accidit, aut cû videtes alicuius domû interrogamus, q̃s illic maneat; vel cum subiectum rem sumimus, quid autem illi accidat interrogamus, vt videntes Ciceronem interrogamus quo vertat. Altera species est, cum proponentes nomen, quid sit quærimus, aut genus, aut differentiam, aut definitionem requirentes. Boethius in lib. de inter. char. 419.

Interrogationes aliquæ sunt non geometricæ neque secundum formam neque secundum materiam, vt Musica. Alber. magn. in post. char. 186. col. 4.

Interrogare plura duobus modis contingit, aut plura per modum vnus in dictione, vel oratione vna, quæ potius est fallacia æquiuocationis, & amphibologie; aut plura interrogantur, vt plura significant per modum plurium, sub vna nota interrogationis proposita, quæ facit interrogationis fallaciam. Albertus magnus in elench. chart. 291. colum. 1.

Interrogatio duplex; alia est dialectica, quæ vtranque partem eligendam proponit, alia determinata, & est demonstratiua dialecticæ respondens, consentiendo affirmationi, vel negationi de modo interimendo. Thom. de Vio in perih. char. 22. col. 4.

Interrogatio quid est, & in quibus.

Interrogatio dialectica est responsionis petitio, vel propositionis, vel alterius partis cõtradictionis. Arist. perih. l. 2. ch. 135. cap. 2. idem Boe. l. 1. inter. c. 418.

Interrogare nõ debet vnusquisque scientificus omnem interrogationem, nec ad omne interrogatum respondere de vno quoque, sed quæ secundum scientiã determinata sunt. Arist. post. l. 1. ca. 9. tex. 27. ch. 316.

Interrogatio syllogistica, & propositio contradictionis idem sunt. Arist. post. l. 1. ca. 9. tex. 27. ch. 315.

Interrogationi, quæ pertinent, non parum differt, si ordinantur ita, vt lateat. Arist. elenc. l. 1. cap. 14. ch. 603.

Interrogationes faciendæ sunt per negationem, quia facilius conceduntur cum respondens nesciat, quam partem velit, qui interrogat. Alex. aphr. in elen. c. 65.

Interrogatio est contradictoria, quæ in petitione ab alio consistit, quæ nondum oratio enunciatua, aut affirmatio, aut negatio est. Alexander aphrod. in l. 1. priorum cap. pri. char. 5. colum. 4.

Interrogatio perconctatrix est, in qua non est satis responsione, etiam, sed alijs oportet verbis vt, vt vbi nã habitas? vel cur magnes trahit ad se ferrum? Ammonius

in lib. de interpr. charta 111.

Interrogatio dialectica est, cum respondetur etiam non motu capitis, cû quis annuit, vel tenuit. Magentinus in lib. de inter. char. 28.

Interrogans interrogat vnam cõtradictionis partem actum, aliam potentia. Mag. in prior. ch. 2. col. 4.

Interrogationum diuersarum in genere causæ erunt diuersæ in genere, & interrogationum diuersarum in specie nonnullæ sunt causæ sibi inuicem, nonnullæ autem non habent hanc dispositionem. Auerroes in post. l. 2. tex. 86. cap. 9. char. 231.

Interrogatio est inter duo opposita consensus in alterum rogare. Alb. mag. in post. ch. 186. col. 2.

Interrogatio in quid tribus modis fit: primo si queritur, quid significatur per hanc vocem, homo: secundo de tota rei substantia: tertio de eo, in quo incipit rei essentia de substantia, vt quid est homo? dicitur animal, in quo, vt in subiecto inchoat hominis natura. Alber. magn. in topicorum char. 223. col. 2.

Interrogatio est nota dubietatis inter duas contradictionis partes. Alb. magn. in top. ch. 225. col. 3.

Interrogantis finis, & ad quem interrogatio pertinet.

Interrogans concludit oppositum semper positionis. Arist. topic. l. 8. cap. 3. char. 559.

Interrogare non debemus, nec conclusionem, nec post conclusionem, nisi multum veritatis supersit. Aristot. rhetoricorum 3. char. 125.

Interrogantes maxime operã dare debent, vt ad absurdas responsiones adducant respondentes, ac eos in repugnantiam compellant. Alexander aphrod. in pri. topicorum cap. 1. chart. 1. colum. 2.

Interrogans tria habere debet: primo inuenire locum, vnde debet arguere: secundo formare interrogationem: tertio asserre interrogationem. Alexand. aphrod. in 8. topicorum cap. 1. char. 89. colum. 3.

Interrogans sic debet interrogare, vt per interrogationes ipsas respondens cogatur inopinabilia maxime dicere ob positionem necessarium. Alexand. aphrod. in 8. topicorum cap. 1. char. 94. col. 3.

Interrogantis officium est adhibere propositiones proprias, & minime ambiguas. Alexander aphrodiseus in libro elench. chart. 8.

Interrogatio, quæ cogit respondentem, vel maxime, vel non respondere, non est eius, qui demonstrat, sed eius, qui periculum facit, an is, qui respondet, intelligat id, de quo rogitur. Alex. aphr. in l. elenc. ch. 50.

Interrogans concessa sibi inductione aliquorum particularum, vel non, debet interrogare, sed sumere, nec non similitudine vti debet. Alex. aphr. in l. elenc. c. 65.

Interrogans debet proposita re, quæ contra omnium opinionem est, petere, vt respondeat. Alexander aphrod. in lib. elenc. chart. 67.

Interrogans aberrare a proposito debet, cum cognoscit inde magnam argumenti copiam respondentem superpetere. Alexand. aphrod. in l. elenc. ch. 68.

Interrogatio non pertinet ad demonstrationem. The. in post. cap. 15. char. 4. col. 1.

Interrogationes sunt demonstratiuæ, non vt respondet, sed vt tentet, eademque possunt esse interrogationes communes diuersis scientijs, quæ subalternæ sunt. Them. in 1. post. cap. 25. char. 6. col. 3.

Interrogans non debet conclusionem dicere, nisi concessis interrogatis per eum, sed si respondens cognoscere potest conclusionem, multa media, & non propinqua interrogare debet. Albert. magnus in prior. chart. 163. colum. 4.

Interrogationis natura hæc est, vt ad specialem interrogationem detur specialis responsio. Alex. de ales in 4. metaphysic. tex. 12. char. 86. col. 3.

Inter-

Interroganti quomodo respondendum.

Interroganti æquiuocorum respondendum est distinctione. Aristoteles 7. metaphysicorum capit. 12. text. 36. charta 147.

Interrogantis loci.

Interrogantis locus 1. Primo inuenire oportet locum, vnde sit argumentandum: secundo interrogare, & ordinare singula ad seipsum: tertio dicere eadem ad alteram. Arist. top. l. 8. cap. 1. char. 547.

Interrogantis locus 2. Inuenire locum est philosophi, & dialectici, similiter ordinare, & interrogare dialectico proprium est. Arist. top. l. 8. cap. 1. ch. 547.

Interrogantis locus 3. Diuidendæ sunt propositiones quæcunque sumendæ sunt ad necessarias, quæ autem ad has sumuntur, quatuor sunt: aut gratia inductionis, vt dicitur vniuersale, aut ad magnitudinem orationis: aut ad occultationem conclusionis: aut vt dilucidior sit oratio. Arist. topic. l. 8. cap. 1. ch. 548.

Interrogantis locus 4. Necessarias propositiones per quas fit syllogismus non statim præordinandum, sed obeundum ad suprema. Arist. top. l. 8. cap. 1. ch. 548.

Interrogantis locus 5. Si non ponit, quod intendit per inductionem, sumendum est proponenti in particularibus contrarijs. Arist. top. l. 8. cap. 1. ch. 548.

Interrogantis locus 6. Quæ valde manifestæ sunt, illas oportet præponere, nam immanifestum est semper in abscessu, & inductione, quod secuturum est. Aristot. top. l. 8. cap. 1. char. 548.

Interrogantis locus 7. Occultantem ratiocinationem præcolligere oportet ea, per quæ syllogismus eius, quod ex principio est, debet fieri, & hæc, vt plurimum, quod fiet, si non solum necessarias, sed & earû, quæ ad illas vtilis sunt, aliquam syllogizant. Aristot. top. l. 8. cap. 1. chart. 549.

Interrogantis locus 8. Conclusiones non dicere oportet sed postea ratiocinatione colligere solitarias, Aristot. top. lib. 8. cap. 1. char. 549.

Interrogantis locus 9. Vniuersale est non continua postulata sumere, & quibus syllogismi, sed vicissim ad aliam, & ad aliam conclusionem. Aristoteles topicorum lib. 8. cap. 1. chart. 549.

Interrogantis locus 10. Oportet, & diffinitiones sumere, in quibus possibile est vniuersalem propositionem non in ipsis, sed in coniugatis. Aristoteles topicorum lib. 8. cap. 1. chart. 549.

Interrogantis locus 11. Proponere par est non propter ipsam, sed alterius gratia eum, qui proponit, nam deuitant ea, quæ vtilia sunt ad positionem. Aristot. topicorum lib. 8. cap. 1. char. 550.

Interrogantis locus 12. Quam maxime facere dubium, vtrum quod proponitur, an oppositum sumere vult: facilius enim dubio existente, quod ad positionem est vtile, magis quod sibi videtur, ponunt. Aristoteles topicorum lib. 8. cap. 1. char. 550.

Interrogantis locus 13. Per similitudinem interrogare, nam & verisimiliter, & lateat magis vniuersale. Arist. topicorum lib. 8. cap. 1. char. 550.

Interrogantis locus 14. Sibi ipsi quandoque instantiam ferre videtur iuste argumentari. Aristoteles topicorum lib. 8. cap. pri. char. 550.

Interrogantis locus 15. Dicere vtile est, quod consuetum, & quod dicitur tale. Aristoteles topicorum lib. octauo, capit. prim. chart. 551.

Interrogantis locus 16. Non sedulo agere, & si omnino vtile sit, quia magis renitunt aduersarijs. Aristot. topicorum lib. 8. capit. prim. char. 551.

Interrogantis locus 17. In similitudine proponere, quod propter aliud aliquid proponitur, non propter seip-

sum vtile, magis enim proponitur. Aristoteles topic. libro octauo, cap. prim. chart. 551.

Interrogantis locus 18. Non proponere, quod oportet sumere, sed cui consequens idem ex necessitate. Arist. topicorum lib. 8. cap. 1. char. 551.

Interrogantis locus 19. Id interrogare vltimo quod maxime vult sumere; nam maxime prima renunt, quia multi interrogantium, prima interrogant, circa quæ maxime student. Arist. top. l. 8. cap. 1. ch. 551.

Interrogantis locus 20. Ad quædam prima, quæ vtilia sunt proponere, nam proterui maxime prima admittunt, nisi manifestum omnino sit, quod secutum sit, in fine vero perficiant. Arist. top. l. 8. cap. 1. ch. 551.

Interrogantis locus 21. Prolongare, & interponere nihil sunt vsui ad orationem, quemadmodum pseuodographia vtentes. Arist. top. l. 8. cap. 1. ch. 551.

Interrogantis locus 22. Ad ornatum inductione, & conclusionem eorum, quæ affinia sunt. Aristoteles topicorum lib. 8. capit. 2. chart. 552.

Interrogantis locus 23. Ad diluciditatem exempla, & similitudines offerendum. Arist. top. l. 8. cap. 2. ch. 552.

Interrogantis locus 24. Utendum syllogismis ad dialecticos magis quam ad multitudinem, inductione autem magis ad multitudinem. Aristoteles topicorum lib. 8. capit. 2. chart. 552.

Interrogantis locus 25. Est in aliquibus inducenti interrogari vtile, in aliquibus non facile, quia similitudinibus non est positum nomen commune. Aristot. topicorum lib. 8. cap. 2. char. 552.

Interrogantis locus 26. Cum inducenti in pluribus nõ dederit vniuersale, tunc iustum est efflagitare instantiam, non dicente autem ipso in aliquibus, sic nõ iustum est efflagitare, aliquibus non sic: oportet enim prius sic instantiam efflagitare. Arist. top. l. 8. c. 2. c. 553.

Interrogantis locus 27. Efflagitadum instantias non in eo, quod proponitur ferre, nisi vnum tantum sit huiusmodi. Arist. top. l. 8. cap. 2. ch. 553.

Interrogantis locus 28. Ad eos, qui instant vniuersali, non autem in eodem instantiam ferunt, sed in æquiuoco diuidendo in talibus interrogandum est. Arist. topicorum 8. cap. 2. chart. 557.

Interrogantis locus 29. Non latente æquiuocatione bene videntur instare propositioni, si autem non in æquiuoco, sed in eodem instans præpediat interrogationem, oportet auferentem id, in quo instantia est, proponere reliquum vniuersale faciendo, donec sumat, quod vtile est. Aristoteles topicorum libro 8. capit. secund. char. 553.

Interrogantis locus 30. Si sine instantia negat, quia præuidet aliquid tale, idem faciendum, nam ablato eo, in quo instantia est, compellitur ponere, eo quod non præuideat in reliquo, in aliquo non sic esse. Si autem non ponat, efflagitatus instantiam non habebit assignare. Arist. topic. l. 8. cap. 2. char. 554.

Interrogantis locus 31. Si in multis proponenti non ferat instantiam, postulandum est ponere. Aristoteles topicorum lib. 8. cap. 2. char. 554.

Interrogantis locus 32. Quando contingit idem, & sine impossibile, & per impossibile syllogizare demonstranti, & nõ differenti, nil refert sic, vel illo modo syllogismo colligere. differenti autem non est vtendum per impossibile syllogismo, nam si sine impossibile syllogismo colligat, minime fiet, vt dubitent: at quando per impossibile syllogizant, non impossibile dicunt esse, nisi valde manifestum sit, falsum esse, quare non fit interrogantibus, quod volunt. Aristoteles topicorum lib. 8. cap. 2. char. 554.

Interrogantis locus 33. Non oportet conclusionem interrogationem facere, alioquin eo renuente non videtur fieri syllogismus. Arist. top. l. 8. cap. 2. ch. 554.

Interrogantis locus 34. non videtur omne vniuersale dialect-

dialectica propositio esse. Arist. topic. l. 8. c. 2. ch. 554.
 Interrogantis locus 35. Iustum est ab illo interrogare, quot modis dicitur bonum, quando hoc diuidente, proponente nullo modo concesserit. Aristoteles topicorum libr. 8. cap. 2. char. 555.
 Interrogantis locus 36. Male interrogat, qui vnam interrogationem multo tempore interrogat. Aristoteles topicorum libro 8. cap. 2. char. 555.
 Interrogantis locus 37. Est argumentari difficile, & facile sustinere ipsas suppositiones, & hæc sunt, quæ natura sunt prima, & quæ postrema. Aristotel. topicor. libr. 8. cap. 2. chart. 555.
 Interrogantis locus 38. Difficile argumentabilia sunt, quæ propinqua sunt principio; non enim contingit ad hæc plures rationes inuenire, cum sit per pauca media. Aristot. topic. lib. 8. cap. 2. ch. 556.
 Interrogantis locus 39. Terminorum difficile argumentabiles ij omnium sunt maxime, quicunque vtuntur talibus nominibus, quæ primum quidem immanifesta sunt, simpliciter dicantur an multipliciter, & quæ nec nota an proprie an secundum metaphoram de distincto dicantur, quia obscura non habent argumenta, quia autem ignoratur an secundum metaphoram dicantur, non habent, quod increpent. Aristot. topicor. lib. 8. cap. 2. char. 556.
 Interrogantis locus 40. Omne problema, cum difficile argumentabile est, vel termino indigere arbitrâdum est, vel est eorum, quæ multipliciter, vel eorum, quæ secundum metaphoram de definito esse dicuntur, vel non longe a principijs, vel quia non manifestum est primum nobis hoc idem, secundum quem dictorum modorum est, quod dubitationem præstat. Arist. top. libr. 8. cap. 2. chart. 556.
 Interrogantis locus 41. In multis positionibus, non bene assignata definitione, non est facile disputare, nec argumentari. Arist. top. lib. 8. cap. 2. c. 557.
 Interrogantis locus 42. simpliciter prima elementorum positæ definitionibus facillimum ostendere; verum non multis ad vnuquodque est argumentari, quia non sunt multa media. Arist. top. libr. 8. cap. 2. c. 557.
 Interrogantis locus 43. Maior labor est disputare ad dignitatem, & propositionem, quam ad positionem. Aristot. topicor. libr. 8. cap. 2. char. 557.
 Interrogantis, & respondentis locus communis primus, est orationem prohibere concludere quatuor modis: aut interimire falsum: aut instantiam dicendo ad interrogantem: tertio, instantiam ad interrogata dicere: quarto ad aliud tempus differre quæstionem, quæ pessima est instantiarum. Arist. top. l. 8. cap. 4. c. 563.
 Interrogantis, & respondentis locus communis secundus. Plerumque, quod non bene disputatur oratio, is, qui interrogat, est causa, quia non concedit, ex quibus probe est disputare ad positionem. Arist. top. l. 8. c. 4. c. 564.
 Interrogantis, & respondentis locus communis tertius. Necessarium quandoque ad dicentem, & non ad positionem argumentari. Arist. top. l. 8. cap. 4. c. 564.
 Interrogantis, & respondentis locus communis quartus. Qui bene transfert dialectice, & non contentiose transferre oportet. Arist. top. lib. 8. cap. 4. char. 564.
 Interrogantis, & respondentis locus communis quintus. Quoniam malus particeps, qui impedit commune opus, patet, quod & in orationibus, & qui contentiose interrogat, prauè disputat, & qui in respondendo non dat, quod videtur, nec suscipit quicquam, quod vult interrogans interrogare. Aristoteles topicorum libr. 8. cap. 4. chart. 565.
 Interrogantis, & respondentis locus communis sextus. Oratio praua esse potest, & interrogans contra respondentem optime disputare. ideo non similiter inculpanda est oratio, & interrogans. Arist. top. l. 8. c. 4. c. 565.
 Interrogantis, & respondentis locus communis septimus.

Orationes non eadem inculpatione, & ad problema, & secundum se inculpandæ sunt. Oratio enim secundum se potest esse culpabilis, ad problema vero laudabilis. Arist. top. 8. cap. 4. char. 566.
 Interrogantis, & respondentis locus communis octauus. Oratio concludens erit quandoque deterior non concludente, quoniam illa ex absurdis concludit, cum non sit tale problema. Aristoteles topicorum libro 8. capit. quart. chart. 566.
 Interrogantis, & respondentis locus communis nonus. Eos, qui per falsam veram concludant, non est iustum inculpare. Arist. top. lib. 8. cap. char. 566.
 Interrogantis, & respondentis locus communis decimus. Si ex vtriusque, quæ videntur, aliquid ostendatur, non autem videantur similiter, nil prohibet, quod ostendatur magis altero videri. Sed si hoc videatur, illud autem neutra parte, aut si hoc videatur, illud non, similiter quidem similiter erit, si autem magis alterum sequitur, & quod est magis. Aristoteles topicorum libr. 8. cap. 4. char. 567.
 Interrogantis, & respondentis locus communis 11. Est autem quoddam, & idem ad syllogismos peccatum, cum ostenditur per longiora, quod contingit per breuiora, & quæ orationi ad sunt. Aristoteles topicorum libr. 8. cap. 4. char. 567.
 Interrogantis, & respondentis locus communis 12. Si quis petat contrarium ei, quod ex necessitate accidit, per ea, quæ posita sunt. Aristoteles topicorum libro 8. cap. 4. chart. 569.
 Interrogantis, & respondentis locus communis 13. Si quis ea non sumat, quæ opposita, & alia duo petat, ex quibus erit opposita contradictio. Aristoteles topicorum libr. 8. cap. 4. char. 570.
 Interrogantis, & respondentis locus communis 14. Et ad ea, quæ sepius incidentur problemata, scire oportet orationes, & id maxime de primis positionibus. Nam in his similibus sepe, qui respondent. Aristot. topicor. libr. 8. cap. 4. char. 570.
 Interrogantis, & respondentis locus communis 15. Terminorum copiosius nos esse oportet, & probabilius, & primorum habere promptos: per hæc enim sunt syllogismi. Arist. top. l. 8. cap. 4. char. 571.
 Interrogantis, & respondentis locus communis 16. Tentandum ea, in quæ sepe disputantes incidunt, tenere. Aristot. topicorum. l. 8. cap. 4. char. 571.
 Interrogantis, & respondentis locus communis 17. Propositionem communem magis, quam positionem in memoria ponendum: nam principiorum, & suppositionum copiosum esse mediocriter, difficile. Aristot. topicor. libr. 8. cap. 4. char. 571.
 Interrogantis, & respondentis locus communis 18. Orationem vnam plures facere aduocandum. Aristotel. topic. libro. 8. cap. 4. char. 571.
 Interrogantis, & respondentis locus communis 19. Vniuersales facere oportet orationes, & si fecerit disputans particulariter, & eundem quam maxime fugere, contra vniuersale ferre syllogismos. Aristoteles topicorum libr. 8. cap. 4. char. 571.
 Interrogantis, & respondentis locus communis 20. Considerare orationes, si in pluribus communibus disputantur. Arist. top. l. 8. cap. 4. c. 571.
 Interrogantis, & respondentis locus communis 21. Exercitatio facienda, inductiarum ad rudem, & syllogisticarum ad expertum. Arist. top. l. 8. cap. 2. c. 572.
 Interrogantis, & respondentis locus communis 22. Tentandum accipere propositiones ab ijs quidem, qui in syllogismis sunt triti: ab ijs vero, qui inductionibus, similitudinibus, in hoc enim vtrique exercitati sunt. Arist. topicor. libr. 8. cap. 4. char. 572.
 Interrogantis, & respondentis locus communis 23. Exercitationis causa disceptantibus tentandum afferre, aut

aut syllogismum de aliquo, aut propositionem, aut solutionem, aut instantiam, siue recte quis dicat, siue perperam, vel ipse, vel alter, & id quippiam vterque: & vnum facere, quæ sunt plura, & quod vnum, facere plura. Arist. topic. l. 8. cap. 4. c. 572.
 Interrogantis, & respondentis locus communis 24. Non est cum omni disputandum, nec contra quemlibet exercitandum. Nam necesse ad aliquos, prauas fieri orationes: ab eo enim, qui oïno tentat apparere, diffugiendum: iustum autem est tentare syllogismis concludere, sed non pulchrum: non enim oportet aduersus quoslibet facile consistere, quoniam necesse est paruiloquiū inde emergere: nam qui exercitati sunt, non possunt se abstinere a disputatione sine altercatione. Arist. topic. l. 8. cap. 4. char. 573.
 Interrogantis, & respondentis locus communis 25. Oportet factas habere orationes ad huiusmodi problemata, in quibus cū paucissimorum copia eas ad quæ plurima vtiliter habemus, & hæc sunt vniuersales, ad quas in præcepto quippiam adinuenire difficile est. Arist. top. l. 4. ca. 4. c. 573.
 Interrogantiū ad falsum locus sophisticus primus est, de aliquo falsum quippiam ostendere, & oratione ad inopinabile ducere: primo ex eo, quod interrogat, & per interrogationem maxime accidit: nã id, ad nullum determinatum interrogare propositum venatium est illorum. Arist. elenc. lib. 8. cap. 12. c. 599.
 Interrogantiū ad falsum locus sophisticus secundus. Interrogare multa (quamuis id determinatum sit, ad quod disputant,) & ad ea, quæ videntur dicere, se postulare, facile ducit respondentem in falsum. Aristotel. elenc. lib. 5. cap. 12. ch. 599.
 Interrogantiū ad falsum locus sophisticus tertius. Si interrogatus affirmet, aut neget illorum aliquid ducere ad ea, ad quæ promptus est argumentari; potest tamen nunc minus nocere per hæc, quam prius. Arist. elenc. lib. 1. cap. 12. char. 599.
 Interrogantiū ad falsum locus sophisticus quartus. Elementum veniendi ad falsum aliquid aut inopinabile, nullam statim se interrogare positionem, sed affirmare ob id se interrogare, quod discere vult. Arist. elenc. lib. 1. cap. 12. char. 599.
 Interrogantiū ad falsum locus sophisticus quintus. Ducere ad talia, ad quæ abundat orationibus. Arist. elenc. lib. 1. cap. 12. char. 599.
 Interrogantiū ad falsum locus sophisticus sextus. Ex quo genere est, qui disputat, considerare, deinde interrogare, quod pluribus illi dicunt inopinabile: est enim singulis quibusque aliquid tale. Arist. elenc. lib. 1. cap. 12. char. 599.
 Interrogantiū ad falsum locus sophisticus 7. Elementum horum sumere, singulorumque quorūque positiones in propositionibus. Solutio vero, & horum cōpetens fertur, ostendere, quod non propter orationem accidit inopinabile: semper autem id, quoque vult, qui contendit. Arist. elenc. lib. 1. ca. 12. c. 600.
 Interrogantiū ad falsum locus sophisticus 8. Ex volūtatis, & manifestis opinionibus, non eadē dicit, & volunt: sed dicunt quidē decoratissimas orationes, volunt autē ea, quæ videntur prodesse. Arist. elenc. lib. 1. ca. 12. c. 600.
 Interrogantiū ad falsum locus sophisticus 9. Facere inopinabile dicere, & ad eū, qui dicit secundum legem, obuiandum est secundum naturam; ad eū, qui secundum naturam, obuiandum est secundum legem. Arist. elenc. lib. 1. ca. 12. c. 600.
 Interrogantiū ad falsum locus sophisticus 10. Quædam interrogationum habent vtrinque inopinabilem positionem, vt vtrum sapientibus, vel patri oporteat obedire. Arist. elenc. lib. 1. cap. 12. c. 600.
 Interrogantiū ad falsum locus sophisticus 11. Oportet ducere ad ea, quæ multitudini, & sapientibus sunt contraria. Arist. elenc. lib. 1. cap. 12. char. 601.
 Interrogantiū ad falsum locus sophisticus 12. Ducere ad

eam, quæ est secundum naturam, & secundum legem contrarietatem: nam lex est opinio multitudinis; sapientes vero secundum naturam, & veritatem dicunt. Arist. elenc. lib. 1. cap. 12. char. 601.
 Interrogantis contra respondentem moleste locus primus. Ex negatione interrogandum, seu contrarium velit. Arist. elenc. lib. 1. cap. 14. c. 604.
 Interrogantis contra respondentem moleste locus secundus. Interrogare ex equo, nã cum dubium est, quod vult sumere, minus inolefcunt. Arist. elenc. l. 1. ca. 14. c. 604.
 Interrogantis contra respondentem moleste locus tertius. Si dederit in parte inductione colligere vniuersale, quod sepe non est interrogandum, sed vt dato vtendum. Arist. elenc. lib. 1. cap. 14. c. 604.
 Interrogantis contra respondentem moleste locus quartus. In quibus non nomine significatur vniuersale, similitudine tamen vtendum est ad id, quod expedit: nam plerumque similitudo latet. Aristoteles elenc. lib. 1. cap. 14. char. 604.
 Interrogantis contra respondentem moleste locus quintus. Ad sumendum propositionem, contrarium oportet comparando interrogare; appositis enim iuxta se contrariis, minora, maiora, & peiora, meliora apparent. Arist. elenc. lib. 1. cap. 14. char. 604.
 Interrogantis contra respondentem moleste locus sextus. Cum nihil colligens non interrogationem facit id, quod est vltimum, sed concludens dicit veluti colligens non igitur hoc, & hoc. Aristot. elench. lib. 1. cap. 14. charta 605.
 Interrogantis contra respondentem moleste locus septimus. Cum componitur inopinabile, quod apparet postulare respondere, propositio eo, quod videtur ex principio, & ita interrogare, vtrum tibi videtur? nam si dat, sit redargutio: si non dat, videtur fateri inopinabile. Arist. elenc. lib. 1. cap. 14. c. 605.
 Interrogantis contra respondentem moleste locus octauus. Vt in rhetoricis similiter contrarietates considerandum, aut ad eas, quæ ab eodem dicuntur, aut ad eos, quos confitetur bene dicere, vel agere: & ad eos, qui videntur tales, aut ad similes, aut ad plures, aut ad omnes. Arist. elenc. lib. 1. cap. 14. c. 605.
 Intestinum hominis simplex flexuosum orbibus est a quo proximum intestinum admodum amplum. Arist. de historia anim. pri. capit. 16. c. 31.
 Intestina differunt dentatis vtrinque, & altera tantum parte dentatis magnitudine, crassitudine, replicamentis. Nam non vtrinque dentatis maiora sunt, & admodum paruum inter cornigeram nullum est, & quibusdam appendices sunt intestinorum. Arist. de historia anim. 2. capit. 17. char. 64.
 Intestinum rectum nullum est, cui non parte vtraque sint dentes. Arist. de histor. ani. 2. cap. 17. c. 64.
 Intestinum ita est sinuosum Elephanto, vt alius quatuor habere videatur: in hoc etiam recipitur cibus: nullum enim aliud receptaculum habet. Arist. de historia anim. 2. capit. 17. char. 64.
 Intestina in omnibus animalibus posita sunt a ventre, & alijs est simplex intestinum, alijs dissimile, & quibusdam parte, qua desinit, arctus est, & parte, qua iungitur ventri, laxius. Arist. de partibus animalium tertio, capit. 14. char. 501.
 Intestini superioris feminis pars nulla certa ieiuna est, alia enim alijs, vt fors tulerit. Maribus autem proxime ante cecum, aliumque omnibus est. Arist. de partibus anim. 3. capit. 14. c. 502.
 Intestina omnia concoquunt omne nutrimentum quodcumque susceperint. Michael ephes. de iuuent. & senect. de vit. & mort. c. 31. col. 2.
 Intestinum duodenum ideo vocatur, quia duodecim digitorum latitudinem habet, & eius foramen stomachi portanarius vocatur, & clauditur, quousque facta sit digestio,

Ira quid est, & eius effectus.

gestio, aut vsque quo corruptus sit cibus per aliquam indigestionem. Albertus magnus de animalib. libr. 1. tract. 3. cap. 3. ch. 25. col. 4.

Intestina sex sunt sub stomacho ordinata, valde longa, & multis reuolutionibus inuoluta, quod est vt per venas mesaraicas attrahatur quicquid boni ad intestina peruenit, & hinc duæ homini utilitates adsunt: prima, quod non ita esurit, vt, qui rectis sunt intestinis: secunda, quod non ita se de sterco eijcit, sed congregat, & hora competenti eijcit. Alb. mag. de anima, li. 1. tract. 3. cap. 3. ch. 25. col. 4.

Intestina sex sunt: primum duodenum: secundum ieiunum, tertium longum, & inuolutum: quartum orbū, vel monoculum: quintum colon: sextum rectum. Alb. mag. de ani. l. 1. tr. 3. c. 3. c. 25. col. 4.

Intestinum ieiunum appellatur, quia in mortuis semper inuenitur vacuū, quod ob duas causas est. Prima, quia in illo rātū est de mesaraicā venarū orificiis, vt in ipso, & post ipsum in duodeno. Alia, quia porus quidā fellis deriuatur ad hoc intestinum, & ideo impurum, quod in eo restat, acuitur ad expulsionem, & expellitur ad inferius intestinum. Albert. magn. de animalib. lib. 1. tract. 3. c. 3. ch. 26. col. 1.

Intestinum monoculum ita dicitur, quia non habet nisi vnum orificium, & vna hora intrat cibus, alia exit, & ideo ordinatum est, vt ea, quæ in stomacho non sunt bene digesta, in ipso digerantur, & ita se habet ad subsequentia, vt stomachus ad tria præcedentia. Alb. magnus de ani. l. 1. tra. 3. c. 3. c. 26. col. 2.

Intestinum monoculum est illud, quod in ruptura frequenter descendit, tum propter pondus fecis, tum præterea, quod non est alligatum ad superiora membra per mesaraicas. Alb. mag. de ani. l. 1. tr. 3. c. 3. c. 26. c. 2.

Intestinum colon ideo vocatur, quia in ipso generatur colica passio. Alb. magn. de ani. l. 1. tr. 3. c. 3. c. 26. col. 2.

Intestinum animalium omnium carentium dentibus in superiori mandibula maius est intestino animalium, quæ dentes in vtraque mandibula habeat. Alb. mag. de ani. l. 2. tr. 2. c. 1. ch. 34. col. 2.

Intestinum rectum nullum animal habet, nisi dentes habeat in vtraque mandibula. Alb. magn. de animalib. lib. 1. tra. 2. c. 1. c. 34. col. 2.

In toto esse est, cum aliqua res alterius generis, & omnē intra se speciem continebit, & in toto species illa erit. Boet. ex introd. ad cat. syl. c. 591.

In toto non esse est, cum alia res ab alia re in toto est distincta. Boet. ex introd. ad cat. syl. c. 591.

Inuentio est ex habitu. Ari. prob. se. 39. nu. 2. c. 623.

Inuentio rerum difficilis est, & tempus est inuentor, vel adiutor bonus. sed addere ceptis facile est. Aristote. 1. ethicorum. cap. 7. char. 15.

Inuentio prima alicuius rei, licet inuētio imperfecta sit, tamen multo vtilior est ex amplificatione, ac perfectione, quam postea consequitur. Alexand. aphrod. in libr. elenchorum char. 118.

Inuentio non cuiusuis est. Ale. aphr. in l. elen. ch. 118.

Inuento aliquo cuiusuis est aliqua addere. Alexan. aphr. in lib. elen. char. 118.

Inuentio in logica facultate omnibus alijs ipsius partibus, vt materia subiicitur: necessitas autem, probabilitas, ac cauillatio formæ vicem gerunt, iudicationi autem ipsæ sunt materia. Boethius in topic. Cicer. libr. prim. chart. 761.

Inuentionis instrumenta suppeditat Topica, iudicii priores analytici. Boeth. in top. Cic. lib. 1. c. 762.

Inuentionis signa: oculus apertus, & splendidus, palpebræ sanguinæ, & crassæ: parum curuus: humeri sursum eleuati: figura non rectus, sed parum pronus: in motibus præceps: rubeus corpore: color sanguineus: facies rotunda pectus sursum contractum. Arist. physio. cap. 6. char. 340.

Inuidia diuinum esse non conuenit. Aristoteles in 1. metaphysicor. ex sum. 1. cap. 2. c. 8.

Inuidens tristatur cum quempiam, siue dignum, siue indignum bene agere viderit, cui maleuolus par est, qui lætatur, quod quis male agat, siue dignus, siue indignus est. Arist. mag. moral. 1. cap. 26. c. 303.

Inuidus angitur dignorum successu. Aristotel. moral. eud. 3. cap. 9. char. 426.

Inuidia est molesta turbulentia, & propter secundas res, non eius, qui sit indignus, sed qui par, aut similis. Aristoteles rhetoricorum 2. char. 90.

Inuidia est molestia quædam propter apparentem bonorum prosperitatem aduersus similes, non vt sibi adfit aliquid, sed propter illos. Aristot. rhetor. 2. c. 94.

Inuidens similes, qui sunt, aut esse videntur, genere, cognitione, ætate, habitu, existimatione, & copijs, & quibus parum abest, quin omnia suppetant. Aristot. rhetoricorum 2. char. 94.

Inuidi sunt qui magnas res agunt, & secunda fortuna vtuntur, & quibus eximus ob rem aliquam honor habetur, & præcipue ob sapientiam, aut beatitudinē. Et qui honoris studio ducuntur, & qui sapientiæ opinionem sectantur, & qui gloriam in aliqua re appetunt, & pusillanimi. Arist. rhetor. 2. c. 92.

Inuidens homines his, qui & tempore, & loco, & ætate, & existimatione proximi sunt, & his quibus cum ambitione concertat, & ijs, qui adepti celeriter sunt, ij qui ægre, aut nequaquam adepti sunt, & ijs quibus, aut possidentibus, aut bene rem regentibus ipsi dedecus suscipient, & ijs, qui ea habent, aut possederunt, quæ ipsis conueniebant, aut olim possederant. Arist. rhetoric. 2. char. 65.

Inuidia est tristitia, & dolor apparentis prosperitatis alicuius probi honoris, Alexander aphrod. in 2. top. cap. 2. char. 22. colum. 1.

Inuidia est tristitia ex alieno bono, in quantum alienum bonum potest diminueri proprium. Alexand. de ales in 1. metaphysicor. char. 10. col. 1.

Inuisibiles sunt tenebræ, & valde lucidum, quamuis alio modo. Arist. 2. de ani. cap. 6. tex. 103. char. 641.

Inuisibile multis modis dicitur, vel quod nullo modo videtur, vt tenebræ: vel quod vix videtur, vt a thomi, vel quod non videtur, nisi cum visus corruptione, vt lux Solis in sphaera Solis. Albertus magnus in 2. de anim. tract. 3. cap. 12. char. 23. col. 3.

Inuita ea esse videntur, quæ aut vi, aut ignorantia efficiuntur. Arist. 3. ethic. nicom. cap. 1. c. 50.

Inuita sunt, cum tale quippiam nemo eligit. Aristotel. 3. ethicorum nicom. cap. 1. char. 50.

Inuitus dici debet non qui ignorat, quod conducit: non enim ignoratio, quæ in electione consistit, inuiti est causa, sed prauitatis: neque ea, quæ est vniuersalis, cū ob eam homines vituperentur, sed ea, quæ circa particularia est, in quibus, & circa quæ actio consistit, in his enim, & misericordia, & venia locum habet: nam qui horum aliquid ignorat, is sane inuitus agit. Arist. 3. ethicorum cap. 1. char. 51.

Inuita non sunt, quæ vel ex ira, vel cupiditate sūt, primo enim nullum ex alijs animalibus sponte agit, sed neque pueri: Deinde si nihil ex his, quæ vel sponte, vel ira facimus, esset sponte, & cum eadem sit causa, absurdum fortasse etiam est inuita ea esse dicere, quæ oportet appetere, oportet enim, & ob aliqua irasci, & non nulla appetere: nam quæ inuita sunt, molesta videntur, quæ ex cupiditate, iucunda. Aristoteles tert. ethicorum cap. 1. char. 53.

Inuitus qui aliquid facit, nec iuste, nec iniuste agit. Arist. 3. ethic. nicom. cap. 8. char. 127.

Inuitum id est, quod vi, vel ignorantia fit, & in ipso non est. Aristoteles quinto ethicorum nicomac. cap. octauo, chart. 117.

Inuitis

Inuitis nobis quæ agimus, alia ignoscenda sunt, alia minime. Nam quæ non modo ignorantes, sed ex ignorantia committimus, sunt ignoscenda: quæ non ex ignorantia, sed ignorantes facimus ex affectu, tamen nec naturali, nec humano venia digna non sunt. Arist. 5. ethicor. nicom. cap. 8. ch. 129.

Inuiti quæ agimus, coacti faciamus necesse est. Aristot. mag. moral. 1. cap. 12. ch. 288.

Inuitum est, quod ex necessitate viq; efficitur, & non ex animi sententia. Arist. mag. mor. 1. ca. 13. c. 290.

Inuiti species duæ, vna cū sit aliquid vi, alia cum sit ignorantia: nec ideo multipliciter inuitum dicitur. Alexā. aphrod. in 4. nat. q. cap. 11. ch. 18.

Inuitum duplex, aliud, quod vi, aliud, quod ignorantia fit. Eustr. 5. ethic. cap. 7. ch. 242.

Inuoluntarium aliquid dupliciter est. Vno modo, quia excluditur motus appetitivæ virtutis, & hoc est inuoluntarium per violentiam. Alio modo, quia excluditur cognitio virtutis apprehensivæ, & hoc est inuoluntarium per ignorantiam. Diuus Thom. 3. ethic. lec. 1. char. 35. colum. 4.

Iocofus mollis est, nam iocus est requies, & relaxatio, & iocofus in hac excedit. Arist. 7. ethic. cap. 7. c. 174.

Iocus ideo inuentus est, vt qui laborat, habeat recreationem. Arist. 8. polit. cap. 3. c. 760.

Iocum fecerunt homines finem, cum & habeat fortasse finis voluptatē quandam, sed nō quacunque, & querentes istā accipiunt hanc pro illa, quia cum fine agendi similitudinem habet. Arist. polit. 8. ca. 4. c. 766.

Iona animal est fere ad quantitatem lupi frequenter in sepulchris mortuorum habitans: equorum stabula libenter sequitur: auditu frequenti discit, & nominat homines, & canes, & vocatos atque deceptos occidit, & deuorat: vomitus etiam singlutiendo, vt homines, aliquando mentiatur. Dicitur, quod canes venatici umbra eius contacti latratum perdunt; & dicitur, quod variat colorem ad libitum. Dicunt etiam Germanorum artifices, hoc animal oculis vel verius in fronte lapidem preciosum gestare, in collo habet pilos vt equus. Alber. mag. de animal. lib. 22. trac. 2. cap. 1. num. 4. char. 181.

Jordanis fluius nascitur sub monte Libano, & diffunditur in mare Mortuum. Alber. mag. de nat. locorum dist. 3. cap. 1. ch. 101. col. 3.

Ipodromus, belua est aquatica in Nilo habitans, & in India in terra nascitur, & valet in terra, & in mari, & aliquando est maior Elephante. Habet rostrum resupinatum; ungues vt bos, bifidos: caudam toruolosam, dentes pruriginosos aduncos aprorum dentibus similes: dorso vero, & hinnitu est equo similis: nocte depascitur segetes, ad quas vadit retrograde, ne sibi reuertenti parentur insidiæ. Plagam in pedibus libenter recipit, & diligenter curat: dorso nisi forte aqua madeat, impenetrabilis est. Ex cute tandem huius bestia hacta tornantur, vt ait Plinius, quia valde spissa est. Albertus magnus de animal. lib. 24. capit. primo, char. 198. colum. 1.

Ipucipis est serpens Aspidis, & furdorum serpentum, & quæcunque momorderit, somno moritur. Hunc aut Cleopatram suo digito alligasse, & sic obijisse dormiendū. Alb. mag. de ani. l. 25. c. 202. col. 1.

Ira species.

Racundi species tres sunt, & ex cædescencia sequitur, & recordia est. Iracundi autem est non posse ferre sedas cōtēptiones, nec imminutiones: esse plagosum, & vinctæ cupidū, & de facili ad irā factū, verbove quomnis moueri; quam affectatur morositas, inconstantia, sordida illiberalitas, & de paruis angit, & ab ijs ceteri deridente affici, & breui tempore. Arist. de virt. c. 481.

Irasci animam simile est, si quis dicat eam texere, & edificare. Auer. 1. de ani. sum. 2. cap. 3. tex. 64. c. 604.

Irati non rigent, quia ira, & excaecata timiditate cōtrarij sunt affectus. Arist. probl. sec. 8. nu. 17. c. 417.

Iram extenuatio ratione habitus mouet. Arist. proble. sec. 19. nu. 37. ch. 437.

Ira est maxime ad subeunda pericula perretrix, & præcipitrix, sed non agunt vt feræ, sed ob honestatem fortes. Arist. 3. ethic. cap. 8. col. 70.

Ira vacuitas est vitium, cum quis non irascitur ob quæ, quādo, & in quos, & sicut oportet: stolidi enim videntur, qui non irascuntur. Arist. 4. ethic. nicom. c. 5. c. 98.

Ira qui aliquid facit, non ex providentia facit: non enim in se est principium, sed in eo, qui ad iram prouocauit. Arist. 1. ethic. nicom. ca. 8. c. 129.

Ira est apprensus iniustitia. Arist. 5. ethic. nicom. ca. 8. c. 129.

Ira audire quidem videtur rationem, sed non recte percipere. Arist. 7. ethic. nicom. cap. 6. c. 170.

Irasci non semper oportet, nec nunquam, incommobilis enim est, qui nunquam irascitur. Arist. mag. mor. cap. 11. char. 299.

Iracundia est vitium animosæ, per quod fiunt homines ad iram præcipites. Arist. de virt. c. 478.

Ira est quædam particula odij, & interdum efficacior est, quam odium, non enim vitur ratione. Arist. polit. 5. cap. 11. char. 679.

Irascēs, quæ ipse efficere potest, expetit. Arist. rhe. 2. c. 69.

Ira dulcior est melle liquente, quæ in pectore crescit. Aristot. rhet. 2. ch. 69.

Iram voluptas sequitur tum ob spem vlciscendi, tū etiā, quia phantasia excitatur ex cogitatione, quæ voluptatem affert, vt etiam in somnijs. Arist. rhet. 2. c. 69.

Iram cessare aduersus eos, qui se submitunt, canes quoque indicant, qui prostratos non mordent. Aristotel. rhetor. 2. char. 74.

Irasci, audire, cupere, vel sensus sunt, vel sine sensu non sunt. Simp. in 1. de ani. tex. 12. c. 3. col. 4.

Ira forma non est simpliciter feruor sanguinis, sed feruor ob talem causam factus. Ioan. gramm. in 1. de ani. tex. 16. char. 11. colum. 2.

Ira circa cor mouet sanguinem, vt cupiditas circa iecur: Io. gram. in 1. de ani. ex pro. c. 5. col. 2.

Irascibilis animæ facultas, & si non sit calida, tamē postquam fuerit commota, qui circa cor est, sanguinem calescit. Io. gram. in 2. de ani. tex. 69. c. 55. col. 1.

Ira est species ægritudinis, ac doloris, cum iniuria affectos nos esse opinamur. Eustr. 2. mor. ca. 1. c. 92.

Ira sanguinis feruor est circa cor est ex offensionis appetitione excitatus. Eustr. 6. ethic. cap. 1. c. 264.

Ira est accensio sanguinis circa cor. Mich. ephes. de memo. & rem. c. 9. col. 2.

Iracundia est dolor cum vehemēti appetitu vindictæ. Auer. in poetica. cap. 6. c. 91. col. 4.

Irascibile & concupiscibile non est susceptibile virtutis, nisi vt participat aliquid rationis, & intellectus. Alb. mag. de orig. ani. 1. cap. 1. c. 76. col. 3.

Ira est accensio sanguinis, cum euaporatione fellis. Alb. mag. in 1. de ani. trac. 1. cap. 6. ch. 2. col. 4.

Irascibiles passiones omnes incipiunt a concupiscibili, & ibi terminantur. Diuus Thomas in 3. de animal. c. 14. tex. 42. char. 63. colum. 1.

Ira motus ex iudicio rationis excitatus facit promptiorem ad recte iudicandum. Diuus Thomas ethicor. 4. l. 13. char. 71. colum. 4.

Ira non manifesta grauius affligit interius, & huic maxime dispositi sunt melancholici. Diuus Tho. ethic. 4. le. 13. char. 72. colum. 3.

Iracundus pater facile generat iracundum filium. Diuus Thom. ethic. 7. lec. 5. ch. 121. colum. 3.

Xx 2 Ira

Ira valet ad fortitudinem virtutis. D. Thom. tertio post. l. 1. 3. ch. 47. colum. 1.
Ira, si rectam sententiam sequitur, ad magnificentiam stimulat nos, & ad animi celsitudinem, & ad morum facultatem deducit. Dan. Barb. in 1. rhet. ch. 1.
Ira differt ab iracundia, quia ira de causa est, iracundia de vitio multum irascentis: & quia extra se quasi ire videtur, qui furore vincitur, ideo dicta est ira, & redire in se, est iram ponere. Dan. Barb. 2. rhet. ca. 3. c. 110.

Ira in quo est, & cui magis irascitur homo.

Irascitur nemo illi, qui vindicari non posse videatur. Arist. rhet. 1. char. 482.
Ira sit appetitus cum dolore eius in speciem vlciscendi, qui parui facere videatur seipsum, aut suorum aliquem non conuenienter. Arist. rhet. 2. c. 69.
Ira ascens semper irascitur alicui singularium, vt Cleoni, non homini, & quia sibi, aut suis aliquid facit, vel facturus fuit. Arist. rhet. 2. ch. 69.
Irafcuntur homines, si illis directe aliquis obstiterit, & si refragetur, & si nō suffragetur, & si aliqd aliud hoc modo se habentem interurbatur. Arist. rhet. 2. ch. 71.
Ira semper ad singularia est, odium etiam ad genera. Arist. rhet. 2. ch. 79.
Irafcuntur animalia tantum perfecta. Alex. aphro. in 1. de ani. cap. 21. c. 39. col. 3.
Ira est in ratione, in spiritu, & in viuo corpore: in ratione, vt comitante spiritu cupiditatem: in spiritu mouente sanguinem circa cor; in corpore viuo factio feruore sanguinis circa cor. Ioannes gramm. in pri. de anim. tex. 18. ch. 12. col. 1.
Ira in spiritu, & ratione separari potest a mortali corpore; in viuo corpore inseparabilis est. Ioan. gramm. in 1. de ani. tex. 18. ch. 12. col. 1.
Ira fortis est vt plurimum in corporibus multæ siccitatis. Alb. mag. de ani. l. 18. tra. 1. ca. 1. c. 146. col. 2.

Ira unde, & qui magis irascitur.

Irasci, & timere quam maxime, & si sunt motus ab anima, tamen est moueri, vt irasci, & timere, eo quod cor hoc modo mouetur, inflatur enim cū irascitur, & constringitur cū timet. Arist. 1. de ani. sum. 2. cap. 3. c. 604.
Ira fit cum dolore, odium sine dolore. Aristotel. polit. quinto, cap. 10. ch. 679.
Ira quadam innata superbia, & elatione incitari solet, vel gloriam consequendi, vel vlciscendi gratia. Eufrat. 6. ethic. cap. 1. char. 264.
Iracundi maxime homines sunt, qui fame, vel siti, aut ali quibus humoribus, vt melancholici, infestantur. The mist. in 1. de ani. ca. 8. tex. 14. c. 62. col. 3.
Ira feruet ex calido. Alber. mag. de mot. ani. l. 1. tract. 2. cap. 5. char. 44. col. 2.
Ira omnis, quia quædam tristitia est, primo habet motu: secundo sistolem cordis; postea in vindictam mouet cor secundum diastolem. Alber. mag. de motib. anim. l. 1. tra. 2. cap. 6. char. 44. col. 3.
Ira fit p̄g velocitatem accensionis sanguinis circa cor. Alber. mag. de mot. ani. l. 1. tra. 2. cap. 7. c. 44. col. 4.
Ira p̄tinacia fit, q̄a sanguis spissus est, & spissū nō cito f̄it gescit. Alb. mag. de mot. ani. l. 1. tra. 2. ca. 7. c. 44. col. 4.
Ira a tristitia commouetur, & irati puniendi delectantur. D. Thom. in 3. de ani. l. 14. te. 42. c. 63. col. 1.
Irati fere omnes mouentur magis propter punitionem personarum, quam propter depositionem a principatu. D. Tho. 5. polit. l. 9. ch. 84. col. 3.

Ira vt passio.

Ira, passioesq; non animæ sunt, sed compositi. Simpl. in 1. de ani. tex. 89. c. 21. col. 1.

Irafcibiles passiones omnes incipiunt a concupiscibili, & terminant in eis. D. Thom. in 3. de anima. l. 14. t̄x. 42. char. 63. colum. 1.

Iram que indicant.

Iracundi signa. Rectus corpore, figura bene costatus, animosus, subrusus, humeri distantes, & magni, & lati: extrema magna, & fortia, lenis, & circa pectus, & circa bubones: barbatus probe, capillorū ambitus floridus, deorsum tendens. Arist. physiogn. ca. 6. c. 341.
Irafcuntur hominum cur oculi admodum rufi videntur: quoniam ira sanguinis cordi suffusi, & spiritus calidi feruor est, qui vt tenuis ad caput effertur, & ad oculos se ostendit. Alex. aphro. problem. 1. nu. 102. c. 704.
Iracundi cito irascuntur, quibus non debent, & ob quæ non debent, & magis quam oportet, sed quod optimum in se habent, cito etiam desistunt. Quod ideo ip sis euenit, quia iram minime continent, sed reddunt, & ij ad omnia celeres sunt maxime excandescentes, & biliosi. Arist. 4. ethic. nicom. cap. 5. ch. 58.
Iracundi quouque extendi possint, ac laudari non est facile distingere. Qui enim paululum transgreditur, non vituperatur, siue ad nimium, siue ad parum deflexerit; imo deficientes mansuetos, & excedentes viriles, & ad imperandum idoneos appellamus. Arist. 4. ethic. nicom. cap. 5. char. 99.
Irafcuntur homines facile, dum ægrotant, dum paupertate premuntur, dum amant, dum sitiunt, & dum cupiunt, & facile concitantur, & maxime aduersus eos, qui præsentem statum paruifaciunt. Arist. rhe. 2. c. 71.
Irafcuntur maxime, quibus eueniunt contraria ijs, quæ expectabāt, vt delectat, quod præter opinionem accidit. Arist. rhetor. 2. char. 71.
Irafcuntur homines irridentibus illudentibus, quia contumeliam inferunt, & ijs, qui detrimentis illis afficiunt, quæ cōtumeliam signa sunt; & male dicentibus, & contemnentibus in ijs, in quibus ipsi præcipue studium ponunt. Arist. rhe. 2. c. 72.
Irafcuntur magis homines amicis, quam non amicis, cū aliquid, quod non placet, recipiunt. Et ijs a quibus soliti erant honorari, si non amplius consueverunt. Et ijs, qui mutuam gratiam non referunt, neque parem referunt. Et ijs, qui contraria ac ipsi faciunt. Et ijs, qui nullius existimationis sunt, si quid paruifaciunt velie menter. Et amicis, si non benedicant, vel faciant, & ad huc magis si contraria. Et ijs, qui gaudent infortunijs. Et ijs, qui bono animo sunt in infortunijs suis. Et ijs, qui non curant, vt molestiam afferant, quo fit vt mala nunciantibus irascantur. Arist. rhet. 2. c. 72.
Irafcuntur homines his, qui sua mala spectant, vel auscultant. Et ijs, qui paru ifaciunt apud quinque, apud eos, quibus cum de honore contendunt, apud eos, quos suscipiunt, a quibus se suspici volunt; apud eos, quos reuerentur aut inter eos qui se reuerentur. Et ijs, qui in eiusmodi rebus parui faciunt, quibus sibi non auxilium ferre deforme est, vt parentibus, liberis, vxoribus subiectis. Et ijs, qui gratiā non reddunt, & ijs, qui iocantur cum serio agentibus. Arist. rhet. 2. char. 73.
Irafcuntur homines ijs, qui alijs benigne fecerunt, & nō sibi. Et ijs, qui obliuiscuntur, quia videtur non curare, qui obliuiscitur. Arist. rhe. 2. c. 73.

Ira vt se habeat ad cupiditatem.

Ira, & venerarum cupiditatem, & nonnulla huiusmodi corpus manifeste immutat, & quosdam, in furores inducunt. Arist. 7. ethic. nicom. ca. 3. c. 164.
Ira incontinens a ratione quodammodo vincitur. Arist. 7. ethic. nicom. ca. 6. c. 171.
Ira, & cupiditas etiam feris inest, electio vero non. Arist. moral. eud. 2. cap. 10. c. 402.

Ira, & cupiditati semper dolor iungitur, multa autem eligimus absque dolore. Ari. mor. eud. 2. c. 10. ch. 402.
Ira voluptatem habet quandam cum spe vlcionis fumentis. Ari. mor. eud. 3. c. 3. c. 415.
Iram omnem voluptas quædam consequitur, quæ a spe oritur vlciscendi. Ari. rhet. 2. c. 69.
Ira, & cupiditas differunt, vt dispositio, & habitus. Ioan. gram. in 1. de ani. procm. c. 3. col. 4.
Iracundia, & cupiditas omnibus brutis animalibus sunt, ideo irracionales sunt. Eufrat. 6. ethic. c. 1. c. 264.
Iris, Area Parelii, & Virgæ propter candē causam fiunt. Ari. meteor. 3. su. 2. c. 1. c. 540.
Iris nunquam fit circulus, nec maior semicirculo sectio. Et oriente, & occidente, minimi quidem circuli, maxima autem portio: eleuato autem magis circuli quidem maioris, minor autem portio. Et post autumnale æquinoctium in brevioribus diebus omni hora fit diei, in æstiuis autem non fit circa meridiem. Nec plures duabus simul, & ambo tricolores sunt, æquales secundum numerum, sed quæ extra, hebetiores sunt, & e contrario quæ intra. Intra enim, quæ est, primam habet circulationem, quæ maxima est puniceam, quæ autem est exterius, minima, & alta proportionaliter. Ipsius colores sunt, Puniceus, Viridis, & Purpureus, & qui est inter puniceam, & viridem sepe Flauus apparet, & hos colores solos pictores facere nō possunt. Ari. meteor. 3. sum. 2. c. 1. c. 541.
Iris fit a Luna nocte, sed raro. Antiqui vero non putabāt vere fieri, quia in tenebris colores latent, at si debet fieri oportet fieri in Plenilunio oriente, vel occumbente, qua propter in annis supra quinquaginta bis comperimus solum. Ari. meteor. 3. su. 2. c. 1. c. 542.
Iris est refractio visus ad Solem, ex opposito enim fit, Area autem circa ipsum. Sed Iris colorum diuersitate differt, ab aqua enim, & nigra fit refractio, & de longe; Area autem prope, & aere albiore secundum naturam. Ari. meteor. 3. su. 2. c. 3. c. 546.
Iris prima superficies punicea videtur ob nigrum, quod in speculo est. Ari. meteor. 3. sum. 2. c. 3. c. 546.
Iris hieme australibus temporibus fit circa lacunas, & manifestum est humidis habentibus oculos. Ari. meteor. 3. su. 2. c. 3. c. 547.
Iris, quæ fit a remis in mare, similis est ei, quæ fit circa lucernas. Ari. meteor. 3. su. 2. c. 3. c. 547.
Iris fit, si aliquis contra Solem irroret paruas aque guttas. Ari. meteor. 3. su. 2. c. 3. c. 541.
Iris primæ circumferentiæ refractio validior est reliquis, & secunda tertia. Ari. meteor. 3. su. 2. c. 3. c. 549.
Iris colores si plures tribus apparent, id non fit reuera, sed propter vicinitatem puniceæ viridis apparet flauus, & vltima Iris propter nigredinem nubis apparet alba. Ari. meteor. 3. su. 2. c. 3. c. 549.
Iridi contraria Iris aliquando apparet, quæ debilior est, & colores contrario modo se habent, ac erant in prima. Ari. meteor. 3. su. 2. c. 3. c. 549.
Iris magnitudo non potest excedere semicirculum. Ari. meteor. 3. su. 2. c. 4. ch. 550.
Iris si fit Sole in oriente, vel occidente est semicirculus, si in iis locis, est minor. Aristoteles meteorolog. 3. sum. 2. cap. 4. char. 551.
Iris fit in diebus post æquinoctiam autumnale in longioribus diebus; ab altero æquinoctio non fit, quia sectiones, quæ ad Vrsam sunt, sunt maiores semicirculo. Ari. meteor. 3. su. 2. c. 4. ch. 553.
Iris, Halō, & huicemodi in aere generantur. Alex. aphr. in 1. meteor. c. 1. ch. 1. col. 2.
Iris arcus est rotundus, vel fere rotundus, non excedens semicirculum, & sepe existens semicirculo partito minor, non in quantitate, sed in claritate colorum eius in ortu, vel occasu Solis, & quanto Sol est altior, tanto minor videtur, & quāto Sol est inferius, tāto maior

in quantitate videtur, & est Soli oppositus. Alb. mag. in 3. meteor. tract. 4. cap. 7. c. 110. col. 4.
Iris colores non possunt pingere pictores, quia pictores ex duobus extremis sine limitatione tertium facere resultare nequeunt, quod facit natura in substantia peruia. Alb. mag. in 3. meteor. tr. 4. cap. 7. c. 111. col. 1.
Iris videri potest in nocte in Aquilone Luna existente in meridie, & ea existente amplexios contra Aristot. opinionem, qui ait bis in 50. annis, & Luna plena, & in oriente videri. Albert. magn. in 3. meteor. tract. 4. cap. 11. char. 112. col. 1.
Iris nubes cum rorare incipit ante pluuiam magnam, necessario habet sub se quatuor corpora peruia: quorum primum est nubes spissa nigra; secundum est roratio subtilis minutarum guttarum in superiori parte sub concauo nubis; tertium est roratio gravior magis conuicta pyramidis inferiori parti; quartum est aer iam humescens immixtus omnibus his, spissus ex frigore, & humidus ex aiteratione rorationis descendens per ipsum, & sic fit reflexio Solis radijs ab his quatuor corporibus nubis in inferiori parte grossa. Et profundati in profundo eius faciunt colorem viridem clarum: si multa lux, & parum perspicuum, vel obscurum: si parua lux, & impurum perspicuum. In superiori autem roratione, in qua est vapor fumosus terreus adustus, colorem rubrum facit in medio, vbi aer est immixtus, in superiori inter album, & rubrum, in inferiori inter album, & viridem. Si enim parum, humidi habet, & aer est tenuis, est pallens, si multum humidi, & parum de fumoso, est lucidus, si plus de fumo, est citrinus, vel habens colorem palæ. Albert. magn. in 3. meteor. tract. 4. cap. 14. c. 112. col. 1.
Iris rotunditas causa est ex duobus congregata, scilicet ex subiecto, in quo depingitur, & ex causa efficiēte. Subiectum est roratio descendens, quæ est pyramidaliter globosa. Causa efficiens est Sol, a quo lumen radiale pyramidaliter egreditur, cuius pyramidis superior arcus in semiglobo rorationis figuratur, & alia pars maior iacet in terra. Albertus magn. in 3. meteor. tract. 4. cap. 4. char. 113. col. 1.
Iris colores immixti apparet, quia superior pars nubis descendēdo a grossiori distinguitur ab inferiori, & media, & sic magis abundat in superiori parte humidum fumosū, & plus in inferiori grossū aqueū, & aer humidus in medio, & radius solis diuersis modis apparet, & reflectitur pro diuersitate horum humidorū. Alb. magn. in 3. meteor. tract. 4. cap. 15. c. 113. col. 1.
Iris duo sunt subiecta; ynum primum, quod est subiectum suæ generationis, alterum, in quo non generatur Iris, sed radius Solis defertur super ipsum. Albert. magn. in 3. meteor. tract. 4. cap. 16. c. 113. col. 2.
Iris Lunæ fit, quia a frigore noctis inspissatur nubes ita, quod fit nigra, & radij Lunæ debiles non possunt penetrare, & distenditur in exteriori superficie, & efficitur candidum. Albert. magn. in 3. meteor. tract. 4. cap. 22. char. 114. colum. 2.
Iris Lunæ significat tempestatem longam, & instabilem, quia non apparet nisi cum materia humoris magna, & ex vento inter austrum, & occidens; & Luna existente meridionali. Albertus magnus in 3. meteor. tract. 4. cap. 22. chart. 114. col. 3.
Iris nunquam fit ascendente nube, sed descendente, quia nubes ascendens non rorat. Albertus magnus in 3. meteor. tract. 4. cap. 25. char. 115. col. 1.
Iris fit, cum aer in parte sit serenus, ideo est, ex parte Solis, vel Lunæ, & est nubilum ex parte Iridis. Alb. magn. in 3. meteor. tract. 4. cap. 25. c. 115. col. 1.
Iris, & si subiectum est roratio, tamen ros non est eius subiectum, quia ob partes rotis tenues non potest depingi Iris. Albertus magnus in 3. meteor. tract. 4. cap. 25. char. 115. colum. 1.

Iris fit ex radio Solis redeunte ad vaporem contractum nubibus, vt radius in aqua refulget ad parietem; & quanto Sol est ortus, vel occasus vicinior, tanto apparet arcus maior, & varij colores fiunt ob nubium varium situm. Alb. mag. de pass. aeris. c. 121. col. 3.

Iris in diuersis temporibus diuersa significat. In meridie magnam vim aquarum esse in aere, quæ in meridie dominari possunt: in occasu tonabit, & leuiter pluet; in Oriente serenitatem promittit. Alber. mag. de pass. aeris. char. 121. col. 3.

Iris fit propter radios solares repulso ad vapores humidos. D. Thom. in poster. ch. 97. col. 2.

Iris lapis est crystallo similis, & est vt frequentius exagonus. Soli oppositus emittit in parietem oppositum. Iridis coelestis. Alber. mag. 2. de miner. ex trac. 2. capit. 8. char. 140. col. 3.

Irrationalia tempus non apprehendunt, sed ea, quæ sunt in tempore, vt frigus, & calorem. Ioan. gram. in 3. de anim. tex. 44. char. 93. col. 4.

Irrationale dupliciter est; aliud omnibus viuus inest: aliud est, quod participare potest rationem. Albertus mag. ethic. 1. tra. 9. cap. 4. ch. 25. col. 3.

Irrationabile id est, vel quod est contrarium rationi, vel quod est natum habere rationem, & non habet. Diuus Thom. in 3. de ani. l. 14. tex. 41. c. 62. col. 4.

Irundo est avis nota, & hanc, & murem dicunt esse indomabilia, quod falsum est, quia domantur. Sanguis eius de sub dextra ala medetur oculis, sed eius sterces calidum excæcat oculos, & pulli eius lapidem celidonium in hepate, & stomacho gestant. Alb. mag. de animalib. lib. 23. cap. 24. c. 193. col. 3.

Irundo maris piscis est simillimus volucris hirundini in aqua natat, & tamen alis in altum aliquando eleuatur ad aeris æmæna, sed non diu volat. Alb. mag. de anim. l. 24. ca. 1. char. 198. col. 1.

Iscus est lapis in Hispania inuentus filabilis propter viscositatem, & si de ipso vestis fiat, non comburitur, sed igne purgatur, & niter sanat scabiem, & valet contra dolores oculorum ex humida causa. Alb. mag. in 2. de miner. ex trac. 2. cap. 8. c. 140. col. 4.

Isthagus est os stomachi continuatum ori, & linguæ. Alb. mag. de anim. li. 1. tr. 2. ca. 10. c. 11. col. 3.

Isthagus, vel os stomachi ex duabus substantijs componitur. quarum vtraque est villosa, sed interior habet villos descendentes secundum longitudinem, exterior secundum transversum, & est magis carnosa, quia quilibet motus habet vnum instrumentum. Glutino autem est motus, qui perficitur labore naturæ, attrahendo, & impingendo. ipsius locus est super spondiles retro in collo propter eius maiorem custodiam, & sic descendit vsque ad diaphragma, ad quod cum peruenit, ligatur cum eo forti ligamine, postea declinat ad sinistram, vt ante declinauerat ad dextram, & continuatur stomacho. Ipsius pars interior est durior, quia transiens est cibi duri, & grossi. Alber. mag. de animal. tracta. 2. cap. 22. c. 19. col. 4.

Ispida est avis pulchra: in dorso colorem medium habet inter viridem, & ceruleum, in pectore colorem carborum ardētium, circa aquas volat, & pellis eius de tracta, & parietibus infixa, singulis annis mutat pennas, quod falsum est. Alber. mag. de anim. lib. 23. capit. 24. char. 193. col. 3.

Istrix est animal, quod vocatur porcus spinosus de genere eritij iuxta maria habitans, & aliquando æstate in montibus latet, hieme prodit de cauernis, est grauis iræ, in dorso longas habet spinas, quas ad libitum in canes & homines iacit. Alber. mag. de animalibus l. 2. trac. 2. cap. 1. char. 181. col. 4.

Istrum amnem, qui ex Hercynijs quercetis effluit, bifidum esse proditur, & partim in Pontum, partim in Adriaticum mare diffundit, argumento, quod non so-

lum hac tempestate, sed & antiquorum seculo multo magis visum fuisse, quia loca in nauigabilia ibi extant: nam cum Iason ad Cyaneas nauigaret ex Ponto, nauigasse per Italiam fama est. Signum inter cetera est altaria a Iasone confecta, & inter Adriæ insulas vna est, in qua sacellum multo sumptu Midias Dianæ ædificauit. Arist. de adm. aud. nu. 100. c. 860.

Italici appellantur Pythagorici, quia Pythagoras in Italia Tarenti docuit Philosophiam. Alex. aphrod. in 1. metaphys. co. 37. c. 17. col. 2.

Itinere lōgo peracto, aut cursu, si quis se super summos constiterit digitos, calces pedum conquatuntur, pronique deorsum labuntur, quia propter continuatum, & vehementem motum concitati nerui nondum quiescunt; & ratio est, quia multum spiritus circa neruos deurit, qui non simul ac subfiteris refrigerare potest. Is autem spiritus concutiens, veluti subtrahendo suo motu deducit, & facit, vt pars remotissima minime contineatur. itaque calces tremiscunt, vt inum labrum hominis irati. Arist. probl. sec. 5. tex. 16. ch. 400.

Iter longius esse videtur, cum ignari quantum sit ambulamus, quam cum gnari, si modo cætere res pares adsint: quia nosse quantum sit, non nisi nosse eius numerum est, remque non determinatam plurisquam determinatam esse necesse est. Ergo quemadmodum si nosse quantum sit, finitū id esse necesse est, sic etiam si ignoras, quasi reciprocetur, animus cauillatus oberrat, infinitumque id esse videtur, quod finitum est. Arist. problem. sec. 5. nu. 25. char. 403.

Iteratio est breuis admonitio, qua vtendum est tum circa partium, tum circa totius orationis exitum, & iteramus vel ratiocinando, vel interrogando, vel enumerando, aut etiam eligendo. Arist. rhet. ad Ale. ca. 20. c. 215.

Ituspes fluuius nascitur in campis Indorum ex tribus fagibus paruis, & cum simul collectus est, inundat per totam Indorum regionem, currens milliaria 613. & ibi mergitur in Oceano orientali. Alb. mag. de nat. locorum dist. 3. cap. 1. char. 101. col. 2.

Iucundum voluptuosus hominibus bonum quid est. Arist. 8. ethic. nicom. cap. 4. c. 195.

Iucunda, ac preciosa sunt, quæ probo viro iucunda sunt, & ea maxime expetenda est operatio. Aristotel. 10. ethic. nicom. cap. 6. c. 294.

Iucunda, quæ sunt, & innocua, non solum congruunt ad finem, sed etiam ad quietem. Aristoteles politic. 8. cap. 4. charta 765.

Iucunda plerunque sunt, quæ & si natura non sunt iucunda, tamen vsu, & assuetudine fiunt iucunda. Aristoteles rhetor. 1. char. 45.

Iucunda omnia aut in sentiendis rebus presentibus aut in recordandis præteritis, aut in sperandis futuris posita sunt, & versantur. Arist. rhet. 1. c. 47.

Iucundum est vacare malo, & irasci. Arist. rhet. 1. c. 47.

Iucundum est vincere omnibus: & iudi, & pugnae, & contentiones, quia in ijs sæpe victoria paritur, & venatio, & vniuersa ferarum insectatio iucunda sunt. Arist. rhet. 1. char. 49.

Iucundum est honor, extimatio bona, & amicis, & amare, & amari, & admirationi esse, & adulari. Arist. rhetor. pri. char. 49.

Iucundum est eadem sæpe agere, & permutatio, & discere, & admirari, & beneficium dare, & accipere, & inchoata perficere, & proximos corrigere & quod imitando expressum est, vt Poetica, pictura & statuaria. Arist. rhetor. 1. char. 50.

Iucundum est sapientem existimari, & ridicula omnia iucunda sunt. Arist. rhet. 1. char. 51.

Iucundum est opinari se consequuturum, quæ expetit. Arist. rhetor. 2. char. 69.

Iucunda sunt, quæ afficiunt gaudio. Arist. rhetor. ad Alexand. cap. 1. char. 182.

Iudicium de rebus fit diuersimode: de alijs intellectu, de alijs scientia, de alijs opinione, & de alijs sensu. Arist. 1. de anim. su. 2. c. 1. te. 26. c. 594.

Iudicium melius ille, qui vtrinque rationes oppositas audit. Arist. 3. metaph. ex su. 1. c. 1. te. 1. char. 40.

Iudex vnusquisque bonus est eorum, quæ cognoscit, & absolute omnia, qui in omnibus peritus est. Arist. ethic. prim. cap. 3. char. 6.

Iudex nil aliud est, quam ius quoddam animatum. Arist. 5. ethic. ad Nicom. cap. 4. char. 117.

Iudicium est iuris, & iniuriæ iudicatio. Arist. 5. ethic. ad Nicom. cap. 6. char. 124.

Iudicandi idoneus de ijs, quæ egit, perspicax, prudens bene sentiens, seu consentiens est. Arist. 6. ethic. ad Nicom. cap. 11. char. 152.

Iudicatio est iusti iudicium. Aristoteles politicor. prim. cap. 2. char. 491.

Iudicare non secundum legem scriptam, sed vt sibi videtur, periculosum est. Aristoteles politicorum 2. cap. 8. char. 548.

Iudicat melius qui vititur, quam qui fecit. Arist. polit. 3. cap. 7. char. 580.

Iudices ne inter se colloquantur lex prohibet, sed in compromissis recipitur. Ari. pol. 2. c. 6. ch. 537.

Iudicibus in paucorum republica diuicibus poenam constitunt, nisi iudicando adsint, pauperibus vero mercedem nullam: in popularibus pauperibus mercedem, diuicibus nullam poenam. Ari. pol. 4. c. 8. c. 618.

Iudicio recto de maximis, & minimis rebus pariter polere laudabile est. Ari. mor. eud. 3. c. 7. ch. 422.

Iudicium tribuimus non solum expertis in artibus, sed etiam scientibus. Ari. pol. 2. c. 7. ch. 579.

Iudiciorum differentia est in tribus terminis; ex quibus de quibus, & quomodo. Aristoteles politicorum 4. cap. 16. char. 638.

Iudiciorum octo sunt species. Primum, rationes repose re. Secundum, si publice quis cui iniuriatus sit. Tertium quod ad statum ciuitatis pertinet. Quartum, ex magistratibus, & priuatis hominibus quæcunque circa poenas versantur. Quintum, de priuatis contractibus habentibus magnitudinem, & de homicidijs, & peregrinis. Homicidij rursus species, si ex prouidentia fecerit, vel inuitus, & si consistetur, sed de iure controuersiam facit, & quod pro homicidio exultantibus circa reditum statuunt. De peregrinis, vel ipsi inuicem, vel ipsi contra ciuem. Est etiam, quod de paruis rebus tractat, quæ drachmas quinque non excedunt. Aristoteles pol. 4. cap. 16. ch. 640.

Iudicia si non recte de ciuilibus fiant, seditiones, & rerum publicarum motus gignuntur. Aristotel. pol. 4. cap. 16. ch. 640.

Iudicialis genus magis tractatum fuit ab antiquis, quam cætera genera. Ari. rhet. 1. c. 5.

Iudicialis est accusatio, & defensio. Arist. rhet. 1. c. 16.

Iudiciale genus declaranti tria declaranda sunt: primo quot rerum causa homines iniuriam faciunt: secundo quomodo sint affecti: tertio quibus, & quemadmodum se habentibus iniuriam faciunt. Ari. rhet. 1. c. 42.

Iudex ponitur esse rudis. Aristoteles rhet. pri. c. 12.

Iudex si vnus, vel pauci ex multis non audiunt, libenter corripiendi sunt, nam ad illos spectat audire, si autem multi, non ipsos, sed te corripas oportet. Nam si illis molestus fueris, iram in te contrahas, si te accusaris, ac dixeris deliquisse, vt veniam consequare, facile præstabis, & iudices præcari vt benigne audiant, oportet. Ari. rhet. ad Ale. ca. 18. c. 213.

Iudiciale genus tractandum est primo exordio, deinde narratione, postea confirmatione vtendum, in qua primo collocanda sunt testimonia, & si quæ ex questionibus confessiones fuerint. Demum si nullo modo verisimilia ea fuerint, sententijs, & commentationibus: si

autem non omnino verisimilia, probabilibus demum exemplis, & signis, & argumentis, & commentationibus, & sententijs confirmare debemus. Quod si verisimilia fuerint, probationes omitemus, deinde præoccupabimus, quæ dicturi sunt aduersarij, & probationes a nobis dictas amplificabimus, & quæ ab aduersarijs, reprehendemus. Aristot. rhetor. ad Alexand. capit. 35. chart. 243.

Iudicium non est diuisibile, sed actio perfecta est: tota tamen in ipso consistit. Simplicius in 3. de anima ex sec. 1. tex. 146. char. 52. col. 3.

Iudicium intrinsecus est, nec extrinsecus aliquid assumit, sed indiget sensibile, vt presente, & mouente sensorium. Smp. in 3. de ani. ex sec. 2. tex. 27. c. 69. col. 3.

Iudicium vniuersale non acquiritur in pluribus rebus, nisi post maximam considerationem de pluribus indiuiduis; & hoc diuersatur secundum magis, & minus, secundum naturam principij, & naturam considerantis. Auer. in phys. 2. tex. 80. c. 37. col. 3.

Iudicium vniuersalis, & particularis in sua natura idem est. Auer. in 1. de ani. tex. 84. c. 124. col. 4.

Iudicium est aliquid in capitulo perfectionis iudicis, actio autem non est in capitulo perfectionis agentis. Auer. 3. de anim. tex. 10. char. 170. col. 2.

Iudicium est diligentia rationis in differendo. Boeth. in topicor. Cic. l. 1. char. 761.

Iudicia sunt, quæ inter eos, qui de aliqua re ambigunt, sententia iudicium fuerint constituta, quorum exemplo cætera quoque iudicantur. Boe. in top. Cic. l. 3. c. 796.

Iudiciale genus est omnium causarum, quæ maiestatis, vel reperendarum sunt. Boet. de dif. top. l. 40. c. 880.

Iudicium in colligendi ratione habet proprias partes. Boeth. in top. Cic. l. 1. char. 761.

Iudicium bonum vt quis afferat, tria requiruntur: complexio, vt sit humidum recipiens formas, & teneas, & spiritus mediocriter temperatus, vt bene formas deferat, secundo acceptio iudicati, & cura iudicij. Alb. mag. ethic. 6. tract. 3. char. 79. col. 2.

Iudicia omnia æqualiter esse vera stultum est. D. Tho. metaphys. 4. l. 14. tex. 25. char. 239.

Iudicium de singulis relinquuntur prudentiæ vniuersali quæ. D. Thom. 2. ethic. l. 2. char. 23. col. 3.

Iudicat nemo recte nisi ea, quæ nouit, & non nouit nisi qui accipit, vel inueniendo ex se, vel addiscendo ab alio. D. Tho. 8. pol. 2. char. 128. col. 2.

Iudicium de se ipsis plures dant prauum, quia ad iudicium requiritur prudentia, & hac iudicium peruertitur ab appetitu malo, & peruerso, quia vnusquisque nimis afficitur ad seipsum. D. Th. 3. pol. l. 7. c. 38. c. 2.

Iudex est minister legis. D. Tho. ethic. 5. l. 6. c. 84. col. 1.

Iudicium bonum non fit ab aliquo, qui causas non considerat. Alex. de ales in 1. metaphys. char. 6. col. 3.

Iudicativa proprie est potentia, quæ habet considerare causas, & huiusmodi est intellectus. Alex. in primum metaphysicor. char. 6. col. 3.

Iudicativa potentia est plene, quæ considerat, & quia & propter quid; semiplene autem, quæ tantum, quia considerat. Alex. de ales in 1. metaphys. c. 6. col. 3.

Iugatio est duarum propositionum in vno termino communicatio. Alex. aphr. in 1. prior. cap. 4. c. 9. col. 3.

Iugatio ex duabus negatiuis nihil concludit, quia medius terminus ad neutrum extremorum respectum vllum habet. Alex. aphr. in 1. prior. cap. 4. c. 11. col. 2.

Iugatio ex minori negatiua in prima figura non concludit, quia cum minor terminus, vel eius pars separatur a medio, & maior extremitas per medium, non continet minorem, quam continere deberet. Alex. aphr. in 1. priorum cap. 4. char. 12. col. 4.

Iugatio ex particularibus, & infinitis non concludit, quia cum de parte possit affirmari, de parte potest etiam negari, ita vt idem sit, ac si sumptum non fuisset. Alexand.

Alex.aphrod.in priorum cap.4. char.2.colum.4.
 Iugationes tres secundæ figuræ requirunt reciprocationem, vt necessarium quid ex ipsis sit. quarta autem ex deductione ad impossibile necessarium demonstrat. **Alexander aphrod.in pri.prior. ca.quinto, char.14. columna 1.**
 Iugatio ex ambabus affirmatiuis nihil in secunda figura concludit, quia medius terminus cum de duobus extremis prædicatur, potest de parte ambarum prædicari, ideo de nullo ipsorum prædicari potest. **Alexand.aphr.in 1.prior.ca.5.c.14.col.4.**
 Iugationes similis formæ, quæ nihil concludunt, sunt in prima particularis vtræque, negatiuæ vtræque: in secunda vtræque affirmatiuæ, vtræque negatiuæ: in tertia omnes negatiuæ, omnes particulares. **Alex.aphrod.in 1.prior.cap.6.ch.19.col.1.**
 Iugationes diuersæ formæ, quæ nihil concludunt: in prima, quæ maiorem particularem habet; & quæ minorem negatiuam: in secunda, quæ maiorem particularem: in tertia, quæ minorem negatiuam. **Alexand.aphrod.in 1.prior.cap.7.char.19.colum.2.**
 Iugatio, in qua est particularis negatiua, non per deductionem monstratur ad impossibile. **Alexand.aphrod.in 1.prior.cap.7.char.19.colum.2.**
 Iugationes, quæ in secunda, & tertia figura fiunt, omnes per primam vel demonstrantur reciprocatis propositionibus, vel per id, quod fieri non potest, perficiuntur. **Alex.aphrod.in 1.prior.cap.22.c.44.colum.2.**
 Iugulum est pars colli communis & pectoris. **Aristot.de nat.anim.1.cap.14.c.25.**
 Iuguli compressi, & ad humeros conclusi, & ad pectus, tarditatem sensuum indicant, & animi stoliditatem, & manus huius hominis nulli arti, quæ manibus exercetur, erunt idoneæ. **Alber.mag.de anim.1.1.trac.2.cap.23.char.20.colum.3.**
 Iuguli longe ab humeris separati, & largum, ac latum sinum facientes imbecillitatem animi declarant. **Alber.mag.de ani.1.1.trac.2.cap.23.c.20.col.3.**
 Iuguli nec spilli, nec longe ab humeris separati optimi sunt, virtutem significant, & prudentiam. **Alb.mag.de ani.1.1.trac.2.cap.23.c.20.colum.3.**
 Iumenta pro aquæ, quam bibant, vsu, suo fruuntur pabulo, & quod minus potum aspernatur, id appetentius pabuli, & plenius obefatur. **Farrago pilum expolit, cū frugibus grauida est, sed duris iam horrens aristis inutilis est. Arist.de his.ani.8.cap.8.c.284.**
 Iuncturas plurimas in capite homo habet, eique caluaria sero indurefcit, cum diu calor euaporetur. **Arist.de partibus anim.2.cap.2. char.442.**
 Iunguntur quæque aut per confusionem, vt elementa, quæ cum coeunt, suas primas qualitates omnino amittunt: aut per adiectionem, vt aqua oleo: aut per missionem, vt hordeum tritico: aut per conglutinationem, vt lapis cum lapide: aut per agnationem intimationem, & assimilationem, vt sanguis cum carne: aut per affixionem, vt lignum cum ligno clauo appositum: aut per mutuam retentionem, & complexionem, vt annuli cathenarum: & nullo prædictorum modorum anima corpori iungitur; sed per habilitatem iungi potius cõfendum est cum corpore animum medio quodam interueniente, quod aliqua ex parte naturam continens vtriusque, atque familiare vtrique se exhibens, & vtrumque ingenue simulans, immixtam naturam incorpoream cum natura corporea, immortalẽ cum mortali, puram cum impura, diuinam tandem cū terrena. **Alex.aphrod.probl.2.nu.68.c.752.**
 Iuniores nec lamborum nec Comediariũ spectatores, magistratus esse sinat, nisi cum ad eam peruenerunt ætatem, vt in comestationibus vna cum alijs sedere, & potus etiam participes esse possint, & ab ebrietate, & huiusmodi labe infõntes disciplina omnes præsta-

bit. **Aristoteles politic.7. cap.17. char.755.**
Iuppiter inscriptus lapidi, reddit hominem generosum, gratiam hominum adipiscitur, & maxime in ijs, quæ circa fidem, & religionem pertinent. **Alb.mag.in 2.de animal.ex trac.3.cap.5.c.143.col.1.**
Iuppiter cum Marte mixtus multa tonitrua portendit, quia Iuppiter eleuat ventos fortes, & siccos materia; & Mars corrumpit. **Alber.mag.in 3.meteor.tract.3.cap.25.c.109. colum.3.**
Iuramentum fit per illud, quod est honorabilius, & antiquius. **Arist.1.metaph. ex su.2.cap.1.ch.11.**

Iuris diuisio.

Iustum aliud natura, aliud lege, aliud iudicis sententia. **Arist.ethic.nicom.ch.102.**
Ius in quatuor minimis versatur: nam, & ij, quibus ius aliquod est, duo sunt, & res duæ sunt, in quibus ius ipsum consistit: eademque, & in quibus æqualitas est. **Arist.ethic.nicom.cap.3.c.115.**
Ius, quod est in distributione pro dignitate quadam esse oportere omnes fatentur, & dignitatem alij aliam, & alij aliam asserunt, vt popularis status libertatẽ, principatum paucorum sectantes diuitias, & nonnulli nobilitatem, optimatẽ autem virtutem. **Arist.5. ethic.nicom.cap.3.char.115.**
Ius vt duplex est, alterum non scriptum, alterum legitimum, sic, & amicitia, quæ ex vtilitate fit, altera est moralis, altera legitima, & legitima altera vulgaris, altera in condicẽtis versatur. **Aristoteles octauo ethicor.nicom.cap.13.char.211.**
Iustum duplex: vnum ex lege, aliud ad alterum, quod æquale est. **Arist.mag.mor.1.cap.31.ch.305.**
Iusta, alia natura, alia lege sunt. **Aristoteles mag.mor.1. cap.3.char.309.**
Iusta, alia sunt scripta, alia non, & non scriptorum alia sunt secundum virtutis, & vitij exuperantiam, partim priuatæ legis, & scriptæ supplementum. **Aristoteles rhetor.pri.chat.58.**
Iustum aliud ignorari potest, vt legale, aliud non potest ignorari, vt naturale, quia naturaliter est menti humana impressum. **D.Th.ethic.5.1.15.c.96.col.3.**
Iustum, quo ciues vtuntur, diuiditur in naturale, & legale. **D.Tho.ethic.5.1.16.c.97.col.2.**

Ius quid est.

Ius, & legitimum, & æquum; iniuria contra, illegitima, & iniqua. **Arist.5. ethic.nicom.cap.1.c.109.**
Iniustus cum sit pluri vsurpator, versatur circa ea tantum, in quibus fortunæ prosperitas, & aduersitas consistit, & nõ semper plus, sed in ijs, quæ simpliciter mala sunt, minus etiã eligit, sed quia minus de malis esse quodammodo bonum videtur, & in bonis est pluri vsurpatio. Propterea pluri esse vsurpator videtur, & est iniquus, & legum transgressor. **Aristot. 5. ethic.nicom.cap.1.ch.109.**
Iniustus videtur esse is, qui & illegitimus, & pluri vsurpator, & iniquus est: ideo iustum legitimum, & æquum esse patebit. **Arist.5. ethic.nicom.ca.1.c.109.**
Iustus cur est hominibus sanctis opem ferre quam viuis; quia viui præsidio esse possunt, illi defuncti nihil præterea possunt. **Arist.proble.sec.29.nu.9.609.**
Iusta & temperata ea sunt, quæ vir iustus, vel temperans ageret, & qui ita agunt, iusti, & temperantes esse dicuntur. **Arist.2. ethic.nicom. capit.4.ch.37.**
Ius medium est, & æquum, & ad quoddam, & quibusdam, & in eo, quod est medium, est aliquorum. **Arist.5. ethic.nicom.cap.3.c.114.**
Ius est medium emendationum lucri, & damni. **Arist.5. ethic.nicom.cap.4.char.117.**

Ius esse Pythagorici existimant poena talionis vindicare offensam, sed hoc, nec ad distributum ius, nec ad emendatum accommodatur. Nam si magistratum quis gerens percussit, non debet repercuti, at si quis percussit gerentem magistratum, puniendus est maiori poena, & ad ius emendatum non accommodatur, quia opus leuius artificis operi alterius præstabilius erit. **Ari.5. ethico.ad Nico.cap.5.char.119.**
Iustus est iusti operator ex electione, vt, & sibi, & alijs eodem modo distribuatur. **Ari.5. ethi.ad Nic.c.5.c.123.**
Iniustus est, qui ex electione iniusta agit. **Aristot. 5. ethi.ad Nicomach.cap.6.chart.124.**
Ius proprie est, apud quos lex est. **Aristotel. 5. ethicor.ad Nicomach.cap.6.char.124.**
Ius magis est erga uxorem, quam erga liberos, & possessiones: nam inter virum, & uxorem magis æqualitas est. **Ari.4. ethi.ad Nicom.cap.6.ch.125.**
Iustus non dicitur, qui inuitus, vel timore iustum quid fecerit, nisi per accidens. **Ari.5. ethi.nic.c.8.c.127.**
Iniusta egit quis, cum cognoscens quidem, sed sine præconsultatione egit, vt quæ ex ira, & alijs affectibus fiunt. **Ari.5. ethi.ad Nicom.c.8.c.128.**
Iuste agere totum spontaneum est. **Aristotel.5. ethic.ad Nicom.c.8.char.130.**
Iniustus erit, qui inæqualiter sponte distribuit. **Arist.5. ethicor.ad Nicom.c.8.c.131.**
Iniuste non agit in distributione inæquali, qui ignorans iudicauit quantum ad legitimum ius attinet, nec iniustum iudicium est, sed quodammodo iniustum. **Arist.5. ethi.ad Nicom.c.8.c.131.**
Iuste agere in nostra potestate est, sed non tam facile. **Arist.5. ethic.ad Nicom.cap.8.c.131.**
Ius æquum, & bonum idem est. **Aristotel.5. ethicor.ad Nicom.cap.8 char.131.**
Iura nonnulla sunt, quæ ad vniuersam virtutem spectantia à legibus sunt instituta. **Ari.5. ethi.nic.c.11.c.125.**
Ius quoddam in omni societate, & amicitia esse videtur. **Ari.8. ethi.ad Nicom.c.9.c.202.**
Iusta esse perhibentur, quæ lex iubet. **Ari.magn.moral.prim.cap.31.char.305.**
Iustum est, quod in ciuili communicatione positum est, ergo, & iustitia erit circa ciuile iustum. **Arist.mag.mor.prim.cap.31.char.308.**
Iustum est, cum dedita opera quis, & sponte peregerit, & quando consulto, & in quem, & cui, & qua de causa is iusta peragit. **Arist.mag.mor.1.c.31.c.309.**
Ius est ordinatio ciuilis societatis. **Aristoteles politicor.prim.cap.2.char.491.**
Iustum est hominum plurimorum non scripta consuetudo, honesta, turpiaque determinans. **Aristot. rhetor.ad Alexand.cap.1.c.182.**

Ius, vt naturale.

Iustum quod est natura, præstat ei, quod lege est. **Arist. mag.moral.1.ca.31.c.309.**
Ius esse naturale inde colligitur, quod homo natura sociabilis est, & communicabilis, nec societas durare potest citra iustitiam. **Alexander aphrod. in secundo de anim.cap.42.char.51.col.3.**
Ius, & si alio modo apud alias gentes, & apud alias statum sit, quod ius gentium appellatur, tamen ius proprie natura est. **Alex.aphr.in 2.de ani.cap.42.c.52.c.3.**
Ius natura esse constat, quia sunt quædam iniusta natura, & hæc contraria sunt iuri. **Alexander aphrod. in 2.de anim.cap.42.c.52.col.3.**
Ius naturale est id, quod vnicuique dicitur ratio ex solis rationis principijs informata, & non ex his, quæ inquisitione, vel discussione inuenta sunt. **Albert.magn. ethic.5.tra.3.cap.5.ch.64.col.4.**
Ius naturale dicitur id, quod consequitur inclinationem

nem naturæ communis homini, & alijs animalibus, vt coniunctio maris, & feminae. **D.Thom.ethicor.5.1ec.12.chart.92.colum.3.**
Ius legale, vel posituum erit semper a naturali. **D.Tho.ethicor.5.1ec.12.char.91.colum.3.**
Iusta omnia positua, vel legalia ex iusto naturali oriuntur. **D.Tho.ethic.5.1.12.char.91.col.3.**
Iustum attenditur secundum aliquam proportionem, quæ est secundum dignitatem respectu boni simpliciter. **D.Thom.3.polit.1.7.char.38.col.2.**

Ius vt ciuile.

Ius ciuile est, quod communionem vitæ affert, vt liberis hominibus, & equalibus necessaria sufficiant, atque id, vel proportione, vel numero. **Arist.5. ethicor.nicom.capit.6.chart.124.**
Ius herile, & paternum nõ est idem cum iure ciuili, sed ei simile. **Arist.5. ethic.nico.cap.6.c.325.**
Ius ciuile aliud naturale est, aliud legitimum. Naturale est, quod vbiunque eandem vim obtinet, non quia vel ita videatur, vel minime. Legitimum, quod a principio vtrū hoc, vel illo modo fiat, nil refert: vbi vero fuerit institutum, refert. **Arist.5. ethi.nic.ca.7.c.125.**
Iura legitima, & iura particularia se habent, vt vniuersalia ad particularia. **Arist.5. ethic.nico.cap.7.c.126.**
Iustum ciuile non natura, sed lege est. **Aristotel.magn.moral.pri.cap.31.char.309.**
Inustus, & iniuria non est prorsus idem: nam iniustum lege definitur, iniuria vero vbi iniuste aliquid perpetratur. **Arist.mag.moral.1.cap.31.c.309.**
Iustum, & iustificatio non est idem, nam iustum lege definitum est, iustificatio est iusta causa faciendi. **Arist.moral.1.cap.31.char.309.**
Iustum populare est æquum habere secundum numerum, non secundum dignitatem. **Arist.pol.6.cap.2.c.694.**
Iustum id esse populares aiunt, quod pluribus videtur: potentes, quod videtur his, qui plus possident. **Arist.polit.6.cap.3.char.696.**
Iustum, legitimum, vtile, honestum, & iocundum generibus dicendis omnibus sunt vtilia, sed his in suadendo maxime vtimur. Secundo amplificationes, & extenuationes, quæ magis in laudem, & vituperationem cadunt vtilis sunt. Demum probationes sunt, quibus in genere iudiciali maxime vtimur, & præterea, præoccupationes, & postulata, iterationes, & orationis prolixitas, & prolixitatis modus, & breuitas, & interpretatio omnibus sunt communia. **Arist.rhet.ad Alexand.cap.6.char.198.**
Ius ciuile est, quod in legibus, senatusconsultis, rebus iudicatis, iuris peritorum autoritate, edicẽtis magistrarum, more, æquitate consistit. **Boet.in top.Cic.1.3.c.796.**
Iure ciuili inter alios, quam inter Ciues Romanos fieri aliquid non potest. **Boet.in top.Cic.1.3.c.797.**
Ius gentium appellant Iuristæ illud, quod consequitur propriam inclinationem naturæ humanæ in quantum hõ est animal rationale. **D.Tho.ethi.5.1.12.c.91.c.3.**
Iustum legale dupliciter oritur a naturali: vno modo cum permissione, alio sine permissione. **D.Tho.ethi.5.1.11.char.91.colum.3.**
Iustum populare est, vt omnes habeant de honoribus, vel bonis communibus, non secundum æqualitatem proportionis, vel secundum dignitatem personæ; sed quod tatum diues, quantum pauper; tantum idiota, quantum studiosus. **D.Thom.6.polit.1.2.c.92.col.2.**

Ius vt in commertijs, & quod in consuetudine existit.

Ius, quod in commertijs versatur, constat proportione arithmetica: nõ nihil refert probus, vel malus aliquid mali commiserit, sed ad solam nocuenti differentiam

rentiam lex spectat; & deinde personis utitur, ac si æquales sint, si ille afficiat iniuria, hic afficiatur; hic lædat, illæ lædatur. Arist. 5. ethicor. nicom. cap. 4. c. 116. Ius cuiusdam lucri, & damni eorum medium est, quæ præter spontaneum sunt. Arist. 5. ethic. nic. ca. 4. c. 119. Ius consuetudinale tribus innititur, pacto, pari, & iudicato. Alb. mag. ethic. 5. tra. 3. cap. 3. col. 4. char. 64.

Iusta ut operatio.

Iusta operatio medium est eius, quod est iniustum facere, & eius, quod est iniustum pati. Alb. mag. ethic. 5. tra. 2. ca. 11. c. 63. colum. 3.

Ius ut iuris peritorum.

Iuris peritorum autoritas est eorum, qui ex duodecim tabulis vel ex edictis magistratum ius civile interpretati sunt, probata civium iudicij creditaque sententiæ. Boeth. in topic. Cic. l. 3. c. 796. Iuris peritus de facti qualitate tantum respondet, non autem de ipsius facti veritate. Boet. in topicor. Cic. nib. quarto charta 818. Iuris periti inutiles redduntur ad Philosophiæ studia, quia longo tempore studuerunt circa particularia, & circa humanos actus, nec affueti sunt animam extollere ad contemplationem. Alb. mag. ex 1. de intel. & intellig. tra. 3. cap. 3. c. 53. col. 2.

Insurandum.

Insurandum aut offert, & accipit, aut neutrum, aut illud quidem, hoc vero nequaquam. Et ex hic, aut offert quidem & non accipit, aut accipit quidem, sed non offert. Arist. rhet. 1. char. 65. Insurandum aut iuratum est ab ipso, aut ab alio. Arist. rhet. 1. charta 65. Insurandum quis offert, & iurare non placet, dicendum si quod non est æqualis prouocatio impij ad pium, sed ut si robustus imbecillum verberet. Arist. rhet. 1. c. 65. Insurandum est cum diuina veneratione dictio probationis expers. Arist. rhet. ad Alex. cap. 17. c. 211. Insurandum probamus, si dixerimus neminem diuini supplicij, & humani metu peierare nolle, & homines latere posse, Deum non posse. Arist. rhet. ad Alexand. cap. 17. char. 211. Insurandum si quis extenuare voluerit, debet dicere eosdem homines, qui facinorosi Deos latere putant, putare quoque non supplicium laturos si peierant. Arist. rhet. ad Alex. cap. 17. c. 211. Insuquatus, & linum inscit aquas, licet linum minus. Alber. mag. de propriet. element. lib. 2. tract. 2. cap. 2. char. 115. colum. 2. Insquamus est & albus, florem album habens, & niger coloris sanguinei, & est rubeus coloris crocei. Niger venenosus est, ceteri veneno non carent, sed prior rubeus albo, est frigidus, & siccus, & folia eius dormire faciunt. Alber. mag. de vegetat. & plant. lib. 6. tra. 2. cap. 10. char. 166. colum. 4. Iustitia non dicitur magis, & minus, sed ea, quæ secundum eam dicitur, suscipiunt magis, & minus: iustior enim dicitur, & sic de alijs dispositionibus. Arist. prædic. tract. 2. cap. 4. char. 83. Iustitiam omnes appellare solent habitum illum, ex quo ad agendas res iustas homines idonei efficiuntur, ex quo iuste agunt, & volunt iusta. Arist. quinto ethic. nicom. cap. 1. char. 108. Iniustitiam appellant omnes habitum illum, ex quo agunt homines iniuste, & volunt iniusta. Arist. quinto ethic. nicom. cap. 1. char. 108. Iustitia, & iniustitia dici pluribus modis videtur, sed


quia proxima ipsarum cognominatio est, latet. Arist. 5. ethic. nicom. cap. 1. ch. 109. Iustitia est virtus perfecta ad alterum, & ideo virtutum præclarissima esse videtur, ut neque Hesperus, nec Lucifer sit adeo admirabilis. Aristoteles 5. ethicor. nicom. cap. 1. char. 110. Iustitia in se virtutes complectitur omnes. Arist. quinto ethic. nicom. cap. 1. char. 111. Iustitia est perfecta virtus, quia qui eam habet, non solum secum, sed cum altero etiam virtute uti potest. Arist. 5. ethic. nicom. cap. 1. ch. 111. Iustitia sola ex omnibus virtutibus alienum bonum videtur, quia ad alterum spectat: agit enim ea, quæ alteri conducunt, aut Principi, aut Reipublice. Arist. 5. ethic. nicom. cap. 1. char. 111. Iustitia & ad alterum spectat, & ut est quidam habitus, est virtus simpliciter. Aristoteles quinto ethic. nicom. cap. 1. char. 111. Iustitiam vniuersalem virtutem esse patet, & præterea particularis quædam virtus, quæ circa voluptatem, quæ lucrum consequitur, versatur. Aristot. quinto ethic. nicom. cap. 2. char. 112. Iustitiæ particularis pars vna est, quæ in distributione honorum, vel pecuniarum, aut ceterarum rerum consistit, quæ diuidi in eos possunt, qui eiusdem ciuitatis participes sunt. In his enim euenit, ut alter alteri, vel iniquam, vel æquam habere portionem queat. Altera, quæ in commertijs hominum emendandis versatur, cuius duæ sunt partes: nam alia est spontanea, alia inuoluntaria. Arist. 4. ethic. nicom. cap. 2. Iustitia, quæ in commertijs versatur spontanea huiusmodi est, vel venditio, emptio, mutatio, sponso, vsura, depositio, conductio, & hæc spontanea dicuntur, quia principium commertiorum spontaneum est. Arist. 6. ethic. nicom. cap. 2. char. 114. Iustitia inuoluntaria, & clandestina in commertijs est, ut furtum, adulterium, veneficium, latrocinium, seruorum seductio, dolose perpetratum homicidium, falsa testificatio. Arist. 5. ethic. nicom. cap. 2. c. 114. Iustitia violenta in commertijs est flagellatio, vincula, mors, rapina, mutilatio, conuitiatio, contumeliæ illatio. Arist. ethic. nicom. cap. 3. ch. 114. Iustitia non eodem modo, quo superiores virtutes, mediocritas est, sed ob id, quod medijs est, iniustitia vero extremorum. Arist. 5. ethic. nicom. ca. 5. c. 123. Iniustitia ibi est, ubi est iniuste agere, non autem contra in omnibus verum est. Aristot. quinto ethic. nicom. cap. 6. char. 124. Iustitia, & iustum in fœderum æqualitate collocatur. Arist. mag. mor. pri. cap. 31. c. 305. Iustitia est mediætas quædam inter excessum, & defectum, & multum, & paucum. Aristoteles magn. mor. pri. cap. 31. char. 306. Iustitia est virtus animæ, eius distributiua, quod quisque meruit. Arist. de virt. c. 477. Iniustitia est vitium animæ, per quod circumscriptores sunt præter dignitatem. Arist. de virt. c. 478. Iustitiæ est distributiuum esse eius, quod est secundum cuiusque dignitatem, & tueri patrias consuetudines, & instituta, & seruare scriptas leges, & veridicum esse in controuersijs, & stare conuentionibus. Est autem prima iustitiarum, aduersus Deos; secunda, aduersus demones: deinde in patriam, & parentes: deinde erga defunctos: in quibus est pietas, vel pars iustitiæ, vel eius comes. Sectantur autem iustitiam, & sanctitas, & veritas, & fides, & vitiorum odium. Arist. de virt. c. 489. Iniustitiæ species sunt tres: impietas, auaritia, & immanior improbitas. Arist. de virtut. c. 482. Iniustitiæ est, patriæ violare instituta, & iura, nec parere legibus, nec magistratibus, mentiri, peierare, transgredi conuentiones, & fidem fallere. Eius comes est calumnia,

calumnia, iactantia, humanitatis assimulatio, malignitas, calliditas. Arist. de virt. char. 484. Iniustitia tenens arma saeuissima est. Aristoteles polit. 1. cap. 2. char. 491. Iustitia est civile quid. Arist. polit. 1. cap. 2. ch. 491. Iustitia est virtus, per quam suum vniquisque retinet, ut lex. Arist. rhet. 1. c. 37. Iustitia est per quam aliena quis retinet, non ut lex. Aristotel. rhetor. 1. char. 37. Iustitia societatem humanam, hominique maxime propriam, maxime omnium virtutum conseruat. Alexan. aphrod. in 4. nat. quæst. cap. 24. char. 21. Iustitiæ leges (ut inquit Plato) homines instituerunt, non ut alios non afficerent iniuria, sed ne iniuria ipsi afficerentur. Eustr. 4. mor. cap. 1. char. 164. Iustitia duplex est: alia, quæ est vniuersa virtus, alia quæ est particularis. Eustr. 5. ethic. cap. 1. ch. 202. Iustitiæ pars distributiua in Geometrica proportione consistit. Eustr. 5. ethic. cap. 2. c. 213. Iustitia emendatiua in Arithmetica consistit proportione. Eustr. 5. ethic. cap. 2. c. 213. Iniustitia mentis est vitium. Boet. in prædic. c. 195. Iustitia, & si sit magis necessaria ad communicationes ciuium, tamen in ratione virtutum non est maxime virtus hominis, ut homo, sed maxime virtus hominis est prudentia. Albertus mag. ethic. prim. tra. 9. cap. 15. char. 23. colum. 3. Iustificatio est in id, quod natura est, ab eo, quod præter naturam est, reditio. Albertus magnus ethic. 1. tra. 9. cap. 2. c. 25. colum. 2. Iustitia est magis similis arti, quam ceteræ morales virtutes; in alijs enim bene magis est in operante, quam in operato opere. Huius autem causa est duplex; quia virtus hæc non consistit tota in appetitu, sed potius in ratione proportionante, iudicante, & determinante, quid cui debitum sit, quod appetitus facere non potest. Secunda est, quia coniectatio medijs eius semper in altero est, & non in operante. Alb. mag. ethic. 5. tra. 1. cap. 1. ch. 57. col. 3. Iustitia plus de ratione habet, & minus de more, quam aliarum moralium. Albertus magnus ethic. 5. tra. 1. cap. 1. ch. 57. colum. 3. Iustitia legalis consistit in vsu virtutis. D. Thomas ethic. 5. le. 2. char. 80. colum. 3. Iusta aliqui aliqua operantur, non tamen iuste, quia non ex habitu, ita, & aliqui loquuntur scientifica, non tamen scientificæ, quia non loquuntur ex habitu scientiæ. Alex. de ales in 1. metaph. c. 16. col. 1. Iuuenca amplius crescit, cum plus temporis Veneris expertes degunt. Ideo Rex Epiri Iuuenca quadringentas alere faciebat annis nouem intactas Veneris, ut incrementum maius caperent, & ille viuere non poterant in alijs locis. Arist. de hist. ani. 8. ca. 7. c. 284. Iuuentus est primæ refrigeratiæ particulæ augmentatio. Arist. de iuue. sen. vit. mor. & respir. ca. 14. c. 328. Iuuenis ciuilis auditor idoneus esse nequit, quippe cum imperitus actionum vitæ sit, ex quibus, & de quibus rationes conficiuntur. Adde, quod cum perturbationes sequatur, frustra, & inutiliter audiet: finis enim non cognitio, sed actio est. Nil autem interest, an iuuenis ætate, vel moribus iuuenilibus aliquis sit: non enim defectus penes tempus est, sed quia, & viuunt, & singula persequitur ex perturbatione. Iis enim cognitio ut incontinentibus inutilis euadit. Aristoteles ethic. 1. cap. 3. char. 6. Iuuenes licet Geometrici, & Mathematici, atq; in eiusmodi rebus sapientes euadant, prudentes tamen euadere non videntur, quia particularium est prudentia, quæ ex experientia nobis innotescunt: iuuenis autem expertus non est: experientiam enim temporis affert longitudo. Arist. 6. ethic. nicom. ca. 8. c. 148.

Iuuenes voluptate, & dolore quasi gubernaculo dirigentes erudiunt. Aristoteles 10. ethicor. nicom. ca. 11. charta 240. Iuuenes vires habent, senes prudentiam. Aristoteles polit. 7. cap. 9. char. 732. Iuuentutis disciplina neglecta facit magnum Reipublicæ detrimentum. Aristoteles politic. octauo, cap. pri. charta 757. Iuuenes fere quatuor discere consueuerunt, literas, gymnasticam, musicam, & figurandi peritiam. Literas quidem, & figurationem tanquam vtilis, & ad vitam expeditas. De Musica ambigitur: nam nunc multi voluptatis causa illam addiscunt: veteres vero inter disciplinas eam collocarunt, quia natura quærit non solum in negotio recte, sed etiam in otio laudabiliter posse versari. Arist. polit. 8. cap. 3. ch. 759. Iuuenes affluere oportet ad iudicandum recte, & ad gaudendum mansuetis moribus, & laudabilibus operibus. Arist. 8. polit. cap. 4. ch. 767. Iuuenis virtus est temperantia, & fortitudo. Aristoteles rhetor. 1. char. 22. Iuuenes, & diuites contumeliosi sunt, quia contumelia inferenda se arbitrantur excellere. Aristoteles rhetoric. 2. char. 70. Iuuenes quicquid faciunt, nimis faciunt: si amant, nimis amant: si oderunt, nimis oderunt. Aristoteles rhetor. char. 99. Iuuenes iniurias faciunt ad contumeliam, non ad malitiam; & misericordes sunt, & risu delectantur, ideo & faceti sunt. Arist. rhetor. 2. ch. 99. Iuuenes sunt moribus cupidi, & ad ea, quæ concupiscunt conficienda parati sunt, & ex corporeis voluptatibus Veteris potissimum dediti, earumque impotentes sunt, & inconstantes, & rerum concupitarum fastidiosi. Et valde concupiscunt, sed protinus conqueſcunt, quia acutas habent voluptates, & non magnas, ut ægrotantium fames, & sitis. Et ad excauescentiam procliuēs, & ad eum impetum sequendum parati, & iræ obnoxij, quia ob honoris desiderium se paruifieri pati non possunt, sed ægre ferunt si sibi fieri iniuriam arbitrantur. Et honoris, immo victoriæ cupidi sunt: bonis moribus præditi sunt, creduli, spe bona pleni, & facile decipiuntur. Fortiores sunt, non metuunt, sed multum confidunt, verecundi, magnanimi, & honesta facere cupiunt. Arist. rhet. 2. c. 98. Iuuentutis tempus æquale est temporis senectutis. Auerroes secundo de generat. & corrup. tex. 57. char. 174. columna 3. Iuuenilis ætas contraria est infantili, cum in iuene superet siccitas, in infantia humiditas. Auer. de gener. ani. 5. cap. 1. c. 249. col. 3. Iuuentutis vita protenditur vsq; ad annos triginta quinque: ita ut vita naturalis sit vsque ad 70. cum dicimus, quod tempus incrementi est æquale temporis senectutis. Auerroes secundo de generat. & corrup. tex. 58. c. 174. col. 4. Iuuenis non est proprius auditor scientiæ moralis, quia est inexpertus, passionum autem, & motuum irrationalium infecutor. Albertus magnus ethic. 1. tract. 4. cap. 6. char. 10. col. 2. Iuuenis moribus est passionum sectator. D. Tho. ethic. 1. le. 5. ch. 5. col. 4. Iuuenis delectationis est velox transmutatio. D. Tho. ethic. 8. l. 3. c. 237. col. 2. Iuuentus est augmentatio, & partis refrigeratio. Petr. de Auer. de iuuen. senec. mor. & vit. & respir. 1. pri. char. 62. colum. 3.

Seminarium totius Philosophiæ

K



KALAOZ piscis est maris, cui aqua pluuialis exitialis est contra morem omnium aliorum pisciū, qui omnes aquis & pluuijs impinguntur: multa enim pluuiā descendente cecatur, & moritur, cibum nō valens inuenire. Alb. mag. de animalib. lib. 24. ca. 1. c. 198. col. 1.

Karabo est idem, quod locusta maris, magnum, valde latum, & herbas comedit. Alb. mag. de animalibus lib. 24. cap. prim. c. 198. col. 1.

Karkolix auis est pigra, quæ nec oua sua fouet, nec pullos nutrit, sed oua sua latenter in nido palumbæ reponit, & oua a palumbis fouentur, & pulli nutriuntur fractis prius ouis palumbi. Alb. mag. de anim. lib.

23. cap. 24. char. 193. col. 4.

Komor est auis, quæ in anno quinquies, vel sexies pullificat, & nutrit. Albertus magnus de animalibus lib.

23. cap. 24. c. 193. colum. 4.

Kyloz est de genere ostreorū, vnum paruum, quod salubre est, maxime si exsiccat eus humiditas; alterū magnum, & pestilens. Alb. mag. de animalibus lib.

24. capit. 1. c. 198. col. 1.

Kyris auis est præda viuens, non solum suos pullos nutrit, sed etiam aquilæ abiectos tēdio nutriendi. Alb. mag. de anim. lib. 23. cap. 24. c. 193. col. 4.

Kykon est animal, cui præter aliorum omnium dispositionem, epar in sinistro, splen in dextro est. Alb. mag. de animalibus lib. 24. cap. 1. ch. 198. col. 1.

Kytes aues sunt, quæ vociferant vocibus diuersis, ita vt fere quolibet die commutent voces, faciunt nidos in arboribus de lana, & pilis, & thesauros de glandibus congregant: & cum pulli perfecti sunt, reponūt suos parentes in nidis, de quibus exierunt, ne amplius laborent, & cibant eos in nidis illis, pietate naturali. Alber. mag. de anim. lib. 23. cap. 24. char. 193. col. 4.

